106166



EPISCOPVS PATRIS ANDREÆ GERVNDÆ THEOLOGI SOCIETATIS IESV.

TOMVS SECVNDVS

Neapoli apud Franciscum Sauium Typographum Curiæ Archiep.
Nerrey fec.

106166
LYON
Digitized by Google

DE EPISCOPO LIBRI QVATVOR

In quibus fusè disputatur

De Præsulis Electione: De Persona eligenda, & Iustitia in electione seruanda.

De alijs rationibus Episcopum constituentibus, vt de Confirmatione, Possessione, &c.

Tum etiam de Præseruatione, Postulatione, & alijs Episcopatus functionibus.

AVCTORE
P. ANDREA GERVNDA
Societatis Iesu Theologo.

EX BIBLIOTH PUB COLLEG LUGDUN

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE DE LYON

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1915

Neapoli, Typis Iacobi Gaffari. M.DC.LIII.

Superiorum Facultate.

Digitized by Google

EMINENTISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO MARIAE

S. R. E. CARD. BRANCACCIO

EPISC. VITERB. ET TVSCVL:

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1895

ANDREAS GERVNDA E SOC. IESV F.

ALTERVM, quem de Episcopo lucubrationes meę expressere Tomum (Princeps Eminentissime) tibi lego, voluntate tamen non altera, sed eadem, eadem etiam animi obligatione. Siquidem singularia tuæ virtutis merita hoc scriptionis genus iam dudum sibi vindicant proprium; is enim es, qui & à te rectè factis, & auita Generis nobilitate optimi exemplar Episcopi non adumbres modo, sed exprimas. Nam vt de te taceam, ne modestię iniurius videar tuæ, dum gloriæ seruio; quot in maiorum tuorum syllabo, & infulatos Antistites, & Purpuratos Patres valeam recensere, vnde pręstãtissimi Pręsulis; vel ideam petitam, vel

Digitized by Google

vel exemplar, non ſpeculatiuè modo, vt aiunt, ſed etiam practicè expreſſum facile euincam? Accedit, quod ipſi etiam meo huic operi opportune accidit aduerſus Cynicorum morſus tui gentilitij Leonis vnguibus propugnari; et contra Zoilorum tela BRANCACII Nominis maieſtate ſe tegere; ea ſcilicet, quæ non belli modò, & in ſagò; ſed domi etiam, atq; in Toga eruditis æque hominibus, ac bellatoribus ſuſpicienda, & colitur, & timetur. De me vero quia plura ſunt, & ferme innumerabilia, quæ memorem, parco dicere; illud ingenue profeſſus, neceſſitudinis arctiſsimæ, quo iungimur nexum, inter ea, quibus tibi firmiſsimè addicor vincula, eſſe plane poſtremum; & quam tibi iampridem candidiſsime deuoui obſeruantiam erga Te, fidemq; meam, melius, opinor, habebis ex hiſcè nigricantium characterum notis quibus tibi ſponte deuincior, quam ex ipſo floridi ſanguinis nexu, quem naturà communem hauſimus à parentibus. Vale, et quam tuę ampliſsimę virtutis meritis afflas lucem altiori aliquando è ſolio Deo fauente impertias ampliorem.

Digitized by Google

AMICO LECTORI.

ITerum te alloquor, amice Lector, in limine huius secundæ partis, cui tuam beneuolentiam exoro propitiam, ne prius illa apud te malè audiat, quam audiatur. Sicut enim, qui ex meridiana luce repente in opacam ingreditur specum, ni sibi caueat, facilè offendit; ità prorsus vereor, nè tibi accidat, si ex tot illustrium Auctorum, quos prę manibus habes, præclaris operibus te conuertas ad hanc meam opellam, quam nonnulla respersam vmbra haud equidem inficior, ea tamen, quæ gratiorem fortasse reddet picturam in ea delineatam ad tuæ mentis aciem cum voluptate pascendam. In mentem tibi quæso veniat, meum in hac secunda operis parte institutum aliud non esse, quam Episcopum, eiusq; iura ex causis intrinsecis efformare. Quas inter, cum censeantur Electio, Postulatio, & Confirmatio in vnis Septemtrionalibus Prouincijs solennes, ea ratione de ijs egi, vt nequè earum neglectus mihi ab ijs obijceretur Ecclesijs, nec tractatus prolixior Europæ reliquiæ, quæ illis vti non consueuit, superfluus videretur. Vnde multus fui in recensendis, tùm ornamentis, quibus instructi debent esse, qui in Episcopalem dignitatem sunt cooptandi, tùm eorum, qui illos adlegere debent solertia, iustitia, prudentiaq; deniq; ipsiusmet promotionis sinceritate; & integritate prorsus experte simoniæ, ambitus, cęterorumq. id genus flagitiorum. Quemadmodum Nationes omnes, ac gentes, licet in Indumentorum rationibus differant, alijs alios vsurpantibus cultus, omnes tamen ad eundem vestium scopum collineant, nimirum vt cœli inclementiam arceant, & honestati consulant, & ornamento: haud secus Germaniæ Ecclesię Electione, ac Postulatione vtuntur, quas reliqua Christiana Respublica respuit, omnes tamen in suo requirunt Episcopo illa animi ornamenta, quæ Apostolus enumerauit ad Tim. 3. & ad Tit. 10. easq; promotionis ad Episcopatum rationes, quas præscribunt Sacri Canones, & ad quas declarandas mea desudauit industria. Multa me huic operi ab alienis facultatibus accersiuisse non abnego, at vitio, vt reor, non est tribuendum pictori, si Mathematicorum dimensiones, Opticæ leges, colorum concentum, & cętera suę arti consona famulantia habeat, & pedissequa. Qui enim Dialecticam ex

eo

Digitized by Google

eo vituperaret, quia ratiocinandi artem, reliquas facultates docet, & ab ijsdem materiam suis ratiocinationibus mutuatur; ille me accuset necesse est, si dum de Episcopo egi, doctrinarum flores ab vniuersis Encyclopediæ hortis vndecunquè decerpsi, vt meus Episcopus elegantior prodiret, quà Pontificijs infulis, quà florido, varioq; Sapientiæ serto. Ducit quidem Statuarius simulacra: pictor imagines delineat, adumbratq; acies magister militum disponit, & instruit, Architectus verò, ac Tribunus hęc omnia benè teneat oportet; haud secus, qui argumentum tractat multiplex fusum, vastum, neq; alijs, quam vniuersæ Sapientiæ finibus circumscriptum, si facultates percurrat omnes, si scientiarum omnes rimetur angulos, si literarum arcana, ac penetralia subeat omnium; insolentiæ nè redarguendus est, an potius laudandus, quod suos impleuerit numeros, suisq; respondent partibus? cum præsertim eò scientiæ, ac facultates inter sese nexu deuinciantur, obligenturq; vt quod earum vni est germana materies, ad alias spectet sæpè numero, vt genus. Vndè qui de Angelis, exempli gratia, disputat ad spiritualis substantię rationes explanandas excurrit. Nemo ergo mihi succenset, si de Episcopi acturus electione; quanto illa interuallo à se iniustitiam ambitum, simoniam, personarum exceptionem, cęteraq; humanæ politiæ peccata facessere debeat, indicauero. Qui enim libros assueuit euoluere, vbi multa seriatim, vt precarij globuli ex aliena officina decerpta conglobantur; ille miretur necesse est prolixitatem meam in ijs argumentis enucleandis, quæ sunt bases, ac fundamenta inanium substructionum, & Principia artium, ac facultatum. Quam sanè admirationem deponet omnino, qui bene callet, quid sit vnum deducere ex alio: nõ vnum post aliud pronunciare, nam qui riuulos consectari non amat, & à lacunosis, ac fęculentis abhorret, ad fontium capita, ad aquarũ origines limpidas, ac defecatas debet accedere. In multis multus fui, ac prolixior, sed consulto, & obscuritatis vitandę studio, & quia nõ literarum Senatoribus tantum, sed candidatis quoq; scribebam. Periucunda sanè accidunt eruditis ingenijs heroica symbola, emblemata, notæ clandestinæ, cæteraq; huiusmodi sapientiæ inuolucra, quæ amusis, & in limine adhuc disciplinarum hærentibus, permolesta sunt, & inuisa. Dialectica manus in pugnum compressæ similis quam multis est inuia? Rhetorica similitudi-

Digitized by Google

ne explicatę manus expreſſa, cui non eſt obuia? Porro prolixitatem affectaui, vel cum aliquid de nouo protuli in medium, vel cum ſententiam aliquam veterum firmioribus affectionum, quam veritatis nixam fibris, refellere conatus ſum, vt corruptelæ morum, quæ ex ea pullulare facile poterant, pro viribus occurrerem; in quo, ni me fallit opinio, ſi omnis, Religioſi præſertim hominis, deſudet induſtria, nunquam ſatis. Hinc factum eſt, vt aliquando etiam cum Claſſicis auctoribus dimicare non dubitarim. Veneror equidem antiquitatem, vt par eſt; magis tamen amica veritas, neq. enim aliena planè ſequi, ac trāſcribere, ſcriptorem facit; ſed veritatem ſubodorari, eamq; vndecunq; accerſitam ſuo operi aſpergere. Iam verò ſicut laniſta vituperandus non eſt, ſi quando in palæſtra ab ijs, quos digladiandi docet artem vmbratili, retuſoq; impetatur enſe, quòd ſanè & gloriam magiſtro acerſit, & animos diſcipulis addit, quando ſeſe vera pugnandi obtulerit occaſio: ita planè laudi vertundum reor auctoribus claſſicis, quos veneror, vt magiſtros, ſi eos aliquando auſus ſim oppugnare. Inde enim ſi quid eſt in me doctrinæ (quod ſentio quam ſit exiguum) illis tanquam fontibus tribuetur, & animos equidem ſumam ad pugnas cum hæreticis, cęteriſq; veritatis hoſtibus ſubeundas. Iam multò minus eſt accuſandus, qui per ignota maria ad opulentiſſima theſauris loca appellere aggreditur, ſi quando viæ falſus aberrat, quam qui nauigationem iam frequentem aliarum ductu inſtituit, ac veluti cymba alieno trahitur remigio. Multi vt in comperto eſt de Epiſcopo conſcripſerunt, nemo tamen quoad viderim complexus eſt omnia, neq; huic inſtitit methodo.

Si quid peccaui, tuam, amice Lector, benignitatem exoro; vt iuſtitię, ac Chriſtianę rectitudinis armis Zoilorum calumnias, & Ariſtarchorum rugas ab hoc opere auertas, & faxit Deus, vt mei labores, & tua caritas Diuinam Maieſtatem vtriq; noſtrum concilient. Vale.

Digitized by Google

D. IO. PETRI MASSARII I. V. D. SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSI
Apostolicæ S. Sedis Protonotarij Neap.

E L O G I V M.

PERILL. AC REV. P. ANDREAE GERVNDAE HVIVS OPERIS AVCTORI

Eruditiss. è confesionibus Parenti.

Qui, vt Mundum vinceret, Deum Op. M. sequutus,
Vicit, dum fugit, Patrios Lares linquens,
Orbem, immò in Cœlum Societate Iesu mouit.
Hæc non quærit hominum opes; sed cœlitum Opem.
Hanc ingressus grauidam doctrinæ fulminibus, fœcundam Hæroum sobole,
Ornatam lituis, sceptris, purpura, Sacris Infulis,
Coruscam præclaro Doctorum numero nactus est.
Hi sub vno Sole nempè D. IGNATIO LOYOLA Fundatore.
Videntur in Orbis Senatu compositi ad mores,
Parati ad obedientiam, quasi alterius naturæ peccare nescientes,
Christianæ fidei columnæ spirantes, sustinentes Atlanteis
Humeris pia patientia obedientiæ iugum,
Humilitatis obiectionem, paupertatis humilitatem,
pœnitentiæ calamitatem, religiosæq; vitæ molem:
Et quò plures enascuntur ærumnæ, eò marmorea fortitudine stant alacres,
Et inflexibiles, veluti spirantes columnæ viuæ ad seruiendum,
Marmoreæ ad sustinenda super humoros pietatis Opera.
Sunt) Mundo maiores, vincentes animi motus, ac perturbationes,
) Orbis supplementum, vel supplendo Orbis defectus, vel
Ipsi se exhibendo Deo bonitate, qua caret Mundus.
Nec solum sunt Orbe maiores, Orbis supplementum,
Sed Ecclesiæ Christi doctrina, & sanguine illustris,
Doctorum eruditione irridiantis, Martyrum passionibus purpurescentis,
Præsulum auctoritate sublimis, exemplis, & miraculis inclytæ complementum.
Nec ita perfecta foret, nisi eius perfectio compleretur religiosæ vitæ instituto.
Sunt denique plenitudo Euangelij non solum enim sermone, scriptis, sed exemplis illud enunciant,
Europam sudoribus irrigant, qui Asiam cruore non possunt,
Faciunt Christo Martyres syluam palmarum,
Doctores terrent lucubrationibus suis posterorum ingenia.
Dati quippè videntur à Deo insipientibus in lucem, errantibus in viam,
peccatoribus in gratiam, tepidis in ignem, Hæreticis in malleum,
Infidelibus in remedium, pusillis in solatium, Magnatibus in consilium,
Pontifici Maximo in obsequium fidelissimum.
In hac religione viuens pauper opum, corde humilis,
Crimina deflens, iuris amans, munificus, pacificus, patiens,
Corde purus censetur beatus, imò potius Orbis beatus.
In hac Societate studuit ANDREAS prodesse Dynastis,
Qui sunt Portæ templi, per quas innumeri intrant Ecclesiam.
Limpidi fontes Helim, qui dulces doctrinæ aquas fundunt,
desertaq; rigant, vt fructificent.
Cherubini, arcentes romphea flammea ab Ecclesia Dei, vineam eius demolientes.
Hos irreprehensibiles efformare conatur, Episcopatum optantes.
Felix Andreæ calamus, qui instruit Sanctos esse Pastores,
Vt sint non modo Sacerdotes, sed Sacerdotum Ministri,
Ac Magistri, criminum Vindices, virtutum Curatores,
Quibus iustitiæ disciplina traditur ab INNOCENTIO DECIMO,
Sedente in throno Christi, sedentibus super Cathedram Moysis
Vt, vbi sanctitas floreat, Iustitia illucescat.
Et fiant fideles meliores vitæ probæ, & iustitiæ exemplis,
Sic assumet Agnus Agnos ad pascua,
Euolabit ad originem suam libera probitas,
Nullo iam illam ambiente contrario,
Et quia Supremæ Maiestatis ambitio Episcopos libertos suos Reges inungit,
Chrismate, non tam Athletas ad pugnam armat
Quàm Regni candidatos inuitat ad coronam;
Ideò vasa decoris imbuit æternus Amor,
Vasa nequitiæ cauendum, ne torqueat æternus ardor,
Non declinabunt Doctores ab hisce elaboratis scriptis discere,
Excipient sedentes super cathedram Moysis erudita monumenta,
Prudentes serui super familiam Domini constituti,
Vt fiant corpore, mente, manu casti, puri, pudici,
Ac docti, qui pascua ouili Christi exhibent amœnissima.

Digitized by Google

INDEX LIBRORVM DISPVTATIONVM, ET CAPITVM.

Index Libri Quinti.

De Præsulis Electione. fol. 1.

DISPVTATIO I.

De ratione formali electionis Episcopi. fol. 2.

Cap. 1. Essentia perpenditur electionis Episcopi. fol. 6.
Cap. 2. Quæ ad validam electionem desideratur deliberatio. fol. 8.
Cap. 3. An error personæ, nullam faciat elenem. fol. 10.
Cap. 4. Quando qualitatis error censendus sit etiam personæ.

DISPVTATIO II.

De necessitate electioni contraria. f. 18.

Cap. 1. Prolusio Disputationis. fol. 19.
Cap. 2. Quę necessitas idoneæ noceat electioni. fol. 20.
Cap. 3. Num preces metum grauem causent. fol. 25.
Cap. 4. Electio ex metu leui habita num valida sit? fol. 26.

DISPVTATIO III.

An obsit electioni Episcopi simonia. fol. 27.

Cap. 1. Prolusio Disputationis. fol. 27.
Cap. 2. Refertur minus probabilis Auctorum opinio. fol. 28.
Cap. 3. Asseritur vera sententia, Ecclesiastico tantum iure spectato. fol. 29.
Cap. 4. Vera sententia secundum ius naturale diuinum. fol. 33.
Cap. 5. Inferuntur ex vera sententia nonnulla ad praxim. fol. 37.
Cap. 6. Num Papa, vel Princeps alius Supremus in propria, vel humana possit dispensare lege. fol. 43.
Cap. vlt. Diluuntur rationes cap. 2. contra veram sententiam relatæ.

DISPVTATIO IV.

Num aliqua eligentia ambitio, sibi suffragantis nullam faciat elenem. fol 57.

Cap. 1. Prolusio Disputationis. fol. 57.
Cap. 2. An electio Præsulis à maiori parte eligentium facta, computato electi suffragio valida sit secundum varios Auctores. fol. 58.
Cap. 3. Expenduntur allatæ sententiæ. fol. 59.
Cap. 4. Vera sententia de Præsulis electione. fol. 63.
Cap. 5. An asserta doctrina ad electiones alias aliarum dignitatum, vel ecclesiasticorũ officiorum latè pateat.

Index Libri Sexti.

De Persona Eligenda. fol. 72.

DISPVTATIO I.

De iustitia distributiua penès aliorum sententias. fol. 72.

Cap. 1. Quæstionis status exponitur. ibid.
Cap. 2. Refertur, neq. omninò efficax habetur opinio D. Thomæ. fol. 73.
Cap. 3. Affertur, & reijcitur sententia Caietani. ibid.
Cap. 4. Refellitur opinio Soti. fol. 74.
Cap. 5. Aliorum exploditur solutio, atq; opinio. ibid.
Cap. 6. Nullius roboris opinio Nauarri ostenditur. fol. fol. 75.
Cap. 7. Molinę, ac Vasquez, probabilis sententia expenditur, & reijcitur. ibid.
Cap. 8. Expungitur sententia Petri Nauarræ. fol. 78.
Cap. 9. Expenditur, ac refellitur opinio Soarij. fol. 80.

Digitized by Google

Index Librorum, Disputationum, & Capitum.

DISPVTATIO II.

Præuia ad veram sententiam. fol. 84.

Cap. 1. De nomine iustitiæ, iurisq. expositione. fol. 84.
Cap. 2. De obiectio iustitiæ generatim sumptæ. fol. 85.
Cap. 3. De iure, & obiecto iustitiæ purè commutatiuæ, ac distributiuæ. 87.

DISPVTATIO III.

De obiecto iustitiæ commutatiuæ, ac distributiuę simul, earumque habitu. fol. 88.

Cap. 1. An præter ius, quod est obiectum purè commutatiuæ, ac distributiuæ aliud detur. fol. 88.
Cap. 2. Reijciuntur solutiones, obiectionesq; contrariæ. fol. 92.
Cap. 3. De habitu iustitiæ purè commutatiuæ, & purè distributiuę, necnon vtriusq; participe. fol. 94.
Cap. 4. Soluitur cùm Princeps argumentum, ex quo tota manauit difficultas: Tùm aliæ in contrarium obiectiones. fol. 96.

DISPVTATIO IV.

De beneficiorum Ecclesiasticorum institutione. fol. 97.

Cap. 1. Bonorum Ecclesiasticorum affertur diuisio. f. 97.
Cap. 2. Principes adducuntur sententiæ de ratione instituendi Ecclesiastica beneficia. fol. 99.
Cap. 3. Prolusio veræ sententiæ. fol. 100.
Cap. 4. Vera sententia de beneficiorum restitutione. fol. 101.
Cap. 5. An ex pacto, præceptouè naturali diuino beneficia Ecclesiastica danda sint dignioribus. fol. 105.
Cap. 6. Soluuntur obiectiones, necnon argumenta contraria relata. fol. 109.

DISPVTATIO V.

De Personarum acceptione. fol. 111.

Cap. 1. Quid sit Personarum acceptiò. f. 111.
Cap. 2. Deducũtur ex dictis nonnulla ad Praxim. fol. 114.

DISPVTATIO VI.

De peccato in promouendis ad beneficia Ecclesiastica indignis. fol. 117.

Cap. 1. Prolusio Disputationis. fol. 117.
Cap. 2. Quod peccatum sit indignum promouere ad Ecclesiasticum beneficium. fol. 119.
Cap. 3. Nonnulla ex superiori doctrina ad Praxim deducuntur Corollaria. f. 124.

DISPVTATIO VII.

De grauitate, ac specifica ratione peccati ob promotionem minus digni, omisso digniore. fol. 127.

Cap. 1. Variæ referuntur sententiæ. f. 127.
Cap. 2. Vera exponitur sententia. f. 129.
Cap. 3. An licitum sit ex æquè dignis prò arbitratu quemlibet eligere ad beneficium. fol. 135.
Cap. vlt. Soluuntur argumenta contraria capite primo relata. fol. 139.

DISPVTATIO VIII.

De Præstantioris electione in Episcopum. fol. 142.

Cap. 1. An in Episcopum melior semper eligendus sit. fol. 142.
Cap. 2. Contrariæ soluuntur obiectiones. fol. 144.

DISPVTATIO IX.

An valida sit electio indigni ad beneficia Ecclesiastica, præsertim Episcopatus. fol. 146.

Cap. 1. Minus probabilis refertur opinio: fol. 146.
Cap. 2. Nulla Indigni asseritur electio. f. 147.
Cap. 3. Ex quibus deducenda sit indignitas personę ad beneficium Ecclesiasticum. fol. 148.
Cap. 4. Soluuntur argumenta cap. 1. adducta. fol. 151.

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO X.

Vtrum valida sit electio digni omisso digniore. fol. 154.

Cap. 1. An aliqua digni electio, omisso digniore, sit nulla. fol. 154.
Cap. 2. Nonnulla deducuntur è superiori capite ad praxim.

DISPVTATIO XI.

De Restitutione ob indigni electionem ad Ecclesiastica beneficia. fol. 157.

Cap. 1. Variæ referuntur sententiæ de restitutione ob Indigni electionem. fol. 157.
Cap. 2. De restitutione facienda ob Indigni electionem. fol. 158.

DISPVTATIO XII.

Vtrum electio Digni, Digniore omisso, pariat restituendi obligationem. fol. 163.

Cap. 1. Prima refertur, ac reijcitur opinio. fol. 163.
Cap. 2. Alter primæ opinionis defendendæ modus expungitur. fol. 164.
Cap. 3. Secunda refertur, vt ab alijs circumscripta, & probata sententia, & reijcitur. fol. 165.
Cap. 4. Vera sententia de restitutione facienda ob digni, digniore prætermisso, electionem ad curata beneficia. f. 167.
Cap. 5. Vera sententia de restitutione ob electionem Digni, relicto Digniore ad cętera beneficia. fol. 172.
Cap. 6. Cui facienda sit restitutio ex iniqua digni electione, prætermisso digniore. fol. 173.
Cap. 7. A quo, & quonam ordine asserta restitutio facienda sit. f. 175.
Cap. 8. Soluuntur rationes contrarię. fol. 177.

DISPVTATIO XIII.

Vtrum impediens aliquem à consequutione alicuius boni teneatur restituere. fol. 179.

Cap. 1. Ratio dubitandi, ac Doctorum sententiæ proponuntur. fol. 179.
Cap. 2. Prolusio ad quæstionis solutionem. fol. 180.
Cap. 3. An ex odio, vel aliàs impediens quępiam à consequutione boni minimè debiti teneatur, ad restitutionem. fol. 181.
Cap. 4. An à collatione, vel consequutione boni cuipiam debiti Impediens teneatur ad restitutionem. fol. 186.
Cap. 5. An, & quomodo restituere teneatur Impediens Procuratorem, vel negotij gestorem, nè causam agat, eius, cui bonum debitum erat destinatum. f. 191.
Cap. 6. Soluuntur rationes in contrarium allatæ capite primo. fol. 193.
Cap. 7. Ex superioribus disputationibus de electione Digni nonnulla ad praxim deducuntur Corollaria. f. 195.

DISPVTATIO XIV.

De pœnis contra malè eligentes, ac promouentes ad beneficia Ecclesiastica. f. 206.

Cap. 1. De pœnis simoniacæ electioni impositis. fol. 206.
Cap. 2. De pœnis contra malè Eligentes expressis *in cap. Cum in cunctis de electione.* f. 206.
Cap. 3. An sub dubio eligens Indignum alij quam subeat pœnam. f. 215
Cap. 4. De alijs censuris non latis, sed ferendis contra malè Eligentes, vel Promouentes. f. 216.
Cap. 5. De Pœnis statutis contra Calumniatorem electi ad beneficium. f. 220.
Cap. 6. In quibus casibus Accusator non probans non est habendus calumniator. f. 225.
Cap. 7. Quomodo constare debeat non probantem, calumnia vacare ad excusationem ab hac censura. f. 228.

DISPVTATIO XV.

De Nonnullis electionis ad Episcopatum circumstantijs. f. 228.

Cap. 1. De tempore, quo non est facienda, vel necessariò Præsulis habenda electio. fol. 229.
Cap. 2. Quomodo computandum sit trimestre statutum. f. 231.
Cap. 3. Nùm ante mortem Prælati de alterius electione licitè, ac validè tractari possit ab Electoribus, vel Promotoribus. fol. 233.

Digitized by Google

Index Librorum, Disputationum, & Capitum.

DISPVTATIO XVI.

De consensu, & iure per electionem acquisito. fol. 236.

Cap. 1. De consensu electi. fol. 236.
Cap. 2. Vtrum ex electione, & consensu electi ius ei comparetur ad Episcopatum: Duę referuntur sententiæ. fol. 241.
Cap. 3. Vera sententia de iure ad electum consentientem deriuato ex electione. fol. 242.
Cap. 4. Deducuntur ad Praxim aliqua ex disputatis. fol. 245.
Cap. 5. Soluuntur argumenta capit. 1. relata. fol. 246.

DISPVTATIO XVII.

Electores habito scrutinio possint nè ab electione resilire. fol. 247.

Cap. 1. Principes afferuntur, ac reiiciuntur hac de re sententiæ. f. 247.
Cap. 2. Vera quæstionis asseritur solutio. fol. 250.
Cap. 3. Inferuntur nonnulla ex dictis ad Praxim. f. 253.

Index Libri Septimi.

De reliquis rationibus Episcopatum constituentibus. f. 254.

DISPVTATIO I.

De Confirmatione. fol. 254.

Cap. 1. De essentiali confirmationis ratione. ibid.
Cap. 2. Nùm Confirmatio necessariò supponat electionem validam. fol. 256.
Cap. 3. Quomodo probanda sit scientia Principis, ex qua confirmare secundum specialem formam dicitur. f. 259.
Cap. 4. An Confirmatio alimo pacto subreptitia sit nulla. f. 161.
Cap. 5. Num inferior legem possit interpretari Superioris. f. 263.
Cap. 6. Nonnulla deducuntur àd praxim Cõfirmationis facientia. f. 270.

DISPVTATIO II.

De Prærequisitis ad Confirmationem. fol. 272.

Cap. 1. An inquirere teneatur Superior, cui confirmanda est electio, tùm de huius tùm de electi requisitis. f. 272.
Cap. 2. Quæ forma seruanda est ad inquisitionem faciendam ante confirmationem electi in Episcopum. f. 273.
Cap. 3. Limitationes præassertæ doctrinæ, & pœna eam non seruantis. fol. 275.
Cap. vlt. Quando per Confirmationem peccetur. f. 276.

DISPVTATIO III.

De Cnnfirmationis Effectibus. fol. 271.

Cap. 1. Præfatio ad disputationem. fol. 277.
Cap. 2. De iure, atquè administratione, quæ competit confirmato.
Cap. 3. Limitatur superioris capitis doctrina. fol. 280.

DISPVTATIO IV.

De specialibus muneribus ad Episcopum confirmatum spectantibus. fol. 182.

Cap. 1. De muneribus in specie, & primo de Censuris spectantibus ad confirmatum Præsulem. f. 282.
Cap. 2. Nùm In articulo mortis possint à laico, qui postulatus esset in Episcopum, atquè admissus, tolli censuræ. f. 284.
Cap. 3. De duobus alijs muneribus, quæ cõpetunt Episcopo confirmato. f. 288.
Cap. 4. Nùm Episcopus confirmatus possit Indulgentias concedere.

DISPVTATIO V.

Nùm possessio necessaria sit ad munera, super asserta, à Confirmato Præsule obeunda secundum ius antiquum. f. 293.

Cap. 1. Opiniones referuntur de possessione requisita, vel administrationi non necessaria. fol. 293.
Cap. 2. Vera sententia de possessione ante administrationem. ibid.
Cap. 3. Soluuntur argumenta contraria.

Dis-

Digitized by Google

Index Librorum, Disputationum, & Capitum.

DISPVTATIO VI.

Quid iure nouo, ac de facto ad complementum iuris, atquè administrationem Episcopatus requiratur. fol. 297.

Cap. 1. Prolusio ad Disputationem. f. 297.
Cap. 2. Num, & quæ requiratur expeditio literarum ad Episcopatus administrationem. f. 298.
Cap. 3. De Pœnis in extrauaganti impositis. fol. 300.
Cap. 4. Limitationes assertæ dispositionis. fol. 301.
Cap. 5. Inseruntur ad praxim nonnulla. f. 303.

DISPVTATIO VII.

An Capitulum iure debeat, vel possit Episcopo contradicente, Prælulatum administrare, quando literæ prouisoriæ non ostenduntur intra sex menses à die expediti breuis Apostolici concedi soliti ad capiendam possessionem. f. 305.

Cap. 1. Asseritur prima propositæ quæstionis sententia. fol. 305.
Cap. 2. Vera sententia. f. 306.
Cap. 3. Soluuntur argumenta contraria. fol. 309.

DISPVTATIO VIII.

An Episcopatus electus, & confirmatus possit ea, quæ sunt Ordinis per alium præstare. fol. 311.

Cap. unic. Episcopus electus, & confirmatus etiam, quæ sunt Ordinis per alterum Episcopum præstare potest. f. 311.

DISPVTATIO IX.

De Postulationis natura. f. 313.

Cap. 1. Quid sit Postulatio. f. 313.
Cap. 2. Quo pacto ab electione, ac nominatione postulatio distinguatur. fol. 316.

DISPVTATIO X.

De Circumstantia circa quid postulationis, & ratione materiæ, siuè personæ postulandæ in genere. f. 317.

Cap. 1. Quis postulandus, vel non postulandus sit. f. 317.
Cap. 2. Num eligendus possit postulari. f. 319.

DISPVTATIO XI.

De Præsulum translatione. f. 321.

Cap. 1. An vnius Ecclesiæ Præsul ad alterius regimen, & Episcopatum sit eligendus vel postulandus. fol. 321.
Cap. 2. Num, & ex quibus causis expediat Episcopum vnius Ecclesiæ ad alteram trãsferri. fol. 326.
Cap. 3. Speciales Sacris Canonibus excerptæ causæ ad translationem Ecclesiarum habendam, vel non habendam. f. 329.
Cap. 4. Quando licitè, vel illicitè transfertur Episcopus ex vna ad alteram Ecclesiã. fol. 330.

DISPVTATIO XII.

De Promotione Eminentissimorũ Cardinalium in Episcopos. f. 332.

Cap. 1. Num Eminentissimi Cardinales postulandi, vel in Episcopos eligẽdi sint. f. 332.
Cap. 2. Num, & ex qua causa expediat Cardinales postulatos in Episcopos cõcedere. fol. 335.

DISPVTATIO XIII.

De fine Postulationis. f. 338.

Cap. unic. An, & quodius comparetur Postulato? f. 338.

Index Libri Octaui.

De reliquis formis Episcopatum constituentibus. f. 343.

DISPVTATIO I.

De Natura Præsentationis. f. 343.

Cap. 1. Disputationis Prolusio. ibid.
Cap. 2. Quid sit Præsentatio. f. 344.
Cap. 3. Nonnulla deducuntur ex dispu tat fol. 346.

Cap.

Digitized by Google

Index Librorum, Disputationum, & Capitum.

Cap. 4. Soluuntur obiectiones in contrarium. fol. 347.

DISPVTATIO II.

De causa materiali, alijsq; circumstantijs Presentationis. fol. 349.

Cap. 1. Num præsentatio ad Cathedralē Ecclesiam esse debeat personæ præsentis. fol 349.
Cap. 2. Num Patronus se ipsum ad Cathedralem possit Ecclesiā præsentare. f. 351.
Cap. 3. Num Præsentatio ad Cathedralē Ecclesiam certa, determinata omninò debeat esse. f. 352.
Cap. 4. De Tempore, & loco Præsentationis. fol. 356.

DISPVTATIO III.

De consensu personę presentatę ad Cathedralem Ecclesiam. f. 359.

Cap. 1. An Præsentatus ad Cathedralem Ecclesiam debeat consentire. f. 359.
Cap. 2. Quod Ius Præsentatio conferat Præsentato. fol. 361.
Cap. 3. An Præsentans, vel nominans ad Cathedralem Ecclesiam possit ante institutionem variare. f. 362.

DISPVTATIO IV.

De ratione, quę magis est in vsu, promotionis ad Cathedrales Ecclesias. fol. 366.

Cap. 1. Referuntur, ac breui perpenduntur Proemium, ac finis constitutionis Gregor. XIV. P. M. de forma promouendi ad Cathedrales Ecclesias. f. 366.
Cap. 2. Expenditur prima Constitutionis pars de personis, quarum interest inquisitionem, ac processum facere promouendi in Antistitem. f. 367.
Cap. 3. Explicatur Secunda, & Tertia pars Constitutionis Pontificiæ exprimentis personas, ad quas attinet Processum facere Promouendi. fol. 370.
Cap. 4. Enodatur quarta constitutionis pars faciens ad personas, quarum secundario interest concedere Promouēdi Processum. fol. 273.
Cap. 5. De modo conficiendi Processus per viam Inquisitionis. f. 374.
Cap. 6. De qualitatibus Testium. f. 375.
Cap. 7. Modus interrogandi testes, ac respondendi. ibid.
Cap. 8. De ijs, quæ iuxta hanc bullam desiderantur, ad plenam notitiā doctrinæ personæ sæcularis Promouendæ in Antistitem, quando præsertim est Prouinciæ, in qua sunt publica. f. 379.
Cap. 9. De notitia habenda doctrinæ personæ regularis Promouendæ. f. 380.
Cap. 10. In translatione Præsulis ad alterum Episcopatum quid præstandū sit. f. 381.
Cap. 11. De Professione fidei à Promouendo facienda. ibid.
Cap. 12. De Inquisitione, ac relatione status Ecclesiæ facienda. fol. 384.
Cap. 13. Inquisitione perfecta, quid faciendū sit? f. 385.

DISPVTATIO V.

De promouendi in Antistitem praxi Consistoriali, eiusdemq; difficultatibus. fol. 386.

Cap. 1. Proponitur praxis promotionis habitæ in Curia. f. 386.
Cap. 2. Perpenduntur postremæ functiones ad Episcopalem Promotionem necessariæ. f. 381.

DISPVTATIO VI.

De natura, & essentiali ratione Consecrationis Episcopi. f. 395.

Cap. 1. An Episcopi consecratio sit Sacramētum. fol. 395.
Cap. 2. An Episcopi consecratio' Sacramentū sit Ordinis penes varias Auctorum sententias. fol. 397.
Cap. 3. Vera sententia de Cōsecrationis Episcopalis Sacramento à Sacerdotio distinctio. f. 398.
Cap. 4. Soluuntur argumenta contraria pro prima sententia relata. f. 400.

DISPVTATIO VII.

Præuia ad characterem Episcopalem, characteris ab solutè sumpti, & secundum se explicans rationem. fol. 405.

Cap. 1. Aliorum afferuntur, ac reijciuntur opiniones de Charactere. f. 405.
Cap. 2. Vera de Charactere sententia. f. 407.
Cap. 3. Ad quam speciem qualitatis character spectet. f. 412.

DIS-

Digitized by Google

Index Librorum, Disputationum, & Capitum.

DISPVTATIO VIII.

De Characteris Consecrationis Episcopalis. fol. 417.

Cap. 1. An per Consecrationem in Episcopũ Character imprimatur penès varias opiniones. f. 417.
Cap. 2. Vera sentẽtia de Episcopali charactere. fol. 418.
Cap. 3. Soluuntur argumenta contraria. f. 419.

DISPVTATIO IX.

De materia, & forma Sacramenti Consecrationis Episcopalis. fol. 421.

Cap. 1. De materia ordinationis Episcopi variæ sententiæ. f. 421.
Cap. 2. Vera sententia de materia, & forma Sacramenti Ordinis Episcopalis. ibid.
Cap. 3. Soluuntur argumenta contraria. f. 424

DISPVTATIO X.

An Episcopatus spiritualis rationem habeat matrimonij, & quà tale Sacramentum sit. fol. 426.

Cap. 1. An Episcopatus spirituale sit Coniugium Episcopi cum Ecclesia. f. 426.
Cap. 2. In quo sita sit essentia matrimonij inter Episcopum, & Ecclesiam. fol. 428.
Cap. 3. An Episcopatus, qua spirituale matrimonium, sit Sacramentum. f. 429.

DISPVTATIO XII.

Præambula ad Episcopalem Iurisdictionem de Iurisdictione cuiuscumq; Sacerdotis. fol. 432.

Cap. 1. De Iurisdictione cuiuslibet Sacerdotis in mysticum Christi Corpus secundum varias Auctorum sententias. fol. 432.
Cap. 2. Prolusio Disputationis. f. 434.
Cap. 3. Relatæ de potestate Iurisdictionis sententiæ reijciuntur. f. 435.
Cap. 4. Vera sententia de Sacerdotis Iurisdictione. f. 441.

DISPVTATIO XII.

De causa finali consecrationis. f. 447.

Cap. 1. Episcopalis iurisdictionis potestas per comparationem cum sacerdotali declaratur. f. 447.
Cap. 2. An possit Episcopus ad duas Ecclesias consecrari, in quibus propriam habeat iurisdictionem. f. 449.
Cap. 3. An duo Episcopi vni Ecclesiæ præficiposſint. fol. 543.
Cap. vlt. De postremo effectu ordinationis, & Consecrationis Episcopi. f. 454.

DISPVTATIO XIII.

De Praxi Consecrationis. f. 455.

Cap. 1. Adumbrabntur actiones, quibus Consecratio Præsulis perficitur. f. 455.
Cap. 2. Dilucidatur tres primæ ex enumeratis functionibus. ibid.
Cap. 3. Tres aliæ subsequentes expenduntur actiones. f. 456.
Cap. 4. Enodantur duæ partes examinis, quod sextam cõtinet actionem ex enumeratis. f. 460.
Cap. 5. De Sacris Episcopi vestibus. f. 461.
Cap. 6. Ab octaua vsq; ad decimam septimam Actiones facientes ad consecrationem expenduntur. f. 465.
Cap. 7. Reliquę perpenduntur actiones consecrationis. f. 466.

Digitized by Google

VINCENTIVS CARRAFA
Societatis Iesu Præpositus Generalis.

CVM opus P. Andreæ Gerundæ, Nostræ Societatis Sacerdotis de Episcopo, tres eiusdem Societatis Theologi recognouerint, & in lucem edi posse probauerint, facultatem facimus, vt typis mandetur, si ita ijs, ad quos pertinet, videbitur. In cuius rei fidem has literas manu nostræ subscripta, sigillog, nostro munitas dedimus. Romæ 25. Ianuarij 1647.

Vincentius Carrafa.

Loco sigilli.

APPROBATIONES.

Al Patre Teologo
Gregor. Pecceril, Vic. Gen.

Imprimi Potest, si videbitur Reuerendissimo Domino Vicario Generali.
F. Ioseph. de Rubeis Ord. Min. Con. S. T. D. Emin. Card. Philam. Theologus, & Consult. S. Officij.

Imprimatur.
Gregorius Peccerillus Vicarius Generalis.

Illustrissimo, & Eccellentissimo Signore.

IL Padre Andrea Gironda della Compagnia di Giesù dice à V.E. come hauendo da stampar vn Tomo de Episcopo, la supplica perciò à deputar persona, che meglio parerà à V.E. à vederlo, & oltre, e cosa giusta, l'hauerà à gratia, vt Deus.

Reuerendus Pater Cæsar de Viuo videat, & referat.

Zufia Reg.

Prouisum per Suam Excellentiam Neapoli die 20. Decembri 1649.
Locus Signi

Barrilius.

DE mandato Illustrissimæ, & Excellentissimæ Dominationis vestræ perlegi librum de Episcopatu à *P.* Andrea Gerunda Soc. Iesu conscriptū: Nihilq; in eo contra Regiam Maiestatis Iurisdictionem inueni. In cuius fidem hæc mea manu scripsi. die 25. Mensis Martij 1650.

Cæsar de Viuo.

Vidit Reg. Consiliarius Io. Baptista Amendola Commissarius specialiter Delegatus per S. E. pro reuisione Librorum. Io. Baptista Amendola.

Visa retroscripta relatione

IMPRIMATVR.

Zufia Reg. *Casanata Reg.* *Caracciolus Reg.* *Garcia Reg.*

Prouisum per Suam Excellentiam Neapoli die 30. Martij 1650.
Locus Signi.

Barilius.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1895

Digitized by Google

LIBER QVINTVS

De Præsulis Electione.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1886

VAmquam Episcopatus concretũ vnum per accidens sit, si, vel electione (qua nunc, ac deinceps, præsentationem postulationem comprehendo,) vel pontificia promotione, confirmationeq; vel cõsecratione considereturconstitutum, vt ad exactam eius explicationem à nobis accipitur; nihilo tamen minus si enucleatiùs eius naturam perpenderimus, aliquam non immeritò, instar physici compositi, habere comperiemus vnitatem præstantiorem. Et quidem cum Episcopus sub triplici statu cadere in considerati onem possit, vt electus, præsentatus, ac postulatus, vt immediatè à Papa promotus, & confirmatus, ac deniq; vt consecratus; triplici etiam constitutus forma profectò cẽsendus est, electione, vel postulatione; promotione confirmationeq; & consecratione: ad cuius rei dilucidationem nõnulla operæpretium erit ex philosophia adnotare.

Notandum igitur Auctores in cõposito physico animato, præsertim humano plures admisisse formas. Et vt reijciam Manicheorum errorem asserentium alteram esse animam spiritualem, homini à bono Deo inditam: alteram animalem à malo, contra quos *D. Augustinus eruditè, atq; acerrimè agit lib. de duab. animab.* missos etiam, vt faciam eos catholicos, qui *Auctore Hieronymo epist. 150. ad Hed.* duas in homine asserebant animas, sensitiuam vnam, alteram rationalem, eam solùm indico sententiam, quæ in vnaquaq; re substantiali, tot agnoscit formas per se subordinatas, quot gradus: quippè qui quatuor cùm sint inanimatorum, vegetantium, sensibilium, & rationalium, pluribus etiam constituuntur formis. Quam sententiam suis modis explicatam docet *Philoponus 1. de anim. text. 1. Iandun cap. de anim. q. 12. Paulus Venetus in summ. de anim. cap. 5. nec longè abest Ocham. lib. 2. q. 10. & 11.*

Verum quidquid sit de hac opinione, receptissima est reliquorum sententia DD. gradus hos asserentium posse, vel omnes, vel aliquos ab vna tantùm forma substantiali præstantissimo quidem modo contineri, ac tres esse tantùm animarum rationes, quæ dum in perfectissima, nempè rationali repetiuntur, vel ratione cum fundamento in re, vt Philosophi loquuntur, vel formaliter à parte rei, vt *in tract. de anima* docui probabilius distinguuntur.

Hos autem inter gradus duplex est subordinatio; altera, vt gradus animi minus perfectus à perfectiori separabilis sit ex se in alieno supposito: sic probè *Aristot. lib. 2. de anim. cap. 1.* ac deinceps, ità DD. consensu, atq; experientia magistra, anima vegetatiua separatur à sensitiua, & à rationali, vt in plantis patet ad oculum; sic etiam sensitiua rationis expers, quæ à rationali etiam disiungitur. Altera, quam indicaueram, subordinatio in eo sita est, vt præstantioris animæ gradus inferiorem semper supponat, & in vna, eademq; anima vniti, alius non separetur ab alio, vt rationalis non à sensitiuo, nec sensitiuus à vegetatiuo, quod omnibus exploratum est, experientia comprobante.

Ex his autem, vt eò iam, vnde digressi sumus, reuertamur, ita mihi philosophandum est, vt sentiam Episcopatus adæquatam essentiam tribus veluti constitui gradibus, electionis (quæ postulationem, & præsentationem etiam amplector) confirmationis, quam ad collationem à Papa factam extendo, quippè quæ electionem, nominationem, designationem, & confirmationem continet, & consecrationis. Nam vt ex variis operationum generibus, ac facultatibus optimè distinctio, à posteriori deducitur animatũ vegetatiuæ, sensitiuæ, ac rationalis, quæ quidem radicalia sunt illorum principia, ex quibus à priori, varia innotescunt actionum genera; ità in hoc morali Præsulis concreto, cum nonnulla ei competant vt electo, alia vt confirmato, omnia demum, vt consecrato. Prætereà circumscriptionem quamdam habet Episcopus per electionem in suo esse electo, ex qua non se extendit ad confirmati rationem, neq; ad consecrati, à quorum singulis rationibus potest electus separari, non vero è contrà; cum consecratio supponat electionem, & confirmationem, vel quippiam ei æquiualens. Et licet infra nonnulla de postulatione subijciam. hæc autem, quòd per se intenta non est, distinctum non cõstituit ab electione gradum. Has ergo omnes cõsiderabimus de Episcopo, Deo dante, formalitates. Itaquè quintus liber, qui huius tomi est primus, electionis essentiam voluntariam, liberam omniq; expertem necessitatis è simonia, superbia, vel ex ambitione maximè prouenientis per quatuor distinctas disputationes, multaquè capita mox subijcienda, comprehendet. Secundus, seù in ordine sextus, tùm personam exponet, ex qua valor, etiam sub certis pœnis, expendet electi onis, cuius occasione de iustitia distributiua; de beneficiorum ecclesiasticorum institutione, & collatione, deq; personarum acceptione, ac restitu-

Digitized by Google

stitutione ob iniquam electionem disputabit, tùm reliquas temporis, lociq; circumstantias, tùm rationem finis, ad quem electio dirigitur. Septimus autem liber confirmationem, eiusque disputationes, atq; effectus, nec non confirmati potestatem etiam ad administrationem, postulationem, translationem, atq; Eminentissimorũ Cardinalium ad Episcopatus promotionem inuoluet. Demũ præsentationem à Patronis habitam: nominationem à Regibus, alijsq; Dynastis. Nominationes præterea à Summo Pontifice, consecrationemq; explicandas, Octauus, ideſt, vltimus huius secundi tomi liber excipiet.

DISPVTATIO PRIMA.

De ratione formali electionis Episcopi.

ELectionis quæstiones omnes, præter superioribus libris disputatas, si ex instituto consilium esset agitare, non modo tenax nõ essem propositi, quod maximè profiteor, sed sanè immemor, quoad aliena non excurrere decreui, ni nostris disputationibus cohæreant, vel ad maiorem dilucidationem, vel ad necessariam sequelam, ex qua in nostram possent doctrinam, vel pro ea, deriuati momenta rationum. De electione itaq; Religiosorum, Monialium, vel nihil, quod magis optarem, vel cursim aliquid indicabo. Igitur de nostri Præsulis electione canonica, quam alicubi vigere dicemus, ex professo disputabimus ea, quæ magis in præsentia sunt in vsu: cum omnia cæteris electionibus communia habeantur, *tit. de electione tùm in decretalibus, tùm in clement. vbi DD. Hostiens. in summ. eod. titul. præsertim lib. 4. §. Bayſius in Rector. electi. Fleringus Goaden de forma, & modo eligendi nouum Prælatum; qui quidem habentur tom. 15. par. 1. tract. nono, Rebuff. in concordat. tit. de elect. de rogat. & de regia nom. ad prælat. Duarenus lib. 5. capit. 1. Cucchus lib 4 titul. 1. Bertach. tract. de Episcop. Cosmus in Pragmat. sanct. titul. de elect. §. vltim. verb. ad electionem, & verb. possent, Summistæ verb. electio. quam etiam complexus est vno libro Cardinalis Mandagosus tractat. de electionibus.* Electionem pariter ad alia beneficia Ecclesiastica non omninò prætermittemus; quæ & ad nostri Præsulis electionem maximè conducet, & ad electiones ab Episcopo faciendas ad beneficia præsertim curata, necessaria omninò est. Verum breui nonnullam rerum adumbrationem præmittendam puto ex solis sacris canonibus deductam, ne harum omninò præterita inducerent, ex quibus seponam eligenda, deinceps disputanda pro dignitate, omissis etiã ijs lib. 9. Deo dante, inferendis ad causam promouentem spectantibus.

Itaq; modus, siuè forma in electione seruanda præscripta est ab *Innoc. III. in Concilio generali in cap. Quapropter de electione*, vbi habentur tres modi: *Statuimus, inquit, vt cum electio fuerit celebranda præsentibus omnibus, qui debent, & volunt, & possunt commodè interesse, assumantur tres de Collegio fide digni, qui secreto, & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta, mox publicent in communi, nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto, vt is collatione habita eligatur, in quem omnes, vel maior, & sanior pars Capituli consensit, vel saltem eligendi potestas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium Ecclesiæ viduatæ prouideant de Pastore. Aliter electio facta non teneat, nisi forte communiter esset ab omnibus quasi per inspirationem absq; vitio celebrata, qui verò contra præscriptas formas eligere attentauerint, eligendi ea vice potestate priuentur.*

Additur deindè in §. de Procuratore, de quo nos supra, & in §. reprobantur electiones clandestinæ, ac præcipitur, vt quam citò electio fuerit celebrata, solemniter publicetur. Hic apparent tres formæ, ac modi eligendi. Per electionem totius Capituli, in qua dicitur requiri maior, & sanior pars, vt sit valida electio; Per compromissum, & per inspirationem. Ad quorum declarationem multæ emanarunt decretales. Itaq; prius attingemus de ipsa electione, quæ faciunt ad prædictorum modorum, præsertim duorum priorum declarationem, ac deindè agemus de ijs, quæ accidunt electioni iam factæ, siuè sit confirmandus electus, siuè reprobandus, si prius videamus de qua electione hæ formæ præscribantur ab *Innocentio Tertio*,

In qua re *Host.* cum nonnullis alijs putauit hos modos assignari pro omnibus electionibus, quæ fiunt à Canonicis, & Collegiatis in quibuscumq; beneficijs, sed melius Panorm. num. 7. §. circa istam, ait hic præscribi electionis formã pro eligendo Episcopo, & alijs Prælatis Ecclesiarum collegiatarum, qui habent generalem iurisdictionem in Ecclesijs collegiatis, & ratio est, quia hic agitur, vt patet legenti, de prouidendis Ecclesijs viduatis, quæ sunt illæ, quæ habent sponsum, quo viduantur; Episcopus autem est propriè sponsus, & pastor suæ Ecclesiæ, & deinde suo modo alij Prælati, quare de horum electione propriè est sermo ita, vt eligentes in horum Prælatorum electione, nisi seruent has formas, vt videlicet vota singulorum secreto per tres electos exquirãtur, & scribantur, ita vt scriptura pene sit de substantia, vt ait *Panorm.* & alia seruetur, non valeãt electiones, nisi in aliquibus Ecclesijs Collegiatis, vel alijs communitatibus esset, cum approbatione Summi Pontificis præscriptus alius modus.

At in electionibus Canonicorum, & aliarum dignitatum, in quibus electi non sunt Pastores, ac sponsi non necessario seruandæ sunt hæ formæ,

Digitized by Google

mæ, vt ibi cõcludit Panormitanus, qui eos Prælatos, ait, habere generalem iurisdictionem, de quibus, hic agitur, qui possunt cognoscere de causis ciuilibus, & criminalibus, quales sunt Abbates, non autem omnes præpositi Ecclesiarum collegiatarum.

De praxi autem harum electionum habetur *in glos. in cap. 7. Perpetuo, & in cap. cum expediat de elect. in 6.* vt docet *Panorm. à num. 9. & seq.* vbi quærit, quis debeat scrutari vota illorum trium, qui scrutantur alios, & ait primo loco esse illos scrutandos.

Ac qui debeant interesse electioni, & quomodo sint vocandi, dicemus lib. 9. Quoad id autem, quod dicitur de maiori parte capituli, *in cap. Ecclesia de elect.* declaratur intelligi de maiori parte capituli, totius non maiore respectu aliarum partium singularium, quæ alios eligerent. Idem dicitur in *cap. in genesi eodem.*

Et in cap. auditis ostenditur, quod etiam si minori parti alij accedant, non conualescit electio, quæ ab initio fuit irrita, quod quia contradicit antecedenti *cap. quod sicut*, vbi electio nulla ob contemptum aliquorum, dicitur potuisse valere, si ob bonum pacis contempti consensissent, sic etiam alibi, ideo *glossa* ibi varie explicat. Verum vt dicitur *in cap. Ecclesia de electione* ob cõtemptum aliquorum electio non est irrita ipso iure, sed est irritanda, si deinde non consenserint, vt infra ostendemus, idcò mirum non est, si antequam irritetur accedentibus alijs sit valida; at electio à minori parte est contra formam electionis, atq; adeò ipso iure est nulla, quod clarè significat *Panorm.* ibi in casu posito, vbi ait, ideò nõ potuisse conualescere electionem accedentibus alijs, quia electio à minori parte ab initio erat ipso iure nulla.

Maior autem pars in *cap. cum in iure de elect.* dicitur etiam si ex septem tres eligũt quartum, & his cõsentiat, ità, vt is etiam numeretur, quod tamen ibi *gloss.* in fine ait, hodie non valere ex *cap. Cumana, & cap. quia propter.*

Hæc autem forma, vt sit maior pars capituli, non respectu singularum partium non sufficit in electione Romani Pontificis, in qua requiritur saltem duæ partes, vt habetur in *cap. licet, de elect.* de qua fortasse dicemus cum de Summo Pontifice, in alijs autem seruanda est, & non potest mutari per compromissum, ità vt detur alicui potestas scrutandi vota, & eligendi eum, quem maior pars capituli respectu minorum elegerit, sic etiam statuitur in *cap. si cui, de elect. in 6.* & tamen aliquando, quia maior pars capituli contempsit appellationem à minori legitimè interpositam ad Romanum Pontificem, fit indigna, vt audiatur contra minorem, & à Summo Pontifice approbatur electus à minori, vt fit *in cap. Bonæ, de elect.*

Habendus est autem electionis processus, id est electio voce exprimenda, & in scriptis, cum alijs actibus est redigenda, ità, vt non sufficiat sola deportatio solemnis eius, in quem vota sunt directa, quia hæc deportatio nõ potest esse vice electionis, & ideò talis electio cassatur, vt fit in *cap. Ecclesia, vbi glos. verb. processus.* Hæc inquit, præcipua necessaria sunt, quibus electio non valet; Publicatio, Collatio, Inquisitio, & in continenti electio, & scriptura.

Neq; vero electio per singulares electores est celebranda, ità vt vnusquisq; eligat, nè sint de vno plures electiones, sed debet apparere electio vniuersalis, & communis, vt dicitur *in cap. in genesi*, ob cuius rei defectum, vt etiam per alios cassata est ibi electio.

Quare fit, & pronunciatur electio communis per vnum, siuè fiat electio per scrutinium, siuè per compromissum, alioqui eo ipso viribus caret, vt statuitur *in cap. sicut cum. de elect. in 6.* vbi glossa ait pronunciari per eum, qui habet primã vocem, aut per eum, cui capitulum commiserit, aut per quemuis tacentibus, & consentientibus alijs.

Et quamuis sententia iudicum, siuè arbitrorũ proferatur quidem ab vno, sed in plurali numero (Nos) tamen electionis pronunciatio, vt appareat euidentius vnica, & communis faciẽda est per verba singularis numeri, vt præscribitur *in cap. cum ab vno, de sent. & re iud. in 6.*

Reprobantur autem in electionibus, postulationibus, & scrutinijs, ex quibus ius oritur eligendi vota conditionalia, alternatiua, vel incerta, ità vt talia vota pro non adiectis habeantur, & vox illorum, qui ità processerint, resideat in ijs, qui purè consenserunt, vt habetur *in cap. 2. in electionib. de elect in 6.*

Hæc est prima forma eligendi. Quod si Summus Pontifex in aliqua electione facienda aliquid extraordinarium electoribus faciendum præscripserit, illud seruandum est, alioqui irritatur electio, vt fit in *cap. cum in veteri, de elect. in antiquo.* Vbi mandatum Pontifex dederat, vt electores ad consilium aliquorum Archiepiscopum sibi eligerent, & illi neq; opportuno tempore consilium expetierant, neq; responsionẽ expectauerant, licet in *cap. cum olim de arbitris* decernatur, quod quamuis electores ex forma compromissi, vel alio modo tenentur requirere consilium alterius, nulla sit electio, nisi requiratur, tamen eo requisito, liberè possunt eligere Prælatum, modò sit idoneus, siuè id concordet cum consilio sibi dato, siuè non.

Rursus, si eo tempore, quo Papa sibi reseruat prouisionem alicuius Ecclesiæ Cathedralis reperiatur facta electio, valet hæc quidem, sed nõ valebit quicquid ex eo tempore deindè fierit, vt definitur in *cap si eo de elect. in 6.* quarè si cõfirmaretur post talem reseruationem, confirmatio non valeret, vt aduertit ibi *glossa.*

Sed aliquando cum electores non cõueniunt, aut vt citiùs electio perficiatur, compromittunt alicui, vel aliquibus, & hæc est secunda forma præscripta in dicto *cap. quia propter.* cũ dicitur, *vel saltem eligẽdi potestas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium Ecclesiæ viduatæ prouideant de pastore.*

Vbi *glossa* disputat, an hoc compromissum fieri possit à maiori parte, contradicente minori, vt fit in alijs rebus, vt dicitur in *cap. cum in cunctis, de his, quæ fiunt à maiori parte, cap. imò*, vt fit in ipsa prima forma, sed tamen respondet in compromisso faciendo omnes debere cõsentire, cum dicatur (Vice omnium) quia videlicet

Digitized by Google

nemo debet suo eligendi iure inuitus priuari, & hæc est opinio communis Doctorum, vt testatur *Panorm. in prædicto cap. Quia propter*, §. *vel saltem, nu.* 2. & probat, quia dicitur in textu, qui vice omnium, quare qui vices omnium gerunt, ab omnibus eligi debent, & ratio est, inquit *Panorm.* quia nullus inuitus potest priuari voto suo, quod habet ad eligendum, vndè concludit, quod si vnus tantum non consentiat, cõpromissum fieri non potest. Addit Panorm. cõpromissarios non teneri seruare formam eligendi præscriptam: nam ideò dicitur (vel saltẽ, &c.) vt ostendatur alius modus eligendi breuior, & facilior, quarè non tenentur compromissarij seruare formam certam eligendi.

Hoc tamen compromissum fieri non potest cùm à maiori, & saniori parte capituli electio est facta de aliquo, vt habetur in *cap. cum inter, de elect.* modò electus consentiat, vt ibi dicitur, & additur causa, quia ex mutuo consensu eligẽtium, & electi fit quasi spirituale coniugium.

Cœpto autem tractatu electionis à compromissarijs compromissum reuocari non potest, vt dicitur in *cap. in causis de electione*; & potest fieri cum certis clausulis, certaq; restrictione, vt fit in cap. cum dilectus, vbi canonici eligendi Episcopi potestatem in tres canonicos transtulerunt promittentes se illum recepturum in Pastorem, quem de gremio suæ Ecclesiæ illi ducerent eligendum, vel quem illi tres ab omnibus, vel maiori, & saniori parte nominatum eligerẽt, supponitur autem ibi debuisse obseruari formã compromissi, alioqui irrita esset electio. Idem compromissum factum est seq. capite in iure. Declaratur autem in cap. cũ expediat de elect. in 6. Hos compromissi modos non esse abrogatos per formas eligẽdi traditas in prædicto cap. Quia propter. per Concilium generale, quamuis ibi de compromisso absolutè Concilium loquatur absq; his restrictionibus *& glos. in d. cap.* cum expediat declarat modum, quo fit cõpromissum à capitulo.

Iam in *cap. si compromissarius, de elect. in 6.* Hæc præter ea, quæ inferius dicemus, declarantur: Primo, vt si compromissarius infra tempus à iure statutum non elegerit, potestas prouidendi deuoluatur ad proximum superiorem, si verò elegerit quidem, sed indignum, electio reuoluatur ad electores, nisi indigni electionem sciẽter ratam habuerint. Ad eosdem etiam reuoluitur, si electus dignus noluerit consentire.

Tertia denique forma in dicto *cap. quia propter*, assignata est per inspirationem, cum, vt declarat *glo. in cap perpetuo. de elect. in 6.* electores nullo habito tractatu inter se, nec cõuentione statim, ac conuenerunt in loco solito clamãt vnanimiter. Nos talem eligimus nullo contradicente, & nulla disputatione facta inter eos, vel vnus eligentium ait, ego eligo talem, & omnes alij simili modo respondendo sequuntur.

Solet autem quandoq; impediri electio per appellationem legitimam, quæ videlicet legitima, ac rationabili causa ab aliquo electorum interponitur. Nam electio facta post legitimam appellationem cassatur, vt etiam quando est contra priuilegia Ecclesiæ, aut facta prima quacumq; non cassata, vt habetur *cap. considerauimus de elect.* secus si fiat electio post appellationem, sed non contra eam *ex cap. cum nobis, eod. tit.*

Non auditur autem appellatio, nisi quorum interest, qualis non est, qui per compositionem intelligitur iuri suo renunciare, vt habetur *in cap. cum inter, eod. tit.*

Neq; auditur, qui allegat causam appellandi, sed non sufficientem dicẽs se habere alias causas proponendas coram Pontifice, tunc enim ea non obstante, confirmatur electus, & accipit possessionem, & deindè si appellans voluerit aliquid denunciare Summo Pontifici, aut accusare, audietur, vt statuitur in *cap. constitutis de appell. vbi glossa* disputat, an habenda sit ratio potentiæ, nobilitatis, diuitiarum in electionibus.

Quod autem in electione Episcoporum ij, quorum interest, appellatione interposita teneantur ad sedem Apostolicam ire, & infrà mẽsem iter arripere, habetur *cap. statuimus, de elect. in 6.* Quæ autem seruanda sint in eiusmodi electionis appellatione, vt obuietur malitijs appellantium, habetur ibidem cap. vt circa, & declaratur, *cap. is, qui, & cap. qui contra, & cap. constitutio, & clem. 3. & 4. de elect.*

Quia verò in Episcoporum electione, & non in alijs causæ appellationis necessariò ad Sedẽ Apostolicam reuoluentur, ideò refrenãtur quibusdam conditionibus eiusmodi Appellantes non solum in prædictis decretalibus, sed in *cap. Quamuis, & declaratur in cap. Prouida, in 6. de procuratore autem ad appellandum habetur ibidem cap. Procurator.*

Has eligendi formas seruare debent omnes Ecclesiastici, qui ius habent eligendi, nisi qui priuilegio in aliqua re eximantur, & Religiosi quidem aliqui habent peculiares formas eligendi Prælatos in suis constitutionibus à Sede Apostolica confirmatis, sed in rebus, quibus his formis nõ contradicitur, eas sequi debent, quarè in *cap. cum dilectus, de consuetudine*, cum ageretur de electione à Monachis celebrata in Monasterio, & supponerent nonnulli quoddam priuilegium, ac statutum. Respondet Pontifex, *Si prædictum statutum ità possis intelligi, vt nec iuri communi, nec priuilegio deroget, ità esse procedendum.* Vbi *glossa* ait, hodie Monachos in *cap. Quia propter*, si secundum eam volunt eligere, sed Pontifex indicat in eo, in quo non derogatur iuri communi, secundum illud esse procedendum, vt dicebamus.

At cum electo ad quamcumque dignitatem, postulato, aut promouendo inter cætera, opponitur euidens scientiæ, aut alius personæ defectus, ab huius probatione initium faciet is, qui opponit, in quo si deficiat, non audietur in reliquis oppositionibus, & perindè punitur, ac si in omnibus defecisset, vt statuitur in *cap. si fortè eod. tit.*

Quod locum habet in eo, qui manifestum defectum in visu, auditu, & alijs corporis sensibus nec non in memoria, & etiam intellectu opponit electo, ità vt manifestum, & euidens idem supponat in decretali si fortè, vt declarat *Nicolaus*

Digitized by Google

laus III. *in cap. constitutionem, de verb signif. in 6.* de quo infrà suo loco.

Neq; qui eiusmodi personæ defectum inter alios opposuit, potest ab hoc probando desistere, & solum alios prosequi, vt cernitur in *cap. ab eo, de elect. in 6.* An autem inscribat, qui crimen electo opponit, habetur in *cap. super his, de accus.*

Additur infrà in *cap. si postquam primo,* quod si post electionem appelletur ex causa probabili, & sufficienti ad Sedem Apostolicam, & ab appellatione non recedatur, & tamen appellatione non obstante electus ab ordinario confirmetur, confirmatio erit nulla, deindè, quod si eiusmodi electi, qui ex prædicto *cap. cupientes,* propter appellationem Romam iré tenentur, negotio non confecto absq; licentia indè recesserint, eorum electio viribus vacuetur eodem modo, quo per dictum *cap. cupientes,* euacuatur electio illorum, qui Romam statuto tempore nó venerint, & deindè quòd quemadmodum ex dicto *cap. cupientes,* quando appellatur ab electione ad Sedem Apostolicam, electus, & electores debent ad eam se conferre instructi, & alia agere, quæ ibi præscribuntur cum certis temporum terminis, ità eadem statuta intelligãtur, cum appellatur ab ipsa confirmatione.

Declaratur autem in *clem. 2. §. fin.* verum, vt electi, vel alij, qui ex quacumq; causa ad Sedem Apostolicam venire, vel mittere tenentur, etiam sede vacante, ad idem præstandum teneri intelligantur, & additur in extrauag. 1. Ad onus Io. XXII. de elect. sufficere si kalendis Octobris electi sint Auenione, vel Lugduni, id est, vbi est Sedes Apostolica, etiam si reliquo tempore sedis vacantis alibi commorentur.

De electo autem, qui citatus ad comparendum est excusatus, habetur in *cap. cum dilecti, & in cap. cum olim, de dolo, & contum.*

In causis autem electionum proceditur de plano sine strepitu, & figura iudicij, vt præcipitur in *clem. fin. de iudic.*

Quandoq; autem duo sunt electi, & tunc si partes compromittant in superiorem per mortem alterius electi expirat compromissum, sed tamen antequam fiat processus de alia electione, debet superior cognoscere de meritis primæ electionis, vt habetur in *cap. ex parte, de arbitr.*

Imò altero ex duobus electis litigantibus mortuo, vel per renunciationem, aut alia ratione excluso, lite super electione superstitis electi pendente non proceditur ad aliam electionem, & si procedatur, electio erit nulla, vt decernitur in *cap. dispendijs, vt lite pendente, &c. in 6.* Idem statuitur in *seq. cap. si hij,* in alijs autem prouisionibus, cum à multis litigatur, & vnus moriatur, aut cedat, vt non conferantur alijs beneficia, ac præposituræ, donec lis contra superstites terminetur, & si qui ad defensionem litis se admitti petierint in eo statu, in quo litem inuenerint, admittantur.

Cedere autem iuri electionis, aut inuestiturę, quam prętendebat, intelligitur is, qui alteri electo, aut prouiso exhibet reuerẽtiam, ità vt eius deindè appellatio iudicetur nulla, tanquam ad ad eum amplius nõ pertineat, vt habetur in *cap. ex ore, de his, quæ fiunt à maiori parte capituli.*

Rursus ex duobus electis, si alter per sæcularem potestatem spolietur, prius restituitur, & deindè cognoscitur causa inter eos, vt fit in *cap. cum super, de caus. poss. & proprietatis.*

Postremò illud addendum, quod Prælati quãdoq; renunciant electioni de se factæ, aut Prælaturæ acquisitæ.

Et electioni quidem per se quis renunciare potest. Quod si sponte renunciet, non auditur deindè, si regredi velit, sed silentium imponitur, vt habetur *cap. in præsentia, de renunciat.* Prælaturæ verò, & Ecclesiæ iam acquisitæ renunciare quis non potest sine licentia superioris, vt Episcopus sine licentia Summi Pontificis, vt dicemus infrà suo loco. Et in vniuersum præcipitur in *cap. admonet, eod. tit.* vbi Alexander III Episcopo Tornacensi. Vniuersis, inquit, personis tui Episcopatus prohibeas, nè Ecclesias tuæ Diœcesis ad ordinationem tuam pertinentes, absq; assensu tuo intrare audeant, aut detinere, aut te dimittere inconsulto. Alloqui in eos canonicam exerceas vltionem.

Abbas autem exemptus renunciare nequit sine licentia Summi Pontificis, vt habetur *cap. fin. de renunciatione,* vbi Abbas, qui renunciauerat in manibus Monachorum, qui alium elegerant, restituitur.

Sunt verò aliqui, qui licentiam renunciandi petunt, sed licentia impetrata, renuunt, hi compellendi sunt impetrata licentia recedere, vt habetur *cap. quidam, eod. tit.*

Quamquam subditos ab obedientia absolucre, non est suo renunciare regimini, vt decernitur *ibidem cap. lectæ.*

Renunciat autem suæ electioni, qui electo exhibet reuerentiam, vt diximus superius. Sunt præterea nonnulli, qui ad renunciandum suæ dignitati procuratorem constituunt, & deindè procuratorem ignorantem reuocant, de his statuitur in *clem. vnica, de renunciatione,* vt teneat cessio facta per eum, antequam ad ipsius, vel illius, in cuius manibus cessio fuerat facienda, notitiam, reuocatio huiusmodi sit deducta. Nisi fortè per ipsos, aut alios malitiosè factum fuerit, quominus ad eos, vel eorum alterum ante cessionem potuerit reuocatio peruenisse.

Difficiliùs autem conceditur Episcopo, vt renuncier, quam inferioribus Prælatis, ideò statutæ sunt certæ causæ, quibus stantibus Episcopo cedere conceditur, licet hæ ad alios etiam Prælatos suo modo referri possint, sed de his, & alijs rebus ad Episcopos pertinentibus disertè disputabimus infrà, ad quæ cæterarum primis lineis contenti, vt propius accedamus cum electio sit actus voluntatis, eius singulas expendemus circumstantias, circa quas *Aristoteles 3. ethic. cap. 1.* versari actiones indiuiduas docuit, & cum circumstantia *Quis* coincidat cũ causa efficiente Præsulatus, de qua lib. 9. à circumstantia Quid ordiemur, substantialitèr accepta, vti *cap. 3. num. 8.* declarandum est. Hinc non modo cum Philosophis à quæstione *Quid est,* initium sumimus, verum cum ipso iure, *l. omnis, definitio, ff. de reg. iur. l. 1. ff de dolo, Inst. de tut. est autem, Inst. de leg. agn. succ. §. nos vero.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT PRIMVM.

Essentia perpenditur electionis Episcopi.

SVMMA.

Bifariam electionis acceptio consideratur, nu. 1.
Electio ad Episcopatum definitur, nu. 2.
Afferuntur duæ aliorum Auctorum definitiones, ibid.
Quæ reijciuntur, nu. 3.
Electio voluntatis est actus, nu. 4.
Electio est voluntatis actus liber, nu. 5.
Et voluntarius, nu. 6.
Quam denominationem includat electio, nu. 7.
Quomodo electio à postulatione distinguatur, nu. 8.
Differt electio à præsentatione, institutione, & collatione, n. 10. & 11.
A confirmatione pariter differt, nu. 11.
Discriminatur etiam ab investitura.

1 BIfariam electio potest accipi primò latiùs, prout ad quamcumq; patet personæ destinationem, deindè prestiùs pro iuridica vnius optione, quod indicauit *Azorius p. 2. Instit. moral. lib. 3. cap. 18. q. 1.*

2 Prima assertio. Præsulis electio stricto modo sumpta est idoneæ personæ ad Cathedralem Ecclesiam sine Pastore, libera, & canonica destinatio: latiori verò significatione vsurpatæ electioni eadem competit definitio vnico dempto verbo, *Canonica*; huius autem definitionis particulæ sequẽtibus explicabuntur assertionibus, ex quibus etiam constabit, cur prætulimus allatam nostram *Hostiensi* definitioni in *summa tit. de elect.* quæ sic habet. *Electio est idoneæ personæ ad Ecclesiam suo Præposito viduatam iuris forma seruata ritè, & legitimè facta optio.* Nec non alteri ab *Azorio lib. 6. cap. 14.* descriptæ. *Est alicuius hominis ad Ecclesiam pastore destitutam canonicè facta vocatio.*

3 Et quidem in præsentia, vel hoc ipso *Hostiensis* non arridet definitio, quod Ecclesiæ nomine, latiori vtatur acceptione, quã requiritur ad definitionem electionis Episcopi, cum Præpositus, Parochus, & Prior præsint Ecclesiæ, quamuis dignitate aliquo pacto prædicti sint, Episcopatu minori. Verbum etiam *viduatam*, non placet, cum electio primi Antistitis ad Ecclesiam v. g. Neapolitanam habita, vera, ac legitima fuerit, & tamen non erat viduata Pastore, quem anteà nunquam habuerat. Ob eumdem etiam, quem in Hostiensis obiecimus, defectum, reijcimus & Azorianam, in qua latiori vsurpatione, quam par esset, & Ecclesia, & Pastor accipiuntur. Antequam vlteriùs progrediar, indicare solum hic habeo, nomine personæ idoneæ, quã definitione indicaui, capacitatem, & cæteras ad tale munus qualitates, atq; ornamenta me comprehendere. hæc autem omnia sigillatim tùm primo tomo, tùm hoc explicabuntur. Generatim verò ad capacitatem, aio, requiri pariter generales conditiones, iure naturali Diuino desideratas. quod nimirũ sit persona, humana, ratione vtens, apta aliquo pacto ad regimen susciendum. Insuper vt hæc electio in fide fundetur, atq; ad supernaturalem ordinetur finem, ad quem requirit baptismum, sine cuius charactere nullus est, qui capax sit spiritualis iurisdictionis. Demũ cætera indicata ornamenta ex ecclesiastico sũt iure deducenda, vt *primo tomo* præstitimus, & *hoc*, quod est, reliquum præstabimus.

4 Secunda conclusio. Electio actus est voluntatis liberè, ac voluntariè tendentis in personam optatam. Dixi esse voluntatis actum; nam cum de hac electione, seruata proportione ad moralem electionem mediorum ad finem nobis agẽdum sit, cuius etiam rationem participat, eodẽ pẽnè pacto suum habebit obiectum, vti deduco ex *D. Tom. 1. 2. q. 13. art. 4. ad 3. ibi, Quod qui eligit Episcopum, eligit nominare ipsum in talem dignitatem, alioquin si nulla esset ei actio ad constitutionem Episcopi, non competeret ei electio.* Electio autem moralis licèt à *Nisseno*, *seu potiùs à Nemesio lib. 5. de philosophia, cap. 4.* componi dicatur ex actu intellectus, & voluntatis, probabiliùs tamen videtur actus esse soliùs voluntatis, connotans tamen actum intellectus, specialiter spectantem ad rationem conferentem media inter se, & cum fine, vt communis habet Theologorum sententia S. *Thom. Conrad. Recentiorumq; Thomisterum 1. 2. q. 13. art. 1. Alex. 1. p. ar. q. 30. membro 1. Alber. in 2. dist. 2. art. 7. Ægydij ibidem dist. 24. 1. p. dist. dub. sex, & aliorum, quos laudant, ac sequuntur Valent. tom. 2. disp. 3. q. 8. p. 1. Vasq. 1. 2. disp. 41. cap. 2.*

5 Addidi liberè ex Doctorum consensu de electione, cum *D. Thom. 1. 2. q. 13. art. 6.* nam electio per se considerata omnes inter actus voluntatis libertatem sibi maximè vendicat, quòd ex præuio consilio, & deliberatione procedit. Et ad rem nostrã opportunè *Gregor. X. in gener. Concil. Lugdunen. habetur cap. Vbi periculũ, in 6. de elect. §. cæterum, Cum ad certum aliquem obligationis, cuiusq; necessitas adigit, cessat electio, dum libertas adimitur eligendi.* Scio nonnullos in tribus casibus moralem electionem dicere non liberã, vel quando vnicum est mediũ: vel quando plura æquè tamen vtilia; tertium quando inæqualia sunt; Verum, me quidem iudice, non aptè, cũ ex hoc sequeretur, nunquam liberam esse electionem, quia in omni euentu, vel vnum, vel plura esse media necesse est, & si plura, æqualia illa quidem, vel inæqualia: Si ergo electio non est libera, quando vnum suppetit tantum medium, neq; quando plura, siuè ad inuicem non se excedentia, siuè vnum aliud excedens, necessariò cõficitur electionem libertate nunquam potiri, quo quid absurdius? Quapropter ad rem nostram, vt communem cõtraham doctrinam, aut vnam supponimus legitimam esse personã, quæ sub consultationem cadit, vt eligatur, aut plures pari, vel impari merito: Si primum, quãuis electio ex hypothesi poterit esse necessaria, absolutè tamen libera est; quia intentio finis, procurandi

Digitized by Google

curandi Præsulem, huic Ecclesiæ idoneum, est quoad exercitium libera. Igitur esse, & non esse potest retineri, atq; à voluntate eligentium abdicari; ablata verò finis intentione, necessaria non est electio mediorum; Sic qui eleemosynã dare intenderet, nec posset, nisi furaretur, necessariò non diceretur furari, cum posset ab intentione dandi eleemosynam desistere, donec honestum aliud occurreret medium. Quod si nonnulli Auctores contrarij, vt modo dicebam, id solum sentirent, quod perseuerante finis intentione, vnici medij electio libertate prorsus careret, cum eam non haberet contrariè acceptam ad eligendum hoc, vel illud medium, neq; contradictoriè ad eligendum & non eligendum; cũ stante intentione finis efficaci, voluntas nõ possit non eligere medium, in quo neq; in se, neq; in exercitio ratio appareat mali, vt rectè docet *Ocham in 1.dist.1.q.6. Vasq.1.2.q.13.disp.43.cap.4.n.22.* apud quos alij, & probè hi Auctores sentirent, & nobis minimè obstarent; vrgente præsertim necessitate Ecclesiæ, ex qua efficacitèr electores ei consulere intenderent, & consequentèr virtute eligere vnicam illam personam idoneam, in quo casu nostra non procedit conclusio; tunc enim ex hac hypothesi libera non esset electio, posita efficaci finis intentione, à qua electores, vel nollent, vel non possent hic, & nunc desistere, vt maturè necessitati consulerent Ecclesiæ. Similis est casus *ex cap. publicato scrutinio, de election.* quando necessariò faciẽda est, quæ tamen libera etiam absolutè dicenda esset in scrutinio voluntariè, ac liberè habito, vt rectè *Panormitanus ibi nu.2.* Non ignoro vnius tantũ medij, vno solùm modo vtilis, propriè electionem non dici, quæ quidem in rigore est vnius præ alio assumptio, vt notat *Vasq.1.2. disp.43.cap.2.n.11.& 45.in expos.4.art.D.Thom. n.13.* Verùm non tantùm insistimus in enodandis nominibus, neq; adeò religiosa procedimus ratione, electionem personæ expendentes, vt cum electione mediorum omninò, & ad vnguẽ conferre velimus. Quòd si plures idoneæ essent personæ, liberè ad singulas se poterit eligentiũ habere voluntas, quia quando singula media pari ad finem bonitate pollent, nil est, quòd ab vnius electione abducat voluntatem, vel ad hoc potiùs, quam aliud reuocet, vel quia ex sententia *Henric. quodlib.1. q.16. Riccardi in 2.dist.38. art.2.q.4.in corpore. Maio.ibid.q.1. Marsil.etiam in 2.q.16.art.4.* & aliorum, potest voluntas inter æqualia media vnum eligere pro sua libertate, pro qua instà *disput.7.cap.3.* dicemus, eligentes poterunt vnum ex æquè dignis ad beneficium eligere, vel quia moraliter poterit noua ratio ab intellectu inuestigari, ac proponi, ob quam hoc præ alio modo sit eligendum, & in re nostra hæc potiùs persona, quàm illa: quod si fieri põt, dum eligitur minus apta, quando contra rationem operatur voluntas, motiuo delectabili, vel vtili immixa, intellectum etiam applicans ad nouam consultationem, nouamq. rationem, saltem apparentem inueniendam, potiori sanè ratione poterit id præstare in electione mediorum, vel personarum æquè habilium, ni ex suppositione vellet finem consequi per medium alijs vtilius, & in re nostra per digniorem, aptioremque personam, de qua mox dicam. Demum si vnus cæteris præstet; vel plures, circa quos versatur electio, impares sint meritis, aut poterit, quem vult, ex bonis eligere voluntas, vt in electione ad nonnulla simplicia beneficia, dicemus posse *disput.10.cap.1.& 2.* aut si meliorem bono præferre tenebitur, vt ad cætera beneficia præsertim curata, liberè eliget libertate, qua ab intẽtione hic, & nunc poterit desistere, aut ex hypothesi necessariò quidem eliget, vt paulò ante dicebam. Sic qui beatitatem intenderet adipisci, religiosum non necessariò eligeret statum, quamuis iudicaret aptiorem; Verùm si eam cõsequi maxima cum certitudine cuperet, illud opus esset eligere medium, quod tali fini magis proportionatum, eiq; aptum iudicaretur. Quæ quidem sententia nostræ etiam rei electionis ad beneficia, applicata communis est apud *Nauar. in cap. Accepta, opp.5.n.23. de restitut. spoliatorum*, qui ibi disparitatem assignat inter electionem, libertatem omninò postulantem; ac renunciationem, & apud *Parisium de resignat.benefic. lib.13.q.2.num.15.* confirmatur ex *cap. Ofius de elect. & cap. Sacrosancta eodem, vbi Abbas.*

6 Non modo liberum dixi electionis actum, sed etiam voluntarium, idest à principio intrinseco cum disquisitione singulorum, vt deducitur ex *Philosopho 3.Ethic.cap.1. D.Thom.1.2.cap.3.* citando, aliàs nõ spontaneè, neq; ex proprio sensu, proprioq; consilio poterit quis alium eligere, ac proindè non tam, ab ipsomet humano modo operante, quàm ab alio violentèr, & facultatem non habente, inualidè fieret electio.

7 Hinc fit primò, quod sicut quis ab actu voluntatis, qua volitio est, volitus sanè dicitur, & qua amor amatus, sic etiam ab eodem, qua electio dicetur electus: & quemadmodum primæ duæ denominationes, extrinsecæ sunt, formalitèr sumptæ, subiectum connotantes denominatum: materialitèr verò acceptæ dicunt in recto ipsummet subiectum, tali donatum denominatione, vt in logicis docui, sic etiam de electionis denominatione dicendum est; idem enim actus, qui oculum intrinsecè videntem, vel voluntatẽ amantem, vel intellectum agnoscentem, extrinsecè albedinem visam, obiectum amatum, vel cognitum, pariterq; electum denominat.

8 Fit secundò electionem à postulatione distinqui, tametsi olim promiscuè vtrumque nomen vsurparetur in iure; quòd illa ad personã optatam feratur: Hæc ad Superiorem, vt probè *Abbas, initio proœmij de post. Prælatorum, num.3.* In Electum prætereà consentiunt electores tanquã in sponsum Ecclesiæ, atq; electione ipsa, matrimonij vinculum incipit obstringi, ex *cap. inter Canonicos, de elect. & cap. final. de translatione Prælatorum.* In postulatum verò non vt in sponsum conueniunt electores, neq; per postulationem coniugio principium datur, nisi remotè, cũ vti modo dicebam, vota potiùs diriganter ad superiorem, vt dignetur Postulatum admittere: Sic probè *Abbas citatus ex Innoc. & alij apud Zachariam in Apostillis ad citatum Panormitani locum*, & nos fusiùs infrà dicemus.

9 Fit tertiò distinctam esse in rigore sumptam electio-

Digitized by Google

electionem canonicam à præsentatione, quæ ad Patronum propriè spectat, de hac verò titulus de iure patronatus tractat: distinctam etiã esse ab institutione, quæ apud Auctores præsertim *Abbat. cap. auctoritate, de institut. nu. 76.* & deinceps esto triplex sit, propriè tamen sumitur in iure pro translatione iuris non libera, à Superiore facta, quando per patronum præsentatus instituitur, cui, dummodò idoneus fuerit Superior, ius tenetur conferre, vti doctè, laudatus *Panorm.*

10 Discriminatur etiam electio à collatione, quippè quæ iuris est translatio libera ad libitũ cuilibet facta idoneo, vt in *cap. relatum, de præbendis.*

11 Distincta præterea ex definitione demõstratur à confirmatione, quæ quidem in ipsam electionem cadit, neq; opus est, quod instituat, vel conferat Superior; cum per electionem ius sit aliquo pacto translatum, ex *cap. nihil, de elect.*

12 Demum ab inuestitura differt, siue accipiatur pro collatione, quando nimirum nulla alia præcedente collatione initur, per quam ius transfertur ad inuestitum, vti notat *Io. Andr. in cap. Extra missa, de elect.* siue pro aliquali confirmatione præcedentis iuris, vsurpetur, vt quando suprà collationem, vel institutionem, vel ipsam propriam confirmationem inducitur, quæ si fiat in absentia rei, de qua datur, & confirmatio est iuris præcedentis, & facultas ad libitum ineundi possessionem, quæ tamen corporaliter adhuc minimè in talitèr inuestitum transfertur, nisi aliud habeat consuetudo ex *cap. de consuetud.* atq; ex *Innocent. in cap. literis, de restit. spoliator.* Quod si fiat in præsentia beneficij huiusmodi inuestitura, cuius possessione nullus potitur, tũc per eam possessio etiam transfertur corporalis, argum. in *l. quod meo, ff. de acquir. poss.* & videre est apud *Abbat. de Instit. cap. authoritate, n. 9.* ex quo etiam differt ab electione.

13 Fit quartò, quæ voluntarij, vel liberi rationẽ mutuunt, cuncta etiam electioni maximè derogare, ex *cap. vbi periculum, §. cæterum, de elect. libri sexti, Ibi, quia cum arbitrium, vel inordinatus captat affectus, vel ad certum aliquem obligationis cuiuscumq; necessitas adigit, cessat electio, dum libertas adimitur eligendi, & cap. cum locum de sponsalibus, & matrimonio, ac prosequitur Abbas cap. licet de vitanda, de electione, nu. 12. Bart. in tract. de Tyran. & ex l. ij, ff. de iudicijs, apud citatum Panormit.*

CAPVT SECVNDVM.

Quæ ad validam electionem desideratur deliberatio.

SVMMA.

Status quæstionis, nu. 1.
Sententia asserens electionem factam ex iracundia esse nullam, n. 2.
Regula ad agnoscenda, quæ sunt ex iracundia facta, ibid. ad fin.
Quisnam sit actus primò primus, secundo primus, & plenè deliberatus, n. 3.
Quæ ad culpam mortalem requiritur deliberatio, satis est ad validitatem electionis, n. 4.
Affertur regula ad agnoscendam deliberationem sufficientem ad validam electionem, votum, iuramentum, peccatum, &c. n. 5.
Ad deliberationem necessariam, siue ad electionem, siue ad peccatum mortale, votum, & iuramentum, mora non requiritur temporis, n. 6.
Reijcitur Paludani regula ad deliberationem aduertendam. n. 7.
Respuitur de eadem Panormitani regula, nu. 8.
Nec admittitur alia aliorum, n. 9.
Displicentia post factum, coniectura esse potest insufficientis deliberationis, de qua dubitatur, nu. 10.
Deliberatio requisita ad licitè, vel illicitè eligendum, nu. 11.
In dubio num iracundia, vel alia perturbatione aliquid sit gestum, vti validè gestum habẽdum est. num. 12.
Qualitas, quæ intrinsecè inest, semper præsumitur inesse, ibid.
Quæ fiunt ex iracundia, facta non præsumuntur ex defectu deliberationis necessariæ ad peccatum mortale, ibid.
Homicidium ex iracundia commissum rarò excusatur, ibid.
Votum ex iracundia emissum, validum est, ibid.
Soluuntur argumenta contraria, n. 13.

1 CVm vt ex superiori capite diximus electio actũ intellectus personas, aut inter se comparantem, aut in ordine ad regimen, quod intẽditur Ecclesiæ, vel includat, vel probabiliùs connotet, bifariã laborare potest, siue defectu deliberationis siue defectu actus volũtatis, in quo sita est, liberè, & voluntariè eliciti. Defectus autem deliberationis ex duabus potest causis ortum habere, videlicet ex parte actus, quia præpropere, atquè improuisò, siue impræmeditato motu ex ignorantia, erroreue elicitus est, aut ex parte subiecti, quod ad deliberandũ non est aptum, ineptitudine, quæ manare solet ex sensuum, vel mentis ægritudine, vt si surdus, mutus, ac cœcus, amens, vel ebrius sit (ad rem nostram) qui electurus est, nec quid electio, quidue dignitas sit Episcopalis muneris, ad quod facienda est electio, capere possit. De ineptitudine ex parte subiecti causam effectricẽ expendentes infrà *lib. 9.* disputabimus. In præsentia verò de defectu deliberationis, deinceps de ignorantia, erroreue, ac demum de voluntarij, libertatisq; ratione tractaturi.

2 *Bertachinus t. par. de Episcopo, lib. 3. num. 50.* electionem ex iracundia habitam asserit nullam probatquè præcipuè ex *cap. auditis, de elect.* ibi *Prorumpit*. Addit alios textus, quos infrà ex alijs afferam. Bertachino subiungere possemus Auctores, qui docent contractus ex iracundia confectos ratos non esse, ni pleno postea iudicio firmarentur. Sic *glossa cap. si quis iratus 2. q. 4. verbo*

Digitized by Google

verbo si quis, & l. 3. sub initio, ff. de diuortijs, Bartolus in regula quidquid calore 46. ff. de regulis iuris; vbi Decius num. 1. Iason l. si filia, num. 5. C. de inofficiosis testamentis, qui per generalem regulam nullius esse roboris, docet vnitos contractus ex calore iracundiæ, vna solum, quam *numer. 6.* excipit, donatione ad piam causam facta. Sic etiam *Felinus cap. Matthæus numer. 2. notabil. 2. de simonia*. Qui omnes auctores ducuntur per *l. licitatio nonam, in principio, ff. de publicanis & vectigalibus*. Addere his alios licèt Doctores asserentes iuramentum, & votum æstu iracundiæ nuncupata rata non esse. Sic *glossa cap. dudum, verbo calore, & ibi Hostiensis eodem verbo, Antonius cap. sicut, ex literis, de iure iurando, numer. 9. Abbas citato capit. dudum, numer. 8. & cap. si vero, de iure iurando numer. 7. Ricardus 4 distinctione 38. artic. 2. quæstion. 2. & probari posset ex l. secunda, ff. ad legem Iuliam Maiestas, vbi habetur calore pronunciatum iuramentum iracundiæ non obligare. cap. duo genera de pœnitentia distinct. 1.* Quod si ab his auctoribus quæretes regulam ad ea dignoscenda, quæ per iracundiam habita, sunt, assignant *Antonius laudatus numer. 9. & Abbas cap. si vero, citato numer. 7.* Si cessante iracundiæ calore, minimè votum, vel iuramentum emissum esset non obligare.

3 Ad quæstionis tamen solutionem adnoto ex *Almaino lib. 2. moralium, cap. 24. ac Petro de Soto de Institut. Sacerdotum, tractatu de discrimine peccatorum, lectione octaua*. tem acu, præ omnibus, attingentibus, triplicem voluntatis, ad præsens institutum esse motum. Primus est, primò primus, ideſt maximè primus, qui ea sit celeritate, vt hominis, & præuertat, & superet potestatem, à qua cohiberi minimè potest; qui quidem sicut libertate, ità culpa prorsus vacat: alius est secundò primus, qui tametsi cohiberi potuerit, cum tamen defectu laboret etiam libertatis, mortalem non potest culpam inuolucre, sed venialem: Tertius demum omnibus est numeris absolutus, plenequè liber, & ratione dirigente, & voluntate liberè, ac voluntariè se habente manans.

4 His prælibatis, prima sit assertio. Quæ ad culpam mortalem satis est, atquè exigitur deliberatio; sufficit etiam, & requiritur ad valorem electionis. Si ea igitur ira, vel quacunque animi subitò rapti perturbatione, eligerent electores, quæ rationis iudicium obtenebrauerit, deliberationemquè ad mortale requisitam peccatum impedierit, ea quippè ratione, qua si ex eodem animi præpropero motu commiserit quispiam homicidium, non conferetur mortaliter peccasse, cuius actus, vel primò primus, vel secundo primus ad summum existimaretur, tunc electio inualida profectò censenda esset; quod si tantis iudicium non offudisset tenebris iracundia, vt homicidium ex eo patratum, culpam inuolueret lethalem, ipsa tunc esset electio valida. Hanc mihi persuadeo sententiam ex communi, de similibus actibus, Doctorum placito, vt infrà constabit. Et probatur primò, quia electio ritè peragenda ex sua natura ad lethalem obligat culpam, ergò eam sibi vendicat deliberationem, quæ requiritur ad mortalem noxam contrahendam, quæ noxa, eiusquè carentia moraliter electionem ad talem materiam contractam comitatur. Secundo similis libertas ad contrahendam cacodæmonis seruitutem sufficit; ac requiritur, ad onus perpetuum sibi imponendum, vti constat ex *cap. sunt qui opes 17. quæst. 4. & cap. veniens, de voto*, ergò ad valorem electionis sufficiet, ac requiretur: Sic *Molina tom. 2. de iustitia tract. 2. disputat. 277. sub initio, & Nauarr. summ. latina cap. 18. numer. 7. Hispana, numer. 3.* ac per generalem doctrinam tradit de omni promissione homini facta, *Sanchez lib. 1. de matrimonio, disputat. 8. numer. 5.* apud quem alij. De voto hoc idem, & iuramento scribunt, *Ioannes Andreas cap. dudum, numer. 20. de conuer. coniug. vbi Antonius numer. 15. Ancharanus numer. 10. Cardin. numer. 2. opposit. 5. Felin. cap. licet ex literis, de iure iurando, numer. 3. & 4. Syluester verbo votum secundo, quæst. 13. & iuramentum 4. quæst. 9. Tabienna ibidem 1. quæst. 1. numer. 22. Caietanus 2. 2. quæst. 88. art. 1. & in summa verbo votum, Sotus lib. 7. de iust. quæst. 1. art. 2. & alij communiter*, quorum auctoritate, nostra conclusio firmatur, horumque paritate actuum corroboratur.

5 Secunda assertio, quamuis facilis non sit designatu regula, qua dignoscatur deliberatio sufficiens, & requisita ad mortale peccatum, eam tamen ad electionem affero. Quando videlicet potuit quis, esto subobscurè, conferre, hic, & nunc, hanc electionem cum eius carentia: huius personæ potiùs, quam alterius eiusq; qualitates cum bono regimine, quod intenditur, Ecclesiæ tunc sufficiens in eo poterit asseri deliberatio ad electionem, & materia apta ad actus tùm virtutis, tùm vitij: fauet *Caietan. 2. 2. quæst. 88. art. 1. circa primam conclusionem ad votum requisita*. Ratio est, quia collatione, vel mediorum inter se se, quam supponit in intellectu electio, vel compositione eiusdem cum eius carentia, & horum omnium cùm fine satis expedita, atq; illuminata censetur voluntas ad liberè agendum, bono secundum contrarias partes proposito, ad eligendum alliciente hunc, vel illum, vel malo etiam proposito, reuocante ab electione; quæ quamuis haud distinctè: necessariò tamen saltem sub obscurè, ab intellectu deliberante cognoscenda sunt; alioquin sufficienter determinatus actus voluntatis minimè cēsendus esset.

6 Neq; diuturnam temporis moram necessariam ad hanc esse deliberationem, meritò scribunt *Caietan. citatus, Paludan. 4. dist. 38. num. 9. D. Antoninus 1. part. tit 11. cap. 2. sub initio, verf. Nota sexto, Sanchez lib. 1. de matrim. disput. 8. n. 7.* Sed sensim, ac sine sensu, peneq; imperceptibiliter posse haberi, natura tantum, non tempore priorem, vt benè *Nauarr. in summa cap. 12. n. 26. Ludouicus Lopez 1. part. Instructorij cap. 43. sub initio, §. in momento.*

7 In sensu aūt nostræ regulę, neq, alias; quā Paludanus affert, & nos amplectimur, docēs præmeditandū esse deliberanti, & conferendum ip, sum vouere, contrahere, eligere, &c. cum causa, nempè ira, vi morbi, cruciatus, vel alterius mali

Digitized by Google

imminentis. & cum fine etiam quem intendit.

8 Reijcimus verò assertam ab Antonino, & *Panorm. citato n. 2. & 7.* regulam dicentium esse, si transacto terrore iracundiæ, minimè factum fuisset id, quod per iracundiam factum est, tunc votũ, siue electionẽ, siuè iuramentum non habẽdum esse validum; nam iracundiæ multa fiunt impulsu, & quidem cum sufficienti deliberatione ad mortale peccatum, quæ non ad animum, modo, verum neq; ad sensum alio sanè tempore admitterentur.

9 Respuitur præterea regula *Angeli votum. 1. nu. 6. Tabiennæ votum 1. q. 1. supplementi, Gabriel. dist. 38. q. 1. docentium*, si remissa iracundia, vel transacto periculo, ob cuius causam quis elegit, vouit, iurauit, contraxit, eum pœniteat id præstitisse, signum esse sufficiens defuisse deliberationem; Verum nullius esse firmitatis hanc regulam, vel ex eo liquet, quòd eorum, quæ maturo consilio, atq; oculata voluimus deliberatione sæpè nos pœniteat; quòd experientia comperimus, executionem rerum præmeditatarum, variis circumseptam esse difficultatibus, quæ etiã ipsum Argum nonnunquam fugerent. Quamobrem hanc ipsam regulam meritò reijciunt. *Paludan. n. 6. citatus, n. 10. Gutierr. lib. 2. q. Canon. cap. 22. nu. 14. D. Antoninus 2. p. tit. 11. cap. 2. nu. 7. Sotus lib. 7. de Iustit. q. 1. art. 2. versic. colligamus ergò, & alij.*

10 Posset tamen dicta regula in dubio, auctore ipso *Tabienna 2. edict. votum 1. q. 1. n. 2. & Sanch. lib. 1. de matrim. disp. 8. citato nu. 8.* vsui esse', vti probabilis coniectura, ad defectum deliberationis requisitum agnoscendum, quem immediata subsequuta fuerit pœnitentia.

11 Per se autem à nobis tradita regula non est ad licitè, vel non licitè ex deliberatione eligendum, sed tantum ad valorem; cum de electione licita, vel illicita idem sentiendum sit, eaq; tenenda sit regula, qua ad quodcumq; peccatum mortale, vel veniale vtimur, probè descripta ab *Azorio lib. 4. instit. moral. cap. 5. Kasq. 1. 2. disput. 107. cap. 3. disput. 105. cap. 4. & 107. cap. 6. & 7. Sanchez lib. 1. opin. moral. cap. 1. num. 7.* Ex quibus solum ad vsum adnotasse iuuabit, nonnũquam animũ passione iræ, vel tristitiæ, vel simili, adeò absorberi, vt vel nihil omninò, vel valdè remisse, tenuiq; cogitatione ad operis malitiam, seù inhonestatem attendat, quando, si ità se haberet peccaret solũ venialiter, vt colligitur ex *S. Augustin. lib. 12. de Trin. c. 12. & lib. 2. de Genesi contra Manicheos c. 14. S. Thom. 2. q. 74. art. 7.* quia consensus voluntatis, vt malus, vel bonus sit, debet subsequi ad rationem superiorẽ à *S. Augustin.* cõparatam viro, & non tantum ad inferiorem, quæ mulieri ab eodem assimilatur; Quapropter si tantum intellectus aduertat commoditatis, vtilitatis, & delectationis motiua, tunc ratio dicetur inferior, humanis tantum, ac temporalibus inmixa motiuis: quòd si rationes æternas honestatis, vel inhonestatis, secundum Dei legem attendat, quòd electio v. g. indigni, sit naturali legi diuinæ, atq; humana contraria, ratio dicetur superior; Ex quo fit, nunquam honestari motũ voluntatis eligentis hunc, vel illum ad beneficium, ni moueatur secundum rationes æternas, & spirituales, & nunquam inhonestari, siuè ad culpam spectare, ni eliciatur præter, aut contra præuiam considerationem rationum spiritualium, atq; æternarum; dum nempè voluntas magis deflectit ad rationes vtiles, delectabiles, ac temporales, quàm ad æternas virtutis. Et ratio est, quòd vbi sunt plures iudices ordinati, finalis sententia ad supremum spectat, cum autem cõsensus plenus ad mortalem culpam, sit sententia finalis, spectabit profecto ad rationem superiorem in homine vices gerentem supremi Iudicis, cuius interest iudicare de rationum momentis humanis, ac temporalibus, ab inferiore parte, propositis, vti probè *D. Thom. 1. 2. q. 15. art. 4. Cajet. aliq; communiter*, huic nostræ doctrinæ subscribentes.

12 Tertia conclusio. In dubio, num iracundia, vel alia ratione obcecante perturbatione, facta sit electio, vti rata, ceteris concurrentibus, habenda est. Ratio autem est, quòd in dubio, quæ naturaliter homini inest qualitas, semper inesse præsumitur, cum igitur sana mens penitus insit homini, semper inesse præsumenda est. Sic in simili ratiocinatur *Menoch. ex Alciato de præsumpt. lib. 1. q. 14. nu. 3.* Secundo nam tametsi, quæ ex iracundia gesta sunt, incõsultò videantur peracta, vt idemmet scribit *Menoch. ibid. q. 13. n. 21. ex Tiraq.* at minimè præsumuntur facta ex deliberationis defectu, ad mortale sufficienti; sed ex defectu maturi tantùm consilij. Sic rarissimè homicidium ex iracundia patratum à mortali excusatur, atq; in simili votum ex iracundia emissum esse validum, docent *Panorm. nu. 8. cap. dudum de conuers. coniug. Felinus n. 3. de iurè iur. cap. sicut ex literis, Alex. de Neuo n. 18. & Sanch. laudatus, nu. 10.* Sentit de sponsalibus. Dixi ceteris concurrentibus nam vbi à multis electio habenda est, eorum suffragia expendenda sunt, nũ singula ex animi perturbatione manauerint, nec nẽ, vel nonnulla, cũ pleraq. deliberata fuerint, ad iudiciũ de validitate ferendũ electionis.

13 Superest, vt contrariorum sententiæ, *nu. 2.* relatæ satisfaciamus. *Text.* itaq. à *Bertachino* adductus ad rẽ, non est etenim per Tó subito protupit, in textu non iracundia indicatur, sed electio, non expectato consensu maioris partis suffragiorum, vt patet ad oculum legẽti. Reliquos verò textus, qui afferri solent, intelligendos esse aio. cùm iracundia rationis priuat quempiã vsu, deliberationeq. ad culpã mortalẽ requisita, vt *nu. 4.* probatum est. Quid autem de eligentibus sentiendum sit, sensuũ, vel mentis defectu laborantibus, agẽtes de causa effectrici docebimus.

CAPVT TERTIVM.

In error personæ, nullam faciat electionem.

SVMMA.

Status quæstionis, nu. 1.
Quæstionis puncta disputanda, nu. 2.

In

In quo differant, & conueniant error, atq; ignorantia, nu. 3.
Non potest de persona eligenda error dari, absq; aliqua eiusdem notitia, n. 4.
Error alter antecedens, alter concomitans, n. 5.
Error positiuè aliquo pacto influit in actum, in quo differt ab ignorantia, n. 6.
Error personæ suo modo positiuè causat electionem, ibidem.
Quomodò error concomitans ad actum concurrat, num. 7.
Quid sit ex ignorantia, & ignoranter aliquid agere ibid.
Error concomitans, non facit inuoluntarium, ibid.
Quot sunt circumstantiæ ab Aristotele distincto modo, ac à Theologis adductæ, n. 8.
Error antecedens personæ electæ substantialiter acceptæ nullam reddit electionem, n. 9.
Error concomitans personæ substantialiter acceptæ nullam etiam reddit electionem, n. 10.
Etiam si fuerit crassus, n. 11.
Etiam si diceret eligens, eligo Petrum, qui, si esset Ioannes, pari pacto eum eligerem, n. 12.
Error qualitatis in personam non redundans irritam non facit electionem, n. 13.

1 QVamquam quos de Præsule ex instituto disputantes Auctores vidi, hāc minimè pertractasse sciuerim quæstionem, vt & quamplures, quas nostri inuoluunt libri, nihilo tamen minus, tùm quia vsu euenire facilè potest; & proponenda, & agitanda est; eò vel maxime, quod non vulgarem in tractatu de matrimonio sibi vendicat locum, ex quo vt *sequenti capite à nu. 12.* scribam ad electionis vim nō facilè argumentum deduci potest.

2 Neq; omnium ferè conditionum, donorumq; quibus necessario Præsulem ornatum esse, primis quatuor libris docuimus, errorem explicabimus, sed de illis in genere agemus, quorum errore ex sua natura irrita habenda sit electio.

3 Ad hoc autem prænoto ex *D. Thoma 4. dist. 30. q. 1. art. 1. ad 1. & Soto ibi q. 1. art. 1 fub initio*, ignorantiam ab errore differre; Quòd illa in sola scientiæ priuatione sita cum sit, nullā in mente requirit notitiam; quapropter puræ negationis aptè appellatur; hic autem falsitatem includens, iudicium postulat intellectus, atquè ignorantiæ nomen sortitus est prauæ dispositionis. Etenim *Auctore Augustino in Enchiridion cap. 21. & refertur cap. in quibus 22. quæst. 2. Errare est vnum pro alio putare. Azo. in Summ. C. de iurit. & facti ignorantia.* Exemplo res fiat clarior, si prorsus nesciuerim vulnus rotundum difficilius curari, quàm longum, non dicar errare, cum nullum formauerim iudicium de vulneris cura; Si verò putauerim vulnus ablongum difficilius rotundo curari, profectò errarē, dum falsò opinater. Differūt etiam quod ignorantia mentem arguit nudatam omni notitia, quæ suo modo priuat; Error autem veram solū expungit. Conueniunt autem error, atq; ignorantia, quòd voluntarium tollunt, vt probè cum *D. Thomā* consensus Doctorum; porrò nihil à principio intrinseco disquirente singula esse potest, quod non sit cognitum ex *Philosopho infrà citando, & 3. de anima text. 58.* Ad inuestigādum igitur num aliquis actus, qui ex sua natura voluntarius esse deberet, v.g. electio, de qua loquimur, voluntaria nec nè careat ratione, potiùs quàm ignorantia error expendendus erit, qui quidem frequenter intercedit; nam vel non daretur electio, vel si daretur, in aliquod sanè necesse est, vt feratur voluntas eligens, neq; in incognitum, sed in præcognitum, tametsi falsò per errorem, de quo disputandum est.

4 Hinc sequitur de persona eligenda dari errorem minimè posse, quin eiusdem in errantis mēte, quæcumq; illa sit, aliqua reperiatur notitia, visu, auditu, alijsq; modis parta; cum in prorsus ignotum, nec consensum, neq; affectum dirigere possimus ex *l. in lege, ff. de contrahenda vend.* vbi vendito fundo, lapidicinæ in eo sitæ, tanquā ignoratæ, minimè venditæ dicuntur, & *l cum ab eo, verbo mensam, eodem.* Subscribunt *D. Thom. paulò ante laudatus, eiusq; sectatores, nec non D. Bonauentura 4. dist. 30. art. vnico. q. 1. ad vltim. Hostiensis summ. tit. de matr. §. qualiter impediatur, num. 26. Sylu. matr. 8. q. 1. dicto §. Nauarr. sum. cap. 22. num. 32. Henriq. lib. 11. de matrym. cap. 10. n. 2. in comm. lit. I. Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 18. num. 2. apud quos alij.*

5 Præterea hic, de quo loquimur, error pro præsenti instituto ad instar ignorantiæ considerari potest duplici sub ratione. Primò quatenus est antecedens, qui inculpabilis, probabilis, iustus, atq; inuoluntarius dici solet: alter concomitans: primus dicitur; qui priuat inculpabiliter eo laborantem cognitione, & notitia malitiæ actus, qua cognita non fieret: vt si quis homicidam, vel illegitimum in Episcopum eligeret, quem prudenter, atquè adhibita prius diligentia, talem non putabat, quique si id nosset, nullatenus eum elegisset: hæc autem ignorantia ad instar cuius explicauimus errorem, non modo dicitur antecedens respectu electionis, quod omnibus conuenit ignorantijs, quæ causæ sunt actus, sed respectu cuiuscumq; actus liberæ voluntatis, cui neq; directè, neq; indirectè est voluntaria.

6 Insuper ignorantia causa dicitur actus non positiua, in illum tanquam in effectum influens, sed remouendo notitiam, quæ si adesset, actum procul dubio prohiberet; Est enim ignorantia priuatio, ideoq; vt rembuēs prohibens ad actū concurrere potest, in quo mea quidem sententia, differt à puro errore, quemadmodum indicaui supra: nam error præter carentiam notitiæ, quæ si adesset, actus non fieret, iudicium claudit aliqua ratione oppositum; etenim qui errat non modo nescit, quantum Neapolis, v.g. ab Vrbe Roma distat, vt se habet ignorans, qui de hac distantia conceptum non format, verum etiam falsò iudicabit decem dierum itinere distare cum quatuor distet: præterea non modò hanc mulierem, cum qua quis vult contrahere ignorat, quænam sit, sed existimat Regis esse filiam, non solum, quem elegit, nescit an doctus, vel indoctus sit, sed putat doctum; quo quidem iudicio suo modo positiuè voluntatem

Digitized by Google

etiam inducere potest ad eligendum, quod non solùm priuatiuè, sicut ignorantia causa est huius electionis factæ de indocto, quia si notitia, inscitiq; huius adesset, talis electio facta nó esset, sed cum proposuerit voluntati talem hominem esse doctrina præditum, suo etiam modo positiuè eam ad electionem mouet. Quæ doctrina maximè *D. Thomæ* consentanea est, de ignorantia, vt est causa actus, & peccati 12.q.76. *art.* 1. *& sequenti*.

7 Concomitans verò error, & ignorantia est, quæ simul est cum actu, quem tamen non causat; nam licet si non adesset hæc ignorantia cõcomitans, vel error; adhuc tamen actus fieret, vt in eodem electionis exemplo videre est; Si quis Franciscum putaret legitimum, quẽ in Episcopum eligeret tali animo, vt quamuis illegitimũ agnouisset, etiam elegisset. Ex hoc autem *Philosophus 3. ethic. cap.* 2. explicatur asserẽs diuersum quid esse ex ignorantia, atq; ignoranter aliquid agere; Nam primum euenit, quando ignorantia suo modo causa est actus: Secundum, quando non est causa, sed ad illum actum merè concomitanter se habet; Concinit *D. Thomas* 1.2.*q.*6.*art.* 8. asserens primum errorem, videlicet antecedentem, ad volendum quidem inducere, cuius actu est causa, vt si quis per errorem putans hanc fœminam esse Ducis filiam, ducat in vxorem, minimè ducturus, veritate cognita. Posteriorem verò, nimirum concomitanter, ad volendum non inducere; cum accidat simul aliquid esse factum, atq; ignoratum, vt si cognita veritate, in exemplo allato, eam nimirum mulierem esse infimæ notæ, etiam esset ducturus: ex quo probè deducit cum *Aristot. D. Thomas* hunc errorem nõ efficere inuolubtarium; quippe qui non est causa alicuius actus repugnãtis, vel displicentiæ, cum hic idem actus contrahẽdi cum hac muliere, etiam non intercedente illo errore, futurus esset, nec alius huic cõtrarius. Quamobrem iuris Periti, *l. & eleganter, ff. de dono*, hunc errorem, incidentem in contractum meritò nuncupant; antecedentem verò, dantem causam contractui dicunt. Hi autem duo Errores nobis ad præsentem quæstionem dilucidandam vsui erunt, omittendo errorem, ignorantiamquè consequentem, de qua *tom.* 1. *egimus lib.* 2. *disp.* 3. *c.* 4. *& disp.* 4. *cap.* 4. *à num.* 14. cum non de mortali, ac de peccaminosa electione disputaturi simus, sed de valida, vel inualida iure præsertim naturæ, quia voluntaria, vel inuoluntaria est.

8 Notandum deniq; tùm ad huius quæstionis solutionem, tùm ad varias, toto hoc tractatu, dilucidandas, pro varietate cuiusquè instituti, Auctores actionis enumerasse circumstantias, atq; explicauisse; quapropter aliter Rethores, cum *Cic. de inuen. circa medium: aliter Iuris Consulti, ex l. aut facta, ff. de pœnis: aliter morales philosophi cum Aristot. 3. etbicorum, cap.* 2. *Theologi etiam cum S. Thom.* 1.2.*q.*7. *art.* 1. Circumstantias; & referunt, & exponunt. Nostrarum autem partium hic arbitror esse tùm exponere, quas Theologi, tùm quas morales Philosophi circũstantias afferunt, ex quibus maximè ratio voluntarij, quam expetit electio enodanda pẽdet.

Et quidem Philosophus cit. sex attulit, his verbis. *Quis item sanè, & quid, & circa quid, vel in quo agat nonunquam, ex quo veluti instrumento, & cuius gratia. vt salutis, & quomodo, vt sensim, vel vehementèr, D. autem Thom.* 1.2.*quæst.* 7. *art.* 3. *sub initio, non tàm ex Cicer. atquè Aristot.* quos ipse citat, quam ex *Boetio lib.* 7. *de differentijs topicis*, eodem etiam ordine septem enumerauit.

Quis, Quid, Vbi, Quibus auxilijs, Cur, Quomodo, Quando. Addens Aristotelicis circumstantias loci, ac temporis, si *Buridano* credendum non sit 3. *Ethic.q.*2. *art.* 1. *&* 2. existimanti per *Vbi* in quo Philosophum tempus, & locũ exposuisse, quod negat *Vasq.* ex germano textus sensu 1. 2. *disp.* 30. *cap.* 2. *num.* 16. qui quidem has easdem sex Aristotelicas circumstantias, *cap.* 4. *num.* 23. ad quatuor reuocat.

Quis, Quid, Circa quid, Quo instrumẽto, vel medio. Præterea aliter sanè à Theologis, quàm ab Aristotele sumptas esse circumstantias, exploratum habeo cum *Vasq. à num.* 11. vti docui è suggestu In Ethicis Neapoli. Et præter quam quòd circumstantias, quæ tamquam accidentariæ considerantur à Theologis, ἰδικὰ, latinè singularia, dixit Philosophus, ex quibus actio substantialitèr coalescit, ex earum certè ignoratione, vel notitia inuoluntarium, vel voluntarium fieri docet, quod ibid. hisce verbis definiuit *Id sua profectò sponte quispiam videbitur agere, cuius principium est in ipso agente sciente singula, in quibus est actus*: cui subscribũt *Nyssenus lib.* 5. *cap.* 2. *ac Damascen. lib.* 2. *de fide, cap.* 2. At verò Theologi cum *D. Thoma* circumstantias, tanquam accidentia actus considerant, & habet *Angelicus art.* 1. ad finem corporis. *Quæcumq; conditiones sunt extra substantiam actus, & tamen attingunt aliquo pacto actum humanum, circumstantiæ dicuntur.* Quarum sanè notitia, vt maximè conducit ad notitiam grauitatis accidentariæ bonitatis, aut malitiæ actus humani, ad quam Theologis est vsui, ità inutilis prorsus est ad rationẽ explicandam ipsius voluntarij, quam respexit *Aristoteles*, apud quem, vt apud *SS. Nyssenum, & Damascenum*, etiam enumeratæ circumstantiæ ad substantiam modo suo pertinent actus; sicut probè adnotauit *Alexand.* 2. *p. quæst.* 96. *in sexto art.* 4. circumstantia itaquè *Quis* ab Aristotele pro ipsa persona sumitur, quæ substantiale principium est actionis: à Theologis pro dignitate, atq; ipsius personę statu, vt si solitaria sit, vel coniugata, Sacerdos, vel laicus. Per *Quid* verò obiectum actionis explicat Philosophus, vt in furto rem esse alienam: Scholastici Theologi non obiectum substantiale, sed quatènus affectum aliquo accidente, in furto nimirum talis esse quantitatis. Tertia *circa Quid, vel in Quo* ad naturæ materiam significandam affertur ab Aristotele, vt esse patrem, vel filium, quæ conditio substantialis est parricidio, reducta à S. Thoma ad accidentariã circumstãtiam *Quid*. Quarta, vel quinta est circũstãtia *Cuius gratia*, à Philosopho accepta pro medio ad finẽ, ad quẽ actio ipsa voluntaria, tanquã mediũ essentialitèr dirigitur, & vt sic ordinata essẽtialitèr constituitur: Sic si quis quempiam mente turbatum per-

Digitized by Google

percuteret, vt sanaret, quam percussionem profectò dirigeret ad salutem: à Scholasticis autem hæc eadem circumstantia veluti finis sumitur dans bonitatem, vel malitiam actioni. Vltima *Quomodo* ab illo non quasi modus actionis expenditur, respectu cuius esset accidentalis circumstantia; sed vt modus ipsius effectus, quemadmodum esset percussio sequuta ex vehementiori impulsu inflicto ab aliquo pugili, qui exercitij causa alium doceret.

9 His in hunc modum constitutis. Sit prima assertio, error personę electæ substantialitèr acceptæ antecedens, ut causa est electionis aliàs non habendæ, eam reddit nullam, quia reddit inuoluntariam ob ea, quę superiori numero, huc quidem spectantia diximus; est enim illa persona circumstãtia *Quid*, obiectum videlicet actus electionis, & quidem substantialis, & vna ex singulis, ex quarum ignoratione, auctore Aristotele, non voluntaria redditur actio. Confirmatur à paritate contractus, quem irritum facit similis ignorantia, vel error. Comprobatur præterea à paritate matrimonij, quod ex simili errore diximi, ex cõmuni doctrina probat *Sanchez lib.7. de matrim.disp.18.num.12.*

10 Secunda conclusio, error personæ concomitans, etiam irritam reddit electionem. Ratio autem est, quia quamuis hic error inuoluntariã ipsam non faciat electionem, etiam absquè eo habendam, vt ex *num.5.& 7.constat*, at non facit voluntariam, quippe quæ cum vt sic deberet esse à principio intrinseco considerante singula, quorum præcipuum est persona, quæ obiectum est actus electionis, nequaquam ità se habet ob ignorantiam ipsiusmet personæ, dum volens eligere Petrum, eligit Ioannem; quamobrem voluntaria non fuit electio Ioannis, neq; Ioannes volitus, atq; electus; cum nihil sit volitum, quin præcognitum sit; ex quo principio similem errorem reddere matrimonium irritum, docent *Aeracruz. 1.par. speculi art.28.ad finem, §.circa hoc impedimentum, Ledesma 2.par.4.q.53 art.1.& col.2.§.sed difficultas, Sanchez lib.7.de matrim. disp.18. num.6. Coninch de Sacramentis disp.31. dub.1. num.9.* Nec refert remoto etiam illo errore, voluntatem fore electuram illum eumdem Ioannem, quia de facto ex eius notitia voluntariè illum non eligit.

11 Et quidem vera est etiam assertio, tametsi error esset crassus, & facilè vincibilis, quia licet hic non sufficiat ad culpam tollendam, efficit tamen, nè actus sit verè voluntarius. Sic prosequuntur Sanchez, & Coninck.

12 Tertia conclusio. Etiam si huiusmodi actum haberet eligens, eligo Petrum, & si esset Ioannes, eadem ratione illum eligerem, nec etiam valida esset electio; ratio est, quòd electio, actus est liber, & voluntarius absolutè elicitus, qui quidem non includitur in eo consensu conditionali explicato per *Tó* eligerem, &c. Et sic in simili tenent in matrimonio de ignorantia concomitante conditionis seruilis. *Sotus 4.dist.35. q.1.art.2. ver. Quid autem, & Sanchez* laudatus qui cum probè ex quampluribus probent, hos errores iuræ naturæ, quia liberum, & voluntarium impediunt, irritare matrimonium; idem fundamentum nobis dant, nullam asserendi electionem, quæ libertatem, rationemq; expostulat, maximè voluntarij; cum vterq; hic actus tã contractionis matrimonij, quàm electionis indiuiduam inspiciat personam, cuius error substantialis censetur; secus autem se habet in reliquis contractibus, etiam onerosis in iustitia fundatis, qui æqualitatem inter rem, & pretium reiq; venalis vtilitatem, & commoditatem respiciunt; quapropter abs re, ac per accidens est error personæ vendentis, vel ementis, vel similis, qui eos idcircò non vitiat. Peculiarem præterea addo rationem de electione, in qua vota conditionalia reprobantur, vt docet *Bertachin. 3.p.lib.1.n.48.ex cap. in electionibus de elect. in 6.* & actus legitimi huiusmodi conditionẽ nõ recipiunt, *l.actus, de regulis iuris, & docet Bart. in l.serui electione, in principio, de legato*, tametsi in electione Cardinalis fallere hanc regulam doceat *Bertachin.*

13 Quarta conclusio. Error qualitatis, non redundans in personam, non irritat electionem. Patet ex circumstantijs *nu.8.* indicatis, atq; expositis, quarum ignorãtia, vel error simplicitèr non facit inuoluntariũ quoad substantiã. Quo circa cohærere probè poterit, vt quis voluntariè se habeat circa substantiam actus, quamuis inuoluntariè respectu accidentalis qualitatis, ex eius notitiæ defectu, se gerat, & per consequens validus ille actus erit penes eius substantiam consideratus, at in ea accidentali qualitate ad rem non faciente inuoluntarius. Illustretur res exemplo. Si Franciscus Theologus esset, atq; ab electoribus, tamquam iuris peritus, existimatus eligeretur in episcopum, hic profectò error non viriaret electionem, vtiq; volmntariam respectu personę Francisci, cętera idoneæ ad insulam, quamuis inuoluntaria fuisset, comparata cum accidentali qualitate peritiæ iuris, spectãte ad circumstantiam *Quis*, vt à Theologis accidentaliter declaratam; cuius ignorantia, vel error actum, secundum substantiam, non reddit inuoluntarium; Et quod de hac dixi, de singulis, iuxta sequens caput, sentiendum est. Sic verissima docet sententia, quemcumq. contractum, cui error circa accidentia causam dedit, nõ esse irritum, & matrimonium ex hoc errore initum, non esse inualidum in nullo foro: Sic *Bald.lib.1. num.6.in fine, C.plus valere, Abbas cap.dilecti, num.7.de empt.& vendit. Curt.iun. Linterpositas, nu.4.C.de transact.& repet.eiusdem l.num.7.vers. fallit primò, Molina tom.2.de iust.tract.2.disp.352 ad finem primæ conclusionis, Valentia 2.2.disp.5. q.20 punct.4.§.secundò probatur conclusio, Sanch. lib.7.de matr.disp.2.num.18. Coninck de Sacram. disp.31. dub.1.nu.11.* Et esto quando qualitas, in qua erratur, poneretur per modum conditionis in ipso contractu, v.g. matrimonij, deficiente ea qualitate, cum deficeret conditio, error illius tunc irritaret matrimonium, vt ex multis probat *Sanch.n.21.* ità etiam in re nostra se haberet ẽtiam hic casus, & alio ex capite, quia votum eligentis conditionatum nullum est, ex *tex.cap. in electionibus, de elect. lib.6.* Quarè si quis, ne ab exemplo suprà relato discedamus, eo animo, & sub hac formula eligeret, eligo Franciscum

Præ-

Digitized by Google

Præsulem, si iurisperitus fuerit, licet, deficiente ea qualitate, conditio necessaria deesse videretur, & per cõsequens censeretur electio claudicare, ac nulla, sub ea, & quidem honesta conditione habita, verum ob dictum *text. num.* 12. relatum ad finem, etiam illa electio laboraret. Num autem electio incertæ personæ, vel ab altero nominandæ dicemus infrà.

CAPVT QVARTVM.

Quando qualitatis error censendus sit etiam personæ.

SVMMA.

Quæstionis qualitas, n. 1.
Obiectum aliud materiale, aliud formale, ratio motiua etiam, altera est essentialis, altera subiectio accidentalis, n. 2.
Personæ notitia bifariam haberi poterit, n. 3.
Qualitates personæ, vel possunt causare notitiam eius specificè acceptæ, vel in individuo, nu. 4.
Error qualitatis, & rationis motiuæ accidentalis, certa existente notitia obiecti materialis, non est error redundans in ipsum obiectum materiale, ac personæ, n. 5.
Elector sciens Franciscum personaliter, esto erraverit in eius scientia, validè ex hoc capite eũ eliget, n. 6.
Emens oleum, quod falsò putabat dulce validè emit, ac sic de singulis aliarum qualitatum accidentalium erroribus, n. 7.
Qualitates facientes ad vtilitatem censentur substantiales in contractibus venditionis, emptionis, lõcationis, & conductionis, ibid.
Vendens lapidem, quem ignorat esse gemmam, inuoluntariè, atque inualidè censetur vendere. ibid.
Validus est consensus baptizandi, confirmandi, absoluendi certam personam, etiam si erretur in qualitate accidentali, n. 8.
Vouens ieiunare feria VI. neq; aduertens in eam incidere Natalem Domini, quando cum omnibus liceat vesci carnibus, non vouisset, tenebitur in illo die ieiunare, etiam si fuerit Natalis, num. 9.
Valida est erogatio eleemosynæ facta pauperi inimico, qui si inimicus nosceretur, ea non donaretur. num. 10.
Error diuitiarum, nobilitatis, & huiusmodi, neque reddunt inuoluntarium matrimonium; neque inualidum, dummodò contrahens non contenderet sub tali conditione, & non alias contrahere, n. 11.
Non vitiatur consensus matrimonij electionis, & contractus ex solo nominis errore, si noscatur res, seu persona, n. 12.
Error rationis formalis, vel finalis, quæ de intrinseca ratione est talis obiecti, seu personæ redundat in errorem ipsiusmet obiecti, & personæ, num. 13.
Consensus matrimonij de persona apta vitiatur, si reperiatur eunuchus, ibid.
Volenti triticum sacco contentum emere, si obtrudatur ordeum, non est voluntaria emptio, nec valida, n. 14.
Error qualitatis vicem gerentis personæ, vel rei, in eius refunditur substantialem rationem, num. 15.
Volens contrahere cum primogenita, si ignorans cõtraheret cum secunda putans esse primam, inualidè contraheret, etiam si primogenita esset mortua, n. 16.
Error pulchritudinis sponsæ in casu quodam etiam notabili matrimonium non irritat, n. 17.
Matrimonium initum cum primogenito si reperiatur initum cum mendacio primogenito est inualidum, n. 18.
Qalitas personæ, quando sola eam notam facit, siuè substantiuè, siuè adiectiuè pronuncietur ignorata, facit non voluntarium, n. 19.
Quando hæc electio est valida, eligo primogenitũ Ducis Bauariæ in Episcopum, n. 20.
Quid de electione vnigeniti sentiendum sit, ibid.
Qualitatis non inducentis in notitiam certa, ac determinatæ personæ, error non est censendus substantialis personæ, nn. 21.
Si eligeretur in Episcopum Franciscus, aliàs incognitus, pluribus existentibus Franciscis inualida est, secus si vnus tantum esset Franciscus, num 22.
Pluribus existentibus Titijs, si Titius absolutè eligatur, alijq; essent incapaces, Titij capacis electio valida esset, n. 23.
Idem dicendum de personis communibus quibusdam notis designatis, electis sub vna illarum, ibid.
In dubio num narratio falsæ qualitatis errorem induxerit personæ, videndum est, num notitia eiusdem personæ aliàs habitæ fuerit prior, vel efficacior, n. 24.

1 MIrum est quantum hæc quæstio Doctorum fatigauerit ingenia, neque inficias ibit mihi quisquam difficultatem non vulgarem inuoluere, maximeq; vtilem esse, tùm ad electionem, cuius expendimus vim, tùm ad cõtractus omnes, sacramenta, actusq; humanos eliciendos, ac dignoscendos: ad eam tamen operæ pretium duxi non esse, singulas singulorum referre, ac reijcere opiniones, & vt breuitati consulam, & quòd sola veritatis luce, absq; alia industria, fugantur tenebræ: eas tamen, qui desiderat *D. Thom. adeat 4. dist. 30. q. 1. art. 2. ad 5. Syluestr. matr. 8. num. 1. dict. 4. Rosellam 5. impedimentum 2. Sanchez lib. 7. de matrim. disput. 18. num. 45. Coninck. de sacrament. disp. 31. à num. 21. adeat.*

2 Notandum itaq. primum nostræ voluntatis actum in aliud tendere, tanquam in obiectum materiale, in aliud tanquam in obiectum formale, ac rationem, qua mouetur in ipsum materiale.

Digitized by Google

riale. Explicetur exemplo. Sit elector, qui velit quempiam ad Insulam eligere, eligatq; Franciscum, ad cuius electionem moueatur ob eius doctrinam, nobilitatem, probitatemq. vitæ: Franciscus ad Cathedralem Ecclesiam promouendus obiectum erit materiale, probitas verò, nobilitas, & scientia erit formalis ratio; quæ duplicis est generis, altera est merè accidentalis, vt nobilitas, diuitiæ, altera ad essentiam spectans subiecti, vt esse hominem, esse capacem rationis.

2 Notandum secundò posse electorem, vel eũ, qui contractum cum alio initurus est, illius, vel in se notitiam habere familiaritate, consuetudine, literis, fama, alijsq; modis pariam, vel eum tantum agnoscere ex quadam qualitate atq; ornamento; sic si nouerim filium secundogenitum Regis Catholici, ex hac sola nota, vel quempiam esse Canonicum Neapolitanum, ex sola nota Canonici, ex quo fit, quòd si hoc secũdo modo notitiam huius personæ habuerim, qualitas, ob quam eam agnosco non ad instar rationis accidentalis, sed obiecti potiùs se habebit materialis, & circumstantiæ *Quis*, substantialiter more Aristotelico acceptæ, quippequæ adeò ex parte subiecti se tenet, vt sicut intellectus aliam subiecti non habet notitiam, quàm à tali qualitate nactus est, ità voluntas in illud aliter non tendit, nisi affectum tali qualitate, vices quasi gerente illius subiecti.

4 Notandum tertiò, huiusmodi qualitates, vel ducere quempiam posse in notitiam certæ speciei personæ, sed non certi indiuidui, vel certi etiam indiuidui: Exemplum primi sit Canonicatus Toletanus, vel Neapolitanus in notitiam me ducens alicuius, qui sit Canonicatu dotatus, quasi specificè, seu vagè, cum multi sint Canonici Toletani, multi Neapolitani. Præterea filia magni Ducis Etruriæ ducit in cognitionem vnius filiæ indeterminatè, cum multæ possint esse filiæ tali Duci, & sic de singulis huiusmodi notis, quæ quidem rationem proprij, quod apud *Logicos in cap. de proprio* quartum habet locum, & connexionem cum adæquata habet speciei, vt risibilitas cum humana natura, non autem cũ vno solo eiusdem indiuiduo.

§ His adnotatis. Sit prima regula. Error qualitatis, & rationis motiuæ merè accidentalis, certa existente notitia obiecti materialis, siuè personæ, in quam tendit voluntas; non est error redundans in ipsam personam, siuè obiectum. Nõ discrepat ab hac *D. Thom. in 4. sua prima regula*, asserens si consensus contrahentis feratur in personam sibi præsentem (hoc est, me interprete, vel reali præsentia, vel intentionali in intellectu, eiusdem habente aliàs notitiam sufficientem ad mouendum voluntatem) directè, & formaliter errore in nobilitate, vel alia illius qualitate non redundare in errorem personæ. Nostræ autem regulæ ratio est, quia sicut distinctus est obiectum materiale à formali præsertim extrinseco, sic alius est error obiecti materialis distinctus ab errore obiecti formalis, & finis; & sicut subiectum, & eligibile est, & potens terminare intellectus, & voluntatis actum, quin coniunctum sit cum tali accidente, sic poterit etiam dari terminatus ad illum actus, quin terminetur ad accidẽs; Igitur tametsi actus intellectus falsò terminetur ad Franciſci scientiam, et putans in esse: poterit tñ verè terminari ad Franciſcum, vt sic, qui voluntati, vt sic expressus, poterit esse volitus ad Episcopatum, licet ex falsa doctrinæ apprehensione, qua ille putabatur exornatus.

6 Ex hac regula primò deducitur ad nostrum institutum, si elector verè consenserit in Franciſci electionem, quem personaliter aliquo ex dictis modis agnouerit, quamuis ratio cur cõsensum præstiterit, fuerit nobilitas, vel eius scientia, &c. Errorem huiusmodi qualitatis in errorẽ non redundare personæ, cuius electio defectu voluntatis, & libertatis non claudicabit, ex hoc saltem capite, quia si ex iure positiuo adeò necessaria censeretur aliqua ex huiusmodi qualitatibus accidentalibus, vt irrita eodem iure reddatur electio, vel iure etiam naturæ, ratione officij petentis illam qualitatem in persona, nõ erit contra hanc regulam, quæ iure naturæ spectato quoad deliberationem procedit. Hinc merito *Vasq. 1. 2. disp. 30. cap. 4. num. 27.* docet in collatione beneficiorum si Episcopus conferat alicui, aliàs de iure capaci, beneficium motus, quòd illum putauerit doctum, vel bonis imbutũ moribus, aliàs ei non collaturus, valida erit collatio ex hoc capite, vtpotè voluntaria, tametsi talis ille non fuerit, cui non officit ignorantia circumstantiæ accidentalis, sed substantialis. (Quomodò autem desideretur etiam iure naturali diuina scientia in Episcopo, diximus *tom. 1. lib. 3. disput. 1. cap. 1. & lib. 4. disput. 2. cap. 3. & 5. 2.*) Secus se res haberet, si Episcopus eligens, corpus ignoraret beneficij putans conferre vnũ vnius Ecclesiæ, quando dat alterum alterius, ignorantia enim tunc esset circumstantiæ substantialis, nimirum ipsius *Quid*, vti non esset, si quantitas tantum ignoraretur fructus, nisi dandum esset beneficium ex relatione, ex qua iure positiuo cautum est, vt accidentaria quædam narrentur, aliàs inualida sit concessio.

7 Fit secundo in materia iustitiæ, si quis absolutè triticum, oleum, pannum, contendat emere, ea ratione, quia triticum optimum esset, subactumq. in panis libras excresceret quamplurimas; pannum, quòd benè cõtextum, atq; obnoxium maculis non esset; oleum, quia dulce, licèt in his errauerit qualitatibus, validam esse emptionem, cum salua remaneat obiecti materialis substantia spectans ad circumstantiam *Quid*, vt probè *Conink cit. nu. 3.* Quo loco postulat, vt lectorem meum admoneam, in contractibus attendendas quidè esse substantiales circũstantias, tales respectu singulorum cõtractuum; nam qualitates rei, quæ vni sunt cõtractui substantiales, alteri sunt accidentales; illarumquè ignorantia, seu error suum faciet contractum inuoluntarium, atq; inualidum, neutiquam verò harum. Hinc in contractibus venditionis, emptionis, locationis, & conductionis, maximè notandum est, non modo substantiam rei vendi, locatæ, &c. spectare ad circumstãtiam *Quid* substantialem; sed quamplures etiam qualitates, ex se alias accidentales, illas nimirum, quæ ad vtilitatem spectant, quæ huiusce contractibus

specia-

Digitized by Google

specialiter elienatur: sic vitium, vel qualitas occulta rei ignoratæ facit contractum nullum, quæ non inuisset contrahens, illud si scisset vitiũ, vel qualitatem; idcirco vendens lapidem, quem ignorabat esse gemmam, nec vendidisset, si gẽmam cognouisset, inualidè vendidit, quòd si eã aguatam vendidisset. sed non vilis vt præstent, censendus erit contractus validus, satisq; erit defectum supplere pretij, vt probè *Vasq. citato nu.* 28.

8 Fit tertiò, in baptismo, confirmatione, ordinatione, pœnitentia, baptizantis, confirmantis, ordinantis, atq; absoluentis validos esse consensus in personam præsentem, & certam tendentes, & si error interueniat qualitatum accidentalium talis personæ baptizatæ, confirmatæ, vel pœnitentis, quòd sit nobilis, filius Principis.

9 Fit quarto in materia voti absolutè vouentẽ ieiunare feria VI. neq; aduertentem aliquando in illam incidere diem Natalis Domini, quãdo cuiq; licet vesci carnibus, teneri quidem ad ieiuandum, etiam si non vouisset, si aduertisset concursum Natiuitatis Domini cum VI. feria, qui quidem merè accidentarius est actioni vouendi, atq; ipsi VI. feriæ, vt probè *Vasq. 1.2. disp. 30. cap. 4. nu.* 26. Licet contrariam sententiã improbabilem minimè iudicem, non ex fundamento *Molinæ 2. tom. disp. 279. num. 3.* quod ex parte probè reijcit *Sanch. lib. 5. sum. cap. 2. nu. 19. & 22.* Sed quòd vbi non constet de mente vouentis ieiunium, illud vouisse censendus est more Ecclesiæ, quem in reliquis seruare tenetur, vt probè *Soarius de voto lib. 4. cap. 7. nu. 12. Sanch. cit. cap. 11. nu. 42.* Mos autem Ecclesiasticus est non ieiunandi die Natalis Domini, vt rectè *Fagundez de præcept. Ecclesiast. part. 4. lib. 1. cap. 6. nu. 6.* Accedit, quòd in dubio votum sit exponẽdum, secũdum minorem obligationem, per *cap. ex parte de censib.* traditq; probè *Layman. lib. 4. cap. 4. tract. 3. n. 4.*

10 Fit quintò erogantem eleemosynam pauperi, at inimico, qui si vt sic nosceretur, non ei daretur, voluntariè, ac validè censendum erogasse, cum substantiali non laborauerit errore, sed accidentis, vt est hostilitas, respectu eleemosinæ.

11 Fit sextò in materia de matrimonio, errorem diuitiarum, nobilitatis, aliarumq; qualitatum merè accidentalium iure naturali non irritare matrimonium, neq; resultare in errorem personæ, vt rectè *Vasq. cit. nu.* 28. dummodo non contenderet quis sub ea tantum conditione, & non alias, matrimonio consensum dare, vt probè *Sanch. n.* 21. *& Coninck. n.* 6. *&* 11.

12 Fit septimò, non vitiari consensum, siuè electionis, siuè matrimonij ex solo nominis errore, si de persona constet, patet ex *l. in venditionibus 9. ff. de contrah. empt.* ibi *planè si in nomine dissentiamus verum de corpore constet, nulla dubitatio est, quin valeat emptio, & venditio; nil enim facit error nominis, cum de corpore constat.* Idem docet *Antonius cap. sua de sponsalib. nu.* 14. *Maior 4. dist. 30. q. 1. notab. vlt. ante primam conclusionem, & alij, quos laudat, ac sequitur Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 18. nu. 39. & lib. 8. disp. 21. num. 3.* docens, errorem nominis non vitiare desponsationem; vt non vitiare rescriptum, quando de corpore, seù substantia constat, per *L. si quis in fundi. ff. de leg. 1.* ibi *Si quis in fundi vocabulo erraverit, &c.* Verum contra hanc doctrinam communem habemus stylum Curiæ Romanæ: & quidem receptum, vt refert *Pyrrhus Corradus lib. 7. dispens. Apostol. cap. 5. à num. 3.* ex quo stylo non modo si erratum fuerit in nomine, aut cognomine baptismi, sed etiam in syllaba dispẽsationem impediri, donec corrigatur. Imò in præsentia, neq; correctionem dari nominis proprij oratoris, sed nouas opus esse gratia, nouasq; literas impetrare: plura *citatus Auctor.*

13 Secunda regula. Error rationis formalis, seù finalis, quæ de intrinseca ratione censetur esse materialis obiecti, siuè personæ, in quam fertur voluntas in errorem redundat ipsum sistinet personæ, seù obiecti materialis: sic in re nostra, si quis Titium eligat in episcopũ, quia homo est, si fœmina esset redundaret in personã, ac si quis contrahens cum Liuia, existimans esse fœminam, & vir sit, non valebit matrimonium; iterum si cõsensum præbens mulier in virum ad matrimonium aptum, atq; in eo, vt talem, se consensisse putauerit, qui quidem Eunuchus esset, error sanè resultaret in personam, irritumq; faceret matrimonium, iuxta communissimam sententiam Eunuchos docentem incapaces esse ad matrimonium per motum proprium Sixti V. firmatam, quam ex multis defendunt *D. Thomas 4. dist. 34. in fin. expositionis litteræ, ibi Albertus Magnus art. 4. in corpore Thomistæ, Toletus lib. 7. summ. cap. 12. Sanchez lib. 7. de matrim. disput. 92. num. 17.*

14 In materia paritèr iustitiæ triticum volenti emere, quod sacco contentum obijcitur, si obtrudatur ordeum, cum ille nullo modo consentiat in ordei emptionem, voluntaria non erit emptio, neq; valida, vt probè *Coninck cit. nu.* 14. nisi contendisset emens non triticum, vti triticum emere, sed rem præsentem sacco contentam, qualiscumq. illa fuerit: sic idẽ *Auctor nu.* 5. & tenet, quia non in triticum, vt sic, sed in quamcumq. rem præsentem voluntariè actualiter consentiret. Prudens dixi actualiter, quòd voluntas habitualis, vt *præcedenti capite assert. 3. nu.* 12. scriptum est, non sufficit, qua sic solum esset affectus emptor, vt quamquam quod sacco continetur non esset triticum, sed ordeum etiam emisset, cum ponenda in actu, nec dum posita huiusmodi voluntas nihil operetur. Denum ex prima superioris capitis assertione sibi robur hæc regula etiam comparat.

15 Tertia regula. Error qualitatis vicem gerentis subiecti, ea, quam descripsimus, ratione *notabili 2. nu.* 3. in personæ redundat errorem. Ratio est, quod illa qualitas non se habet tanquam accidentaria subiecto, & personæ, sed velut intrinseca; imò illius ità vicem gerens, quòd eius videatur induta persona, vt ità dicam, neq. aliter à contrahente, eligente, vel consentiente sufficienter cognitum est subiectum, nisi sub ea qualitate, ergo consensus præstitus præuio errore circa asseram qualitatem censendus est præuio potius errore circa subiectum, & veram personam, ergo inuoluntarius, atq. inualidus.

16 Ex

Digitized by Google

16 Ex hac regula in materia de matrimonio fit primo. Si Ioannes Petro promitteret filiam primogenitam, ei alias incognitam, mitteretq. deinde secundogenitam, quam hic duceret, putás ipsam esse primogenitam, hunc errorem censeri personæ substantialem, irritantemq. contractum, quia intentio viri absolutè tendit in primogenitam, cuius qualitas vicè gerebat subiecti, atq. ipsiusmet personæ primogenitæ sibi promissæ. Quod verum etiam haberet, vt probè *Coninck cit. n.* 17. si primogenita diem vltimum clausisset, cuius mors nō præstaret, vt secundogenita volita esset, in quā sponsus consensisset.

17 E contrario autem principio Tabienna casū, de quo consultus soluit. *Quinto impedimentum primo q.* 4. *n.* 5. vbi refert a Petro quempiam filiū petijsse in vxorem filiam secundogenitam præstantissimam puellam forma, quam ei Petrus negauit, obtulitq. primogenitam, haud notam iuueni, qui primum videri ab amico postulauit, à quo doceretur eius pulchritudinem: huic Pater dolo, loco primogenitæ, secundogenitam ostendit, cuius pulchritudine ab amico fideliter relata captus iuuenis, cum primogenita patri dixit se velle contrahere, vti contraxit. In hoc inquam casu consultus Tabienna, quòd iuuenis delusus contendebat illam primogenitam non ducere, merito respondit validum fuisse matrimonium; quoniam error fuerit solius qualitatis, nec iuuenis voluerat, neq; intendere potuerat cum secundogenita, ei denegata, cōtrahere, imo quando non fuisset denegata; cum animus ei tantum fuerit contrahendi cum primogenita, quam ex errore, atq; relatione amici per dolum decepti, perpulchram putabat, nullo pacto in secundogenitam consensum præstitit; secus fuisset, si cum ea voluisset, & dixisset contrahere, quam amicus viderat. Idemq. sentirē, si dixisset, se velle contrahere cum primogenita, quam amicus vidit; etenim iuuenis voluntas in illam personam directè videretur tendisse, quæ ab amico visa erat, ac putata primogenita, respectu cuius consensus valdè per accidens se haberet primò, vel secundogenitam illam mulierem fuisse.

18 Fit secundo, si puella Petro nouerit plures esse filios, ei tamē penes cętera incognitos, subdolè dicenti primogenitum esse, atq. ab ea cōsensum petenti præberet, falsò putans esse primogenitum, & cum primogenito contrahere volens, inualidum sanè tale matrimonium esse, vt rectè *Sanch. lib. 7. disp. 18. n. 19.* quia talis error fuit personæ, quam veluti primogenitura affectam, seù personatam puellā, nec alias nouit, cū qua contrahere voluit; quidquid in contrariū *Nonnulli apud eundem Sanchez*, sentiant; qui quidem Auctor benè docet, quòd tametsi fuerit vita functus primogenitus, & secundogenitus loco illius primogenituræ obijsset, adhuc matrimoniū esset nullū. Secus autem esset, si falsò ille iuuenis dixisset, ac persuasisset puellæ, se vnigenitum esse; quia tunc cum non erraretur in filiatione, quæ videtur ratio motiua ad talem notitiam, sed solum in carentia aliorum filiorum videretur error qualitatis, & non personæ, vt tradit *Sanchez n. 36.*

19 Fit tertio siuè substantiuè, siuè adiectiuè sumatur qualitas personæ, hac v.g. propositione explicata. *Sum filius Regis*, si illa filiatio talitèr ad notitiam se habeat personæ causandam, vt puella, quæ cum eo contrahere velit, iuuenem non alias sufficienter, sed per eam dumtaxat notam filiationis regiæ cognoscat, errorem esse personæ, secus si alias illum sufficiēter agnosceret, atq. ob filiationem regiam, tanquam ob rationem formalem, & finalem moueretur ad contrahendum cum eo matrimonium, probatur ex regula prima n. 5. cui exercitè subscribit *Sanch. n.* 34. à quo tamen libentèr discedo, asserente non satis esse personam esse cognitā fama, literis, vel alijs modis, quòd taliter cognitus, *Sanctio* Auctore, non dicitur verè cognosci, ac proindè qualitas adducta erit, quæ illum faciat agnoscere: non, inquam, adstipulor, quia siuè literis, siuè fama, siuè alio modo cōceptus personæ moraliter certus sufficiens ad inclinandā voluntatem efformari sine dubio sic potest, vt contrarius ēt probabilitate careat, quo conceptu substantialis entitatis personæ efformato, qualitas adiuncta, in qua erratur, merè accidētarie se habet. Quamobrem cōsultiùs *Coninck. disp. 31. de sacram. dub. 1. n.* 16. licet non satis esse dicat eam personam in hoc casu semel vidisse, satis tamen esse docet, talem eius habuisse cognitionem, vt secundum communem loquendi modum, possit quis dicere ex ea notitia illam personam verè cognoscere: ad quod satis erit; si familiariter semel, atq. iterum per literas cū ea egerit.

20 Fit quartò, si Canonici Colonienses, ex gratia, Ducis Bauariæ primogenitum eligerent in Episcopū, ità vt ex illa sola primogenituræ nota in cognitionem deuenissent personæ, in quā consentirent, si non esset ille primò, sed secundò genitus, electio esset nulla, vti cōstat ex *Regula, & Corollario primo*; secus verò si ob primogenituram tanquam ob rationem formalē elegissent, nam licet circa illam tunc decepti essent putantes esse prædiuitem, vel scientia præditum, electio esset valida, vt constat *n.* 6. 14. *&* 15. Claudicaret verò electio personę falsò dicentis se esse filium primogenitū Ducis Bauariæ, qui alias incognitus esset electoribus solū scientibus plures esse filios Bauarico, si in illū, vt in primogenitum consentirent, ob rationem Corollario secundo allatam: secus esset de vnigenito, vt ibidem. Demum si aliàs nō agnouissent Canonici filiū Regis Poloniæ, quam ex eius falsa testatione, & vt sic eligerēt, nulla esset electio, vt probatum est Corollario tertio.

21 Quarta regula. Si qualitas non inducat in certi, atq. determinati indiuidui cognitionem, & si certæ speciei, vel generis causet notitiam eius error non erit error personæ. Sic si filium Regis, vel Ducis se quis fingat, non tamen explicet, cuiusnam, electus in Episcopum, vel maritum, validè censendus esset electus, cum ab Electoribus, vel à puella in accidentali solum erraretur qualitate. Ratio autem est, quod error circa personam, circa solum indiuiduum versari potest; cùm persona sit intellectualis natura indiuidua substātia, sic à *Boetio* definita,

Digitized by Google

quem sequuntur Theologi apud *D. Tham. 1. p. q. 29. art. 1. in corp.* Secundo, quia intellectus errantis in dicto casu non in certam, atq. individualem fertur personam in quemdam nimirū filium Regis, vel Ducis, in quem tamen distincto modo neq. vt sic, sed vt præsentem, atq. individuum certum, alias propositum, tendit cōsentiendo voluntas. Igitur quamuis in illa qualitate erretur, non errabitur in persona. Et quidem consensus coniugalis instar aliorum contractuum, & electiuus etiam, speciales requirunt contrahentes, & personas, sic docent *Bonauentura in 4. dist. 30. art. vnico q. 1. ad vlt. Hostiensis summa tit. de matrim. §. qualiter impediatur, Toletus lib. 7. Summæ cap. 3. n. 2. dicto 3. aliq. quamplures, quos citat, & sequitur Sanch. lib. 7. de matr. disp. 18. nu. 2. & 26.* Contra verò, si certa designaretur persona, sentiendum esset, vt probauimus *Regula* 3. quæ præterea confirmatur, quia nihil refert, siue quis nomine proprio designetur, siue alia insita qualitate, dummodo sufficienter determinatè significetur, vt cōstat ex *cap. licet ex quadam de test. & attest. vers. testes ex l. si in rem aliquis, ff. de rei vend. adstipulantur DD. citati à Sanchez, n. 27.*

22 Ex his fit primo, si Franciscus eligeretur in Episcopum, alio non habito cognomine pluribus existentibus Franciscis, de quibus electio posset intelligi facta, nec aliàs constaret de hoc certo individuo esse inualidam, sic *Bertach. de Episcopo p. 1. lib. 2. nu. 62. ex multis præsertim Bartol. l. quidam, de rebus dubijs fauct. l. duo sunt Titij, & l. in rem, ff. de rei vend. Glos. ac Doctores, l. hac Consult. C. qui testam. fac. poss. Bartol. in l. demonstratio, in princ. de cond. & demonstr. & alibi.*

23 Fit secundo, si eiusdem nominis plures essēt Titij, quorum vnus eligatur, si solus hic esset capax, ceteri verò euidenter incapaces, electionem esse validam, quia determinati esset individui, significati per illud nomen, & reliqui, ac si non essent in hoc casu se haberent, sic idem Bertachinus; ità etiam à pari confirmatur, ex sententia lata contra Titium, quæ de Titio, delicti quidem capaci, & non de quouis alio incapaci intelligenda est, & si multi essent. Huc etiam spectat significatio per nomen matris, addo per cuiuscumq; alterius notæ certæ designationem posse demonstrari, de quo agitur, individuum, fauet *l. 3. in principio, vbi Bartol. & Scribentes, de lib. & posth. & in l. si in rem in fine, de rei vendit.*

24 Vltima regula. Quando dubium esset, verum cognitio personæ tanta sit, vt falsa de ea narratio possit, eiusdem inducere errorem, videndū est, num notitia aliàs habita eiusdem personæ, narrationem præcesserit, & num alterutra videatur efficacior. Prima pars huius regulæ est nonnullorum apud *Sanchez n. 27. atq. Ægidij Coninck. de sacram. disp. 31. dub. 1. num. 17.* qui si Petrus, ait, incidat in aliquam mulierem sibi incognitam, qua cum humanitèr aliquantulum agat, deindè rogat, quænam sit, hæc autem falsò respondeat filiam esse talis Ducis, ducaturq; deindè à Petro in vxorem putante filiam illius esse Ducis, hoc matrimonium validum esset; cū error solius sit qualitatis, quia notitia talis personæ, præcessit parta ex priori conuersatione, ità, vt per eam narrationem postea habitam, non determinatus esset intellectus ad cognoscendam eam, distinctam esse ab illa, qua cum prius egit, sed solum ad iudicandum cum muliere prius à se cognita qualitatem relatam benè posse cohærere. Addidi secundum partem, quia vt idemmet *Coninck. num. 16.* fatetur, non sufficit, semel obitèr personam vidisse. Quamobrem si prior illa notitia tenuis admodum fuisset, qua Petrus sibi persuaserat mulierem illam honesto tantum esse loco, nec Principe natā, deindè serio illa assereret, vel etiam iuramento firmaret esse Principis filiam, in hoc inquam casu intercedente dubio, quanam motiua notitia Petrus eam elegisset in vxorem, prima nè accessoriè se habente secunda, an potiùs secunda, prima illa tenui per accidens existente, censendus esset Petrus secunda motus potiùs, quàm prima, atquè error filiationis mentitæ putandus error personæ, cum prima notitia ferè nullius fuisset momenti, quin multò magis efficaciæ, ac seriebatæ secundæ notitiæ tribuendum sit. Quarè meritò absolutè hanc reijcit prioritatem notitiæ *Sanchez* ex multis, quibus tamen in explicato sensu subscribo.

DISPVTATIO SECVNDA.

De necessitate electioni contraria.

PErstrictis rationibus, quæ deliberationi officiunt, illud reliquum declarare habeo, quod libertati, rationiq; nocere solet voluntarij, & peculiarem pro rei dignitate, ac difficultate postulat disputationem. Inuoluntarij verò causæ ad tres ab *Arist. 3. ethic. cap. 1.* reuocatæ sunt, videlicet ad vim, ignorantiam, ac metum; cum autem ignorantiam, erroremque superiori expositerit disputatio, præsenti de vi, ac metu pro ratione nostri instituti agendum est.

CA-

Digitized by Google

CAPVT PRIMVM.

Proluſio Diſputationis.

SVMMA.

Quotuplex ſit metus, n. 1.
Quæ requiruntur ad metum grauem dignoſcendum, n. 2.
Bene declarantur ab Ariſtotele, n. 3.
Num metus, quo quis cum veniali culpa aliquid facit, cenſendus ſit grauis, n. 4.
Qualis ſit metus ab intrinſeco, & qualis ab extrinſeco, n. 5.
Metus à tertio incuſſus quamodò noceat electioni, nu. 6.

1 NOtandum primò, metum alterum eſſe grauem, alterum leuem. Grauis, qui etiam dicitur probabilis, & cadens in conſtantem virum; ideſt alicuius mali, quòd viro conſtanti meritò eſt formidini; & tunc datur cum periculum imminens eſt contra aliquod è tribus bonis, vitæ, honoris, ac fortunarum; talis eſt metus mortis, mutilationis, acerbi cruciatus, diuturni carceris, ſeruitutis, ſtupri in virgine, amiſſionis honorifici ſtatus, & oblationis fortunatum, magna ex parte, vel quantitate. His adde reuerẽtialem metum, qui ad hunc reuocatur, quo filius v. g. offenſionem parentum timet, vxor viri, cuius cõiunctæ ſunt minæ tacitæ, vel expreſſæ, aut timor magnæ offenſionis, ac diuturnæ cum aſperitate vultus. Num autem preces importunæ ad has reuocandæ ſint, metumq; cauſent cadentem in conſtantem virum, cum in re noſtra facili negotio euenire poſſint ſequenti capite perſtringendæ ſunt, metus autem leuis eſt quicumq; alius à prædictis.

2 Notandum ſecundò ad grauem dignoſcendum metum, quinque requiri cõditiones, duas ex parte mali, quod timetur, totidem ex parte perſonæ incutientis: vnam denique ex eius parte, cui ingeritur. Prima igitur eſt, vt quod timetur, ſit graue damnum, vel in ſe, vel ſaltem reſpectiuè, ideſt comparatione perſonæ patiẽtis; etenim metus mali, quod viro conſtanti nõ eſt formidabile, reſpectu cuius non eſt grauis, reſpectu fœminæ, hominis effeminati, vel ſenis, erit profecto formidabile, & conſequenter eius metus grauis, vt communiter Doctores, *l. plenum, §. equitij, ff. de vſu, & habitatione apud Mõgallonium in lib. de his, quæ vi, metuq; & c. cap. 2. §. 5.* Secunda conditio eſt, vt extimatio mali, quod timetur, ſit non vana; dedecet enim virũ conſtantem quacumque leui opinione timoris duci. Signa verò, atq; argumenta, quibus inniti poteſt huiuſmodi opinio probè relata ſunt à citato *Mongallonio §. 6. & melius ab Ariſtotele 2. Rethoricorum à nu. 1.* ac deinceps. Tertia, vt metum inferens probabiliter potens ſit minas exequi *l. 3. §. ſi legatur, ff. ſi pluſquam per legem, & ibi gloſſa, & verbo metu, C. iſto titulo, verbo iactationibus, ibi Bartol. n. 1.* Huiuſmodi autem eſſe quemcumq; etiam gregarium militem reſpectu ducis probat, ac vult, vt nimis timidè, ità eruditè citatus *Mongallonius, §. 4. nu. 1.* Quarta conditio perſonæ metum inferentis, vt ſolitus ſit exequi mala, quæ minatur, nec facilè minas iactans ex *Bartolo in l. metum, C. iſto tit. citato, & alijs apud Adrianum Geilib. 2. obſer. q. 3. num. 8.* Quinta demum, vt is, qui metuit, non poſſit facilè à ſe malum, quod timet, auertere, plenius *Sanchez lib. 4. de matrim. diſp. 1.*

3 Quas omnes conditiones apprimè mihi videtur *Ariſtoteles comprehendiſſe 2. Retboricorum cap. 7. et quidem primam per ea in proœmio, & num. 1. Neque enim mala omnia metuuntur, ſed quæcumq aut moleſtias magnas afferre, aut interitum poſſunt, præſertim verò ſi nõ longè, ſed propè eſſe videantur, vt impendeant.* Prætereà expreſſit ſecundam *text. 18. hiſce ergo illi metuant neceſſe eſt, qui ſe aliquid paſſuros arbitrantur, & qui ab his, & hæc, & tunc, ideſt ab his, qui poſſunt, & valent exequi minas, & mala, quæ poſſunt inurere, & quandó poſſunt.* Quibus comprehendit tertiam, quam antea etiam *text. 15. explicauit, docens, quinam timendi ſunt, ait, Non qui facilè excandeſcunt, & liberè loquuntur, ſed mites, & diſſimulatores, & malitioſi; obſcuri. nu. ſunt, &c.* Quartam deindè expoſuit *text. 3. eiuſmodi verò iræ, & inimicitia ſunt eorum, qui efficere aliquid poſſunt: neq; enim dubium eſt, quin & velint, & poſſint, quare parum abeſt, quin faciant.* Quintæ demum conditioni addit *Ariſtoteles text. vltimo. Sed qui timet neceſſe eſt aliquã ſalutis ſpem habeat in ea re, de qua ſollicitus eſt, cuius rei ſignum eſt, quod metus cogit homines diligentiùs conſultare; nemo autem de rebus ei conſultat, in quibus nihil amplius ſpei relictum eſt.*

4 Notandum tertio metum quo quis eligit contrahere, vel eligere cum culpa veniali, potius quam aliquod ex ſupra numeratis ſubire malum, dici grauem, & cadentem in conſtantẽ virum, etiam ſi non eligat minus malum, vt ſe habet quodcumquè temporale reſpectu ſpiritualis culpæ venialis; eſt enim malum diſtincti ordinis, ità cum *Soto, Nauarr.* & alijs *Henriq. lib. 11. de matr. cap. 9. num. 4.*

5 Notandum quarto, hic eſſe ſermonem de timore ab extrinſeco proueniente ad extorquendum iniuſtè conſenſum, & de eo, qui eſt cauſa ſiuè conditio, ſine qua non eligeretur iniuſtè, vel contractus non iniretur; nam metus, qui eſt ab intrinſeco, ideſt à cauſis naturalibus, vt à morbo, tempeſtate, & cæteris huiuſmodi, atq; incutitur per modum naturæ, & non per actum verè liberum, vt explicant *Sotus in 4. diſt. 29. q. 1. art. 3. & Sanch. lib. 4. de matr. diſp. 12.* vel metus ex cauſa extrinſeca, iuſta tamen, vt cum quis minatur malum, quod iuſtè poteſt inferre, vti ſi Prælatus excommunicationem in eos minaretur, qui differrent electionem iuxtà præfinitum tempus ad Cappellanias, vel alia beneficia, quæ diù vacauiſſent, non officiunt libero conſenſui ex communi ſententia; & ratio

Digitized by Google

spondeo voluntatem non cõferre vim electioni propriæ, quæ vti mox dicam, actum inuoluit liberum, vel si confert, non confert, vt spontanea. Hinc ex iure mihi fit potestas hanc sententiam confirmandi, in quo sponte fieri non dicitur, quod fit ab eo, qui cogi potest; nedum qui de facto cogitur, qui ad spontaneum, perfectumq; voluntarium, vt desideratur in electione, voluntas omninò libera requiritur; Quam ob rem licet coacta voluntas dicatur voluntas 15. q. 1. *cap. merito, l. si patre cogente, ff. de vita nuptiali*, non tamen est voluntas spontanea, vt notat *Abbas per text. in cap. 1. de reg. Glossa not. in cap. notificasti, verbo licentiam 1. not. Decius cap. cum mag. Ferrariensis const. 18. nu. 18. & in l. qui cum alio, ff. de reg. iuris, vbi eruditè ex variis textibus.* Probatur præterea ex *cap. cum locum de spons. per ea, cum locum non habeat consensus, vbi metus, vel coactio intercedit, necesse est, vt vbi assensus cuiusquam requiritur, coactionis materia repellatur*; quibus ex verbis illud adnotare habeo eorum, quę metu. vel vi fiunt, quædam esse, quæ externo quidem actu perficiuntur, & penè consumantur, sic mercium proiectio, alia verò, quæ in actu præcipuè consistunt interno, externumq. vel vt quid primum minus præcipuum includunt, vel vt conditionem, & signũ requisitum ad exprimendum internum animi consensum, ità se habet contractus, atq. in præsentia se habet electio. Hinc ad textum redeo, qui post super allata verba subdit, *Nè per timorem dicat sibi placere, quod odit*; vbi inter cętera perpendo Tó dicat, quò videtur textus indicare, metum tantum causam esse verbalis consensus, & non actus interni præcipuè requisiti, siuè ad contractum, siuè ad electionem, idemq. ferè habetur *Regula nihil consensui 117. ff. de regulis iuris*; etenim, vt Contractus Neapoli explicans expendi, metus ab extrinseco incussus extorquere sanè potest consensum externum, at internum, qui illum incutienti prorsus ignotus est, neq. necessarius ad euitandum malum imminens, causare quomodò moraliter possit, non video, quæ quidem ratio adeò palmaris videtur, vt negari non possit.

8 Confirmatur, quia non rectè communi prouisum esset bono, si nefarij homines intelligerent electiones ad ecclesiastica beneficia, præsertim ad Episcopatus, metu habitas per consensum extortum, validas esse. Nec satis est irritas eas declarari posse, cum præterquá, quod rectè consentaneũ non sit rationi, vt quacumq; præcisa lege positiua humana, quæ contra omne ius naturale facta sunt, mala nõ habeantur, multa possent inter os, & offam cadere, vt hãc etiam irritationem impedirent ad summam Reipublicę Christianę perniciem. Igitur à primo ad vltimum illud pro constanti habeatur, electionem summum voluntarium, ac libertatem requirentem metu graui ab extrinseco illato iniustè, reddi nullam, quod potiori sanè ratione verum esset, si eò progrederetur coactio, ac vis ab extrinseco illata, vt actus externus à voluntate imperatus expressiuus electionis internæ per hanc formam *eligo Petrum in Episcopum* v.g. calamo subscribendus, vi manum arripiente delinearetur, tunc enim absolutè prolata electio etiam externè inuoluntaria, atq. coacta, nullius roboris esset, cum in huiusmodi actibus imperatis possit voluntas cogi, vt probè *D. Thomas 1.2. q6. art. 4.* Sic violentus esset motus Christiani, quo vi raperetur, ac traheretur ad Idoli templum, cui ad thuribulo thus adolendum inuitus omninò cogeretur, & constat, tum ex citatis textibus, tum ex *l. 2. ff. de metus causa.*

9 Obijcies ex *Aristot. 3. ethicorum cap. 1.* qui cum docuerit metu extorta, simpliciter esse voluntaria. addit, *Sed ridiculum sanè est in externàm potius causam referre, quàm in seipsum ipsa violenta.* Respondeo non id solum scripsisse Philosophum, sed verbis citatis etiam addidisse, *quòd huiusmodi rebus facilè capiatur: & honesta sibi turpia iucundis adscribere*; quibus reijcit opinionem eorum, qui asserebant iucunda, vel molesta ea nobis esse, quæ ab extrinseco inijciuntur, idq; ridiculum ait esse Aristoteles, vt etiam patet ex superiori textu. Non tamen inficior eum dixisse facta ex metu, spontaneis esse similia; idq. nostra quidem sententia in facto externo, secus autè in interno, vel simpliciter, cum in omni dispositione voluntas magis, quã verba spectanda sit *l. cum matrem, C. eodem, de eo, quod fid. comm.*

10 Ex his autem confirmari potest sententia excusans à peccato Christianos vi remigantes apud Turcas, de quibus egi *tom. 1. lib. 3. disp. 7. & cap. 3. à num. 37.*

11 Hanc aũtem doctrinam exploratam prorsus habeo, siuè cum nonnullis sentiamus Auctoribus, contractus asserentibus metu celebratos, cadente in constantem virum, ipso iure irritos, præsertim si onerosi non fuerint, vt eruditè ex Theologis *Molina tom. 2. de iustitia, tract. 2. disp. 326 in fol. ad 2. arg.* atq. ex Iurisconsultus testatur communem esse sententiam *Cremensis singul. 7. Iason l. 2. nu. 13. & 15. C. de iure emphiteotico, Tiraquellus l. cum multis si. vnquam, verbo reuertatur num. 21. & seqq. C. de reuocand. donationibus, apud quõs alij*, & nos Neapoli Contractus explicantes docuimus, siuè contrarium sentiẽtibus non irritos esse cõtractus ex metu factos, sed irritandos subscribamus, quibus nonnulli astipulantur, siuè Theologiæ, siuè vtriusq. iuris periti, quos laudant, ac sequuntur *Sanch. lib. 4. de matrim. disp. 8. à num. 4. & Lessius lib. 2. de iust. cap. 17. dub. 6.* etenim si cum prima opinione sentire fas est, nulla superesse videtur difficultas, vt rationes cęteros contractus, præsertim non onerosos, quorum naturam sequitur electio, ex metu initos, irritos esse demonstrantes, id etiam de electione conuincere dicamus. quod si penès secundam quis mallet sentire; in primis ex ea sequeretur irritandam esse electionem ex vi iuris positiui, ius naturale explicantis: ex quo licet secundum hanc opinionem validitatem nacta esset electio, ob metum tamen obnoxia esset irritationi. Deindè electionem non tàm cum onerosis contractibus componẽdam esse, quàm cum lucratiuis, qui quidem, vt probè *citatus Molina*, maiorem absq; dubio requirunt libertatem, cuius sunt proprij actus,

sic

Digitized by Google

sic donatio, & ipsa, de qua loquimur, electio; quam insuper à communi regula rerum gestarum ex metu, excepta esse, vel ex hoc aio, quia
12 metu intercedente nullum ius in electum videtur esse translatum, vt de omni iurisdictione docent *Glossa cap. 2. verbo coactus ad finem, de his, quæ vi, vbi Antonius nu. 10. Ancharan. nu. 2. Abb. num. 12. & 17. in fine, Imola nu. 4. in fine, Bartol. tract. de tyramn. nu. 14. Bald. l. decernimus nu. 5. de sacros. Ecclesijs, & probat per l. 2. initio, ff. de iudic. ibi. At cum restitisset quiuis ex litigatoribus, viribus præturæ compulsus est, nulla est iurisdictio, vbi glossa verbo nulla, addit, ipso iure*: si enim prærogationem iurisdictionis irritat metus, potiori titulo eiusdem translationem ex *Baldo l. si quis ex consensu 8. num. 7. de Episcop. ad iudic.* docet etiam *Sylvest. verbo metus q. 8. Azorius lib. 4. cap. 23. q. 2. Bonacina de contract. disp. 3. q. 1. punct. 2. §. 2.* Verum enim verò licet hoc satis probabile sit, cum tamen contrarium sua non careat probabilitate apud *Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 19. nu. 13.* idcirco firmius fundamentum nostræ
13 dandum est assertioni. Nec etiam, quòd in rebus Ecclesiæ non teneat promissio, vel traditio metu extorta *16. q. 6. cap. 1. & cap. peruenit il primo. de iure iurando*; cum primus textus vix ad propositum cõtrahi possit, secundus verò supponat validum esse iuramentum ab Episcopo metu factum, quod nullũ Pontifex reddit, ex quo cõtrarium sumi potius posset argumentum: sed nostram firmamus assertionem, tùm per *cap. vbi periculum, de elect. in 6. ex generali concilio Lugdunensi. vbi Gregor. X. §. cæterum* ait. *Quia cum arbitrium, vel inordinatus captiuat affectus, vel ad certum aliquem obligationem cuiuscumq. necessitas adigit, cessat electio, dum libertas admittur eligendi*; vbi perpendo Tá cessat; quia ad nihilum redacta dicitur; tùm ex Bullis, & Constitutionibus, quæ de electione Summi Pontificis editæ sunt, posterioræ præsertim *Gregorij XV. & Vrbani VIII. Illa anno 1621. Kalendas Decembr. hæc anno 1625. 5. Kalendas Februarij*, in quibus summè libera, omniq; vacans coactione, atq. vmbra inuoluntarij, ità præscribitur electio in Episcopum Ecclesiæ Catholicę, vt latum vnguem à rectissima ibi asserta regula deflectens, irrita, & non irritanda decernatur. Cum autem eadem sit ratio (vt licet parua componere magnis) de electione cuiuscumq. peculiaris Episcopi, non est cur eius electio metu extorta non irrita, sed irritãda dicatur. Cõfirmatur, quia etiam in opinione multorum ex auctoribus supra citatis, asserẽte cõtractus oneroſos graui metu elicitos, validos esse iure naturæ, ac positiuo, vnum excipitur matrimonium, vt indicat *Vasq. 1. 2. disp. 27. cap. vlt.* & defendit saltem ex iure Ecclesiastico *Sanchez communi consensu Doctorum lib. 4. opin. moralis cap. 4. num. 12. & lib. 4. de matrim. disp. 14. num. 4.* ergo à pari idem dicendum erit de electione ad Episcopatum; cum onus, ac dignitas Episcopalis, & maioris sit momenti, & perpetua, ideoq. liberè, spontaneè, maturoq. iudicio conferenda est personæ, numeris omnibus absolutæ. Huic autem argumẽto maius est robur, quia cum electio initiatiuè, spirituale sit matrimonium, ad eam ex matrimonio carnali deductum argumentum valet, vt probè *Euerard. in suis topicis, loco à matrimonio spirituali ad carnale.* Præterea cum ijdem Auctores votum professionis, metu extortum, dicant nullum, & electio sit promissio, & pactum initiatiuè, quod intercedit inter Episcopum, & Ecclesiam, ad quam electus est, vt *tom. 1. lib. 1. disput. 1. cap. 4.* docui; Simili etiam modo à promissione Deo facta ex hoc metu nulla ex probabiliori sentẽtia ritè duci poterit argumentum. Posset etiam ex varijs textibus magis, magisq. nostra cõclusio confirmari, quibus cæteri contractus ex metu dicuntur nulli, atq. afferuntur à *Sanchez lib. 4. de matr. disp. 8. à nu. 2.* ac deinceps quibus constare saltem à pari posset, vt ex allatis *num. 13.* electionem metu factam non solum iure positiuo esse nullam, sed iure naturali, expresso per positiuum, vti nostra rationum momenta initio adducta probant; nec posse solo iure canonico dici nullam, nisi in casu metaphysico, de quo *assert. 3. num. 18.* dicendum est. Nunc satis erit nostram doctrinam absolutè confirmare ex cõtractibus saltem gratuitis, quorum potiùs rationem præ se fert electio, qui ex metu graui iure naturali, ac positiuo sunt irriti, vti communis fert sententia Doctorum, tum Theologorũ cum *D. Thoma in addit. q. 97. art. 3* quos referũt, & sequuntur *Molina disp. 267. & Sanchez lib. 4. de matr. disp. 15. nu. 4. tum iurisconsultorum apud eumdem ex glossæ cap. si quis ingenuus, verbo faciat 29. q. 2. & cap. finali, de coniugio seru. in fine.* Demum ex innumerabilibus propemodũ, quæ ex contraria sententia sequerẽtur absurda; siquidem, vt supra indicaui, non adeò facilè est semel validam electionem irritam reddere, cũ ignem tectis injicere, atq. iniecto spatium, modumq; præscribere eiusdem non sit dexteræ; Et quamuis nouerim *Innoc. in cap. Quod sicut, de electione* in contrariam videri sententiam abijsse, eum tamen alijs cum Actoribus in concordiam reuocat, iuxtà super adducta *Panormit. cap. olim. de restit. spoliator. nu. 10.*

14 Obijcies coacta voluntas, est voluntas 15. *q. 1.* ergo electio coacta, electio erit. Respondeo tùm huic regulæ, cui ex parte satisfeciſſe supra videor, tùm multis, quæ ex sententia docente non irritam, sed irritandam electionem metu extortam, deduci possent, electionem saltem iure positiuo esse irritam: neeq. præallatum textum contra hoc facere, vt probè *Panormit. cap. bonæ memoriæ, de electione, num. 11.* veram afferens rationem, quòd in electione non consensus modo requiritur, sed liber, & voluntarius; cum igitur metus, tametsi non tollat consensum, tollat tamen saltem perfectum voluntarium, vt in *cap. cum locum* diximus supra, hinc est, vt reddat nullam electionem. Addo supra *nu. 7. & 8.* satis probabiliter demonstrasse, consensum metu extortum simpliciter inuoluntarium esse; quinimò vrgẽte metu moraliter electionem externam haberi, absq. consensu interno; qui vt ignotus est inferenti metum, ità minimè necessarius ad euitãdum malum, quod timetur.

15 Obijcies secundo. Deliberatio requisita ad mor-

Digitized by Google

mortale, requiritur ad electionem, vt *superiori disputatione* dictum est *cap.2. num.4* igitur voluntarium requisitum ad mortale, etiam requireretur, ac sufficiet ad electionem; sed contentus ex metu voluntarius satis est ad mortale, cæteris concurrentibus ex parte materiæ, vt cõmuniter admittitur, ac probè traditur à *Vasq. 1. 2. disput. 27. cap. 3. nu. 17.* ergo idem erit sufficiens ad valorem electionis, & cuiuscumq. contractus, ad quem satis esse deliberatio sufficiens ad mortale dicitur. Respondeo cum omnibus exploratum sit, electionem perfectissimè voluntariam, ac liberam esse debere: hunc fieri deliberationem ad mortale requisitam, vtpotè perfectam, ortam ex actuali cõsideratione malitiæ, meritò satis esse censeri ad electionem; è contra verò consensus ex metu, qui ex imperfectissimis est, vix attingens sufficientiam ad mortale ad præstantiam non sufficiet electionis, quæ perfectè voluntaria debet esse, ac libera.

16 Addo in vniuersum non rectè argumentari à deliberatione, atq; aduertentia requisita ad peccatum mortale, ad consensum ipsius voluntatis. Etenim ijdem Auctores, qui expressam malitiæ notitiam, dubium, vel scrupulum saltẽ actualem, requirunt ad peccatum mortale, vt optimè ex antiquis *Vasq. 1. 2. disput. 108.* ijdem sanè docent, non requiri necessariò actualem consensum voluntatis, vt *idemmet Auctor*, ex ijsdem antiquis Theologis *disp. 108. cap. 2.* cui subscribit *Sanch. Summa lib. 1. num. 20.* assignat verò rationem disparitatis *Vasq. num. 3.* quia fundamentum, ac prima ratio voluntarij, liberiq. est cognitio, quæ ni supponatur actualis, cessat voluntarium, ac liberum: eauè posita, integrum erit voluntati operari, & nè id præstet, si teneatur etiam omittendo, peccat; iterũ peccatum mortale est, saltem ratione, voluntariè, ac deliberatè ancipitem constitui voluntatem circa grauem malitiam, etiam si non expresso actu, sed interpretatiuè ad illam se habeat, cum tamen semper actualis notitia malitiæ requiratur. Quæ cuncta cõspectant, vt intelligatur non requiri eam perfectionem actus voluntatis ad mortale, quæ requiritur in actu intellectus, eiusq; determinatione: & per consequens, cum electio actus sit perfectè liber, vel nimirum si perfectam exquirat deliberationẽ, vtiq; necessariam ad lethale, non tamen ei sufficiet motus imperfectus voluntatis ex metu, licet ad lethale sufficiens.

17 Sit secunda assertio. Si metus cadens in constantem virum directè non tẽdat ad consensũ extorquendum Electorum, sed solum ad admittendum abusum secularis potestatis, in eo sitũ, vt licèt electio ab ecclesiasticis fiat electoribus, non sit absq. secularis Principis interuẽtu, volentis interesse electioni, vel aliquid sibi arrogantis, aut exercentis munus, vt videre est in *glossa 1. cap. quisquis, de electione*, non videtur ex se irritam reddere electionem, vt docet *Soarius de censuris disp. 31. sect. 3. num. 14.* cuius sententiam admitto, dummodo præsentia sæcularis Dynastæ libertati non officiat Eligentium, eorumq. suffragiorum. Cæterum in ordine ad praxim res eò reincidit, cum huiusmodi electio habita cum indicato metu nulla, atq. irrita ipso iure in illo canone declaretur, adiuncta *glossa verbo irritam.*

18 Sit tertia assertio. Dari posset casus, in quo probabilitèr valida iure naturæ censeretur electio, in quo probabilius etiam esset cõtrarium. Prima pars patet, cum videlicet ad metaphysicam non repugnantiam res reduceretur, & metus non modo externam electionis significationem extorsisset, sed actum etiam internum, quando cum Auctoribus asserentibus contractus metu initos esse validos, at irritandos, est sentiendum. Ratio est, quia non laboraret tunc defectu consensus, quem supponimus elicitum esse, neq. voluntarij, cum *penès communem sententiam num. 3.* relatam ille consensus esset voluntarius simpliciter. Verum enim verò secundum alteram, quam nostris rationibus firmauimus sententiam, etiam in hoc casu dicenda esset illa electio iure naturæ nulla, quia est simpliciter inuoluntaria, licet voluntaria secundũ quid; quòd minimè ad præstantissimam ipsius naturam sufficit, de qua, vel ob hanc ipsam præstantiam, aliter sentiendum est, ac de alijs contractibus; vel cum his Auctoribus tenendum, qui omnes contractus, metu initos, dicunt inuoluntarios: vel cum eis, qui de lucratiuis id asserunt, quorum maiorem exprimit similitudinem electio.

19 Cæterum vbi ageretur de irritanda, vel declaranda irrita electione, probandi onus incumbit asserẽti, eam factam esse ex metu; quia qualitas, quæ inest alicui, vt libertas quemadmodum *disp. 1. cap. 2. num. 12.* diximus, semper præsumitur inesse, ergo absq. libertate aliquid ab homine libero factum esse, probandum est id asserenti; quòd contrarium inesse præsumitur.

20 Præterea coactio est accidens, sed accidentia non præsumuntur, *l. si vero, §. qui pro rei quæritate, ff. qui satisd. cogant.* vbi *glossa, & Menoch. in consil. 1. ac de præsumpt. lib. 8. præsumpt. 37. num. 1. & 2.* ergo coactio ab asserenti est probanda.

21 Demum voluntatis mutatio nõ præsumitur, sed potiùs constantia, *l. eum, qui, ff. de probat. per illa. Eum, qui voluntatem mutatam dicit, probare hoc debet, atq. ex alijs textibus apud Menochium modò citatum nu. 1.* Ergo cum quis elegerit, etiã ex metu, in eo perseuerare voluntas ex se libera præsumitur. Imò metus ipse nequaquam præsumitur, *l. meritò, ff. pro socio*, quam rationem prosequuntur *Innocentius in cap. causam matrimonij, de offic. deleg. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. idemq. probat Menochius præsumpt. 126. & lib. 4. præsumpt. 11. num. 2.*

22

23 Sit quarta assertio, cessante metus causa, scientes electores primam electionem esse irritam, si nouo consensu circa eam se haberent, vires darent, non quod eam ratificarent, sed quod de nouo per liberum, & spontaneum cõsensum, viderentur eligere; nam si ex errore putarent electioni esse quid roboris, eam nunquam ratificarent: tùm quia nil magis spontaneo est consensui contrarium, quam errori tùm

quia,

Digitized by Google

quia, vt ſæpè dixi, quod ſemel irritum fuit conualidari nequaquam poteſt *vide cap. vlt. nu. 13. 1. tomi.*

24 Nec ſufficere externè libertatem apparere, ſi timoris perſiſteret cauſa, qua durante ſemper metus coactio, & vera carentia libertatis perſeuerant, vt tradunt *Bart. lib. 2. num. 7. C. de his, quæ vi,* & ibi *Bald. nu. 8. Decius conſil. 219. nu. 7. col. 2. Menochius de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 4. nu. 22.* Nec ſatis erit quodcumq; temporis interuallũ verſari inter actum, & metum incuſſum, cum non ceſſante cauſa, nec ceſſare metus cenſeatur: ſic probè *Bald. Decius, atque alij, quos citat, & ſequitur Sanchez lib. 4. de matrimonio, diſput. 18. num. 7.*

25 Durare autem cenſebitur cauſa metus, dum perſeuerat ratio, ob quam timor inferebatur; vt ſi fuerit Iudex, qui metum cauſauit, perſeuerare cenſebitur durante eius officio, vel ſi fuerit Tyrannus, tyrannide vigente, ſic gloſ. *cap. 1. verbo poſtmodum, de his, quæ vi, & ibi Innocentius, num. 1. Baldus l. 2. num. 10. C. de his, quæ vi, & alij, quos laudat, ſequitur; Sanch. cit.*

26 Demum nec ſatis eſſet metus cauſam ceſſaſſe, ſed præterea cętera deſiderantur impedientia reclamationem etiam ceſſare, quæ alioquin haberetur ab eo, qui metum eſt paſſus, nec ſilẽtio premeretur; quamobrem ſi ex his impedimentis taceat, nec reclamet, metu geſta, minimè cenſenda ſunt valida, vt probè *Nauarrus comm. 4. de regular. ſuper cap. ſtatuimus 19. q. 3. nu. 71.* qui ſe conſilium dediſſe ſcribit, potuiſſe monialem reclamare metu patris profeſſam, anno iam decurſo ab eius morte, intra quem, nec per ſe, nec per Procuratorem reclamare, impedientibus alijs monialibus, potuit; de quo vide *Azor. lib. 12. inſtit. cap. 4. quæſt. vlt. Sanchez lib. 7. de matr. diſput. 37. num. 3.*

CAPVT TERTIVM.

Num preces metum grauem cauſent.

SVMMA.

Preces non importunæ ſuperioris non ſoliti tyrannicè ſe gerere, grauem non inducunt metum, Germanus ſenſus cap. illud quidem, de elect. *num. 2.*

Blanditiæ Principis Tyrannicè non agentis, metũ cauſant, n. 3.

In dubio ſæuiendi, ſæuitia non præſumitur, nu. 4.

Preces importunas, probabile eſt, ſecluſo metu non cauſare inuoluntarium, neq; irritam reddere electionem, tametſi probabile contrarium etiam ſit, n. 5.

Quid ſentiendum ſit de precibus repetitis, n. 6.

QVòd precibus iuſtitię lances depreſſæ æquitatem ſæpè non ſeruant, eas, quàm reliquas metus cauſas ſpeciali diſputatione explicandas cenſui.

1 Sit prima aſſertio. Preces non importunæ Principis etiam, & ſuperioris non ſoliti tyrannicè ſe gerere, cum ſibi non acquieſcentibus grauem non inducunt metum, neq. electionem irritandam reddũt: colligo ex vniuerſali doctrina apud *Ioannem Andræam cap. finali, qui clerici, vel vouentes, in fin. vbi Antonius num. 6. Cardinal. num. 4. oppoſit. 3. Abbas num. 8. & cap. cum inter de elect. num. 8. Alexan. conſil. 16. lib. 3. Io. Plat. §. Quadr. Inſtit. de ac, qui quidem hac, quam diximus, ratione intelligendi ſunt; Vide Add. ad Abb. ad loc. cit. Leonem, Nauarr. ſumm. cap. 17. num. 46. Sot. 4. diſt. 29. quæſt. 1. art. 2. verſ. eiuſdem autem metum, Henriq. lib. 11. de matr. cap. 9. num. 5. in commento, lit. B. Sanchez lib. 4. de matr. diſput. 7. num. 1.* Ratio eſt, quia vbi Tyrannis in Principe prudenti non innoteſcit, eius preces tantam vim non ingerunt, vt à libero electionis propoſito abducere cenſeantur electores; alioquin deterior Principum virorũ eſſet conditio, quibus nunquam petere quidpiã liceret. Confirmatur à contrario ſenſu ex *l. fin. C. de his, quæ vi, ibi venditiones, donationes, tranſactiones, quæ per potentiam extortæ ſunt præcipimus infirmari, vbi probè Sanchez citatus* perpendit *Tó extortæ*; cum extorquere vim ſignificet *l. fideicomm. § ſi rem, ff. de legat. 3.* igitur præciſa, vi ſecundum ſenſum noſtræ aſſertionis, cenſendæ ſunt preces infirmæ.

2 Hinc ſenſus patet *cap. illud quidem, de elect.* vbi patrocinia quarumlibet perſonarum à Præſulis electione remouentur; ni enim hæc patrocinia preces includerent importunas, & ni fuerint ſuperioris, talis profecto genij, qui ſæuire ſoleret in eos, qui illi morem non gererent, non cenſenda eſſent tanti roboris, vt nullam facerent, vel irritam reddendam electionem cogerent. Adde *Gregorium Papam* nihil de irritatione loquutũ ibi fuiſſe: imò *gloſſ. verb. patrocinia*, tunc eſſe prohibita dicit, quando ſunt de non digno: ſecus ſi de digno habeantur.

3 Sit ſecunda aſſertio, blanditiæ, illecebræque Principum eodem modo, neq; metum inducũt, neq; actum irritum, vel irritandum reddunt, ſic *D. Bonauent. 4. diſt. 29. quæſt. 1. num. 8. ibi Durand. quæſt. 2. ad primum, Scot. quæſt. vn. ad fin. Henriq. lib. 2. de matr. cap. 9. n. 5.* fundamentum eſt, quod non minuunt, ſed voluntariũ potiùs augent; ſecus res ſe haberet, ſi talis eſſet cõditionis Princeps, qui ſæuire in eos ſoleret, qui ſuis illecebris non obtemperarent.

4 Sit tertia cõcluſio. In dubio ſeuiendi, vel malè ſe habendi minimè præſumitur ſæuitia, vel ſeueritas; quia non eſt accipienda præſumptio deterioris partis; cum nemo præſumatur malus: ſic *Felin. cap. 1. n. 2. verſ. an autem preces, de offic. deleg. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 1. & Maſcard. de probat. concluſ. 193. nu. 6.*

5 Quarta aſſertio. Et ſi probabile ſit preces importunas ſolas, ſecluſa quacumq. ratione timẽdi inferre coactionem obſtantem actui libero,

Digitized by Google

& voluntario; est tamen etiã probabile, eas nõ solas, sed vna cum metu reuerentiali (.i. personæ, cui reuerentia debeatur) metum incutere cadentẽ in constantem virum, atq. annullantẽ electionem. Prima pars probatur ex *glo. cap. Audacter, verb. & non per me 8. q. 1. fauet locus Lucæ 21. secundum versionem Syriacam, propter importunitatem, reddentem improbitatem*, amici instantissimè petentis', &c. Secundo probatur ab *extrauag. execrabilis Io. 22. de præbendis sub initio, ibi, & improbitas importuna petentium à nobis, & prædecessoribus nostris nõ tam obtinuisse, quàm extorsisse plerumq; noscuntur; V biglossa verbo quam extorsisse, ait, ab inuito per talem importunitatem*, eo, vel maxime, quod *num. 1.* diximus extorquere, necessitatem, seù coactionem importare; & tamen personæ à Papa illa beneficia rogantes non erant ea conditione, vt metum incuterent reuerentialem. Demum confirmatur ex *text. cap. fin. de præscript. in 6.* ibi, *Quia per ambitiosam importunitatem petentium*, vbi *glo. verbo importunitatem, ait, propter quam Principes sæpè non concedenda concedunt*, & tamen Principes reuerentia Priuatorum non tenet, ob quæ, atq; alia eruditè tradita à *Sanchez lib. 4. de matr. cap. 7. à nu. 4* maximè probabilem hanc iudico sententiam vim tribuentem solis precibus importunis, nec non coactionem contra libertatem, & voluntariam rationem inducentem, nulla licet alia intercedat reuerentia exhibenda personæ petenti.

6 Illud autem, vt prorsus exploratum, cũ *Sanch. citato n. 8.* admitto, non quibuscunq; precibus, verùm instantissimis, sæpiusq. repetitis tantum esse virium, vt indicat *Auth. de hæred. falcid. in princ. vers. semper igitur, coll. 1.* ibi, *semper igitur nobis importunæ sunt*, vbi *glossa verb. importunæ*, valdè instantes explicat è *l. 1. C. de petitis bonorũ lib. 10.* ibi, *inuerecundia petentium inhiatione*, qua explicat *glo. frequenti petitione.*

CAPVT QVARTVM.

Electio ex metu leui habita num valida sit?

SVMMA.

Moralitèr vix euenire potest ex metu leui ad beneficia alicuius momenti electionem fieri, nu. 1.
Si autem metus leuis causaret electionem, probabile est, esse validam, n. 2.
Tanti non videtur facienda iniuria per metum leuem iniustam, n. 3.
Quid præstandum in foro externo', n. 4.
Electionem ex metu leui habitam probabilius est, esse inualidam, n. 5.

1 DE metu leui illud solum habeo per paucis adnotare moralitèr euenire vix posse, vt ex metu leui fiat ad beneficium alicuius momenti electio, nam in *Prolusione notab. 2.* indicatum est, metũ grauem, vel leuem dici respectiuè: nec video, quo pacto, re moralitèr pensata, possit metus aliquis dici leuis, qui alicui vim infert ad electionem beneficij alicuius notæ. Quamobrem etsi videretur in se metus leuis; respectu tamen personæ, cui incutitur, cẽsendus esset grauis; per quẽ omniũ votis eligenti etiam fieret iniuria.

2 Quod si ad metaphysicam Trutinam res reijciatur, ac supponamus metum leuem, electionẽ causare posse ad beneficium alicuius momenti: dicendũ est probabilitèr esse validã, iure naturæ; at probabiliùs inualidã esse, vel ratihabendam, vel liberè confirmandã. Priori parte fauere, me quidem Indice oẽs tenentur Auctores, qui contractus ex metu leui initos dicunt validos, sic *Medina C. de restit. 3. causa 9. vers. si fiat remissio, Basilius Pontius de matr. lib. 4 c. 10. n. 5. & alij*, & alij, & ratio est, quia metu leui laborans, voluntariè absolutè videtur operari, quòd in eius sit potestate illum facili negotio abijcere, vtpotè leuem; igitur moralitèr, proindè est, ac si voluntariè absolutè facta esset electio, & licet maius, quid asseruimus voluntarium electioni necessarium; quàm nonnullis saltẽ contractibus; hoc tamen nullius ferè momenti intercedente metu, non ità derogatum existimamus probabiliter rationi voluntarij, vt sufficienti officiat li-
3 bertati electionis. Neq; videtur tanti facienda, quæ ob metum leuẽ inuritur iniuria, quæ absq; difficultate auerti põt; quo fundamento *Basil. cit. contra Sanchez de matr. tom. 1. lib. 4. disput. 9. n. 4.* probat non solũ in foro conscientiæ, sed ẽt in externo, facta ex hoc metu esse valida, ità, vt nullam rescissionem dari velit ejusmodi contractibus, idemq. sentiendum erit penès hanc sententiam de electione.

4 Secundæ parti nostræ doctrinæ fauẽt *Auctores contrariũ sentientes*, contractus nimirum leui metu initos, esse nullos, ità *Sanch. cit. Rebell. 1. p. de iust. & iur. lib. 1. q. 5 præsertim, n. 9. & 16. Lessius lib. 2. c. 17. dub. 7. n. 46. ex l. metum, ff. quod metus caus.* & rõ est, q̃ sua videtur priuatus libertate, & quidẽ sinceriſſima, ad electionem, præ omnibus cõtractibus, requisita, qui ex tali metu operatur. ergo in pristinum statũ videtur restituendus, vt approbet, & reprobet ex illo metu factũ: Secundò, quia solent, & quidẽ magis, homines cõturbari metu leui, iniustè illato; ex quo magis causatur inuoluntariũ ob maioré displicẽtiam; quia v3. ob fugam mali imminentis parui momenti, vel in se, vel ob conditionẽ inferẽtis, vel personæ, cui infertur, cogitur quispiam magis subire damnũ situ in detrimento propriæ libertatis ad electionẽ præsertim faciẽdam alicuius momenti. Confirmatur, quia cõtractus gratuiti, vt sunt donationis, promissionis, quibus potiori titulo cõparatur electio, nulli censentur ex hoc metu habiti, sic probè *Sylvester verb. metus q. 9. Azorius lib. 1. c. 11. q. 6. & 13. n. 16. Rebellus 2. p. lib. 1. q. 5.* apud quos alij, quibus adde Auctores ex hoc metu habitam professionem asserentes nullam,

Digitized by Google

nullam, sic *Nauarr. lib.1. consil. in prima editione, in titul. de his, quæ vi consil.1. num.9. & consil.3.num.4. ac alibi, Manuel 2.tom. summ. capit.8. num. 9. Sanchez probabiliter hoc idem defendens lib.4.summ.cap.3.n.23.* Addo ex suprà iacto fundamento *cap.2. num.7.* moraliter nec quidem concipi posse, quo pacto quis metu leui possit in consensum internum eliciendum induci; quippè qui, vt agnosci ab inferente metum non potest, ità minimè necessarius est ad malum, quod timetur auertendum; ità vt consultius faciet illum patiens metum, si externè tantum, vel eligat, vel contrahat, quin interne consentiat; sine consensu autem interno, neque cõtractum, neque electionem iure naturæ subsistere posse loco citato diximus. Accedit ius positiuum præsertim *cap. vbi periculum, de electione in 6.* & cæterorum; *Quia cum arbitrium, vel inordinatus cupiunt affectus, vel ad certum aliquem obligationis cuiuscumq; necessitas adigit, cessat electio.* Vbi ponderandum est *Tò obligationis cuiuscumq;* quo neq. ex metu tantisper obligatio videtur excluſa: *Tò* etiam *necessitas* perpendenda absolutè prolata, vt includat, quã iniecit metus etiam leuis. Demum expende *Tò cessat*, vt irritum habeatur factum ex metu.

5 In foro autem externo obseruandum est, & *cap.2.num.19.* diximus, & eò magis, quòd ius discrimen statuens inter metum grauem, & leue, innitatur præsumptioni, ex qua præsumitur metum grauem, non autem leuem causam fuisse actus.

DISPVTATIO TERTIA.

An obsit electioni Episcopi simonia.

VBi superioribus disputationibus agitauimus causas necessitatis, coactionisue, quibus deiecta voluntas, nec liberè, nec spontaneè, vt rationi consentaneum esset, Episcopum eligeret, postremam, eamq. cæterarum maximam à recto abducentem humanum arbitrium, simoniã videlicet hæc excipiet disputatio; etenim aureo ariete nil aptius, ac vehementius est, quo constans animus euertatur. Neq. integrum texere tractatum de simonia consilium est; cum alienarum rerum diuitijs hos ditare libros nõ optem, sed eis, quas ad exactam nostræ sententiæ dilucidationem facere iudicauerim. Primò igitur loco nonnulla premittam ad eam perneccssaria: Secundò cap. Cõtrariorum minus probabilem opinionem referam: Tertiò de simonia secundum ius positiuum: Quartò penes diuinum naturale agendum est: Quintò multa comprehendã ex his deducta ad praxim. Sextò num Papa, vel Princeps alius supremus in propria, vel humana possit dispensare lege, vt ex hac quæstione dispensandi facultas magis innotescat in simonia iure ecclesiastico inducta. Septimò diluam rationes cap.2. contra hanc sententiam relatas.

CAPVT PRIMVM.

Prolusio Disputationis.

SVMMA.

Post extrauagantem Pauli II. pœnæ de facto cõtrahuntur ipso iure pro simonia, n.1.

Episcopatus est beneficium duplex, n.2.

Ad pœnas incurrendas in Simoniacos sancitas non satis est mentalis, vel conuentionalis simonia, nu.3.

Electio in Episcopum materia est simoniæ, n.4.

Nonnullis rebus spiritualibus aliquid temporale adnexum est, nu.5.

EX his, quæ de Religione disputantes Theologi, ac de titulis, ac materijs scribentes simoniæ, contẽtis, tùm decretis, tùm decretalibus, tùm extrauagantibus Canonistæ fusiùs agitant, nonnulla prælibanda sunt, atq. in hoc caput velut in breuiarium referenda.

1 Supponendum itaq; primò post *Extrauagantem Pauli II.* incipiente *Cùm detestabile* pœnas de facto incurri ipso iure, pro simonia, in beneficio habita, ex Doctorum consensu, vt videre est apud *Angel. verbo simonia 16. nu.9. Syluestr. q.19. Caietanum in summa, verbo excommunicatio, cap.72. Soarium tom.1. de Relig. lib.4. de simonia cap.55. num.2.* ex quo fidelissimus eius sectator *Filiucius in 4. appell. ad beneficia tract. 15. cap.13. num.12.* Ab hac tamen communi regula, si quæ est exceptio, caput vltimum docebit.

2 Notandũ secundò *ex primo nostro tomo lib.1 disput.2. cap.3.* & passim infrà, Episcopatum beneficium esse, & quidem duplex, *ex cap. felicis, §. quod si quis de pœnis in 6.* cum iurisdictionem in vtroq. foro habeat, atq; sacramentorum, rerumq. ecclesiasticarum administrationem.

2 Notandum tertiò ad pœnas iure statutas in simoniacos, contrahendas mentalem non satis esse simoniam, vel conuentionalem. Et quidem

Digitized by Google

Præsulem, si iurisperitus fuerit, licet, deficiente ea qualitate, conditio necessaria deesse videretur, & per cõsequens censeretur electio claudicare, ac nulla, sub ea, & quidem honesta conditione habita, verum ob dictum *text. num.* 12. relatum ad finem, etiam illa electio laboraret. Num autem electio incertæ personæ, vel ab altero nominandæ dicemus infrà.

CAPVT QVARTVM.

Quando qualitatis error censendus sit etiam personæ.

SVMMA.

Quæstionis qualitas, n. 1.
Obiectum aliud materiale, aliud formale, ratio motiua etiam, altera est essentialis, altera subiectio accidentalis, n. 2.
Personæ notitia bifariam haberi poterit, n. 3.
Qualitates personæ, vel possunt causare notitiam eius specificè acceptæ, vel in individuo, nu. 4.
Error qualitatis, & rationis motiuæ accidentalis, certa existente notitia obiecti materialis, non est error redundans in ipsum obiectum materiale, ac personæ, n. 5.
Elector uolens Franciscum personaliter, esto erraverit in eius scientia, validè ex hoc capite eũ eliget, n. 6.
Emens oleum, quod falsò putabat dulce validè emit, ac sic de singulis aliarum qualitatum accidentalium erroribus, n. 7.
Qualitates facientes ad vtilitatem censentur substantiales in contractibus venditionis, emptionis, lõcationis, & conductionis, ibid.
Vendens lapidem, quem ignorat esse gemmam, inuoluntariè, atquè inualidè censetur vendere. ibid.
Validus est consensus baptizandi, confirmandi, absoluendi certam personam, etiam si erretur in qualitate accidentali, n. 8.
Vouens ieiunare feria VI. neq; aduertens in eam incidere Natalem Domini, quando cum omnibus liceat vesci carnibus, non vouisset, tenebitur in illo die ieiunare, etiam si fuerit Natalis, num. 9.
Valida est erogatio eleemosynæ facta pauperi inimico, qui si inimicus noscetur, ea non donaretur. num. 10.
Error diuitiarum, nobilitatis, & huiusmodi, neque reddunt inuoluntarium matrimonium; neque inualidum, dummodò contrahens non contenderet sub tali conditione, & non alias contrahere, n. 11.
Non vitiatur consensus matrimonij electionis, & contractus ex solo nominis errore, si noscatur res, seu persona, n. 12.
Error rationis formalis, vel finalis, quæ de intrinseca ratione est talis obiecti, seu personæ redundat in errorem ipsiusmet obiecti, & personæ, num. 13.
Consensus matrimonij de persona apta vitiatur, si reperiatur eunuchus, ibid.
Volenti triticum sacco contentum emere, si obtrudatur ordeum, non est voluntaria emptio, nec valida, n. 14.
Error qualitatis vicem gerentis personæ, vel rei, in eius refunditur substantialem rationem, num. 15.
Volens contrahere cum primogenita, si ignorans cõtraheret cum secunda putans esse primam, inualidè contraheret, etiam si primogenita esset mortua, n. 16.
Error pulchritudinis sponsæ in casu quodam etiam notabili matrimonium non irritat, n. 17.
Matrimonium initum cum primogenito si reperiatur initum cum emendito primogenito est inualidum, n. 18.
Qualitas personæ, quando sola eam notam facit, siue substantiuè, siue adiectiuè pronuncietur ignorata, facit non voluntarium, n. 19.
Quando hæc electio est valida, eligo primogenitũ Ducis Bauariæ in Episcopum, n. 20.
Quid de electione vnigeniti sentiendum sit, ibid.
Qualitatis non inducentis in notitiam certæ, ac determinatæ personæ, error non est censendus substantialis personæ, nn. 21.
Si eligeretur in Episcopum Franciscus, aliàs incognitus, pluribus existentibus Franciscis inualida est, secus si vnus tantum esset Franciscus, num 22.
Pluribus existentibus Titijs, si Titius absolutè eligatur, alijq; essent incapaces, Titij capacis electio valida esset, n. 23.
Idem dicendum de personis communibus quibusdam notis designatis, electis sub vna illarum, ibid.
In dubio num narratio falsæ qualitatis errorem induxerit personæ, videndum est, num notitia eiusdem personæ aliàs habitæ fuerit prior, vel efficacior, n. 24.

1 MIrum est quantum hæc quæstio Doctorum fatigauerit ingenia, neque inficias ibit mihi quisquam difficultatem non vulgarem inuoluere, maximeq; vtilem esse, tùm ad electionem, cuius expendimus vim, tùm ad cõtractus omnes, sacramenta, actusq; humanos eliciendos, ac dignoscendos: ad eam tamen operæ pretium duxi non esse, singulas singulorum referre, ac reijcere opiniones, & vt breuitati consulam, & quòd sola veritatis luce, absq; alia industria, fugantur tenebræ: eas tamen, qui desiderat *D. Thom. adeat 4. dist. 30. q. 1. art. 2. ad 5. Syluestr. matr. 8. num. 1. dict. 4. Rosellam 5. impedimentum 2. Sanchez lib. 7. de matrim. disput. 18. num. 45. Coninck de sacrament. disp. 31. à num. 41. adeat.*

2 Notandum itaq. primum nostræ voluntatis actum in aliud tendere, tanquam in obiectum materiale; in aliud tanquam in obiectum formale, ac rationem, qua mouetur in ipsum materiale.

Digitized by Google

riale. Explicetur exemplo: Sit elector, qui velit quempiam ad Insulam eligere, eligatq; Franciscum, ad cuius electionem moueatur ob eius doctrinam, nobilitatem, probitatemq. vitæ: Franciscus ad Cathedralem Ecclesiam promouendus obiectum erit materiale, probitas verò, nobilitas, & scientia erit formalis ratio; quæ duplicis est generis, altera est merè accidentalis, vt nobilitas, diuitiæ, altera ad essentiam spectans subiecti, vt esse hominem, esse capacem rationis.

2 Notandum secundò posse electorem, vel eũ, qui contractum cum alio initurus est, illius, vel in se notitiam habere familiaritate, consuetudine, literis, fama, alijsq; modis pariam, vel eum tantum agnoscere ex quadam qualitate atq; ornamento; sic si nouerim filium secundogenitum Regis Catholici, ex hac sola nota, vel quempiam esse Canonicum Neapolitanum, ex sola nota Canonici, ex quo fit, quòd si hoc secũdo modo notitiam huius personæ habuerim, qualitas, ob quam eam agnosco non ad instar rationis accidentalis, sed obiecti potiùs se habebit materialis, & circumstantiæ *Quis*, substantialiter more Aristotelico acceptæ, quippequæ adeò ex parte subiecti se tenet, vt sicut intellectus aliam subiecti non habet notitiam, quàm à tali qualitate nactus est, ità voluntas in illud aliter non tendit, nisi affectum tali qualitate, vices quasi gerente illius subiecti.

4 Notandum tertiò, huiusmodi qualitates, vel ducere quempiam posse in notitiam certæ speciei personæ, sed non certi indiuidui, vel certi etiam indiuidui: Exemplum primi sit Canonicatus Toletanus, vel Neapolitanus in notitiam me ducens alicuius, qui sit Canonicatu dotatus, quasi specificè, seu vagè, cum multi sint Canonici Toletani, multi Neapolitani. Præterea filia magni Ducis Etruriæ ducit in cognitionem vnius filiæ indeterminatè, cum multæ possint esse filiæ tali Duci, & sic de singulis huiusmodi notis, quæ quidem rationem proprij, quod apud *Logicos in cap. de proprio* quartum habet locum, & connexionem cum adæquata habet speciei, vt risibilitas cum humana natura, non autem cũ vno solo eiusdem indiuiduo.

5 His adnotatis. Sit prima regula. Error qualitatis, & rationis motiuæ merè accidentalis, certa existente notitia obiecti materialis, siue personæ, in quam tendit voluntas; non est error redundans in ipsam personam, siue obiectum. Nõ discrepat ab hac *D. Thom. in 4. sua prima regula*, asserens si consensus contrahentis feratur in personam sibi præsentem (hoc est, me interprete, vel reali præsentia, vel intentionali in intellectu, eiusdem habente aliàs notitiam sufficientem ad mouendum voluntatem) directè, & formaliter errore in nobilitate, vel alia illius qualitate non redundare in errorem personæ. Nostræ autem regulæ ratio est, quia sicut distinctus est obiectum materiale à formali præsertim extrinseco, sic alius est error obiecti materialis distinctus ab errore obiecti formalis, & finis; & sicut subiectum, & eligibile est, & potens terminare intellectus, & voluntatis, actum, quin coniunctum sit cum tali accidente, sic poterit etiam dari terminatus ad illum actus, quin terminetur ad accidẽs; Igitur tametsi actus intellectus falsò terminetur ad Franciſci scientiam, et putans in esse: poterit tñ verè terminari ad Franciscum, vt sic, qui voluntati, vt sic expressus, poterit esse volitus ad Episcopatum, licet ex falsa doctrinæ apprehensione, qua ille putabatur exornatus.

6 Ex hac regula primò deducitur ad nostrum institutum, si elector verè consenserit in Franciſci electionem, quem personaliter aliquo ex dictis modis agnouerit, quamuis ratio cur cõsensum præstiterit, fuerit nobilitas, vel eius scientia, &c. Errorem huiusmodi qualitatis in errorẽ non redundare personæ, cuius electio defectu voluntatis, & libertatis non claudicabit, ex hoc saltem capite, quia si ex iure positiuo adeò necessaria censeretur aliqua ex huiusmodi qualitatibus accidentalibus, vt irrita eodem iure reddatur electio, vel iure etiam naturæ, ratione officij petentis illam qualitatem in persona, nõ erit contra hanc regulam, quæ iure naturæ spectato quoad deliberationem procedit. Hinc merito *V. asq. t. 2. disp. 30. cap. 4. num. 27.* docet in collatione beneficiorum si Episcopus conferat alicui, aliàs de iure capaci, beneficium motus, quòd illum putauerit doctum, vel bonis imbutũ moribus, aliàs ei non collaturus, valida erit collatio ex hoc capite, vtpotè voluntaria, tametsi talis ille non fuerit, cui non officit ignorantia circumstantiæ accidentalis, sed substantialis. (Quomodò autem delideretur etiam iure naturali diuino scientia in Episcopo, diximus *tom. 1. lib. 3. disput. 1. cap. 1. & lib. 4. disput. 2. cap. 3. n. 52.*) Secus se res haberet, si Episcopus eligens, corpus ignoraret beneficij, putans conferre vnũ vnius Ecclesiæ, quando dat alterum alterius, ignorantia enim tunc esset circumstantiæ substantialis, nimirum ipsius *Quid*, vt non esset, si quantitas tantum ignoraretur fructus, nisi dandum esset beneficium ex relatione, ex qua iure positiuo cautum est, vt accidentaria quædam narrentur, aliàs inualida sit concessio.

7 Fit secundo in materia iustitiæ, si quis absolutè triticum, oleum, pannum, contendat emere, ea ratione, quia triticum optimum esset, subactumq. in panis libras excresceret quamplurimas; pannum, quòd benè cõtextum, atq. obnoxium maculis non esset; oleum, quia dulce, licèt in his erraverit qualitatibus, validam esse emptionem, cum salua remaneat obiecti materialis substantia spectans ad circumstantiam *Quid*, vt probè *Comink cit. nu. 3.* Quo loco postulat, vt lectorem meum admoneam, in contractibus attendendas quidẽ esse substantiales circũstantias, tales respectu singulorum cõtractuum; nam qualitates rei, quæ vni sunt cõtractui substantiales, alteri sunt accidentales; illarumquẽ ignorantia, seu error suum faciet contractum inuoluntarium, atq; inualidum, neutiquam verò harum. Hinc in contractibus venditionis, emptionis locationis, & conductionis, maximè notandum est, non modo substantiam rei vendiræ, locatæ, &c. spectare ad circumstãtiam *Quid* substantialem; sed quamplures etiam qualitates, ex se alias accidentales, illas nimirum, quæ ad vtilitatem spectant, quæ in hoc contractibus

specia-

Digitized by Google

specialiter alienatur: sic vitium, vel qualitas occulta rei ignoratæ facit contractum nullum, quæ non inuisset contrahens, illud si scisset vitium, vel qualitatem; idcirco vendens lapidem, quem ignorabat esse gemmam, nec vendidisset, si gemmam cognouisset, inualidè vendidit, quòd si eã agnitam vendidisset. sed non vilius vt præstent, censendus erit contractus validus, satisq; erit defectum supplere pretij, vt probè *Vasq. citato nu.* 28.

8 Fit tertiò, in baptismo, confirmatione, ordinatione, pœnitentia, baptizantis, confirmantis, ordinantis, atq; absoluentis valido esse consensus in personam præsentem, & certam tendentes, & si error interueniat qualitatum accidentalium talis personæ baptizatæ, confirmatæ, vel pœnitentis, quòd sit nobilis, filius Principis.

9 Fit quarto in materia voti absolutè vouentè ieiunare feria VI. neq; aduertentem aliquando in illam incidere diem Natalis Domini, quãdo cuiq; licet vesci carnibus, teneri quidem ad ieiunandum, etiam si non vouisset, si aduertisset concurtum Natiuitatis Domini cum VI. feria, qui quidem merè accidentarius est actioni vouendi, atq; ipsi VI. feriæ, vt probè *Vasq. 1.2. disp.* 30. *cap.* 4. *nu.* 26. Licet contrariam sententiã improbabilem minimè iudicem, non ex fundamento *Molinæ* 2. *tom. disp.* 279. *num.* 3. quod ex parte probè reijcit *Sanch. lib.* 5. *sum. cap.* 2. *nu.* 19. & 22. Sed quòd vbi non constet de mente vouentis ieiunium, illud vouisse censendus est maiore Ecclesiæ, quem in reliquis seruare tenetur, vt probè *Soarius de voto lib.* 4. *cap.* 7. *nu.* 12. *Sanch. cit. cap.* 11. *nu.* 42. Mos autem Ecclesiasticus est non ieiunandi die Natalis Domini, vt rectè *Fagundez de præcept. Ecclesiast. part.* 4. *lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 6. Accedit, quòd in dubio votum sit exponendum, secũdum minorem obligationem, per *cap. ex parte de censib.* traditq; probè *Layman. lib.* 4. *cap.* 4. *tract.* 3. *n.* 4.

10 Fit quintò erogantem eleemosynam pauperi, at inimico, qui si vt sic nosceretur, non ei daretur, voluntariè, ac validè censendum erogasse, cum substantiali non laboraueret errore, sed accidentis, vt est hostilitas, respectu eleemosinæ.

11 Fit sextò in materia de matrimonio, errorem diuitiarum, nobilitatis, aliarumq; qualitatum merè accidentalium iure naturali non irritare matrimonium, neq; resultare in errorem personæ, vt rectè *Vasq. cit. nu.* 28. dummodo non contenderet quis sub ea tantum conditione, & non alias, matrimonio consensum dare, vt probè *Sanch. n.* 21. *& Coninck n* 6. *&* 11.

12 Fit septimò, non vitiari consensum, siue electionis, siue matrimonij ex solo nominis errore, si de persona constet, patet ex *l. in venditionibus* 9. *ff. de contrah. empt. ibi planè si in nomine dissentiamus verum de corpore constet, nulla dubitatio est, quin valeat emptio, & venditio; nil enim facit error nominis, cum de corpore constat.* Idem docet *Antonius cap. sua de sponsalib. nu.* 14. *Maior* 4. *dist.* 30. *q.* 1. *notab. vlt. ante primam conclusionem, & alij, quos laudat, ac sequitur Sanch. lib.* 7. *de matrim. disp.* 18. *nu.* 37. *& lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 3. docens, errorem nominis non vitiare desponsationem; vt non vitiare rescriptum, quando de corpore, seu substantia constat, per *l. si quis in fundi. ff. de leg.* 1. *ibi. Si quis in fundi vocabulo erraverit; error.* Verum contra hanc doctrinam communem habemus stylum Curiæ Romanæ: & quidem receptum, vt refert *Pyrrhus Corradus lib.* 7. *dispens. Apostol. cap.* 5. *à num.* 3. ex quo stylo non modo si erratum fuerit in nomine, aut cognomine baptismi, sed etiam in syllaba dispensationem impediri, donec corrigatur. Imò in præsentia, neq; correctionem dari nominis proprij, oratoris, sed nouam opus esse gratia, nouasq; literas impetrare: plura *citatus Auctor.*

13 Secunda regula. Error rationis formalis, seu specialis, quæ de intrinseca ratione censetur esse materialis obiecti, siue personæ, in quam fertur voluntas in errorem redundat ipsiusmet personæ, seu obiecti materialis: sic in re nostra, si quis Titium eligat in episcopũ, quia homo est, si fœmina esset redundaret in personã, ac si quis contrahens cum Liuia, existimans esse fœminam, & vir sit, non valebit matrimonium; iterum si cõsensum præbens mulier in virum ad matrimonium aptum, atq; in eo, vt talem, se consensisse putauerit, qui quidem Eunuchus esset, error sanè resultaret in personam, ideoque; faceret matrimonium, iuxta communissimam sententiam Eunuchos docentem incapaces esse ad matrimonium per motum proprium Sixti V. firmatam, quam ex multis defendunt *D. Thomas* 4. *dist.* 34. *in fin. expositionis litteræ, ibi Albertus Magnus art.* 4. *in corpore Thomistæ, Toletus lib.* 7. *summ. cap.* 12. *Sanchez lib.* 7. *de matrim. disput.* 92. *num.* 17.

14 In materia paritèr iustitiæ triticum volenti emere, quod sacco contentum obijcitur, si obtrudatur ordeum, cum ille nullo modo consentiat in ordei emptionem, voluntaria non erit emptio, neq; valida, vt probè *Coninck cit. nu.* 14. nisi contendisset emens non triticum, vti triticum emere, sed rem præsentem sacco contentam, qualiscumq. illa fuerit: sic idẽ *Auctor nu.* 5. & tutò est, quia non in triticum, vt sic, sed in quamcumq. rem præsentem voluntariè actualiter consentiret. Prudens dixi actualiter, quòd voluntas habitualis, vt *præcedenti capite asseruimus nu.* 12. scriptum est, non sufficit, qua sic solum esset affectus emptor, vt quamquam quod sacco continetur non esset triticum, sed ordeum etiam emisset, cum ponenda in actu, nec dum posita huiusmodi voluntas nihil operetur. Demum ex prima superioris capitis assertione sibi robur hæc regula etiam comparat.

15 Tertia regula. Error qualitatis vicem gerentis subiecti, ea, quam descripsimus, ratione *notabili* 2. *nu.* 3. in personæ redundat errorem. Ratio est, quod illa qualitas non se habet tanquam accidentaria subiecto, & personæ, sed velut intrinseca; imò illius ità vicem gerens, quòd eius videatur induta persona, vt ità dicam, neq. aliter à contrahente, eligente, vel consentiente sufficienter cognitum est subiectum, nisi sub ea qualitate, ergo consensus præstitus præuio errore circa asseram qualitatem censendus est præuio potius errore circa subiectum, & veram personam, ergo inuoluntarius, atq. inualidus.

16 Ex

Digitized by Google

16 Ex hac regula in materia de matrimonio fit primo. Si Ioannes Petro promitteret filiam primogenitam, et alias incognitam, mitteretq. deinde secundogenitam, quam hic duceret, putãs ipsam esse primogenitam, hunc errorem censeri personæ substantialem, irritantemq. contractum, quia intentio viri absolutè tendit in primogenitam, cuius qualitas vicè gerebat subiecti, atq. ipsiusmet personæ primogenitæ sibi promisse, Quod verum etiam haberet, vt probè *Coninck cit. n.* 17. si primogenita diem vltimum clausisset, cuius mors nõ præstaret, vt secundogenita volita esset, in quã sponsus consensisset.

17 E contrario autem principio Tabienna casũ, de quo consultus soluit. *Quintò impedimentum primo q.* 4. *n.* 5. vbi refert a Petro quempiam filiũ petijsse in vxorem filiam secundogenitam præstantissimam puellam forma, quam ei Petrus negauit, obtulitq. primogenitam, haud notam iuueni, qui primum videri ab amico postulauit, à quo doceretur eius pulchritudinem: huic Pater dolo, loco primogenitæ, secundogenitam ostendit, cuius pulchritudine ab amico fideliter relata captus iuuenis, cum primogenita patri dixit se velle contrahere, vti contraxit. In hoc inquam casu consultus Tabienna, quòd iuuenis delusus contendebat illam primogenitam non ducere, meritò respondit validum fuisse matrimonium; quoniam error fuerit solius qualitatis, nec iuuenis voluerat, neq; intendere potuerat cum secundogenita, ei denegata, cõtrahere, imo quando non fuisset denegata; cum animus ei tantum fuerit contrahendi cum primogenita, quam ex errore, atq; relatione amici per dolum decepti, perpulchram putabat, nullo pacto in secundogenitam consensum præstitit; secus fuisset, si cum ea voluisset, & dixisset contrahere, quam amicus viderat. Idemq. sentirẽ, si dixisset, se velle contrahere cum primogenita, quam amicus vidit; etenim iuuenis voluntas in illam personam directè videretur tendisse, quæ ab amico visa erat, ac putata primogenita, respectu cuius consensus valdè per accidens se haberet primò, vel secundogenitam illam mutierem fuisse.

18 Fit secundo, si puella Petro nouerit plures esse filios, ei tamẽ penès cętera incognitos, subdolè dicenti primogenitum esse, atq. ab ea cõsensum petenti præberet, falsò putans esse primogenitum, & cum primogenito contrahere volens, inualidum sanè tale matrimonium esse, vt rectè *Sanch. lib.* 7. *disp.* 18. *n.* 29, quia talis error fuit personæ, quam veluti primogenitura affectam, seù personam puella, nec alias nouit, cũ qua contrahere voluit; quidquid in contrariũ *Nonnulli apud eundem Sanchez*, sentiant; qui quidem Auctor benè docet, quòd tametsi fuerit vita functus primogenitus, & secundogenitus loco illius primogenituram obijsset, adhuc matrimoniũ esset nullũ. Secus autem esset, si falsò ille iuuenis dixisset, ac persuasisset puellæ, se vnigenitum esse; quia tunc cum non erraretur in filiatione, quæ videtur ratio motiua ad talem notitiam, sed solum in carentia aliorum filiorum videretur error qualitatis, & non personæ, vt tradit *Sanchez n.* 36.

19 Fit tertio siuè substantiuè, siuè adiectiuè sumatur qualitas personæ, hac v.g. propositione explicata. *Sum filius Regis*, si illa filiatio talitèr ad notitiam se habeat personæ causandam, vt puella, quæ cum eo contrahere velit, iuuenem non alias sufficienter, sed per eam dumtaxat notam filiationis regiæ cognoscat, errorem esse personæ; secus si alias illum sufficiẽter agnosceret, atq. ob filiationem regiam, tanquam ob rationem formalem, & finalem moueretur ad contrahendum cum eo matrimonium, probatur ex regula prima n. 5. cui exercitè subscribit *Sanch. n.* 34. à quo tamen libenter discedo, asserente non satis esse personam esse cognitã fama, literis, vel alijs modis, quòd talitèr cognitus, *Sanctio* Auctore, non dicitur verè cognosci, ac proindè qualitas adducta erit, quæ illum faciat agnoscere: non, inquam, adstipulor, quia siuè literis, siuè fama, siuè alio modo cõceptus personæ moraliter certus sufficiens ad inclinandã voluntatem efformari sine dubio sic potest, vt contrarius ẽt probabilitate careat, quo conceptu substantialis entitatis personæ efformato, qualitas adiuncta, in qua erratur, merè accidẽtarie se habet. Quamobrem cõsultiùs *Coninck. disp.* 31. *de sacram. dub.* 1. *n.* 16. licet non satis esse dicat eam personam in hoc casu semel vidisse, satis tamen esse docet, talem eius habuisse cognitionem, vt secundum communem loquendi modum, possit quis dicere ex ea notitia illam personam verè cognoscere: ad quod satis erit; si familiariter semel, atq. iterum per literas cũ ea egerit.

20 Fit quartò, si Canonici Colonienses, ex gratia, Ducis Bauariæ primogenitum eligerent in Episcopũ, ità vt ex illa sola primogenituræ nota in cognitionem deuenissent personæ, in quã consentirent, si non esset ille primò, sed secundò genitus, electio esset nulla, vti cõstat ex *Regula, & Corollario primo*; secus verò si ob primogenituram tanquam ob rationem formalẽ elegissent, nam licet circa illam tunc decepti essent putantes esse prædiuitem, vel scientia præditum, electio esset valida, vt constat *n.* 6. 14. *&* 15. Claudicaret verò electio personę falsò dicentis se esse filium primogenitũ Ducis Bauariæ, qui alias incognitus esset electoribus solũ scientibus plures esse filios Bauarico, si in illũ, vt in primogenitum consentirent, ob rationem Corollario secundo allatam: secus esset de vnigenito, vt ibidem. Demum si aliàs nõ agnouissent Canonici filiũ Regis Poloniæ, quam ex eius falsa testatione, & vt sic eligerẽt, nulla esset electio, vt probatum est Corollario tertio.

21 Quarta regula. Si qualitas non inducat in certi, atq. determinati indiuidui cognitionem, & si certæ speciei, vel generis causet notitiam eius error non erit error personæ. Sic si filium Regis, vel Ducis se quis fingat, non tamen explicet, cuiusnam, electus in Episcopum, vel maritum, validè censendus esset electus, cum ab Electoribus, vel à puella in accidentali solum erraretur qualitate. Ratio autem est, quod error circa personam, circa solum indiuiduum versari potest; cùm persona sit intellectualis natura indiuidua substãtia, sic à *Boetio* definita,

Digitized by Google

quem sequuntur Theologi apud *D. Thom. 1. p. q. 29. art. 1. in corp.* Secundo, quia intellectus errantis in dicto casu non in certam, atq. individualem fertur personam in quemdam nimirū filium Regis, vel Ducis, in quem tamen distincto modo neq. vt sic, sed vt præsentem, atq. individuum certum, alias propositum, tendit cōsentiendo voluntas. Igitur quamuis in illa qualitate erretur, non errabitur in persona. Et quidem consensus coniugalis instar aliorum contractuum, & electiuus etiam, speciales requirunt contrahentes, & personas, sic docent *Bonauentura in 4. dist. 30. art. vnico q. 1. ad 1lt. Hostiensis summa tit. de matrim. §. qualiter impediatur, Toletus lib. 7. Summæ cap. 3. n. 2. dicto 3. alijq. quamplures, quos citat, & sequitur Sanch. lib. 7. de matr. disp. 18. nu. 2. & 26.* Contra verò, si certa designaretur persona, sentiendum esset, vt probauimus *Regula 3.* quæ præterea confirmatur, quia nihil refert, siue quis nomine proprio designetur, siue alia insita qualitate, dummodo sufficienter determinatè significetur, vt cōstat ex *cap. licet ex quadam de test. & attest. vers. testes ex l. si in rem aliquis ff. de rei vend. adstipulantur DD. citati à Sanchez, n. 27.*

22 Ex his fit primo, si Franciscus eligeretur in Episcopum, alio non habito cognomine pluribus existentibus Franciscis, de quibus electio posset intelligi facta, nec aliàs constaret de hoc certo individuo esse inualidam, sic *Bertach. de Episcopo p. 1. lib. 2. nu. 62. ex multis præsertim Bartol. l. quidam de rebus dubijs fauct. l. duo sunt Titij, & l. in rem ff. de rei vend. Glos. ac Doctores l. hac Consult. C. qui testam. fac. poss. Bartol. in l. demonstratio, in princ. de cond. & demonstr. & alibi.*

23 Fit secundo, si eiusdem nominis plures essēt Titij, quorum vnus eligatur, si solus hic esset capax, ceteri verò euidenter incapaces, electionem esse validam, quia determinati esset individui, significati per illud nomen, & reliqui, ac si non essent in hoc casu se haberent, sic idem Bertachinus; ità etiam à pari confirmatur, ex sententia lata contra Titium, quæ de Titio, delicti quidem capaci, & non de quouis alio incapaci intelligenda est, & si multi essent. Huc etiam spectat significatio per nomen matris, addo per cuiuscumq; alterius notæ certæ designationem posse demonstrari, de quo agitur, individuum, fauet *l. 3. in principio, vbi Bartol. & Scribentes de lib. & posth. & in l. si in rem in fine, de rei vendit.*

24 Vltima regula. Quando dubium esset, verum cognitio personæ tanta sit, vt falsa de ea narratio possit, eiusdem inducere errorem, videndū est, num notitia aliàs habita eiusdem personæ, narrationem præcesserit, & num alterutra videatur efficacior. Prima pars huius regulæ est nonnullorum apud *Sanchez n. 27. atq. Ægidij Coninck. de sacram. disp. 31. dub. 1. num. 17.* qui si Petrus, ait, incidat in aliquam mulierem sibi incognitam, qua cum humanitèr aliquantulum agat, deindè rogat, quænam sit, hæc autem falsò respondeat filiam esse talis Ducis, ducaturq; deindè à Petro in vxorem putante filiam illius esse Ducis, hoc matrimonium validum esset; cū error solius sit qualitatis, quia notitia talis personæ, præcessit parta ex priori conuersatione, ità, vt per eam narrationem postea habitam, non determinatus esset intellectus ad cognoscendam eam, distinctam esse ab illa, qua cum prius egit, sed solum ad iudicandum cum muliere prius à se cognita qualitatem relatam benè posse cohærere. Addidi secundum partem, quia vt idemmet *Coninck. num. 16.* fatetur, non sufficit, semel obitèr personam vidisse. Quamobrem si prior illa notitia tenuis admodum fuisset, qua Petrus sibi persuaserat mulierem illam honesto tantum esse loco, nec Principe natā, deindè serio illa assereret, vel etiam iuramento firmaret esse Principis filiam, in hoc inquam casu intercedente dubio, quanam motiua notitia Petrus eam elegisset in vxorem, prima nè accessoriè se habente secunda, an potiùs secunda, prima illa tenui per accidens existente, censendus esset Petrus secunda motus potiùs, quàm prima, atquè error filiationis mentitæ putandus error personæ, cum prima notitia ferè nullius fuisset momenti, quin multò magis efficaciæ, ac seriebat secundæ notitiæ tribuendum sit. Quarè meritò absolutè hanc reijcit prioritatem notitiæ *Sanchez* ex multis, quibus tamen in explicato sensu subscribo.

DISPVTATIO SECVNDA.

De necessitate electioni contraria.

PErstrictis rationibus, quæ deliberationi officiunt, illud reliquum declarare habeo, quod libertati, rationiq; nocere solet voluntarij, & peculiarem pro rei dignitate, ac difficultate postulat disputationem. Inuoluntarij verò causæ ad tres ab *Arist. 3. ethic. cap. 1.* reuocatæ sunt, videlicet ad vim, ignorantiam, ac metum; cum autem ignorantiam, erroremque superior expositerit disputatio, præsenti de vi, ac metu pro ratione nostri instituti agendum est.

CA-

Digitized by Google

CAPVT PRIMVM.

Prolusio Disputationis.

SVMMA.

Quotuplex sit metus, n. 1.
Quæ requiruntur ad metum grauem dignoscendum, n. 2.
Bene declarantur ab Aristotele, n. 3.
Num metus, quo quis cum veniali culpa aliquid facit, censendus sit grauis, n. 4.
Qualis sit metus ab intrinseco, & qualis ab extrinseco, n. 5.
Metus à tertio incussus quamodò noceat electioni, nu. 6.

1 NOtandum primò, metum alterum esse grauem, alterum leuem. Grauis, qui etiam dicitur probabilis, & cadens in constantem virum; idest alicuius mali, quòd viro constanti meritò est formidini; & tunc datur cum periculum imminens est contra aliquod è tribus bonis, vitæ, honoris, ac fortunarum; talis est metus mortis, mutilationis, acerbi cruciatus, diuturni carceris, seruitutis, stupri in virgine, amissionis honorifici status, & oblationis fortunarum, magna ex parte, vel quantitate. His adde reuerentialem metum, qui ad hunc reuocatur, quo filius v. g. offensionem parentum timet, vxor viri, cuius cõiunctæ sunt minæ tacitæ, vel expressæ, aut timor magnæ offensionis, ac diuturnæ cum asperitate vultus. Num autem preces importunæ ad has reuocandæ sint, metumq; causent cadentem in constantem virum, cum in re nostra facili negotio euenire possint sequenti capite perstringendæ sunt, metus autem leuis est quicumq; alius à prædictis.

2 Notandum secundò ad grauem dignoscendum metum, quinque requiri cõditiones, duas ex parte mali, quod timetur, totidem ex parte personæ incutientis: vnam denique ex eius parte, cui ingeritur. Prima igitur est, vt quod timetur, sit graue damnum, vel in se, vel saltem respectiuè, idest comparatione personæ patiẽtis; etenim metus mali, quod viro constanti nõ est formidabile, respectu cuius non est grauis, respectu fœminæ, hominis effeminati, vel senis, erit profecto formidabile, & consequenter eius metus grauis, vt communiter Doctores, *l. plenum, §. equitij, ff. de vsu, & habitatione apud Mõgallonium in lib. de his, quæ vi, metuq; & c. cap. 2. §. 5.* Secunda conditio est, vt extimatio mali, quod timetur, sit non vana; dedecet enim virũ constantem quacumque leui opinione timoris duci. Signa verò, atq; argumenta, quibus inniti potest huiusmodi opinio probè relata sunt à citato *Mongallonio §. 6. & melius ab Aristotele 2. Rethoricorum c. nu. 1.* ac deinceps. Tertia, vt metum inferens probabiliter potens sit minas exequi *l. 3. §. si legatur, ff. si plusquam per legem, & ibi glossa, & verbo metu, C. isto titulo, verbo iactationibus, ibi Bartol. n. 1.* Huiusmodi autem esse quemcumq; etiam gregarium militem respectu ducis probat, ac vult, vt nimis timidè, ità eruditè citatus *Mongallonius, §. 4. nu. 1.* Quarta conditio personæ metum inferentis, vt solitus sit exequi mala, quæ minatur, nec facilè minas iactans ex *Bartolo in l. metum, C. isto tit. citato, & alijs apud Adrianum Geilib. 2. obser. q. 3. num. 8.* Quinta demum, vt is, qui metuit, non possit facilè à se malum, quod timet, auertere, plenius *Sanchez lib. 4. de matrim. disp. 1.*

3 Quas omnes conditiones apprimè mihi videtur *Aristoteles comprehendisse 2. Rethoricorum cap. 7. et quidem primam per ea in proœmio, & num. 1. Neque enim mala omnia metuuntur, sed quæcumq aut molestias magnas afferre, aut interitum possunt, præsertim verò si nõ longè, sed propè esse videantur, vt impendeant.* Præterea expressit secundam *text. 18. hisce ergo illi metuant necesse est, qui se aliquid passuros arbitrantur, & qui ab his, & hæc, & tunc, idest ab his, qui possunt, & valent exequi minas, & mala, quæ possunt inurere, & quandò possunt.* Quibus comprehendit tertiam, quam antea etiam *text. 15. explicauit, docens, quinam timendi sunt*, ait, *Non qui facilè excandescunt, & liberè loquuntur, sed mites, & dissimulatores, & malitiosi; obscuri. n. sunt, & c.* Quartam deindè expossuit *text. 3. eiusmodi verò iræ, & inimicitia sunt eorum, qui efficere aliquid possunt: neq; enim dubium est, quin, & velint, & possint, quare parum abest, quin faciant.* Quintæ demum conditioni addit *Aristoteles text. vltimo. Sed qui timet necesse est aliquã salutis spem habeat in ea re, de qua sollicitus est, cuius rei signum est, quod metus cogit homines diligentiùs consultare; nemo autem de rebus ei consultat, in quibus nihil amplius spei relictum est.*

4 Notandum tertio metum quo quis eligit contrahere, vel eligere cum culpa veniali, potius quam aliquod ex supra numeratis subire malum, dici grauem, & cadentem in constantẽ virum, etiam si non eligat minus malum, vt se habet quodcumquè temporale respectu spiritualis culpæ venialis; est enim malum distincti ordinis, ità cum *Soto, Nauarr.* & alijs *Henriq. lib. 11. de matr. cap. 9. num. 4.*

5 Notandum quarto, hìc esse sermonem de timore ab extrinseco proueniente ad extorquendum iniustè consensum, & de eo, qui est causa siuè conditio, sine qua non eligeretur iniustè, vel contractus non iniretur; nam metus, qui est ab intrinseco, idest à causis naturalibus, vt à morbo, tempestate, & cæteris huiusmodi, atq; incutitur per modum naturæ, & non per actum verè liberum, vt explicant *Sotus in 4. dist. 29. q. 1. art. 3. & Sanch. lib. 4. de matr. disp. 12.* vel metus ex causa exrrinseca, iusta tamen, vt cum quis minatur malum, quod iustè potest inferre, vti si Prælatus excommunicationem in eos minaretur, qui differrent electionem iuxtà præfinitum tempus ad Cappellanias, vel alia beneficia, quæ diù vacauissent, non officiunt libero consensui ex communi sententia; & ratio

Digitized by Google

est, quia quamuis, qui metum patitur, inuoluntarie operatur, tamen iustus metus est quasi ab intrinseco ei, qui patitur, & per consequens cōsensus ex eo sequutus, censetur voluntarius, tūm in metu ipso, tùm in causa, quam sponte dedit metuens, vt probè *Lessius lib. 2. cap. 17. num. 47.* Idemq; dicendum de metu ab intrinsecis causis; idcirco neq. est sermo de metu, quem culpa sua eligens contraxit simile expresso in *l. si mulier 21. ff. eodem tit.* de quo *Sanchez disp. 8. nu. 9.* Nec etiam est sermo de metu, qui non est causa electionis, vt se haberet metus, quo vt liberareris à grassatoribus Canonicatum promisisti Leontio, qui tuæ iniuriæ non erat particeps.

6 Neq; proprè de metu illato à tertio quopiā ad consensum extorquendum electionis, sed de metu directè iniecto ad hanc electionem hic, & nunc, vel ab eo, qui ambitiosè cuperet eligi, vel ab alio eius nomine illato; Non tamen inficior electionem, cui metus ab alio tertio incussus est, nesciente electo, posse absq; dubio, ad minimum, iure naturæ irritari non secus, atq; contractus ex hoc metu initus nesciente altero contrahente, & colligitur ex *cap. 1. 2. & 3. de his, quæ vi, & l. item si cum exceptione, §. in hac actione, ff. quod metus causa.* Dixi ad minimum, quod æquè probabile, nè dicam probabilius, iudicem electionem ex hoc metu habitam irritam ex se esse ob maximam libertatem, rationemq; spontanei, ac voluntarij, quam ipsa sibi iure suo vendicat, & constabit ex sequenti capite.

CAPVT SECVNDVM.

Quæ necessitas idoneæ noceat electioni.

SVMMA.

Necessitas ab extrinseco adigens electores ad vnā personam, nullam facit electionem, n. 1.
Vbi de legitima superioris auctoritate, vel consuetudine contraria non constat, libertima semper est electio, n. 2.
Electio facta ex metu cadente in constantem virū, nulla est, n. 3.
Probatur secundum communem sententiam de voluntario, atq. inuoluntario, ibid.
Primus declarandi modus voluntarium simpliciter, & inuoluntarium secundum quid, n. 4.
Secundus modus explicandi voluntarium iam dictum, n. 5.
Tertius modus enucleandi idem voluntarium, atq. inuoluntarium, n. 6.
Electio nulla per metū, probatur ex sententia docente voluntaria esse simpliciter, quæ metu sunt facta, n. 7.
Inuoluntariorum duæ species acutè notantur ex cap. cum locum de sponsalib. ibid. ad finem.
Metus actum externum causare potest non internum, n. 7. ad fin. & 8. sub initio.
Non rectè communi consultum esset bono, si nefarij intelligerent facta ex metu esse valida, n. 8.
Quo sensu Aristoteles violenta non reijcienda esse dixit in causam extrinsecam, n. 9.
Quo item sensu metu facta voluntarijs similia esse, ibid.
Sententia Christianos vi apud Turcas remigantes in Christianos excusans confirmatur, n. 10.
Electio ex metu graui habita est nulla, siue in sententia asserentium contractus metu initos esse nullos, siue in contraria, n. 11.
Metu intercedente nulla transfertur iurisdictio, nu 12.
In rebus Ecclesiæ non tenet promissio, vel traditio metu facta, n. 13.
Vt matrimonium carnale, sic spirituale initum per electionem ad Episcopatum, metu factam, est irritum, ibid.
Quomodo voluntas coacta, voluntas dicatur 25. q. 1. n. 14.
Cur deliberatio sufficiens ad mortale satis sit ad electionem, non verò voluntarium, neq. eadem est ratio de deliberatione, ac voluntario respectu peccati mortalis, n. 15. & 16.
Est mortale, saltem ratione periculi, deliberatè ancipitem constituisse voluntatem, etiam non expresso actu circa grauem malitiam, ibid.
Metus cadens in constantem virum tendens in abusum secularis potestatis non redijt ex se nullam iure naturæ electionem, sed ecclesiastico, n. 17.
Dari posset casus, in quo probabiliter valida iure naturæ esset electio ex metu habita, licet etiam in eo contrarium sit probabilius, nu. 18.
Dicenti electionem esse factam ex metu, ideoque irritandam, onus id probandi incumbit, n. 19.
Accidentia non præsumuntur, n. 20.
Coactio non præsumitur, ibid.
Nec voluntatis mutatio, n. 21.
Non præsumitur metus, n. 22.
Cessante metus causa scientes electores nullitatē electionis quomodo nouo consensu ei vites darent, n. 23.
Timoris perseuerante causa semper factum censendum est inuoluntarium, etiam intercedente temporis internallo inter metum, & illud, n. 24.
Quando perseuerare metus causa censetur, nu. 25.
Ad libertatem electionis, & cuiuscumq. facti liberi cessatio desideratur rerum impedientium reclamationem, n. 26.

1 PRima assertio. Quamuis necessitas vrgens ab intrinseco per defectum alterius personæ aptæ, atq. idoneæ ad Regimen Episcopatus eligendæ, libertati non obsit electionis, vt *cap. 5. superioris disp. n. 6. dictum est*, ea tamen iniecta ab extrinseco, quo ad vnam personam eligendam compellens electores nullam eius personæ per se redderet electionem. Hanc conclusionem de metu intellectam extrinseco, *num. 5. & 6. superioris cap.* à nobis explicato, mihi videor deducere ex

Pa-

Digitized by Google

Panormitano cap. Abbate de verbor. ſignificat. in.4. (probè dicente) *tollitur libertas cum præcisè compelluntur eligere vnum, & tunc dicerem electionem eſſe nullam: ſecus ſi compelluntur eligere vnum de certo genere perſonarum; nam tūc non tollitur libertas, quod ſi tolleretur, nec etiam conſuetudo valeret: hæc ille.* Verum allata coarctatio, cum ad certum genus perſonarum, præſcribat, conrahatq; fines libertatis electionis; ad omnes alioquin valentes ſe extendere, certè, vel auctoritate ſuperioris, ius ad id habentis licita erit; nec aliàs, vt indicatur, *cap. Abbate* modo cit. vel legitima conſuetudine, vt in *cap. vbi periculum, §. cæterum, de electione in 6.* quæ tamen non eſſe tanti roboris poteſt ad ſpoliandam electionem omnimoda libertate, per ſe loquendo, vt probè laudatus *Abbas, tùm loco citato, tùm in capit. cum terra eodem, numer. 3. & capit. lices de euitanda eodem, num. 3. & num. 12.* vbi libertatis, & maximam voluntarij rationem adſtruit eſſentialem electioni, ex varijs texribus, vt nos *cap. 1. ſuperioris diſputationis aſſeruimus.* Hinc multæ Cappellaniæ, aliaq. reperiuntur inſtituta beneficia perſonis danda ex certa familia, vel certæ Eccleſiæ, nec non multa iuris patronatus, de quibus tituli ſunt in Decret. & ſi metus ad huiuſmodi certam perſonam daretur, eſſet potius ab intrinſeco, vt patet ex *cap. 1. num. 5.*

2 Cęterum vbi non conſtaret expreſsè de auctoritate ſuperioris reſtringentis, iuſtis de cauſis, libertatem electionis, vel de legitima, ac valida conſuetudine, electio liberrima ſemper aſſerenda eſt: in cuius confirmationem, à matrimonio facilè poteſt argumentum duci, quod quidem vt irritum habendum eſt, licet contrahens cogeretur cum incerta perſona certi generis contrahere: ſic nulla etiam eſſet ex ſe electio determinata ad certum genus; idq. de matrimonio docetur à *Fortunio de vlt. fine illat. 2 1 num. 428. ac deinceps Bald. & alijs apud Couarr. 4. decret. 2. p. cap. §. 5. n. 8. Sanchez lib. 4 de matr. diſp. 12. nu. 20.*

3 Secunda concluſio. Electio facta ex metu in conſtantem virum cadente, nullius eſt roboris, neq. aliquam per illum nanciſcitur electus poteſtatem, cuius nulla cenſenda eſſent acta; ſic probè *Panormit. cap. licet, de euitanda, de elect. n. 12. apud quem alij, Bartol. l. decernimus, C. de ſacroſ. Eccleſ. atq; ex Recentioribus Pariſius de reſign. beneficior. lib. 13. q. 2. num. 5.* Probari poteſt hæc aſſertio penès communem, receptamq. ſẽtentiam, tùm *Philoſophi 3. Ethicorum cap. 1. tum Gregorij Niſſeni lib. 5. philoſoph. cap. 5.* nec non *D. Thom. 1. 2. q. 6. art. 6.* quos communiter Philoſophi morales, ac Theologi ſequuntur. Etenim cum electio, de qua agimus actus ſit voluntatiæ, ac liberæ deſtinationis ad aliquid, neceſſaria ſit ſequela, voluntariam, liberamq. omninò eſſe debere; penes autem citatos auctores, quæ metu fiunt, ità voluntaria ſunt ſimpliciter, vt inuoluntaria ſint etiam ſecundum quid: vel

4 quia, vt explicat *Vaſq. 1. 2. diſput. 27. cap. 2.* ſemper cum actu efficaci præſtandi id, quod naturali repugnans eſt inclinationi, vt proiectio mercium in mare, ſæuiente tempeſtate, coniungitur eiuſdem diſplicentia proiectionis, quæ quidem ſicuti conſiderata tanquam medium vitandi maius malum, mortis nimirum, per naufragium imminentis, obiectum eſt amabile, atq; eligibile, ità quatenus diſpendium inducit, quod actu ſubitur, eſt obiectum diſplicẽtiæ, aut ſimplicis, ſubſequentis iudicium proponens diſpendium medij opportuni, aut per medium efficacis propoſiti, quo ità illud medium eligitur proiectionis, vt ni vrgeret periculum maioris mali declinandi non eligeretur:

5 vel quod in hoc idem, quod modo dicebam, incidit, eſt voluntaria mercium proiectio ſimpliciter, quia eſt in actu, vt probè *D. Thom. citatus*, quòd autem hæc non eligeretur, ni vrgente naufragio, non eſt in actu, ſed intentionaliter in

6 intellectu: vel vt iuriſconſulti loquuntur eſſet ſub conditione tantum inuoluntarium, id eſt, ne poneretur conditio talis mali vrgentis, quia videlicet ſecluſo metu maioris damni, nollet voluntas hoc minus ſubire, ex *l. ſi mulier 21. §. ſi metu coactus, il ſecondo, ff. de eo, quod metus cauſa: Quia quamuis ſi liberum eſſet, noluiſſem: tamen coactus volui, & l. cum proponas, C. de hæreditate inſtituenda.*

7 Secundo probari poſſet aſſertio ex ſententia, qua videtur ſequi *Dec. in reg. velle 4. ff. de regul. iur. nu. 2. & 3.* & alibi docens, quæ ex metu graui fiunt eſſe ſimpliciter inuoluntaria; voluntaria autem ſecundum quid: quæ quidem ſententia non eſt improbabilis de metu extrinſeco, atq. iniuſtè illato, ſi res non ad trutinam phyſicam, ſed ad moralem, vt par eſt, reuocetur; cum in moralibus verſemur; nam quod eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati, vt cum Ariſtotele cęteri exploratum habent Philoſophi: cum ità q; minæ, vis, ac timor iniuſtus moraliter ſint cauſæ actus voluntatis, quo Præſul v.g. potius vult eligere ineptum in Parochum, quam alioquin ſubire magnum ei imminens detrimentũ; cauſa etiam erit ipſius externæ electionis. Declaratur hoc amplius, minæ Tyranni mortem indicentis Præſuli, ni eligat ineptum ad beneficium curatum, apprehenſionem cauſant periculi in intellectu, & perturbationem in voluntate, in qua ſitus eſt timor; ex quo cum homo fiat conſiliatiuus, vt habet *Ariſtot. 2. ethic. cap. 1. & 2. Rethor. cap. 7. text. 21.* Metus conſultare cogit, ac vt ſcribit *D. Thomas 1. 2. q. 44. art. 2.* applicat intellectum ad inueſtigandum medium effugiendi malum imminens, quod medium videt ſitum in mala electione; igitur cum hæc electio fiat, effectus erit minarum, ac timoris; ergò erit à cauſa extrinſeca. Confirmatur, quia metus iuſtè incuſſus ab extrinſeco, cum quo operans licet operetur phyſicè inuoluntariè, moraliter tamen cenſetur quaſi ab intrinſeco, eſſe cauſa voluntariæ operationis, vt *cap. 1. huius diſput. nu. 5.* diximus; Ergo à pari licet actus voluntatis fiat phyſicè à principio intrinſeco, nempe à voluntate, moraliter tamen cenſendus eſt fieri ab extrinſeco illo metu, à quo iniuſtè cauſatus eſt. Dices ex Nyſſeno, vt hic effectus non dicatur voluntarius, ſed violentus, requiri, vt paſſum non conferat vim: at qui voluntas confert vim; cum actum eliciat, ergo, &c. Reſpon-

Digitized by Google

spondeo voluntatem non cõferre vim electioni propriæ, quæ vti mox dicam, actum inuoluit liberum, vel si confert, non confert, vt spontanea. Hinc ex iure mihi fit potestas hanc sententiam confirmandi, in quo sponte fieri non dicitur, quod fit ab eo, qui cogi potest; nedum qui de facto cogitur, qui ad spontaneum, perfectumq; voluntarium, vt desiderat in electione, voluntas omninò libera requiritur; Quam ob rem licet coacta voluntas dicatur voluntas 15. *q.* 1. *cap. merito, l. si patre cogente, ff. de vita nuptiali*, non tamen est voluntas spontanea, vt notat *Abbas per text. in cap.* 1. *de reg. Glossa not. in cap. notificasti, verbo licentiam* 1. *not. Decius cap. cum mag. Ferrariensis const.* 11. 18. *& in l. qui cum alio, ff. de reg. iuris, vbi eruditè ex variis textibus.* Probatur præterea ex *cap. cum locum de spons. per ea, cum locum non habeat consensus, vbi metus, vel coactio intercedit, necesse est, vt vbi assensus cuiusquam requiritur, coactionis materia repellatur*; quibus ex verbis illud adnotare habeo eorum, quę metu. vel vi fiunt, quædam esse, quæ externo quidem actu perficiuntur, & penè consumantur, sic mercium proiectio, alia verò, quæ in actu præcipuè consistunt interno, externumq. vel vt quid primum minus præcipuum includunt, vel vt conditionem, & signũ requisitum ad exprimendum internum animi consensum, ità se habet contractus, atq. in præsentia se habet electio. Hinc ad textum redeo, qui post super allata verba subdit, *Nè per timorem dicat sibi placere, quod odit*: vbi inter cętera perpendo Té dicat, quò videtur textus indicare, metum tantum causam esse verbalis consensus, & non actus interni præcipuè requisiti, siuè ad contractum, siuè ad electionem, idemq; ferè habetur *Regula nihil consensui* 117. *ff. de regulis iuris*; etenim, vt Contractus Neapoli explicans expendi, metus ab extrinseco incussus extorquere sanè potest consensum externum, at internum, qui illum incutienti prorsus ignotus est, neq. necessarius ad euitandum malum imminens, causare quomodò moraliter possit, non video, quæ quidem ratio adeò palmaris videtur, vt negari non possit.

8 Confirmatur, quia non rectè communi prouisum esset bono, si nefarij homines intelligerent electiones ad ecclesiastica beneficia, præsertim ad Episcopatus, metu habitas per consensum extortum, validas esse. Nec satis est irritas eas declarari posse, cum præterquã, quod rectè consentaneũ non sit rationi, vt quacumq; præcisa lege positiua humana, quæ contra omne ius naturale facta sunt, mala nõ habeantur, multa possent inter os, & offam cadere, vt hãc etiam irritationem impedirent ad summam Reipublicę Christianę perniciem. Igitur à primo ad vltimum illud pro constanti habeatur, electionem summum voluntarium, ac libertatem requirentem metu graui ab extrinseco illato iniustè, reddi nullam, quod potiori sanè ratione verum esset, si eò progrederetur coactio, ac vis ab extrinseco illata, vt actus externus à voluntate imperatus expressiuus electionis internæ per hanc formam *eligo Petrum in Episcopum* v. g. calamo subscribendus, vi manum arripiente delinearetur, tunc enim absolutè prolata electio etiam externè inuoluntaria, atq. coacta, nullius roboris esset, cum in huiusmodi actibus imperatis possit voluntas cogi, vt probè *D. Thomas* 1. 2. *q.* 6. *art.* 4. Sic violentus esset motus Christiani, quo vi raperetur, ac traheretur ad Idoli templum, cui ad thuribulo thus adolendum inuitus omninò cogeretur, &, constat, tum ex citatis textibus, tum ex *l.* 2. *ff. de metus causa.*

9 Obijcies ex *Aristot.* 3. *ethicorum cap.* 1. qui cum docuerit metu extorta, simpliciter esse voluntaria. addit, *Sed ridiculum sanè est in externàm potius causam referre, quàm in seipsum ipsa violenta.* Respondeo non id solum scripsisse Philosophum, sed verbis citatis etiam addidisse, *quòd huiusmodi rebus facilè capiatur: & honesta sibi turpia iucundis adscribere*; quibus reijcit opinionem eorum, qui asserebant iucunda, vel molesta ea nobis esse, quæ ab extrinseco inijciuntur, idq; ridiculum ait esse Aristoteles, vt etiam patet ex superiori textu. Non tamen inficior eum dixisse facta ex metu, spontaneis esse similia; idq. nostra quidem sententia in facto externo, secus autẽ in interno, vel simpliciter, cum in omni dispositione voluntas magis, quã verba spectanda sit *l. cum matrem, C. eodem, de eo, quod fid. comm.*

10 Ex his autem confirmari potest sententia excusans à peccato Christianos vi remigantes apud Turcas, de quibus egi *tom.* 1. *lib.* 3. *disp.* 7. *& cap.* 3. *à num.* 37.

11 Hanc aũtem doctrinam exploratam prorsus habeo, siuè cum nonnullis sentiamus Auctoribus, contractus asserentibus metu celebratos, cadente in constantem virum, ipso iure irritos, præsertim si onerosi non fuerint, vt eruditè ex Theologis *Molina tom.* 2. *de iustitia, tract.* 2. *disp.* 326 *in fol. ad* 2. *arg.* atq. ex Iurisconsultus testatur communem esse sententiam *Cremensis singul.* 7. *Iason l.* 2. *nu.* 13. *&* 15. *C. de iure emphiteotico, Tiraquellus l. cum multis si vnquam, verbo reuertatur num.* 21. *& seqq. C. de reuocand. donationibus, apud quõs alij*, & nos Neapoli Contractus explicantes docuimus, siuè contrarium sentiẽtibus non irritos esse cõtractus ex metu factos, sed irritandos subscribamus, quibus nonnulli astipulantur, siuè Theologiæ, siuè vtriusq. iuris periti, quos laudant, ac sequuntur *Sanch. lib.* 4. *de matrim. disp.* 8. *à num.* 4. *& Lessius lib.* 2. *de iust. cap.* 17. *dub.* 6. etenim si cum prima opinione sentire fas est, nulla superesse videtur difficultas, vt rationes cęteros contractus, præsertim non onerosos, quorum naturam sequitur electio, ex metu initos, irritos esse demonstrantes, id etiam de electione conuincere dicamus. quod si penès secundam quis mallet sentire; in primis ex ea sequeretur irritandam esse electionem ex vi iuris positiui, ius naturale explicantis: ex quo licet secundum hanc opinionem validitatem nacta esset electio, ob metum tamen obnoxia esset irritationi. Deindè electionem non tàm cum onerosis contractibus componẽdam esse, quàm cum lucratiuis, qui quidem, vt probè *citatus Molina*, maiorem absq; dubio requirunt libertatem, cuius sunt proprij actus,

sic

Digitized by Google

ſic donatio, & ipſa, de qua loquimur, electio; quam inſuper à communi regula rerum geſtarum ex metu, exceptã eſſe, vel ex hoc aio, quia
12 metu intercedente nullum ius in electum videtur eſſe tranſlatum, vt de omni iuriſdictione docent *Gloſſa cap. 2. verbo coactus ad finem, de his, quæ vi, vbi Antonius nu. 10. Ancharan. nu. 2. Abb. num. 12. & 17. in fine, Imola nu. 4. in fine, Bartol. tract. de tyramn. nu. 14. Bald. l. decernimus nu. 5. de ſacroſ. Eccleſijs, & probat per l. 2. initio, ff. de iudic. ibi. At cum reſtitiſſet quiuis ex litigatoribus, viribus præturæ compulſus eſt, nulla eſt iuriſdictio, vbi gloſſa verbo nulla, addit, ipſo iure*: ſi enim prærogationem iuriſdictionis irritat metus, potiori titulo eiuſdem tranſlationem ex *Baldo l. ſi quis ex conſenſu 8. num. 7. de Epiſcop. ad iudic.* docet etiam *Sylueſt. verbo metus q. 8. Azorius lib. 4. cap. 23. q. 2. Bonacina de contract. diſp. 3. q. 1. punct. 2. §. 2.* Verum enim verò licet hoc ſatis probabile ſit, cum tamen contrarium ſua non careat probabilitate apud *Sanch. lib. 3. de matrim. diſp. 19. nu. 13.* idcirco firmius fundamentum noſtræ dandum eſt aſſertioni. Nec
13 etiam, quòd in rebus Eccleſiæ non teneat promiſſio, vel traditio metu extorta *16. q. 6. cap. 1. & cap. peruenit il primo, de iure iurando*; cum primus textus vix ad propoſitum cõtrahi poſſit, ſecundus verò ſupponat validum eſſe iuramentum ab Epiſcopo metu factum, quod nullũ Pontifex reddit, ex quo cõtrarium ſumi potius poſſet argumentum: ſed noſtram firmamus aſſertionem, tùm per *cap. vbi periculum, de elect. in 6. ex generali concilio Lugdunenſi, vbi Gregor. X. §. cæterum* ait. *Quia cumarbitrium, vel inordinatus captiuat affectus, vel ad certum aliquem obligationem cuiuſcumq. neceſſitas adigit, ceſſat electio, dum libertas admitur eligendi*; vbi perpendo Tá ceſſat; quia ad nihilum redacta dicitur; tùm ex Bullis, & Conſtitutionibus, quæ de electione Summi Pontificis editæ ſunt, poſtremæ præſertim *Gregorij XV. & Vrbani VIII. Illa, dnno 1621. Kalendas Decembr. hac anno 1625. 5. Kalendas Februarij*, in quibus ſummè libera, omniq; vacans coactione, atq. vmbra inuoluntarij, ità præſcribitur electio in Epiſcopum Eccleſiæ Catholicę, vt latum vnguem à rectiſſima ibi aſſerta regula deflectens, irrita, & non irritanda decernatur. Cum autem eadem ſit ratio (vt licet parua componere magnis) de electione cuiuſcumq. peculiaris Epiſcopi, non eſt cur eius electio metu extorta non irrita, ſed irritãda dicatur. Cõfirmatur, quia etiam in opinione multorum ex auctoribus ſupra citatis, aſſerẽte cõtractus oneroſos graui metu elicitos, validos eſſe iure naturæ, ac poſitiuo, vnum excipitur matrimonium, vt indicat *Vaſq. 1. 2. diſp. 27. cap. vlt.* & defendit ſaltem ex iure Eccleſiaſtico *Sanchez communi conſenſu Doctorum lib. 4. opin. moral. cap. 4. num. 12. & lib. 4. de matrim. diſp. 14. num. 4.* ergo à pari idem dicendum erit de electione ad Epiſcopatum; cum onus, ac dignitas Epiſcopalis, & maioris ſit momenti, & perpetua, ideoq. liberè, ſpontaneè, maturoq. iudicio conferenda eſt perſonæ, numeris omnibus abſolutæ. Huic autem argumẽto maius eſt robur, quia cum electio initiatiuè, ſpirituale ſit matrimonium, ad eam ex matrimonio carnali deductum argumentum valet, vt probè *Euerard. in ſuis topicis, loco à matrimonio ſpirituali ad carnale.* Præterea cum ijdem Auctores votum profeſſionis, metu extortum, dicant nullum, & electio ſit promiſſio, & pactum initiatiuè, quod intercedit inter Epiſcopum, & Eccleſiam, ad quam electus eſt, vt *tom. 1. lib. 1. diſput. 1. cap. 4.* docui; Simili etiam modo à promiſſione Deo facta ex hoc metu nulla ex probabiliori ſentẽtia ritè duci poterit argumentum. Poſſet etiam ex varijs textibus magis, magiſq. noſtra cõcluſio confirmari, quibus cæteri contractus ex metu dicuntur nulli, atq. afferuntur à *Sanchez lib. 4. de matr. diſp. 8. à nu. 2.* ac deinceps quibus conſtare ſaltem à pari poſſet, vt ex allatis *num. 13.* electionem metu factam non ſolum iure poſitiuo eſſe nullam, ſed iure naturali, expreſſo per poſitiuum, vti noſtra rationum momenta initio adducta probant; nec poſſe ſolo iure canonico dici nullam, niſi in caſu metaphyſico, de quo *aſſert. 3. num. 18.* dicendum eſt. Nunc ſatis erit noſtram doctrinam abſolutè confirmare ex cõtractibus ſaltem gratuitis, quorum potiùs rationem præ ſe fert electio, qui ex metu graui iure naturali, ac poſitiuo ſunt irriti, vti communis fert ſententia Doctorum, tum Theologorũ cum *D. Thoma in addit. q. 97. art. 3* quos referũt, & ſequuntur *Molina diſp. 267. & Sanchez lib. 4. de matr. diſp. 15. nu. 4. tùm iuriſconſultorum apud eumdem ex gloſſa cap. ſi quis ingenuus, verbo faciat 29. q. 2. & cap. finali, de coniugio ſeru. in fine.* Demum ex innumerabilibus propemodũ, quæ ex contraria ſententia ſequerẽtur abſurda; ſiquidem, vt ſupra indicaui, non adeò facilè eſt ſemel validam electionem irritam reddere, cũ ignem tectis injicere, atq. iniecto ſpatium, modumq; præſcribere eiuſdem non ſit dexteræ; Et quamuis nouerim *Innoc. in cap. Quod ſicut, de electione* in contrariam videri ſententiam abiiſſe, eum tamen alijs cum Actoribus in concordiam reuocat, iuxtà ſuper adducta *Panormit. cap. olim, de reſtit. ſpoliator. nu. 10.*

14 Obijcies coacta voluntas, eſt voluntas 15. *q. 1.* ergo electio coacta, electio erit. Reſpondeo tùm huic regulæ, cui ex parte ſatisfeciſſe ſupra videor, tùm multis, quæ ex ſententia docente non irritam, ſed irritandam electionem metu extortam, deduci poſſent, electionem ſaltem iure poſitiuo eſſe irritam: neeq. præallatum textum contra hoc facere, vt probè *Panormit. cap. bonæ memoriæ, de electione, num. 11.* veram afferens rationem, quòd in electione non conſenſus modo requiritur, ſed liber, & voluntarius; cum igitur metus, tametſi non tollat conſenſum, tollit tamen ſaltem perfectum voluntarium, vt in *cap. cum locum* diximus ſupra, hinc eſt, vt reddat nullam electionem. Addo ſuprà *nu. 7. & 8.* ſatis probabiliter demonſtraſſe, conſenſum metu extortum ſimpliciter inuoluntarium eſſe; quinimò vrgẽte metu moraliter electionem externam haberi, abſq. conſenſu interno; qui vt ignotus eſt inferenti metum, ità minimè neceſſarius ad euitãdum malum, quod timetur.

15 Obijcies ſecundo. Deliberatio requiſita ad mor-

mortale, requiritur ad electionem, vt *superiori disputatione* dictum est *cap.2. num.4.* igitur voluntarium requisitum ad mortale, etiam requireturr, ac sufficiet ad electionem; sed contentus ex metu voluntarius satis est ad mortale, cæteris concurrentibus ex parte materiæ, vt cõmuniter admittitur, ac probè traditur à *Vasq. 1. 2. disput. 27. cap. 3. nu. 17.* ergo idem erit sufficiens ad valorem electionis, & cuiuscumq. contractus, ad quem satis esse deliberatio sufficiens ad mortale dicitur. Respondeo cum omnibus exploratum sit, electionem perfectissimè voluntariam, ac liberam esse debere: hunc fieri deliberationem ad mortale requisitam, vt potè perfectam, ortam ex actuali cõsideratione malitiæ, meritò satis esse censeri ad electionem; è contra verò consensus ex metu, qui ex imperfectissimis est, vix attingens sufficientiam ad mortale ad præstantiam non sufficiet electionis, quæ perfectè voluntaria debet esse, ac libera.

16 Addo in vniuersum non rectè argumentari à deliberatione, atq; aduertentia requisita ad peccatum mortale, ad consensum ipsius voluntatis. Etenim ijdem Auctores, qui expressam malitiæ notitiam, dubium, vel scrupulum saltè actualem, requirunt ad peccatum mortale, vt optimè ex antiquis *Vasq. 1. 2. disput. 108.* ijdem sanè docent, non requiri necessariò actualem consensum voluntatis, vt *idemmet Auctor*, ex ijsdem antiquis Theologis *disp. 108. cap. 2.* cui subscribit *Sanch. Summa lib. 1. num. 20.* assignat verò rationem disparitatis *Vasq. num. 3.* quia fundamentum, ac prima ratio voluntarij, liberiq. est cognitio, quæ ni supponatur actualis, cessat voluntarium, ac liberum: eauè posita, integrum erit voluntati operari, & nè id præstet, si teneatur etiam omittendo, peccat; iterũ peccatum mortale est, saltem ratione, voluntariè, ac deliberatè ancipitem constitui voluntatem circa grauem malitiam, etiam si non expresso actu, sed interpretatiuè ad illam se habeat, cum tamen semper actualis notitia malitiæ requiratur. Quæ cuncta eò spectant, vt intelligatur non requiri eam perfectionem actus voluntatis ad mortale, quæ requiritur in actu intellectus, eiusq; determinatione: & per consequens, cum electio actus sit perfectè liber, vel nimirum si perfectam exquirat deliberationẽ, vtiq; necessariam ad lethale, non tamen ei sufficiet motus imperfectus voluntatis ex metu, licet ad lethale sufficiens.

17 Sit secunda assertio. Si metus cadens in constantem virum directè non tẽdat ad consensũ extorquendum Electorum, sed solum ad admittendum abusum secularis potestatis, in eo sitũ, vt licèt electio ab ecclesiasticis fiat electoribus, non sit absq. secularis Principis interuẽtu, volentis interesse electioni, vel aliquid sibi arrogantis, aut exercentis munus, vt videre est in *glossa 1. cap. quisquis, de electione*, non videtur ex se irritam reddere electionem, vt docet *Soarius de censuris disp. 31. sect. 3. num. 14.* cuius sententiam admitto, dummodo præsentia sæcularis Dynastæ libertati non officiat Eligentium, eorumq. suffragiorum. Cæterum in ordine ad praxim res eò reincidit, cum huiusmodi electio habita cum indicato metu nulla, atq. irrita ipso iure in illo canone declaretur, adiuncta *glossa verbo irritam.*

18 Sit tertia assertio. Dari posset casus, in quo probabilitèr valida iure naturæ censeretur electio, in quo probabilius etiam esset cõtrarium. Prima pars patet, cum videlicet ad metaphysicam non repugnantiam res reduceretur, & metus non modo externam electionis significationem extorsisset, sed actum etiam internum, quando cum Auctoribus asserentibus contractus metu initos esse validos, at irritandos, est sentiendum. Ratio est, quia non laboraret tunc defectu consensus, quem supponimus elicitum esse, neq. voluntarij, cum *penès communem sententiam num. 3.* relatam, ille consensus esset voluntarius simpliciter. Verum enim verò secundum alteram, quam nostris rationibus firmauimus sententiam, etiam in hoc casu dicenda esset illa electio iure naturæ nulla, quia est simpliciter inuoluntaria, licet voluntaria secundũ quid; quòd minimè ad præstantissimam ipsius naturam sufficit, de qua, vel ob hanc ipsam præstantiam, aliter sentiendum est, ac de alijs contractibus; vel cum his Auctoribus tenendum, qui omnes contractus, metu initos, dicunt inuoluntarios: vel cum eis, qui de lucratiuis id asserunt, quorum maiorem exprimit similitudinem electio.

19 Cæterum vbi ageretur de irritanda, vel de declaranda irrita electione, probandi onus incumbit asserẽti, eam factam esse ex metu; quia qualitas, quæ inest alicui, vt libertas quemadmodum *disp. 1. cap. 2. num. 12.* diximus, semper præsumitur inesse, ergo absq. libertate aliquid ab homine libero factum esse, probandum est id asserenti, quòd contrarium inesse præsumitur.

20 Præterea coactio est accidens, sed accidentia non præsumuntur, *l. si vero, §. qui pro rei quæritate, ff. qui satisd. cogant.* vbi *glossa, & Menoch. in consil. 1. ac de præsumpt. lib. 8. præsumpt. 37. num. 1. & 2.* ergo coactio ab asserenti est probanda.

21 Demum voluntatis mutatio nõ præsumitur, sed potiùs constantia, *l. eum, qui, ff. de probat. per illa. Eum, qui voluntatem mutatam dicit, probare hoc debet, atq. ex alijs textibus apud Menochium modò citatum nu. 1.* Ergo cum quis elegerit, etiã ex metu, in eo perseuerare voluntas ex se libera præsumitur. Imò metus ipse nequaquam præsumitur, *l. meritò, ff. pro socio*, quam rationem prosequuntur *Innocentius in cap. causam matrimonij, de offic. deleg. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. idemq. probat Menochius præsumpt. 126. & lib. 4. præsumpt. 11. num. 2.*

22

23 Sit quarta assertio, cessante metus causa, scientes electores primam electionem esse irritam, si nouo consensu circa eam se haberent, vires darent, non quod eam ratificarent, sed quod de nouo per liberum, & spontaneum cõsensum, viderentur eligere; nam si ex errore putarent electioni esse quid roboris, eam nunquam ratificarent: tùm quia nil magis spontaneo est consensui contrarium, quam error; tùm

quia,

Digitized by Google

quia, vt ſæpè dixi, quod ſemel irritum fuit conualidari nequaquam poteſt *vide cap. vlt. nu. 13. 1. tomi.*

24 Nec ſufficere externè libertatem apparere, ſi timoris perſiſteret cauſa, qua durante ſemper metus coactio, & vera carentia libertatis perſeuerant, vt tradunt *Bart. lib. 2. num. 7. C. de his, quæ vi,* & ibi *Bald. nu. 8. Decius conſil. 219. nu. 7. col. 2. Menochius de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 4. nu. 22.* Nec ſatis erit quodcumq; temporis interuallũ verſari inter actum, & metum incuſſum, cum non ceſſante cauſa, nec ceſſare metus cenſeatur: ſic probè *Bald. Decius, atque alij, quos citat, & ſequitur Sanchez lib. 4. de matrimonio, diſput. 18. num. 7.*

25 Durare autem cenſebitur cauſa metus, dum perſeuerat ratio, ob quam timor inferebatur; vt ſi fuerit Iudex, qui metum cauſauit, perſeuerare cenſebitur durante eius officio, vel ſi fuerit Tyrannus, tyrannide vigente, ſic *gloſ. cap. 1. verbo poſtmodum, de his, quæ vi, & ibi Innocentius, num. 1. Baldus l. 2. num. 10. C. de his, quæ vi, & alij, quos laudat, ſequitur; Sanch. cit.*

26 Demum nec ſatis eſſet metus cauſam ceſſaſſe, ſed præterea cętera deſiderantur impedientia reclamationem etiam ceſſare, quæ alioquin haberetur ab eo, qui metum eſt paſſus, nec ſilẽtio premeretur; quamobrem ſi ex his impedimentis taceat, nec reclamet, metu geſta, minimè cenſenda ſunt valida, vt probè *Nauarrus comm. 4. de regular. ſuper cap. ſtatuimus 19. q. 3. nu. 71.* qui ſe conſilium dediſſe ſcribit, potuiſſe monialem reclamare metu patris profeſſam, anno iam decurſo ab eius morte, intra quem, nec per ſe, nec per Procuratorem reclamare, impedientibus alijs monialibus, potuit; de quo vide *Azor. lib. 12. inſtit. cap. 4. quæſt. vlt. Sanchez lib. 7. de matr. diſput. 37. num. 3.*

CAPVT TERTIVM.

Num preces metum grauem cauſent.

SVMMA.

Preces non importunæ ſuperioris non ſoliti tyrannicè ſe gerere, grauem non inducunt metum, Germanus ſenſus cap. illud quidem, de elect. *num. 2.*

Blanditiæ Principis Tyrannicè non agentis, metũ cauſant, n. 3.

In dubio ſæuiendi, ſæuitia non præſumitur, nu. 4.

Præces importunas, probabile eſt, ſecluſo metu non cauſare inuoluntarium, neq; irritam reddere electionem, tametſi probabile contrarium etiam ſit, n. 5.

Quid ſentiendum ſit de præcibus repetitis, n. 6.

QVòd precibus iuſtitię lances depreſſæ æquitatem ſæpè non ſeruant, eas, quàm reliquas metus cauſas ſpeciali diſputatione explicandas cenſui.

1 Sit prima aſſertio. Preces non importunæ Principis etiam, & ſuperioris non ſoliti tyrannicè ſe gerere, cum ſibi non acquieſcentibus grauem non inducunt metum, neq. electionem irritandam reddũt: colligo ex vniuerſali de precibus doctrina apud *Ioannem Andræam cap. finali, qui clerici, vel vouentes, in fin. vbi Antonius num. 6. Cardinal. num. 4. oppoſit. 3. Abbas num. 8. & cap. cum inter de elect. num. 8. Alexan. conſil. 16. lib. 3. Io. Plat. §. Quadr. Inſtit. de ac, qui quidem hac, quam diximus, ratione intelligendi ſunt; Vide Add. ad Abb. ad loc. cit. Leonem, Nauarr. ſumm. cap. 17. num. 46. Sot. 4. diſt. 29. quæſt. 1. art. 2. verſ. eiuſdem autem metum, Henriq. lib. 11. de matr. cap. 9. num. 5. in commento, lit. B. Sanchez lib. 4. de matr. diſput. 7. num. 1.* Ratio eſt, quia vbi Tyrannis in Principe prudenti non innoteſcit, eius preces tantam vim non ingerunt, vt à libero electionis propoſito abducere cenſeantur electores; alioquin deterior Principum virorũ eſſet conditio, quibus nunquam petere quidpiã liceret. Confirmatur à contrario ſenſu ex *l. fin. C. de his, quæ vi, ibi venditiones, donationes, tranſactiones, quæ per potentiam extortæ ſunt præcipimus infirmari, vbi probè Sanchez citatus* perpendit *Tó extortæ*; cum extorquere vim ſignificet *l. fideicomm. § ſi rem, ff. de legat. 3.* igitur præciſa, vi ſecundum ſenſum noſtræ aſſertionis, cenſendæ ſunt preces infirmæ.

2 Hinc ſenſus patet *cap. illud quidem, de elect.* vbi patrocinia quarumlibet perſonarum à Præſulis electione remouentur; ni enim hæc patrocinia preces includerent importunas, & ni fuerint ſuperioris, talis profecto genij, qui ſæuire ſoleret in eos, qui illi morem non gererent, non cenſenda eſſent tanti roboris, vt nullam facerent, vel irritam reddendam electionem cogerent. Adde *Gregorium Papam* nihil de irritatione loquutũ ibi fuiſſe: imò *gloſſ. verb. patrocinia*, tunc eſſe prohibita dicit, quando ſunt de non digno: ſecus ſi de digno habeantur.

3 Sit ſecunda aſſertio, blanditiæ, illecebræque Principum eodem modo, neq; metum inducũt, neq; actum irritum, vel irritandum reddunt, ſic *D. Bonauent. 4. diſt. 29. quæſt. 1. num. 8. ibi Durand. quæſt. 2. ad primum, Scot. quæſt. vn. ad fin. Henriq. lib. 2. de matr. cap. 9. n. 5.* fundamentum eſt, quod non minuunt, ſed voluntariũ potiùs augent; ſecus res ſe haberet, ſi talis eſſet cõditionis Princeps, qui ſæuire in eos ſoleret, qui ſuis illecebris non obtemperarent.

4 Sit tertia cõcluſio. In dubio ſeuiendi, vel malè ſe habendi minimè præſumitur ſæuitia, vel ſeueritas; quia non eſt accipienda præſumptio deterioris partis; cum nemo preſumatur malus: ſic *Felin. cap. 1. n. 2. verſ. an autem preces, de offic. deleg. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 1. & Maſcard. de probat. concluſ. 193. nu. 6.*

5 Quarta aſſertio. Et ſi probabile ſit preces importunas ſolas, ſecluſa quacumq. ratione timẽdi inferre coactionem obſtantem actui libero,

Digitized by Google

& voluntario; est tamen etiã probabile, eas nõ solas, sed vna cum metu reuerentiali (.i. personæ, cui reuerentia debeatur) metum incutere cadentẽ in constantem virum, atq. annullantẽ electionem. Prima pars probatur ex *glo. cap. Audaciter, verb. & non per me 8. q. 1. fauet locus Lucæ 21. secundum versionem Syriacam, propter importunitatem, reddentem improbitatem*, amici instantissimè petentis', &c. Secundo probatur ab *extrauag. execrabilis Io. 22. de præbendis sub initio, ibi, & improbitas importuna petentium à nobis, & prædecessoribus nostris nõ tam obtinuisse, quàm extorsisse plerumq; noscuntur'; V biglossa verbo quam extorsisse, ait, ab inuito per talem importunitatem*, eo, vel maxime, quod *num. 1.* diximus extorquere, necessitatem, seù coactionem importare; & tamen personæ à Papa illa beneficia rogantes non erant ea conditione, vt metum incuterent reuerentialem. Demum confirmatur ex *text. cap. fin. de præscript. in 6.* ibi, *Quia per ambitiosam importunitatem petentium*, vbi *glo. verbo importunitatem, ait, propter quam Principes sæpè non concedenda concedunt*, & tamen Principes reuerentia Priuatorum non tenet, ob quæ, atq; alia eruditè tradita à *Sanchez lib. 4. de matr. cap. 7. à nu. 4* maximè probabilem hanc iudico sententiam vim tribuentem solis precibus importunis, nec non coactionem contra libertatem, & voluntariam rationem inducentem, nulla licet alia intercedat reuerentia exhibenda personæ petenti.

6 Illud autem, vt prorsus exploratum, cũ *Sanch. citato n. 8.* admitto, non quibuscumq; precibus, verùm instantissimis, sæpiusq. repetitis tantum esse virium, vt indicat *Auth. de hæred. falcid. in princ. vers. semper igitur, coll. 1.* ibi, *semper igitur nobis importunæ sunt*, vbi *glossa verb. importunæ*, valdè instantes explicat è *l. 1. C. de petitis bonorũ lib. 10.* ibi, *inuerecundia petentium inbiatione*, qua explicat *glo. frequenti petitione.*

CAPVT QVARTVM.

Electio ex metu leui habita num valida sit?

SVMMA.

Moraliter vix euenire potest ex metu leui ad beneficia alicuius momenti electionem fieri, nu. 1.
Si autem metus leuis causaget electionem, probabile est, esse validam, n. 2.
Tanti non videtur facienda iniuria per metum leuem iniusta, n. 3.
Quid præstandum in foro externo', n. 4.
Electionem ex metu leui habitam probabilius est, esse invalidam, n. 5.

1 DE metu leui illud solum habeo per paucis adnotare moraliter euenire vix posse, vt ex metu leui fiat ad beneficium alicuius momenti electio, nam in *Prolusione notab. 2.* indicatum est, metũ grauem, vel leuem dici respectiuè: nec video, quo pacto, re moraliter pensata, possit metus aliquis dici leuis, qui alicui vim infert ad electionem beneficij alicuius notæ. Quamobrem etsi videretur in se metus leuis; respectu tamen personæ, cui incutitur, cẽsendus esset grauis; per quẽ omniũ votis eligenti etiam fieret iniuria.

2 Quod si ad metaphysicam Trutinam res reijciatur, ac supponamus metum leuem, electionẽ causare posse ad beneficium alicuius momenti: dicendũ est probabiliter esse validã, iure naturæ; at probabiliùs inualidã esse, vel ratihabendam, vel liberè confirmandã. Priori parte fauere, me quidem Iudice oẽs tenentur Auctores, qui contractus ex metu leui initos dicunt validos, sic *Medina C. de restit. 3. causa 9. vers. si fiat remissio, Basilius Pontius de matr. lib. 4 c. 10. n. 5. & alij*, & alij, & ratio est, quia metu leui laborans, voluntariè absolutè videtur operari, quòd in eius sit potestate illum facili negotio abijcere, vtpotè leuem; igitur moraliter, proindè est, ac si voluntariè absolutè facta esset electio, & licet maius, quid asseruimus voluntarium electioni necessarium; quàm nonnullis saltẽ contractibus; hoc tamen nullius ferè momenti intercedente metu, non ità derogatum existimamus probabiliter rationi voluntarij, vt sufficienti officiat li-
3 bertati electionis. Neq; videtur tanti facienda, quæ ob metum leuẽ inuritur iniuria, quæ absq; difficultate auerti pót; quo fundamento *Basil. cit. contra Sanchez de matr. tom. 1. lib. 4. disput. 9. n. 4.* probat non solũ in foro conscientiæ, sed ẽt in externo, facta ex hoc metu esse valida, ità, vt nullam rescissionem dari velit eiusmodi contractibus, idemq. sentiendum erit penès hanc sententiam de electione.

4 Secundæ parti nostræ doctrinæ fauẽt *Auctores contrariũ sentientes*, contractus nimirum leui metu initos, esse nullos, ità *Sanch. cit. Rebell. 1. p. de iust. & iur. lib. 1. q. 5 præsertim, n. 9. & 16. Lessius lib. 2. c. 17. dub. 7. n. 46. ex l. metum, ff. quod metus caus.* & rõ est, q̃ sua videtur priuatus libertate, & quidẽ sinceriss̃ima, ad electionem, præ omnibus cõtractibus, requisita, qui ex tali metu operatur. ergo in pristinum statũ videtur restituendus, vt approbet, & reprobet ex illo metu factũ: Secundò, quia solent, & quidẽ magis, homines cõturbari metu leui, iniustè illato; ex quo magis causatur inuoluntariũ ob maioré displicẽtiam; quia v3. ob fugam mali imminentis parui momenti, vel in se, vel ob conditionẽ inferẽtis, vel personæ, cui infertur, cogitur quispiam magis subire damnũ sitũ in detrimento propriæ libertatis ad electionẽ præsertim faciẽdam alicuius momenti. Confirmatur, quia cõtractus grauiti, vt sunt donationis, promissionis, quibus potiori titulo cõparatur electio, nulli censentur ex hoc metu habiti, sic probè *Sylvester verb. metus q. 9. Azorius lib. 1. c. 11. q. 6. & 13. n. 16. Rebellus 2. p. lib. 1. q. 5.* apud quos alij, quibus adde Auctores ex hoc metu habitam professionem asserentes nullam,

Digitized by Google

nullam, sic *Nauarr. lib.1. consil. in prima editione, in titul. de his, quæ vi consil.1. num.9. & consil.3.num.4. ac alibi, Manuel 2.tom. summ. capit.8. num. 9. Sanchez probabiliter hoc idem defendens lib.4.summ.cap.3.n.23.* Addo ex suprà iacto fundamento *cap.2. num.7.* moraliter nec quidem concipi posse, quo pacto quis metu leui possit in consensum internum eliciendum induci; quippè qui, vt agnosci ab inferente metum non potest, ità minimè necessarius est ad malum, quod timetur auertendum; ità vt consultius faciet illum patiens metum, si externè tantum, vel eligat, vel contrahat, quin internè consentiat; sine consensu autem interno, neque cõtractum, neque electionem iure naturæ subsistere posse, loco citato diximus. Accedit ius positiuum præsertim *cap. vbi periculum, de electione in 6. & cæterorum; Quia cum arbitrium, vel inordinatus capiunt affectus, vel ad certum aliquem obligationis cuiuscumq; necessitas adigit, cessat electio.* Vbi ponderandum est *Tò obligationis cuiuscumq;* quo neq. ex metu cautata obligatio videtur excluſa: *Tò* etiam *necessitas* perpendenda absolutè prolata, vt includat, quã iniecit metus etiam leuis. Demum expende *Tò cessat*; vt irritum habeatur factum ex metu.

5 In foro autem externo obseruandum est, q *cap.2.num.19.* diximus, & eò magis, quòd ius discrimen statuens inter metum grauem, & leue, innitatur præsumptioni, ex qua præsumitur metum grauem, non autem leuem causam fuisse actus.

DISPVTATIO TERTIA.

An obsit electioni Episcopi simonia.

VBi superioribus disputationibus agitauimus causas necessitatis, coactionisue, quibus deiecta voluntas, nec liberè, nec spontaneè, vt rationi consentaneum esset, Episcopum eligeret, postremam, eamq. cæterarum maximam à recto abducentem humanum arbitrium, simoniã videlicet hæc excipiet disputatio; etenim aureo ariete nil aptius, ac vehementius est, quo constans animus euertatur. Neq. integrum texere tractatum de simonia consilium est; cum alienarum rerum diuitijs hos ditare libros nõ optem, sed eis, quas ad exactam nostræ sententiæ dilucidationem facere iudicauerim. Primò igitur loco nonnulla premittam ad eam perneccssaria: Secundò cap. Cõtrariorum minus probabilem opinionem referam: Tertiò de simonia secundum ius positiuum: Quartò penes diuinum naturale agendum est: Quintò multa comprehendã ex his deducta ad praxim. Sextò num Papa, vel Princeps alius supremus in propria, vel humana possit dispensare lege, vt ex hac quæstione dispensandi facultas magis innotescat in simonia iure ecclesiastico inducta. Septimò diluam rationes cap.2. contra hanc sententiam relatas.

CAPVT PRIMVM.

Prolusio Disputationis.

SVMMA.

Post extrauagantem Pauli II. pœnæ de facto cõtrahuntur ipso iure pro simonia, n.1.

Episcopatus est beneficium duplex, n.2.

Ad pœnas incurrendas in Simoniacos sancitas non satis est mentalis, vel conuentionalis simonia, nu.3.

Electio in Episcopum materia est simoniæ, n.4.

Nonnullis rebus spiritualibus aliquid temporale adnexum est, nu.5.

EX his, quæ de Religione disputantes Theologi, ac de titulis, ac materijs scribentes simoniæ, contẽtis, tùm decretis, tùm decretalibus, tùm extrauagantibus Canonistæ fusiùs agitant, nonnulla prælibanda sunt, atq. in hoc caput velut in breuiarium referenda.

1 Supponendum itaq; primò post *Extrauagantem Pauli II.* incipiente *Cùm detestabile* pœnas de facto incurri ipso iure, pro simonia, in beneficio habita, ex Doctorum consensu, vt videre est apud *Angel. verbo simonia 16. nu.9. Syluestr. q.19. Caietanum in summa, verbo excommunicatio, cap.72. Soarium tom.1. de Relig. lib.4. de simonia cap.55. num.2.* ex quo fidelissimus eius sectator *Filiucius in 4. appell. ad beneficia tract. 15. cap.13. num.12.* Ab hac tamen communi regula, si quæ est exceptio, caput vltimum docebit.

2 Notandũ secundò *ex primo nostro tomo lib.1 disput.2. cap.3.* & passim infrà, Episcopatum beneficium esse, & quidem duplex, *ex cap. felicis, §. quod si quis de pœnis in 6.* cum iurisdictionem in vtroq. foro habeat, atq, sacramentorum, rerumq. ecclesiasticarum administrationem.

2 Notandum tertiò ad pœnas iure statutas in simoniacos, contrahendas mentalem non satis esse simoniam, vel conuentionalem. Et quidem

Digitized by Google

dementali purè interna, nullo subsequuto externo opere, absq. dubio exploratum est; cum solos externos puniat actus censura; fugiantq. interni humanem iurisdictionem. De mentali verò externum in actum prodeunte dandi, vel recipiendi tradit *cap. vlt. de simonia*: Idem de pura conuentionali communis docet iuris, & Theologiæ peritorum sententia; apud *Soarium modo laudatum cap.* 54. *à nu.* 12. decisumq. fuisse per Doctores Rotæ traditur *decis.* 408. *diuers. volumine* 2. ac refertur à *Quaranta, verbo simonia in prima addit. ad Pauli II. extrauagantem*: subscribit *Nauarr. in summ. cap.* 27. *num.* 108. Et quamuis me non lateant *Constit. Pij IV. Romæ data* 4. *Decemb.* 1564. *incipiens, Romanum Pontificem, in Bullario relata fol.* 820. *& altera Pij V. Romæ publicata* 6. *Augusti* 1569. *& in Bullario fol.* 1501. *incipit Intolerabilis, quæ relatam Pij IV.* innouat, confirmat, & ampliat contra confidentialem, quam appellãt simoniam, quia tamen hæc ad mentalem, conuentionalem, ac realem facilè potest negotio reduci, nec aliud, vt cum nonnullis iudico probabilius, ab illis tribus modo enumeratis, distinctum constituit membrum, quod de eis dicturi sumus, dictum de hac confidentiali pariter volumus, si fortè fortuna, (quod Deus auertat) in electione ad Episcopatum intercederet; vti quando quis cũ aliquo paciscereturelectore, vt si suum daret suffragium, fructuum partem vnius anni ab eo acceptarus sit.

4 Notandum quartò electionem in Episcopũ materiam esse simoniæ, quod ea inter enumeratur, quæ rebus propriè annectuntur sacris, de quibus post multos, clarè, ac doctè *Leonardus Lessius lib.* 2. *de iust. & iure, cap.* 35. *dub.* 2. *nu.* 12. *ad finem*, & quamuis nulla sit quæstio de actionibus, sacrisq. functionibus, quæ causalitates, vel causæ sunt sanctificationis, aut effectiuæ, vt sacramenta, aut dispositiuæ, at sacramentalia, concio, preces, exorcismus, esse scilicet has validas, licèt simoniacè habitas, nisi earum aliquæ irritabiles ab Ecclesia essent per legem latam iam irritæ, vel de facto irritarentur, vt eruditè demonstratur à *Suario tomo* 1. *de Religione lib.* 4. *de simonia, cap.* 52. *à num.* 2. nihilo tamen minus de actione iurisdictionis, vel administrationis, seù iuris ecclesiastici relata ad cõferendum officium, vel beneficium, etiam per electionem, dubitatur, an solo ecclesiastico, vel etiam naturali, diuinoq. iure fit irrita, & consequentèr pretium ad illam datum restituendũ, ac resignandum sit ipso iure, beneficium, simoniacè acquisitum.

5 Notandum quintò in nonullis spiritualibus rebus aliquid esse temporale per se pretio æstimabile, vt in calice consecrato, thecisq; reliquiarum aurum, atq. in beneficijs temporales fructus: in alijs vero nihil esse huiusmodi, vel si quid sit minimi sanè pretij, vt in Eucharistia, in Baptismo, ac ac similibus.

CAPVT SECVNDVM.

Refertur minus probabile Auctorum opinio.

SVMMA.

Sententia docens electionem, vel beneficij collationem simoniacè factam iure naturæ esse validam, n. 1.

Primum argumentum desuptum ex translatione dominij, quæ fit per electionem, n. 2.

Probatur præterea ex venditione granorum benedictorum, per quam transfertur dominũ, num. 3.

Deinde ex voluntate diuina, qua neq. per illam legem expressa, gratis accepistis, gratis date, translatio impeditur dominij ex simoniaca collatione, nu. 4.

Lex non actionem, sed accidentalem prohibens modum, illam non reddit irritam, n. 5.

Quando lex prohibens irritat actum, n. 6.

Probatur hæc sententia ducta comparatione ex emptione mutui, qua transfertur dominium in mutuatarium, n. 7.

Quarto ab emptione piorum legatorum, quæ-et transfertur dominium in legatarios emẽtes, n. 8.

Quinto à priori, quod simonia neq. vt peccatum, neq. vt tale peccatum tollit potestatem dominij transferendi, n. 9.

Sexto ab absurdo, tùm ex simonia mentali, ex qua sequeretur renunciandi obligatio; tùm quia sequeretur, non posse pecunia redimi vexationem, neq; ab ignaro simoniæ per amicum factæ, validè beneficium comparari, n. 10.

Demum ex irrita electione Pontificis simoniacè facta, n. 11.

1 PRima sententia docet spiritualium rerum, bonorum, aut beneficiorum, siuè officiorum ecclesiasticorum simoniacè factam acquisitionem ex rei natura, validam quidem esse, ità vt per eam beneficiũ, ecclesiastico excluso iure, validè acquisitum sit, tutaq. conscientia retineri possit, quin vrgeat illud dimittendi necessitas, vel restituendi fructus ante sententiam Iudicis. Est *Sylvest. verb. simonia* 20. *Paludani, Caiet. Victoriæ, Rebuffi*, quos laudat, & pro viribus defendit *Soarius lib.* 4. *de simonia, cap.* 57. *num.* 11. 15. *& 16.* qui quidem electionem, de qua nos loquimur, ecclesiastico tantum iure, scribit esse irritam,

2 num. 10. Probatur primo iuris translatio à cõferente huiusmodi spiritualia, atq. illius acquisitio, in quem transfertur, iure naturali diuino, sunt valida, etiam intercedente simonia, ergo, &c. Antecedens probatur, quia mutuus est hic consensus tùm eligentis, aut beneficium conferentis

Digitized by Google

rentis v.g. tùm acceptantis, vel electi, vel eius, qui ad electionem, vel beneficij collationem simoniacè conferentem, aut eligentem impellit; qui quidem consensus simonia non impediuntur, ergò validè, vel electio, vel collatio
3 beneficij fit. Confirmatur in venditione granorum benedictorum, vt sic venditorum, quæ cõsensu emptoris, ac venditoris supposito, de quo paulò ante dicebam, vim habente ad dominium transferendum, atq; acquirendum,
4 absq. vmbra fit iniustitiæ. Secundò, si qua esset causa, huius dominij translationem impediens, vnica esset voluntas diuina, cui videtur opposita: At hæc esto modum acquirendi prohibeat, ipsam verò acquisitionem minimè vetat, nec
5 factum irritat, ergo, &c. maior propositio est certa: minor probatur, quia lex illa, vel naturalis, vel Christi, *Gratis accepistis, gratis date*, non substantiam prohibet, sed modum præscribit, vt loquendi formula videtur indicare: atqui lex non actionem, sed modum vetans nõ essentialem, substantiam irritam non facit actionis, ergo, &c. Minor probatur, quia lex prohibens, quando expressis declarat verbis actum, tunc facit irritum, vel quando quem auertit, modus de substantia est actus vetiti, sed neq. ex verbis *gratis date*, abrogatio deducitur expressa actus, neq. modus de intrinseca videtur esse ratione ipsius traditionis, quæ in absoluta cõtrahentium censetur sita voluntate, sed tantũ videntur dicta propter decentiam, sanctitatemq. rerum, videlicet, vt dignè tractẽtur, ergò,
6 talis defectus non est irritans. Tertiò, etiam lex naturalis dictat gratis esse mutuandum, & tamen licèt quis emat mutuum solutione vsurarum, verè pecuniam acquirit mutuatam, qua potest ad libitum vti, nõ secus, ac si gratis mutuo data esset absq; fœnore, quòd ille modus contra substantiam mutui non sit, tametsi contra substantiam sit venditionis eiusdem mutui. Confirmatur, quia lex gratis mutuandi in vtilitatem cedit mutuatarij, cui sancita est; quæ idcircò nefas est eius detrimento verti, neq; vulgari, si dum mutuum emeret, mutuatæ pecuniæ dominium non acquireret; Quamobrem fœneratio quoad hoc valet, licet quoad alterã clau-
7 dicet partem. Quartò, si ab hæredepia legata exequutioni mandare detrectante Ecclesia, vel pauperes legatarij emant eorum exequutionẽ, ius in illa meritò acquirunt: neq. ex hac parte nullus erit emptionis contractus, ergò similiter in præsenti. Sic baptismus, ordo, atq. electio, prætermisso digniori, sunt valida, ergò absolutè idem dicendum de omnibus. Quintò à priori
9 probatur sententia. Simoniæ peccatum, nequè iure diuino, neq. naturali quempiam ineptum facit ad conferendum, vel acceptandum beneficium, aut Episcopatum; igitur cum vterq; intercedat consensus conferendi, atq. acceptandi, validus erit actus. Maior propositio patet, quòd neq. vt peccatum mortale hanc sibi vendicat vim simonia, vt in Vuiclepho ab Ecclesia, *Soario Auctore*, *num.* 16. *ad finem*, damnatum est, quippe cum aptitudine conferendi, eligendi, aut aliam actionem obeundi non habet oppositionem maiorem simonia, quam cæteræ
10 mortales noxæ, ergò nullo modo. Sextò, ex contraria sequerentur opinione nonnulla absurda. Primum simoniaco pure mentali beneficium comparatum restituendum esse, contra *cap. vlt. de simonia*; cùm naturalis obligatio ad occultà, atq. interna etiam latè pateat delicta, sic vsura parit obligationem restitutionis, etiã si sola mente concepta fuerit, sordidaq. intentione lucrum ex mutuo quis reportauerit. Secundò pariter sequeretur pecunia propriam redimentem vexationem, neq; beneficium posse retinere; quoniam ab illo simoniacè collatũ esset, & non iuxta præscriptum Domini. Tertiò validam non esse collationem, simoniacè quidẽ à collatore factam, bona tamen fide ab eo exceptam, qui largitionem pecuniarum collatori à suo amico enumeratarum prorsus ignorasset, siuè renuisset, siuè pro viribus declinasset contra *cap. Nobis, & cap. sicut, de simonia.* Quartò irritam esse Papæ electionem simoniacè factã, quòd etiam est absurdum, constans ex *cap. Vbi periculum, de elect. in 6. & Clementina Nè Romani eod.*

CAPVT TERTIVM.

Asseritur vera sententia, Ecclesiastico tantum iure spectato.

SVMMA.

Assertur vera sententia, n. 1.
Reijcitur error Vuiclephi, n. 2.
Omnis electio ad Episcopatum per simoniam saltem realem, siuè occultam, siuè publicam habita iure ecclesiastico, est irrita, n. 3.
Sequitur obligatio restituendi ex hac collatione inualida, n. 4.
Eximunt ab hac generali regula Pontificis Max. electionem nonnulli, n. 5.
Qui tamen reijciuntur, n. 6. *ac deinceps.*
Textus à contrarijs adducti pro exceptione electionis Papæ respuuntur, n. 7.
Posuissent tamen ad rem efficacius afferri alij, num. 8.
Refelluntur tamen, & quæ tollitur exceptio per cap. licet de cuitanda, de electione assertur, num. 9.
Exceptio contra fundamentum iuris excepturantis admittenda est, ibid.
Exceptio inferens hunc de iure diuino naturali nõ esse Papam per cap. licèt non aufertur, ibid.
Exceptio hæresiæ, vel quod nõ sit homo admittenda contra electionem Pontificis, n 10.
Germanus sensus cap. licet de exceptione, electionis Summi Pontificis, n. 11.
Assertur Canon In nomine distinct. 23. *de simonia locum habente in electione Papæ, n.* 12.

Alter

Digitized by Google

Alter etiam textus cap. si quis pecunia 79. distinct. num. 13. Constitutione Iulij II. *idem confirmatur, n.* 14.

Hæc constitutio nullo pacto reuocata est, imò cõfirmata à Pio IV. *contra Soarium, & Filiuc. num.* 15.

Perpenditur cap. si quis 79. distinct. *contra Soarium, n.* 16.

Expenditus particula disiunctiua, vel, *ibid.*

Aliud effugium occluditur Soarij, n. 17.

Contraria consuetudine derogatum non est Constit. Iulij II. *n.* 18. *ac deinceps.*

Probabile est legem humanam pendere ab acceptatione, n. 19.

Probabilis est sententia vim legi asserens indepẽdenter ab acceptatione, n. 20.

Consuetudo ignota, vel saltem tacitè non approbata à Principe probabiliter non abrogat legem, n. 21.

Ad consuetudinem vsus, & continuata series actuum requiritur. n. 22.

Quid sit consuetudo, ibid.

Quid sit vsus, n. 23.

Per non vsum introduci non potest propria consuetudo, n. 24.

Vsus actuum extraiudicialium sufficiens ad consuetudinem videtur, n. 25.

CONtraria relatæ mihi semper placuere sententiæ, quam vel supposuisse; vel amplexos esse antiquiores Doctores exploratum habeo *D. Thomam, q.* 110. *art.* 2. *&* 6. *Henriq. quodlib.* 6. *q.* 26. *Durand. in* 4. *dist.* 15. *q.* 5. *Riccard. ead. dist. Adrian quodl.* 9. *art.* 1. *Vict. relatione de simonia, num.* 15. *Sotum lib.* 9. *de iust. art.* 2. *q.* 1. *& q.* 7. *art.* 1. quem immeritò pro contraria, vel tanquam ancipitem citat contrarij *Nauarr. cap.* 23 *n.* 99. *&* 100. *Couarru.* in hanc etiam inclinat, *reg. peccatum par.* 2. *§.* 8. *num.* 7. qui huius esse sententiæ *D. Thomam demonstrat*; *Leonard. Lessius de iustit. lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 2. *à num.* 14. *alijq. Recentiores.* Hanc quam omninò veram esse sententiam nonnullis, de-
2 more, conclusionibus explicabo. Neq. contra hæreticorum nugas agere libet, quos *primo tomo* reiecí *lib.* 3. *disp.* 3. *cap.* 1. *&* 3. ex quibus *Armach. lib.* 10. deq. *Armc. cap.* 13. *&* 25. opinionem reiectam volo, ad errores Vuicleph accedentem, qui beneficij ecclesiastici acquisitionẽ, ob quodcumq. peccatum nullam esse, temerariè scripsit, atq. probauit ex iure diuino, *Ioann. cap.* 10. *Qui non intrat per ostium, ille fur est, & latro*, quem locum imperitè adductum esse ab hæretico, nullus est, qui non videat, quia potest quidem per ostium intrare legitimè electus, vel ab authoritatẽ, atq. iurisdictionem habẽte promotus, & si peccati labe infectus. Quibus in hunc modum constitutis,

3 Sit vnica assertio. Omnis electio in Episcopum simoniacè habita, simonia reali, iure ecclesiastico, est irrita. Est certa conclusio firmata Doctorum consensu, tùm *in* 4. *dist.* 15. *&* 25. tùm cum *D. Thoma suprà eit. art.* 3. *ad* 3. tùm aliorum quos citat, ac sequitur *Soarius lib.* 4. *de simonia, cap.* 17. *num.* 22. de collatione simoniaca cuiuscumq. beneficij loquentes, nullam conferente ius, vel titulum acquirenti; Et quamuis Doctoribus quæstio sit, an in antiquiorum canonum iure, hæc pœna sancita sit; exploratum tamen habetur, eam esse insinuatam in antiquissimis decretis, expressiusq. magis in Decretalibus, & clarius absq. vmbra dubij in *extrauag.* 2. *de simonia, Cum detestabile à Paulo II.* edita, in qua peculiaris habetur mentio postulationis, electionis, & confirmationis. Ad hæc *Bulla Pij V.*
4 *accedit incipiens cum primum*, quam retulimus Extrauagantem Paulinam confirmans. Dixi reali saltem simonia ob rationes traditas *cap.* 1. *nu.* 3. Addè, siue fuerit occulta, siue publica, nam quicquid sit de iure antiquo, certè *in iure citatæ extrauagntis*, expressis verbis, vtraq. explicatur, & licet nulla specialis adhibita esset declaratio, ex ipsamet huiusmodi pœnæ natura, hoc idem sequeretur; quia collationis irritatio per legem fit absolutam, ac sine distinctione irritatem, in citata extrauaganti propositam; ergò siue publica, siue occulta fiat simonia, semper collatio est irrita; Ex qua obligatio dimittendi sic comparati beneficij, ac restitutionis, necessariò sequitur, neq. reus obligabitur ad prodẽdum idcircò seipsum, sed ad renunciationem tantum beneficij simoniacè comparati, aliquo honesto colore velatam, vt rectè docet *Soarius cap.* 17. *num.* 27. Quomodò autem ecclesiasticũ beneficium materialiter acceptum vendi possit sequenti *cap. dicemus num.* 15. ac deinceps. Quomodò verò Præsulatus *cap.* 5. *num* 7.

5 Ab hac assertione *Soarius* modo laudatus, *num.* 57. electionem eximit ad summum Pontificatum, ea ductus ratione, quod etsi *Canon si quis pecunia 79. distinct.* simoniacam Pontificis Max. promotionem, vel electionem, nullam dicat, verùm si accuratiùs legatur, præter simoniam, discordiam videtur requirere, ad quam diximus, nullitatem inducendam. Præterea licet *Iulius II. anno* 1503. *constitutione sua* 2. *incipiente Cùm tàm diuino*, non electionem modo simoniacam irritat, sed etiam concedit, vt contra electum opponi possit de simonia, sicut de hæresi, aliasq. in electum, atq. electores pœnas statuant; Verumtamen neq; hæc recepta, neq. in suo robore esse, imò per *constitut. Pij IV.* 85. derogata videtur. Quamobrem iure communi standum est per *Soarium à qdò per cap. vbi periculum, de electione in* 6. *& clem. ne Romani*, propter vitandum periculum schismatis sancitur, contra electionem Romani Pontificis cætera canonicè factam, nullam exceptionem admittendam esse; cum nullam agnoscat Papa superiorem, à quo error emendari possit in sua electione commissus. Accedit *Filiuc. Soarij assecla fidelissimus tractatu* 45. *cap.* 13. *num.* 23. Iulij II. citatam constitutionem non esse receptam, asserens, saltem quando simonia occulta est, quo circa prævaluisse statutum *cap. citati vbi periculum*, & hanc ipsam *Iulij constitut. à Pio IV.* et esse derogatam scribit.

6 Ego verò Soario, ac Filiucio (cuius posthumæ lucubrationes *Hyeronimi Soprani* industria concinnatæ, ac locupletatæ paucis ab hinc annis in Vrbe publicis consignatæ sunt Typis) fidem

Digitized by Google

fidem libenter darem, quia tamen decreui me nullius esse sectarium; nulliusq. disciplinæ legibus adstringi, quibus in his meis libris necessariò parerem; atq; in omni disputatione, quid sit verum, vel similimum veri, nec latum vnguem à Catholico sensu, decretisq. Pontificijs discrepans, pro viribus quæro, ad manum his Doctoribus dandam solidius ab eis allato optarem fundamentum. Etenim non generalis modo regula, qua omnis irrita dicitur electio simoniaca in contrarium vrget, verùm etiam expressi
7 quos adduximus textus. Ad hæc *cap. vbi periculum à Soario* adductum non habet, vt legenti patebit, nullam admittendam esse exceptionē contra Romani Pontificis electionem *Clementina Nè Romani*, non quamcumq. exceptionem ab electione remouet Romani Pontificis, sed *§. cæterum* exceptionem excommunicationis, suspensionis, atq; interdicti, vbi reiecerit, addit *Iuribus alijs circa electionem eamdem hactenus*
8 *editis plenè in suo robore duraturis*. Potuissent sanè *Soarius, & Filliucius* afferre *cap. licet de euitanda, de electione*, vbi habetur, vt electus à duabus Cardinalium partibus, Papa, etiam tertia parte cōtradicente, Romanus ille Pontifex, absq. vlla exceptione, ab vniuersali Ecclesia habeatur.

9 Cœterum vniuersalem non tradidisse hunc textum doctrinam, meritò docet *Abbas ibi, num.* 10. *ad finem*, etenim exceptio directè tendens ad negādum à duabus Cardinalium partibus hunc fuisse electum: quia nimirum vnus, vel alter illorum suffragium ferentium v. g. Cardinalis re vera non esset, vel votum non dedisset, admittenda proculdubio erit; quòd adequata ratio, cur omnis excludatur ab hoc text. exceptio est, sola electio à duabus Cardinaliū partibus ritè habita, quæ vt sic, obnoxia exceptioni nullo pacto deber esse; igitur illa exceptio, quæ hanc euertit qualitatem electionis, admittenda quidem est, quippè quæ directè cōtra fundamentum illius iuris rendit, vt patet ex *l. 1. vbi Bart. ff. quod vi, aut clam*, non secus ac cum exceptio admittitur, qua instrumētum non esse publicum dicitur, licet in contrarium statutum vrgeret, omnem reijciēs exceptionē contra instrumentum publicum. Videndum est *consil. Pauli de Castr. 40. & Old. consil. 116.* Præterea non expungitur per illum textum exceptio de iure Diuino, ac naturali, ex qua inferretur hic non esse, nec posse Summus esse Pontifex: sic expressè laudatus *Abbas num. 11. & Zacharias in additionibus lit. A.* Et ratio est, quòd talis exceptio inficit ius habendi, & possidendi, adq; admittitur etiam in possessorio recuperando, vt notat *glos. apud Abbatem, ibid.* Sic se
10 haberet exceptio, qua Electus, hæreticus diceretur: quia esset extra Ecclesiam, cuius caput esse non posset, vel qua mulier demonstraretur, vt in *cap. noua de pœnitentia, & remissione*. Quā-
11 tè eam habere vim textum allegatum dicendum est, vt qui duabus Cardinalium partibus electus est, veluti Papa habeatur, si penès cætera diuini, ac naturalis iuris Papa esse poterit. Ad hæc nonnulla sunt decreta in promotionē Summi Pontificis facta per sęuitiem, præsumptionem, aut ingenium, de quibus *Canon In nomine Domini nostri, dist. 23.* vbi *Hostiens. & Abb. laudati, qui quidem Canon à Nicolao II. in Concilio Lateranen. anno 1059. mense Aprili*, potissimè conditus est, de ea simonia, quæ in Ecclesiā tot absurda inuexerat ab electione præsertim Pontificis auertenda. Adiungo *Glos. verbo Trapezitas*; imò ipsemet Sūmus *Pontifex Nicolaus* mirum in modum simoniam facere contra electionē Pontificis hisce docet. *Nouit, inquit, beatitudo vestra, &c. quot aduersa pertulerit (Eccles. 5.) quot deinde per simoniacè hæresis Trapezitas, repetitis malleis, crebrisq. tunsionibus subiacuerit, adeò, vt columna Dei viuentis iam iam penè videretur concussa nutare, &c.* & infrà, suadens Cardinalibus electoribus, vt præcauentes, *nè venalitatis morbus aliqua occasione subrepat*, contra transgressorem addit. *Si quis per sæuitiem, præsumptionem, aut quolibet ingenio electus, aut etiam ordinatus, seù intronizatus fuerit, auctoritate Diuina, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli perpetuo anathemate cum suis auctoribus, fautoribus, & sequacibus à limitibus Sanctæ Dei Ecclesiæ separatus abijciatur, sicut Antichristus inuasor, & destructor totius Christianitatis*. Quem, inquam, textum in suo robore fuisse, vsq; ad Panormitani tempus ip-
13 semet sæpè laudatus affirmat. Verum ni me mea fallit opinio, quodcumq; eripit dubium idem *Nicolaus Papa, cap. si quis pecunia 79.* vbi nullam prorsus dicit electionem simoniacam, atq. electum non *Apostolicum*, sed *Apostaticū* appellat. Confirmatur, quia Cardinales Papam intrusum iudicare valent, vt docet *Ioann. Turrecremata 3. q. 1. in §. pateat num. 1. ex quo Hieronymus Manfred. decis. 260.* & in electionem Pontificis electi per metum, Cardinales deindè consentire non possunt, vt ex nonnullis *citatus Manfredus dec. 264.* ergo à pari.

14 His accedit *Constitut. Iulij II. citata*, quæ præter confirmationem omnium pœnarum, canonumq; in simoniacos eonditorum, irritam Pōtificis declarat simoniacam electionem, his verbis. *Non solum eiusmodi electio, vel assumptio, eò ipso, nulla existat, & nullam sic electo, vel assumpto administrandi in spiritualibus, & temporalibus facultatem tribuat, sed etiam contra dictum sic electum, vel assuptum de simoniaca labe à quocumq. Cardinali, qui eidem electioni interopponi, & excipi posse*. Hanc autem constitutionem veteriuri *cap. vbi periculum, & Clem. Nè Romani*, contrariam non esse, vel limitandā ostendimus *supra num. 7.* imò si antiquiori stemus iuri citatum *In nomine Domini dist. 23. & si quis pecunia 79.* maius habebunt robur: Esse
15 verò quam diximus, *Constitutionem Iulij II.* derogatam per *Constit. 85. Pij IV.* pace tantorum virorum gratis dicitur; nam præter quàm, quòd non in citata constitutione de hac re agitur à *Pio IV. sed in 82.* in qua profectò Pontifex his confirmat *Iulij II. assertam constitutionem; Volumus autem neq. per Prælatos, neq. per Rectores, aut Officiales præfatos, vltrà quam permittitur Cardinales arctari: neq. præsentes has nostras Constitutiones per Collegium Cardinalium vllo modo alterari, corrigi, aut immutari posse; sed il-*

las

Digitized by Google

las coram omnibus de verbo ad verbum in prima Congregatione per obitum Pontificis fieri solita, & deinde post conclauis ingressum legi, aut iurari eò modò, quo leguntur, & iurantur constitutiones Iulij II. & aliorum prædecessorum nostrorum, quorum constitutionibus, & pœnis in eis contentis vltrà præmissa per hanc nostram constitutionem derogare non contendimus, sed magis eas confirmare, innouare, & corroborare. Quid clariùs? Hinc *Azorius* 2.*par.lib.*4 *cap.*5.*quæst.*6. §.*de* de *quær.* exploratam omninò hanc nostram habet sententiam. Adde hanc eamdem Iulij constitutionem à *Gregorio XV.* paucos ante annos approbatam fuisse, *in constitutione de eligendo Summo Pontifice* 13. *incipiente. Æterni Patris Filius, edita anno* 1601. 17.*Kal.Decembr.* §.19. Vbi prohibentur omnes pactiones, conuentiones, & promissiones, & §.26. ait Pontifex, *Quibus constitutionibus* (nimirum Iulij II. Pij IV. & Pauli IV. & alijs) *nisi in superius expressis, per hanc nostram derogare, non intendimus; sed eas in sui roboris firmitate relinquere*, sic pariter *Vrbanus VIII. in præsentia Pontifex Max. in sua* 45.*constitutione confirmatiua præallatæ Gregorij XV.* Neq; minus vsitatum videri potest nonnullas adhiberi à Summis Pontificibus exceptiones, vel causas nullitatis ad irritam declarandum electionem Papæ, non ritè habitam, cum quāplures antiquis addiderit *Gregor.XV. in sua Constitutione paulò ante laudata §.* 13. *&* 19.

16 Textus autem *cap. si quis nu.*13. *citatus* immeritò ab Aduersarijs reijcitur, nam, *si quis*, inquit, *pecunia, vel gratia humana, vel populari, seù militari tumultu, sine concordi, & canonica electione, &c.* Vbi in primis dictionem disiunctiuam, *vel*, perpendo; quæ cum inter diuersa .i. dissimiles ponatur, vt dixi *tomo* 1.*lib.*2.*disput.*5. *cap.*1.*num.*11. manifestè arguit enumerata distincta sanè capita esse, ex quibus vitium electionis desumendū est, ac proindè vnumquodque ex illis satis esse ad eam vitiandam; quò respexisse videtur textus dum ait, *sine concordi* quod quidem refertur ad tumultum; & *Canonica*, quæ excludit quamcumq; coactionem, vel minus liberum votum extortum vi pecuniæ, & gratiæ humanæ.

17 Nihilo sufficientius est, quod addunt Aduersarij fortassis ex *gloss. cap. si quis citata* desumptum; quia Pontifex nullum habet in terra superiorem, per quem emendari posset error in eius electione commissus, siquidem ille non esset adhuc Pontifex, inualidè electus, alioquin neq; electio hæretici, vel mulieris, vel non baptizati corrigi posset, & nullæ prorsus essent irritantes causæ super appositæ electionis Papæ, quas ex *Constitutione* 13. *Gregorij XV.* §.19. *cōfirmata ab Vrbano VIII. nunc Pontifice Max.* retulimus, cùm nullum habeat in terris Superiorem Pontifex, quod dici nequaquam potest, *quod anniles nugæ sane sunt*; etenim vt probè *Gregor.XV.* modo laudatus, non solum nulla est electio Summi Pontificis contra Canones, Constitutionesq; Pontificias habita, nullumq; ius tribuit, quinimò per eam electus non *Apostolicus, sed Apostaticus sit*, quæ vltima verba ex *cap. si quis pecunia modo cit.* deriuauit. De Papa etiam malè electo, multi scribuntur à *Bald. in l. final. in princ. C. seù rescindi non posse.* Verum cū male instructa ratio exitum reperire nō possit, addunt suprà citati Auctores nescio quam cō-
19 suetudinem, qua derogatum volunt *Constitut. Iulij II.* Cęterum vel ab initio receptam non fuisse hanc constitutionem asserunt; idquè non absolutè, sed in eorum Auctorum opinione cōstantèr dictum est, qui humanæ legis obligandi vim, ab acceptatione populi pendere docent, sic *Ioannes Driedo lib.*1. *de libert. Christ. cap.*1. *consid.*2. *Maior in* 4.*dist.*14. *quæst* 4. §.*contra secundam conclusionem*, *Nauarr. summa cap.*23. *num.*41. *Felinus in cap.*1 *de treg. & pace num.*12. *Valentia tomo* 2.*disp.*7.*quæst.*5.*puncto* 5. qui addit iniustam alioquin esse legem humanam, si ea contenderet superior, etiam obligare subditos ad acceptationem, & probaailitèr idem sentit *Bonacina de legibus disp.*1.*quæst.*1.*punct.*4. *num.*39. *& ex Recentioribus Megala in* 2.2.*lib.*2. *cap.*6.*quæst.*3.*n.*115. *&* 117. *& alij*, & posset hoc idem affirmare *Filiucius* cohærester, qui quam exposuimus sententiam, ità amplexus est, vt *tom.*1.*tract.*21.*cap. vlt.nu.*429. scribat, leges humanas tacita sub conditione ferri, si populus
20 recipiat; at verò *Soarius*, qui in contrariam sic abijt opinionem, vt *de legibus* 13.*cap.*19.*num.*8. dixerit, nisi alitèr exprimatur, aut morali certitudine asseratur, legislator certè putādus obligare independenter ab acceptatione populi: quam sententiam communem habet, ac sequitur *Vasq.* 1.2.*disp.*156.*cap.*5.*num.*36. & penès eam, non video qua ratione *Soarius constitutionem Iulij* II. docuerit non esse in vigore, quia nō fuerit acceptata, idq; certius est de legibus Papæ, cuius potestas non ab Ecclesia per electionem pendet, sed à Christo Domino proximè in eo, tanquam in capite totius Ecclesiæ constituitur; quapropter Pontificis imperium, ac regimen à membris minimè pendens est, vt probè citatus *Vasq.nu.*36. Deindè etiam si primam admitteremus opinionem docentem omnes leges etiam Pontificias, de quibus expressè *Maior supra cit.* latas esse sub conditione cōsensus, atq; acceptationis populi; Vndè nam, non consensisse Cardinales, atq; Ecclesiam Iulianæ, constitutioni his Auctoribus constat, cum meridiana luce clarius, superioribus numeris, ostendimus contrarium. Quod si citati Auctores velint initio quidem obligasse Iulij constitutionem, & tamen consuetudine derogatam esse, nihilo probabilius est id assertum; Nam præter quam quod in *D. Thomæ sententia* 1.2.*quæst.*97.*art.*3.*ad* 3. *Soti lib.*1.*de iust.quæst.*7. *art.*2. *Vasq.* 1.2.*disp.*177.*cap.*2.*nu.*3. *& aliorum*, consuetudo subditorum non potest abrogare legem, repugnante Principe, vel Republica, aut tacitè saltem non consentiente, vbi præsertim agitur de lege Pontificia, de qua specialitèr *Antoninus* 1.*par. Theolog. tit.*10. *cap. vnico*, §.2. *Conradus* 1.2.*quæst.*97.*art.*3. *Driedo lib.*1.*de liber. Christiana cap.*12.*parum à principio*; penès quam opinionem, repugnantibus Summis Pōtificibus Iulij II. successoribus, atq; ipsius Iulij constitutionem approbantibus, vt paulò ante

ostēn-

Digitized by Google

ostendimus non potest cum probabilitate asseri contraria consuetudine illi derogatum esse.

22 Illud sanè exploratum ab omnibus habetur in quacumq; sententia ipsam consuetudinem vsu introduci; quippè quæ est iùs nõ scriptum, quod ex continuo, longoque vsu ortum est, quæ definitio consonat *cap. consuetudo dist. 1. adiuncta Glossa*, & infertur ex Alphonso Rege Hispaniarum a *Vasq. disp. 177. cap. 1.* Vsus vero est facti

23 alicuius, vel dicti continua, vel longa repetitio, vti deducitur ex *Archidiacono de officio delegati, cap. quamuis in 6.* traditurque à *Vasq. citato*, igitur ad consuetudinem longa, & continuata series actuum requiritur, at quæ series actuum continuatorum erit istheç, cum in decem, & nouem electionibus, quæ à Iulio II. vsque ad Vrbanum VIII. in præsentia Pontificem intercesserè, quod per historias nouerim, vel à maioribus nostris acceperim, nulla neque vmbra promotionis simoniacæ (Deo fauente) innotuit? & sanè duos ad minimum actus requiri certum est ad consuetudinem, sic *Hostiens. in cap. Venerabilem num. 40. de elect. Bero. conf. 142. n. 3. lib. 3. Azon. in sum cap. quæ vt longa consuet. Crescent. decis. 1. de consuet. aliàs 1. de præbend. Rota decis. 160. nu. 5. & 6. p. 2 diuers & coram Buratto dec. 850. n. 43. & alij.* Consuetudo enim tantum habet de potentia, quantum de actu, & vsu, *Bald. conf. 27. vol. 2. Surd. conf. 325. nu. 15. Rota dec. 91. n. 4. par. 4.*

24 Ex quo etiam deducitur, neq. consuetudinẽ contrariam per non vsum introduci potuisse, nam cum ad eam requiratur vsus, per non vsum sanè introduci propriè non potest, vt probè *Marcus Burgensis in l. 1. Tauri num. 164. & Vasq. 1. 2. cit. disp. 177. cap. 6 inum. 54.* Hinc non immoror in assignando tempore necessario ad vsum, continuationemque actuum; cum nulla horum

25 fuerit pro hac consuetudine, neq; etiam extrajudicialium, quorum continuatum vsum sufficere ad consuetudinem, docet *Valquez citatus, num. 52.* Addo consuetudinem non satis esse probatam generaliter, sed probandam esse in specie, atq. indiuiduo in tali videlicet electione simoniaca, illas bullas nõ esse seruatas ex *Oldr. conf. 237. Anchar. conf. 330. n. 8. Aymon. conf. 96. n. 4. Rot. coram Greg. XV. dec. 45. n. 6. & 162. n. 2.* neq. in ea fit extentio de vno ad alium casum *Rot. coram Moncen. in alleg. 284. & coram Buratto dec. 383. n. 13.* Demum cum rationabilis, &c. debeat esse consuetudo .i. quæ non obest canonibus institutis, Sanctorumq. Patrum doctrinæ secundum *glos. cap. fin. de consuetud. D. Thom. 1. 2. q. 96. art. 4. Archid. in 1. par. dist. 8. vers. frustra n. 5. Abb. cap. fin. de consuet. Rota dec. 28. n. 1. p. 3. Recens.* hæc, de qua loquimur exibilanda. Nec modo irrationabilis, sed esset etiam peccati nutritiua, quæ nec etiam inducitur per tempus sitimemorabile, neq; iuramento firmatur, vt Add. ad *Buru. decis. 800. nn. 10.* De hac disceptatione Pontificiæ electionis nihil quidem noui, nec quod præter cæteros probatos Auctores ipse sentirem videor adduxisse, sed potiùs antiquissimam sententiam sacrorum Canonum cõprobatam sequutus, quibus, cæteris. Pontificijs definitionibus totam hanc ratiocinationem libens, volensque submitto, nec latum quidem vnguem, à quacumque etiam, haud mihi nota, discedere audeo, cum cunctas, singulasq. huiusmodi sanctiones deseri à me, dũ quidem spirare potero, netas Iudicem.

CAPVT QVARTVM.

Vera sententia secundum ius naturale diuinum.

SVMMA.

Omnis venditio rerum spiritualium, vel commutatio pro pretio temporali, spectata ratione tantum supernaturali, est simoniaca iure naturali, n. 1.

Res spiritualis pretio compensari non potest, quare defectu causæ materialis eius venditio demonstratur nulla. n. 2.

Venditio rei spiritualis ostenditur nulla defectu causæ formalis, n. 3.

Nulla est emptio, & venditio rei spiritualis ex causa finali, n. 4.

Ex venditione spiritualium sequitur ea insinuari potius non spiritualia, nec supernaturalia, ac diuina ad salutem animarum ordinata, num. 5.

Emptione, ac venditione rerum spiritualium, & sacrarum ansa datur ea existimandi, Auctore Dæmone, facta, n. 6.

Ex causa efficieati nulla docetur vẽditio, vel emptio rerum sacrarum, n. 7.

In lege gratiæ nulla sunt præcepta positiua diuina præterquàm fidei, ac Sacramentorum, num. 8.

Probatur nulla iure Diuino naturali venditio rerum sacrarum ex varijs textibus, numer. 9.

Ex iure Diuino naturali resultat obligatio restituendi in huiusmodi emptionibus, num. 9. & 10.

Disiunctiua clausula non facit copulatum sensum, num. 11.

Dictio vel *colligatio est disiunctiua, ibid.*

Dictio vel *pro & nonnunquam vsurpatur, n. 12.*

Probatur conclusio ex capit. si quis 1. quæst. 3. *num. 13.*

Reijcitur solutio Soarij, ibid.

Non potest Papa facere, vt quod iure naturali Diuino simoniacum est, tale non sit, ibid.

Ecclesiasticum beneficium formaliter consideratum, quatenus est ius fructuum, ex officio sacro debitorum, iure diuino, est inuendibile, num. 14.

Ecclesiasticum beneficium materialitèr inspectũ, vt ius ad fructus, non considerato eius subiecto, causa, vel essentia, vndè quasi manat à Papa saltem est vendibile, n. 15.

Digitized by Google

Stando iuri Diuino naturali etiam ab Episcopo posset hoc pacto sumptum beneficium validè vendi, secus tamen ex vi ecclesiastici iuris, num.16.

Omnes Prælati Papa inferiores resignantes titulos, necessario resignare censentur fructus, num.17.

Exigens aliquid temporale ex vi iuris ad fructus fundati in re sacra, censetur exigere pro re, vel officio sacro, n.18.

Qui vendit quidpiam conflatum ex spirituali, ac temporali, ex præsumptione, censetur vtrumq. vendere, n.19.

Beneficium, secundum temporale, vendere, vel pecunia alienare, vel emere est simonia secundum ecclesiasticum ius, n.20.

1 SIc prima assertio; Omnis venditio, & cõmutatio rerum spiritualium cuiuscumq. generis ex assignatis *notab.4. cap.1.* pro pro pretio tempotali, si consecrationis habeatur in ea ratio, vel eius quod supra naturam, est simoniaca iure Diuino, inuoluente naturale, & prohibita; sic si quis Sacramenta, vel Sacramentalia, vel spirituales vendat functiones potestatis, aut si pluris vendat pixidem auream, vel Calicem consecratum, quàm non consecratum, globulos benedictos, quàm non benedictos, idque neq. ob laborem, vel sumptus habitos, vt eos benedicere curaret, sed ob ipsam benedictionem. Conclusio hæc consensu Doctorum *superioris cap. num.4. laudatorum* satis abundè firmata est. Probatur præterea ex *sacra pagina 4. Regum 5.* nam Giezi lepra diuinitus percutitur, quòd temerario ausu pecuniã pro curatione lepræ, per miraculum facta, exegerat, vt etiam refertur *cap. Qui studet ex Gregorio Nazianzeno 1.quæst.1.* Secundo ex Diuo Thoma huius sententiæ præ omnibus, acerrimo defensore, quem si legissent, vel contrariæ sententiæ perpendissent Auctores, neque ei adscripsissent, neq. citassent eiusdem loca, in quibus incidenter, & non ex instituto rem pertractat, vt igitur Angelici *quæst.100 art.1.* nonnullis adiunctis, declarationis ergo, vtar argumento, sic meam corroboro sententiam. Res spiritualis quæcumque illa sit, neq. materia venditionis est, neq. sub dominio hominis, ad libitum illam alienantis: neq. ad emolumentum temporale comparandum data, neq. humana industria vendicanda; sed à Deo gratis concessa; igitur si vendatur iure naturali, ac diuino, inualidè vendetur; Consequentia manifesta est, atq. ex probatione antecedentis patebit, quod omnium causarum, materialis, formalis, finalis, atq; efficientis complexione firmatur, quarum defectu, quam diximus venditio est nulla. Itaq.

2 probatur antecedens quoad materiam, quia res spiritualis terreno minimè potest pretio compensari ad instar sapientiæ, quæ dicitur *Prouerb. 3. pretiosior est cunctis opibus*. Quamobrẽ merito columna fidei, ac petra fundamentalis Ecclesiæ *Petrus actor. 3.* Primogenito Diaboli Simoni mago, dixit *pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri*. i. quia voluisti, quod natura tua non est pretio estimabile, vtpotè superioris generis, superq. vires naturæ, ac libera Dei voluntate dandum, cum vili fæce pecuniæ comparare, ergo materia non est venditionis, quippeq. *pactio est mercis pro pretio ex l.1.ff. de contrab. empt.* Quocirca probè *Tharasius Constantinopolitanus Episcopus in quadã epist. ad Hadrianum Papam habetur cap. eos 1.q.1. Tolerabiliter est (ait) Macædonij, & eorum, qui circa ipsum sunt Sancti Spiritus impugnatorum hæresis impias; illi enim creaturam, & seruum Dei Patris, & Filij, Spiritum Sanctum detrahendo fatentur: isti verò (i. Simoniaci) eumdẽ Spiritum Sanctum efficiunt suum seruum: similiter, & qui emit Dominus eius volens esse, quod emerit, per pretium pecuniæ illud acquirit*. Hinc præterea sic arguo. Merx, quæ venditione in alterum transferri potest, sub dominio esse debet vendentis, vt ex modo allata venditionis definitione patet, & indicare videtur *Tharasius*, & quia quod quis non habet, alteri dare non potest, per se, atq. ex naturali iure, legumq. dispositione, cum saltem accedente traditione dominium rei venditæ transferatur in emptorem, *l. traditionibus 92. C. de pactis, iuncta simul l. nunquam 31. ff. de acquir. rer. domin.* Ergo per se loquendo res, quæ venditione alienatur sub dominio necesse est esse emptoris, atqui Prælatus Ecclesiæ spiritualium rerum non est Dominus, sed dispensator ex *1. ad Corinth.4. Sic nos existimẽt homo, vt ministros Christi, & dispensatores Mysteriorum Dei*, vt infra *lib.6. disput.4. cap.5. & 6. & disp.7. cap.2. à nu.9.* demonstrabimus.

3 Hinc inualidam hanc esse venditionem defectu formæ, nimirum consensus, colligitur, cum non possit aliquis validè in rei alienationem consentire, quæ sua, per se loquendo, non sit, vt à Doctoribus traditur, venditionis, atque emptionis contractum expendentibus. Confirmatur argumento *Angelici Doctoris citato art.6.* Nullus licitè potest retinere, quod contra voluntatem Domini acquisiuit; vt si quis dispensator de rebus Domini sui, contra eius voluntatem, atque ordinationem alicui daret, ea, qui perciperet, retinere non posset: atqui Dominus, cuius Prælati sunt dispensatores gratis danda spiritualia eis præcepit, per *Matth.10.* ergo qui ea hoc pacto comparauit, retinere non poterit.

4 Probatur deindè ex causa finali, quod huiusmodi spiritualia minimè mortalibus concessa sunt ad temporalia emolumenta, sed ad fructũ euangelicum, animarumq. salutem, vti patet ex *Matth.10.* vbi prius quàm auream expressisset sententiam Dominus, ac Magister noster Christus, *Gratis accepistis, gratis date, euntes (dixit). prædicate, dicentes, quia appropinquauit Regnum cælorum, infirmos curate, mortuos resuscitate, leprosos mundate, Dæmones eijcite: gratis accepistis, gratis date*. Ad hunc nempè solum finem nobis ea esse concessa demonstrans; ergo absolutum horum actuum nobis datũ non est dominiũ, vel vsus ad libitum, verũ dispensatio sola cõcessa ad spiritualem proximorum vtilitatem; ergo

dum

Digitized by Google

dum venditur, & inualidè venditur, & iniuria fit Deo: tùm quia vſurpatur eorum dominium: tùm quia impeditur finis, ad quem huiuſmodi rerum ſpiritualium datur facultas.

5 Ex his etiam vlterius ſequitur venditione, atq; emptione rerum ſpiritualium, eas inſinuari non eſſe diuinas, ac ſupernaturales ad ſalutē pertinentes, & conducentes æternam, ſed ad caducam, breuemq; huius vitæ vſuram, & commodum dumtaxat ſpectantes; quòd cætera, quę
6 venduntur, huius ſunt conditionis. Præterea daretur ad ſuſpicionem effingendam occaſio, qua non virtute diuina huiuſmodi ſupernaturalia fieri, opinarentur nonnulli, ſed Cacodemonis arte, totumq. ſaluationis negotium fictitiè tranſigi, atq; ad quæſtum comparandum ordinatum, vt probè proſequitur *Leſſius lib. 2. de iuſt. cap. 35. dub. 2. n. 15.*

7 Demùm hoc idem, ex cauſa efficiente, atque origine, vt cum *D. Thom. ad fin. art. 1. in corpore* loquar, probatur; quia donum ſpirituale talis eſt conditionis, vt humana non poſſit induſtria comparari; quarè nec pecunia, vel alio eſt temporali pretio æſtimabile, atq; à ſolo Deo dari poteſt, atq; ità de facto datum, quod per Dominicam ſententiā ſuprà relatam *Gratis accepiſtis, &c.* expreſſam fuiſſe tradit *laudatus D. Thomas*; igitur à primò ad vltimum ex omnibus quatuor cauſis compertum eſt, huiuſmodi rerū ſacratum venditionem, atq; emptionem iure etiam naturali eſſe nullā. Eò vel maximè, quod
8 in lege gratiæ nulla videntur eſſe præcepta poſitiua diuina, præterquam fidei, & ſacramentorum ex communi ſententia cum *D. Thoma 1. 2. q. 100. art. 2.* cum igitur, vt probè *Sotus*, ſimoniæ prohibitio ad Sacramenta non pertineat, fit, vt in Euangelio nonniſi tanquam res naturali præ-
9 cepto prohibita, ſit expreſſa. Hanc eandem varij explicant text. quorum nonnullis hic agā ex *cap. ſi quis neq; 1. q. 2. vbi habetur, vt qui in vita ſua non ſponte reliquerit*, dignitatem ſcilicet ſimoniacè acceptam, *in æternum peribit*. Quæro igitur ex qua radice, reſtitutionis hæc obligatio pullulat? non ex eccleſiaſtica prohibitione, tùm quia hæc per allatum textum non ſtatuitur, ſed ſupponitur potiùs, & per aliud ius canonicum hanc eſſe irritationis pœnam impoſitam negat *Soarius lib. 4. de ſimonia cap. 57. nu. 23.* tùm quia probabiliùs iudicat *idemmet Auctor num. 24.* in antiquioribus decretorum iuribus hanc irritationis pœnam non eſſe ſatis expreſſam; igitur ex iure naturali diuino reſtituendæ manat obligatio rei, ſeù dignitatis ſimoniacè comparatæ.

10 Reſpondere quis poſſet ex contraria ſententia ſcriptoribus, obligationem reſtituendi, & ſe abdicandi ea dignitate, ex indignitate promanare perſonæ; etenim non de qualicumq; in allegato textu eſt ſermo, ſed de perſona indigna, quippe quæ, ni ea ſe abdicaret dignitate in malo abſq; dubio eſſet ſtatu. Verum enim verò violentam hanc eſſe citati capitis interpretationē, exploratum habeo; quòd cum disiunctiua vtatur ſemper formula, qua vitioſos ab Epiſcopali dignitate reiicit; tandem ad rem noſtram ſub eadem addit, *vel ſordidis precibus oris, ſiue manuali ſeruitio, ſiue fraudulento munuſculo Epiſcopalem, ſcù ſacerdotalem, non lucro animarum, ſed inanis gloriæ auaritia fultus, dignitatē acceperit, & in vita ſua non ſponte reliquerit, &c.* Diſiun-
11 ctiuam verò clauſulam non copulatum facere ſenſum, hoc in loco, mihi eſt certū, nam dictio, *vel*, natura ſua, vt ait *Feſtus lib. 19.* colligatio eſt diſiunctiua, quæ quidem in altero ex duobus verificatur, *l. vbi autem, §. qui illud, de verborum obligat.* igitur ſi quis ſordidis precibus oris, &c. dignitatem aucupatus fuerit, tenebitur profe-
12 ctò ſe abdicare, quamuis ſecundum cætera probus eſſet. Particulam vero *vel*, pro & coniunctiuè, non me latet, nonnunquam accipi poſſe, vt Impropriè, vt notat *Abbas cap. qualiter, & quando il ſecōndo, num. 30.* neq; hic non dis. ungere dici poteſt per ea, quæ *Bart. affert l. ſupra iter. ff. de aqu. & aqu. pluuial. arcendis*: Cæterùm circa hanc particulam nonnulla tradidimus, *tom. 1. lib. 3. diſp. 1. cap. 2. num. 10. & 11.* Inſtabis eiſdem Auctoribus de ſimonia in ordine ſacro ſimoniacè accepto clarè citatum textum loqui. Reſpondeo non modo de ſacerdotio ſermonē habere, verum de Epiſcopali dignitate, quæ etiam electione, per ius ad rem, vt ſuo loco dicemus, acquiritur.

13 Demùm probatur aſſertio ex *cap. ſi quis datur 1. q. 3.* vbi de beneficio *Gregor. Papa* ſimoniacè ſuſcepto, agens: *Rationis ergo* (ait) *vigore cogitur, quod iniuſtè receperit, reſtituere, & quidquid turpis lucri gratia receperat non tenere*; cuius textus euidentia, licet tanta ſit, vt candidi lectoris primum etiam intuitum perſtringat, omnemq; dubij rationem expungat, ad coniectum ſimoniacum iure naturæ nullum aſſerendum Aduerſarios tamen nō conuincit, qui quidem primum reſpondent, eodem teneri modo ſimoniacum ad reſtitutionem, ac ſuper in eodem textu dicitur perpetua mulctandus damnatione. Verum bona tantorum virorum venia, nobis ipſi miniſtrant arma; ſiquidem non ex iure humano tantum, ſed naturali diuino, cōtra quod quis peccat ob ſimoniacam acceptionem rei ſacræ, perpetua damnandus eſt pœna; etenim *ſi per Soarium*, vt probè quidem *lib. 4. cap. 9. num. 28.* contra dictamen ſanè fuiſſet naturæ, venditio ſacerdotij naturalis ordinis, quæ etiam dignitas fuiſſet in puta natura, conſiderata, vt relata paritèr ad Deum eius Auctorem; quantò magis ſacerdotij venditio nunc, incluſo fidei, & gratiæ ordine, quippe quæ ſpecialiori nomine non ideò eſt mala, quia prohibita, ſed quia mala eſt, & contra naturam rationalem, eiuſq. dictamen, idcircò prohibita, vt *idemmet Auctor* doctè *ibid.* aſſerit: igitur ex ſe meretur pœnam perpetuæ damnationis, etiam ſecluſo iure eccleſiaſtico; Hinc ſequutus *D. Thomam 1. 2. q. 96. art. 5. Nauarr. ſumm cap. 23. num. 118. verſic. ſecundo.* optimè ait, non poſſe Papam efficere, quod actus, qui eſt iure naturali diuino ſimoniacus abſque adminiculo iuris humani, deſinat eſſe ſimoniacus; ergo eodem iure, quem indicauimus ſupra ex *cap. ſi quis* contractus non tenet, erit q; nullus, rationis igitur vigore, non eſt lata lex poſitiua ab Eccleſia, ſimoniacum cogens ad reſtitutionem, iniquè ſuſcepti;

Digitized by Google

scepti; cùm hoc non habeat textus, sed rationis vigore cogitur quisquis restituere, quod iniustè accepit, quæ naturalis obligatio per dictum textum exprimitur. Præterea tametsi Aduersarijs illam concedamus interpretationem, mihi sanè dabunt illi, rationis vi sancitam esse legem positiuam, qua cogitur simoniacus restituere, quæ iniustè cœperit, hæc enim est interpretatio; ex qua sic arguo; igitur lex ecclesiastica pecuniam iubet iniustè acceptam restituere: ergò vt materiam, supponit ipsam iniustam acceptionem: ergò antea erat iniusta; non per eandem legem, ad quam materia illa præsupponitur, igitur ex se, & sua natura; Plures missos facio text. clarè hoc idem indicantes, & qui expressiores optat; legat *cap. quis studet, 1. q. 1. & cap. quam pio, eodem q. 2.*

14 Hinc tertia sit assertio. Ecclesiasticum beneficium formaliter consideratum, quatenus ius est fructuum, competens per sacrum officium, iure diuino est inuendibile; quo sensu communiori subscribo Theologorum sententiæ, beneficia diuino iure inuendibilia esse dicenti, sic *Caietan. tom. 2. tract. 9 q. 1. Victor. de simonia, nu. 42. Sotus lib. 9. de iust. q. 7. art. 1. & ex Recentioribus Leonardus Lessius lib. 2. de iust. & iure, cap. 35. dub. 2. num. 18.* Ratio autem est, quod ius ad fructus ex sacro ministerio, vel officio pullulat, in quo radicitus fundatur, vt autem sacrum officium venditioni obnoxium esse non potest, ità neq; etiam, & ius ipsum ad fructum ab eo ducens ortum; Nec, Me iudice, *Nauarr.* contrarium intendit; imò hoc ipsum optimo firmat syllogismo, hunc in modum constructo. Omne spirituale a nobis prima declaratum assertione est inuendibile iure naturali diuino; imò, & ecclesiæ per potestatem ei diuinitus concessam, vti benè probat *Caietanus laudatus*: at qui omne beneficium, vt sic formaliter sumptum est ius spirituale, vt tradunt communiter tùm *D. Thomas 2. 2. q. 100. art. 4.* tùm *Canonistæ* passim; omne igitur beneficium ecclesiasticum est inuendibile.

15 Quarta conclusio. Ecclesiasticum beneficium materialiter sumptum non quatenus est ius in re spirituali fundatum, ab eaq; ortum habens, à Papa vendi, vel alienari pecunia potest. Declaratur, nam beneficium Ecclesiasticum, siue consideratum in se, atq. in ordine ad fructus, non autem subiectiuè per ordinem ad subiectum, in quo fundatur, neq; tanquam effectus, siue proprietas per ordinem ad essentiam, vel causam, ex qua manat, etenim hoc ius explicari penès hanc assertionem potest, vt relatio, vt potentia, vt accidens, vt proprietas, & vt effectus: si vt relatio expendenda est in ordine ad terminum; id est ad fructus expressè, non considerato explicitè eius fundamento; si vt facultas, seù potentia, per ordinem ad actionem percipiendi fructus, tanquam ad terminum acquisitionis, si vt accidens paritèr formalissimè sumptum considerandum est, non inuoluto expressè subiecto: sic etiam si tanquam proprietas, quæ sumenda est, non perpensa essentia, vndè manat: Demum si vt effectus intelligitur in se sumendus, non veluti à tali causa productus. Hoc autem pacto metaphysicè etiam abstractiuè declaratæ, huic sententiæ videtur fauere *Adrianus quodlibet. 9. ad 5. principali pro ea beneficia ratione iuris fructuum posse vendi, si Papa intendat vendere ius fructuum, non mediante aliquo officio spirituali: secus autem si mediante tali officio.* Accedit Canonistarum consensus Auctore *Nauarro citato, & Lessio cap. 35. dub. 2. num. 18. quidquid in cap. de simonia, & cap. extirpandæ, de præbend. nu. 83.* Abbas distinguens inter curata, & simplicia beneficia in contrarium dixisse videatur; ratio autem est, quòd sicut Papa beneficia potest extinguere, alijs vnire, diuidere, reditus augere, minuere, & per *cap. ex parte de constit. cap. maioribus. & cap. extirpandæ in princip. §. qui vero de præbend. cap. sicut vnire, de excess. Prælat.* & per horum expositores, potest etiam partem reditum beneficiorum vacantium, & non vacantium, applicare de consensu beneficiatorum *Auctore Nauarr. cit.* imò absq; eo, ex iusta causa ad bellum pium peragendum, vel quidpiam aliud ad maiorem Dei Opt. Max. gloriam cedens; ità pari pacto vendere, aliaq; ratione, q temporale in beneficijs ecclesiasticis est, alienare. Confirmatur, quia hoc eodem pacto calix, vestis, & vasa consecrata poterunt vendi; ergò à pari, sicut enim beneficio Ecclesiastico sunt annexa iura clericalia, ità calici aurum, argentū vasi, sericum vesti sacræ; igitur sicut Papa, nec quidem mutata forma potest hæc, hisq. similia vendere, ità, & beneficia; Siquidem illa connexio inter ius ad fructus, & officium clericale tanta non est, vt sicut varijs immutari potest modis per Papam, non valeat etiam tolli: nam esto. *Qui altari inseruit, de altari participare debet, ex Apost. 1. ad Corinth. 9.* petatq. aliquod ius ad temporale, ex quo viuat, vel aliquod officiū ecclesiasticum, ex cuius administratione, ad alimenta sibi deriuet necessaria; verum ius ad tales fructus, necessariò minimè petit, hoc fundamentum, talis nimirum officij, quod alio titulo posset, alia cum re connecti, & alteri deberi, igitur ex iusta causa poterit vendere Papa reditus mille aureorum Episcopatus, integros habentes reditus decem millium, quin vllam faciat separationem, vt notat *Nauarr. laudatus.*

16 Consultò dixi saltem à Papa id fieri posse, quia quamuis, quod probè indicauit *Lessius n. 9.* Stando iuri diuino naturali, huiusmodi temporalis alienatio, vel venditio valida esset, etiam ab Episcopis habita, cum eadem de omnibus fit ratio, at meritò cautum est iure canonico, soliqueque Pontifici reseruatum, vti patet ex *tit. vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferuntur.*

17 Omnibus igitur alijs Papa inferioribus hæc denegatur facultas, qui quidem si resignant titulum, simul etiam resignare tenentur fructus, & hoc ipso ius ad eos titulo annexos suscipere
18 censeatur quicumq. titulum accepit. Hinc fit è contra exigentem aliquid temporale pro iure fructuum, censeri pro officio exegisse, quòd ius fructuum in alterum transferre non poterat, nisi medio titulo; quamobrem de illo præsumetur
19 simoniacè peccasse, in ius Diuinum. Et vendens

abso-

Digitized by Google

abſolutè beneficium, vel quidpiam ex re ſpirituali, ac pecuniaria conſtans, cenſetur vendere vtrumq; iuxtà *cap. ſi quis obiecerit 1. q. 3.* idquè verum eſſe notauit *Naurr. citatus §. noto quod quamuis*, ſecundum præſumptionem, & illuſtrabimus *ſeq. cap. n. 13.*

20 Quinta concluſio. Si beneficium, non quoad ſpirituale, ſed quoad temporale vendatur modo ſuperiori aſſertione, nu. 15. declarato, non eſt ſimonia iuris diuini, ſed eccleſiaſtici. Prætèr q; ſi Auctores primæ ſententiæ aliud nollent, duces mihi profectò eſſent, vt ſunt *Theologi ferè omnes, & Canoniſtæ in cap. quæſitum, & cap. cum olim. de rerum permutatione*, qui aliquam docèt inuectam eſſe ſimoniam ſolo eccleſiaſtico iure. Probatur, quòd omnium calculis hæc venditio beneficiorum, ſimoniaca eſſe dicitur; id enim quamplures allati Doctores expreſsè tradunt, idq; canones ſignificant in prima aſſertione adducti, atqui non eſt ſimoniaca ex iure diuino, ſi aliud emere, aut vendere non intendatur, quam illud temporale, ius videlicet ad fructus, igitur ſimoniaca erit ex iure humano. Potuit enim ſua lege eccleſia præſtare, vt quod natura ſua ob partem temporalem obnoxium erat venditioni, eius expers ſit, neq; vendibile ob partem ſpiritualem, temporali annexam, ex reuerentia nimirum, quæ illi debetur ex ſe, etiam ſi aliam, præter quàm habet, eidem parti ſpirituali non adiungat ſanctitatem, ſeù conſecrationem: ſic ſacrum locum reddit immunem, vt ex eo reum per vim abſtrahens Iudex ſæcularis, non modo peccet contra obedientiam materialitèr, ac generalitèr, ſed propriè contra virtutem religionis, loci q. ſanctitatem; quæ ſpecifica ratio materiæ, eſt ab Eccleſiaſtica lege: reddidit etiam immunem ſacris initiatum, quem ſi ad propriũ tribunal Iudex traheret ſecularis, in religionem delinqueret: hoc igitur modo, & beneficium penès partem temporalem iure naturæ vendibile, & à venditione reddidit immunem, ità vt illud, qui vendet in religionem peccet. Quomodo autem Papa poſſit eſſe ſimoniacus *num. 31. & 32.* ſequentis capitis dicemus. Qua verò ratione diſpenſare ſecum, & cum aliis in lege hæc à nu. 35. diſputandum.

CAPVT QVINTVM.

Inferuntur ex vera ſententia nonnulla ad praxim.

SVMMA.

Simoniæ mentali intrinſeca eſt malitia, non ſecus ac mendacio, atq; adulterio, n. 1.

Simonia formaliſſimè ſumpta nullo pacto eſt licita: materialitèr autem acceptam concedere, dedeceret diuinam ſapientiam, & maieſtatẽ n. 2. & 3.

Quomodo ad redimendam vexationẽ pro Sacramentorum vſu poſſit pecunia dari, nu. 4. remiſſiuè.

Ex ſimonia contra ius naturale diuinum oritur obligatio reſtituendi, nec non reſtitutio fructuũ, n. 5. & 6.

Quomodo Præſulatus alienatio per pecuniam ſit contra naturale ius diuinum, & quomodo cõtra ius eccleſiaſticum, n. 7.

Promiſſione ſuffragij ad Epiſcopatus electionem non incurritur ſimonia, n. 8.

Nullus tenetur promiſſione, cũ peccato executioni mandanda, n. 9.

Conuentio cum Familiari Pontificis, conſentiendi in penſionem à Papa ſuper Epiſcopatum, Familiaris ope impetratum, imponendam, realis ſimoniaca eſt, n. 10.

Si quis ex pacto Neapoli amicum Romæ degentem de vacanti moneret, licet hic nactus illam Cathedralem grati animi, ergo ſuper eam procuraret penſionem, amico, à quo certior factus eſt, dandam, ſimoniam non committeret, num. 11.

Res permanentes ſacræ ſimoniacè acquiſitæ inualidè, & cum onere habentur reſtitutionis, nu. 12.

Ius Patronatus, vt quid ſpirituale inuendibile eſt omni iure, & contractus talis nullus, & reſtitutioni obnoxius eſt, n. 13.

Imò vt de cæteris beneficijs de eo, quoad hoc ſentiendum, ibid.

Ex venditione, ſeù emptione penſionis ſaltem clericalis ni auctoritate ſiat Papæ, ſimonia committitur, n. 14.

Simonia in penſione, vel iure patronato excommunicationem non inducit, n. 15.

Valida eſt officiorum venditio, n. 16.

Nonnunquam ſimonia intercedit iure ſaltem eccleſiaſtico, licet non commiſſa ab eligendo, vel electo ad beneficium, n. 17.

Sciens ſimoniam commiſiti, nec verè diſſentiens, promotus cenſetur eam commiſiſſe, n. 18.

Sciens, atq. expreſsè contradicens, nè pecunia intercedat, quando electus, non erit ſimoniacus, nu. 19.

Et ſi electoris, aut alterius negotium gerentis ſimoniæ repugnet, ni præſtet id efficaciter electus, eius particeps erit, inualidaq; erit collatio, nu. 20.

Si merè ignoranter ſe habeat electus circa ſimoniam ab alio commiſſam, probabilius eſt iure ecclesiaſtico eius electionem non eſſe irritam, ſed irritandam, n. 21.

Licet iure naturæ non teneretur renunciare, vel ſe abdicare beneficio, neq. fructus reſtituere ignorans ſimoniam in eo commiſſam; tenetur tamẽ iure eccleſiaſtico, vbi ſciuerit etiam non expectata ſententia, n. 22.

Dummodò pecunia electi ignorantis non eſſet in odium, & damnum data, n. 23.

In ignorantem ſimoniam commiſſam, & bona fide beneficium poſſidentem, per triennium actio non poteſt admitti, neq. lis, n. 24.

Ignorans ſimoniam à tertio commiſſam in eum ſi acerbis verbis ob dubium, ſuſpicionem, vel ad cautelam ſerio egerit, neque cenſendus

Digitized by Google

dus simoniacus, teque eius electio irrita, nu. 25.

Qui expers est simoniæ ab alio commissæ, etiam si in eam verbis serijs egisset, si tamen antequã beneficium obtineat, pecuniam ab eo solutam compenset, simoniam contrahet, redditque nullam electionem, per retrotractionem, nu. 26.

Post obtemptum autem beneficium, Expers alienæ simoniæ si pecuniam restituat à tertia persona simoniacè solutam, ex liberalitate, vel alio bono motiuo non videtur esse simonia, secus si eam soluat, quasi fructum simoniacum approbans, nu. 27.

Papa simoniacus non potest censuras subire latas in simoniacos nu. 28.

Censuras in simoniacos statutas nõ contrahet quis cum Pontifice simoniacè agens, n. 29.

Non incurrent excõmunicationem latam ab Episcopo contra lusores aleæ ludentes cum ipsomet Episcopo, n. 30.

Incurrere simoniam iure diuino naturali prohibitam potest Summus Pontifex, imò grauiorem pro ratione maioris dignitatis, n. 31.

Potest etiam Papa peccatò se inficere simoniæ solo iure ecclesiastico prohibita, nu. 32.

Summus Princeps ad suas reliquasq; leges humanas seruandas ex iure naturæ directiuè tenetur, nu. 33.

Non potest directè Summus Princeps in iure naturæ dispensare, ex quo tenetur se conformare Reipublicæ, suisq. membris, n. 34.

Non potest ex affectu obedientiæ se adaptare Princeps propriis, vel humani iuris legibus, neq; ex contrario affectu in illas peccare, sed peccabit pro ratione materiæ legis humanæ præcipientis ibid. & n. 35.

Potest nonnunquam Princeps penitiores ferre leges subditos solos obligantes, n. 36.

EX his, quæ superioribus capitibus cõplexi sumus sequitur primo, simoniã absolutè sumptam intrinsecum ex se sapere malum, non secus, ac mendacium, vel adulterium, sic *Lessius dub. 2. nu. 16.*

2 Vtrum autem de absoluta Dei potentia concedi tanquam licita possit simonia, est disceptatio inter Doctores, quàm tum ex instituto non habeam decidendam, illud solum non prætermittibo, formalissimè loquendo repugnantiam inuoluere, simoniam asserere licitam, idest rem spiritualem pretio æstimari, quasi pluris illa non valeret, quàm obiecta pecunia, inuolueret enim vel contrarium iudicium, vel malitiam intrinsecam, cùm spiritualis, vel sactæ rei natura superioris sanè sit ordinis, indigna sanè pretio tẽporali æstimari, quin intendat falsum iudicium,
3 vel peruersos affectus. Et quamuis omnipotentiæ Dei summi omnium Domini, concedere nõ repugnaret, vt ex nonnullis supernaturalibus aptis ad commodum temporale inducendum, caperetur lucrum, ex dono conferendæ sanitatis v.g. Verum repugnare videretur sapientiæ eiusdem, ac maiestati, quã dedeceret huiusmodi supernaturales gratias ad lucra concedere: sic Theologi melioris notæ, neq. inuoluere repugnantiam vnionem docent hypostaticam, sactam ad naturã irrationalem, spectata Dei omnipotentia; inuoluere tamen si eam cum decore, maiestate, atq. infinita Dei sapientia, pro captu saltem nostro, componamus.

4 Qua autem ratione sub alio motiuo redimẽdæ præsertim vexationis possit pro Sacramentis, rebusq. spiritualibus pecunia dari, legat, qui cupit *Lessium dub. 7.* & nos nonnihil cap. vltimo huius disputationis à nu. 47. ac deinceps dicemus.

5 Sequitur secundo, simoniacum contractum non modo iure ecclesiastico semper esse prohibitum, sed ex eo; quod iure naturali etiam sit vetitus, oriri obligationem restituendi, nullo ẽt intercedente iure ecclesiastico.

6 Sequitur tertiò. Beneficia ecclesiastica tùm iure naturali diuino esse inuendibilia, & simoniacè acquisita, inualidè acquiri, nec tuta conscientia retineri, vrgente in ea obligatione illa dimittendi, & restituendi fructus, etiam ante iudicis sententiam, vt constat ex *num. 11. & 12. superior. cap.* & præter ibi dicta vnicè perstringit verbo *D. Thomas mox laudandus, hoc quod aliquis priuetur eo, quod accepit, nõ solum est pœna peccati, sed etiam quandoq; est effectus acquisitionis iniustæ*, tùm etiam vt modo indicaui, & cap. 3. prosequutus sum iure ecclesiastico inuẽdibile est beneficium. Itaq. qui simoniacè sibi beneficium etiam Episcopale, comparauit, ad se illo abdicandum tenetur vnà cũ fructibus perceptis, vel sua culpa non perceptis, sponte, atq. in conscientia, ante omnem condemnationem, deductis expẽsis, in vtilitatem Ecclesiæ, beneficij, aut in colligendis fructibus factis, iuxtà generales restitutionis regulas, vt probè *D. Thomas 2.2. quæst. 100. art. 6. ad 3. Cassad. decis. 6. de præbend. Nauarr. consil. 9. de simonia, Soar. lib. 4. c. 57. n. 25. & 26.*

6 Infertur quartò. Episcopatum considerari posse, ptimum adequatè sumptum, quatenus cõprehendit potestatem, dignitatem, spirituale ius ad fructus, & quidquid reliqui habet: secundò inadequatè penès spiritualia tantum: tertiò secundum ius temporale himirum, & spirituale simul ad fructus, fundatum in spirituali officio, potestate, ac dignitate: quartò secundũ ius præcisè sumptum ad fructus, vt sic, minimè exprimens clarè aliquid spirituale. Tribus primis modis Episcopatum alienare pecuniã contra ius est naturale diuinum, nec non ecclesiasticum etiam: quartò contra ius tantum ecclesiasticum.

8 Infertur quintò. Eligentem in Episcopum aliquem, cui proprium promiserat suffragium, qua promissione videbatur obligatus, simoniacum non esse, quòd illa electione, promissione, siuè collatione nullum legale, sed antedotale debitum remittitur, quippe quòd vinum non habet pretij, vt clarè *S. Thomas 2.2. quæst. 78. art. 2. ad 2. Nauarr. summa cap. 23. num. 106. ad quartum.*

9 Obijcies ergò si quis alteri suffragium promitteret ad electionem, promotionem, vel nominationem ad Episcopatum, quæ quidem promissio acceptaretur ab eligendo, vel absolutè, vel sub onerosa conditione, simoniacè illum

elige-

Digitized by Google

eligeret, quòd acceptata promiſſio, præſertim ſub conditione oneroſa obligationem parit iuſtitiæ, vt probabilis habet opinio, cum tunc rationem ſeruet pacti, vt probè *Bart. in l. iuriſgentium, §. igitur, ff. de pact. Abb. cap. 1. de pactis, n. 4. Molina tom. 2 de iuſtitia, tract. 2. diſput. 252. §. pactum, ſeu pactio, & erudite Sanch. lib. 1. de matr. diſput. 5. à num. 20. ac alij.* Atqui liberari obligatione iuſtitiæ eſt pretio æſtimabile, ſicuti etiam eſt conditio oneroſa, quam ſubijt eligendus, vt eligeretur; igitur temporale acciperetur eo tũc quod daretur principaliter pro ſpirituali, fauet *D. Thom. laudatus*, qui vſuram ait eſſe collationẽ beneficij ex iuſtitia debiti, ob mutuum; ſic à pari hic fauet etiam *Innocent. de ætat. & qualitate.* Reſpondeo vel is, qui promiſit, licitè poteſt promiſſis eligendo ſtare, vel non; ſi licitè: ergò ex iuſtitia non tenetur id præſtare, quòd promiſit, & conſequenter intentum habemus: ſi illicitè, ergo ex iuſtitia non tenetur id præſtare, quòd promiſit, & conſequenter eadem eſt ratio, ac de ſimplici promiſſione antedorali; etenim regula generalis eſt, nullum ex promiſſione etiam iurata teneri, quam executioni mandare abſque culpa minimè poteſt *ex cap. quamuis pactum, de pactis in 6. & cap. cùm contingat, de iure iurando, & docent Abbas ibi num. 7. Molina tom. 1. de iuſt. diſput. 149. col. 3. verſic. his exemplis, ac de inceps, & tom. 2. diſput. 171. col. 5. verſ. hoc tamen loco, Saarius tom. 2. de relig. tract. de iuram. lib. 2. cap. 22. num. 3. Sanchez lib. 1. de matrim. diſp. 32. num. 1. & 15. & in ſumma lib. 3. cap. 11. n. 19.*

10 Infertur ſextò; Si quis cum Papæ Familiari conueniret, vt Epiſcopatum modo vacantem ſibi impetraret, vtiq. certæ penſioni à Papa ſuper ſuum Epiſcopatum imponendę hac de cauſa conſentienti, atq. impetratum Epiſcopatum acceptaret, in penſionemq. à Papa impoſitam pro familiari conſentiret, quin Papæ mentio cõuentionis anteà habitę fieret, ſimoniam realem committeret: ſic *Nauarr. cit. verſ. ad ſeptimum de omni beneficio ſcribens.* Ratio eſt, quia illa conuentio fuit ſimoniaca ab vtraque parte, & abſque vlla Papæ notitia exequutioni mandata.

11 Infertur ſeptimò; inter eos ſimoniam nõ cadere, qui conuenere, vt quis è Regno Neapolitano, vel Hiſpanijs, alterum Romæ degentem certiorem faceret de vacante Cathedrali, ob mortem Paſtoris, & commonitus impetraret. Admonitum Præſulatum Eccleſiæ vacantis abſq. alia ciuili obligatione, ab antedorali diſtincta, quæ naturæ ipſi inſita eſt, vt nobis benefacienti benefaciamus, *l. ſi non ſortem, §. libertas, adiuncta gloſſa ſingulari ff. de condit. indit.* poſteà verò is, cui Epiſcopatus collatus eſt liberè conſenſit penſioni pro amico illo benefactori. Huius corollarij ratio eſt, quòd expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, non inducit ſimoniam: fauet clarè *Felin. in cap. ad audientiam, de reſcript. & Nauarr. laudatus verſ. ad 8.*

12 Infertur octauò, contra nonnullos Recentiores, res ſacras permanentes ſimoniacè acquiſitas validè non acquiri, & ſimoniacum teneri ad reſtitutionem, vel ad eas dimittendas, atq. à ſe abdicandas: ſic ſi quis globulos emat, ſeù grana benedicta, quatenus benedicta, augendo videlicet pretium, ob indulgentiam, quam habent, ſiuè calicem conſecratum, & ſimilia; hæc enim nõ turpitèr modo, verum etiam inualidè acquiruntur, ſic ſenſere antiqui Doctores, *D. Thomas quæſt. 100 paſſim, Henricus, Gandauenſis quodl. 6. quæſt. 26. Adrianus quodlib. 9. art. 3. Armacus lib. 10, art. 1. Nauarr. ſumma cap. 23. num. 99. & ex Recentioribus Leſſius lib. 2. de iuſtitia, cap. 35. dub. 2. num. 14. communem hanc eſſe ſententiam docens.*

13 Infertur nono, ius patronatus ſi vendatur, in quantum eſt quid ſpirituale præſentandos ad clericos ordinatum, atque ad eccleſiaſtica beneficia, & vaſa ſacra, non eſſe obnoxium venditioni, ità expreſsè *D. Thomas 2. 2. quæſt. 100. cit. art. 4. in corpore ad finem. Subſcribunt ferè omnes Canoniſtæ apud Nauarrum num. 106. §. ſeptimo.*

Scio non deeſſe Auctorem abſolutè contrarium non modo ſcribentem, verum etiam communi eſſe Doctorum ſententia firmatum aſſerẽtem, neq. iure naturali, neq. canonico irritam talem venditionem agnoſcentem. Cæterum & iure naturali minimè ius patronatus eſſe vendibile ratio probat, deſumpta ex *aſſert. 2. ſuperioris cap. cui citatus D. Thom. & Nauarr ſpecialiter de iure patronatus ſermonem habentes, ſubſcribunt*: nec non *Soarius lib. 4. de ſimon. cap. 28. num. 7.* etiam ſi alibi aliter ſentiat, & de iure eccleſiaſtico deriuari pariter pót per varios text. tùm aſſertione vnica cap. 3. comprehenſos, tùm per alios, quos breuitatis cauſa miſſos facio, eo ſolum contentus, quem contrarij, ſi perpendiſſent, forſitan in oppoſitam non abiiſſent ſententiam *cap. de iure verò, tit. de iure patronatus*, ibi, *mandamus quatenus ſi. R. illud comparauit (cũ inconueniens ſit vendi ius patronatus) quòd eſt ſpirituale contractum illum irritum eſſe decernas*, vbi gloſſa verbo *irritum*, addit, *ipſo iure*, vti ſentit etiam *Abbas ibid.* quia ſpirituali annexum vẽdi minimè poteſt, nec redimi, *ff. de ſimonia, quæ vela, ff. de contrah. empt. Hanc legem, quia non recipit æſtimationem, ff. de re div. ſacra loca in fine, & in cap. modo citat. de iure verò.* Videri præterea poteſt *Abbas*, qui etiam notat ſimoniam in iuris patronatus emptione commiſſa, ipſo iure contractum impedire, rectèq. tradit rationem, cur ius patronatus tranſire quidem cum vniuerſitate vendita poſſit, vt in *cap. cum ſæculum, de iure patronatus*, non tamen vendi, & ex *cap. veniens, il primo, de teſt. & atteſtat. nu. 1.* probat ſimoniam committi per præſentationem alicuius factam, ob aliquod temporale pretio dignũ, ad ius patronatus, quam etiam doctrinam amplectitur *Felin. in eodem cap. n. 2. & alibi.* Addo tùm iure naturæ, tùm diuino eſſe inuendibile ius patronatus, etiam vt annexum ſpirituali, quemadmodum *ſuperiori cap. num. 14.* demonſtratum eſt, quod vt ſic ſpirituale aliquid inuoluit, à quo tanquam à præcipuo denominationẽ ſumit, vt mox dicam; vt purè autem temporale ſi ſumatur, iure etiam canonico videtur inuendibile, vt nos *ibid. nu. 15.* diſſerentes de beneficijs, & probè notat *Abbas in cap. de iure verò, de iure patronatus ad finem nu. 1. & princip. nu. 2.*

ſicut

Digitized by Google

ſicut ſimonia committitur in merè ſpirituali, ità in annexo realitèr, tametſi mente ſeparetur ex *cap. quæſitum, de rerum permutat. & cap. præterea, de tranſact.* quia nimirum quod eſt mixtum ex diuerſis naturis, aſſumit ſibi à potentiori, ac digniori vim; ſic *Abbas*. An autem incurratur per hanc ſimoniam cenſura, *num.* 15. aperiet. Addo me non percipere Soarium, qui cũ *lib* 4. *de ſimon. cap.* 28. ius patronatus ſpirituale, quid eſſe dixerit, ac materiam ſimoniæ, ex natura rei, atq. ex iure diuino naturali *num.* 5. 6. & 7. & ex ſe inuendibile, i. non valens vendi, & ſi vendatur, inualidè vendatur, vt patet, idemq. doceat; *num.* 10. poſtmodum *lib.* 4. *cap.* 57. *nu.* 13. aſſerit venditionem, atq. emptionem iuris patronatus ex natura rei eſſe validam.

14 Infertur nonò, ſimoniam committi ſiuè in venditione, ſiuè in emptione penſionis, ſaltem clericalis, vt probauit *Nauarr. in comm. cap. fin. de ſimonia*, de omnibus; Ego verò de clericalibus ſaltem iudico certum; quòd huiuſmodi pẽſio ius ſit non temporale, ſed ſpirituale, vel ſpirituali annexum, non antecedentèr, vt ius patronatus, ſed dependentèr, ſeù conſequentèr, inſtar beneficij, & ordinata ad aliquod ſacrum, vt mox dicam: Quamobrem minori, quam ius Patronatus, ratione vendi, vel emi poteſt; & quamuis remitti gratis poſſit, non tamen redimi, anticipata ſolutione, ſine Pontificis auctoritate, *poſt motum ſaltem proprium Pij V.* infrà inſerendum, cuius inſtitutione facta, atq. impoſito onere recitandi officij Beatæ Virginis, eſt irredimibilis, vt etiam concedit *Soarius lib.* 4. *ſimoniæ cap.* 28. *num.* 11. neq; negari poſſe è ſtylo Curiæ Romanæ, tradit *Nauarr. conſ.* 63. qui quidem ſtylus, vel Eccleſiæ declarat prohibitionẽ, vel inſitam rei malitiã, habetq; obligandi vim, vt probè *idem Auctor per cap. ex literis, de conſtit. aliosq. textus, qui videndus tùm ibi, tùm conſilio* 12. *de præb. tùm in Manuali cap.* 23. *nu.* 3. Et quamuis naturali ſtando nos iuri, nonnullis Recentioribus manum daremus, aſſerentes iure naturali; quaſcumq. penſiones eſſe vendibiles, de quibus mox nonnihil dicemus; certè *iure nouo per motum proprium Pij V. de quo orſus erã dicere, incipiente ex primo, & eſt* 138. *edituſque anno* 1571. pẽſiones ſaltem clericales eſſe prorſus inuendibiles, certum eſt, & expreſsè ſcribitur à *Soario lib.* 4. *de ſimonia cap.* 26. *num.* 8. cum miniſterium poſtulent ſpirituale, vti modo dicebam, precum ad Beatam Deiparam, qua poſtea Eccleſiæ inſtitutione, ſimoniam in hiſce penſionibus admitti etiam poſſe contra diuinum, ius exploratum eſt, quod penſio ea ſuppoſita, natura ſua ſit inuendibilis, vt probè idem *Soar. cit. ad fin. n.* 8.

15 Illud autem non inficior cum *Nauar. cit. præſertim in ſumma cap.* 23. *num.* 110. *verſ. ſexto dico* aſſertam ſimoniam tùm in iure patronatus, tùm in penſione commiſſam excommunicationem non inducere ipſo facto, neq; ſuſpenſionem; & quoad ius antiquum, optimè probat *Soar. lib.* 4. *de ſimonia cap.* 55. *num.* 2. & 3. quoad ius autem nouum; nec etiam, vt *idemmet num.* 5. *ſic etiam Angelus verb. ſimonia* 16. *nu.* 9. *Sylueſt. quæſt.* 19. *Cuiet. in ſumma ver. excomm. cap.* 72. *& alij apud Sanchez opuſculorum lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 107. *num.* 4. & 5. qui probè, & abſolutè id ſentit de penſione, ac de vendente ius patronatum ex vi *extrauag.* 2. *& dub.* 82. *num.* 8. hoc idem confirmat, & licet hic ipſe vendens ius patronatus videatur ſubeſſe excommunicationis, & interdicti pœnis per *Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reform.* illas tamen pœnas ſentit Sanchez eſſe ferendas, nõ latas. Quomodo autem excommunicentur ſimoniaci ob ingreſſum Religionis habes apud eumdem *Sanchez ibid. dub.* 108. *num.* 50. & quidem patet ex vi *extrauag.* 2. *de ſimonia*, quæ hanc pœnam ſolum ſtatuit contra ſimoniacum in ordine, ſeù beneficio, quorum ſi ſtrictè ſumatur, neutrum eſt penſio, vel ius patronatus. Quamobrem cum in odioſis verſemur, ad ea ſolum reſtringenda eſt cenſura, quæ ordinis, vel beneficij ſtrictè ſumpti participant rationem. De pœnis autem ſancitis in ſimoniacè, vel eligentes, vel electos *lib.* 6. *diſput.* 14. *cap.* 1. dicendum eſt.

16 Infertur decimò, validam eſſe venditionem officiorum, tùm quia in his ſimonia non repetitur iuris diuini, cum ſint temporalia, vt OEconomi, Vicedomini, Aduocati, Sacriſtæ, Caſtaldi, atq. ordinata cætera officia ad temporalium adminiſtrationem, non habentem ex ſe ſanctitatem imbibitam: tùm quia licet eccleſiaſtico iure prohibeantur vendi, non tamen verbis irritationem indicantibus, vt videre eſt in *cap. Saluator* 1. *q.* 3. *cap. ex multis eod. cap. conſulere, de ſimnnia*. Neq. *extrauag. ſup. citata*, horum irritatur venditio, quæ ea tantum comprehendit officia, quæ aliquo pacto beneficia ſunt, ad ſpiritualem adminiſtrationem ordinata, ſecus alia. Num autem huiuſmodi officia expediat vendere infra *lib.* 6. *diſp.* 13. *cap. vlt.* dicemus

17 Infertur vndecimò, nonnunquam ſimoniam contrahi, atq. electionem ſaltem iure eccleſiaſtico ad beneficium eſſe nullam, etiam ſi electus ſimoniacus non ſit; qui quadruplicitèr poterit ad id ſe habere: primùm ſcientèr repugnando: ſecundùm ſcientèr non repugnando: tertiùm ignorantèr ſine renitentia: quartùm ignorantèr cum repugnantia, vt ſi ad cautelam in genere cuicumque ſimoniaco, expreſſis ſe oppoſuerit
18 verbis, quę in hoc negotio intercederè poſſent. Et quidem ſi ipſo ſciente Promoto, vel Promouendo, nec diſſentiente, & ſi poſitiuè non conſentiente, ſimoniam alter quiſpiam commiſerit, cenſebitur hæc paritèr à non diſſentiente ipſo Promoto, vel Promouendo commiſſa, quia ſciens tenebatur reſiſtere, quamobrẽ conſentire videtur, vt indicat *glo. cap. ſicut, ſecundo, de ſimon. verbo præbere, ac deducitur ex reg.* 46. *in* 6. *Qui tacet, conſentire videtur*, quam nos *tom.* 1. *lib.* 2. *diſput.* 5 *cap.* 7. *num.* 5. & 6. expendimus, & quamuis ei videatur, vt huic etiam corollario obſtare 44. *regul. pariter ſexti ibid.* à nobis expẽſa, quia tamen *num.* 7. *eiuſdem cap. illam* 43. tamquam vniuerſaliorem amplexi ſumus, vt neque abſolutè, ità & quando res fuerit optabilis, quẽadmodum præſens, humanitus loquendo, tacẽs de ea videtur conſentire, idcircò ex doctrina ibi tradita, & videnda, hoc firmari corollarium facilè pòt: quod expreſsè docetur à multis apud *Soarium lib.* 4. *de ſimonia cap.* 57. *num.* 28. Quod

19 ſi

Digitized by Google

19 ſi ſciat eligendus, atq. expreſsè contradicat, eſto variæ ſententiæ ſint, aſſerentes, & negantes hanc ei ſimoniam nocere, mihi probabiliora videntur tria. Primum ſi eligẽdus nouerit electorem, vel eius vicem, & negotium gerentem cupidine pecuniarum laborare, ad quam compeſcendam, vt malum ſimoniæ auertat, expreſsè contradicit; & neſciat præterea pecuniam à tertia perſona poſtmodùm eſſe ſolutam electori, vel negotiatori, tũc temporis ſimoniam, ineundo beneficium etiam Epiſcopatus, non incurret, neq; eius electio cẽſenda erit inualida; idq. expreſsè conſtat *ex cap. ſicut* citato, cuius caſus ipſiſſimus eſt, atq. à me deſcriptus: fauet *S. Th.* 1.2.*q.* 100. *ad 3. nec non Soarius cit. nu.* 29. Secundum ſi electus non modo vitium auaritiæ, ac ſimoniæ nouerit electoris; verum etiam tertiæ perſonæ, quæ quidem, ipſo inuito, neq. aliqua ratione valente auertere; imò moraliter ad impediendum operam ſuam præbente, pecuniam daret, tunc exiſtimo ſimoniam hanc neq. electo, neq. illud beneficium ineunti officere; Moueor ex text. cit. maximum abſurdum è contraria opinione indicante per ea. *Alioquin contingeret, quod alicuius factum inſidias inimico parantis ei damnoſum exiſteret, cui penitus diſpliceret: ſic aliquis de fraude ſua commodum reportaret.* Vnã ſolummodo limitationem adiungo, paulo ante ab eodem textu allatam; *Niſi poſteà conſenſerit, pecuniam ſoluendo promiſſam, aut reddendo ſolutam*, modo infrà declarãdo: ex hac ratione ſubſcribo *Burgas, & Vgolini ſententiæ*, quibus contradicit *Soarius cit.* Demum ſi electus ſciat, tùm
20 ſimoniam electoris, tùm tertiæ perſonæ pecuniam dantis, & ſi contradicat; ſi tamen efficaciter id non præſtet, vel per ipſum nõ ſtet, ineundo beneficium, cenſebitur ſimoniacus, cuius inualida erit collatio, quia volũtariè ſuſcepit beneficium, quod ſcit ſimoniacè ſibi, efficacitèr nõ contradicenti, neq. impedienti eſſe collatum, in quo ſentio ex parte cum *Soario*.

21 Quod ſi merè ignorantèr ſe habuiſſet electus, quamuis improbabile non ſit, eius electionem non eſſe irritam, ſed irritandam Auctore *Nauar. conſil. 95. & in antiquis conſil. 60. de ſimonia, & Vgolino tab. 4. cap. 6. Felin. cap. inſinuatum, de ſimon. num. 6. Gomez regul. de triennali, q. 12. §. & iſta*, citante Rotæ deciſionem in medio, tametſi contrarium in principio indicare videatur, vt *Couarr.* qui tandem hanc ſententiam dicit veriorem, probatur etiam ex *Sanchez conſiliorum lib. 2. cap. 3. dub. 116. nu. 15.* docente collationem factam huic ignoranti eſſe validam, eumq. verũ acquirere titulum, licet teneatur renunciare cum ſciuerit ſimoniam, probabilius tamen iudico, atq. abſolutè cũ *Soar. mox citando, Panorm. cap. penult. de elect. nu. 2. Henriq. lib. 14. de irregul. cap. 6. nu. 7. & Comm. lit. O. & lib. 13. de excomm. cap. 37. nu. 5.* apud quos alij, eſſe irritam, non iure naturali diuino, ſed eccleſiaſtico. Moueor ad primam partem aſſerendam, quod etſi aſſertum à *D. Thom. 1. 2. q. 100. art. 6. ad tertium*, verum ſit, aliquando ſcilicet ex iniuſta quaſi detentione obligationem manare reſtituendi beneficij, quod quidem ab Adminiſtratore vendi nõ poterat, contra voluntatem Domini, naturamq. ipſiuſmet beneficij, vt præcedenti cap. num. 12. ac deinceps proſequuti ſumus, illud tamen cõtendimus, hoc beneficium venditum non eſſe huic ignoranti, à quo neq. ſimoniacè acceptum eſt, neq. retentum; & ratio eſt, quia venditio cũ ſit pactio mercis pro pretio, ex *l. 1. ff. de contrab. empt.* ad eam tria neceſſariò requiruntur, merx, pretium, & mutuus conſenſus: præterea cum ſimonia ſit, *ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi pretio temporali aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum, ex gloſſa cap. quis ſtudet 1. quæſt. 1.* communitèr à Doctoribus recepta. Hinc fit, vt electio Titij ignorantis ſolutionem, vel quamcumq. pecuniæ pactionem, non ſit emptio reſpectu Titij, ideſt, pactio pretij pro mercede, defectu conſenſus, & conſequentèr non ſit venditio facta ab eligente, ſecundum cætera ſimoniaco, reſpectu dantis pecuniam, nõ verò reſpectu electi neſcientis, quod exemplo faciam clariùs; nam ſi quis adminiſtrator ex iuſtitia commutatiua, vel diſtributiua Titium aliqua mercede, ſeù præmio teneretur afficere, atq. iniuſtè in alium propenderet, ſi etiam pecunia ab amico Titij, hoc ignorantis, accepta tandem Titiũ ea mercede, vel premio donaret, eſſet nè iniuſtus reſpectu Titij? minimè quidem: at eſſet reſpectu amici, cui reſtituere teneretur pecuniam ob actionem venditam, ad quam ex officio ſaltem tenebatur: ſic à pari electo, de quo loquimur, eſſet quidem ſimoniacus vera venditione electionis, vt etiam ſimoniacus eſſet pecuniarũ ſolutor, ipſius emptione electionis, illudq. beneficium, vt ſubſtratum tali cõtractui abſolutè inualidè eſſet datum: at quatènus datum Titio neſcienti talem cõtractum ſimoniacum, & aliàs illud beneficium merenti, ſtando iuri naturæ eſſet ſanè validè datum, vtpotè non venditum Titio, ſed gratis conceſſum, neq. extra poteſtatem adminiſtrationis, vt ſic dandum Titio innocenti, ac merenti, licèt formalitèr, vt habitus ille actus electionis obnoxius venditioni, atq. emptioni tertiæ perſonæ, videatur inualidus. Idemq. dixerim, ſtando etiam iuri naturæ de eodem dato ſcienti, & efficacitèr contradicenti, vt paulò ante dicebam, & eſt caſus ſiuè *Diu. Thom. cit. ſiuè cap. ſicut il ſecondo, de ſim.* cuius ratio fauet huic noſtræ doctrinæ, ibi, *Alioquin contingeret*, ait textus, *quod alicuius factum inſidias inimico parantis ei damnoſum exiſteret, cui penitus diſpliceret, & ſic aliquis de fraude ſua commodum reportaret*, adiuncta *gloſ. verb. damnoſum*. Nec debuit alius alterius odio programari *C. de inoffic. teſtam. ſi quis verò, § legis autem.* Scio *Couarr. reg. peccatum 2. par. §. 8. num. 7. & 8.* id negare, verum immeritò Hinc autem ſequitur, neq. in conſcientia teneri illud beneficium, aut fructus renunciare naturæ, diuinoq. iure ſpectato; quia tamen re vera beneficium hoc ab adminiſtratore, electore, collatore, vel alio quouis ſimoniacè datum eſt, contra voluntatẽ, Dominiq. præſcriptum, cuius Eccleſiarum Prælati, vel alij, vt probè *D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 6. in corpore*, ſunt diſpenſatores, idcircò licet iure naturali defendi poſſit, quod paulò ante dixerã, canonico tamen iure, meritò factum eſt, vt ſit huiuſmodi collatio irrita abſolutè loquendo, tũ

Digitized by Google

quia vbi sciuerit, priùs ignorans, simoniam interceſſiſſe, tenetur illicò ſe beneficio abdicare, non expectata ſententia, per *cap. ex inſinuatione de ſimon. adiuncta gloſſa, ver. reſignaſti, ex cit. cap. ſicut tuis eod. cap. cuicumq. 1. q. 1. per ea poſt quam illos omninò dimiſerit*: docentq. communiter Doctores, quos citat, & ſequitur *Soarius lib. 4. de ſimonia cap. 57. nu. 35.* neq. aſſeri poteſt, validè ignoranti promoto fuiſſe collatum talę beneficium, quo poſteà detecto ſimoniæ vitio, priuatus cenſetur: tùm quia ſine textu id diceretur: tùm quia difficiliùs expoliatur, quis adepto beneficio, quàm non donetur. Secundò probatur ex reſtitutione fructuum extantium; tertiò ex diſpenſatione, qua indigeret ad idem rerum habendum beneficium, fauet *cap. nobis, de ſimon.* dicens, hanc collationem eſſe penitus reprobandam per Tó penitus apud *Corſet. in ſingularibus, ver. penitus, glo. l. ſi qui Aduocatorum, C. de poſtul. verſ. arceantur*, quas proſequitur rationes *Soarius n. 36. & 37. contrariaq. ſoluit momenta, n. 28. vide Sanchez conſ. lib. 2. c. 3. dub. 116.*

23 Hæc tamen reſtringitur doctrina ex *cap. ſicut tuis, it ſecondo, de ſimonia, & D. Thom. cit. ad 3. reſpondente*; ſi data eſſet pecunia in odium electi, vel eligendi neſcientis; nam tunc ratio poſtulat, nè ſinat Eccleſia innocentē pati oſtiūque obſtruat humanæ malitiæ, ad validas etiam virtuoſorum virorum electiones labefactandas.

24 Circumſcribitur etiam generalis doctrina tradita per diſcrimen, quod eſt inter hūc ignorantem, & eum, qui ſcientèr beneficium accepit, quod in ignorantem, ac bona fide illud poſſidentem, per triennium, actio non poſſit admitti, neq. lis moueri, per *reg. Cancellariæ de triennali poſſeſſ.* cuius fauore ſcienter ingreſſus minimè gaudet, vt videre eſt apud *Ludouic. Lopez q. 12. in hanc reg.* Quæ omnia etiam locum haberent ſi ignorantibus electore, ſeù collatore, electoq. ſeù promoto, ſimonia à ſolo committeretur mediatore, vt docet *Soar. n. 40.*

25 Deinde ſi ignorans ſimoniam, in eam tamen ob ſuſpicionem, dubium, vel ad cautelam electus ſerijs ageret verbis, ac proteſtatus fuerit, licet ſimonia interceſſerit, ſimoniacus tamen nō erit, neq. eius inualida electio, vt definitur in *cap. ſicut, it ſecondo* ſępè citato, & patet à fortiori ex ſupradictis, ac docetur à *Soario n. 30.*

26 Tandem ſi quis expers eſt ſimoniæ à tertio quopiam commiſſæ, eo inconſulto, ſoluente pecuniam, eam poſteà reſtituat, antequam beneficium obtineat, in eam conſenſiſſe, atq. inſtar videtur præbere in conſummationem ſimoniæ, beneficium adeundo ſimoniacè procuratum, non obſtante contradictione, prius ab ipſomet habita, quam reuocare cenſeretur, qua cooperatione redderetur nulla electio, ſaltem per retrotractionem, non ſecus, ac ſi non contradixiſſet, quod inſinuatur in *cap. per ea verba, à quo poſtmodum non receſſiſti*.

27 Quod ſi poſt obtentum beneficium ſoluerit huiuſmodi electus pecuniam à tertia perſona ſimoniaca eo inſcio priùs data, bifariam poterit ſe habere, nam vel id præſtitit abſq. animo conſentiendi, vel approbandi ſimoniam, ſed ex liberalitate, nè detrimentum ſubiret amicus, & in hoc caſu, neq. intrinſecè, neq. extrinſecè, nulloq. pacto ſimoniam contrahet; qua ratione ſentio cum *glo. in cit. cap. & cum Abbate ibi, ac Nauarr. in ſimili idem docente conſil. 10. de ſimonia, nec non Soar. n. 31.* vel ſoluit factum approbando, & tunc ſimonia inficeretur, quam habēs velut obiectum ēt moueretur ad pecuniæ ſolutionem, atq. recompenſationem, eſto cauſa dici non poſſit ſimoniæ iam patratæ: ac penès hanc hanc noſtram ſententiam explicamus *cap. cum quis, de ſent. excomm. in 6.* conſentientem vero poſt huiuſmodi electionem non ipſo facto priuari, ſed priuandum eſſe beneficio, docet *Soar. num. 32.*

28 Infertur duodecimò, Papam ēt ſimoniacum ſubire cenſuras, pœnaſq. non poſſe, cōtra ſimoniacum iure eccleſiaſtico impoſitas, q̄ conſenſu DD. firmatū eſt; quia Sūmus Princeps, vt eſt Pōtifex, quoad vim coactiuā p pœnas, proprijs, vel ſimilibus non eſt ſubiectus legibus, ſiquidem illatio pœnæ, cum ſit coactio, actuſq. ſuperioris, qui vt probè *Caietan. 1. 2. q. 96. art. 5.* inferiores tantum reſpicit, minimè pōt circa ſeipſum verſari, nā nemo ſibi ipſi inferior, vel ſuperior eſt.

29 Infertur decimotertiò, eum, qui ſimoniacè cū Papa contraheret, neq. has quidē pœnas incurrere, ſic *Sotus lib. 9. de iuſt. q. 5. art. 2.* cuius tamen exemplum non placet, vēditionis nimirum Sacerdotij, quæ contra ius diuinum eſt, cum qua vt ſic connexionē non habent cēſuræ, ni contra ius ēt eccleſiaſticum ſpectetur *Silueſt. ver. ſimonia, q. 4. Paludan. diſt. 25. q. 4. art. 1. concl. 3. Couar. ad reg. peccatum punct. 2. §. 8. n. 9. Leſſius de ſimonia cap. 35. dub. 5. n. 32.* & ratio eſt, quia videtur priuilegio Principis à pœna immunis ille, cum quo Papa contrahere vult, & ſanè conſentaneū rationi non eſſet, quem ad aliquod opus inuitat Princeps, pro eo punire, Vt neq. excommunicationem latam ab Epiſcopo in ludum alem incurreret is, qui cum eodem luderet. Cenſuras autem in ſimoniacos impoſitas inferiùs expendemus *lib. 6. diſp. 24. c. 1. & 4.*

30

31 Infertur decimoquartò, Papam peccatum contrahere poſſe ſimoniæ iure naturali diuino prohibitæ, cum non ſecus, ac alij huic ſubiectus ſit iuri, quemadmodū iudicauimus *ſuperiori cap. num. 13. atq. ex Nauarr. cæteriſq. exploratum eſt Auctorib. apud Sot. lib. 9. de iuſt. q. 5. in extremo ad 2. arg. Leſſium cit.* Sic ſi Sacramenta pretio vendita miniſtraret, vel aliud quidpiam ſpirituale, eoq. grauiùs etiam ratione ſcandali, quo eius dignitas cæterarum in Eccleſia eſt maxima.

32 Infertur decimoquintò, Pontificem Maxim. etiam peccare per ſimoniam poſſe iure canonico prohibitam, ſi pro officijs pecuniam exigat, eccleſiaſtico iure vendi prohibitis; vel beneficijs, niſi rationabilis cauſa ſubſit iuxtà quē ſenſum *ſuperiori cap. nu. 15. ac deinceps*, ſolum Pontificem vendere huiuſmodi beneficia, tanquam ius ad fructus materialitèr accepta, dixi: ſic expreſsè *Leſſius cit. dub. 5. num. 33.* & nuper legi in *opuſcul. Tom. Sanchez lib. 2. cap. 3. dub. 3. num. 2.* quicquid in contrarium iudicent *Sotus paulò ante allegatus, & Syluester apud eumdem Leſſium*. Ratio autem manifeſtè deducitur ex communi,

Digitized by Google

muni, ac receptissima sententia tùm Theologorum, tùm Canonistarum, S. *Thomæ* 1.2. *q.*96. *art.* 5. *Caietani, & Conradi ipsiusmet Soti lib.* 1. *de iustitia, quæst.* 96. *art.* 7. *Antonini* 1. *part. tit.* 17. *§.* 5. *Francisci Victoriæ in relect. de potestate ciuili, num.* 21. *Vasquez* 1.2. *disput.* 187. *aliorumque Recentiorum*, qui omnes docent, Summum Principem, vt est Papa, potestatem habentem condendi leges, ad earum obseruantiam, quoad vim obligari dirigentem, nec minus eis parere, quàm cœteri, nec minus peccare eas transgrediendo, *ex cap. cum omnibus de constitut. & cap. ipsum est distinct.* 9. *ex l.* 11. *ff. quod quisque iuris in alterum statuerit, & l. dignè, C. de legibus, atque, Instituta, quibus modis testamentum infirmetur ad finem, ex l. imperfecto, C. de testamentis, & l. cum multa, C. de bonis, quæ liberis, &c. & communiter docent iuris Consulti in locis citatis*. Quòd eadem profectò lege naturali, qua membra parere capiti, subditique tenentur præstò esse superiori, caput etiam conformari membris, ac superior inferioribus obligatur; cum vtrumque non seruare in maximam cederet Reipublicæ perniciem. Quamobrem non hæc oritur obligatio Principis ex propria ipsius potestate, ac voluntate, quòd nullus neque sibi superior est, neque se suo potest obstringere præcepto, sed ex ipsâ rerum natura, conditione, videlicet capitis, ac membrorum, in hisce conuenientium, nec diuersorum, & Principis, ac Reipublicæ, quam ius naturale explicat; ex quo Princeps, licet supremus, eximere se non potest, neque in eo directè dispensare; con-
34 tra quod si fecerit, profectò peccabit; at distincto modo, ac subditus, qui sicut ex affectu obedientiæ legem seruare humanam potest, ità ex contrario peccare: secus Princeps, quia nullum agnoscit superiorem, vt probè *Vasquez num.* 20. Peccabit igitur Princeps pro ratione materiæ legis, ni ieiunet, ex. gratia, tempore Quadragesimæ contra temperantiam, vel abstinentiam: ni diem festum seruet contra Religionem: & si beneficium vendat modo, quo non potest, simonia; est enim generalis illa obligatio se subditis conformandi, quæ secundum variam coarctatur materiam.

36 Scio, neque inficior, aliquas posse condere leges Principem alligantes tantum populos, cum aliquid præciperet, quod eum seruare dedeceret, aut contra, aut præter illius esset dignitatem, ac munus: vt cum prohibeat vsum armorum ipsius officio debitum ex *Romanorum* 1. 13. *Non enim sine causa gladium portat*, vel sericas interdicat vestes; non enim decet Principem vti plebeio indumento: De his itaque legibus non loquimur, sed de alijs, plerisque, quæ materiam habet Principi conuenientem.

CAPVT SEXTVM.

Num Papa, vel Princeps alius Supremus in propria, vel humana possit dispensare lege.

SVMMA.

Potest successor Princeps, Prædecessorum leges abrogare, n. 1.

Neq. potest impediri facultas ius derogandi canonicum, quam habet Papa per Concilium, supra quod ipse est, n. 2.

A non sublata, sed vigente lege humana non potest pro arbitratu summus immediatè se eripere Princeps, n. 3. *&* 9.

E rationabili causa in propria, vel æqualis Principis lege, l. Princeps Summus, *ac Papa validè, liciteq. potest dispensare, n.* 4.

Absque rationabili tamen causa docent nonnulli, Principem validè dispensare, subditum tamen ea vtentem dispensatione valida, peccaturum, num. 5.

Aliorum opinio asserens peccaturum quidem Principem dispensantem in propria lege sine causa validè tamen id præstiturum, eaque dispensatione licitè, ac validè vti posse subditum, num. 6.

Alia sententia docens inualidè, atq. illicitè, tùm Principem in propria lege absq. causa dispensare, tùm eum, cum quo dispensatum est, ea dispensatione frui, n. 7.

Auctoris de hac quæstione sententia, nu. 8.

Non potest Pontifex, aut Summus alius Princeps licitè siuè de potentia ordinaria, siuè absoluta secum, vel cum alio absq. rationabili causa dispensare, & consequenter, neq. Papa in hac canonica simonia, n. 9. *&* 3.

Tametsi contraria opinio ab extrinseco probabilis eriam sit, n. 10.

Peccatum, quo Princeps absq. rationabili causa dispensans, peccat est graue, vel leue, eiusdemq. speciei pro ratione materiæ legis dispensatæ, n. 11. *&* 20.

Eadem culpæ grauitate, ac Princeps dispensans absq. causa se inficit acceptans, vel petens eam dispensationem, ad quam iustam deesse causam nouerit, n. 12.

De potentia ordinaria, neq. validè, neq. licitè dispensare potest Princeps in propria lege, sine rationabili causa, n. 13.

De absoluta potentia validè potest Summus Princeps in iure humano sine legitima causa dispensare, n. 14.

Neque Princeps secum, vel cum subdito validè dispensans absque causa, neque ipse subditus peccat in vsu huiusmodi dispensatione de potentia

Digitized by Google

tentia absoluta concessa, n. 15.

Peccabunt tamen & Princeps, & subditus in vsu dispensationis absq. causa concessæ de potentia ordinaria, n. 16.

Plerumque Principi dispensanti vsui est ordinaria potentia, neque absoluta; nisi de plenitudine potestatis, vel alias significet se facturum, nu. 17. & 18.

Quænam potestas absoluta spectet ad tyrannidem nu. 18.

Papa non præsumitur vti plenitudine potestatis, num. 19.

Species peccati, quod committit vtens dispensatione data sine causa, secundum Caietan. est contra ius naturale, n. 20.

Reijcitur Caietanus, atque asseritur peccatum illud spectare ad materiam legis, quæ dispensatur, n. 21.

Rationes generales malitiæ certam non dant malitiam, nisi specialiter sint volitæ, n. 22.

Non peccat nouo peccato veniali Princeps, vel subditus vtens dispensatione valida absq. causa concessa, n. 23.

Peccatum, quo quis peccare falsò dicitur, valida vtens dispensatione, perperam asseritur esse singularitatis, & insolentiæ, n. 24.

Dispensatio absq. causa in simonia ecclesiastica ex se est peccatum mortale contra Religionem, vt est eius vsus illicitus, n. 25.

Quæ sit dicenda causa legitima dispensationis, & num satis sit, vt talis cognita sit bona fide à Principe, n. 26. & 27.

Num aliquando sit necessaria talis dispensatio, num. 28.

Quod diximus de dispensatione Summi Principis quoad effectus futuros, dictum volumus de eadem quoad effectus præteritos, n. 29.

VT extra nostrum esset institutũ, quæstionem propositam, in qua desudarunt DD. ingenia, ex professo, & cunctanter expendere, ita sanè hiatum faceret liber, si omninò prætermitteret ea, quæ & difficiles explicatus habent, & scitu dignos, & ad eam, quam disputamus quæstionem, magis elucidandã simoniæ rectæ electioni contrariæ maximè faciunt. Breui, ac perpaucis itaq. non differẽdo, sed sensum proprium potiùs exprimendo agam.

1 Supponendum primò legem humanam per abrogationem, vel derogationem auferri posse etiam à Principe successore, neq. impediri à legislatore, cuius potestati parem habet successor ex communi sententia, tùm *Aristoteles 2. polit. cap. 6. tùm D. Augustini lib. 1. de libero arbitrio, cap. 6. tùm D. Thom. 1. 2. quæst. 97. art. 1. & 2. cum quibus Philosophi ac Theologi, nec non Canonistæ, apud Couarr. cap. Almæ mater 2. part. sub initio.*

2 Neq. à Concilio generali Papæ potestate impediri posse, vel circumscribi quippè qui est supra illud, vt consensu Theologorum constat cũ *Angelico 2. 2. q. 1. art. 10.* quicquid in contrariũ asserat *Victoria in relect. de auctorit. Pontificis.* Ratio est, quòd vtilitatem respicere debet cõmunem lex, cui, mutatis circumstantijs, obesse potiùs posset, quàm prodesse. Supponenda præterea est dispensationis definitio *ex tom. 1. lib. 2. disput. 1. cap. 1. num. 13.* Quæ cum ità se habeant,

3 Dicendum primò. A non sublata lege humana, sed vigente, non posse Principem Summum, neq. Pontificem immediatè se ad libitum eripere; siquidem, qua tenetur ad eius obseruãtiam, obligatio non ex ea manat, sed ex iure naturali, in quò immediatè dispensatio nõ cadit, præsertim ab homine, vt *tom. 1. lib. 2. disput. 1.* luculenter disputatum est, atq. expresse de re nostra simoniace venditionis tradit *Less. de iustit. c. 35. dub. 5. nu. 23.*

4 Quòd si Princeps dispensare, vel secum contendat, vel cum alijs in propria lege, vel alia humana à maioribus sancita, variæ sunt sententiæ. Et quidem omnes Auctores cum causa id licite, ac validè fieri tradunt, cùm eius sit tollere legem, siue adæquate, atq. absolute, siue inadæquate, & respectu nonnullius, cuius est condere. Sine rationabili verò causa Alij docent, tũ Principem in lege dispensantem, respiciẽte cõmunitatem peccaturum, tùm etiam ea dispensatione vtentem, & actus validus futurus sit, ità *Couarr. 2. par. de matrimonio cap. 6. §. 9. ac alij.*

6 Alij, vt *Sotus lib. 1. de iust. q. 7. art. 3.* aiunt peccare quidem Principem absq. causa dispensantem, licitè tamen, & validè fieri actum ab eo, cui quo dispensatum est.

7 Demùm Alij, vt *Fortunius Garzia in l. gallus, ff. & quid sit tantum, ff. de liberis, & posthumis. col. 135. Bernardus, Hippolytus, Iason, & alij apud Couarr. cit. §. 9. num. 8. quamplures q. Recentiores Theologi apud Vasq. 1. 2. disput. 178. cap. 4. num. 23. & 34.* quibus ille maximè fauet, docent, tùm inualidè, tùm illicitè hanc haberi dispensationem a Principe, qua illicitè, atq. inualidè etiam dispensatus vtetur.

8 Mihi verò constanter iuxtà propria principia, *primò tacta, tomo 1. lib. 2. disp. 1. cap. 4.* vt explorata habenda est duplex in Papa potestas ibi

9 tradita *num. 5.* ordinaria, atq. absoluta. Deindè non posse licitè dicendum est, de qua cunq. potentia, Pontificem dispensare, neq. secum, neq. cum alijs absq. legitima causa in iure humano pontificio, & consequenter neq. in hoc venditionis, vel alienationis simoniacæ rei simoniam Ecclesiasticam. Quæ quidem sententia antiquissima est, tùm Theologorum consensu comprobata, vt videre est apud *D. Thomam 1. 2. q. 97. art. 4. Caietan. summ. verbo dispensatio. Vasquez 1. 2. disput. 177. cap. 3. & 4. & Sanchez lib. 8. de matrim. disput. 18. tùm Vtriusq; iuris peritorum. Fortun. Garzia in l. Gallus, §. & quid sit tantum, ff. de lib. & posthumis, Couarr. 2. par. de matrim. cap. 6. §. 9. num. 8.* Ratio est, quia vt *superiori cap. à num. 13.* probauimus, lege profectò naturali, tenetur Princeps exequi legem iuris humani, subditis impositam; ergò non potest ad libitum absq. causa rationabili à tali se obligatione eximere, quo enim posset facto teneri quis lege, contra quã absq. causa, vt libet, valeret facere? q vberiùs prosequuti sumus *tom. 1. lib. 2. disp. 1.*

10 *num. 9.* Non tamen inficior contrariam sententiam

Digitized by Google

sm esse ab extrinseco probabilem, quam defendunt *glos. Legati 4. in fine, ff. de panis, Bart. ibi n. 4. & communiter Canonistæ apud Mandosium in praxi signaturæ ver. dispensatio, & Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 3. casu 421. n. 19.*

11 Dicendum præterea est, tale peccatum, vel mortale, vel veniale esse, eiusq. speciei, ac materiæ legis, in qua dispensatus, penès quem sensũ subscribo *Caietano summæ verbo dispensatio sub initio, ibi Armilla num. 13. Couarru. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 9. num. 7. Petrus de Ledesma summa sacramentorum, vbi de matrim. cap. 17. post 4. concl. dub. 1. Manuel 2. tom. summæ in 2. edit. cap. 196. & alij.* Ratio est, quia vt mox luculentius declarabimus, & supra paucis indicauimus, naturalis obligatio, qua deuincitur siuè Princeps se conformandi corpori, siuè subditus, vt membrum alteri membro, vniuersalis est, atq. ad hanc huius legis materiam per ipsammet legem determinata, ideoq. parit non aliam, quàm eiusdem specialis legis obligationem, nõ secus, ac generales circumstantiæ, seù rationes peccatorum, vel malitiæ, aut inobedientiæ, quæ iuxta talem materiam præceptam, neq. aliud inducit debitum. Quod de communi consensu Doctorum est, & minor non aduertisse Auctores laudatos à *Sancio lib. 8. de matr. disp. 18. nu. 7. & Lessio* citq. quì cùm quam docuimus doctrinam amplexus fuerit, deindè *ad finem cap.* hoc peccatum esse veniale, suaptè natura, minus cohærenter exponit; quoniam ex alia Princeps non tenetur obligatione, quàm iuris naturalis, se conformandi subditis, quod non videtur tanti momenti, vt satis sit ad mortale: idemq. docet *Sanchez citatus*. verũ quàm falsum hoc sit, mox exponam.

12 Tertio loco asserendum est, eadem gravitate culpæ infici petentem dispensationem, cuius iustam deficere causam nouit, qua inficitur ipse dispensans: idemq. dico de acceptante dispensationem absq. causa concessam, licet non petierit; ità *Sanchez loco laudato, num. 8.* quia, vel cooperantur, vel consentiunt hi peccatis concedentis, aut dispensantis, ni iuxtà exactam suæ ignorantiæ. An verò vsus illius dispensationis perniciosus sit, mox dicam.

13 Quartò aio, de potentia ordinaria, Pontificem neque licitè, vt dictum est, neq. validè dispensare posse in iure canonico absq. causa rationabili, quo pacto tertiæ subscribo sententiæ. Ducor ad hoc, quia si de potentia posset ordinaria caput se non conformare corpori, ac membris; nec vnum membrum alteri se coaptare, quomodo amabo te Lector, dici posset ea teneri lege, quam ad libitum non seruaret? Igitur si non valet, ex potestate saltem ordinaria se ad libitũ eximere non poterit, neq. secum, vel quouis cũ alio validè dispensare; alioquin sequeretur teneri, atq. eadem lege non teneri: teneri, vt probatum est; non teneri, cum perindè se habeat ad libitum posse eam non seruare legem, ad talem contractam materiam, ac non teneri; fauet tùm *Vasq. citatus, n. 24. tùm Sanch. lib. 2. de matr. disp. 15. n. 3.* vbi potestatem Principis ordinariam exponit.

14 Quintò sentio, de absoluta potentia, licet illicitè, validè tamen posse dispensare in propria, vel prædecessorum lege humana summos Principes, Summumq. Pontificem; quo sensu eorum Theologorum sententiæ dò manum, qui asserunt, posse validè Principem dispensare in propria, vel maiorum lege, inter quos sunt *Vasq. laudatus num. 33. ad finem, & Sanchez tùm loco modo citato, tùm lib. 8. de matr. disp. 17. nu. 14. ac alij citati num. 19. à fortiori.* Ratio autem est, & quia esto teneatur iure naturali diuino Princeps se conformare Reipublicæ, vt caput membris, ac præstare, vt vnum membrum alijs se coaptet, & vt lex, quæ natura sua vniuersalis est, ad omnes æquè pareat, in quo iure immediatè dispensare minimè potest; neq. de potentia ordinaria sine causa eius fundamentum, seù substratum, legem nempè humanam, mutare; potest tamen de absoluta potentia hoc ipsum fundamentum, suppositum à iure naturali moderari, coarctare, labefactare, atq. omninò euertere, etiam absq. causa, cùm lex sit ab eius voluntate, vt sic pendens; nec secus id potest, ac Dominus prodigens bona, quorum verum trãsfert dominium, quamuis prodigendo delinquat; & quia illius est tollere legem, cuius est condere, vt dixi supra, & alijs hoc idem confici tur argumentis, quæ prosequitur *Sotus lib. 1. de iust. qu. 7. art. 3. & Sanchez laudatus*. Quod autem diximus *tom. 1. lib. 2. disput. 5. num. 7. & 8.* hoc pacto intelligendum est, vbi nonnullæ in contrarium rationes solumus. Præterea meum lectorem remitto ad eiusdem *disputat. capit. 5. num. 12.*

15 Hinc dico sextò in hac sententia, si de potestia absoluta Princeps dispenset, etiam absque causa validè dispensare, & consequenter, neq. ipsum Principem, neq. subditum illicitè vsurũ tali validà dispensatione, sic *Sotus cit. Recentiores q. Thomistæ, & expiicat probè Vasq. laudatus num. 21.* cum obligationem obseruandi illam legem dispensatio substulerit: quòd minimè aduertit *Couarr.* asserens hunc peccare subditum. Quamobrem deliquit quidem Princeps dispensans absq. causa, habita tamen dispensatione, & sanè validè in eius vsu non intercedet peccatũ; non quia dispensatum sit immediatè in iure naturali obligante ad conformationem capitis cũ membris, & Principis cum Republica, sed quia dispensatum est in iure humano; & sicut subditus etiam si peccauerit petens, vel acceptans dispensationem, absq. causa concessam de potentia absoluta, non peccat tamen in vsu eius dispensationis validæ; sic similiter Princeps esto peccauerit in ipso actu dispensationis absque causa, non tamen deinceps in eiusdem validæ vsu, & quemadmodum si legem penitus aboleret Princeps in eam, neq. ab eo, neq. à subdito peccaretur; ità cum inadæquatè eandem abolenit respectu sui, vel alicuius subditi: & deducitur ex *Ancharano cap. non est, in fine, de voto, & cap. cùm ad monasterium, nu. 25. de statu monachorum, Felin. cap. cùm ad audientiam, il. secundo num. 4. de rescript. Sylvest. quæst. 3. num. 5. verb. dispensatio, Nauar. summ. c. 12. n. 57.*

16 Demum aio peccaturum, & subditum, & Principem, si vtantur dispensatione, quam concessit hic absq. causa, de potentia ordinaria, quòd

Digitized by Google

quod dispensatio illa ex hac potentia inualida
est, vt diximus, & licet vtramq. hãc potestatem
Principi concedamus, non tamen vtraq. sem-
per vritur, sed pro necessitate nonnunquam ẽt
pro arbitrio: Adde potentiam ordinariam Prin-
17 cipi plerumq. vsui esse, neq. absolutam, nisi cũ
sine causa dispensat, vel aliquid à sua tantum
iurisdictione pendens præstat; quæ quidem po-
testas innotescit per clausulam adhibitam *de ple-
nitudine potestatis*, vel aliam similem, sine
quibus neq. licitè, neq. validè dicendum est in
eiusmodi legibus absq. causa dispensare: colli-
go ex *Baldo l. 2. col. 7. vers. item nota, quod si Pa-
pa, C. de seru. & aqua, & in l. descripta, col. finali,
vers. tertiò quæruntur Doctores, C. de precib. Imper.
offic. cum Iure*: Qui quidem, vt aduertit *Decius cap.
quæ in Ecclesiarum, de const. num 98.* dum con-
cedit potestatem Principi absq. causa auferen-
di dominium alteri, existenti in proprio terri-
torio, hoc ei concedit, dum id præstat de pleni-
tudine potestatis, quæ nullis deuincta est iuris
18 regulis. Verum absoluta, quam statuimus in
Principe, potentia, dicimus, eum non vti, nisi cũ
de plenitudine potestatis, vel alio simili modo
pronunciat aliquid facere; cum alioquin cen-
sendus sit ex ordinaria potestate facere, penès
quam requiritur causa, vt prosequitur *Decius*
19 *num. 103. ac deinceps.* Hinc Papa non præsumi-
tur vti plenitudine potestatis, vt colligitur ex
*Innocentio cap. innotuit, de elect. Bald. in l. si testũ,
C. de testibus, Abbas in cap. ad hoc, Ludou. Bou. in
l. 1. §. nunciatio, col. 4. ff. de noui oper. nunc. & Fe-
linus in cap. 1. col. 8. circa finem de constitut. & in
cap. quia in Ecclesiarum sup. cit. col. 18. post princ.
const.*

20 Qua verò specie peccari se deuinciat, vel
Princeps, vel subditus inualida vtens dispensa-
tione, dubium est, super indicatum; quòd ità
soluit *Caiet. quæst. 96. art. 5. cui Recentiores non-
nulli subscribunt*, vt primum doceat peccare
Principem dispensantem absq. causa pro qua-
litate materiæ, vt suprà diximus; deindè huius-
modi dispensatione positiui obligationem iu-
ris tolli, quippè quæ ab efficaci Principis pen-
debat volũtate. Quamobrem liber is cum quo
dispensatum est, remanet ab hac sola obliga-
tione; verum altera deuincitur, legis videlicet
naturalis dictantis caput corpori conformare
se debere, & vnumquodq. membrum cæteris.
21 Verum enim verò tùm *Auctores supra citati,
quos sequitur Sanchez, tùm ipse Caiet.* non placẽt.
Siquidem vbi obligationem supponimus legis
humanæ expunctam esse respectu eorum, qui-
bus cum dispensatum est, per validam dispen-
sationem, sicut certò certius est in eam nõ pec-
cari, cui robur amplius non est obligandi; eodẽ
etiam pacto exploratum erit, neq. quempiam
peccare contra ius naturale conformationis
capitis cum reliquo corporis, vel membri cum
membris, si cum eo dispensatum fuerit in lege
humana, penès quam illa coaptatio, seù confor-
matio desiderabatur, nam vt doctè *Vasq. citatus
num. 29.* tunc obligandi vim habet lex natura-
lis ad conformationem habendam à capite cũ
corpore, atq. à membro cum membris, quando
humana constitutio, circa quam optatur illa
æquabilitas, viget, virescq; retinet tùm circa
omnes, tùm circa illum eumdem dispensatione
exemptum; qui alias eadem lege teneretur; at
quando amisit lex vires, per validam vtiq. di-
pensationem, respectu huius defectus materiæ,
cessare quidem obligationem legis etiam natu-
ralis, æquabilitatem inter Principẽ, & Rempu-
blicam, cuiusq. inter se præcipientis; illa enim
congruentia proportionis capitis cùm reliquo
corporis, & membri cum membris, ex lege de-
riuata naturali ad nullam sanè speciem peccati
potens est obligare, ni per certam aliquam pe-
culiatem legem (& iuxtà præsentem quæstio-
nem) humanam ad certam simoniæ v. g. mate-
riam coarctetur: igitur si supponatur validè cũ
aliquo dispensatum vtens dispensatione vali-
da, neq; contra legem peccabit naturalem, cu-
ius generalis obligatio per hanc specialem hu-
manam ad hanc specie, & numero materiam
22 determinatur. Hæc enim generalis obligatio
iuris naturalis ad instar se habet circumstantiæ,
atq. rationis malitiæ, vt inobedientiæ, atq. in-
iustitiæ generalitèr acceptarum, quæ non dant
speciem actui, ni sint expressè volitæ in ratione
obiecti; cum igitur peccatum certa debeat esse
in specie, non poterit contra generalem, atque
vniuersalem rationem, non valentem dare cer-
tam speciem ex se committi, quin contra spe-
25 cialem fiat. Hinc patet, minus bene *Auctores,
quos sequitur Sanchez l. 8. de matrim. disput. 18.
num. 10.* nodum asserentes peccatum veniale
in transgressione huiusmodi legis naturalis, sub
qua culpa veniali, tenebitur quis seruare rem
etiam grauem lege humana iàm validè dispen-
satam, quæ culpa venialis erit contra ius natu-
ræ, & consequentèr iuxtà factam ratiocinatio-
nem, specie, quæ non erit facilis assignatu, ca-
24 rebit. Nec me præterit *Layman. lib. 1. tract. 4.
num. 23.* ad finem docens hoc peccatum venia-
le esse singularitatis, atq. insolentiæ. Cæterùm
si insolentia sumatur pro inobedientia, *C. de Prę-
tor. Proninc. l. 2. & habetur hæc dictio extrà de
postul. Prælat. cap. 2. de supplend. neglig. Prælator.
cap. 2. de rescript. cap. vlt. lib. 6. de offic. ord. cap. 2.
eo lib. in Clem. 3. & ibi per Ioannem Andr. & de
immun. Eccles. cap. 1. lib. 6. & C. de tur. deliber. l.
cum aliquis, & de exercitio tribun. l. 2. lib. 10.* Erit
quidem de ea quæstio, ac de inobedientia, de
qua dictum est; Singularitatis autem nomine
peccatum illud nuncupare, est sensus, ac nota
certè singularis. Confirmatur, quia sicut iuris
naturalis obligatione tenentur subditi legibus
parere superioris, ità superior se cõformare sub-
ditis, nec non subditi inter se se; sed qui nõ obe-
dit legi ieiunij, v. g. licet peccet contra abstinẽ-
tiam, vel temperantiam peccato mortali, non
tamen altero se inficit peccato veniali inobe-
dientiæ, singularitatis, vel insolentiæ; ergo Prin-
ceps non se aptans Reipublicæ, suisq. subditis
in ieiunio, lege humana iniuncto, & membrum
in hoc eodem ieiunio æquabilitatem non seruãs
cum alijs membris, etiam si vel peccauerint, non
dispensati, peccato mortali contra abstinentiã,
aut temperantiam; vel contra has virtutes non
peccauerint, validè dispensati, certè contra le-
gem naturalem per peccatum veniale non fa-
cient,

Digitized by Google

eient, ſpectans ac ſingularitatem, inſolentiam; aut aliam quocumq. alio nomine nuncupatam rationem malitiæ.

25 In noſtra autem materia diſpẽſandi in ſimonia eccleſiaſtica peccatum fore mortale, abſq. rationabili cauſa, diſpenſare dixerim, ob ea, quæ *tom. 1. lib. 2. diſp. 5. cap. 1. nu. 9.* ſcripſi: neq. enim maiori premitur neceſſitate Reſpublica Chriſtiana, atque Eccleſia legitimis natos natalibus Prælatos habendi, quàm nõ ſimoniacos, in quos merito tot ſanciuit pœnas. Erit autem contra Religionem, ad quam ſpectat materiam, vt ſupra ſæpè dixi.

26 Reliqui tamen illud mihi exponendum, quæ cauſa cenſenda ſit iuſta ad diſpenſationem in iure humano habendam à Summo Principe; Et quidem nõ arridet *Menoch. de arbitr. iud. quæſt. caſu 421. nu. 11.* In Principis arbitrium diſpenſandi cauſas legitimas abſolutè referens, atq. immeritò citans *Sylueſtr.* pro ſua opinione, qui vt mox dicam, poſt multa allata capita, ex quibus deriuari iuſtitia cauſæ poſſit in prudentis viri iudicium, & non iudicis arbitrium, rem totam reijcit. Deindè primo loco Principi præſertim eccleſiaſtico diſpenſare volenti præ oculis habendam eſſe cenſeo doctrinam *Trid. ſeſſ. 25. cap. 18. de reform.* dicentis, *Sicut publicè expedit legis vinculum quandoq. relaxare, vt plenius euentibus cauſis, & neceſſitatibus, pro communi vtilitate, ſatis fiat; ſic frequentiùs legem ſoluere, exemploq. potiùs quàm certo perſonarum, rerumq. delectu petentibus indulgere, nil aliud eſt, quàm vnicuiq. ad leges tranſgrediẽdas, aditum aperire, &c.* Quibus addit ex vrgenti, iuſtaq. ratione, maioriq. vtilitate, ſumma cum maturitate in ſacratiſſimis canonibus eſſe nonnunquam diſpenſandum. Ex quibus, quam difficilis eſſe debeat ad diſpenſandum eccleſiaſticus Princeps deducitur. Prætereà nunquam diſpenſationem vſui eſſe debere contra commune bonum: Tertiò non ſemper deſiderari directè ſpectantem ad bonum commune cauſam, ſed ſatis eſſe indirectè, ac virtute, prout bonum partis in bonum redundat totius, ex *cap. requiritis 1. q. 7. §. niſi rigor. deſumpto ex epiſt. Leonis Papæ*, qui cauſas diſpenſandi ad rem noſtram ſimoniacam affert, quarum nonulla directè priuatum etiam reſpiciunt bonum, indirectè verò commune; quo pacto benigniori poſſumus interpretatione *D. Thomam* expendere *1. 2. q. 97. art. 4.* quem interpretatur *Sotus lib. 1. de iuſt. q. 7. art. 3. col. 4.* Addo cauſas diſpenſandi in Canonibus, ac decretis, quam diximus, ſimoniam prohibentibus, grauiſſimas eſſe debere; & licet poſſet occurrere iuſtæ diſpenſationis cauſa in vno, vel altero, ad hoc, vel illud beneficium; at in vniuerſum ferè nunquam occurrit, quod eſſet diſpenſatio circa generaliſſimum Eccleſiæ præceptum, ex cuius euerſione bonum Eccleſiæ regimen maximè labefactaretur: vt de ſimilibus diſpenſationibus rectè docent *Azor. lib. 13. inſtit. cap. 13. q. 5. & Sanch. lib. 8. de matrim. diſp. 8. num. 3.* Demum tanquam ad regulam vniuerſaliorem in prudentium virorum benè perpenſis circumſtantijs, rectum iudicium, res tota referenda eſt; quorum primas eſt Summus Pontifex Chriſti Vicarius, cuius intererit pro ſua dignitate, prudentia, ac ſapientia cauſas iudicare iuſtas diſpenſandi in ſimonia, eccleſiaſtico iure inducta: penès quem ſenſum non reſpuo ſuperiorem *Menochij* doctrinam ad Summum Pontificem hoc pacto contractam, ex *cap. Domino ſancto diſt. 50. & ſubſcribo Sylueſtr. verb. diſpenſatio, num. 3.* qui doctus homo, ac diligens ſeptẽ peculiares cauſas ad diſpẽſandum iuſtas affert, ibique legendas, temporis videlicet, vtilitatis, qualitatis, perſonæ, meriti, & ſcientiæ, neceſſitatis, pietatis, rei euentus, ſcandali euitandi multitudinis.

27 Num autem eſto cauſa intercedat diſpẽſandi, non tamen iuſta, ex ea valeat diſpenſatio, quæſtio videtur nullius difficultatis, quòd exploratum non valere videtur, cùm idem ſanè ſit causã non eſſe iuſtam moraliter, ac non eſſe, cõſenſu Doctorum de diſpẽſatione valida ex cauſa diſputantium, vnà tamen adhibita limitatione, niſi prudenter, ac bona fide iudicaret Princeps diſpenſans cauſam eſſe iuſtam, cum re vera non ſit, vt deduco ex *Azorio lib. 7. inſt. c. 29. q. 6. de legr ieiunij diſputante, & ex Sanch. lib. 8. de matrim. diſp. 17. num. 8.* hoc idem docente de diſpenſatione inferioris in lege ſuperioris, quod à fortiori in lege propria, vel à pari ſancita probat, nec alius cenſendus eſt Eccleſiæ, ac Reipublicæ ſenſus ad ſcrupulos tollendos, & conſcientiæ quieti, bonoq. regimini Eccleſiaſtico conſulendum.

28 Poterunt autem adeò vrgentes eſſe cauſæ, vt neceſſaria, nedum licita huiuſmodi habenda ſit diſpenſatio ob ea, quæ *tom. 1. lib. 2. diſp. 3. cap. 1. nu. 15. & 16.* ſcripſimus.

29 Quod aũt dixi de diſpenſatione legis quoad effectus futuros, idem aio de Summo Principe, præſertim Papa, quoad effectus iure humano iam ſequutos, vti conſtat ex *Clem. 5. & glo. ver. pro infectis, Cardinali ibi, n. 6. Abb. cap. non debet in fine, de conſang. & affinit. Sanch. lib. 8. de matr. diſp. 7. nu. 4.*

CAPVT VLTIMVM.

Diluuntur rationes cap. 2. contra veram ſententiam relatæ.

SVMMA.

Vendibile non eſt beneficium Eccleſiaſticum, aut Epiſcopatus, & qua ratione id habet iure naturali, atq. eccleſiaſtico, n. 1.

Venditio granorum benedictorum eſt inualida, num. 2.

Simonia iure naturali diuino, minimè referenda eſt in ſolam extrinſecam Dei voluntatem, num. 3.

Per

Per ea verba Gratis accepistis, &c. *non modus accidentalis, sed substatialis præcipitur, ibid.*

Per illa eadem verba, non nouum præceptum diuinum, sed naturale declaratum est, nu.4.

Quid sit vsura, quid mutuum, n.5.

Mutuum dare per se consideratũ licitum est, spectans ad virtutem, ibid.

Triplex discrimen inter vsuram, & simoniam, ibid.

Mutuatarius soluendo vsuras non peccat: at electus acceptans, vel obtinens beneficium per simoniacè collatum, semper ferè peccat, num.6.

Lex simoniæ vtrumque obligat, vendentem, atque ementem rem sacram, secus lex vsurarum, quæ mutuatarium vt sic non obligat, ibid.

Secundum discrimen inter vsuram, & simoniam ex materia desumptum, n.7.

Tertium discrimen ex pleno mutuantis dominio suæ pecuniæ, quod non est distributori ad rem sacram, cuius nullus mortalium est Dominus, sed dispensator, n.8.

Quomodo res, aliàs arctiori titulo debita emi possit, nu.9.

Legatarius rem purè legatam titulo oneroso comparans legato censetur renunciasse, ibid.

Potest aliquod emi iniustè, dandum, v.g. Iudicis sententia, quo dato tenetur emptor pretium soluere, n.10.

Quomodo emptio rei propriæ possit esse valida, etsi absolutè inualida censeatur, n.11. & 12.

Ad dominium transferendum licet titulus, ac traditio requiratur: fallit tamen hæc regula in legato rei certæ, cuius dominium statim, acceptante hærede transfertur in legatarium, n.13.

Legatum non dicitur oneratum ob difficilem exactionem ex malitia hæredi deriuatum, num.14.

Res in genere legata si hæredis malitia perit, illi perit, n.15.

Falsum est omnem electionem digni, omisso digniori esse validam, n.16. remissiuè.

Affertur ratio, cur validè Sacramenta intercedẽte simonia nulla sit, n.17.

Contractus simoniacus, & defectu materiæ ex se, & dominij, & auctoritate Ecclesiæ nullus est, num.18.

DDifficultas soluendi sextum argumentum ex primo absurdo illatum, quod sequeretur ex simonia mentali oriri obligationem restituendi, quẽadmodum ex vsura, n.19.

Rejicitur primus soluendi modus simoniam asserens consumari in actu externo, non autem vsura, nu.20.

Explicatur cap. consuluit, de vsuris, *n.21.*

Neq. animus solus, neq. externa quæcumq. solutio sufficit ad restitutionem ex vsuris, num.22.

Secunda solutio respuitur, malus asserens charitati vulnus, infligi ab vsura, quam à simonia, n.23. & 24.

Solutio Abbatis *asserentis in vsurariorum odium iniunctam esse restitutionem, ob vsuram etiam mentalem ostenditur insufficiens, n.25. & 26.*

Dilutio argumenti allata à Caiet. *dicente mutuatarium inuitum vsuras soluere, secus beneficiatum, reuocatur, n.27. & 28.*

Et res spiritualis pretio accepta restituenda est ab occupante, & pretium à vendente, n.29.

Sotus *difficultate pressus argumenti, Canonis sensum inuertit, n.30.*

Respuitur, n.31.

Suum cuiq; pulchrum; & propriè quam cæterorũ res magis arridet, ibid.

Non est concedenda Catholicis Auctoribus facultas inuertendi sensum sacrorum Canonum, vel ob turpe, quod daretur hæreticis exemplum, nu.32.

Arguitur falsitatis Sotus, *quòd* Canonem Quoniam, *&* Mandato de simonia *dicat ex Concilio Constantiensi desumptum, n.33.*

Quomodo Constantiense Concilium inchoatũ fuerit, nu.34.

Canon Quoniam, de simonia non à Gregor. IX. verum ab Innocentio III. *proditus est, n.35.*

Quid sit fraus, & quid nomen fraudolenti munusculi intelligatur in cap. si quis 1. quæst. 5. *num.36.*

A Soto *casus ipsius textus falsò exponitur, n.37.*

Per clausulam solum, *quod à dispositione textus excludatur, n.38.*

Particula, seù clausula taxatiua solum, *non semper correctionem operatur iuris, n.39.*

Proponitur explicandus text. cap. fin. de simonia *n.40. & 42.*

Religio bifariam sumi potest, n.41.

Quod rarò contingere solet, non est præsumendum euenisse, n.42.

Textus declaratio ab Auctore allata n.43.

Vsura, & simonia iure diuino prohibita pari passu procedunt, n.44.

Vsura, & simonia iure ecclesiastico prohibita, eodem non se habent modo, n.45.

Cur simoniacus per simoniam ecclesiasticam, non intercedente pacto, ad restitutionẽ non teneatur ex cap. citato: *at vsurarius etiam excluso pacto, accepta pecunia, teneatur, n.46.*

Quomodo absq. simonia redimi possit impedimẽti vexatio in spiritualibus, n.47.

Etiam ante electionem, si vi impediaris, poteris eã auertere pecunia n.48.

Ad ornatrm malis artibus impedimentum à te etiam non electo ad beneficium remouere potes num.49.

Ad proximi declarandas iniurias, quæ aliter propulsari non possunt, contra eius electionem, licet pecunia vti, n.59.

Ad aduertendam electionem indigni, licet aurum dare, n.51.

Etiam ad electionem vnius digni tantum existentis, nu.52.

Pluribus existentibus dignis pro vno certo, non licet, sed pro incerto licet, nè indignus eligatur, nummos offerre, ac dare, n.53.

Soluitur vltimum argumentum de Summi Pontificis electione, n.54.

Diuinæ prouidentiæ est, vt ad electionem Pontificis oẽs conditiones necessariæ reperiantur, n.55.

Velut hæreticus, vel vt penè hæreticus puniendus esset negans hunc Pontificem verum esse Papam, n.56.

Digitized by Google

1 QVas *cap. 2. è Soario* præsertim in nostram sententiam retulimus, rationes soluendæ sunt. Primi igitur enthimematis antecedens negamus, non modò cùm alienatione rerum spiritualium eius, quod supra naturam est spirituale, ratio habetur, & quidem è singularum, ac simul omnium concursu causarum, quemadmodum *cap. 4. à num. 1. ac deinceps* demonstratum est; sed etiam si in re sacra, aut spirituali, ecclesiastico, ex gratia, beneficio, aliquod temporale spectetur, tanquam coniunctum spirituali, vt præbenda, vel ius ad fructus, competens ratione sacri officij, de quo *cap. cit. nu. 14.* vbi quamuis *à num. 15. ac deinceps* dixerimus, posse solum Papam, materialitèr consideratum vendere beneficium, non tamen vt fundatum in re spirituali, sed absolutè intendentem beneficium vendere, sub formalitate rei temporalis non peccare in ius diuinum, sed ecclesiasticum, nisi ex iusta causa dispensauerit, sicut *cap. 2 à num. 2. ac deinceps* probatum est. Addo in foro externo, quemadmodum *cap. 4. num. 18.* indicaui, indiuiduam illa duo habere connexionem, titulum, & ius ad fructus, & resignantem titulum, resignare fructus per se censeri; atque excipientem titulum, censeri accepisse ius ad fructus illi coniunctum: nec non exigentem aliquid temporale pro iure fructuum habendum esse pro officio extorsisse. Vtq. proprius ad rem nostram accedamus, electionem ad Episcopatum simoniacè habitam, tùm naturali, tùm ecclesiastico iure esse irritam, vt *cap. 3. num. 3. & integro cap. 4. & cap. 5. num. 7.* probauimus. Neq. nos semper talem electionem, vel quamcumq. aliam alienationem rei spiritualis ex naturali iure simoniacam esse docuimus, sed vel quando ratione spiritualitatis, vel supranaturalitatis aliquid venditur, vel quando absolutè alienatur, aut accipitur, ob necessariam connexionem inter temporale, ac spirituale, ex quibus beneficium v.g. constatur, ità scripsimus
2 locis suprà citatis præcipuè *cap. 5. num. 13.* Ad confirmationem respondeo venditionem granorum benedictorum, vti benedictorum habitam, omni iure esse inualidam, quemadmodum demonstrauimus locis citatis *cap. præsertim 5. n. 12.* rationemq. inuoluere aliquo pacto iniustitiæ, cum inuito Domino, res spiritualis temporali cum fœce commutetur.

3 Secundum *Soarij* argumentum etiam ruit: negamus enim ad solam extrinsecam Dei voluntatem rem omnem deferendam esse; quippè rei spiritualis per temporalem, simoniaca alienatio nulla est, tùm defectu materiæ, vt *cap. 4. num. 2.* ostendimus, tùm formæ, nimirum consensus, tùm finis, ad quem à Deo concessa sunt, quemadmodum *num. 3. & 4.* confecimus, & quamuis vt à *num. 4. ac deinceps* vidimus, à Deo hæc data sint, eo tamen præstita sunt fine, qui maximè illis proportionatus erat, neq. alitèr ea danda concessit. Quamobrem præcepto diuino explicante naturale, negandum omninò est modum tantum accidentalem, illis præscribi verbis, *Gratis accepistis, gratis date*, sed substantialem, cum finem expresserit, ad quem dona spiritu alia suis Apostolis, atque Ecclesiæ Dominus dedit, *illis* pro obè accomodatum, quo pacto nos locis citatis prosequuti sumus, indicatque
4 *Concilium Toletanum 12. cap. 8.* itaq. illis verbis, *Gratis accepistis, gratis date*, naturale potiùs præceptum declarauit Magister Christus, quã nouum imposuit, vt *cap. 4. citato à n. 8.* diximus, cùm ad finem spiritualem concessa dona, atque ex sua natura supernaturalia conferri moraliter non valeant ad rem temporalem; alioquin supernaturalia non ad salutem animarum impertita, non suprà vires humanas, sed ad instar temporalium haberentur flocci facienda; imò si gratis minimè darentur, suspicio subrepere posset contrà veritatem, fidemq. Catholicam, Cachodæmonis arte hæc haberi, salutisq. negotium, ad lucrum ordinari, ac quæstum: ex tali igitur modo, fineq. spiritualium rerum naturæ accõmodato, lex illa siuè noua, siuè potiùs declaratiua naturalis, tali facta institutione, substantialem præcepisse actum deducitur.

5 Tertium argumentum non adeò videtur facilè, & licèt hæc inter vitia, consensu Doctorũ, discrimen agnoscatur, assignatu tamen est difficile, ipse vero vnum afferam ex parte vtriusque legis diuerso modo se habentis; alterum ex parte materiæ; tertium deniq. ex parte dominij: In vsura igitur duo distinguenda sunt, & mutuatio pecuniarum, & acceptio vsurarum è certa pecunia mutuo data; est enim vsura, *lucrum immediatè, ex mutuò prouenieus*. Prima ex se non modò mala non est, sed bona. *Lucæ 10. Benefacite & mutuum date, nihil indè sperantes*; Deinde per contractum mutui, necessariò dominium transfertur in mutuatarium, vt vel ex ipsa etymologia deducitur; dicitur enim *mutuum*, quasi ex *meo tuum*, atq. ex *Instit. mox citan.* patet. Secunda autem nempè acceptio vsurarum prohibita non modo est iure diuino, atq. humano, sed etiam naturali. Ex his DD. consensu etiam à nobis, cætera, discrepantium, constitutis, primum deduco discrimen inter vsuram, & simoniam; etenim cum mutuatio pecuniæ mala non sit ex se, neq. eius acceptio à mutuatario facta nil est, quod impediat eiusdem dominium, & vsum; & quamuis inficiab vsura mutuãtis animus possit, hoc tamen non officit mutuatario, nec contractui verò mutui, de ratione cuius est translatio dominij in mutuatarium; est enim mutuum, *traditio rei numero, pondere, vel mensura constantis, facta eo animo, vt statim fiat accipientis, cum obligatione simili specie, & bonitate restituendi*, vt colligitur ex *Instit. tit. quib. modis rei contrahatur obligatio, & l. 2. ff. si certum petatur*. Imò malitia mutuantis vsurarij non transfertur ex se in mutuatarium, qui absque culpa potest, ad redimendam saltem vexationem vsuras soluere, iuxtà *cap. debitores, de iure iurando*, Canonistarum, ac Theologorum consensu. Quæ omnia secus in simonia se habent; licet enim collatio beneficij, ad dignitatem: cæteraque huiusmodi ex se bona sint electo, simoniacè tamen si habeantur à conferente, vel electore etiam per se loquendo, simoniaca sunt, respectu electi. Cæterùm insto primum, sicut mutuum ex se est bonum,

Digitized by Google

ità pariter collatio beneficij; sed ipsum mutuum animo carpendi vsuras licet inficiatur, transfert tamen dominium in mutuatarium; ergò licet electio, vel collatio beneficij fœdetur simonia, transferet tamen dominium in electum. Respondebis, posse vsuram committi à mutuante absque peccato mutuatarij; non posse vero committi simoniam ab electore, quin committatur ab electo. At contra, quia poterit etiam nonnunquam ab electo non committi simonia, sed à tertia persona, *vt cap.* 5. diximus: eadem igitur erit ratio saltem in hoc casu, in quo dominium transferetur in electum ex vi legis naturæ. Respondebis concedendo, cum absque culpa electi id eueniat, vt nos loco citato diximus à *num.* 20. *ac deinceps*. Instabis deindè, quicquid sit dè culpa vsurarij, & soluentis vsuras, adhuc argumento robur esse; nàm negari minimè potest, dominium pecuniæ mutuatæ per se, neque ex accidenti, vt in superiori casu, ad mutuatarium transferri; ergo dominium beneficij simoniacè collati transibit etiã ad beneficiarium, cui simoniacè datum est.

6 Verùm ex ea, quam dixi culpa non contracta à mutuatario, patet solutio, nam si contra iustitiam hic non facit soluendo vsuras, profectò discriminatur à simoniaco beneficiario, qui suo modo etiam contra iustitiam facit, cum sibi pecunia rem emit inuendibilem contra voluntatem Domini, vt sæpiùs dictum est. Hinc distincta vtriusque præcepti ratio non mutuandi ad vsuras, & simoniacè non conferendi spiritualia deducitur; siquidem illud ità latum est, vt substantialiter contractum non prohibeat ab vtraque persona pendentem, sed solum vsurarium ideat, quatenus ad vsuram obligantem ex vsu pecuniarum; at verò præceptum naturale diuinum simoniam substantialiter ità prohibet, vt vtramque inter quam per se versatur, personam obliget; vt sicut alter conferre; ità nec alter simoniacè acceptare possit spirituale. Ex his vlteriùs fit, quòd sicut conferens contra voluntatem Domini, & contra naturam rei spiritualis inuendibilis aliquid non modò licitè, sed nec validè præstare, vel vendere, potest, ità neque emptor acceptare, vel emere. Quod si aliquando supponatur absque culpa esse; electum penès ea, quæ *cap.* 5. dixi à *num.* 20. Poterit lege naturæ spectata, ius beneficij etiam dati simoniacè culpa dantis in electum innocentem transferri. Ex his retorqueo argumentum. Vsurarius pecuniæ, lucrique accepti ob mutuum non acquirit dominium, quod restituere tenetur ex *capit. non sane iuncta Glossa 14. quæst.* 5. & communi Theologiæ, iurisque Canonici peritorum sententia; ergò & simoniacus, acceptor rei spiritualis, siuè collator; vt enim mutuum, vel vsus pecuniæ pretio non est dignus; neq. venditioni obnoxius, ità neq. res spiritualis quacumq. ratione per se spectetur.

7 Ex his ità constitutis gradum etiam facio ad secundum discrimen inter vsuram, & simoniam, desumptum ex materia; quia res spiritualis inepta est ex se tùm venditioni, tùm emptioni, tùm collationi, tùm acceptationi, nec habere potest rationem pretij, vel rei ex pretio datæ, mercisque; pecunia verò quamuis pretium vsus alterius pecuniæ non sit, ideoque vt sic transire non possit in dominium vsurarij; at vero vt data spe vsurarum, mox recipiendarum, nihil habet repugnans, cur non possit in dominium transire petentis illam; quippè quæ talitèr quidem acquisita, penèque redempta repugnantiam non habet cum tali redemptione, & cum possessione personæ illam, propriamque vexationem redimentis; repugnat itaque pecuniam esse pretium alterius pecuniæ, non tamen repugnat, esse quid redemptum aliqua pauca pecunia, in pretium vsurario data, absque cuius spe maior illa summa redempta minimè data fuisset: sicut neq; ei repugnat subire aliquo pacto rationem mercis, quia vetus, quia pulchra, quia recuperatu difficilis, vt probè *Lessius* explicat post multos *lib.* 2. *de iust. cap.* 21. *dub.* 1. *num.* 1.

8 His addo tertio loco expeditiorem solutionem per clarius discrimen; etenim vsurarius propriæ quam mutuò primò dat, pecuniæ dominium habet, cuius est Dominus, quòd sanè transferre potest ad libitum in mutuatarium; Prælato autem, nec etiam Pontifici Maximo, non est tanquam Domino beneficij dominium; quippè qui est tantum administrator huiusmodi spiritualium rerum, vt infrà *lib.* 6. *disput.* 4. *& 5. præsertim à num.* 15. *cap.* 2. probabitur, ideoque non potest in electum simoniacum transferre dominium contra voluntatem Domini, reique sacræ naturam. Dices mutuanti animum non esse transferendi dominium pecuniæ nisi sub conditione vsurarum soluendarum; atqui conditio de futuro contractum irritat, vti Doctorum consensu certum habetur; ergo vsurarius dominium non transfert; vel si transferat, eodem pacto transferet elector simoniacus. Respondeo hoc argumento potiùs negatiuam probare partem, idest, neque vsurarium transferre dominium pecuniæ fœnori datæ. Cæterùm hoc ipsum nego, quia fœnoris solutio considerari quidem potest ex parte mutuatarij, cui non est mala ad redimendam vexationem relata, vt infrà, & consequenter vt sic non est conditio turpis; quippequæ absq. peccato mandari potest executioni.

9 Quarto argumento respondeo vnam, & eamdem rem natura sua venalem posse duplici titulo esse deinctam. Quamobrem solutio legati, quod titulo non oneroso legatarijs debetur, poterit oneroso ad redimendam saltem vexationem emi: qua posita emptione, actiori sanè tenebitur vinculo hæres, & titulo obligationis resultantis ex testamento, quæ ratione termini, idest personæ, cui legatur ad Religionem potest spectare ad pietatem, vel alias virtutes: & titulo oneroso pecuniæ solutæ ad iustitiam commutatiuam; neque venditio hæc videtur nulla ex hac parte, cuius duo extrema sunt, pecunia, quæ datur à legatarijs; & ius strictius, ex oneroso contractu pullulans ad legatum, quod quidem ius est vendibile, valideq. venditur: at vero sicut *cap.* 4. diximus

spiri-

Digitized by Google

spiritualia, nec vendibilia sunt, neq. sub dominio administratoris conferentis, & contra voluntatem Domini alienari non possunt; nil mirũ igitur, si validè non alienantur. Instabis iam ius erat legatario acquisitum à die mortis testatoris, *l. d Titio in fine, ff. de furtis*, & liquet ex communi sententia; ergo hoc ius non erat venditibile. Respondeo ius fuisse acquisitum legatario, gratioso legati titulo, non autem oneroso resultante ex solutione pecuniæ. Verùm enim verò hæc potius gratia disputandi cõcesserim *Soario*, quàm vera esse dixerim; nam si legatarius sciẽs rem sibi esse purè legatam, emit tamen ab hærede, aut à testatore adhuc viuente, expirare censetur tale legatum, cui eo ipso legatarius censetur renunciasse: argumento *text. in l. illud, ff. de acquir. hæred. & in l. Titius in princ. ff. quib. mod. pign. vel hypot. affirmantq. Bartol. & DD. communiter quos sequitur Anton. Gomez 1. tom. variarum resolutionum, cap. 12. num. 35. cui subscribit Molina de iust. & iur. tom. 1. tract. 2. disput. 201. ad fin.*

10 Deniq. vt *Soario* morem geram, si penitus ab eo casus exaratus inspiciatur, ab hærede comperiemus non vendi ad legatum ius, neq; à legatario, hoc idem emi, sed vel illum iniustam detentionem hæredis, vt tandem aliquando soluat; quemadmodum à Iudice iniusta etiam sententia potest emi vel actualem solutionem legati, quę ab ipso iure distinguitur; & hęc quidem omnia, & si illicitè, validè tamen vẽdi possunt pro quibus, opere expleto, debetur promissum, vel oblatum, vt probè *Couarr. ad regul. peccatum, par. 2. §. 2. nu. 1. Caietan. 2. 2. quæst. 32. art. 7. Lessius 2. lib. de iust. cap. 18. dub. 3. nu. 18. & cap. 14. num. 56.* Nec me latet emptionem rei
11 propriæ validam, vt sic non esse, ex *l. in emptione 5. §. rei suæ, ff. de contrah. empt.* Verum si res propria aliquo fuerit onere affecta poterit ab emptore illud redimi. Quamobrem esto legatarius ius habeat in legatum, quia tamen iniustæ hæredis detentione est affectum, ab ea potest validè vendicare.

12 Respondeo deinde negando antecedẽs, etenim sicut emptio rei propriè inualida est, tùm ex textu modò citato, tùm quia per huiusmodi cõtractum nullum acquiritur dominium, quòd emptor iam erat rei propriæ dominus, qua de causa minimè tenebitur pretium soluere, si non dum soluit, imò poterit solutum repetere; sic, nè discedam ab exemplo Soarij, si legatarius rẽ legatam in die, aut sub conditione, titulo oneroso compauerit ab hærede, aduenientè die, aut impleta conditione, petere poterit æstimationem per *text. leg. si ab substituto, ff. de legatis, glossa ibid. & Auctores communiter, quos citat, & sequitur Antonius Gomez, paulò ante citat, probatq; etiam Molina laudatus l. 4. ad l. falcid.* nulloq. iure constat teneri quempiam ad soluẽdum pretium pro re sua, vt probè *Vasq. in opusc. de restit. cap. 5. apud quos alij*: sic etiam emptio legati, quod est ipsius legatarij valida non erit.

13 Neq. obstat ad rei dominium per se requiri titulum, ac traditionem, ex *l. traditionibus, C. de pactis, iuncta l. nunquam, ff. de acquir. rer. dominio*, quia paucæ hanc regulæ exceptionem in legato rei certæ, cuius dominium statim: vbi hæres acceptat hæreditatem, in legatarium transfertur, ex *l. d Titio, ff. de furtis, ac tradunt ibi Scribentes.*
14 Neq. propriè hoc in euentu dicetur oneratum legatum; cum ex malitia, atq. hæredis iniquitate sanè reddatur difficile. Sicut ergò res
15 in genere legata absolutè si pereat, culpa, & malitia hæredis, illi perit, vt habetur in *§. si res, legata, instit. de leg. & in l. cum res, §. item si res, ff. de legatis*: ità dum ex propria hæredis culpa res legata, non soluitur, non hinc onerata, neq. in damnum cedere debet legatarij.

16 Ad id, quod citatus Auctor addiderat de electione digni, omisso digniori, solutio ex *lib. 6. disp. 10. cap. 1. & 2.* infrà constabit, falsumq. est, omnem electionẽ digni omisso digniori validam esse.

17 Ad collationem Sacramentorum, dico nullius esse robotis argumentum, e Sacramento permanenti Eucharistico deriuatum, quod quidem cum supponatur, non potest eius valor pendere ex illicita administratione: electio autem, vel beneficij collatio, quæ venditur, non supponitur, sed ipsamet dum habetur, pecunia alienatur; quapropter inualidè si vendatur, inualida quidem erit. Habet itaq. vim argumentum de Sacramentis, quorum confectio, quando conferuntur, habetur, assignandaq; est ratio, cur Sacramentum Pœnitentiæ v. g. simoniacè datum, & confectum, validè conficiatur, ac detur in se, licet intercedat simonia, atq. illicitè, inualideq. vẽdatur, resultetq. obligatio ex eius venditione restituendi; & idem dicendum non su de collatione beneficij simoniaca, quæ quidẽ valida sit, tametsi resultet obligatio restituendi pecuniam eius causa datam, & sit illicita. Confirmatiq. potest hoc modo, consecratio Episcopi licet simoniacè facta valida est, ergò & electio. At respondeo primùm, disparitatem esse; quia Sacramentum retractari non potest, sed beneficium .i. ius ad fructus, & quodcumq. permanens sacrum, pecunia venditum, restitui poterit, cum permaneat. Deindè Sacramentorum, aio administrationem validam non ex bonitate, vel malitia pendere ministri, vt fides Catholica docet, ex Christi Domini institutione, per traditionem nobis nota, illorumq. virtutem ex opere operato, peccato non infici ministri operantis, vti contra *Arippinum Africanum, qui tempore Zeferini Papæ vixit; & contra Cyprianum, aliosque Præsules, in Concilio Africano docit Stephanus Pontifex Max. & contra Donatistas hæreticos, D. Augustinus tract. 5. in Ioann. lib. 2. de baptism. & lib. 6. cap. 1. Anastasius Papa in epistola ad Anastasium Imperatorem apud Baronium anno 1497. num. 10. Concilium Constantiense cap. 8. Trid sess. 7. Canone 12. de Sacramentis: & cum Magistro in 4. dist. 5. & alij Theologi.* At verò collationem rerum sacrarum simoniacè habitam, è contra potiùs nullam esse ex multis etiam Canonibus ius naturale exprimentibus patet, quos *cap. 5.* attulimus. Demum congruentiam addo, quia Sacramentum virtute diuina ex Christi meritis suum confert effectum, ex opere operato, ex quo valorem habet, non autem ex opere operantis, neq. ob ministri bo-

Digitized by Google

nam dispositionem, ac merita, modò essentialia præstet, materiam videlicet, formam, atq. intẽtionem; at verò valor collationis beneficij ex ministro, iuxtà institutionem Christi rerumque spiritualium naturam pendet, quæ est, vt gratis dentur, & gratis conferantur. Instabis hoc præcepto declaratur modus accidentalis collationis Sacramentorum, ergo, & modus accidentalis collationis beneficij; Verùm negatur sequela; nam illo præcepto ius naturale diuinum declaratur, quod rerum naturis accomodatur; cũ autem Sacramenta ex opere operato, & non operantis efficacia sint, non erat, cur eorum valor institueretur pendens à malitia, vel bonitate ministri; at cum ius spirituale ad fructus non sit aliquid huiusmodi ex opere operato, spectans ad supremum ordinem gratiæ, & gloriæ, institutum est ab homine conferente, suum valorem deriuans secundum illius iuris naturam dandũ, & non alias. Quod à posteriori, vel ex eo patet, quod siuè ordinationes, siuè consecrationes quoad characterem, siuè valor Sacramentorum ità sunt valida, vt non sint irritabilia ab Ecclesia; à qua tamen est irritabilis electio, & acquisitio beneficiorum, vt probè *Soarius lib. 4. de simonia c. 5. n. 1. & 2. ac deinceps, ac n. 11.*

18 Pro solutione quinti argumenti duo distinguenda sunt in contractu simoniaco, primum intrinsecum, & naturam rerum subsequens, quę materia est contractus: secundum se tenens ex parte contrahẽtium: primum est ineptitudo illarum rerum spiritualium, quæ vẽditioni, atq. emptioni obnoxiæ minimè possunt esse, vt luculentèr probauimus *cap. 4.* estq. intrinsecum huiusmodi rebus, quæ iure naturali diuino pecunia æstimari, vendi, vel emi non valent; secũdum in pœnam peccati simoniæ ab Ecclesia meritò quidem est inductum, vt simoniacus in eo, in quo deliquit, puniatur, fiatq. inhabilis ad illud idem, quod fœdè pecuniæ spirituale cum sit, turpitèr æstimauit comparandum; vt loco citato confirmauimus, & ipsemet *Soarius* sentit, & hæc sanè duo minimè perpendit *Sotus sæpè laudatus art. 1. ad finem expositionis propriæ sententia, & art. 2. respondeus secundo argumento.* Quã autem hæc ab erroribus *Ioannis Wicleph*, & *Ioannis Hus* dissentiant, non est, qui non videat; in quæ monstra *1. tom. lib. 3. disput. 2. cap. 3.* egimus.

19 Sexti argumenti primum membrum, inferẽs absurdum simoniæ mentalis inducentis obligationem restitutionis beneficij ex illa dati, iuxtà nostram sententiam per paritatem vsuræ, mirũ est, quãtum Auctorum ingenia fatigauerit, quæ difficultatem enodare varijs conata sunt modis.

20 Quidam apud *Abb. cap. mandato, de simonia num. 6.* respondent, simoniam in actu consumari externo: at vsuram in interno. Cæterùm ratio discriminis inter hæc vitia ab his Auctoribus, vt probè in eos scribit *Ioann. Andræas*, nõ affertur; deindè falsum prorsus est vsuram mero actu interno consumari: quippè contra iustitiam cum sit, & quidem commutatiuam, sine actu externo solutæ iam pecuniæ, nequaquam patere potest obligationem restituendi, definitur enim *lucrum immediatè ex mutuo perueniens.*

21 Scio Vrbanum III. cap. cõsuluit, de vsuris dicere. Qui mutuat, aliàs mutuo non daturus, eo proposito, vt licet omni conuentione cessante, plus tñ forte recipiat, pro huiusmodi lucri intẽtione, quã habet iudicãdus est malè agere, & de ea, quæ talitèr sunt accepta, restituenda, in animarũ iudicio efficacitèr inducẽdus. Verũ solus mutuantis animus contendentis, vltrà sortem aliquid accipere, satis non esset, solutione fœneratis non accedẽte, quemadmodum vnico verbo *Glos.* probè indicauit, explicat enim *Tò male agere*, hisce, *Intellige cum effectu.*

22 Imò effectus cuiuscumq. solutionis minimè sufficit, nã si mutuatarius det aliquid vltrà sortem principalem, gratis, siuè pro amicitia, & mutuator hanc ignorans intentionem accipiat, tanquam datum ex obligatione, rationeq; mutui, absolutè non tenebitur ad restitutionem ex parte rei acceptæ, sed ex conscientia erronea, vt docet *Caiet. tom. 2. opusc. 8. q. 3. Couarr. ad reg. peccatum p. 2. sub principio, Gabriel. in 4. dist. 15. q. 11. dub. penult. Scotus ibid. q. 2. art. 2.* Et quia non habet alienum; & quia non læsit, esto animum habuerit lædendi; & quia re vera alter donauit: ritè igitur componuntur simonia, atq. vsura; quòd vtraq. solo animo, atq. intentione præstant, vt quis simoniacus, vel vsurarius censendus sit coram Deo, cui omne cor patet; quoad restitutionem, etiam ex actu promanantem externo derogationis iuris alterius, vẽditionis, aut emptionis illegitimæ rei inuendibilis, nec prorsus æstimabilis, vel quia lucrum datur pro vsu inuendibili pecuniarum, vel quia temporale tribuitur pro spirituali, aut è contra, nullus dicetur vsurarius, aut simoniacus, ni externa facta solutione; neq. in alio discrepant, quàm in pacto, & conuentione, quæ nonnunquam simoniam, quam appellant conuentionalem constituit, cum id non habeat vsura.

23 Respondet secundò *Io. Andræas* maius charitati vulnus infligi ab vsurario, quàm à simoniaco, & quia mutuatarius præter vsurarum solutionem integram tenetur restituere sortem pecuniarum, quæ fundamentum erat gratiæ: at acceptor beneficij spiritualis, licet ad aliquam solutionem pecuniæ v.g. se obliget, beneficiũ tamen, quod est fundamentum huius contractus, restituere non tenetur: & quia in simonia mens vtriusq. contrahentis peccato laborat, secus in vsura.

24 Verùm nihilò sufficientiùs, nam præterquam quòd in simonia, non semper vterq. simoniacus est, vt cap. 5. diximus, atq. ex instantia, exemploq. num. 22. adducto contra primam solutionem constat, & si re vera ex vna parte maius conferat beneficium, & gratiam collator rei ecclesiasticæ, quàm mutuator, cum ille rem non rependendam; aut restituendam, sed absolutè conferat, pro qua lucri aliquid sibi optat: fœnerator autem, & rem tradit rehabendam, & præterea lucrum etiam reportat: ex altera tamen fœnerator cum pecunia propria semper ad tẽpus se priuet: secus collator rei spiritualis; hinc fit maiori cum detrimento mutuantem bene-

mereri

Digitized by Google

mereri de beneficiato, quàm conferentem beneficium ecclesiasticum, quo se non priuat. Cæterùm ex his, cur ad vsurã sufficiat intentio accepto pretio, vt pariat obligationem restituendi, secus ad simoniam non declaratur.

25 Accedit *Abbas in cit. cap. mandato, de simon. n. 7.* aitq; in odium fœneratorum iniunctam esse restitutionem, ob vsuram etiam mentalem, nè variæ palliarentur vsuræ, deindè addit *cit. cap. mandato* intelligendum esse, quando Princeps intentio non fuit simoniaca; nam tunc non parere obligationem restitutionis docet.

26 Sed non diluit *Abbas* difficultatem, etenim si in odium vsurariorum iussa est restitutio intercedente intentione, atq. solutione vsurarum, rationi sanè consentaneum erat, vt hoc idem præciperetur in simonia, cuius materia minus est venditioni, emptioniq. obnoxia. Addo quod si vtrumq. vitium contra ius est naturale diuinum, eodem quidem pacto quoad hoc se habere debebant. Neq. arridet secunda *Panormitani* solutio; nam quacumq. intentione intercedẽte dummodò immediatè sumatur pro vsu pecuniæ aliquid, vltra sortem principalem restitutioni hoc erit obnoxium; idem igitur dicendum esset de simonia.

27 *Caietanus autem apud Sotum mox citandum*, id ait, inter simoniam, atq. vsuram esse discrimẽ; quòd vsuras, qui soluit, inuitus præstat: simoniacus autem libentèr pecuniam elargitur, qua sibi comparare videtur beneficium maioris valoris, vel quidpiam aliud ecclesiasticum, vel sacrum.

28 Verùm vt omittam, quod ipse *Sotus contra Caietanum* affert eadem nimirum ratione videtur simoniacum se habere, ac mutuatarium, qui quidem obuijs exciperet vlnis ecclesiasticum beneficium gratis datum, vt par esset, quod inuitus à simoniaco collatore redimit: præterea illud maioris (ni me mea fallit opinio) esse momenti reor, obligationem restituendi nõ oriri solum in simoniaco venditore ab inuoluntaria solutione emptoris, sed ab ineptitudine rei spiritualis, quam meritò probauimus obnoxiam non esse venditioni, vel emptioni, tùm ex se, tùm defectu dominij, quo carere illam aliàs, quàm gratis alienantem docuimus *cap. 4.* Ex
29 quo planè conficitur, non modo rem spiritualem pretio occupanti à se abdicandam esse, verum illi pro re spirituali, qui pretium accepit, restituendum esse, vtpotè iniustè à se acceptum.

30 At *Sotus de iust. quæst. 8. art. 1. ad 6. argum.* vbi ceteras Auctorum explicandi rationes, perpendit, præcipuè primam, in quam propendebat, in eam pressus difficultate, abijt sententiam, vt Canonis citati sensum, secus, quam par erat inuertere videatur, laudatq. pro se *Adrianum quodlib. 9. art. 3.* Itaq. nullatenus, ait, in citato canone decerni, mentali è simonia restituendi, non oriri obligationem, aut necessariam non esse spiritualium simoniacè habitorum resignationem: imò contrarium definiri, ad quod probandum in primis casum ea narrat ratione, vt cum quidam Monachi absq. pacto, animo tamẽ simoniaco ad locum, in monasterio habendum aliquid tradidissent temporale, Romamq. deinceps misissent ad dispensationem habendam simoniæ, quam subiere, dubium hinc exortum sit, duo habens membra; primum num extẽderetur mandatum Papæ de dispensatione conferenda ad Abbates, quasi actiuè, ità vt illius Abbas monasterij posset cum alijs dispensare Abbatibus. Secundum dubij membrum erat, vtrũ mandatum Pontificium latè pateret, etiam ad dispensandum, super resignationibus, nè ex alterutra parte, vt decebat, fierent, nè scilicet Cõuentus, seù Monasterium resignare teneretur, quòd à Monachis mentalitèr simoniacis acceperat, neq. Monachi abire cogerentur, locoq. cedere simoniacè inito, iuxtà præscriptum *generalis Concilij Constantiensis*. Quibus expositis dubijs per allatum textum contendit *Sotus* satisfacere difficultati, non eo tamen modo, qui hucusq. ab Ecclesia, singulisq. doctoribus receptus est, iuxtà *Compilationem Gregorianam, Romanumq. exemplar, quod ità se habet. Consultationi tuæ breuitèr respondentes dicimus, Mandatum Apostolicum etiam ad Abbates extendi, & ad resignationem spiritualium, quæ nullo pacto, sed affectu animi præcedẽte vtrinq. talitèr acquiruntur (in quo casu delinquentibus sufficit per solam pœnitentiam suo satisfacere Creatori)* eos pro simonia huiusmodi nõ teneri; sed hac alia ratione ab eo excogitata, nimirum *consultationi suæ breuiter respondentes dicimus Mandatum Apostolicum etiam ad Abbates extendi*, vt possint videlicet ipsi dispensare, *extendiq. etiam ad resignationes tàm temporalium, quàm spiritualiũ, si modò nullum interuenit pactum*, quãdo Abbas poterit quidem dispensare, nè resignatio tàm temporalium, quàm spiritualium fiat, quæ aliàs necessaria erat. En tibi Amice Lector textus non *Canonis*, sed *Soti*, qui neq. per Clausulam *solam pœnitentiam* in vero Canone expressam contendit excludi restitutionem faciendam tẽporalium, & resignationem spiritualium, quæ naturam subsequuntur simoniæ, sed solum discessum à Monasterio Monachorum simoniacorum, quod simoniacè nacti erant, in alium, qui discessus, Monasterijq. mutatio, iuxtà *citatum Concilium* erat in præcepto. Nec poterat (*addit Sotus*) *Gregorius IX.* cuius est citatus Canon contra Gregorium I. & sentire, & dicere; qui quidem *cap. si quis neque 1. quæst. 1.* contrarium statuerat, vt is, de quo fraudulento munusculo ecclesiasticam constabat dignitatem occupauisse, ad resignationem teneretur sub pœna damnationis: fraudulentum enim munusculum illud planè significat, quod fraudulenta mente, absq. pacto expresso supponitur, nam vbi conuentio interuenit, non est fraus, sed aperta iniquitas. Hæc ferè *Sotus addens ad finem art. & profectò, quousque me, vel Ecclesia, vel Sapientes aliud docuerint: egomet mihi aliud persuadere nequeo.*

31 Ego autem in mortuum de Sacra Theologia benemeritum inuehi libentèr prætermitterem, atq. hunc locum, in quo nonnihil dormitasse Auctorem censeo, (quæ humana est fragilitas) tacitus pertransirem, gratias potius ei referens,

qui

Digitized by Google

qui quod habuit, dedit, daturus si potuisset meliora, sed nè hoc genus sacros exponendi Canones serpat, quo tota eorum vacillare doctrina, & claudicare videretur; & nè posteris impunitas detur similis interpretationis, qui noua scribere gloriantur, in quo genere nescio quo pacto, magis quàm in alijs suum cuiq. pulchrum est, alienum informe. & sic si sint homines, vt te tua, me delectet mea, & quemcunq. sua fallax opinio, pauca in eam proferam.

32 Et quidem si nè proprij vitio ingenij vertant DD. eorumque tenuitatem fateatur hoc pacto Ecclesiæ fundamenta, canonicamq. doctrinam labefactare audeant, vitium sanè sacra faciet Theologia, deplorandamq. mox ruinam minabitur, & in peius ruet. Neq, nouatoribus hæreticis, hanc à Catholicis præsertim primæ notæ, vt habeo Sotum, vellem dari ansam, qua impudenter, vt de more habent, mendis sacros impleant Codices, eo nimirum nomine, vt errata commatum corrigant, seù potiùs inducant: Verum bona tanti viri venia eum arguo, quòd Concilium, ex quo textus citatorum Canonum *Mandato: & Quoniam, de simonia*, desumpti sunt,

33 testetur fuisse Constantiense. Etenim *cap. Mandato, siue finale, de simonia* connexum, atq. vnicum penè integrare textum, cum *cap. quoniam eod. titulo* constat consensu DD. cum *Glos. verb. Concilij*, nec discrepat ipsemet *Sotus*, at verò *cap. Quoniam ad verbum ex Canone 64. Concilij Lateranensis sub Innocentio III. celebrati anno salutis 1215.* desumptum est.

34 Præterea *Constantiense Concilium inchoatum est anno 1415 tempore schismatis sub Io: XXIV. seù vt alij XXIII.* quando tres ferebantur Pontifices, *Ioannes iam dictus, Benedictus XIII. & Gregorius XII.* qui sponte abdicauit, vt Ioannes etiam, Benedicto seù deposito, seù nunquam prætensam ipso deponente dignitatem: qua igitur ratione hoc *concilio coacto anno 1415. vti poterat Gregorius IX. qui viguit anno 1227. videat Sotus*; qui fortè fortuna ex *Gregorio IX. ad Gregorium XII.* quem abdicasse diximus tempore *Concilij Constantiensis* gradum faciens id falsò asseruit.

35 Deindè *cap. quoniam non à Gregorio IX. sed ab Innocentio III.* proditum, vel manifestò compertum habeo ex *Compilatione Gregoriana Decretalium*. Comparationem præterea, quam inter *Gregorium IX. & Gregorium I. facit Sotus* haud ritè peractam esse ex eo facilè constare potest, quod *Gregorius I. in Canone si quis 1. q. 5. cit. ab ipso Soto*, nihil de restitutione scribit, sed solum æternam iustè minatur damnationem, cuicumque simoniacè accedenti ad sacros ordines.

36 Age dum, esto fraudolentum munusculum me non lateat posse deriuari à fraude significãte Τὸ κατασκίνασμα καὶ σόφισμα, vt cum aliud agimus, aliud simulamus, & comminiscimur, donumq. fraudulentum, idem significare possit, ac alio datum animo, atq. intentione, nempè simoniaca; verùm frequenti etiam vsu, fraus eo sumitur sensu, vt deceptio sit; cum quis falsa persuasione in errorem adducit quempiam, vel ipsemet adducitur à recta veluti via deducès, vel deductus. Cum igitur Pontifex in dicto Canone mentionem iam fecerit de simonia interna per *ea inuisto cordis amore*, hoc idem opus non erat reperere, sed Τὸ fraudulento munusculo illud expressit, quod valet per se se animum titillare, atque inclinare personæ sacros conferentis ordines, vt probè ibi *glossa ex cap. etsi quæstio de simonia.*

37 Deindè non rectè casus exponitur à Soto, nõ enim, vt ex verbis textus, Doctorumq. consensu constat, *in dubium* reuocatum erat, nùm facultas concessa Monachis, ad absoluendum ad Abbates, vt ea potirentur intelligenda esset extensa? id enim ineptè absque, atq. ratione fuisset quærere, sed an facultas, quæ cuipiam, vel Abbati ipsius Monasterij facta erat ad absoluẽdos Monachos simoniacos, se extenderet ad Abbates absoluendos etiam simoniacos; quapropter inter Doctores hæc exagitatur quæstio nùm in fauorabilibus nomine Monachi veniat etiam Abbas. Notabilè præterea omitto æquiuocationem Soti, quærentis primò: num Abbas illius Monasterij posset absoluere, ac dispensare cum Abbatibus, quòad hoc passiuè se habẽtibus: deindè addit quæstionem fuisse, nùm possent Abbates ipsi actiuè dispensare, ad quod facta fuisset eis facultas à Papa. Quæ cum ità sint, innouatam à Soto rationem textus, quam quam toto Cœlo à veritate abberret clarè demonstrant.

38 Deniq. ne diu in tot, ac tantis à Soto minus cautè assertis videar ipse à breuitate abberrare, cæteris, omissis, illud silentio minimè præteeundum cẽseo, particulam, seù clausulam *solum*, qua textus vtitur prædictas non posse non excludere resignationes, vt vult Sotus; siquidem affirmatiuè opposita est, adiuncta exclusiua, *per ea, & ad resignationes spiritualium. Et eos pro simonia huiusmodi non teneri*, neq. solum excludere discessum Monachorum à Monasterio, vt idemmet Sotus contendebat, cum nulla de illo habeatur à textu mentio, & licet haberetur, vt aliquo pacto videtur indicatũ *in cap. quoniam*; per particulam tamen, *per solam pœnitentiam*, nec etiam censeretur exclusus, ni aliud adijceretur.

39 Etenim taxatiua' particula solus non semper correctionem operatur iuris, vt probè *Angelus in l. 1. per illum textum iniuncta Glossa in verbo solus, C. vbi, & apud quem. Iason in l. quod in rerum, §. si eius post testamentum, ff. de legatis 1. Decius consil. 3. Diligenter pro tenui col. §. versic. superest respondere*; quare cum amotio Monachorum à Monasterio simoniacè comparato, ex Concilio Lateranensi fuerit in præcepto, vt constat per *cap. Quoniam, de simonia*, per particulam taxatiuam, per *solam pœnitentiam*, illaesa in *cap. mandato* excludenda non esset, ni aliud opponeretur, vt adiunctum de restitutione spiritualium, ac temporalium profectò nõ faciendã, vti diximus.

40 His igitur reiectis solutionibus, veram vt asseramus, primò textum allatum *cap. final. de simonia* germano, veroq. illustrabimus sensu, deindè rationem contrariorum, si quid in nostram doctrinam habet momenti, diluemus.

41 Bifa-

Digitized by Google

41 Bifariam igitur Religio considerari potest, & vt quid merè spirituale, status nempè perfectionis veræ, Liceum virtutis, Respublica spiritualibus instituta legibus, rationeq; viuendi ad Christianæ vitæ perfectionem relata, cum connexione membrorum, bonorumque operum, participatione: secundò vt confert ius ad substentationem, ad quam Monacho, seù Religioso, pro viribus, tenetur Religio. Nam esto Monachis olim ius non erat viuendi ex bonis communibus, sed ex opere solum manuum; & consequenter Monasterium non tenebatur, lege iustitiæ, Monachũ alere, sed sola ex misericordia; at postquam Monasteria ad Religiosorum substentationem copiosè dotata sunt, atq; ecclesiastica instituta auctoritate, non est cur hoc ius Monachi non habeant ad substentationem, cum singuli partes sint illius communitatis, cui dominium, vel liber vsus est in ea bona; sic probè *Nauarr. comm. 2. de regularib. num. 29. & 65. Lessius lib. 2. de iust. & iure cap. 35. dub. 12.* Præterea in memoriam reuocandum est, quod *c. 4. num. 14.* diximus, ecclesiasticum beneficium, vt quodlibet aliud spirituale, formaliter iure diuino naturali, esse inuendibile, vt etiam consensu DD. tradit *Lessius modo cit. num. 66.* quod si, non penes spirituale beneficium, vel quodcumque aliud simile spectetur, sed secundum temporale adiunctum, reapse vendibile esse, etsi tale non sit iure ecclesiastico, circa quod ipsiusmet iuris ecclesiastici tantum committi potest simonia, & in re textus, quem explicamus, committeretur, saltem quando monasterium non præmeretur inopia, vt probè *D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 4.* cuius ratio peculiaris ad rem nostram cõtracta, est; quia ius viuendi de bonis monasterij, sic in præsentia professioni annexum est, sicut præbẽda, & ius ad fructus officio ecclesiastico; sicut igitur absq; simonia, ecclesiastico iure inducta, non potest ius ad fructus, vel præbenda vendi, vel pro ea aliquid accipi; ità pariter, neque pro iure alimentorum in Religione. Et quamuis *Syluester verbo simonia, quæst. 15. Toletus lib. 5. cap. 85. Sotus lib. 9. de iust. quæst. 6. art. 2.* negent dari simoniam, quando pecunia pro substentatione exigitur, verum eorum rationes de simonia, iure diuino prohibita probant, non autem de simonia vetita iure ecclesiastico, vt probè *Less. cit. n. 69.*

42 His præmissis dico Pontificem meritò declarasse restitutionem in casu textus non fuisse necessariam, sed opus fuisse tantum pœnitentia; siquidem illi Monachi nequaquam præsumendi erant simoniaci per simoniam, iure diuino prohibitam, cum quod rarò euenire solet, vt pretio purum spirituale intendatur emi in Religione, præsumendum non sit; patetq; à contrario; nã quod communiter fieri solet, præsumitur factũ esse; & quod communiter, & frequenter fit, ità præsumitur veritas se habere, ex *l. quædam, ff. de edendo, §. nummularius, & Glossa notabilis in l. neq; natalis, C. de probat. & ibi Cyo, Baldo, aliis, & cap. 1. de clericis nõ residentibus, vbi Cardinalis, Ioannes de Imola, Panormitanus, aliique.* Et sanè valet hic à communiter accidentibus locus: neq; à contrario, etiam in malo præsumendo, vt patet ex *cap. 1. cit. & habet Panormitan. apud Euerardum in locis arg. legalium à communiter accidentibus, num. 6. Non enim probat hoc esse, quod ab hoc contingit ab esse: frequenter nempè, ac facilè, vt habet Glossa in d. l. neque natales.* Prætereà quorsum emptio loci in Religione tẽdere dicenda ad purum spirituale, quod relucet; verò enim simile hoc nequaquam videtur, sed eam referri ad id, quod temporale habet bonum Religio, in qua locus optabatur; cum igitur præsumptio à verisimilitudine sumatur eriam, vt in *l. si pactum. ff. de probat. & secundum Baldum, & alios, quos sequitur Menochius lib. 1. præsumpt. q. 18. num. 10.* non erant illi Monachi præsumendi simoniaci simonia contra ius diuinum, vti diximus ideſt ementes locum in Religione, vt quid spirituale, quod etiam *Soarius, sentit 3. tomo de Relig. lib. 5. cap. 9. num. 15.* Quod autem de loco in Religione secũdum spiritualia tantum spectata, diximus, dictum etiam de ea volo, vt prebente locum formaliter consideratum, quatenus ius ad alimenta Monachorũ, subiectum inuoluens, vel essentiam, vel facultatem, vnde manat, vt nos *loco cit. cap. 4.* declarauimus: siquidem non hoc intentum fuisse à monachis videtur, sed solum locum habẽdi in monasterio, à quo alendi erant, & potestatem fortitan accepturi, vt in eodem aliquando tandem præsserent.

43 Quamobrem si monaci erant simoniaci sola simonia ab ecclesia prohibita, ad quam tamen pacti conditionem, illa requiri declarauit, nec solum sufficere animum, externè non declaratum, patet tùm ex *textu cit. tùm ex cap. veniens ad nos, cap. dilectus de simonia, atq; extrauaganti 1. eodem* restitutioni locus in casu textus non erat; neq; ob simoniam, contra ius diuinum, vt dictum est, neq; contra ius ecclesiasticum, vt modo declarauj; ergò manifestò conficitur nullo pacto restituendi obligationem ex tali pecuniarum collatione vtrinq; resultare: Quam mihi videor textus interpretationem ex *Hostiensi ibid.* desumpsisse, asserente, quæ per simoniam contra ius diuinum acquiruntur restituenda esse; quæ verò per simoniam de iure positiuo, i. malam, quia prohibitam, esse à restitutione liberam: ob rationem allatam, de qua ibi Pontifex loquebatur: fauet *Henricus Gandauensis*, qui sentit loca præclariora, vtpotè Abbati vicina ab illis fuisse Monachis empta, vt paulò antè indicaui.

44 Ad vsuræ paritatem aio pari ratione de ea, ac de simonia intrinsecè mala, iureq; naturali, diuinoq, prohibita sentiendum esse; quarè si cui, vel statum spiritualem Religionis, vel calicem, vt consecratum animus esset pluris emendi, si non emisset, actu interno simoniacæ voluptatis peccasse dicendus, non secus ac si quis furari voluisset, vel fœnerari pecunias, fœneratione non sequuta: Prætereà ex hac fœneratione executioni mandata, vt ex illa emptione resultare obligationem etiam restitutionis, vt nos *cap. 4. num. 9. & 10.* diximus: At verò vbi quis non peccat contra ius diuinum naturale, sed contra ius ecclesiasticum in simoniaco aliter se res habet, atq; in vsurario, quòd hic ad restitutio-

Digitized by Google

tionem teneatur, posito animo vsurario, ac ceptoq; fœnore pro vsu pecuniarum, secus verò simoniacus iure ecclesiastico, cuius ratio discriminis est, quòd ex se locus materialiter sumptus in Monasterio pretio sanè dignus est, secluso. præcepto ecclesiastico validè venderetur, vti de facto ex communi vsu Ecclesiæ à monasterijs Monialium certa requiritur, ac percipitur dos monialis in congruam sustentationem religiosam: qui mos licet ex *Concilio Tridentino sess. 25. cap. 3. de reformat. Regularium* videatur derogandus, vt ex *cap. periculoso, §. sanè, de statu Regular. in 6.* adhuc tamen vsus non obtinuit neq; *Congregatio Cardinalium* aliquid hac de re voluit definire *Auctore Less. cit. dub. 12. n. 42.* at verò vsus pecuniarum dignus non est pretio, vtq. vendibilis, etiam naturali iure prohibitus; Atq; hinc meritò declaratur per *cap. consuluit de vsuris*, vsurarium teneri ad restitutionem, ad
46 quam dicimus non teneri in casu allato simoniacum. Addo potiori nomine vsurarium premi restitutionis onere, quàm simoniacus, re vniuersaliter pẽsata, cum, vt probè ex *Caietano* supra etiam notauimus, qui fœnus soluit, inuitus absolutè soluit, & quia decem v.g. pro vsu centum aureorum, in tres menses dat, & quòd obligatur tandem ad restitutionem sortis principalis, centum videlicet: Simoniacus autem esto dederit pro beneficio captando decem nũmos aureos, & libentius illud idem accepisset gratis, quam eo cum dispendio, verum cum maius sit emolumentum beneficij, vtiq; non necessario (physicè loquor) restituendi, absq; dubio prõptiori animo, maioriq; cum inuoluntario elargitur; quod non perpendit *Sotus cit. ad 6. arg.* Secundum, & tertium, quæ à sexto contorta sũt argumento cõtra nos absurda, satis diluta sunt *cap. §. dub. 17. ac deinceps.*

47 Instabis sequi præterea, neq. posse quempiã vexationem redimere impedimenti iniustè illati ad Episcopatum, vel aliam dignitatem, seù beneficium. Respondet *S. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 2. ad quintum*, antequàm alicui ad Episcopatum ius esset, aut ad quodlibet aliud beneficiũ, dignitatemq; per electionem, vel prouisionem, seu collationem, simoniacum esset, aduersantiũ obstacula redimere pecunia, qua videretur sibi sternere viam ad rem spiritualem obtinendam, sed postquam ius alicui acquisitum est, licet per pecuniam iniusta remouere impedimenta. Cœ-
48 terùm difficilis est mihi solutio Angelici. quãobrem cum *Soto lib. 9. de iust. q. art. 1. ad sextum*; Primum placitum D. Thomæ intelligendum esse aio, dummodo vis, & coactio non fuerit tibi ab iniusto impediente illata; nam etiam ante electionem, si te quispiã in carcerem iniustè cõijceret, vel aliquem alterũ, nè tibi suffragaretur, posses profectò vexationẽ illam pecunia redimere absq. simonia.

49 Addo cõtra eumdem *Sotum*, si malis artibus te alioquin quis impediret à nominatione, electione, aut promotione etiam aliàs indebita, q. contra ius tuum ille faceret, peccaretq; contra iustitiam, vt nos infra probabimus *lib. 6. disp. 13. cap. 3. dub. 16. & cap. 3. concl. 1. & 2. ac deinceps.* Deinde absolutè, quando tibi est ius ad aliquid aliqua ratione tibi applicatum, vt locis citatis dicemus, impedientem te iniustè, poteris etiam pecunia remouere, à quo nec discrepat D. Thomas. Et quidem si intelligatur hæc doctrina, vt des pecuniam tibi impedimẽtum iniustè adornanti, ne eligaris, vel nomineris, &c. ad hunc finem, vt ille omittat iniustè te vexare, mihi explorata omninò est, siquidem hic intercedere simonia non videtur emitur enim omissio impedimenti iniustè illati, vel inferendi. Etenim sicut *Canus, & Franciscus Victoria dicuntur apud Lessium lib 2. de iust. cap. 35. dub. 11. num. 64.* docuisse absq; simonia dari, vel exigi nummos pro omissione spiritualis actus collationis videlicet cõsecrationis, confirmationis, & similium, multo magis pro omissione iniustæ illationis impedimenti, & quamuis emptio omissionis horum actuum spiritualium possit esse turpis, fœditate accedente ad simoniam, quando absq; iusta fiat causa, vt etiam iudicarem in casu nostro peccare ambitione, illud impedimentum, licet iniustè illatum, si amoueres pretio, ob hanc turpem rationem, vti sentit *D. Thomas*, verùm si absolutè ad te seruãdum indemnem, atq. vt iniuriam à te auerteres, vel alio quocumq; bono fine, id præstares, profectò non peccares; imò cum impedimentum illud iniustè illatum grauem inuoluat iniuriam, & Dei, & tui, potes absq; simonia auro redimere, vt probè *Lessius num. 65.* & sicut licitè absq; simonia sacerdoti nolenti sacrum facere, aut absolutionem dare, aut baptizare, nisi ob pecuniam, eam poteris dare, tuamq; redimere vexationem, eo nimirum animo, vt illum à pessimo auertas proposito, quemadmodum rectè idem *Lessius dub. 7. nu. 38. dicto 2. ex Adrian.* imò necessitate vrgente te posse ad redimendã vexationem dare nummos sacerdoti, nolenti alias conferre baptismum pœnitentiam, &c. docent *Abbas cap. cum in Ecclesiæ corpore de simonia, Gerson tract. de simonia ad 6. rationem, Caiet. q. 100. art. 2. in casu saltem infantis baptizãdi*; ergò à fortiori in nostro.

50 Hinc deduco licere ad grauissimas auertendas iniurias proximi, quæ declinari nequeunt aliter, pecuniam dari posse, vt si quis dignus eligendus non esset, sed indigno post habendus, posses dare pecuniam, ne indignus eligeretur, noue Deo, dignoq. fieret iniuria, cum hęc omissio sit iniuriæ, reiq. turpis; quãmuis sequatur posteà electio digni, quam tamen autò nõ emo; quod deduco ex *Lessio citato ad finem dub. 11. num. 51.* Addo non modo absq; simonia te posse in extrema necessitate, pecunia sacerdotem nolentem aliàs Sacramentum administrare cõfessionis, auertere ab illo malo animo, sed etiam ei dare nummos, non ob Sacramenti pretium, sed vti medium alliciendi animum, vlterius ad obtinendum Sacramentum, vt præter citatos Auctores habent *Altisiodorensis 3. par. summæ q. 3. & Lessius dub. 7. num. 39.* Sic in casu necessitatis Ecclesiæ Cathedrali, vel Parochiali, cum aliàs præficeretur indignus, probabile quidem erit licere pecuniam offerre, vt dignus ad eius regimen eligeretur; nam daretur tunc pecunia non ob electionem spiritualem, sed ad inducendum
51 potius electorem ad id, ad quod teneretur. Do-

cet

cet hoc expressè *Caietanus quodlib. 1. conclus. 9. de electione Papæ* ad auertendam videlicet indigni electionem licere pecuniam dare. Ad
52 dit *Sotus lib. 9. de iustitia quæst. 6. art. 3. ad finem*, licere etiam ad electionem digni vnius tantùm existentis, pecuniam dare; cùm hoc in euentu non reperiatur medium, atque introductio digni, sit exclusio indigni, & è contra.
53 quod si plures essent digni non posset pro vno certo dari pecunia, sed pro aliquo vagè, nè promoueretur indignus, nam emere huiusmodi spiritualia intrinsecè malum est, neutiquam verò redimere, non autem auderem dicere posse pro dignissimo eligendo numnios dari, quia non esset tanta necessitas excludendi dignum, vt probè *Sotus*: quando doctrina *num. 48. & 49.* hic non erit censenda improbabilis.

54 Vltimo argumento, si de electione Summi Pontificis iure humano irrita, semo sit satisfactum est *cap. 3.* si verò de illa iure diuino naturali vetita, quando nimirum quis (quod Deus auertat) emeret vota Cardinalium: vel aliquo alio pacto simonia in Papæ intercederet electione, neque primario, quod annexum habet emolumenti temporalis Pontificatus, dominium scilicet, diuitias, regnumque intenderet pretio sibi comparare, sed spiritualem potestatem, ac dignitatem, tunc simoniacè contra ius naturale diuinum, habitam hanc esse electionem non dubito, nullamque
55 consequenter. Verùm sicut de cæteris ad validitatem Pontificiæ electionis conditionibus requisitis, vt nimirum sit Christianus, ritè baptizatus, atque ordinatus, &c. quas quidem consensu Theologorum dicimus, certum esse in hoc repetiri Pontifice: ità pariter ad diuinam sanè prouidentiam spectare, vt hanc electus in Pontificem habeat conditionem carentiæ simoniæ, quæ ad validam eiusdem electionem etiam desideratur; siquidem sicut ex finis intentione mediorum sequitur electio, ità ex eo, quod Deus Ecclesiæ suæ concesserit, vt numquam erret, viuamque habeat fidei regulam, Summum Pontificem, ità consequenter eidem specialis cura est, disponendi cuncta, nè qui ritè secundum cætera in Summum Pontificem electus est, simoniacus sit, vt sit ritè vel ordinatus, vel baptizatus remoto defectu intentionis, verbi gratia, ministri, vel ordinantis.

56 Quamobrem velut hæreticus, vel vt proximè accedens ad hæresim puniendus esset, qui Vrbanum Octauum in præsentia Pontificem Maximum, vel ab Ecclesia receptum, negasset, aut in dubium reuocasset, verùm esse Pontificem defectu baptismatis, vel ordinationis, vel aliquo alio substantiali; sic etiam qui temerariè, atque impudenter diceret, verum non esse Papam ob simoniam, quæ in eius intercesserit electioni, ad cuius validitatem de his omnibus necessariò requisitis eadem est ratio, cum præsertim *Iulius Secundus constit. 2. supra citata*, simoniam æquiparet in electione Pontificis hæresi, *vt cap. 3.* fusè dictum est. Demum quoad ius humanum, si aliter de Ponficia sancitum est electione, ac de Episcopali, non rectè ex vna ad alteram, affertur argumentum; si verò eadem est ratio, cur, quod per ius sancitum est in Pontificis electione, aliqua de causa, vel ratione deficiente, statutum esse dicetur de Præsulis electione?

DISPVTATIO QVARTA.

Num aliqua eligentis ambitio, sibi suffragantis nullam faciat electionem.

CVm Sacri Canones à Præsulum electione longe contendant ambitionem amandare, ipsorum præsertim Eligentium, quibus cum facultas facta sit eligendi, si ambitiosè ea vtantur, meritò quoad validitatem priuari debent ex *cap. priuilegium 11. quæst. 3. l. vt eis, C. de iudeis, & l. eos, C. de acq. duc. lib. 11.* aliisque iuribus notis omnibus, & cum in alijs etiam electionibus euenire soleat, vt quis sibi consulens suffragetur, idcirco ad huius libri calcem inscriptam adieci disputationem.

CAPVT PRIMVM.

Prolusio Disputationis.

SVMMA.

Status præsentis quæstionis, n. 1.
Principes Auctores de cæteris difficultatibus electionis tractantes, n. 2.
Per quos decernatur textus electio ritè facienda debere esse à maiori, & saniori parte Capituli, vel eligentium. n. 3.
Ante capit. quia propter de electione *nulla*

Digitized by Google

certa forma substantialis electionis data erat num.4.

Per Tridentinum sess.25. cap.6. electionem Regularium Superiorum per vota secreta faciendam esse statuitur, aliàs esse nullam, num.5.

Hoc Tridentini decreto nō tollitur cap. Quia propter de electione, cui Tridentinum potius insistit, nu.6.

Modi quatuor compromittendi, n.7.

Quando de rebus grauibus electio habenda est per vota secreta fieri debet, licet in actibus capitularibus id non sit necessarium, sed optabile, num.8.

Huic secreto num obstet ostensio cedulæ vni facta, n.9. remissiuè.

Quid operetur Tridentini decretum circa Regularium electionem, n.10. remissiuè.

1 QVod sæpiùs iteraui, adnoto, neque à nostri instituti, neque animi esse, quæ in singulis præsertim Religiosorum electionibus occurrunt, difficultates explicare, sed præcipuam, quam parere solet ambitio sœditatem, vt quis proptio sibi voto suffragetur, quod facili negotio potest sæpè contingere. Qui autem ad reliquas quæstiones de electione soluendas doctrinam optaret, adeat *Sylueſtrum verbo electio, Nauarr. consil. 4. in antiquis alias 9. in nouis de electione, Azorium institutionum moralium part. 1. lib. 13. cap. 10. à quæst 2. Quarantam in summa bullarum, verbo electio, & Abbatissa, Sairum in floribus decis. 4. de electione. Zeroiam in Praxi Episcoporum part. 1. verbo Abbatissa, §. 6. Emanuel Rodriq. tom. 2. quæstionum regularium, quæst. 51. art. 6. & 8. Franciscum Leo in Thesauro fori Ecclesiastici par. 1. cap. 4. à nu. 32. Garziam de benefic. part. 5. cap. 4. à num. 183. Riccium in collect. decision. part. 4. collect. 751. & in decis. Curiæ Archiepiscop. Neap. decis. 197. par. 4. Soar. 4. tomo de relig. lib. 2. cap. 3. Laymam lib. 4. tract. 2. à cap. 12.* alioq; apud hos.

3 Notandum primò in *cap. de his, quæ fiunt à maiori parte capit. & capit. in gebesi, de electione* (qui quidem textus ex *Concil. Laterdnensi sub Innocentio Tertio* desumpti sunt) decerni, quæ fiunt à maiori, vel saniori parte capituli valida esse, secus alia. Formam verò electionis faciendæ tradi ab eodem *Concilio cap. 24.* ex quo desumptum est *cap. quia propter, de electione*;

4 ante quod à iure data non erat, sed desiderabatur certa canonicæ electionis forma, vt aduertit *Abb.* in idem *cit. cap. quia propter n. 2. ad fin.*

5 Notandum secundò *Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 6. decreuisse in electione superiorum quorumcumq; Abbatum temporalium, & aliorum officialium, ac Generalium, Abbatissarum, &c. eligi debere per vota omninò secreta*; aliàs

6 electionem esse nullam. Quod quidem decretum insistit sanè vestigijs *cap. Quia propter citati*, nedùm eius formam tollit, vt rectè *Azor instit. moral. par. 7. lib. 13. cap. 10. q. 1. Rodriquez in summa par. 1. cap. 102. nu. 2. Zerola in praxi Episcoporum par. 1. verbo Abbatissa §. 2. Rota Rom. in una Metinensi Monasterij 5. Iulij 1621. ad fin. coram Cocino, & in una Treuirensi Abbatiæ Sancti Maximi 20. Nouemb. 1624. coram eodem, apud Mascambrun. habendi concursus, prælud. & in principio, nu. 68.*

7 Notandum tertiò, compromissi varias esse posse formas iuxtà maiorem, vel minorem factam à compromittentibus facultatem Compromissarijs. Et sanè quatuor ad rem nostram adumbrare habeo. Primum vt palam res per vota transigatur publica: sic ab *Abbate* asseritur electio fuisse facta in *cap. cū in iure de elect. nec non in cap. licet de vitanda eod. vt idē auctor ibid n. 13.* Secundū formā, quæ supponitur à *cap. sicut, cum de elect. 16.* per vota nimirum secreta, vt infrà *cap. 3.* fusiùs prosequar. Tertiū facultatem, quę sit, vt ex tribus v.g. compromissarijs vnus etiam eligi possit, & habetur in *cap. Ecclesia vestra de sortilegijs, & cap. cū in iure, de electione, penes Glossam*, quam nos infrà sequemur. Quartum, vt potestas absoluta non detur Compromissarijs eligendi aliquem de ipsismet, de quibus non fit expressa mentio, cum tenor formæ tantum sit generalis, de qua *glos. cap. Ecclesia vestra de sortilegijs, ver. potestatem.*

8 Notandum quartò, quando de rebus grauibus electio facienda est, vel suffragia ferenda, secretò rem transigendam, vt sine timore magis liberè, nulloq; detentus respectu quisq; suum exponat votum, sic rectè *Octauius Frang. in directorio ecclesiasticæ disciplinæ, tit. de decan. coll. ecclesiarum n. 23. Bobadilla in sua polit. lib. 3. c. 7. num. 38. Curt. Philipp. par. 1. §. 1. num. 22.* Quamobrem nisi aliqua peculiaris ratio, vel forma esset consuetudo in nonnullis Congregationibus in contrarium omnia acta capitularia expediret quidem, vt hoc perficerentur pacto, tametsi necessenon sit, vti docent *Garz. de benef. cit. cap. 4. nu. 185. & Castel. in add. tract. de elect. pag. 495.*

9 Vtrum autem obstet huic secretæ electioni ostensio schedulæ secretò factæ, tradunt *Nauar. conf. 7. in antiq. innou. 5. de elect. Emanuel Rodriq. in summ par. 1. cap. 102. num. 4. Castell. in tract. de elect. c. 4. n. 3. Garz. cit par. 5 cap. 4. n. 183. & alijs.*

10 Quid autem assertum Tridentini decretum, præsertim circa Regulares, & Abbatissas operetur, rectè ex varijs *ab August. Barb. in coll. DD. in varia loca Concil. Trid. sess. 25. cap. 6. à n. 8.* expenditur.

CAPVT SECVNDVM.

An electio Præsulis à maiori parte eligētium facta, cōputato electi suffragio valida sit secundum varios Auctores.

SVMMA.

Varietas opinionum de quo puncto sit, n. 1.
Nodus proponitur difficultatis, n. 2.

Varij

Digitized by Google

Varij variè nodum soluere quæstionis contendunt, num.3.
Sententia peculiaris Abbatis.n.4.

1 QVamquam de electione Præsulis habita per scrutinium secretum, nulla sit Auctorum diuersitas, cum per canones videatur res decisa; nihilo tamen minus de electione facta per compromissum non est vulgaris difficultas: etenim in *cap.cum in iure, de electione*, hæc dicitur valida; si vnus ex compromissarijs in suam consenserit electionem facta à tribus ex septem ca-
2 nonicis. Ratio autem dubitandi rectè proponitur ab *Abbate ibi num.4.* ad finem; nam supposito, vt certo, textum *huius capit. Cum in iure* sublatum non esse per *cap. cum eodem*, vt non probè sensit *Glossa* communitèr reiecta, & aduertit *citatus Abbas.* vel ille Canonicus electus in Decanum consensit in electionem de se faciendam, vel in iam factam: si primum tanquam ambitiosus erat potius repellendus, vt ex infra dicendis clarè constabit. Si iam factæ, cum hæc non à maiori parte fuerit habita, erat profectò nulla per *cap. quia propter, & cap. in Genesi de elect. & cap.1. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli,*

3 Ad nodum itaq; propositum accedit *Innocentius*, Primò asserens electionem illam fuisse validam, vt textus decernit, quia canonicus quartus trium consensit electioni iam factæ, & quidem validæ, vtpotè ab æquali, & saniori parte Capituli: erat enim sanior ex ordine compromissi, vt eligerent vnum ex ipsismet compromissarijs, vel alium de gremio eiusdē Ecclesiæ.

Secundo loco *Compostellanus* pro secunda sententia docet validam fuisse assertā per textū electionem: quia persona electi meritò computanda est in numero eligentium, quando vt ibi per formam præscribitur compromissi.

Tertia sententia est *Hostiensis* asserentis in electione per viam compromissi, votum electi posse numerum eligentium augere. Verum in assignanda ratione, ac disparitate inter hanc electionem, & electionem habitam per secretum scrutinium, de qua, vt initio dicebam, res aliter se habet, desudauit Auctorum industria, vt in 2.*assert.cap.*4. videbimus.

4 Quarta sententia est *Panormitani cap. cum in iure de electione, & cap. quia propter eodem.* Ex quo quatuor deducuntur placita. Primum in electionibus, in quibus est seruanda forma *cap. quia propter citati*, suffragium electi numerum non auget eligentium, cum res transigenda sit secretò, penès ibi præscriptam formam; secundum quam, si ad seipsum accederet quispiam, profectò censeretur ambitiosus, neq; post factum posset accedere, id est post publicationem scrutinij, cum consensus substantialis præstandus sit in ipso scrutinio: & posteà accedens nihil operaretur; iuxtà *citatum cap. Quia propter, & cap. Auditis eodem.* Secundum *Abbatis* placitum in reliquis electionibus, in quibus forma non est seruanda *cap. Quia propter*, si res transigitur palam per vota publica, locum esse definitioni *cap. cū in iure*, vt vnus compromissariorum electus numerum augere possit eligentium. Tertium, vt hoc intelligatur, dummodo votum electi compromissarij partem cōstituat maiorem, secus si constitueret æqualem: quando videretur ambitiosus. Demum addit, si electio habita sit per scrutinium priuatum, eo publicato, vbi quis aduerteret, se alium quidem elegisse, in quem non conuenit maior Capituli pars, posse votum ab illo reuocare, & in electionem consentire de seipso factam, suoq; suffragio numerum augere vouentium ad maiorem Capituli partem, ac validè remanere electum; cum supponatur hic non seruari formam *capit. Quia propter*. Hoc autem in vsu positum esse ait in electione Papæ per *cap. licet, de elect.* atq. Imperatoris in *cap. Venerabilem eodem.* Sic etiā per *Ioann. Andream regula in toto, de reg. iuris lib.*6. dicentem in casu, quo Canonici omnes essent mortui prætèr duos, posse vnum ab altero in Episcopum eligi, & electum consentiendo electioni de se factæ augere numerum. Confirmatur, quia ex iure electio debet esse concors ex *cap. quam sit 18. quæst.*2. sed non posset esse concors, si electus non sibi suffragaretur; ergo de mente iuris est, vt sibi consensiendo, suffragiorum augeat numerum. quod à fortiori verū est, quando fieret compromissum in duos, & penès hanc sententiam Papa posset ad seipsum accedere, vel quando res trāsigeretur per scrutinium priuatum, vel quando facta publicatione à primo recederet suffragio.

Est prætereà quinta sententia, quam sequenti capite reijciemus.

CAPVT TERTIVM.

Expenduntur allatæ sententiæ.

SVMMA.

Prima reijcitur Innocentij sententia, n.1.
Ad validitatem electionis canonicæ copulatiuè requiritur, vt à maiori, & saniori parte Capituli fiat, n.2.
De secunda, & tertia sentētia iudicium datur, n.3.
Sententia Panormitani perpenditur, & modi impugnantur aliorum, n.4.
Necesse non est, compromissum transigi semper per vota publica, n.5.
Respuitur & parte sententia Panormitani, n.6.
Vbicumq; eadem est ratio, eadem esse debet iuris dispositio, n.7.
Argumentum à simili desumendum non est à minori ratione. n.8.
Quomodo potest extensio fieri à minori etiam ad maius, n.9.
Quàm ineptè ab electione Summi Pontificis ad reliquas electiones argumentum ducatur, n.10.

Digitized by Google

Nunc in electione Papæ per Constit. Gregor. XV. *suffragium electi in numero non computatur, nu.* 11.

Quid faciendum quando duo tantum essent electores, n. 12.

Lex non obligat, quando seruari non potest, num. 13.

1 ERelatis opinionibus nulla, me quidē Iudice, rem acu tetigit, quin saltem benigna indigeat expositione. Et quidem *Innocentij* sententia cùm fundata sit in altera eiusdem communiter reiecta, vt aduertit *Abb. cap. cum in iure, de elect. n.* 5. docente, necessariam non esse maiorem, & saniorem capituli partem ad validitatem electionis, sed sufficere saniorem tātum, prorsus ruit: Etenim DD. cōsensu constare, docet *Abb.* copulatiuè ad electionis valorem requiri, quæ sit ab
2 Vniuersitate, vt fiat à maiori, & à saniori etiam parte Capituli per textus *cap. quia propter, cap. in Genesi, de elect. & cap.* 1. *de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli*, aliosq. vulgatos, & præter *Abbatem*, reliquosq; in citatos textus, videndus est *Decius in cap. cum omnes de Constit.* Itaq; ni alium habere posset sensum opinio Innocentij, de quo *sequenti cap.* profectò vacillaret.

3 Secunda opinio indiget expositione, quam veram explicantes sententiam asseremus. Auctoribus tertiæ ratio danda esset discriminis inter electionem per compromissum, & per scrutinium, ex qua maximè pendet nodi solutio.

4 Præterea primum *Abbatis* placitum arridet: secundum autem ex parte falsum esse mox ostendam: à tertio non discrepo, vt in veræ sententiæ expositione dicam. Verum quartam huius auctoris propositionem omnino falsam iudico, quod vt clariùs ostendam, altiùs rem repetam, reijciendo priùs alios nōnullorum DD. dicendi modos. Et sanè tota difficultas est in assignanda ratione validitatis, & voti sibi ab electo compromissario dati; & electionis à maiori parte capituli habitæ, & consequenter validæ. Porrò si compromissum semper transigeretur per suffragia publica, cum non dicatur stare formæ præscriptæ à *cap. Quia propter* ad scrutinium habendum, aliqua ex parte manum darem *Ioanni Andreæ in cap. per vestras, de iure patronatus* asserenti, idcirco votum electi numerum augere cæterorum compromissariorum ei suffragantium: quia nequit electus seipsum eligere, quin sciat per alios se fuisse præelectū, & consentiendo electioni de se factæ ab æquali parte, non esset ambitiosus, neq. à seipso videretur oriri, cum prius vocatus fuerit a Deo per Compromissarios collegas, quorum numerum meritò consentiendo auget.

6 Assentirer etiam *Hostiensi*, qui dixerat ad *citatum textum Cum in iure*, in forma compromissi, electum consentientem electioni de se factæ, non oriri à se, vt oriretur in forma secreti scrutinij. Verùm prima ratio *Ioannis Andreæ*, neq; adæquata est, etiam si compromissum semper votis conficeretur publicis: neq; difficultatem omninò diluit. Non est adequata; nam opus nō est, vt is, qui est electus, vltimus sit in voto ferēdo, sed posset primus, vel secundus esse v. g. quando non ad alios accederet, & consequenter ortum à seipso haberet contra *cap. in scripturis* 8. *quæst.* 1. atq; ambitionis labe meritò notaretur; neq. eius electio posset canonica dici per *cap. cum in iure*, quod quidem supponit electos cæteros subsequutum esse, eorum consentientem electioni, non autem præcessisse per ea, *dummodo electioni de se factæ consentiat*, vt idē de se indicat *Abb. cap. Cum in iure, de elect. num.* 6. *vers. puto tamen, Francisc. Marc. dec.* 934. *Caual. decis.* 40. *num.* 12. Non diluit omninò difficultatem; quia non est necesse semper cōpromissum fieri per vota publica; imò contrarium manifestò supponitur à *cap. sicut eum, de elect. in* 6. quod decernit, vt sicut cùm per formam scrutinij ad electionem proceditur, per vnum pronuncianda sit, & faciēda communis electio, secundum canonica institutra: sic etiam per vnū fieri sanè debeat, cùm per formam proceditur compromissi; ergò compromissum secretò non modo potest, sed fieri etiam debet, saltem in electione Præsulis ad Cathedralem Ecclesiam: & sicut, ni fiat electio cōmunis in scrutinio per vnum; omnium nomine, erit inualida, ità ni fiat per vnum ex Compromissarijs, post suffragia secreta, vt notat *Glossa ibidem, verbo sicut*: quæ quidem in *verbo formam*, addit hanc decretalē locum habere in illis electionibus, in quibus seruanda est forma *cap. quia propter*. Itaq. si cōpromissum per secreta conficiatur suffragia, eadem in illo, atq. in scrutinio profectò difficultatis vrgebit ratio: & in vtroq. siue post scrutinium publicatum, siue post publicationem votorum Compromissariorum, tantum recedēdo ab alio, cui fortasse suffragatus erat, posset electus de se factæ electioni accedere. At hoc, nisi aliud addatur, est contra formam *cap. quia propter*, & non assignat, imò nullum agnoscit inter vtramq. formam discrimen, contra DD. consensum, vt notat *Abbas citatus, §. nam & compromissarij*.

Hostiensis autem ratio explicatione indiget maiori, vt infra.

6 Hinc gradū facio ad quartum *Abbatis* placitum expendendum, quod iudico falsum. etenim videtur ad effugium, & non ad veritatem eruendam excogitatum; & quidem vbi agitur de electione Præsulis ad Cathedralem Ecclesiam, vel similem comprehensam per *cap. Quia propter*, quæ propria nostri est instituti, nullum est dubium, neq. apud ipsum *Abbatem*, cuius primò placito *superiori cap. num.* 4. expresso vtar ad probandam primam nostram conclusionem sequentis. Deinde ipsomet *Panormit.* auctore, etiam cum res transacta sit per scrutinium priuatum ante publicationem illius, non poterit quispiā validè sibi suffragari. Hoc igitur omisso, reliquum mihi erit ostendere, quod neq; publicato scrutinio, validè id fieri poterit. Itaquè eisdemmet *Panormitani* verbis in eumdem agam. Quando forma seruanda est *cap. Quia propter*, vt in Prælati regularis electione, vel Episcopi, per cuius mortem remanet Ecclesia viduata, vox electi computanda non est in eligentium

Digitized by Google

gentium numero, cum à principio nequeat quis in seipsum consentire, atq. à se oriri: neq. post publicationem suffragiorum potest ad sui electionem accedere; quia consensus de substantia est, & præstandus in ipso scrutinio, itaut superueniens nihil posteà operetur; ergo hoc idē dicendum est in aliis dignitatum præsertim ecclesiasticarum electionibus per scrutinium etiā secretum factis; esto non obseruetur in eis forma sæpè citati cap. *Quia propter*. Antecedens est ad verbum penè *Abbatis*: consequentia probatur, quod in *d. cap. Quia propter* nulla tanè fit mentio consensus dandi in ipso, vel post ipsum scrutinium, sumpto præsertim consensu, pro suffragio sibi dato, vt à nobis, vel ab aduersarijs absq. controuersia sumitur: igitur si à principio in electione Præsulis facta, non potest quispiam sibi suffragari, neq; posteà poterit, publicato scrutinio ad seipsum accedens; neq. eodem pacto, ob eamdem rationem in electione facta nō Præsulis, sed Decani v.g. ex vi præsertim *dictæ decretalis, Quia propter*, in qua vt dicebam, nihil de hoc disponitur. Prudēs dixi, in electione facta Decani; nā meminisse debuerat *Abb. c. cū in iure*, nō agi de electione Episcopi, vel superioris regularis, cuius morte viduata remanet ecclesia; verùm de Decani, ad cuius electionē, si *cap. Quia propter* adeò rigorosè intelligēdū esset, vt indicat *Abbas*, protectò se non extenderet: & tamen in hoc eodem capitulo dicitur, votum vnius compromissarij electi numerum augere eligentium, vel ex ipsa speciali forma compromissi, vt nos penè expressum sensum textus, & glossæ inferiùs explicabimus: vel ex generica compromissi ratione, prout distinguitur ab electione facta per scrutinium, vt sentit *Abbas*: igitur cum DD. & præcipuè dictus *Panormitan.* inter electionem per compromissum, & electionem per scrutinium contendant assignare discrimen, cur nimirum, in illa valeat votum electi, secus in hac atq. in illa electione, in qua dicitur valere *per cap. cum in iure*, cum non sit seruanda forma *cap. Quia propter*; quia non est de Præsule, vel Superiore regulari, quorum morte viduitas inducitur Ecclesiæ, sed de Decano à Panormitano quidem, vt sic assignari debet discrimen, quo differat electio per scrutinium, in qua locum non habet votum electi, neque forma seruanda sit dicti *cap. Quia propter*, vt rectè collario fiat inter scrutinium, & compromissum, eadem scilicet ratione sumpta; atq. in vtroq. vt forma *cap. Quia propter* non seruetur, vel seruetur: alioquin ridiculum esset potiùs, quàm laboriosum, dictum discrimen assignare, inter compromissum, in quo liberè, nullisq. legibus, nullaq. præscripta forma, apertis agere sur votis, & electionem habitam per scrutinium tot, ac tantis deuinctum præceptis à *cap. Quia propter* præscriptis: igitur si per Doctores communiter asseritur, votum electi augere numerum eligentium in compromisso, secus verò esse de voto electi per scrutinium, intelligendi sunt, vel de vtraq. electione pari modo sumpta, in qua vel seruetur, vel non seruetur forma *cap. Quia propter*, nè si in vna dicatur seruari, & non in altera, & comparatio, & differentia, quæ tanti fit ab Auctoribus, exibilatione sit digna. Deindè dico *cap. Quia propter* nihil disponere de suffragio proprio electi: igitur cum eadem militet ratio, vt mox dicemus, paulò magis, vel minus vrgentior in electione cuiuscumq; dignitatis ecclesiasticæ, si netas est, & per sacros Canones censetur nullum suffragium electi in vna electione, ad ambitionem arcendam, etiam in alia hoc idem censendum erit. Secundo, vt omittam argumentari ab auctoritate *Capituli Cumanæ* de electo, ex quo constat, votum electi non esse computandum, vt infra dicemus: quia respondere posset *Abbas* in eo *cap. de Præsulis electione* sermonem haberi, in qua absq. dubio seruanda forma est *cap. Quia propter*; arguo solum ex 1. *cap. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli*. electio non facta à maiori eligētium parte per dictum textum est nulla; ergo electio habita Decani v.g. ab æquali eligentium parte erit nulla; & publicato scrutinio, non poterit haberi valida; igitur quamuis ad eam accedat electus, adhuc erit nulla per *cap. Auditis de electione*. Respondet *Abbas num. 6.* hunc posse consentire electioni de se factæ in fieri. Verum, vt omittam pugnantiam manifestam, cum electionem dici factam, & fieri, manifestò pugnēt; quæro cur hoc idem dici non possit de Præsulis electione, in qua possit electus dici consentire, publicato scrutinio, electioni de se factæ? quod si in hac dici nequit; ergo in nulla ecclesiasticæ dignitatis electione asserendum erit. Respondebis, quia in Antistitis electione seruanda est forma *cap. Quia propter*, secus in alijs. At hoc in primis non est certum, sed valdè dubium, capitulum illud ad solos Episcopos, & superiores Religionum spectare, vt infrà disputabimus. Deindè rogo, quid in illa forma obstet quominus, publicato quis scrutinio, secretè anteà habito, possit ad seipsum accedere, reuocādo, si opus fuerit, calculum alteri datum? & vndè habeatur hoc obstare? vel igitur aliquid assignetur obstans, vel sicut asseritur in electione aliarum dignitatum ecclesiasticarum posse fieri, ità dicatur etiam in electione Præsulis; vel si in vna negetur ad ambitionem ab ea remouendam, & vt doctrina *cap. in scripturis* 8. *quæst.* 1. seruetur, & sententia *D. Pauli à nobis cap. sequenti assert.* 1. referenda, etiam negetur in alijs. Certiò cum ratio assignari non possit, cur in electione Præsulis, superioriſq. regularis, in qua omnium calculis forma seruanda est *cap. Quia propter*, votum electi non valeat, vt in compromisso valet, in quo nec seruatur eadem forma; cum tamen posset in eo seruari, vt indicaui supra, & explicabo in expositione veræ sententiæ, & cum nec etiam hæc assignetur ratio ex aliqua clausula dicti textus *Quia propter*, vt sæpè dixi; & ex parte materiæ, eadem formaliter militet ratio in omnibus electionibus dignitatum, præsertim ecclesiasticarum; non video, cur si in electione per scrutinium secretum habita Præsulis, votum electi non suffragatur, debeat in his alijs suffragari: ex quo cudo argumentum à simili: nam vbicumq. eadem

7

est

est ratio, eadem esse debet iuris dispositio *l. illud, ff. ad l. aquiliam, & l. à Titio, ff. de verb. oblig.* & cum vtraq. hęc electio ecclesiasticę sit dignitatis, muneris, & officij, eademq. sit causa in vtrisq. arcendi ambitionem, idem sanè debet esse nullitatis effectus argumento *legis, de quibus vbi Angelus, & cæteri Iuris consulti, ff. de leg.* Neq. caius, quos vnit paritas æquitatis, atq; identitas rationis sunt quoad iuris dispositionē separandi *d. l. illud, vbi Bald. & Oldrad.*

8 Dices argumentum à simili desumendum nō esse à minori ratione, vt notat *Bald. in l. si quis non dicam, C. de Episcopis, & Clericis*, sed ratio minor vrget in officijs beneficijs, ac dignitatibus Episcopatu minoribus; ergò non rectè ducitur ab electionis nullitate ad hanc, ad nullitatem electionis ad illa. Respōdeo maiorem esse rationem ambitionis materialitèr sumptæ: hoc est ex parte materiæ, circa quā versātur reliquę electiones, cum tanti momēti non sint, ac Episcopatus electio: verùm formaliter, & ratione ambitionis maior est, mea quidem sententia, vt quis velit macula infici ambitionis, eiusque fœce deturpari ob dignitatem minoris quidem existimationis.

9 Deinde dico cum *Panormit. in cap. translato de constitution.* ad extensionem, eamdem satis esse militare rationem decisionis, licet aliquo pacto minor fuerit in casu, ad quem fit extensio per textum *l. 11. §. ex his in actu, & §. prece; & ibi Soccin. in 1. nota, ff. de verb. oblig.* Cœterùm clariora hæc fient ijs, quæ *cap. vltimo* dicturi sumus disputantes, num vera sententia *cap. sequenti* exponenda de Præsulis electione, ad minorum dignitatum electiones extendenda sit.

10 Neque obstat, quod obijcit *Abbas de elect. Summi Pontificis*, quam minor pro se attulisse: quia vt probè *Glossa in allegatum, cap. licet de elect. verb. à duabus partibus* mouens hoc dubium, *numquid ille, qui eligitur in Papam computabitur inter duas partes?* respondet, *quod non vt in cap. cum in iure de elect. Cumana eodem, & Ecclesia vestra de sortilegijs.* At quem contra *Panormitanum* opponam ipsomet non habeo doctiorem; in loco enim citato *cap. licet nu. 13. vers. puto tamen.* ait in Papa hoc esse speciale, *quod quandocumq. ipse in scrutinio publico, vel priuato consensisset, in alium, quòd postea videns se electum ab alijs potest recedere ab electione, quam fecit, & accedere ad electionem de se factā.* quod si hoc speciale *Panormitanus* sentit esse in electione Pontificis, nō est cur generale faciat, & commune cæteris electionibus, à quibus in tot, ac tantis electio discrepat Pontificis, vt *idemmet auctor num. 8. notat. ibidem num. etiam 13. Abbas addit. & iste intellectus, quod electus non computetur in numero vocum, versatur etiā in electione aliorū, &c. Quando autem fit electio per scrutinium priuatum, & vox sua non computabitur; quia cum ipse ignoret, an fuerit electus ab alijs, non poterat dicere, eligo me ipsum, quia tunc, tamquam ambitiosus esset repellendus.* vbi pondera si placet, amice Lector, verbum illud, *priuatum*, vt videas, quam sibi dissimilis hac in re sit *Abbas*, vir cætera doctus. Addo doctrinam eiusdem in *consil. 25. 2. part. numer. 2. & 4.* maximè consentaneum esse nostræ.

21 Verùm cessat hæc, ab electione Papæ petita, confirmatio per *Constitutionem de illa editam à Gregorio XV. & est 13. incipiens Æterni Patris data anno 1621. 17. kalendas Decembris, & confirmata ab Vrbano VIII. Constitutione sua 46 Itaque §. 2.* illius constitutionis hæc habentur. *Numerum autem suffragiorum duarum ex tribus partibus Cardinalium in conclaui præsentium, vt electio per viam scrutinij, & accessus valida sit decernimus, & declaramus, ità esse censendum, vt in duabus tertijs partibus suffragium electi, non numeretur: nec quisquam siuè scrutinij, & accessus, siuè compromissi via procedatur, seipsum eligere, seù suffragium sibi dare vllatenus possit.* Ex quibus constat neq. in cōpromisso ad Pontificatum posse quempiam sibi suffragari, quæ omnia *§. 3.* ampliùs declarantur derogati *§. 24. in contrarium alijs quibuscumq. &* in *ceremoniali* ab eodem Pontifice Gregorio edito, cuius approbatio, ac tenor habetur 11. *eiusdem Constitutione, in 5. actu post scrutinij hæc leguntur. Si verò nouerint aliquem ex nominatis duas tantum partes suffragiorum obtinuisse, aperiant electi schedulam etiam in parte, in qua est nomen eligentis, & siquidem ex ea apparuerit electum alij suffragatum fuisse, electio eius erit canonica: si verò constiterit sibi suffragium dedisse, eius electio ex dispositione Gregorianæ Constitutionis nulla erit ob defectum vnius suffragij.* Quæ sanè tendunt, atq. huc translata, vt Ecclesiæ Catholicę sensus omninò ab ambitione abhorrentis clarè omnibus constet. De Imperatore quicquid sit, ad rem non facit, cum in electionibus versemur ad ecclesiasticas sanè dignitates, honores, atq. officia.

Casum autem *Ioannis Andreæ* valdè per accidens esse dicimus, à quo ad certas leges non debet argumentum duci. Itaq. si duo superessent tantum canonici, vel dicendum esset, ab altero alterum electum esse, tanquam à maiori parte Capituli: nam cum per sacros Canones sancitum sit, nē quisquam oriatur à seipso, sibiq. suffragium dans, seipsum Episcopum eligat, vt *sequenti cap.* clariùs ostendemus, maior pars, quæ non sit totum Capitulum, alter canonicorum, alterum eligens dici aliquo pacto poterit. Quid? quod vt probè *Panormit. consil. 25. 2. par. num. 2.* collegium, & potentia collegij sita potest esse in vno solo, alijs deficientibus ex *cap gratū, de postulatione Prælatorum, & ex l. sicut, quod cuiuscumq. vni, & 65. dist. cap. finali.* Neque requiritur votum electi, sed solus consensus eiusdem, quem ad electionem necessarium esse *lib. 6. disput. 6.* dicemus, cum non à toto Capitulo etiam in illo casu valida electio habenda sit.

12 vel dicendum, dictum casum illi similem esse, in quo electio duobus committeretur compromissarijs sub forma, vt vnus posset ex ipsis eligi, quando per ipsummet *Abbatem. cap. cum in iure num. 5. §. nam sunt*, tacitè voluissent Compromittentes electi suffragium connumerari, numerumq. augere, alioquin non posset à maiori parte fieri; & consentit Compostellanus apud eundem Abbatem ibidem. Demum addo ex eodem *Abbate consil. 25. 2. part. ad finem n. 2.*

in

Digitized by Google

in dicto caſu poſſè tunc; illos duos procedere ſine forma ſcrutinij etiam palam, quin amittant electionem propter defectum formæ *cap. Quia propter de elect.* quam ſeruare non poſſunt propter paucitatem eligentium. Neq; lex obligat,
13 vbi de facto ſeruari non poteſt *cap. erit autem lex 4. dist. & l. final. ff. quæ ſent. ſine appa. reſcind. poſſ. & lita autem ff. de admiuiſtr. tutel.* confirmationem allatam ab Abbate, ab eo ſoluendã eſſe dico; cum electio haberetur per ſcrutiniũ non priuatum, & quod ille ibi reſponderet noſtro caſui accomodandum eſſet. Deinde alio concordem poſſe electionem eſſe, quin via ſternatur ambitioni, ad quam ſatis, ſupetque decliuis eſt corrupta mortaliũm natura; & vt prudenter cautum eſt de ſummi Pontificis electione, vt iterum ſcrutinium habeatur, vbi votũ electi aliquo pacto numerum eligentium auxiſſe comperitur: ſic in reliquis aſſerendum.

CAPVT QVARTVM.

Vera ſententia de Præſulis electione.

SVMMA.

Electio Præſulis habita per ſcrutinium ſecretum à maiori parte capituli, computato electi ſuffragio nulla eſt, n. 1.

Fundametalis ratio concluſionis, n. 2.

Vnuſquiſque in ſeipſo culpam debet agnoſcere, num. 3.

Difficile eſt, vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio, n. 4.

In electione Præſulis per ſcrutinium ſecretum, neq; hoc publicato poteſt electus ab alio recedere, ac ſibi ſuffragari, n. 5.

Electio Præſulis habita per compromiſſum, abſq; aliqua ſpeciali forma datum, publiciſque votis confectum, ſi quis ex compromiſſarijs, vel primus, vel alios aliquo pacto præcedens ſibi ſuffragatus fuerit, inualida eſt, n. 6.

Si compromiſſarij ſeptem eſſent, ac tertius in publico voto ferendo, ſibi ſuffragaretur, inualida eſſet electio, etiam ſi deinde quartus alius accederet, n. 7.

Nulla eſt electio ab æquali habita eligẽtium parte completa voto electi, n. 8.

Si electio Præſulis per compromiſſum habeatur ſecretum modo, quo indicatur in cap. ſicut cum de elect. in 6. non poteſt votum electi augere numerum ſuffragiorum, n. 9.

Quando in compromiſſi forma facta eſt facultas expreſſa, vt votum electi numerum ſaltem augeat æqualem, vel vt vnus compromiſſariorum poſſit eligi, etiam ſi palam tranſigeretur, poſita illa forma poſſet vnus compromiſſariorum voto ſuo numerum æqualem ſaltem eligentium augere, n. 10. 11. & 12.

Quæ differentia inter electionem factam in ſcrutinio, & in compromiſſo, n. 13.

Vera ratio cur in compromiſſo electi votum augeat numerum, quando ex vi formæ compromiſſarijs conceditur, vt vnus ex ipſis poſſit eligi, n. 14.

Compromiſſarius ex vi formæ compromiſſi ſibi palam per votum conſulens, cauere debet, ne quoad modum peccato ſe inficiat ſcandali, nu. 15.

Probabilius eſt remota ſpeciali clauſula compromiſſi, qua fit compromiſſarijs facultas eligendi vnum ex ſeipſis, non poſſe id validè præſtari ex vi compromiſſi per ſe, atq; in genere ſumpti, nu. 16.

Ceſſante cauſa, ceſſat effectus, n. 17.

Quæ cauſa dicenda ſit finalis, n. 18.

Ratio propria diſcriminis inter electiones, in quibus valet votum electi, & non valet, n. 19.

Quando duas non liceat gerere perſonas, nu. 20.

Argumenta contrariorum ſoluuntur, n. 23.

Qua ratione conſtare debeat electum ſibi ſuffragatum fuiſſe, n. 24.

ANtequam noſtram explicemus ſententiam, admonere habemus, nos nõ loqui de electione Epiſcopi Epiſcoporum, ſummi ſcilicet Romani Põtificis, quam *ſuperiori cap. num.* 11. ſatis eſt indicaſſe ſummopere à quauis vmbra ambitionis abhorrere, & quam longè ab illa Gregor. XV. per ſummam prudentiam, proprium electi votum eſſe voluit. Quod ſi verum ſit, omnibuſque exploratum tritum axioma ſapientum, maximũ videlicet in vnoquoq; genere menſuram eſſe cæterorum, compertum profectò habebimus, quid ſentiendum ſit de cæteris electionibus eccleſiaſticis, vt deſiderio, imò & ſacris Eccleſiæ Romanæ ſanctionibus tanquam infallibili regulę, illas adaptemus.

1 Aſſertio prima. Electio Præſulis facta per ſcrutinium ſecretum à maiori parte Capituli, computato voto electi eſt inualida. eſt hæc aſſertio communis Doctorum, atq; expreſſa per *Gloſſam cap. Cumana, de electione*, vbi irrita cenſetur electio facta à capitulo conſtante decem, & octo canonicis, ac tribus Abbatibus, quorum nouem canonici, ac vnus Abbas Archidiaconũ elegerunt, qui quidem ſi ſibi validè ſuffragatus fuiſſet, porrò per vndecim vota, à maiori parte capituli electus cenſeretur; cum textus è contra habeat *neutram electionem comperimus ad maiorem partem totius Capituli peruenisse*, vt probè perpendit *Gloſſa verbo ad maiorem partem*. proximam, atq; immediatam reddens rationẽ: quia nimirum perſona electa numerum nõ auget eligentium. Accedit *Gloſſa cap. cum in iure, de electione ad finem expoſitionis caſus*. Verum allatæ doctrinæ rationem afferre fundamentalem, operoſum non erit, ſi præ oculis nobis fuerit *Pauli ſententia ad Hæbreos 5. num. 2. & 2. ad Coriuth. 2.* nec quiſquam ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron; ex qua Sanctus Gregorius in Regiſtro lib. 6. apiſt. 3. ſeu c. 269. per vniuerſalem regulam optimè deduxit. *Sicut locus regiminis deſiderantibus negandus eſt; ità fugientibus offerendus, vt refertur cap. qualiter, de elect. & cap. in ſcripturis 8. quæſt. 1.* quod tùm

Gre-

Digitized by Google

Gregor. IX. auctor Capituli Cumana; tùm reliqua deinceps condita iura sibi proposuerunt, ità, vt nullum censuerint suffragium, quo sibi quispiam consuleret, quoq; si maior pars capituli compleretur, certè tanquam non completa censenda esset; & consequenter electio pendens ex illa, esset nulla, iuxtà *cap. Quia propter in Genesi, & ipsum cap. Cumana, de electione adiunctis Glossis*, nam si ex Apostolo, & Gregorio Magno negandus est locus regiminis desideranti, potiori quidem iure, ex ambitione sibi per votum suffraganti, negandus erit. Hinc talis esset tanquam ambitiosus certè repellendus etiam si iurauerit eligere digniorem; quòd vt
3 rectè *Innocent. in d. cap. cum in iure*, vnusquisque debet in seipso culpam agnoscere §. *dist. cap. ad eius in fine, ex eodem Gregorio dicente. Bonarum mentium est culpas suas agnoscere, vbi culpa non est*, cum nullus profectò sit, qui non scateat peccatis, ac de alijs præsumere debeat bonum, vt in *cap. finali de præsumptionibus*. Confirmatur ex *cap. qui Episcopatum 8. quæst. 1. per Augustinum, vbi Glossa verbo appetitur*. Denique summum
4 huic assertioni fastigium imponat *Leo Sanctissimus Pontifex epist. 85. habetur cap. miramur distinct. 61. Principatus* (i. Episcopatus) *autem, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, etiam si moribus, atq; actibus non offendit, ipsius tamen initij sui est perniciosus exemplo, & difficile est vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.*

5 Assertio secunda. In electione Præsulis facta per secretum scrutinium non potest neq; hoc publicato, qui dimidiam habet partem votorũ, ab alio quem eligit recedere, & sibi suffragari. Sic expressè *Panormitan. in sæpè citato cap. cum iure de electione n. 5. §. idcò*, & ratio est, quòd in electione Præsulis absq; dubio forma seruanda sit *cap. Quia propter*, quando, vt ait *Abbas*, neq; publicato scrutinio fas est electo ad se validè accedere, cum consensus superueniens electioni iam factæ, profectò nihil operari valeat: vt enim rectè notatur in *cap. auditis, de elect. Quoniam electio, quæ fuerit irrita ipso iure*: quia non est à maiori parte Capituli, vel eligentium, *non poterit esse rata, cum nequiuerit conualescere, quod ab initio non valebat*. Explicatur argumento *superiori cap.* contra Panormitanum factoque aut hic electus consentiret electioni iam factæ, vel faciendæ: non factæ, cum non fuerit à maiori parte Capituli, vel eligentium, contra *cap. quia propter, cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli, cap. Ecclesiæ, & qualiter, de electione*. Non secundum, quia esset ambitiosus, atque à seipso principium haberet; ergo nullo modo.

6 Assertio tertia. Electio Episcopi habita per compromissum, absque aliqua speciali forma datum, publicisq; votis confectum, si quis eligentium, vel primus sibi votum dederit, vel aliquo loco suffragium tulerit, in quo non alios secutus, sed potiùs alij præcedentem illum prosequi videantur, erit nulla. Huius conclusionis expressùm licet non habeam auctorem, & certã habeo, & minimè destitutam locuplete alicuius illam subindicantis auctoritate: nam *Abb. in cap. licet de vitanda, de elect. num. 13. §. sed si electio*, hæc habet. *Si electio fuerit facta per scrutinium publicum, ità quod quilibet palam exprimebat votum; tunc vox electi computatur in numero; quod intellige, quando prius fuit electus ab alijs, & ipse consensit illi electioni: nam tunc non posset dici ambitiosus, cum non oriatur à se, sed sit vocatus à fratribus*. Atque in hoc sensu loquit *cap. cum in iure, sentit idem Abbas num. 5. §. 1. ea, in casu potest procedere*. Hinc desumitur ratio, quæ cum sit eadem arcendæ ambitionis, quippe quæ in casu nostro grauior esset ob exprobrem sui nominationem, qua quispiam primus omnium, vel alios aliquo pacto præcedens, sibi, aut suffragaretur, aut alios ad sibi suffragium conferendum impudenter pellicere contenderet.

7 Ex hac assertione fit, vt si compromissarij essent v.g. septem, ac tertius esset, qui votum ferret pro se, siuè à primis electus fuerit, siuè non, inualidam esse huiusmodi electionem: esto deinceps quartus accederet eiusmodi etiam voti, secus verò si quintus, vel sextus esset hic electus in voto ferendo; cum tunc etiam
8 secluso voto proprio à maiori parte compromissariorũ hic electus fuisset. Quamobrem merito nullam esse electionem habitam ab æquali parte, compromissariorum, si completa fuerit voto ipsiusmet electi, scripsit *Abbas in 2. placito suæ opinionis à nobis c. 2. relatæ n. 4.*

9 Assertio quarta. Si per compromissum secretum modo, quo indicatur in *cap. sicut de electione in 6.* quispiam electus esset in Episcopum, suo voto numerum non posset eligentium augere, non secus, ac diximus in scrutinio assertione secunda. hanc autem deduco ex *Abb. in cap. cum iure sæpè citato, num. 5. §. nam compromissarij, &c.* Probatur, quòd eadem ratio militat in compromisso, secreto modo peracto, vt debet peragi secundum formam traditam à *cap. quia propter, & iuxtà doctrinam cap. si cum de elect. in 6.* Etenim neq. poterit à principio sibi suffragari, neq; re peracta, ac per vnum publicato scrutinio, ob eamdem, quam *assert. 2.* diximus rationem, hoc non posse fieri in scrutinio. Et quamuis *Abbas* fieri posse doceat in compromisso priuato, vt etiam in priuato scrutinio: Verum vti negat in scrutinio Præsulis, superioris regularis, reliquarumq; dignitatum, in quibus formæ textus *Quia propter* est seruanda, ità, & in compromisso negare debet, in quo eadem etiam forma tenenda est.

10 Assertio quinta. Quando in compromissi tenore, ac forma, facta est facultas expressa, vt votum electi augeat numerum, vel vt vnus compromissariorum eligi possit, etiam si palam res transigeretur, posita illa forma, posset vnus cõpromissariorum voto suo quomodolibet dato numerum saltem augere cæterorum, à quorum maiori parte diceretur eligi. hæc, quam habeo certam assertio per partes probanda est. Prima pars patet, quia dubitari minimè potest sub hac forma, posse compromissum fieri, cum pendeat à compromittentibus, qui quidem hic, & nunc, si expedire saltem ad maiora damna declinanda iudicauerint, rectè id valebunt præstare; neq; patefacerent aditum ambitioni, quia tametsi qui sibi suffragaretur, numerum augeret

æqua-

Digitized by Google

æqualem aliorum; id tamen vt in secunda parte declarabo, non ex se præstaret, sed vices potiùs totius gerens Capituli, vel Eligentium, quippè qui talem ei facultatem fecerunt, neq. à seipso diceretur oriri, sed ab alijs. fiat res exemplo clarior; sintque septem Canonici electi compromissarij ad Episcopum eligendum, per dictam formam, ex qua posset saltem augere numerum æqualem electus quispiam ex compromissarijs; si seruaretur in reliquis forma *cap. Quia propter*, publicatis votis, posset N. electus à tribus, & si primò votum suum tribuisset alteri ad suammet electionem accedere, proprioque suffragio ab alio ad se deriuato, numerum eligentium augere. In quo casu vera esset quarta pars sententiæ ità explicatæ Panormitani; cæterorumque asserentium, quando per compromissum fit electio, votum vnius compromissarij numerum augere cæterorum suffragiorum, & ratio est, tùm quia cessaret absurdum à nobis illatum contra citatos Auctores, nimirũ ambitionis: tùm quia ille nõ accederet ad electionẽ iã factã, sed faciendã, ac pendentẽ adhuc à proprio voto, non ex vi voluntatis ipsius Cõpromissarij, sed potiùs cæterorum; qui quidem ità voluerunt à maiori compromissariorum parte validitatem accipere electionem, vt si æqualitas suffragiorum in vnum conueniisset, valeret ab illomet consentiente augeri in maiorem partem: tùm quia hic ambitiosè non oriretur à se, sed partim à tribus, à quibus anteà electus fuisset, partim à reliquis Canonicis, formæ dicti compromissi auctoribus, qui ei facultatem fecerunt, vt eorum nomine in seipsum dictus electus consentiret.

11 Hinc vlterius progredior, & satis probabiliter autumo, futuram esse validam electionem, etiam si publicatis votis, vnus è tribus reuocaret votum, atque alijs tribus accederet, inter quæ votum fuit ipsius electi; ità vt quatuor iam essent vota, sed quartum non fuisset N. electi, sed alterius, cum suffragium N. fuerit v. g. vel tertio, vel secundo, vel primo loco datum, vel quo loco datum fuerit nesciretur. Quapropter consultò in conclusione dixi, si in forma compromissi explicatum esset, vt electus partem saltem æqualem suo suffragio posset augere, & ratio, qua ducor est, quia tametsi res difficilior sit, neque adeò certa, vt superiùs probata; nihilo tamen minus, cum in N. non proprium votum, vt sic tantum considerem, sed vt pendens, & causatum à cæteris; illum constituentibus compromissarium, licet primus ille fuerit, vel secundus, vel tertius in casu exempli ad sibi suffragandum, non censebitur oriri à seipso, sed ab alijs, qui potestatem votum sibi ferendi eidem fecerunt, in qua illud votum tanquam in causa continebatur; neque limitarunt in forma compromissi, vt id faceret alios subsequens, & non præcedens; quamobrem horum singuli compromissariorum consequentèr existimati sunt apti ad regimen Ecclesiæ, de qua faciendum erat electio, ità vt si à tribus v.g. fuisset electus aliquis compromissariorum, non à se, sed tanquam repræsentans cæterorum personas, valeret sibi suffragari, quod si recta fieret intentione, formalique ratione, ob quam licet aliquando Præsulatum adire, iuxtà dicta 1. *tom. lib. 4. disputat. 12. capit. 1.* non modo non peccaret, sed virtuosè faceret ex *capit. qui Episcopatum 8. quæstione 1. vbi Doctores citati à Cepolla consil. 96. & à Canalcan. decisione 40.* fauet etiam, quod in simili notatur in *l. si cum ipse, C. de contrahenda emptione, & quicquid scribunt Hostiensis, Innocentius, Compostellanus in citatum capitulum Cum in iure, Accursius cum Glossa in l. planè, ff. quod cuius vni, & Abbas numer. 4. contra Glossam citati capituli cum in iure*, asserentes licet in forma compromissi expressum non esset, vt compromissarij possent ex ipsis vnum eligere adhuc posse, de qua re infra nos quid sentiendum sit, aperiemus.

12 Secunda nostræ conclusionis pars est perspicuè descripta per *capitulum cum in iure, de electione sæpè citatum, & per capitulum Ecclesia vestra, de sortilegijs, adiuncta Glossa verbo potestatem*. Neque hic declarare contendo quæstionem inter citatos Auctores, & Glossas allegatorum textuum; nùm scilicet si in forma compromissi mentio facta non fuerit, vt vnus ex compromissarijs ab eisdem eligi possit, ex iure tamen id præstare valerent, de qua infra; sed quod assero est, cum tenor, ac forma compromissi exprimat, ex compromissarijs vnum etiam eligi posse, tùm votum Electi posse cæterorum augere numerum Eligentium, quod intendit textus indicare, ex quo probatur hoc secundum nostræ assertionis membrum: qui quidem textus, cum petitionem exposuisset hisce. *Primus tuæ consultationis articulus continebat, quod cuiusdam Ecclesiæ Decano defuncto eiusdem loci Capitulum sub hac forma in septem ex ipsis Canonicis compromisit, vt illum, quem ex se, vel alijs de gremio ipsius Ecclesiæ omnes pariter, vel maior eorum pars nominaret, idem Capitulum reciperet in Decanum*. Post casum expositum deindè prosequitur. *Super quo taliter respondemus, quod is, qui de numero septem à tribus eorum dignoscitur nominatus, iuxtà compromissi tenorem debet in Decanum, dummodo electioni de se factæ consentiat, &c. Adde textum in cap. Ecclesia vestra, de sortilegijs, ibi. Quorum duo tertium Magistrum R. scilicet elegerunt, quod expressè licebat eisdem, secundum traditam à vobis omnibus potestatem. Vbi Glossa, verbo potestatem, §. sed cum detur, & Glossa pariter præcedentis textus*; Et sanè hoc ipsum est, quod Ego in præsentia contendo, tùm è textibus, tùm è citatis Glossis, tùm ex *Glossa capitulo Cumana, de electione, verbo ad maiorem partem*. Primò concludere, rationem nempè immediatam validitatis huius electionis fuisse, quia habita fuit, iuxtà compromissi tenorem. 13 Verum cur valeat electio ex hoc tenore habita, & quæ inter hanc differentia sit, & inter illam factam per scrutinium secretum, quam diximus non valere, hoc opus, hic labor

Digitized by Google

est. Nam *Glossa citata, capitulo cum in iure ad finem* succumbere videtur difficultati, asserens, hodie non valere talem electionem ex compromisso, vtpotè factam à minore parte Capituli, cui subscribit *Glossa capit. Cumana, verbo ad maiorem partem, & capit. cum in iure*, vt *capit.* 1. indicaui, *Glossa verò capituli ecclesiæ vestræ de sortilegijs, verbo potestatem*, ait, rationem esse, quia facultas in compromisso facta eligendi penès Compromissarios tantum est. At hoc non præstat, vt possit vnusquisque compromissariorum sibi suffragari. *Abbas* autem, vt vidimus in expositione eius opinionis, cum in compromisso fuerit res transacta per vota publica, vult votum Compromissarij augere numerum suffragiorum, atque habere locum *cap. 1. cum in iure*. Verùm cum varias in hunc Abbatis modum fecerimus difficultates suprà *capit.* 3. atque ostenderimus illum vndique claudicantem, vt & reliquos cæterorum Auctorum; reliquum nobis erit, vt vnius Compostellani rationem, quam super indicauimus expendamus, quæ quidem ex forma compromissi concedentis auctoritatem compromissarijs, docet, calculum Electi numerum augere Eligentium; Cæterùm si aliquid huic addatur rationi, eam nutare rectè probat *Ioannes Andreas*, cui subscribit *Abbas numer. 5. §. nam licet*: quia necessaria non est consequentia, quæ inferatur; possunt nempè compromissarij vnum ex seipsis eligere; igitur singuli poterunt sibi suffragari; etenim rectè cohærere hæc possunt, vt electio conficiatur vnius ex compromissarijs, in quem cæteri concurrant omnes, vno dempto electo; vel vt maior pars eorumdem concurrat, quin electus sibi suffragetur; neque probat, hoc esse, id est necessariam connexionem inter facultatem vnius compromissarij eligendi, & voti eiusdem electi sibimet dati, quod ab hoc ideſt à voto sibi dato, & facultate dandi, contingit abesse, vt in *cap. 2. de translatione Episcopatus, & in l. neque talis. C. de probat.*

14 Verum enim verò aliter si explicetur Compostellani mens, quæ rectè perpensa, est eadem, atque *Innocentij capit. 2. secundo loco à nobis relati*, idcircò asserentis saniorem partem fuisse Capituli in casu *textus capit. Cum in iure*, quia ex compromissi forma, vnus ex Compromissarijs electus erat. Itaque si rectè vtriusque huius auctoris mens expendatur, veritatem ostendet. Ex vi igitur solius formæ compromissi, taliter facti, asserimus posse, vnum è compromissarijs sibi suffragari, & non aliter. Et quidem si palam res transigatur, & vnus è compromissarijs ad alios accedat, compleatq; numerum maioris partis, sentimus etiam cum Abbate, neque in hoc euentu poterit vmbra esse difficultatis; quod si secretò fiat, etiam si non fuerit suffragium electi vltimum maioris partis complementum, sed vel ex primis, vel primum, etiam dicimus locum habere decisionem *capit. Cum in iure*, illamque validam esse electionem, & sanè, vadè Panormitanus deduxerit in casu *Capituli Cum in iure*, rem palàm perfectam esse, non video: imò potiùs contra rem esse confectam, illud demonstrat: quia de dignitate agitur per *Abbatem etiam in capitulo Quia propter* comprehensa, & consequenter in eo fuisse seruatam formam *citati cap. Quia propter iuxtà dicta capitis 3. nu. 5.* eò vel maximè, quod sub eodem tempore, ac eodem Papa, cùm cuius vtriusque capituli, tùm decisiones desumptæ ex *Concilio Lateranensi*, promanarunt. Itaque inhærentes iuri citati textus absolutè loquentes de calculo compromissarij augente numerum eligentium in compromisso, cuius tenor erat, vt ex compromissarijs posset vnus eligi, debent intelligi reliqui citati textus; & stante illa forma, semper votum electi numerum augere dicimus eligentium; cuius doctrinæ ratio est, quia compromissum sub hac forma constituit compromittentes in compromissarijs, vt ità dicam, & seipsos in compromissarios quasi commutantes, non tam proprio iure, ac nomine, quàm potiùs cunctorum voluere potestate donatos, vt eorum omnium gerentes personam, seipsos etiam eligere possint; quod maximè deduco ex clausula, qua vtitur *capit. Quia propter de electione*, dū loquetur de compromissarijs, *vel saltem eligendi potestas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium Ecclesiæ viduatæ prouideant de Pastore*. Ex his consequenter dicimus facultatem compromissarijs factam vnum ex se ipsis eligendi, importare aptitudinem singulorum existimatam à compromittentibus, à quibus hoc vel ipso incipit electio, vel restricta ad compromissarios, vel eos non excludens, quàm tamen complementum habituram voluerunt compromittentes à maiori parte calculorum compromissariorum. Quamobrem etiam si N. electus, fuerit primus ad votum sibi dandum, non diceretur ortus ex se, sed ex cæteris Capituli, vel eligentium; quippè qui dum voluerunt, vt ille possit eligi, de eodem electionem profectò incœperunt, vt super indicaui; & quotquot Auctores; ac textus asserunt inter Dantem, ac Recipientem distinctionem esse debere, omnes aiunt, id verum esse in casu, in quo per scrutinium secretum, & non ex compromisso, nisi aliquando in eius forma non fuerit expressum, vt vnus Compromissariorum eligi potuerit, vt mox dicam.

15 Denique si res palàm transigatur in compromisso, caret sanè difficultate, vt initio superioris numeri cœpi dicere; nec aliud admonere habeo, quàm faciliori posse negotio peccatum committi in votis publicis, si palàm quis alios potiùs præcedens, quā subsequens in suffragio, scandali præberet ansam in circumspecta ratione agendi, cùm pro oculis habere prudentiam debeat, vt externa eius signa, & vota à recta, quam potest, ac tenetur intentionem habere, minimè discrepent.

16 Vltima demùm assertio sit, quamuis ab extrinseco probabilis sit opinio docens, quod etiā si in forma Compromissi non fuisset expressum, vt compromissarij vnum ex seipsis possint eligere

Digitized by Google

eligere, ex iure tamen, ac ratione compromissi in genere sumpti, possint id compromissarij præstare, verum ab intrinseco, remota tali clausula, probabilius esse censeo, non posse. Prima pars est *Ioannis in cap. qui Episcopatum 8. quæst. 1. Hostiensis, Innocent. Compostellani, Accursij ibidem, nec non Abbatis in cap cum in iure de elect. num. 4. quam dicunt communem Angelus l. dam tamen, §. in hac, ff. de iud. sol. Bartolus in l. qui ab omnibus, §. Titio, & ibi Alexander in apost. ad ipsum, ff. de leg. 1. Paulus de Castro consil. 133. aliàs secundum nouam impressionem cons. 131. in princ. & alij passim.* Probant tùm ex textu *cap. cum in iure, tùm cap. cum in veteri de electione.* Demum quia inter compromissarios illi fraudulenter enumerari facilè possent, qui melius Ecclesiæ scirent, ac vellent præesse. Secunda verò pars mihi adeò clarè videtur expressa per sæpè citatos canones, siuè *cap. cum in iure, vt constat ex verbis num. 12. relatis, siuè ex cap. ecclesia vestra, de sortilegijs ibi. Quorum duo tertium magistrum R. S. elegerunt, quod expresè licebat eidem secundum traditam à vobis omnibus potestatem. Vbi glossa verbo potestatem, & glo. 1. textus, verbo ex se, siuè ex alijs passim.* vt hoc negare esset in meridiana quidem luce cęcutire. Et sanè si, vt exploratum est dialecticis, affirmatio est causa affirmationis, negatio debet etiam esse causa negationis: igitur si tota, & adæquata ratio per citatos textus, cur compromissarij vnum ex se ipsis eligere possint, est forma, tenorq; compromissi, quo hæc eis facultas conceditur, vt ex citatis manifestò colligitur verbis: negatio eiusdē tenoris, & formæ causa debet esse negationis talis facultatis.

17 Deindè, vt silentio prætermittam, quæ eruditè à *Tiraquello traduntur in tractatu cessante causa, cessare etiam effectum, & cap. cum cessante, de appellatione.* illud omnibus patet verissimum esse hoc axioma etiam apud Canonistas, quando sermo est de causa finali, qua cessante dictorum textuum decernentium compromissarios posse ex seipsis vnum eligere, censebitur etiam cessare effectus, sed causa finalis, ob quam moti sunt dicti textus, alia non assignatur, quàm specialis tenor, ac forma compromissi; ergo, &c. Nam penès doctrinam *Baldi in l. generaliter, C. de Episcopis, & Clericis, & Bartoli in extrauag. ad reprimendum, in verbo, nec ex eorum absentia, in titulo, quando in crimine læsæ Maiestatis procedatur, & Præpositiui in dictum cap. cum cessante, aliorumq; communiter,* tunc ratio est finalis quando vel generalior est, vel æquè generalis, ac lex, vel qua posita, ponitur dictum: & qua
18 sublata aufertur, vt etiam docet *Bartolus in l. si cum exceptione 8. post annum, ff. quod met. caus:* atqui geminatus textus à nobis allatus, neque aliam assignat causam: & hac posita specialis tenoris, vel formæ compromissi validam dicunt talem esse electionem, eaq; remota, auferendā, vt patet ex verbis, ergò, &c.

19 Ex his autem dilucidè liquet disparitatis ratio inter electionem per scrutinium factam, & per compromissum, difficultatum maximarum inuolucris, atque integumentis inclusa; tandem ni propria fallar opinione, recluſa, ac liquidò patefacta; quia cùm res per secretum transigitur scrutinium: vel ex compromisso generaliter facto absq; speciali forma, qua detur compromissarijs facultas eligendi ex se ipsis vnum: vel palam dentur vota, & quis incipiat sibi suffragari: vel aliorum non inhærens vestigijs, sed plures præcedens, electio censenda semper est nulla: valida autem quando vel palam res tractatur, vel quispiam alijs sibi suffragantibus subscribit, maiorem constituens partem vouētium: vel ex speciali forma compromissi agens, facientis potestatem ex ipsis compromissarijs vnum eligendi: vel expresè volentis voto proprio quempiam posse numerum augere eligentium. Eam itaq; dico differentiæ rationem esse, quia nimirum in prima casuum serie, aliquis ex se, se ingereret Prælationis ecclesiasticæ officijs contra citatos canones, & *cap. per nostras, de iure patronatus, adiuncta glossa, verbo ingerere*: & consequenter vnus, & idem esset eligens, &
20 electus, duasq; gereret personas, quod nefas in illis casibus esset, propter imporentiam iuris, non secus; atq; obstat in Iudice non valente de re propria iudicare, vel esse Iudex, & actor, ꝙ non potest sibimet imperare *argumento l. penultimæ, ff. de arbitr. & l. vnica, C. ne quis in sua causa.* Neq; valet esse testis, & Iudex. Quòd si quis impeditur sæpè, propter præsumptionem, aut suspicionem nimij affectus, atq; amicitiæ, nè duas sustineat personas, potiori sanè titulo, nè de re propria agens, poterit concedi, vt & electus, & elector sit. At verò in secunda serie casuum quis non ex se, sed vt vices gerens Capituli, vel reliquorum eligentium, qui quidem dū per talē formam in ipsum, reliquosq; compromissarios conuenerunt, virtute etiam, eorum singulos idoneos ad talem æstimarunt dignitatem. Quamobrem propriè duplicem gerit personam, duplexq; munus Electi poterit, & Electoris, in vi cęterorum, quorum voluntatem habet, in propria penè contentam, & in vi propriæ, vt propriæ, qua non resistit de se factæ electioni, cui vt opus est consentit, accepto cōsensu pro actu, distincto ab electino suffragio, de quo infra *lib. 6. disput. 16.* Gerere autem vices varias, duasq; personas, nil in his obstat, vt probè notatur *in cap. ex literis, de probat. vbi Panormitanus num. 12.* cum neq; impedimentum intersit facti, uel iuris; imò approbatio iurium allegatorum *cap. cum in iure citato, & cap. ecclesia vestra, de sortilegijs* manifestò reperiatur.

21 Neq; obstat primus textus *cap. cum in iure, de electione ab Abbate cit.* quem à nobis esse manifestò constat, itaut non possim non admirari ab aduersarijs pro eorum afferri sententia. Nō officit *cap. cum in veteri, de elect.* cum electio illa caſſata fuerit, ob distinctam causam, ad rem nostram minimè facientem; neque electus unus fuit ex electoribus, sed unus è consiliarijs.

Rationem autem Aduersariorum dico nullius esse momenti; nam si maior pars electorum satis erat ad auertendos compromissarios tantum idoneos ad regimen Ecclesiæ, hæc eadem sanè satis esse poterat ad unum ex reliquis minus idoneum, uel illicitè, uel inualidè eligēdum, iuxtà dicenda sequenti libro; imò faciliori ne-

Digitized by Google

gotio id præstare possent immediatè per se ipsos, quia expectarent, ac laborarent in electione compromissariorum. Possent deindè cõpromissarij obstare fraudi, cedentes, vel non admittentes munus demandatum.

23 Quæres, quomodo constare debeat in scrutinio secreto, quod aliquis sibi sit suffragatus, ad invaliditatem electionis: etenim facili negotio posset euenire, vt innocens haberetur ambitiosus, & puniretur. Illustremus rem exemplo; si nouem sint v.g. Canonici, vel electores, & per quinque suffragia Titius reperiatur electus qui quidem non sibi suffragatus erat, sed alteri, vni videlicet ex alijs quatuor, qui ipsi Titio suũ dederat votum. hæc inquam, electio si nulla iudicaretur, profectò Titius innocens ambitiosus haberetur: qui quidem casus, cum sæpè contingere valeat, ni per nostram doctrinam euitari posset eam sanè redderet satis, superq; diminutam. Respondeo, si vnaquæq; electio ad ecclesiasticam dignitatem, esto non cum tanto rigore, atq; exactis diligentijs, sed cum aliquibus facientibus ab bonam eligendi rationem fieret, modo quo nuper edita Bulla eligendi Summũ Pontificem, præcepit, præ manibus esset propositi dubij solutio, cum quod prudens remedium in illa Pontificis electione adhibitum sit, in reliquis vsui posset esse; & videri potest in Pontificali *Gregorij XV. const. 19. in §. actu* post scrutinij, & à nobis *supra num. 11.* exarato. Deindè dico si aliter res peracta sit, coniecturis etiam agi posse.

CAPVT QVINTVM.

An asserta doctrina ad electiones alias aliarum dignitatũ, vel ecclesiasticorum officiorum latè pateat.

SVMMA.

Ratio dubitandi, n. 1.
Nonnullorum Auctorum sensus à veritate dissonus, n. 2.
Capitulum Quia propter *non est stricte accipiendum, n. 3.*
Quid pro Ecclesijs viduatis intelligendum sit, num. 4.
In quo situm sit punctum difficultatis, n. 5.
Futilis est distinctio electionum ad dignitates perpetuas, ac temporales, cum de vtrisq; eadem militet ratio nullitatis, voti proprij, n. 6.
Quomodo contrariorum eadem sit disciplina, num. 7.
Electio Vicarij Capitularis habita per vota secreta ex maiori parte, computato electi voto, decernitur nulla. n. 8.
Vicariatus etiam Capitularis est dignitas, numer. 9.
Nulla est consuetudo contra doctrinam assertam, num. 10.
Qua sit consuetudo contra ius, n. 11.
Series actuum ad consuetudinem desiderata, interrupta ne sit, & eiusdem prorsus actus, num. 15.
Consuetudo tantùm habet de potentia, quantùm de actu, neq. admittit extensionem casus ad casum, n. 16.
Duos ad minimum eiusdem omninò rationis consuetudo requirit actus, n. 17.
Imò præscriptionem sibi vendicat, n. 18. & 24.
Quænam sit consuetudo rationabilis, n. 20.
Capitulum absq. Episcopo nouas inducere consuetudines, vel veteres abrogare minimè potest, nu. 21.
In his, quæ concernunt honestatem, ecclesiasticamque disciplinam non est inspiciendum, quod factum sit, sed quod fieri debuerit, n. 22.
Quando agitur de consuetudine in dubio, num. habeat vim, intelligendum est de præscripta, num. 23.
Quid faciendum sit, quando duo, vel tres fuerint electores, n. 24. remissiuè.

CVm ad me peruenerit, nonnullos viros doctos dubitasse an sententia, etiam cæteris prætuli, ac docui, locũ haberet in cæteris electionibus Dignitatum, atq; Officiorum ecclesiasticorũ Episcopatu minorum, operæpretium duxi eam in ijs etiam expendere.

1 Et sanè, qui de vniuersalitate nostræ doctrinæ dubitarunt, occasionem fortasse dubitandi videntur desumpsisse ex eo, quod nonnulli antiquorum hæsitarunt, an forma, & decretum *cap. Quia propter, de electione* locum habeat in reliquis Dignitatibus eligendis ab Episcopatu distinctis. Sic *Glossa d. cap. Quia propter, verbo ecclesijs viduatis* textum ad eas tantum Dignitates extendit, quarum morte, Ecclesiæ dici aliqua ratione poterunt, viduatę, vt ad Præsulatus, nó autem intelligi debere de Dignitatibus, seù personatus, seù canonicatus, nec etiam in Ecclesijs Cathedralibus: huic *Glo.* subscribit *Abb. in cit. cap. num. 9.* ac vult esse hanc Glossæ communem opinionem, quam sequitur eisdem penè verbis *Syluester electio secundo, n. 2.*

2 His addo, *nonnullos Recentiores*, qui dixerũt *citatum cap. Quia propter* habere locum in Dignitatibus perpetuis, non in temporarijs, & cõsequenter doctrinam allatam in illis militare; secus autem in his non perdetuis.

3 Ego verò primum aio, *cap. quia propter* fauorabile cum sit, vt colligitur ex eius principio, & scopo, ad quem dirigitur, nimirum ad resecanda impedimenta, ecclasiarumq; pericula, superiore destitutarum, strictè non esse declarandum, vt rectè *Panormitanus, & Syluest. allegati*; Neq. verbum *viduata* Ecclesiæ adeò strictè exponẽdum, vt de morte proprij sponsi intelligatur; etenim non incongruè docuit *Hostiensis* habere locum allegatũ textum in omnibus electionibus beneficiorum spectantibus ad Collegiũ, vt refert *cit. Abb. §. n. 7.*

4 Quo circa non modo de propriè viduatis Eccle-

Digitized by Google

Ecclesijs, nè loqui textum, sed de viduatis, hoc est de destitutis proprijs ministris. Hinc etiam facili sanè negotio deducere possumus argumẽtum; & quidem fortissimum à ratione legis largæ ampla, seù generali ad ipsiusmet legis extẽsionem; cum enim in alijs electionibus ecclesiasticis eadem, vel similia, vel proximè accedentia esse possint absurda, illis, quæ imminerent Ecclesijs Cathedralibus, ni saltem aliqua magis nimirum substantialia formæ datæ in *cap. Quia propter*, obseruarentur, ratio finalis, qua motus est textus ad illam præscribendam formam amplior esse videtur, ac generalior ipsa lege, seù forma, quę idcircò extendenda est ad ea, ad quę latè patet eius ratio; ac mens *per textum legis regula, §. finali, vbi Bartolus, & Baldus ff. de iuris, & facti ignorantia, & l. 2. §. si mater, in verbo quid si curatores, & vers. quid si decesserint, ff. ad Tertull.* docetq; *Panormitanus in cap. sicut, circa finem, de rest. Cardinalis in Clem. 1. de electione, alijq. apud Euerardum in loco à ratione legis ampla*. Et sicut per hos eosdem Auctores dictus extenditur textus ad electionem Abbatum, & Abbatissarum, nec non ad quascumq. alias dignitates, etiam ecclesiarum Collegiatarum generalem habentes iurisdictionem, vt *citati scribunt Abbas, & Syluester, alijq. passim cum Glos. in cap. sicut cum, de elect. in 6. verbo formam*, sic etiam non esse abs re ad alias extendere electiones, quando ex hoc penderet, & eo verteretur cardo difficultatis, quam tamen aliò tendere mox ostendam. Insuper per hos eosdem Auctores, per quos *cap. Quia propter* ad indicatas tantum latè patet dignitates, non negatur penitus ad cęteras non attinere, sed quoad reliquas tantum solemnitates, vt enim *Abbas n. 12. & Syluester laudatus* scribunt, licet tanta non desiderentur requisita in his alijs, in quibus non agitur de tanto præiudicio, absitq; superior, cuius prouidentia, illa possunt facili negotio compensari; verum nullus est, qui audeat negare substantialia quædam ad nostram rem facientia, etiam præscripta per *cap. Quia propter*, in alijs electionibus ecclesiasticis seruanda esse, nempè vt fiant à maiori, & saniori parte Capituli, vel Eligentium, quæ si ambitioso voto inficeretur, ità se habere profectò non posset.

§ Deinde pro veritate dico difficultatis quidẽ punctum non esse hactenus adumbratum: circa quod citatos erasse Doctores arbitror: cum in *cap. Quia propter* neq; leuis fiat mentio de voto quo quis Eligentiũ sibi suffragetur, & tã cętera laudata iura, siue *cap. cum in iure, de elect. siue Ecclesia vestra, de sortilegijs, siue cap. per nostras de iure patronatus*, tametsi glossis, atque auctoribus ansam dederint quæstionis disputandæ etiam absolutè sumptæ, ac suum habeant robur independenter à *cit. cap. Quia propter*. Quamobrem doctrinam, siue laudatorum textuum, siue Doctorum eos explicantiũ ad electiones coarctare, de quibus agit *cap. Quia propter* absque textu, absq. rationis momento fieret. His addo scopum rationemq. finalem ipsius *cap. Quia propter* distinctam omninò esse à scopo, & fine *cap. cũ in iure, de elect. Ecclesia vestra, de sortileg. & per nostras, de iure patronatus, atq. à doctrina tum glossarum, tùm cæterorũ Auctorum*, in citatos textus. Etenim illud ad pericula, & absurda imminentia Ecclesijs viduatis, auertenda tendit, nè protrahatur superioris, vel ministri electio, vt manifestò colligitur ex verbis eiusdem canonis sæpè citatis; hæc verò, vt etiam *cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte Capit. ac reliqua in hac disputatione allegata iura* eò collimant, vt ambitionem ab electionibus ad officia, munera, ecclesiasticaq; Dignitates ablegent, itaut si nunquam forma fuisset data *cap. Quia propter*, eligendi, adhuc in suo permanerent robore. Ad hæc vt contrarios proprijs ipsorum petam armis *cap. cum in iure*, sanè non loquitur de dignitate, cuius morte viduata dicatur ecclesia, cum expressè sermonem habeat de Decano defuncto, cui alter sufficiendus erat ibi, *Quod eiusdem ecclesiæ Decano defuncto, &c.* quo igitur fundamento hi poterũt Auctores asserere huius doctrinam text. in eis tantum electionibus locum habere, ad quas se extendit *cap Quia propter*, & non ad alias?

Et nè diù immorer, sic ipsemet Innocentius III. consultus de dignitate minimè comprehensa per *cap. Quia propter* videlicet de Decanatu in *cap. cum in iure* vnum è compromissarijs posse electum esse, solum id censuit, ob tenorem formæ compromissi, vt nos *superiori cap.* demõstrauimus, ex cuius doctrina tùm *Glossa*, tùm *reliqui Doctores* collegerũt in hac eadem electione, si per scrutinium secretum res trãsacta fuisset, electum minimè potuisse numerum eligentium augere: *& in cap. per nostras de iure patronatus idem Innocentius. Nullus ait se ingerere debet ecclesiasticis prælationis officijs, &c. vbi Glos. verbo ingerere, hoc ipso, inquit, tanquam ambitiosus debet repelli 8. q. 1. in scripturis*. En tibi, vt glossæ, & Doctores ab omnibus ecclesiasticis electionibus ambitionem volunt longè distare, qua meritò notaretur, qui per suffragium sibi datum illis se ingereret, ad quod *cap. in scripturis* vtuntur omnes, tanquam fundamento. Nec modò dum de Episcopatu, vel Dignitate, cuius obitu viduata, in rigore, remaneret Ecclesia, sed etiam cum de repræsentatione ad personatum scribant, de quo in allegato textu sermo est. Et cum textus de omnibus loquatur ecclesiasticis dignitatibus, atq; officijs, absq; fundamento sẽtiret quicumq. si ad quasdam peculiares circumscribere vellet. Nec minus omnibus fere Dignitatibus Episcopatu minoribus, atq. officijs, proximè ad dignitates accedentibus, congruit ratio *glossæ citatæ: quia nimirum non ambitione, sed labore vnumquemq. ad honorem conuenit peruenire, C. de re militari, l. contra publicam lib. 12. & 61. distinct. Miramur*. Demum adde *cap. cum ad nostram, de institutionibus*, vbi cũ custos vnius Ecclesiæ in Abbatem electus fuisset, Abbas factus cum Abbatia, Custodiam retinebat, cuius collatio ad ipsum spectabat: circa quem casum respondet consultus Papa debuisse Abbatem alteri Custodiam cõferre, cum inter *Dantem & Recipientem debeat esse distinctio*, non secus, atq. inter Baptizatum, & Baptizantem, & prosequitur *Glossa verbo præsentare, ex cap. debitum, de baptismo, & eius effectu, & ff. de Tutoribus, &*

cura-

Digitized by Google

Curatoribus dandis. Quamobrem merito concludit *eadem Glossa*, vel ex hac ipsa ratione personam electam non esse computandam inter eligentes, vt eorum augeat numerum; quę quidem à seipsa non debet oriri *24. quæst. 1. didicimus ibi. Nemini succedens à seipso ortus*. vbi *gloss*. ideò ait, in seipsum cadere debet, & ita nemo potest seipsum eligere, per vniuersalem nempè negatiuam loquens propositionem ex *cap. sicut is, 1. quæst. 6. vbi Gregorius Syagrio Episcop. Lugdunensi lib. 6. epist. 110*. Scribes de Sacerdote aptissimam exprimit sententiam. *Sicut is*, inquit, *qui inuitatus venit, quæsitus refugit, sacris est Altaribus admouendus, sic qui vltro ambit, vel importunè se ingerit est procul dubio repellendus, vbi glossa verb. refugit ad finem*. explicat, teneri quēpiam fugere, hoc est, non se ingerere: nam vt prosequitur *verbo vel impetrare. Eò ipso quod se ingerit, est suspectus*.

6 Ex his gradum facio ad vltimam rationem exponendam Neotericorum distinguentium inter perpetuas Dignitates, & nō perpetuas, ac de illarum electione admittentes, votum electi non augere numerum eligentium, secus de istārum. Verum hæc firmitatem non habent, quasi verò ambitio, cui sacri canones in destinatione ad officia, Dignitatesq; ecclesiasticas, occurrere contenderunt, nō sit, malis artibus honores aucupari, & à se ipsos ad eos eligere, seq; per temerariam animi elationem, alijs præferre in officijs, ac dignitatibus temporarijs, atq. in perpetuis. Porrò nos ecclesiastici rectè nostris doctrinis optimi lucē exēpli magistratibus, ac secularibus Reipublicæ dignitaribus (si Deo placet) præferremus, si quæ (nec sunt quidem pauca) siuè dignitates, siuè munera certò præscribuntur tempore, ambiri, ac prensari posse dicamus ab ambitiosis, penès minus perpensam horum Recentiorum opinionem. Et nè nimium, multa de re minimè dubia loquar, sat est dicere tùm ex disputatis, atq; adductis textibus, hanc veritatem perspicuo constare; tum quia nullus Auctorum est, etiam eorum, qui votum Electi numerum non augere Eligentium tantùm volunt in electionibus, comprehēsis per *cap. Quia propter*, qui non concedat hoc verum quidem esse in electione Superiorum regularium, ità vt exibiletur *Goffredus apud Abbatem, & Syluestr. suprà citatos* contrarium sentiens de Abbatissarum electione. Hoc autem, vt certo posito; quęro ab huiusmodi Scriptoribus, num Superiores regulares perpetui sint, vel temporarij? certè vno, vel altero religiosæ familiæ Præposito Generali excepto quotquot sunt, etiam per Sacros Canones, ad certum creantur tempus: igitur si in horum electione, votum Electi numerum nō auget Eligentium, qua ratione dici poterit, hoc verum non esse in electione illa, in qua quispiam eligitur ad aliquam dignitatem nō perpetuam?

7 Secundò argumentor à contrario; contrariorum enim eadem est disciplina *l. & si contra in fine ff. de vulgar. & pupill. & instituta de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, in principio*, vbi expositores; Cum enim ijdem Auctores; qui votum Electi concedunt augere numerum Eligentium, in alijs electionibus ecclesiasticis, in quibus seruāda non est forma *cap. Quia propter*, hoc ipsum volunt valere in electionibus Canonicorum, atq; in alijs aliarum dignitatum, seù personatuum, quæ quidem perpetuæ sunt: & cum in non perpetuis quamplurimis, vt ostendimus etiam per hos eosdem Auctores, votum electi non augeat eligentium numerum, manifestò conficitur, distinctionem hanc esse prorsus nullam, cuius vix inuenitur, qui meminerit Auctor: Demum adiungo Cauałca. decisionem quadragesimam, qui non modo ecclesiasticis in electionibus, sed etiam sæcularibus, vel temporarijs, quam secuti sumus sententiam, arctè complectitur.

8 Ex his autem anno 1641. cum hanc disputationem componerem consultus, absolutè nullā pronunciaui electionē factam à Capitulo Quodam Vicarij Capitularis ob mortem Eminētissimi Cardinalis N. Episcopi habitam à nouem Canonicis, quorum quinq; per scrutinium elegerunt secretum vnum ex dictis quinque, eiusdem electi computato voto, vt certa præsumptione supponebatur, nullamq; talem electionē decreuit Illustrissimus, ac Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus N. ad quem appellatum erat.

9 Cum Vicariatus Capitularis dignitas sit loco Capituli suffectus, quo inferior non est, sed vices Episcopi gerēs, eius vtitur iuribus, ac potestate tanquam subrogatus *argumento textus in cap. his, qui in ius de regul. iuris in 6. alysq. relatis à Sbrotio in tract. de Vicario lib. 1. q. 25. & q. 1. 14. & 15. præsertim à n. 7*.

10 Neq. tali electo Vicario suffragata est præsumpta quædam consuetudo, qua anno 1624. dicebatur aliàs talitèr capitularis Vicarius electus fuisse ab eodem Capitulo, ex qua illum eruditus quidam Iuris Consultus defendere contendebat, quia cum è supradictis textibus ac disputatione hactenus habita, constet, huiusmodi consuetudinem, quæcumq. illa fuerit, nō prætèr, sed contra sacros esse canones, ambitionem contendentes radicitus euellere ab electionibus, ac destinationibus ad officia munera, dignitatesq; ecclesiasticas, ideoque nullum reddentes votum proprium eligentis sibi ipsi datum, consequenter nullius erit valoris.

11 Et enim ni hęc dicatur consuetudo esse cōtrà legem, voto nempe electi augere numerum eligentium contendenti, nullā certè alia erit. Neq. magis contra bonos mores est consuetudo, cōtra quam *cap. 1. de his, quæ fiunt à maioti parte Capituli* inuehitur, quam hæc, ex qua fieret locus non vulgaris ambitioni, & tamen illa corruptela, atq; abusus dicitur, & omninò reijcitur; igitur hoc idem de hac sentiendum erit.

13 Nec sufficit singulariter probare, cum probanda sit consuetudo in specie, atq; indiuiduo, vt in nostro casu, fuisse sic sæpè obseruatum in electione Vicarij Capitularis, auctore *Oldrado consil. 237. Anabarano consil. 339. num. 8. Himon cons. 96. n. 4. Rotacoram Greg. XV. decis. 45. nu. 6. & 162. modo cit. n. 2*.

14 Vt enim probè *Bald. consil. 27. vol. 2*. consuetudo tantùm habet de potentia, quantum de actu. Quamobrem in illa non fit extensio ex vno

in

Digitized by Google

in alium casum, vt *Rota coram Buratto dec. 283. n. 13. vbi Additiones lit. A. ac dec. 895. n. 14.*

17 Itaq. duos ad minimum requiri actus circa eamdem omninò rem, affirmat *Hostiens. in cap. venerabilem, nu. 40. de electione Berous cons. 142. n. 3. Cepolla consil. 28. n. 32. Crescentius decis. 1. de consuetudine alias 1. de præbendis, & Rota decis. 260. nu. 5. & 6. par. 2. diuersor. & coram Buratto decis. 850. nu. 4.* Neq. hos sufficere, nesciente, vel non approbante Principe, scribit *Vasq. cit. c. 8. nu. 74.*

18 Insuper percurrat amicus Lector *cap. cum consuetudinis de consuetudine*, Vbi hæc reperiet. *Auctoritate vobis præsentium inhibeamus* (Papa scilicet Canonicis) *ne absq. Episcopi vestri consensu immutetis Ecclesiæ vestræ institutiones, & consuetudines, vel nouas etiam inducatis; sed quas forte feceritis irritas decernentes.* Quod si hic textus de consuetudine etiam rationabili, intelligendus est, *Auctore Panormit. ibid. num. 3.*

19 Quid sentiendum erit de asserta irrationabili etiam si admitteretur? Et sanè in his concernentibus ad honestatem, atq. ecclesiasticam disciplinam, considerari non debet, quod factū fuerit, sed quod fieri debuisset; vt probè *Abb. consil. 25. 2. par. sub initio, & in cap. cum causam, & cap. cum in Magistratum, de elect.*

Hæc omnia fusè hic exarare duxi, quod arma sunt; quibus victoriam suprà relatam, Veritas in casu dicto reportauit.

Queres ad calcē huius Disputationis, in quibus tandē electionibus votū electi non augebit numerū? Respondeo è Sacris Canonibus, & ex dictis cōstare in electionibus Dignitatū, et non Episcopalium, vel temporalium, quas vnica regula, comprehendo; asserens in omnibus ecclesiasticis electionibus, de quibus super egimus ad quascumq. Dignitates, quæ secundum humanum sensum, rotundiq. rationes optari solēt; etenim, vt rectè *Glossa cap. per nostras, de iure patronatus, verbo ingerere, non ambitione, sed labore, vnumquemq. ad honorem conuenit peruenire, C. de iure militari, l. contra publicam lib. 12. & dist. 61. cap. miramur ad fin.* quicumq; ambitiosus est repellendus *1. q. 3. si vi, qui sint, C. de Episcop. & Cler. si quis quam, ff. de procuratorib. Addo Caualcan. sup. cit.* qui locum esse nostræ sententiæ docet etiam in electionibus temporarijs, & merè sęcularibus.

20 Quando autem vel tres, vel duo fuerunt electores, qua ratione agendum sit, probè docet *Io. Andr. regula in toto de regul. iur. lib. 6. in mer. & Abbas tum loc. cit. tum consil. 25. 2. par. num. 2.* Si prętereà de præsentatione aliquid addendū erit initio 8. *libri* præstabimus.

Finis Libri Quinti.

LIBER

Digitized by Google

LIBER SEXTVS

De Persona Eligenda.

EXplicata voluntaria, liberaque electionis ratione in qua sita est circumstantia, *quid*, reliquus præsenti libro erit exponendus eiusdem valor, maximè pendens à personæ promouendæ præstantia fundante circumstantiam circa quid, quæ tertia est in ordine à Philosopho 3. Ethicorum cap. 5. relata vt lib. 5. disp. 1. cap. 3. nu. 8. indicauimus: & quamuis 1. vol. per singulas partes sit comprehensa, hoc tamen, vt proprium obiectum validæ, vel inualidæ, licitæ, vel illicitæ electionis, vel promotionis tradetur.

DISPVTATIO PRIMA.

De iustitia distributiua penès aliorum sententias.

IVstitiæ distributiuæ, quâ proposui quæstionē, nec non & alteram deinceps exponendā de institutione beneficiorum ecclesiasticorum, operæ pretium esse arbitror disceptationibus præmittere de electione dignæ, ac dignioris personæ, quæ propriæ sunt nostri instituti principemq. sibi vendicant locum, seù passiuè sumantur ad electionem Episcopi faciendam; seù actiuè ad eas, quas Episcopus habebit personarum idonearum ad simplicia, curataq. beneficia, quæ neq; prò dignitate satis agitari poterant, quin hæ primo enucl earentur. De iustitia verò tam variæ sunt DD. tamq; discrepātes sententiæ, vt magnum id argumentum esse debeat eius difficultatis, sed exploratæ si sint aliorum opiniones, atq; eā, quæ ante quæri debeant, vt per nos præstabitur, erit etiam vera, sententia, quam quærimus explicatu facilior.

CAPVT PRIMVM.

Quæstionis status exponitur.

SVMMA.

Quæstionis cardo, ac difficultas, n. 1.
Restitutionis obligatio consensu DD. est actus cōmutatiuæ iustitiæ, n. 1.
argumentum ex quo quæstionis difficultas ortum habet n. 3.
Duplex æqualitatis genus, atque iustum iustitiæ commutatiuæ, atq. distributiuæ proprium sunt obiectum, ibid.
Auctor prima facie, non tamen reapse contra cōmunem videtur opinionem sentire. n. 4.

1 VEtus opinio iam vsq. ab heroicis literarum ducta temporibus, eaque, & vtriusq. iuris, & Theologiæ peritorum consensu firmata de iustitiæ distributiuæ ratione, ob argumentum communi sermone satis tritum, atq. à *D. Thoma* 2. 2. *q.* 57. *art.* 1. 3. *loco allatum* ità reuocata est in dubium, vt multis cōperiatur obstructa difficultatibus. Et cùm nonnullæ quæstiones in Philosophia morali, ac Theologia nequaquam satis adhuc explicatæ sint, tùm perdifficilis, & obscura hæc prorsus est: cui probè *Caietanus* 2. 2. *q.* 62. *art.* 2. (*licet à Nauarro in summa latina cap* 17. *nu.* 69. non leuiter, immeritò tamen fugillatus) primas defert, ac nos exquirendæ, dilucidandæque studium, ac diligentiam prò viribus minimè denegabimus.

2 Argumento tamen supponendum est, è communi DD. sententia, restitutionem, actum esse commutatiuæ iustitiæ. sic *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 62. *art.* 1. *& ibi Caietanus, ac reliqui Thomistæ: nec non Sotus de iustitia lib.* 4. *qnæst.* 6. *art.* 1. *Adrian. in* 4. *de restitutione, Riccardus ibidem distinct.* 15. *Gabriel quæst.* 2. *nct.* 3. *Vasq.* 1. *par. disp.* 86. *cap.* 3. *nom.* 25, *& de restit. cap.* 1. *num.* 5. *Lessius lib.* 2. *de iustit. cap.* 7. *dub.* 4. *num.* 16. *Layman. lib.* 3. *tract.* 2. *cap.* 1. *nu.* 4. *Couarr. reg. peccatum part.* 2. *in princ. Syluester restitut.* 3. *quæstion.* 2. *apud quos vno, vel altero, vt Petro Nauarro, ac Soario* (& si

quis

Digitized by Google

quis est alius.) *demptis, reliqui Theologi, ac Canonistæ.*

3 Præterea duplex æqualitatis genus, duplexq; iustum; alterum inter duas res, atq; vnius ad vnum, ac dicitur arithmeticum; alterum proportionis, quod appellatur geometricũ, quippè duarum est proportionũ, rerum scilicet, & personarum, vt enim duo se habent ad sex, ità quatuor ad duodecim; estque inter quatuor terminos, vt probè *Aristoteles* 5. *ethicor. cap.* 5. nimirũ inter Achillem, & munus, seù meritum eius ex vna parte, atq. inter Aiacem, & munus, eiusque meritum ex altera.

His in hunc modum constitutis ratiocinatio, cui *Burid.* 5. *ethic. q.* 7. occasionem præbuit, his confici potest. Ex duobus modo assertis iustis, atq. æqualibus, primũ tanquam obiectum à cõmutatiua respicitur iustitia, in commercijs, dãnique reparatione; cùm tantum quisque reddat, quantum accepit, vel damni intulit: Ad secundum verò velut ad proprium se habet obiectum distributiua, quando saltem bona communia diuidit; atqui distributor iniquus bonorum communium, secundum etiam æqualitatem arithmeticam, tenetur restituere, damnumq. resarcire illi, cui contra iustitiam distributiuam iniquè intulit; igitur vel obiecta harum virtutũ non sunt assignata contra DD. cõsensum, à quo solus discessisse videtur *Burid. citatus* 5. *ethicor. cap.* 7. distributiuam, & commutatiuam iustitiam solo nomine differre docens, atq; vnam, eamdemq; esse virtutem, sub diuersis conceptibus inadæquatis ad diuersas materias, seù functiones comparatis; vel permixta, & confusa harum sunt virtutum obiecta, ac munera, & contra cõmunem Authorum sententiam, restitutionem spectare, sensiendum est ad distributiuam potiùs, quam ad commutatiuam iustitiam. Hunc iudico communem scopulum, ad quem nè quasi tempestate delata DD. adhæresceret ingenia, velis, reniſq. effugere conata sunt.

4 Nos autem quoniam, primò quidem aspectu contra communem explicandi modum dicere vi veritatis coacti, hac de re disputantes cogimur, præcipuas DD. sententias expendere tenemur, vt quid ab illa errauerint, quidue re vera senserint, constet, illorumq; doctrinæ adhærentes vocibus differre potiùs ostendemus.

CAPVT SECVNDVM.

Refertur, neq. omninò efficax habetur opinio D. Thomæ.

SVMMA.

Opinio, ac solutio suprà relati argumenti S. Thom. asserentis restitutionem ex iniqua distributione natam spectare ad commutatiuã iustitiam, n. 1.
Inefficax quæstionis solutio à D. Thoma tradita demonstratur n. 2. *&* 3.
Ad virtutem oppositam vitio, cuius est peccatum spectat actus virtuosus oppositus peccato, quo peccatur, n. 3.

1 *Sanctus Thomas superiori cap. citatus ad* 3. vltro dat manum, atq. agnoscit æquum, iustumq. quod seruare iniquus tenetur distributor esse per comparationem rei ad rem, ità quòd si quatuor Ciui minus, quã debebantur; contulerit, quatuor ei restituere ille teneatur, sic etiam liquido pronunciat ex commutatiua iustitia Distributorem iniquè distribuentem obligari.

2 At argumentum adhuc propriam retinet vim, firmumq. robur, Angelici solutione minimè labefactum, Nam si ex iustitia commutatiua restituere tenetur iniustus Distributor; igitur contra illam fecit iniquè distribuens, ergò non contra distributiuam iustitiam essentialiter, vt speciem à specie per Atistotelem, omnisumque
3 consensum à commutatiua distinctam: ad virtutem enim oppositam vitio, quo peccatur, actum spectare virtuosum peccato paritèr oppositum, certo certius est; idque euidentiùs reperitur in iustitia, cuius medium est in re. Vt ergo iustitia distributiua minimè potest æqualitatẽ arithmeticam statuere inter ementes v.g. & vendentes, ità neq. commutatiua resarcire geometricam inæqualitatẽ, inter dignitatem, munusq. Petri, ac dignitatẽ, munusq. Francisci, ac damnum Petro illatum ex paruipensa eius dignitate, vtiq. maiore, quam dignitas Francisci.

CAPVT TERTIVM.

Affertur, & reijcitur sententia Caietani.

SVMMA.

Caietanus alio modo spectare restitutionem ortam ex iniqua distributione ad commutatiuam docet, n. 1.
Opinio Caietani reijcitur, n. 2.
Ad quam virtutem spectat ius per distributionem iniquam euersum, contra eam fit, ex eaq. manare debet obligatio restituendi, n. 3.

1 Alij, quos inter *Caietan. in loco cit. D. Thomæ*, cui proximè accedũt, diuersa tamen ratione quæstionẽ soluunt, spectare nimirum restitutionem in relato casu ad iustitiam commutatiuam, quia quod omissum est ab iniquo distributore, profectò debitum erat ciui, licet nunquam ab eo possessum. Ex quibus colligit *Caietan.* si distributor aliquot annis, publica præternisisset bona inter ciues diuidere, prò ratione sui officij, non teneretur summam, quam retinet, inter præsentes partiri ciues, verum è bonis donegatis ciuibus tunc existentibus, ac debitis, quando sanè erat facienda inter alos distributio, restitutio facienda nunc esset eorum hæredibus.

2 Cæterùm nihilò sufficientior horum est solutio Nam quæro quo debito, vel quo iure debebantur bona ciui, cui iniustum est damnum,

Digitized by Google

illatum, atq; iniuria ob illorum denegationem? Si dicas iure stricto, licet ad rem, spectante ad commutatiuam. Hinc infero contra commutatiuam quidem peccasse Distributorem, & non contra distributiuam; quæ penès hunc dicendi modum vna, eademq. virtus esset cum commutatiua, neq. ab ea distincta.

3 Quod si respondeas debitam fuisse bonorum portionem ex iure spectante ad distributiuam: recurrit profectò rationis momentum, contra D. Thomæ solutionem, paulò ante adductum: qua enim ratione læsum ius distributiuæ iustitiæ resarciri poterit à commutatiua?

CAPVT QVARTVM.

Refellitur opinio Soti,

SVMMA.

Solutio Soti duplicem distinguentis iustitiam distributiuam puram, & non puram illam circa bona versari communia, ex qua læsa resultat obligatio restitutionis hanc circa beneficia, & Cathedras. propriè ad restitutionem non obligãtem, nu. 1.

Reijcitur Soti sententia à Vasq. n. 2.

Exploditur ab Auctore. n. 3.

Obligatio ex distributiua iustitia, non amittit vires coniunctione cum commutatiua, n. 4.

1 ACcedit *Sotus lib. 4. de iust. q. 6. art. 3. ad 6. arg. concluſ. 2. solut. ad 1. instant.* duplicem distinguens iustitiam distributiuam, alteram merã, puramq; non puram alteram: illam versantem circa bona ciuibus diuidenda ob suam ipsorum causam, vt Sotus loquitur: hanc se habentẽ circa sacerdotia, beneficiaq; danda Dignis, ac ditiora Dignioribus, non tamen propter seipsos, sed propter Ecclesias, quibus ministeria debentur. quã etiam iustitiam ad magistratus conferendos, cathedras, ac similes extendit. Demum illam, ait, obligare ad restitutionem ciuibus faciendam, secus hanc: quippe quæ quando pura nõ est, distributorem, vel collatorem beneficij magistratus, vel cathedræ, ad quam regendam Dignior prætermisit, solum obligat ad aliquam compensationem Digniori faciendam: cum alia electio, vel distributio habenda erit, in qua exactior ei cum Dignioris prætermissi futura esit. Obligat est solus eum ad restitutionem, qui alterũ impediuit per iniuriam à consequutione beneficij, vel legati, quod alteri Titius decreuerat legare, qui habet facultatem, capacitatem, proximamq. aptitudinem ad bona denegata. Non autem declarat Sotus ex qua iustitia hæc vltima restitutio facienda sit, nùm ex distributiua, an commutatiua?

2 At vt omittam, quod *Vasq. de benefic. cap. 2. §. 3. dub. 27. n. 109. contra Sotum* scribit, gratis nimirum, & absq. probatione diuisionem allatam iustitiæ, suamq; fin xisse opinionem, vt se potiùs defenderet, quàm impugnaret Caietani opinionem, docentem iniquum beneficiorũ Distributorem, ad restitutionem obligari faciendam Digniori, vel Digno, si electus fuisset Indignus, de quo nos infra.

3 Sic ago in Sotum primò. Iustitiã merè distributiuam eam appellare, quæ circa bona debita Ciuibus versatur, eiq; tribuere vim inducendi obligationem restitutionis, firmum non habet fundamentũ, vt magis constabit ex dilucidatione veræ sententiæ, estq; contra communem, vt *cap. 1.* indicauimus. Deindè opus erat assignare discrimen, rationemq. cur ex hac iniustitia restitutionis obligatio nascatur, secus verò ex iniustitia collationis beneficiorum dignis, vel Dignioribus prætermissis faciendæ; cum in hos peccatũ sit, cõtra quos collator dicitur iniustus. Quod autem Dignis, vel Dignioribus faciendæ distributio non sit, quia non propter ipsos, sed propter Ecclesias, instituta sint beneficia, minimè tollit, quo minus in ipsos etiam factum sit per iniustitiam distributiuam, quæ quidem ex coniunctione cum iniustitia commutatiua, nil amittit virium. Demum obligationem restituẽdi adstruere, quando huiusmodi beneficia, vel Cathedræ, vel similia per fraudem, dolum, vel vim impediuntur, neq. ex qua iustitia ea oriatur demonstrare, non est, quæstionem dilucidare, ac nodum soluere. Tandem secus videtur pugnare *Sotus*, qui cum dixisset *lib. 4. de iustit. ad q. 6. art. 1.* actum restitutionis esse proprium cõmutatiuæ iustitiæ, ex qua sola, *ad secundum respondens ibid.* docet iniustum Distributorem teneri ad restitutionem, *art. posted 3.* paulò antè citato, quæ retulimus ad modum cohærentia, scribit.

CAPVT QVINTVM.

Aliorum exploditur solutio, atq; opinio.

SVMMA.

Aliorum dilutio difficultatis asserentium, semper cum læsione distributiuæ coniunctum esse iacturam iuris commutatiuæ, n. 1.

Nulla demonstratur, n. 2.

1 DIcunt quarto loco *Nauarr.* distributiuam, commutatiuamq. iustitiã ità inter se cõnecti, vt semper, ac violatur distributiua, minus dando alicui, quàm parerat per rectam diuisionem dari, violetur et commutatiua, violatione iuris, quod habebat Ciuis ad rẽ, & ad portionem, secundũ naturam bonorum communium, ex cuius læsione iuris, ortum ducit obligatio restitutionis.

2 Cęterùm vel solis vocibus à primis hi Auctores differunt, vel futili nituntur fundamento; nam quæro in ijs, quibus diuisio facienda

est

est duplex nè ius ipsi agnoscant, alterum commutatiuæ obiectum, alterum distributiuæ, vel vnum? Si duo; igitur non ex iustitia distributiua tantum tenetur, æque diuidere distributor bona communia, verum etiam ex commutatiua, quod semper euenire falsum esse demonstrabimus in expositione veræ sententiæ. Deinde si commutatiua iustitia proprium restituentis debitum respicit, quo pacto ad bonorum communium debitum in proportione geometrica fundatum latè patebit? Si autem vnum ius in his agnoscatur, quibus communium diuisio bonorum facienda est; igitur vna iustitia; vel ergò distributiua, vel commutatiua, quod ad enodandam difficultatem sanè supereſt declarandum, & quicquid horum attigerint hi Auctores, vlcus est.

CAPVT SEXTVM.

Nullius roboris opinio Nauarri ostenditur.

SVMMA.

Nauarri sensus imponens obligationem restituendi distributori, bonorum communium secus collatori beneficiorum ortam ex læsione iustitiæ distributiuæ, nemini tamen dantis ius ad rem, vel in re. 1.

Rejicitur n. 2.

1 QVintò accedit loco *Nauarrus* in sententiam penè discedens *Soti cap. 4.* reiectam, qui *capi. 17. summæ latinæ* discrimen quidem agnoscit inter distributionem bonorum communium, & beneficiorum, seu officiorũ, atq. ex hac nullam restituendi obligationem dignioribus prætermissis docet à *n. 69. ac deinceps*: benè verò restituendi onus imponit iniquo bonorum cõmunium distributori, vt nos etiam dicemus, ortumq; ducere ait *n. 96. vers. octauo peccat*, ex violatione iustitiæ distributiuæ, quam tamen nemini, scribit *num. 73. vers. confirmatur*, regulariter dare, neq; ius in re, neq; ad rem, & tamen ex huius iuris læsione obligationem promanare docet restitutionis.

2 Verum enim verò, vel secum pugnat *Nauarr.* vel explicare debebat, quomodo contra iustitiam distributiuam tantum fiat ab iniquo distributore, & tamen ex iniqua distributione manat obligatio restituendi; Deinceps qua ratione hæc oriri possit, quin ius ad rem, vel in re læsum sit. Quod si læsum fuerit, quo pacto tantum fuerit factum contra iustitiam distributiuam.

CAPVT SEPTIMVM.

Molinæ, ac Vasquez probabilis sententia expenditur, & reijcitur.

SVMMA.

Affertur opinio Molinæ, & Vasq. asserentium restituendi obligationem ex distributiua iustitia manare in casu dicto non immediatè, sed mediante commutatiua, quam secum trahit. num. 1.

Hæc vo à Vasq. expenditur sententia magis ab Auctore declaratur, redditurque probabilis, num. 2.

Nec mirum est, neque insolitum damnum inferri per iniustitiam distributiuam: compensationem verò spectare ad commutatiuam, n. 3.

Nonnunquam illatio damni ex nullo nascitur vitio, cum illud resarcire commutatiuæ sit iustitiæ ibidem.

Iniustitiæ actum per oppositum virtutis, siue immediatè, siue mediatè reparari debet. n. 4.

Proprium videtur esse commutatiuæ iustitiæ non modo læsum reparare ius circa eamdem personam, verũ etiam circa idem debitum, eandemq; sæpè rem. n. 5.

Secus se habet distributiua, quæ non versatur circa idem debitum resarciendum, eamdemq. materiam, vt neq. Temperantia. n. 6.

Esto probabilis sit Vasq. sententia nonnulla tamen habet difficilia, ob quæ reijcitur. n. 7.

Non intercedente debito restitutionis, non datur obligatio restituendi. n. 8.

Respectu nullius, cui non est ius, esse potest debitum ibidem.

Quid sit restitutio, n. 9.

Cui nihil iuris est, nihil iuris auferri potest, ibid.

Damnum bifariam accipi potest. n. 10.

Quid sit damnum. ibid.

Ex damni detentione impropriè dicitur oriri restituendi onus. n. 11.

Vitium per actum virtutis immediatè appositæ destruitur, & virtus physicè loquendo, reparatur vitij oppositi destructione. n. 12.

Cur ex sola iniusta detentione fluat nonnunquam restitutionis obligatio. n. 13.

Non eadem est ratio distributionis bonorum communium, & beneficiorum. n. 14.

Paritas Temperantiæ nulla est ad rem, neque eodem actu numero, siue Temperantia, siue distributiua iustitia vitium oppositum euertunt. nu. 15.

Exploditur sententia Petri de Aragon huic affinis. n. 16.

1 MOlina tom. tract. 1. de iust. disput. 12. nu. 11. tom. tract. 2. disp. 727. à nu. 2. post quem Vasquez in opusc. de restitut. cap. 1. à num. 1. ac deinceps do-

Digitized by Google

docent ex ratione solum iustitiæ distributiuæ læsæ prouenire obligationem restitutionis in præsenti casu faciendæ, non tamen per ipsam iustitiam distributiuã proximè, atq; immediatè, sed remotè, ac mediante iustitia commutatiua, ad quam restitutio nata ex violatione distributiuæ immediatè spectat; distributiuam tamẽ secum trahere onus restitutionis, vtiq. faciendę per commutatiuam, etiam in beneficijs quando indignis; vel minus dignis, dignioribus relictis conferuntur, vt idemmet *Vasq. scribit in opusc. de beneficijs cap. 2. §. 3. dub. 17. nu. 118.* Ratio autem Vasq. est, quia non remanent eadem, eodẽ modo, quòd bona, quando distribuebantur, erãt communia, debitumq; pariter commune, nec proprium; Verum damno per iniquam partitionem illato, & priuatum, propriumque resultat iniqui distributoris debitum, cui satisfacere, atque ex proprijs resarcire bonis tenetur penes æqualitatem rei ad rem, quæ proprium quidem obiectum commutatiuæ iustitiæ est. Hæc autem restitutio minimè distributiuæ opponitur iniustitiæ, cui tantùm contraria videtur partitio: Neq; opponitur illationi ipsiusmet damni, quippèque ex iniustitia manauit distributiua, sed detentioni ipsius damni, per iniquam partitionem illati.

2 Hæc à Vasq. hoc modo declarata sententia, probabilior videtur aliis, quam ita magis explico. Si facta esset iusta communium bonorum diuisio, portio, data Francisco, in eius proprium transiisset dominium; igitur posita iniqua partitione damnum ex portionis debitæ carentia, proprium euadit Francisci; ergo huic damno posita iniqua diuisione, facto ea priuato respondet debitum pariter priuati iniusti Distributoris; quod quidẽ resultauit supposita iniusta illatione damni, nec quidẽ in ea formaliter, atq. immediatè, sed remotè, proximè verò ex ipso damno in Franciscum deriuato, & in eo tanquã proprio, perseuerante.

3 Nec mirum alicui videatur illationem damni per iniustitiam haberi distributiuam, restitutionem verò spectare ad commutatiuam, quia contingit aliquando illationem damni materialiter sumpti ex nullo vitio, aut habitu virtuti contrario promanare, restitutionem verò postea spectare ad commutatiuam iustitiam, vti videre licet, quando restitutio fieri debet non ex iniusta acceptione, quæ bona fide, vel opinione probabili potuit etiam esse virtuosa, verùm ex iniusta detentione, cum hæc innotuerit res non esse mea, idq; clarius fiet solutione sequẽtis instantiæ.

4 Quod si instabis, iniustitia per actum debet oppositũ reparari; ergo iniustitia, seù inæqualitas distributiua per actum oppositum, distributiuæ iustitiæ resarciri; distinguendum est antecedens; inæqualitas, seù iniustitia remotè, vel proximè actu opposito reparãda est, & cõcedo: semper proximè, & nego. In nostro autem casu remotè restauratur inæqualitas, seù iniustitia distributiua per damni compensationem alteri illati, quò primã sublatam etiam secundario iniqua partitio in suo quasi esse tollitur effectu.

5 Hinc illud peculiare, & quidem notatu dignum iustitiæ commutatiuæ licet agnoscere, cuius quidem violatio non modo circa personam eandem resarcitur, sed circa idem debitum; sæpeq; sæpius eiusdemmet rei: *Iic à te, si subripuerim equum per commutatiuam iustitiam, & tibi, & eiusdem equum restituere pro viribus, damnumq. reparare teneor, secus verò in aliis*

6 Quamobrem esto distributiua possit iustitia resarcire per proprium damnum iniquam partitionem circa eandem personam, non tamen circa idem debitum, eandemq. materiam; nam qui semel iniustus diuidens fuit, minimè potest iustus esse circa eandem materiam, iterum distribuendam; quum hoc damnum commutatiuæ sit reparare; licet iustus esse possit in alia distributione: sicuti qui semel intemperans fuit in prandio, circa eandem materiam temperãs esse nequit, cum circa similem queat.

7 Probabilis hæc est sententia; à qua tamen nonnulla per difficultatem quidem auertunt. Et primò asserere ex sola distributiuæ iustitiæ læsæ ratione manare restitutionis obligationem, præterquam quòd est contra communem Theologorum sententiam, vt *cap. 1. num. 2.* indicatum est, cui etiam subscribit ibidem citatus Vasq. neque distinctio ab his Auctoribus asserta emanationis mediatè huiusmodi oneris absurda mox indicanda dedicat. Etenim restitutio minimè nascitur, non intercedẽte debito ex iustitia, vt Auctorum cõsensu exploratum est, & est videre apud *Caietanum 2. 2. quæst. 62. art. 1.* Atqui respectu nullius, cui non est ius in re, vel ad rem, proprium datur debitum, igitur ei non debetur restitutio.

8 Secundò restitutio, seù redditio (ve abstrahã à vocum quæstione) supponit ablationem, vti constat ex ipso vocabulo, & cõiter DD. habentes subscribentes *D. Tho.* cã definiẽ. 2. 2. *q. 62. art. 1.* Restituere est iterato aliquẽ in possessionem, vel dominiũ rei sue restituere, vel dam illati cõpensare, vt volũt alij, sed cui nihil iuris est, nihil iuris auferetur; ergo si supponamus (& ipsemet Vasq. concedit) è quatuor, quibus posset ecclesiastico dari beneficium, nulli esse ius, neq. in re, neque ad rem, quod vni detur, tribus reiectis, nullum ab his tribus ius auferetur; ergò nulli restitutio facienda est; quod consequens negat Vasquez. Dices restitutionem non solum esse rei acceptæ redditionem, vt ex communi sententia *Lessius* eit, verum etiam damni illati compensationem;

10 vt modo diximus. Sed contra quia damnum, vel sumitur quasi passiuè, quod quis ab alio patitur, & *Aulus Quintilianus declam. 320. definitur amissio bonorum*; vel sumitur activè, quod aliquis infert: si passiuè consideretur, percipi minimè potest, quia alicuius boni concipitur ablatio, quæ respondet actuæ illius, in qua situm esse damnum passionis, ex *Quintiliano* diximus; igitur fieri non potest compensatio illati damni alicui, ni amiserit is aliquod bonum: at non potest, qui caret, & ipsa re, & iure in ea, vel ad eam, illam amittere, quæ nullo pacto, nulloq; iure est sua; igitur non potest damnum pati, resarciendum per restitutionem. Quòd si damnum actiuè sumatur à nemine induci potest, qui alterum in aliquo non lædit

bono,

Digitized by Google

bono; sed non potest quis alterum in bono lædere, cuius hic non habet vel possessionem, vel dominium, vel ius, ergò damnum non potest inferri alicui in aliquo, cuius nullum habet ille ius, aut possessionem, aut dominium; igitur huic faciendo non est restitutio, quæ concipi sanè nō potest, quin implicetur reddutio alteri facta rei alicuius, quæ illius sit, vel debeatur ei per proprium ius aut legem; quæq; formaliter, vel virtualiter spectet ad animi, vel corporis, vel honoris, vel pecuniæ bona, vt probè *Navarr. summ. latina cap. 17. num. 6. in principio.* Deinde, quod *Vasquez infert absurdum cōtra DDc. ap. 5. relatos*, æquaquam effugit, nam talem, tantamq; esse connexionem inter vtramq. iustitiam fateri vtro debet, vt distributiua semper necessario cōmutatiuam inferat iustitiam; imò hanc locum etiam habere quando non fit contra ius strictū, proprium ipsius obiectum vti *Vasq.* sæpè fatetur, & dum factum non est contra illam. Præterea sic arguo. Restitutio quæ fit ab iniquo distributore, vel respondet iniquæ distributioni; vel illationi damni, vel iniustæ detentioni. Non duabus primis, vt Vasq. concedit, non detentioni, ergò in hac opinione nulli fictitii igitur talis erit obligatio.

Probatur itaque non respondere detentioni ipsius damni; Nam primò non satis percipio, quid nomine damni detentionis significare contendat *Vasq.* damnū in alterius ab iniquo non detinetur illatore, neq; DD. huius vnquam mentionem detentionis; sed dicides restitutionis assignantes alterā dixerunt iniustā acceptationē alterā rei acceptæ detentionē. Verū demus Vasquio hunc minus proprie loquēdi modū, seu potius quā verbis insisteares, sic arguimus. Vel nomine dāni detenti venit apud *Vasq.* priuatio portionis, quæ debebatur huic ciui per iustam distributionem, vel ipsa detentio, & carentia solutionis, siue restitutionis portionis, antea denegatæ, vel ipsamet portio pecuniarum, aut bonorum, neq; aliud quidquam (me iudice) poterit excogitari. Non priuatio portionis, quia si hæc actiuè sumatur, quasi priuatiua actio, vt sic dicam, distribuentis, hæc ab iniusta distributione, quatenus iustitiæ negationem, vel priuationem involuere, minimè distinguitur; ergò sicut restitutio immediatè non oritur, neq; respondet iniustæ distributioni, ita neq; priuationi portionis, neq. damni ipsius retentioni, acceptæ pro explicata priuatione. Quod si hæc priuatio passiuè sumatur, se tenēs ex parte ciuis, præterquā quòd non dicitur detentio damni, quidquid tamen de voce sit, quæro, priuatio isthæc portionis pristinæ in facto esse, ac permanens, nūquid iniusta, vel iusta? Si iusta non potest inducere obligationē restituendi. Si iniusta; iterum quæro, qua iniustitia? opposita nè commutatiuæ iustitiæ, vel distributiuæ? si distributiuæ; igitur ex hac immediata restituendi mādat obligatio cōtra *Vasq.* qui in intercedat necessariò commutatiua; Si autem est opposita commutatiuæ; quo iure? vel in re, vel ad rem? quæ tantùm ista, omnium consensu, a commutatiua respiciuntur; neutro ex his, cùm neutram haberet ius ille, cui fa-

cienda erit distributio, ante ipsammet distributionem per *Vasquez*, & neutram etiam habet post distributionem iniquā; ergo per nullam: nā per eam neq. contulit possessionem iniquus rei distributor, imò potiùs abstulit beneficiū, illud Optanti, aut rē quæ cuiq; erat danda, neq; aliquē ei dedit titulum, in quo nouum, quod antea nō habebat ius, saltem ad rem fundaretur, cùm iniqua distributio, quā distributio, collata ut bonorum, quā verò iniqua, sit carentia, vel priuatio partis, aliàs iustè aliquo pacto debitæ, & si sit beneficij est carentia, illiusq. priuatio; igitur non est titulo collativa: Et sanè mirum est hanc priuationem ad instar actionis conceptam, & quasi in fieri spectare ad iniustitiā distributiuā; conceptam verò passionis instar, aut in facto esse ad iniustitiam commutatiuam. vt enim repugnat vnā, atq. eandē actionē in fieri esse iustitiæ distributiuæ, atq. in facto esse, & conseruari, tribui, vel esse iustitiæ cōmutatiuæ; ita è contra ratiocinandū est de actione, vel quasi actione, passioneq; iniusta, comparata cum iniustitia distributiua, & commutatiua. Verùm ad inceptum redeamus argumentum. Itaq; si nomine detentionis damni *Vasquez* significare velit detētionem, siue carentiam restitutionis, hoc sanè idem est, ac petere principium, etenim asserere obligationem restituendi pullulare è carentia solutionis, & restitutionis, est idem, ac punctum exponere controuersiæ pro solutione; nam hoc ipsum quero cur dicenda sit carentia esse restitutionis in distributore, atq; hæc esse iniqua, & parere commutatiuæ iustitiæ obligationē: Deinde sicut iniusta detentio rei acceptæ æquiualet iniustæ eiusdem subreptioni, ita iniusta damni detentio æquiualet iniustę damni illationi; sed illatio huius damni promanauit ex iniustitia distributiua; igitur etiam iniusta eiusdem detentio. Demum si dicas damni detentionem significare ipsammet portionem, iniquè alteri denegatam, in primis euenire posset hāc portionē non esse in possessione distributoris iniqui, sed vel alia ciuibus data, supra quod par erat, vel vel alteri beneficiū optāti datum esse, quod digniori fuit denegatum; ergò cum distributor non iniquè detineat portionem, neq; detinere damnum dicendus est.

Dicere *Vasquez opusc. de restitut. cap. 2. §. 3. dub. 1. num. 11.* cum, qui per iniustitiam alteri, quam dignior v.g. contulit beneficium teneri ad restituendum ei tantundē commodi temporalis. Verùm hæc instantia non tollit, quominus argumentum conficere it, ac detentor fecerit, nō incumbere iniquo distributori restitutionem ratione damni, id est, rei detentæ, cum hæc res sæpe, ac sæpius in ipsius possessione minimè sit. Addo, vt hæc detentio portionis obligationem pariat restituendi, necessariò esse debere iniquam: tunc autem idem, quod sæpè factum est, recurrit argumentum; vel enim est iniqua contra cōmutatiuam, vel contra distributiuam? non contra hanc aliquin sola restitutionis onus causaret, non contra commutatiuam, cuius obligatio nunquam resultat, nisi læso iure ad rem, vel in re alterius, quæ læsio per iniquam distributionē

facta non est, quia tale ius per *Vasq.* non supponitur, imò denegatur esse in Optante beneficiũ, aut in Ciue. Hinc patet solutio nostræ confirmationis, quam in gratiam attulimus huius sententiæ *num.* 2. nam si rectè facta fuisset distributio, vtiq; per possessionem, ius in re acquisitum fuisset Ciui, aut Beneficiario, vel saltẽ ius ad rẽ, si beneficium, seù pars bonorum fuisset ei iam destinata, qua si quis eum spoliaret, contra commutatiuam profectò faceret: at verò per iniquã distributionem nullum est ius collatum, neq; in re, neq. ad rem ad portionem, vel beneficium illud ei denegatum; igitur nõ est eadem vtrobiq. par ratio; Et quamuis passus sit damnum ille; cui dandum foret beneficium, quod in præsentia careat bono, ei nõ ex vi alicuius proprij iuris debiti (quod à Vasq. minimè declaratum est) sed ex obligatione officij recti dispensatoris, vel alio cõtractu, vt suo dicemus loco, nihilo tamen secius, iuxtà hanc, quam impugnamus opinionem, hoc damnum obiectum esse non potest commutatiuæ iustitiæ, quippe quod nõ est amissio boni ex iure in rẽ, vel ad rem habiti. Quamobrem Tò *proprium damnum*, in citata assumptũ confirmatione, subest æquiuocationi, ac penès hanc sententiam, & est, & non est proprium; nã dici proprium in eo sensu potest, quòd re vera beneficio hic caret, cui iniquè denegatum est. non proprium tamen dici, quia illud ipsum beneficiũ nõ erat proprium, quatenus hoc significat nõ habuisse ad illud ius in re, vel ad rẽ ante collationẽ, neq; habere post datũ per collationẽ alteri factã; igitur carentia, vel eius boni priuatio, in qua situm est damnum proprij boni, non erat propria proprietate saltem commutatiuæ iustitiæ proportionata, à qua, & conseruandum esset, & resarciendum semel læsum; sic etiam de damno ratiocinandum est, quod etsi aliquo pacto passus sit is, cui per distributiuam iniustitiã denegatum est beneficium; verum tale damnũ non est in rigore obiectum, quod respicitur à iustitia commutatiua resarciendum, neq. huius damni restituendi debitum ex hac iustitia incumbit iniusto distributori. Quo circà contra *Vasq.* ipsiusmet ratiocinationem obijcio, quam contra nonnullos habet *tractat. de restit. cap.* 1, *dub. vnico nu.* 6. hisce verbis, *Impossibile est, quod ius ad rem natum ex debito distributiuæ iustitiæ, sit iustitiæ commutatiuæ, sicut enim debitum soluere per distributionem, non est commutatiuæ, ità etiam ius alicuius seruare, quod nascitur ex tali debito, est eiusdem iustitiæ.*

12 Confirmatur quod omne vitium per actus solum excluditur virtutis sibi immediatè oppositæ, vt virtus eius destructione reparetur, quo ipsa euersa est, physicè tamen loquendo: sic infidelitas destruitur per actus fidei, desperatio per spem, per abstinentiam, siuè ieiunium intemperantia, & humilitatis actu destruitur superbia, &c.

13 Quod si aliquando ex sola iniusta detentione nascatur obligatio iustitiæ commutatiuæ ad restituendum, id prouenit, quòd illa iniusta detẽtio, æquiualet iniustæ acceptioni, & sicut hæc fuisset contra commutatiuam, cum rei fuisset alienæ, sic etiam iniusta detentio, cuius contrarium probatum est in nostro casu, in quo distributio etiam, quà iniqua, ideſt, quà denegatiua, vel portionis bonorum communium, vel beneficij huius, non fuit contra iustitiam cõmutatiuam, & per consequens neq. detentio.

14 Deindè *P. Vasquez* assentiri nequaquam in eo possum, quòd eadem ratione philosophatur de bonorum communium diuisione, ciuibus facienda, vel communitatis alicuius membris, ac de collatione beneficiorum ecclesiasticorũ; nam tùm *sequenti disputatione cap.* 1 *num.* 6. *tùm disput.* 3 *cap.* 1. *à num.* 3. *ac deinceps, tùm disput.* 4 *integ.* demonstrabimus, vel toto cœlo has esse diuersas, vel beneficiorũ collationem aliter explicandam esse.

15 Paritas autem temperantiæ adducta tanti facienda non est; etenim nullus est, qui somniauerit, eumdem numero actum iniustitiæ distributiuæ reparãdum esse, quod impossibile prorsus est, factum enim infectum esse non potest; illud autem, quod intendimus est, posse eodem actu specie, licet numero distincto contrarium labefactari vitium, qui siue fuerit temperantiæ actus, præstabit contra intemperantiam, siuè iustitiæ distributiuæ contra iniustitiam pariter distributiuam. Addo materiam iniustè distributam esse restituendam, quippèque licet eadem numero hic, & nunc fortasse non inueniatur, satis est, esse eamdem æquialẽter, neq. interest esse nunc propriam distributoris, si fuerit debita ob iniustam distributionem. Hinc cum idem cibus non permaneat post comestionem; quid ni circa eumdem non posse temperantiam versari? at pecunia permanet quidem, ità vt vel nunc sit, vel modo fuerit Cõmunitatis, & iuxtà merita distribuenda.

16 Ex his modus respondendi *Petri de Aragona* 2. 2. *q.* 62. *art.* 1. *ad fin.* facili reijcitur negotio, qui verbis tantùm differt à reiecta sententia: non enim poterat teneri Distributor, ex communi bono facere alicui proprium, ni ei deberetur; q. si debebatur eo iure, quod ei erat proprium, & iustitia illi proportionata debebatur, & nõ ex cõmutatiua. Neq. ab *Aragona* probatur, quod asseritur *art.* 2. *post* §. *conclus. in expos.* 1. *argum. D. Thomæ*, qua scilicet ratione restitutio possit actus esse solius iustitiæ commutatiuæ, cum aliquando eius obligatio ducat originem ex iure, atq. iustitia distributiua labefactata.

CAPVT OCTAVVM.

Expungitur sententia Petri Nauarræ.

SVMMA.

Ex iustitia distributiua nasci dicitur à Petro Nauarra obligatio restituendi n. 1.

Probatur primò, quòd peccatum contra distributiuam, non sit contra commutatiuam inducens inæqua-

Digitized by Google

inæqualitatem, ad eadem distributiua inducendam. n. 2.
Probatur præterea ex diuerso iure vtriusq. iustitiæ, n. 3.
Sicut actus distributiuæ est prò qualitate meritorum, præmijs nonnullos afficere, ità est, in possessione denegata eorumdem præmiorum reponere, n. 4.
Non quæuis iniuria est contra iustitiam commutatiuam, n. 5.
Non quæcumq. damni reparatio spectat ad commutatiuam, n. 6.
Non omninò vera Nauarræ censetur opinio n. 6.
In vna, eademq. habitus entitate inadæquatè formalis ratio distributiuæ, commutatiuæq; esse potest, n. 8.
Duobus potest modis quis iniquus esse distributor. Primò contra iustitiam purè distributiuam, absq. onere restituendi. Secundò, contra iustitiam, quæ partim est distributiua, partim commutatiua restitutionis obligationem inducens, num. 9.
Non potest habitus iustitiæ distributiuæ, & commutatiuæ simul adæquatè distributiua solius esse, & commutatiuæ, n. 10.

1 PEtrus Nauarr. lib. 1. de restit. cap. 2. non veretur contra communem sententiam obligationē restitutionis absolutè, atque immediatè ex distributiua deriuare iustitia.

2 Probat primò, iustitia distributiua, & commutatiua formaliter sunt distinctæ: igitur iniustitia distributiua formaliter est distincta à commutatiua, qui per hanc igitur iniustitiam distributiuā contra ipsam iustitiam faceret distributiuam, profectò peccaret: tùm quia personarum esset acceptor, tùm quia esset iniustus irrogando iniuriam alteri, ergò iustitia distributiua, omni alio præciso, ad æqualitatem inducendam per restitutionem obligabit.

3 Secundò sint diuidendi mille nummi aurei, tres inter inæquales meriti viros: & primo sit meritum, vt duo; vt quatuor secundo, tertio demum, vt sex: hoc inquam ius nulli horum est rigorosum, & proprium obiectum commutatiuæ quia solum fundatur in meritis, ac geometrica proportione; igitur qui contra hanc fecerit, vt ius lædit geometricum proprium obiectum distributiuæ; ità eadem læsa distributiua, ex ipsamet tenebitur ad restitutionem.

4 Tertiò, sicut actus esset iustitiæ distributiuæ prò qualitate meritorum præmijs nonnullos afficere, quos in possessione bonorum eis debitorum ponit, ità eiusdem erit virtutis eosdem in possessione per iniquam distributionem denegatam reponere. Quod si dicas, sæpè dissipata ea esse bona, vel distributione inter alios immeritos, vel iniqua detētione, qua sibi Distributor retinuit. Inflat *Nauarr.* hoc esse quid materiale, valdeq. accidentarium: formale verò, cui prospiciendum, est vt quod datur, prò qualitate cōferatur meritorum; quid enim refert rem diuidendam mihi accepisse, vel alteri dedisse, si eadem reddam ratione, ac essem antea redditurus; non ad personam, neque ad datum, vel acceptum respiciens, sed tantum ad merita.

5 Neq. dici potest iniuria quæcumq. ad iniustitiam spectare commutatiuam; nam hinc sequeretur iniustitiam distributiuam nullam inducere damni illationem, quod cæteri Auctores cum communi sentientes opinione negant.

6 Ex his colligit *Nauarra num. 19.* non cuiuscumq. damni reparationem propriam esse cōmutatiuæ iustitiæ, sed illius, quòd redditur arithmeticè proportionatum rei ablatæ; secus autem si merito aperetur personæ, quo rectificatur primus actus iniquæ distributionis, eadem ratione nunc dando, qua tribuēdum antea erat, quod iustitiæ proprium est distributiuæ; quippequæ non respicit essentialitèr, vt quod datur ex bonis, sit cōmunitatis, sed impertiri vnicuiq. ex bonis, quæ modo fuerunt, aut sunt Communitatis secundum exigentiam debitam meritorum, semper enim verum erit ea fuisse Communitatis, quamuis ex proprijs nunc soluantur, vt esset etiam si mea lata culpa furto mihi sublata essent, vel si mihi seruauissem, vel aliquo pacto impediuissem animo restituendi tempore, quo essent diuidendæ. Demùm quia si per omnipotentiam fieret Dei (quod impossibile sanè non est) quempiam esse præditum solo habitu distributiuæ, non autem commutatiuæ iustitiæ promptè, ac suauiter hic, inquam, qui malè distribuendo peccauit absque dubio non ex alio restitueret habitu, quam ex distributiua, qui quidem, vt ad diuidendum iuxtà personarum qualitatem, ac merita: ità ad damnum contra dicta merita reparandum inclinaret.

7 Verum enimuerò tanti facienda non esse arbitror momenta rationum *Petri Nauarræ*, vt à communi possimus discedere sententia DD. licet omninò improbabilis eius non sit opinio.

8 Et sanè formaliter distinctas, quas agnosco rationes vtriusq. iustitiæ in vna, & eadem entitate habitus esse posse, sequenti dicemus disputatione, sicut enim adæquatum sensitiuum, vt in brutis, & adæquatum intellectiuum, quod in Angelis reperitur, vni, eidemq. entitati non cōueniunt, possunt tamen illi gradus inadæquatè accepti vni homini competere, & vnā, eademq; formalitas habitus particeps esse formalitatis practicæ, & speculatiuæ scientiæ, vt nos infrà prosequemur; ità in vna eadēq; ratione habitus poterit reperiri ratio iustitiæ distributiuæ, & commutatiuæ.

9 Quæ cum ità sint, duobus quidem modis pōt Distributor esse iniquus, primò bona diuidendo ad quæ ius habent hi, quos inter distribuenda sunt, vt Ciues ad bona Reipublicæ, ad spolia milites, qui fortiter in bello fecere, cæteriquæ infrà allegandi; quibus ex efficaci alterius voluntate ius est ad rem diuidendam: altero modo minus propriè, cum in bona singulis danda nullum habent aliud ius ij, quibus conferenda sunt, nisi remotum, ac virtuale: Si primò modo fuerit iniustus distributor, acceptione profectò personarum peccabit, & contra iustitiam tùm distributiuam, tùm commutatiuam, quæ sicut etiam acceptio personarum circa bona alijs, aliquo pacto debita versatur, vt infrà fusiùs explicabitur; si verò secundo modo se habeat Distributor,

Digitized by Google

butor, & ad instar potius meri Oeconomi conducentis operarios, cũ remotum virtuale, & admodum tenue sit operarijs ius, vt conducantur, declarandum in expositione veræ sententiæ, neque materia poterit esse acceptionis personarum, neque obiectum iustitiæ ad restitutionem obligantis, ideſt iustitiæ purè distributiuæ: Itaque si *Petrus Nauarra* intelligatur de vno, atque indiuisibili habitu iustitiæ partim distributiuæ, partim commutatiuæ, rectè dicendus est ratiocinari; secus si de habitu iustitiæ purè distributiuæ, quæ vti non versatur circa materiam alicui propriè debitam, ità non poterit onus habere eam restituendi, neque subire detrimentum ex bonorum diuisione alijs debitorum, neque per acceptionem personarum; quæ, vt certò certius ex dicendis constabit, committi non poterit, vbi non negatur alicui, quòd pro suis meritis, vel aliàs aliquo pacto propriè debetur; quapropter peccare quidem contra iustitiam merè distributiuam quis poterit; at non peccato restitutionis onus inducente. Hinc vel in exemplo opposito à *Nauarra* concedimus ius omnibus, quibus illa bona diuidenda sunt, vel non; si eis fuerit ius manum sanè damus de habitu iustitiæ tùm distributiuæ, tùm commutatiuæ, in quam vti peccaretur per iniustitiam participem earumdem formalitatum ad vitium spectantium illi iustitiæ directè oppositum, ità resultaret obligatio restituendi, atque ius resarciendi, quod fuerat læsum. Quod si non fuerit tale ius illis, quibus diuidenda essent bona, merè ex liberalitate, & absque debito danda, licet vel contra fidelitatem OEconomi, vel contra iustitiam merè distributiuam fieret, nihilo tamen secius obligatio non oriretur restituendi.

10 Cæterùm *Nauarræ* argumenta, si de iustitia merè distributiua loquantur, quam à verò aberrent, ex iam indicatis nostris principijs infrà clariùs exponendis, patet. Si autem de habitu, infrà asserendo, indiuisibili quidem, sed vtriusque rationis distributiuæ, & commutatiuæ iustitiæ participe, rectè se habent cùm fiuè bona, quæ iniquè semel diuisa fuere actu sint: siuè iam fuerint Communitatis, nihil quidem interest, vt iniquus Distributor, qui per iniustitiam tunc distributiuam peccauit, ad restitutionem teneatur, vt nos infrà. Hic autem habitus tùm distributiuæ, tùm cõmutatiuæ, neque per omnipotentiam Diuinam potest, idem perseuerans mutari, cum essentialitèr vtramque iustitiæ formalitatem includat, esto alter iustitiæ habitus purè distributiuæ esse etiam naturalitèr possit absque pura commutiua, quæ vti non respicit ius, neq; proprium debitum, ità inclinare minimè potest ad illud, si læsum fuerit, resarciendum.

CAPVT NONVM:

Expenditur, ac refellitur opinio Soarij.

SVMMA:

Soarius contra communem Philosophorum opinionem sentit, n. 1.

Negat obiectum distributiuæ iustitiæ, æqualitatem esse geometricam. n. 2.

Vel vnam, atq. eamdem asserit iustitiam distributiuam, & commutatiuam, vel aliud eis assignat quam à Philosophis, ac Theologis datum obiectum, ibidem.

Ex obiecto tandem discriminat distributiuam, & commutatiuam iustitiam, quod huic strictissimum sit ius æquiualens dominio, secus illi, num. 3.

Aristotelem assignantem obiectum distributiuæ geometricam esse proportionem, non propriè intelligendum esse, Soarius docet, sed plerumq. illam à distributiua respici, sic pariter D. Thomam ad se trahit, n. 4.

Probatur sententia Soarij, quòd æqualitas geometrica charitati, beneficientiæ, obseruantiæ, atq. adorationi communis sit, à quibus respicitur, neq. proprium consequenter est obiectum distributiuæ iustitiæ, n. 5.

Omnis virtus circumstantias respicit necessarias ad suum medium, ibid.

Virtus sine obiecto esse non potest, vt distributiua, dum versatur circa collationem beneficij est absq. geometrica proportione, n. 6.

Conuenientiæ quamplures inter distributiuam, & commutatiuam iustitiam, cum vtraq. per se proportionem aliquando geometricam seruet per Soarium, n. 7.

Reijcitur opposita sententia, quia contra consensũ Doctorum est, neq; difficultates omnes declinãs, num. 8.

Cum contra iustitiam distributiuam fiat per iniquam bonorum Reipublicæ distributionẽ, quomodo huius non erit virtutis restituere, non declarat Soarius, n. 9.

Impugnatur hæc eadem opinio ex acceptione personarum, quæ cum actus distributiuæ sit, iniustitiæ locum habet in distributionem etiam beneficiorum, contra eumdem Auctorem, n. 10.

Qua ratione distributiua quatuor sit inter terminos, neque aliam, quam proportionem respiciat geometricam, vel formaliter, vel virtute, num. 11.

Quo sensu magis, vel minus rigorosum vtriusq. sit iustitiæ ius, ibid.

Sensus Aristotelis, ac D. Thomæ, n. 12.

Nonnulla rationum momenta à Soario allata, nullius esse roboris ab eadem noscuntur, n. 13.

Obiectum inuidiæ non est bonum absolutè, sed vt liuido derogans, sic obiectum distributiuæ iustitiæ non quodcumq. meritũ, vel dignitas, sed collatum cum dignitate, alteriusq. meriti, nu. 14.

Quando

Digitized by Google

Quando proportio geometrica per se coniuncta est iuri rigorosa, vel è contra arithmetica minus rigorosa, neq; spectat ad obiectum purè commutatiua, neq. purè distributiuæ, sed ad habitum vtriusq. participem n. 15.

Quid sit obseruantia, n. 16.

Obseruantiæ obiectum per se comparatiuum non est, ibid.

Si res multiplex inter multos dispensanda sit, ad distributiuam propriè spectat sic etiam si vna indiuisibilis multis candidatis existentibus, inter quos assignari possint etiam quatuor termini: si vni tantum, non attinet ad distributiuam, nu. 17.

1 DEmùm, vt Recentiorum, qui his melioris notæ Theologis subscribunt, neq; inuitus opiniones omittam, *Soarij* habeo locupletis auctoris sententiam vltimo loco afferre, ac reijcere, qui *in opusc. disputat. de iustitia sectione 3. à num. 7. ac deinceps*, non agitans ex professo præsentem quæstionem, neq; argumentum, ex quo manauit soluens, ex instituto tamen rationem vtriusque iustitiæ designare contendit. Et primo quidem congressu, sic omnium Philosophorum, Theologorumq; sententiam interpretatur, vt nouam
2 inducere videatur. Itaq; *num.* 8. docet munus iustitiæ distributiuæ situm non esse adæquatè, formaliterq; in constituenda æqualitate proportionis geometricæ, neq; hanc, eius esse obiectum, & cum nouitatis amatoribus ansam dedisset, aliud contra Aristotelem, D. Thomam, receptissimamq; Theologorũ, ac Philosophorum
3 sententiam opinandi, vel vnam tantum esse virtutem commutatiuam, distributiuam iustitiam, easq; opus esse distinguere, vt sentit, *Burid. in 5. Eth. cap. 7.* vel aliud quam à Philosophorũ Principe, vel à Theologorum Duce D. Thoma, reliquisq; Theologis assertum est, hisce virtutibus obiectum assignare, à *num.* 8. *vsq. ad* 14. tandem, quia vitium acceptionis personarum cõmutatiuæ non sit oppositum, sed distributiuæ iustitiæ, hanc ab ipsa commutatiua secernit, desumitq; rationem discriminis ex obiecto, quòd nempè commutatiua strictum, ac rigorosum ius æquiualens rei dominio, secus distributiua respicit: quippe quæ ad dignitatem refertur personæ, ob quam aliquid ei debetur ex bonis Reipublicæ.

4 Aristotelem verò distributiuæ iustitiæ obiectum explicauisse per æqualitatem geometricã, tanquam per actionem magis frequentem; imò *Eth. cap. 4.* allatam ab ipso differentiam contendit *Soarius* manifestò docuisse. Sic pariter ait *D. Thom. p. 1. q. 21. art. 1.* scribere, munus iustitiæ distributiuæ tantum esse dare vnicuiq. secundũ suam dignitatem.

5 Probatur primò sententia Soarij; Proprium cuiusq; virtutis obiectũ non est cum cæteris cõmune, atqui geometrica proportio communis est omnibus ferè virtutibus, quæ sunt ad alterũ; ergò non est obiectum proprium distributiuæ iustitiæ. Maior est euidẽs; minor propositio probatur, quia charitas ad plura inclinat obiecta diligibilia, ad singula tamẽ pro gradu suo. Hinc beneficentia, quando nõ potest cunctis subuenire, proportionem seruat inter plura, pro ratione necessitatis, qualitatis, aliarumque circumstantiarum, ad proportionem seruandam maximè conducentium; cum omnis virtus circumstantias respiciat necessarias ad suum constituendum medium. Idem paritèr construi potest argumentum de virtute obseruantiæ cuicumque secundum gradum dignitatis, honorem conferentis: siquidem honoris quantitas communem penès hominum existimationem, est potius comparatiua, quam absoluta, idemque videre est in virtute Duliæ, & Religionis.

6 Cõfirmatur, quòd absque obiecto minimè potest consistere virtus, atqui collatio beneficij, vel Cathedræ est actus distributiuæ iustitiæ absque illa proportione geometrica, quatuor exigente terminos, vt diximus; igitur illa proportio geometrica non est obiectum distributiuæ, nam æquitas illa, qua spectatur maior; vel minor dignitas candidati, atque optantis beneficium magis à proportione indicata geometrica, quam hæc ab arithmetica distat; ergò si hæ duæ ad duas constituendas virtutes, specie distinctas sufficiunt etiam æquitas, cui prospicitur in collatione beneficij, satis erit ad tertiam virtutem ab his distinctam asserendam. Imò videtur æquè etiam distare ab Arithmetica. Ex quo fit, fortiori quidem ratione constituere nouam debere virtutem hoc obiectum, à qua respiciatur: Neq. valet dicere comparationem includi ab hoc obiecto, quando beneficium indigno datur, nam eodem sanè pacto dici posset obiectũ commutatiuæ comparationem hanc amplecti, cuius ius conferri posset, cum illud ipsum non habentibus.

7 Hinc infert *Soarius* conuenientiam non vulgarem has inter virtutes: siquidem neq; singulæ ad multas necessariò personas, & res, vel ad vnã siuè rem, siuè personam referuntur; singulisque æqualitas inter rem, ac personam seruanda est, q; vt indubitatum est de commutatiua iustitia, ità *Soar.* ingenuè fatetur, nouum esse, peneq; inauditum de distributiua; ex qua videtur operari Dux, cui vnus tantum miles ex communibus bonis præmio afficiendus est, qui neq; omnem debet thesaurum exhaurire Reipublicæ, neque adeo tenue conferre, vt non æquet militis meritum, idemq. de beneficio ecclesiastico dici etiã potest. E contra vero per se, & non per accidens commutatiua iustitia sepè ad geometricam latè patet proportionem; simillima, igitur ratione hæ operantes virtutes.

8 Cæterum licet magis veritatis amans, quam antiquitatis sim, libentissimè tamen à cæteris docerer, cuiusnam consilij sit, ab erudita Maiorũ via deflectere ob solam difficultatem, qua veritatis iter implicatur, & in difficiliora incidere, ac prope inextricabiles ambages, & labirinthos. Deindè vt omnibus ferè in rebus, quid nõ sit, quam quid sit vnusquisq. citiùs pronunciat, nihilq. faciliùs, quàm hoc non esse tale dicere, Verùm quid positiuum illud sit declarare, hoc opus, hic labor est, vtq. quidam ad rem aiebat, Philosophus quid corpus, quid sanguis, quid

Digitized by Google

spiritus sit, intelligi facilè poterit, quid verò quasi sanguis, quasi corpus, quasi animus, neq. mente cõcipi, & ad rem nostram, quid ius, quid debitum sit, quid æqualitas exponitur probè: at verò quid quasi debitum, quid quasi ius, atque æqualitas sit, vix exprimi, illudque asserere, ad oraculum est confugere obscuritatis.

Sed de his hactenus, nunc ad institutam sententiæ contrariæ impugnationem reuertamur. Cum *Soarius* asserat, quamplures Theologos melioris notæ docere, ex peccato contra iustitiam merè distributiuam obligationem nõ oriri restitutionis, quam exploratum est, ex iniusta diuisione bonorum Reipublicæ nasci, vt sæpè demonstrauimus, eumdem soluere nodum profectò debet *Soarius* in hac sua opinione constituente obiectum distributiuæ non in æqualitate geometrica, sed in iure minus rigoroso, eo potiori nomine, quòd rectam diuisionem bonorum Reipublicæ dicat ipsemet esse distributiuæ proprium actum iustitiæ.

10 Præterea acceptionem personarum distributiuæ paritèr esse actum iniustitiæ tradit *Soarius num.* 14. eamque in distributione beneficiorum locum habere ostendemus *disput.* 5. *cap.* 1. *&* 2. & tamen distributionem beneficiorum instar non esse partitionis bonorum communium, sicut ius candidatorum, siuè ad beneficia, siuè ad Cathedras non est idem, ac ius Ciuium, sæpè etiam probatum est, siquidem ius ciuium est veluti partium totius corporis Reipublicæ, ad eiusdem bona, ius autem ad beneficia per se so non est, vt partium respectu bonorum totius, sed vt asciscantur in communitatem ecclesiasticam, vel huic adscribantur Academiæ, quod si vel ex institutione beneficium aliquod institutum sit pro eadem familia, ac Ciuitate, Clero, vel Ecclesia, id non habebit tanquam beneficium, sed potius tanquam tale, vel igitur acceptio personarum locum non habebit in beneficijs conferendis, quod est absurdum infrà demonstrandum, neq. concederetur à *Soario* vel non erit actus iniustitiæ distributiuæ, quod est contra eumdem, vel collatio beneficiorum non spectabit ad hanc eandem iustitiam, quod etiam idem negat *Soarius num.* 15. vbi ius distributiuæ declarat per hoc, quod habent Clerici ad beneficia. Deindè si ex præcepto Reipublicæ inter milites distribuenda esset pecuniarum copia ad prima stipendia, nomenq. dandum militiæ, ea tamen conditione, vt essent non nupti, qui non vigesimum annum excesserint, certasque hisce similes habentes qualitates, & tamen has, qui haberent, non adscriberentur, alijs admissis, qui eis carerent profectò contra aliquod illorum ius fieret per peccatum acceptionis personarum, cui eius definitio *disput.* 5. *cap.* 1. afferenda competit. Insuper si militibus, qui fortitèr in bello fecere solitum præmium pro ratione meritorum non daretur, etiam iniuria fieret; at in neutro casu ius est militibus æquiualens dominio, sed in vtroque est ius aliquod ad illud siuè præmium, siuè prima stipendia, ex quo obligatio restitutionis manat ad distributorem, *Soarij* ergò erit explicare, ex qua iustitia teneatur iniustus hic distributor, vel militiæ Præfectus. Si dicat ex commutatiua: ergò per eum, commutatiua absque suo obiecto erit; si ex distributiua, igitur ex hac oritur onus restituendi contra *Soar.* Adde, quod discrimen assignandum esset à *Soario*, hæc inter duo iura, quod forsitan maius erit, quàm inter ius militis, qui strenuè pugnauit, atque alterius ius, cui ex contractu debetur aliquid: sicut igitur ad hæc iura duæ species asseruntur iustitiæ, ità ad illa alia duo. Eadem quoque ratione sentiendum est de Candidatis Cathedrarum, ac beneficiorum ex eorum institutione dignis, vel dignioribus dandis, pauperibus, vel pauperioribus, quibus diuidenda est pecunia ex vi legati, cæteriſque similibus infrà exponendis.

11 Neque negamus obiectum distributiuæ iustitiæ ius esse minus rigorosum, commutatiuæ verò rigorosum, æquiualens dominio, verùm illud ipsum distributiuæ, quatuor, per quos declaramus, habere terminos sentimus, quibus geometrica æqualitas à Philosophis, ac Theologis asserta comprehenditur, neque quantum quisque ex se mereatur eam attendere, sed quam habeat cum alijs proportionem, aut propriè, aut ad similitudinem, & aliquo pacto virtualiter, vt mox dicemus.

12 Asserere autem geometricam proportionem, ius minus præcipuum, vti declarauimus, ex se includentem, non fuisse ab *Aristotele* assignatam, veluti obiectum distributiuæ iustitiæ, gratis profectò diceretur, neque alium quàm Lectorem meum exopto iudicem, qui percurrat, si placet 3. *&* 4. *cap. lib.* 5. *Ethic.* vbi *Philosophus* proprium distributiuæ, & commutatiuæ iustitiæ tribuit obiectum. Venio deindè ad Sanctum Thomam, qui, non loco Aduersarijs citato, vbi per transennam rem vix indicat, verum 2.2. *quæst.* 61. *art.* 1. ait, iustitiam distributiuam esse communium bonorum secundum proportionalitatem, & *artic.* 2. *clariùs. Ideò* (inquit) *in distributiua iustitia non accipitur medium secundum æqualitatem rei ad rem, sed secundum proportionem rerum ad personas, vt scilicet sicut vna persona excedit aliam, ità etiam res, quæ datur vni personæ excedit rem, quæ datur alijs: & ideò dicit Philosophus, quod tale medium est secundum geometricam proportionalitatem.* Quid clarius? locus autem *D. Thomæ* adductus à *Soario*, vt à nobis relatus, in quo ex professo de distributiua disputat iustitia, explicandus est. Et quidem secundum dignitatem, vt proportio seruetur præmij huic dandi, atque alteri: sic *Sanctus Doctor* 2.2. *quæst.* 61. *art.* 4. *ad secundum. Quia in distributiua* (ait) *non attenditur æqualitas inter id, quod dedit, sed ad id, quod alius accepit, secundum modum personæ*, ideſt secundum proportionem personæ, cum persona, non operis, vel seruitij exhibiti cum mercede.

13 Probationes autem sententiæ *Soarij* tanti non esse roboris ab ipsomet nostruntur, *num.* 18. *&* 19, nam etsi nonnullas concedamus virtutes proportionem inter multos considerare per se, cum medium seruare proprium, absque illa, minimè possint; at non propter se i. ex suo

munere,

Digitized by Google

munere, neq; officio, vt necessariò requisita ad proprium statuendum obiectum; quod absque illa inueniri, nequaquã valeat; At verò sine illa proportione obiectũ distributiuæ nunquã prò-
14 prie existet. Et sicut non quæcũq. displicentia de alterius bono, sed de eo, vt derogante propriæ dignitati dicitur inuidia, quæ in alienum bonum fertur, vt liuido derogans; ità non quæcumq; dignitas, personæ spectatur, à distributiua, sed tanquam collata cum alterius dignitate, vt seruetur prò ratione maioris, vel minoris excessũs, vel recessũs, modus diuidendi bonum, quod præ manibus habetur.

15 Præterea, quæ à *Soario* adducuntur exempla, nostram mox afferendam confirmant sententiã, quando enim cum iure adeo rigoroso proportio geometrica coniungitur, vt per se videatur spectare ad commutatiuam, tunc obiectum illud purè non erit iustitiæ commutatiuæ, neque distributiuæ, sed habitus, quem afferemus tùm commutatiuæ, tùm distributiuæ rationem habentis. è contra verò, quando geometrica proportio rigorosum ius habet imbibitum, nõ erit purum obiectum distributiuæ, sed habitus rationis vtriusq. participis.

16 Obseruandum verò comparare cum iustitia, atq; collationem honoris, cum honore, ac dignitatis cum dignitate per se ab ea spectari. neq; suum obiectum esse absolutum, sed comparatiuum, quàm sit apud Philosophos, Theologosq; receptum non video: Illud sanè compertum habeo per huius virtutis definitionem hunc ordinem, siue comparationem non explicari, siue sumas: quam ex *Tullio referi D Augustinus lib. 83 quæstionum. quæst. 31. Obseruantiæ est, per quam homines aliqua dignitate antecellẽtes cultu quodam, & honore dignamur*; Vel quã Theologi perpendunt, *virtus cultum deferens superioribus, & alijs personis excellentibus, quæ nos gubernant, vel gubernare sunt idoneæ*; licet enim aliqua possit versari comparatio inter personas, alias alijs præstantiores, non tamen, vt ex his constat definitionibus, inter cultum vni debitum, & non alijs.

17 Vltimæ *Soarij n. 7.* relatæ confirmationi hanc adhibeo expositionẽ, ad lucẽ afferendam veræ sententiæ infrà declarãdæ: Itaque, vel quod datur est diuisibile multis, vel indiuisibile, cuius multi sunt candidati, vel vni tantummodò dandũ, alijs minimè concurrẽtibus; si primo modo, itaut multiplex sit, vel beneficium, vel res dãda prò ratione dignitatis, ac meriti, tunc nullum erit dubium distributiuam seruari posse iustitiam, cùm comparatio, tùm meritorum, atque idoneitatis Candidatorum, tùm præmij, siuè rei dandæ haberi poterit. Quòd si vna omninò res fuerit, ad quam sibi comparandã multi conuenirent, tunc etiam distributiua suum poterit exercere munus, tùm collatione facta inter merita, & singulorum aptitudinem Canditorum cum præmio, vel re danda: tùm, eorum qui alia similia anteà adepti sunt beneficia, vel rẽ dandã, quæ omnia si perpendantur ad rectè, hic, & nunc operandum conducent, & etiam quatuor illos terminos personarum, & rerum poterimus inuenire; Poterit enim Episcopus ità ratiocinari, aptus habitus est Frãciscus, mediocris cum sit sclentiæ, prudentiæ, ac bonitatis ad paræciam, cui paucarum animarum adiuncta est cura, & emolumentum; ergò & aptus erit Titius, cum maioris sit doctrinæ, prudẽtiæ, &c. ad habendam paræciam nunc vacantem maioris curæ, atq. emolumenti, & sicut se habet excessus partium Titij collatarum cum partibus Francisci, ità excessus beneficij, ad quod ipse Titius in præsentia promouendus est; Imò etiã poterit comparare Præsul eosdem Candidatos inter se, & cum beneficio, vel Cathedra. quæ licet sit vna, quoad maiores tamen redditus poterit iudicari excedens merita vnius, ac proportionata meritis alterius ità, vt etiam si ex parte rei realitèr indiuisibilis, non assignentur duo termini realitèr distincti; virtute saltem distincti iudicari possint. Idem dicl potest de tertio modo vnius rei vni tantum dandæ v. g: de vno præmio vni militi ex bonis communibus dando, vel propriè non ex iustitia distributiua fieri, vel inadæquatè ob boni communis rationem, quod respicitur à distributiua, ordinante Rempublicam ad membra; vel facta comparatione cum similibus distributionibus, & militibus, quos inter olim facta fuit, quia quemadmodum scribit *D. Thomas 2.2.q.61.art.1.ad primum, Iustitia distributiua etiam dirigit hominem, vt in distributione bonorum communium moderationem seruet.*

Digitized by Google

DISPVTATIO SECVNDA

Præuia ad veram sententiam.

REiectis aliorum opinionibus, nonnulla, vel omnium comprobata suffragijs, vel proprijs rationum momentis firmata loco fundamenti præiacienda sunt, ad veræ sententiæ deinceps structuram erigendam.

CAPVT PRIMVM.

De nomine iustitiæ, iurisque expositione,

SVMMA.

Quid sit iustitia, n. 1.
Quoeuplex sit ius, n. 2.
Quid sit ius, n. 3.
Ius aliquando se habet instar potentiæ actiuæ, num. 4.
Nonnunquam instar potentiæ passiuæ ius exponitur. nu. 5.
Ad modum resistentiæ aliquando ius explicatur, nu. 6.
Quid requiritur ad faciendum contra ius alicuius num. 8.

OMisso primùm iustitiæ nomine, quo complexio significatur omnium virtutum ex *Philosopho* 5. *ethic. cap.* 1. pro particulari virtute sumpta ab *Vlpiano l. iustitia, ff. de iust. & iure*, definitur. *Iustitia est constans, & perpetua voluntas ius suum cuiq. tribuendi*. Qui nomine voluntatis, vel actum exponit (vt explicat *D. Thomas* 2. 2. *q.* 98. *art.* 1. qui etiam nonnunquam ponitur loco habitus, non secus, atq; *Augustinus tract.* 79. *in Ioannem, fidem definiuit, fides est credere, quod non vides*, ideſt habitus, quo inclinaris ad credendum; vel nomine voluntatis significat ipsâ eamdem non nudam; sed habitu affectam, & iustam, ideoq; constantem, & perpetuam: quo pacto non discrepat ab allata descriptione Aristotelica *loco citato 6. ethic. cap.* 1. *Iustitia est habitus, quo homines apti sunt ad res iustas agendas*: & alia *D. Augustini lib.* 19. *de ciuitate cap.* 21. & *Ambrosij lib.* 1. *de offic. cap.* 24. *Iustitia est, quæ sua, cuiq; distribuit*. Clariùs *Iustitia est habitus constanter, & firmiter inclinans ad volendum, cuiq; ius suũ*. Quas definitiones, vel potiùs descriptiones cũ morales Philosophi, tùm Theologi concorditèr admittunt.

2 Hinc secundò notandum consequentèr est, cum iustitia, siuè vt actus, siuè vt habitus sumpta, ad ius referatur, vt eius tùm genericè sumptæ, tùm specificè naturam explicemus, hoc quod modo dixi, ius prius exponendum est; cùm maxima quidem Analogia laboret. Primũ enim ius sumitur latiori sanè significatione, idemq. est, quod legitimum, legi, vel positiuæ, vel naturali, ipsiq; naturæ rationali, vel rationi consentaneum. Secundò analogicè ad leges ipsas, seù canones refertur, quatenus ad artem, quæ illud idem docet, vel continet, vt medicina, quæ tùm ad artem medicam, tùm ad ipsa refertur pharmaca. Tertiò, cum proprietate, prout est æquum, iustum, iniquo, atq; iniusto oppositum æqualitatem, debitum, atq; esse ad alterum inuoluens, & vt mox dicam veluti materia se habet respectu iustitiæ. Demùm ius formalem inducit rationẽ, ob quam alicui aliquid
3 debetur. Et hoc à *Molina tract.* 2. *de iust. disp.* 1. definitum adduco. *Ius est legitima facultas aliquid faciendi, siuè obtinendi. aut in eo consistendi, vel aliquo alio modo se habendi, cui si sine legitima causa contraueniatur iniuria fit, eam habenti.* Facultas, ius, seù potestas, ex qua dicimus aliquid posse, nec quidem physica, sed moralis, quę tametsi radicalitèr, quædam sit capacitas, atque aptitudo, seù talis exigentia potestatis, formalissimè tamen accepta sita est in ipsamet habitudine, seù relatione personæ, à qua habetur, ad id, ad quòd talis refertur facultas se habens, vel instar potentiæ actiuæ, vel passiuæ, vel resistitiuæ, vt hanc claritatis ergò, ab illis distinguamus.

4 Actiuæ, quæ cuiq; ineſt ad vsum propriarum rerum: ad vescendum proprio cibo, ad propriã inducendã vestem, ad suos ex agro fructus colligendos, ad obtinendum etiam, quod ei debitum est, vel ex commodato, vel ex emptione, mutuo, vel alio quouis contractu, seù titulo. Ité ad propriã conseruandã rerũ suarum possessionẽ, cui quidem iuri, si absq; legitima causa cõtroueniatur, fit absque dubio iniuria.

5 Habet se præterea ius nonnunquam instar potentiæ passiuæ, vt alaris; indemnis seruetis, custodiaris, tibi vt seruiatur, vt cõferatur quicquid gratis, atq. ex sua libertate, & liberalitate quicumq. alius voluerit tribuere, contra quod si quis absq. legitima faciat causa, iniuriosus quidem erit.

6 Aliquando etiam resistendi vim dicta fortitur facultas, nè v.g. quis edificet in tali loco, nè domui tuę lumen adimat, nè fenestram in tuum aperiat hortum, nè viam per tuum sternat agrum.

7 Tò legitimam addidi definitioni Molinæ, quod facultas à lege non concessa vis, atq. iniuria; non ius est, à lege inquam concessa, vel naturali, ad vitam per cibum, & potum substentandam, ad vim vi repellandam, & similia, quæ licet satis, superq; improprio vsu animalibus liberta-

Digitized by Google

bertate carentibus, quippequæ iniuriæ sunt incapaces, analogicè conueniat; propriè tamen ratione, liberoq. arbitrio homini predito competit; Vel hæc conceditur facultas à lege Diuina positiua, vt ad sacramenta percipienda; Vel ab humana, vt ad successionem hæreditatis; legatum, aut quodcumq. aliud cuipiam cõpetens, siuè ex contractu, siuè donatione, destinatione, aut præscriptione aliqua sibi comparandum.

8 Prætereà additum est definitioni, *cui si absq. legitima causa contrauenitur iniuria fit eam habenti*; nam si contra illam facultatem ex legitima fiat causa, neq; iuris ratio eam habenti tollitur, neq; iniuria inuritur, sic cui est ius, vt proprium reddatur ensis depositum si postmodum in furorem, acto denegetur, nè sibi, vel alteri mortem cõsciscat, nec fit iniuria, neq; ius lædit, vt aliàs læderetur, cum iniuria aliud non sit, quàm iuris violatio. Hinc liquet ad contraueniendum alicuius iuri, opus non esse, quod ab eo ius ipsum auferatur, sed quod iure in eo persistente contra illud agatur.

CAPVT SECVNDVM.

De obiecto iustitiæ generatim sumptæ.

SVMMA.

Quid auctore Philosopho sit iustitia, n. 1.
Quodnam iustitiæ sit obiectum immediatum penès peculiarem Auctoris sententiam, n. 2.
Non solæ operationes externa obiectum sunt iustitiæ, n. 3.
Quodnam sit munus virtutis humanæ, nu. 4.
Medium iustitiæ est rei, non rationis, n. 5.
Quicumq; actus siuè iustitiæ, siuè cuiuscumq. virtutis non modò medium materiale, verum formale debet attingere, n. 6.
Virtus iustitiæ in voluntate tanquam in subiecto sita est, n. 7.
Etiam, actu externo impedito, potest quis esse iustus, n. 8.
Etsi actum externũ quis exerat restitutionis, ni ex motiuo operetur iustitiæ, formaliter iustus non erit, nu. 9.
Potest iustitia versari circa actus iustificabiles, vel per complacentiam, vel per desiderium, sub conditione, n. 10.
Quomodo se habeat iustitia circa actus iustificandos, num. 11.
Qua ratione feratur iustitia ad actus iam rectos, atq. iustos, n. 12.
Virtus moralis bifariam partitur, in eam, quæ ad passiones, & in alteram, quæ ad functiones se habet, n. 13.
Quodnam sit immediatum iustitiæ in communi obiectum, n. 14.
Materiale obiectum iustitiæ communiter sumptæ mediatum sunt bona alicui aliquo pacto debita: formalissimum autem æqualitas, tùm in actibus voluntatis, tùm in externis, tùm in ipsis bonis, nu 15.
Obiectum cui *remotum est homo, proximum, ius, ob quod debetur, n. 16.*

1 QVamquam Auctores soleant ius pro æquo, atq; æquali sumptum, obiectũ assignare iustitiæ, speciatim sumptę, vt virtus est Cardinalis, cæterùm mea quidem sententia, vt mox exponam, aliud sanè licet subobscurè sentiunt. Etenim cum Auctore *Philosopho* 5. *ethic. cap.* 1. *habitus iustitiæ sit ex quo ad agendas res iustas, homines idonei efficiuntur, ex quo item iustè agunt, voluntq. iusta*, atq. vt *D. Thomas* 2. 2. *q.* 57. *art.* 1. *in corpore* probè scribit, huius virtutis est ordinare hominem in his, quæ sunt ad alterũ, vti multis idemmet *Aristoteles loco citato* prosequitur, & cum clariùs *Angelicus* 2. 2. *quæst.* 58. *art.* 2. *in corpore* doceat, *ad iustitiam pertinere actus humanos rectificare*.

2 Hinc manifestè deduco iustitię immediatum obiectum, actus esse humanos, quibus iustè & velimus, & agamus iusta. Itaq; tùm voluntatis actus, quibus volumus, tùm actus externos, quibus iustum, atq; æquale præstamus reor immediatum obiectum materiale esse iustitiæ.

3 Neq; ex parte placet *Molina tom.* 1. *tract.* 1. *de iustit. & iure disput.* 8. *num.* 4. *asserens ex sua* 1. 2. *q.* 60. *art.* 2. iustitiam versari circa operationes quatenus operatio à motu sensitiuo distinguitur, versari nempè circa emptiones, locationes, aliasq. operationes, quæ sunt ad alterum, siquidem vt ex *Aristotele, ac D. Thoma* citatis videre licet, voluntatem, eiusq. functiones iustitia immediatè perficit, quod neq. negat *Molina ibidem num.* 3. neq. nomine operationis, externas tantummodò à Molina adductas intelligit *S. Doctor q.* 59. *art.* 4. vbi ex professo hac de re disputat, sed actus propriè humanos.

4 Quamobrem 2. 2. *q.* 58. *art.* 3. ab eo virtus humana dicitur, *quæ bonũ reddit actum humanũ, et ipsum hominem bonũ facit, quod quidem conuenit iustitiæ, quæ cum operationes humanas rectificet, manifestum est, quod opus hominis bonum reddit.* Hæc ferè ille. Prærereà fateor, iustitiam cõmutatiuam circa emptiones, locationes, cæteroſq. humanos versari cõtractus, vt iustificabiles, iustificandos, & iustos, quemadmodum mox dicã, verùm immediatè versatur etiã circa voluntatis actus, quatenus eos sub forma iusti vult.

5 Hinc fit, quod esto medium iustitiæ sit medium rei, ex *Philosopho citato, & in* 2. *ethic. c.* 6. *ac D. Thoma* 2. 2. *q.* 68. *art.* 10. non autem rationis, vt cæteris est virtutibus, nihilo tamen minus, cum eisdem ea conuenire dicitur.

6 Quòd sicut in reliquis, vt actus studiosus sit, veruſq. virtutis, satis nequaquam est, si mediũ illius attingat materialitèr sumptum, sed vlterius desideratur, vt sciens, atq. eligens, propter hoc ipsum .i. propter formalem eiusdem virtutis rationem ad illud se habeat; sic etiam & iustitia proprium, vt eliciat actum studiosum, satis non est medium ex natura rei attingere, idq;

Digitized by Google

facere, quod in se iustum est, verum vlterius requiritur, vt qui eum elicit sciens, atq. volēs, propter hoc ipsum, illum eliciat: hoc est ob rationem formalem, quam modò iustitiæ assignauimus, quod vnico verbo *Aristoteles nu. 1. citatus* docte indicauit, cum iustitię habitum dixit, *ex quo iustè agunt, voluntq. iusta*, quasi diceret, non satis ad iustitiam esse, velle, aut agere iusta, ni iustè, ex motiuo formali iustitiæ id agatur, ex quo patitèr actus iustitiæ, vt potè moralis virtutis; habet bonum facere hominem, eiusq; habitus moralis bonum reddere ipsum actum humanum.

7 Ex his etiam sequitur, meritò virtutem iustitiæ collocari in voluntate, vt probè *Anselmus tom. 5. in dialogo de veritate cap. 13.* eam appellans rectitudinem voluntatis, & *Aristot. Iurisq. Consulti superiori cap. num. 1.* per actum voluntatis eamdem definiuere, nec non *Angelicus 2.2. q. 58. art. 4. in corpore* tanquam in subiecto iustitiam adstruit in voluntate; quòd illa potētia proprium cēsendum sit virtutis subiectum, ad cuius rectitudinē actus, virtus refertur, igitur tanquam ad immediatum obiectum ad hos actus se habet iustitia.

8 Ex his etiam fit, tametsi actus exterior impediatur, posse nihilominus quēpiam etiam esse iustum, atq; iustè ex se agere; nam si quis maximoperè desideret alteri restituere rem, quam tamen impotens factus non valet, iustitiæ quidē

9 actum eliciet, iustusq: profectò denominabitur. E contra verò tametsi restituat, ni propter hoc ipsum .i. propter motiuum formale iustitiæ id præstet, neq; iustè ager, neq; iustus formalissimè, ac propriè dicetur, quòd clariorem nostrū facit intentum, volumus enim actus voluntatis iustificabiles, iustificandos, ac iustos, obiectum esse materiale proximum iustitiæ. Et hos quidē actus esse iustitiæ propriæ docet consensu DD. *Vasquez 1. par. disput. 75. nu. 16.*

10 Dixi iustificabiles, quia si virtus iustitiæ solū circa possibiles voluntatis actus, formam valētes recipere ipsius iustitiæ, versaretur, actus sanè studiosos elicere posset, tùm complacentiæ, tùm desiderij sub conditione, si exequutioni mandarentur, ac similes, licet enim minimè sentirem cum *Scoto in 3. distinct. 33. quæst. vnica ad primam*, hanc asserente virtutem absolutè versari posse circa actus conditionatos, vt in Angelis, certè aliquo pacto hos, quos modo dixi, actus ad iustitiam spectare, neque *Caietan. q. 61 art. 5.* negat, agens ibi contra *citatum Scotum.*

11 Addidi iustificandos, quod propium est virtutis, rectitudinem per conformationem ad rationem, in actus inducere humanos. Et ipsius iustitiæ æquitatem in actus voluntatis, atq; exteriores, ius alterius respicientes, ob quod debetur hic, & nunc v.g. valuntaria restitutio, vel alia similis satisfactio.

12 Vel *iustos* adieci, cum circa actiones iustas virtus iustitiæ per simplicem complacentiam saltem, imò eas cōseruando sanè versari potest: vt enim probè *Philosophus 2. lib. Ethic. cap. 3. ad principium*: *Præterea* (inquit) *si virtutes circa actiones, atq affectus sunt, & omnem affectum, omnemq. actionem sequitur, vel voluptas, vel dolor, idcirco virtus circa voluptates, & dolores versatur, & D. Thomas acutè 1.2. quæst. 59. art. 4 ad primum, ait. Quod non omnis virtus moralis est circa delectationes, & tristitias; sicut circa propriam materiam, sed circa aliquid consequēs proprium actum; Omnis enim virtuosus delectatur in actu virtutis, & tristatur in cōtrario.*

Obijcies *Aristotelē lib. 5. Eth. c. 2. ad fin.* tùm iustitiæ commutatiuæ, tùm distributiuæ, quæ partes iustitiæ sunt in communi, & genericè sūptæ, cuius obiectum inuestigamus, materiam tribuisse pecuniarum, cæterarumq; rerum, quæ vel venum dari, vel diuidi possunt inter ciues v.g. & commercia, siuè spontanea, siuè inuoluntaria, & clandestina, siuè violenta, obiectū igitur iustitiæ, quæ ad has duas species est genus, in huiusmodi situm erit externis rebus. Confirmatur ex *D. Thoma 2.2. q. 58. art. 8. ad fin. corporis*, vbi propriam statuit materiā iustitiæ hisce verbis. *Cùm iustitia ordinetur ad alterum non est circa totam materiam virtutis moralis, sed solum circa exteriores actiones, & res secundum quamdam rationem obiecti specialem. Et q. 60. art. 2.* agens de diuisione, ac distinctione virtutum Cardinalium, iustitiam directiuam operationū; dixit esse, secundum se ipsas, sicut sunt emptio, venditio, & huiusmodi.

13 Verùm hæ instantiæ ad maiorem rei claritatem, excussis falsitatis tenebris, maximoperè conducent. Neq; cuipiam dubium erit morales virtutes in genera partiri duo; alterum circa passiones, alterum circa operationes ex *Philosopho lib. 2. 4. & 5. ethic. ex D. Thoma 2.2. q. 59. & 60. art. 1. ad 2.* cùm enim virtus moralis necessariò tractet obiectum rationi consentaneū, necesse est generalium moralium virtutum diuisionem ex diuerso promanare modo illud attingendi, vti consonum rationi. Etenim, vt cum *D. Tho. loquar 1.2. q. 60. art. 1. in corpore, in moralibus ratio se habet, vt imperans, & mouēs vis aut ē appetitiua, sicut imperata, ac mota, nec quidem vniuocè, cū appetibilia essentialiter non fiant rationabilia ex Philosoph. 1. eth. cap. vlt. sed æquiuocè. secundum diuersam rationem rectè se habendi, seruata paritate materiæ quæ ab agente formā æquiuocè recipit.* Cùm igitur quorumdam obiectorum rectitudo sita sit in quadam operantis, commensuratione per habitudinem ad alterū, vt est obiectum iustitiæ: aliorum autem consistat in habitudine erga ipsummet operantem, vt obiectum Temperantiæ v.g. hinc duo virtutum genera statuenda sunt: primum circa operationes, vt commensurabiles, commensurandas, vel commensuratas alteri: secundum circa proprias passiones cum habitudine ad ipsummet operantem. Neq. inficior, vt probè *D. Tho. citatus q. 60. art. 2. in corpore*, si passio, & operatio tanquam effectus ad virtutem comparentur, omnem virtutem moralem aliquas habere operationes bonas, quarum est causa, seù principium, & delectationem aliquam, vel tristitiā, quæ sunt passiones ad rectas operationes consequentes, delectationem nimirum de eo, quod est secundum ipsas virtutes, ac tristitia de contrario, vt suprà indicaui ex *Aristotele 2. Ethic. cap. 3. & D. Thom. q. 59. art. 4. ad primum.* At verò

Digitized by Google

rosi operatio ad moralem comparetur virtutẽ veluti materia, circa quam, hoc pacto erit huius generis virtutis obiectum, quæ idcirco dicitur operatio, prout distincta à passione, quòd attingatur actibus voluntatis; obiectum autem virtutis secũdi generis passionibus moderatis, rectis, rationiq; consentaneis etiam appetitus sẽsitiui attingitur, vt rectè prosequitur *Valent. tom.2.q.4.disp.5.punct.1.*

14 Quibus in hunc modũ breuiter positis, atque concessis, proprium, atq; immediatum iustitiæ generatim sumptæ obiectum, aio, esse functiones voluntatis per se informare valentes exteras operationes. Materiale verò obiectum mediatum esse bona alteri ex iure aliquo debita, vel, mala indebita, atq; auertenda. Obiectum formalissimum esse, tùm ipsam æqualitatem proximè considerata in actibus voluntatis, externos informantibus cõtractus, restitutiones, satisfactiones, alioſq, similes subſtãru possibili, futuro, ac præsenti, vel secundum se, per ordinem tamen ad bona alteri ex iure debita; tùm eamdem consideratam in ipsis ma-
15 teriis. Obiectum autem *cui* remotum esse hominem, cui debentur, vel respectu cuius iustitia seruanda est. Proximum autem est titulus, seù ius, ob quod aliquod eidẽ debetur. Quod quidẽ potest etiam dici ius formale mensurans, collatum cum æqualitate siuè actuum, siuè rerum, quæ nuncupari poterat etiam mensuratũ. Etenim opus iustum vtrumq; complectens, ideò iustum est, quòd conformatus iuri, quod alicui est circa rem aduersus aliquem, vt circa vitam, ne à te lædatur, & quidem siuè ex rerum natura competens, siuè per ordinationem humanam, quale ius est positiuum de emendis rebus pretio taxato, quod tùm ad rem ipsam, tùm ad vẽditorem refertur, quod vberiùs *lib.7.disp.3.c.1.* declarabimus.

CAPVT TERTIVM.

De iure, & obiecto iustitiæ purè commutatiuę, ac distributiuæ.

SVMMA.

Æqualitas altera rei ad rem, & arithmetica. altera proportionis ad proportionem, & geometrica, n.1.

Consensu DD. æqualitas arithmetica est obiectum purè commutatiuæ iustitiæ, geometrica verò distributiuæ, n.2.

Nulla æqualitas ad iustitiam spectat, ni ex aliquo iure, n.3.

Hoc autem ius, vel est ad rem, vel in re. n.4.

Præter hæc duo iura ad rem, & in re tertium assignari potest, quod ad hæc reducitur, n.5.

Quod ius habent artifices, vt locentur, quod milites, vt ad stipendium vocentur, quod operarij ad laborem, &c. n.6.

ACturus sequenti disputatione de obiecto, ac iustitia commutatiuæ, ac distributiuæ participe, in quam, vt ad scopum hactenus dicta tendunt, in præsẽtia per paucis obiectum omnium ferè Doctorũ votis assignatum exponimus.

1 AEqualitatem *disp.1.cap.1.nu.2.declaratam, & superiori cap.num.16.* alteram obiectum formale iustitiæ in communi, præsertim *Aristotelis, ac D.Thom.* sententia supra laudatorum duplicis esse rationis, compertum habeo: alteram rei ad rem, vt pretij ad merces, solutionis ad debitum, dictam arithmeticam, quippè quæ, vt vulgaris quantitatem propriè spectat, numeris discretam; nam à ῥυθμητικὴ latinè ars dicitur numerandi. Alteram proportionis ad proportionem dictam geometricam, metaphora ducta à γεωμετρεσα, mensuratio, quæ est terræ, & continentis per quamdam proportionem, quam *loco supra citato disp.1.n.1.* expendimus.

2 Præterea dicendum consensu DD. vt *loco citato num.3.* tradidimus primam æqualitatem obiectum esse iustitiæ commutatiuæ: secundam distributiuæ, iuxtà ea, quæ *sequenti disput.cap.1.* explicatiùs dicemus.

3 Deindè, cum obiectum *cui* proximum, seù ratio, ob quam competat alicui aliquid, sit ius, seù potestas, aut facultas legitima, nostram iuxtà doctrinam huius *disputationis cap.1.num.2.* Hinc est, vt nulla æqualitas spectare possit ad iustitiam quæcumq; illa sit ex aliquo iure: nam vbi non intercedit ius, neq. debitum, neq. iniuria esse poterit, & consequenter, neq. iustitia, vt optimè post antiquiores notarunt *Vasquez in opusc. de beneficijs cap.2.§.3.num.47. Lessius de iustit. & iure lib.1. cap.1. dub.1. num.7. & lib.2. cap.32.sect.5.cap.32.dub.1.num.2.* quod à nobis infra magis illustrabitur.

4 Hoc autem ius, vt eius omittam diuisionem ex parte principij petitam, omnium diuiditur calculis per ordinem ad terminum, in ius ad rẽ, & ius in re. Ius ad rem dicitur, quod actionem non tribuit in rem, sed tantum in personam: vti se habet, quod alicui competit per aliquos contractus, ante rei traditionem; ad quod, vt probè *Lessius de iustit. & iure cap.2. dub.2.num.* 0. reuocari potest illud, quod electo postulato, vel præsentato est ad beneficium ante acceptionẽ, & confirmationem, vel saltem post consensum, & acceptionem ante confirmationem, de quo *lib.7.dip.1.cap.8.* Ius autem in re est, quod realẽ tribuit actionem, remque deuinctam habet, quæ per varios comparatur contractus, sequuta rei traditione, & per collationem beneficij, sequuta acceptatione, & confirmatione, reliquisq. requisitis.

5 Præter hoc autem ius, aliud, quod reductiuè (ni velimus tertium assignare membrum) ad primum ius ad rem reuocari potest, adumbratumque à nobis est *cap.1.num.2.* exponentibus potestatem actiuam suis vtendi rebus, passiuã, & restitutiuam, situmq. est in qualitatibus re-
6 quisitis ad obeunda nonnulla munera. Sic ius videntur habere artifices idonei ad opera sua locanda: Duces, vel milites, vt militiæ nomen dent, & quamuis in rigore ex hoc iure non di-

catur

Digitized by Google

catur aliquid propriè debitum, negari tamen minimè potest aliquo pacto illud idem, ei deberi. Quamobrem optimè *Molina tract. 2. de iustitia, & iure disp. 727. num. 1. & disp. 1. eiusdem tractatus*, docuit hoc ius in facultate positum esse ad aliquid, cui si contra fiat, inuritur persona illud habenti iniuria. Hoc pacto dicimus vnicuiq; ius esse suis vtendi rebus proprijs, comedendi suum cibum, aliaq; præstandi *loco modò citato* relata, quibus addo ius etiam petendi eleemosinas, ius venandi, piscandi in locis ritè non prohibitis, &c

DISPVTATIO TERTIA.

De obiecto iustitiæ commutatiuæ, ac distributiuæ simul, earumque habitu.

QVæstio, de qua tam variæ sunt doctissimorum hominum sententię *prima disput.* reiectæ, cui supra etiam multa præmisimus, vltimam pro veritate à nobis manum exoptat; quod præstabimus primum quærentes, num peculiare sit assignare ius, neq. puram arithmeticam, neq; puram geometricam, sed vtriusque participem respiciens æqualitatem; deindè, num hoc ius esse possit alicuius iustitiæ obiectum: demùm quisnam erit habitus ad hoc obiectum tendens.

CAPVT PRIMVM.

An præter ius, quod est obiectum purè commutatiuæ, ac distributiuæ aliud detur.

SVMMA.

Præter arithmeticam, & geometricam datur vtriusq. particeps æqualitatis, nu. 1,

Quæ æqualitas, quodue ius ad puram spectat commutatiuam, quæ, qualeq. ius ad puram distributiuam, n. 2.

Ius, quod respicit puram distributiuam non est partiũ ad bona totius, sed vt potiùs asciscãtur in partes huius totius, n. 3.

Præter hæc iura est aliud non remotum, sed proximum ex efficaci alicuius voluntate, quod neq. est purè geometricæ æqualitatis, neq. purè arithmeticæ, n. 4. 8. 9. 10 11. 12.

Ius, quod est Ciuibus ad bona Reipublicæ, neque purè est æqualitatis arithmeticæ, neque geometricę, sed vtriusq. est particeps, num. 5. 15. & 16.

Ciues, qui pro Republica laborarunt, vel fortiter fecere ius habent ad eius bona, vtriusq. etiam particeps æqualitatis, idemq; est de iure militũ, qui strenuè bellarunt ad spolia, num. 12. 13. 15. & 17.

Æqualitas arithmeticæ, & geometricæ particeps etiam est, quæ spectatur à tribus contractum ineuntibus societatis, quorum quantitas vnius duplo per proportionem accedit ad aliã alterius n. 7. & 20.

Cùm restitutio facienda sit, à quo integra haberi non potest, ni seruata proportione maioris, vel minoris debiti æqualis secundum cætera, æqualitas seruanda est, nec purè geometrica, nec purè arithmetica, n. 8. 21. & 22.

Sotus vult peccare mortaliter, ad restitutionem, tamen non teneri, non eligentes digniores ad cathedras, n. 9.

Auctoris sententia contraria, n. 10.

Ad quem finem cathedræ, præbendæ, collegiaque fundata sint, ibidem.

Primariò vt Cathedris, atq. Collegijs consulant Electores; secundariò, vt scholasticis, digniores tenentur eligere DD. vel Scholasticos prima occupantes loca collegiorum, n. 11.

Legatum diuidendum inter pauperes, ni eis diuidatur, fit contra vtramque iustitiam, atque obligatio resultat restitutionis, num. 12. & 13.

Idque verum etiam est, si iudicio commissi res sit hæredis, ibid.

Milites ex efficaci decreto antecedenti, vt eligantur ad prima stipendia, ius ad electionem habẽt, spectans ad commutatiuam, & distributiuam iustitiam, n. 13.

Ius multorum, quibus res diuidenda efficacitèr destinata est, quale sit, ac quale peccatum OEconomi, eiusq. cuius talem voluntatem efficacem donatoris, testatoris, vel alterius dantis interest adimplere, neq. adimplet, n. 14.

Ius rigorosum ex coniunctione, cum altero minus rigoroso, nil detrimenti subit ibidem.

Bona Reipublicæ, quando sint etiam Ciuium, num. 15.

Discrimen inter partitionem factam eis, qui partes actu Reipublicæ sunt, & eis, qui actu non sunt partes, n. 16.

Trifariam iniquus distributor potest iniustitiam committere contra Ciues, vel milites, qui fortiter in bello fecere, n. 17.

Quo tenentur iure Reges, aliiq; Duces ad spolia militibus diuidenda, n. 18.

Quomodo debetur, vel stipendium pro labore, vel merces

Digitized by Google

merces pro præmio ciui pro Republica laborãti.nu.19.

Ius cui inest ratio arithmetica, & geometrica, nu.20.21.& 22.

1 SIT prima assertio, nonnunquam æqualitas arithmetica est pura, mera etiam; ac sincera geometrica: sepè verò hæ æqualitates non modo inter se necessariò connexæ sunt, verum etiam inadæquatè, ità permixtę, vt ad vnam indiuisibilem, certamq. concurrant totalem componẽdam. Hinc etiam ius, ob quod hæc æqualitas debita est, obiectumq. iustitiæ, aliud est purum rei ad rem, atq; arithmeticum: aliud purum proportionis, & geometricum, partim arithmeticum inadæquatè vtriusq. participeps rationis, quæ prima fronte videtur noua exemplis. Hæc mea de re difficili est sententia, prius illustranda, posteà firmanda ratione.

Puram itàq. arithmeticam æqualitatem operosum non est assignare, vt cùm debeam creditori centum tantumdem mihi soluendum, vt arithmeticè illi satisfaciam, secundum eiusdem ius rigorosum, vel in re, vel ad rem: geometricâ verò puram eam dixerim, quæ quin rigorosè, ac formaliter quædam debeantur nonnullis, seruãest, inter quos res est diuidenda, vel eis absolutè danda. Hanc æqualitatem nonnullorum collatio beneficiorum ecclesiasticorum, vt infrà, sibi vendicat, quam sectatur ius, *superiori disputatione cap. 1. num. 5.* à nobis explicatum, quod quamuis non rigorosum, neq. formale, proximumq. sit, virtuale tamen minus rigorosum, ac lato quidem modo esse tale negari minimè potest, vt etiam infrà declarabimus.

3 Neque est partium ad bona totius ius modò descriptum, sed potiùs, vt in partes, atq. in mẽbra asciscantur huius corporis, totiusq. Reipublicæ, qui quidem in duplici sunt differentia: alijs enim nullum est ius, quàm hoc iam declaratum, remotum, in proprijs conditionibus, & 4 qualitatibus fundatum. Alijs præter hoc aliud est promanans, vel ex lege, vel ex voluntate antecedenti personæ mandantis, vel statutum cõdentis, vel contractum ineuntis de distributione talitèr faciendâ inter personas hisce donis dotatas. Primò modo faber se habet lignarius v.g. bonus, vel optimus, vt eligatur ad opus faciendum præ cęteris: secundo modo se habent Magistri, Doctoresq. ad Cathedras ex instituto Academiæ institutas, dandasq. dignioribus, & nonnulli probè sapientes, dignioresq; ad quam plura ecclesiastica beneficia, vt infrà: pauperioresq. quibus debentur centum ex legato distribuendo v.g. inter pauperes huius Pareciæ. Primo etiam modo se habent iuuenes, antequam absolutè certum adscribantur in exercitum: Secundo iuuenes in militiam cooptandi posita Reipublicæ lege, qua sanciretur, vt non excedentes decimum septimum annũ sanitate pollentes, nõ grauati aere alieno, ad labores assueti, arma tractare sciẽtes, nomen darent militię. Et sanè primum ius, primaq. æqualitas ad purã pertinet distributiuam, secunda ad mixtam, de qua mox dicam.

Non modo, quod paulò antè explicaui ius, vtriusq; rationis videtur particeps esse, atque inadæquatè spectare ad geometricum, & inadæquatè paritèr ad arithmeticum, vt infrà probabimus, sed mea quidè sententia, alia prętereà sunt huiusmodi iura, quæ negari minimè possunt; quod si negẽtur nomine tenus id fit, à quibus re vera tamen vi tandem veritatis impulsis admittuntur.

5 In modum primum illud affero, quod per se clues habẽt, vt partes sunt Reipublicæ ad eiusmodi sisupererint bona, quæ illis diuidẽda sunt.

6 Aliud quod tertium sit in ordine (vltimo cõputato nu.4.) quod in bona Reipublicæ ciuibus est, qui pro Patria laborarunt, habita ratione ad maiora, vel minora singulorum merita, in dicto labore fundata, ità vt quatuor reperiantur illi termini à proportione geometrica requisiti, etsi bona inter Achillem, & Aiacem diuidenda sunt, ea seruetur dupla proportio maior v.g. inter bona designata Achilli, & bona addicta Aiaci, quæ est inter meritũ, atq. æstimationẽ Achillis, & merita, atq. æstimationem Aiacis, vt si sex diuidẽdi essent agri, quatuor dentur Achilli, & duo Aiaci, q. Achillis meritum duplo sit maius, quàm meritũ Aiacis. Eadem pœnè ratione militibus vnius exercitus, cuius actu partes, ac mẽbra sunt, ius est ad spolia bello comparata.

7 Accedit quartũ huiusmodi iuris, atq. æqualitatis tùm geometricæ, tùm arithmeticę exemplum sint tres, qui societatis v.g. ineant contractum, omnibusq. cõputatis, vnius capitale, duplo capitale alterius è reliquis duobus excedat, atq. huius capitale, quod minus est, ac Primi capitale, duplo etiam sit maius capitale Tertij: his .n. omnibus, neq. ius simpliciter est ad lucrum, neq. quomodolibet seruãda est inter hos æqualitas; sed seruata geometrica proportione, & sicut ius est Primo ad lucri portionem duplo maiorẽ, quã portio debita Tertio; sic etiam ad æqualitatem hæc maior, vel minor quãtitas ad proportionem geometricam seruanda sit.

8 Quintum addo, quod videre est in restitutione facienda ab eo, qui potens non est integrè restituere, sed seruata proportione, solutionem minuit: cui enim debebat centum, reddit quinquaginta, & cui quinquaginta debebat, reddit vigintiquinque, quando creditor maioris summæ impossibilitate suppositа integræ solutionis, non ad eam integram, neq. ad maiorem, quã ad dimidiam eius partem ius habebat, neq. ad hanc nisi seruata proportione diminutionis solutionis faciendæ alteri creditori, cui tamerfi minor debetur summa; æquale tamen penès cętera est ius, ac est primo creditori, ac proindè ad illa viginti quinque duplo minori solutione, quàm creditum, ius erat: & duplo etiam minori, quàm solutio facta primo creditori, cuius creditum duplo maius erat credito huius secundi creditoris. His autem exemplis illustrata nostra doctrina, nunc rationibus per eadem singula comprobata, confirmanda est. Et quidem habere ius, illos, quibus aliena voluntate, lege, decreto, destinatione, vel alia simili ratione aliquod destinatũ est, meridiana est sanè luce clarius, quod efficax voluntas alterius, dominium habentis rei dandæ, vel diuidẽdæ, vti valet, ius,

Digitized by Google

tribuit eis, quibus danda, vel diuidenda erat: paretque ex definitione iuris, ex quo quidpiam alicui debetur, vti *disput. 2. cap. 1.* dictum est, quod licèt perfectum non sit, at maximè ad ius ad rem, est accedens, idq. primo de iure eligendorum ad præbendas Collegiorum, atq. ad cathedras constat.

9 Esto *Sotus de iustit. lib. 4. q. 6. art. 3. ad sextum, argumentum post coll. 2.* sentiat, eligentes digniori, prætermisso digniori, peccare quidem mortaliter contra iustitiam distributiuam, non tamen ad restitutionem teneri, neq. vniuersitati, cui dant, quod de rigore iustitiæ commutatiuæ debetur, neque digniori prætermisso, cui non erat ius; si autem eligant indignum, Vniuersitati, seù academiæ teneri sanè restituere; ea nimirum ratione, quod academiæ stipendia instituta minimè sint in fauorem personarum eligendarum, sed ad bonũ vniuersitatis ipsius, siuè Academiæ, cui officiunt eligentes indignum: sicut Rex, qui non præficit dignum ministrum Reipublicæ nihil digno debet prætermisso, sed Reipublicæ.

10 Ego tamen arbitror primariò, tanquam finem intendisse bonum Academiæ fundatores Collegiorum, Præbendarum, & Cathedrarum, earumque stipendiorum, atq. emolumentorum; secundariò autem, vti necessarium medium ad hunc consequendum finem, cum eo moraliter connexum, huiusmodi bona destinasse dignioribus, atque aptioribus, non modò in laborum præmia, quibus iuuenum intenderentur animi, ad exantlandos studiorum labores, sudoremq. studiorum, scholasticæ disciplinæ, verum vt hoc medio sapientiores sibi compararent DD. atq. vt ad Cathedras pariter ob hæc bona, ex iustitia distribuenda dignioribus, digniores tamen eligerentur magistri, ad maiorem studentium, ac scholasticorum vtilitatem.

11 Quamobrem licet Electores primariò hanc debeant electionem Academiæ, cuius bono tenentur consulere, debent tamen & scholasticis, quibus propria industria, ac labore factis idoneis prima, secunda, ac tertia præmia Collegiorum addicta sunt: debent, & viris, qui hac spe diuturno sudore non vulgarem sibi comparauerunt scientiam, vt ad cathedras eligerentur, quę ex efficaci Fundatorum intentione illis doctioribus destinatę sunt: postquam destinatione ex remoto, ac virtuale, quod solum habebant iure, vt *num. 3.* dictum est, gradum faciunt ad verum, ac formale resultans ex efficaci Institutorum voluntate, quod cum de beneficijs ecclesiasticis infrà disseremus *disp. 4. cap. præsertim* §. clariùs constabit. Nec discrepat *Vasq. de benef. cap. 2 §. 3. dub. 2. n. 62.*

12 Præterea de iure, quod ex legato alicui competit habetur in *l. legatum est, ff. de legat. 1. & 2.* si non voluntati simpliciter, sed hæredis iudicio, vel alterius Tertij, persona eligenda committatur, tenebitur hæres dignioremeligere in eo genere, quod à testatore præscriptum est, quemadmodum colligitur ex *l. cum quidam, ff. de leg. 2.* Sic si esset diuidenda pecunia inter pauperiores, pareciq ex legato, pauperiores quidem eligendi essent ab hærede. Quicquid in cõtrarium dixerit *Corduba* apud *Vasquez mox citandum*, à quo non modo in hoc casu hæc doctrina censetur vera, verum etiam quando electio pauperum in iudicium, atque arbitrium patroni, vel alterius committeretur, tunc enim cum ei tanquam Iudici res commendetur, nè hic acceptor sit personarum, dignioribus in illo genere, ac proinde in casu dicto, pauperioribus ea debet bona diuidere, & ni faciat illis restituere tenebitur, quòd eius voluntati non absolutè res commissa sit, sed eius iudicio, prudentique consilio; secus si pauperibus distribuendum esset legatum commissum penès liberam patronorum, vel hæredis voluntatem solam, quando sufficeret pauperes eligere, sic *Vasq. de benefic. cap. 2, §. 3, dub. 17, num. 122. ac de testam. cap. 8. §. 3, dub. 2. num. 47.* Quod autem de hisce dixi, dictum etiam volo de militibus è certo eligendis decreto, varias eorum conditiones expetẽte, ob idem rationis momentum.

13 Quod autem hoc ius læsum obligationem inducat restitutionis *à Vasq. cæteris q. apud ipsum Auctoribus* scribitur, tùm de pauperibus, quibus iuxtà gradum paupertatis ex efficaci Mandantis voluntate debetur pecunia, in quo casu *Lessius lib. 2. de iustit. capit. 1. dub. 4. num. 23.* ius agnoscit strictum proprium commutatiuę iustitię: neq non ius proportionis proprium distributiuę. Neq. esse merum æqualitatis arithmeticę, neq. purum geometricę tùm ex his, quę *superiori disp. cap. 7.* diximus, probari potest, tùm quia patet hoc ius vtriusq. esse particeps, neq. enim pauperior, vel pauper ad pecuniam delegatam, vel demandatam, neque scholasticus ad præbendam primam ius habent in Collegio, nisi collato eius merito cum alterius merito; neq. Doctior ad cathedram per se loquẽdo, nisi quatuor ad minimum assignatis proportionis geometricę terminis, atque assignato iure rigoroso, vel ad rem, vel in re resultante in illis ex antecedente destinatione, siuè Institutoris, siuè Mandantis, siuè Testatoris. Confirmatur, si septingenti aurei tribus diuidendi sint pauperibus, & vnus alio ex his sit pauperior, neq. par ius singulis erit, sed proportione seruata maioris, vel minoris paupertatis, ad maiorem, vel minorem portionem ei debitam: ideoque omnibus pauperrimo quadringenti dandi essent: pauperi vero in dupla ratione minori, ducenti, ac tertiò demum minus pauperi, centum. Hinc & arithmetica æqualitas seruaretur, iuxtà quod probauimus ius, ex bonorum destinatione his competens pauperibus, & geometrica, iuxtà proportionem maioris, vel minoris paupertatis, ità vt sicut se haberet pauperies Titij ad gradum paupertatis Sempronij, ità se habeat portio data Titio ad portionem datam Sempronio.

14 Confirmatur secundò, quia si pro vno paupere solo facta fuisset assignatio à donatore, exequutioni mãdanda per Oeconomum, à quo nisi fieret, profectò peccaretur contra iustitiam commutatiuã, & contra ius rigorosum, quod ad illum pauperem ex donatione, vel destinatione pecuniæ spectabat; ergò etiam debetur ex iustitia commutatiua, quando fieret illa destinatio pluribus secundum paupertatis, vel doctrinę maioris, vel minoris proportionẽ; nã æquale ius

sibi

Digitized by Google

ſibi acquirit vnuſquiſq; ſi ipſi ſoli facta ſit aſſignatio,ac ſi facta eſſet etiam alijs;neque vnum ius, rigoroſum fundatum in deſtinatione, ſeù donatione,ſeù diſpoſitione eis,qui douare poterat,officit iuri fundato in proportione,atque æqualitate dignitatis collata cum alia aliorum; ex quibus inadequatè conſideratis iuribus,vnũ reſultat,quod æquè ad vtrumq. ſpectat. Has autem rationes per ſe,non autem per accidens in his iuribus connecti,vbi reliqua, quæ adduximus,probauerimus exẽpla,demonſtrabimus.

15 Venio ad ſecundum, quod attuli exemplum ciuium,qui quidem,vt partes Reipublicæ, ac Ciuitatis ius habent in illa bona, quæ ſupererint.Etenim ea,vt probè aduertit *Sotus de iuſt. & iure dub.3.q.5.art.1.in argum.2. 1.concl. nec non Molina de iuſt.tract.1.diſp.12.num.3.* cum ſint Totius,ſunt etiam partium,namReſpublica,&Ciuitas,aliud non eſt,quàm collectio ſuorum ciuium: ergò eius bona ſunt partium, aut ciuium etiam, in communi tamen poſſeſſa, ad quæ ſi ſupererint ſub hac conditione, in ſingulos ciues prò maiori, vel minori eorum dignitate dividenda. Quamobrem optimè *D.Thom. 2.2.quæſt.65.art.2.in corpore. In diſtributiua inquit iuſtitia datur aliquid alicui priuatæ perſonæ in quantum id,quod eſt totius,eſt debitum parti, quod quidem tantò maius, quanto ipſa pars maiorem principalitatem habet in toto, & ideò in diſtributiua iuſtitia, tanto aliàs alicui datur, quanto illa perſona maiorem habet principalitatem in cõmunitate*. Quo quid clariùs ad noſtrã firmandam ſententiam ſcribi poterat? Etenim S.Doctor bona totius eſſe partibus debita primò pronũciat, idq; non quomodolibet, ſed maiorem penes dignitatem,quam ſingulæ partes habent in toto. Hinc debitum hoc arguere ius indicat, ob quod debeatur parti bonorum communium portio,& quidem ad arithmeticã ſpectans æqualitatem,& eſſe hoc ipſum maius, vel minus prò maiori, vel minori principalitate in toto,ſignificat proculdubio geometricam proportionem.

16 Verùm longè diſpar eſt diſcrimen inter horum bonorum partitionem faciendam partibus huius totius, atq; inter alios habendam, qui non ſunt actu partes; nàm partes ius profectò habent ad illam diuiſionem, contra quòd ſi fecerit iniquus diſtributor, & peccat contra iuſtitiam commutatiuam, *Auctore Nauarr. ſumma cap.17.num.72.* iuxtà communem ſententiam & tenetur reſtituere; ſecus ſe res habet in diſtributione aliorum bonorum alijs facienda, qui non ſunt actu partes, vt in diuiſione, vel collatione nonnullorum beneficiorum, vt ſuo loco dicemus; magna enim,& palpabilis quidẽ eſt differentia inter ius verum, formale, proximumq; partium totam componentium Rempublicam ad eius bona, atq; aliorum, qui partes actu minimè ſunt,ſed ad ſummum qualitates,conditiones,donaq; habent, vt in hoc corpus aſcribantur, quibus potiùs ius eſt remoti, & virtuale,vt *num.3.* diximus, probeque poſt alios,indicat,*Leſſius lib.2.de iuſtit. cap.1.dub.4. num.23.*

17 Hinc euidentiùs conſtat, ius tertio loco relatum ciuium, non modò, vt partium conſideratorum Reipublicæ, ſed etiam pro eadem fortiter agentium,ſecundum maiorem,vel minorem meritorum in rebus fortiter geſtis qualitatem; in quo iure non modo cernere eſt arithmeticam æqualitatem ſeruandam,verùm geometricam proportionem, vt docet etiam *Rebellus de obligat.iuſt.lib.3.q.3.nu.2.* Quapropter tùm in hoc caſu,tùm in caſu militum, qui fortiter in bello fecerunt, trifariam meritò, ait *Azorius lib.1.iuſt:cap.11.q.2.* iniquus diſtributor iniuſtitiam committere poteſt,primò ſi ſibi ſumat,vel retineat aliquid,quod quidem diuidendum erat inter ciues,vel inter milites,ſecũdò ſi totum quidem diſtribuit, non tamen in ciues, & in milites, quibus erat ius ẽt ſtrictum fundatum in labore,ac merito; tertiò ſi vni plus dederit, quàm meretur, collatione facta cum meritis aliquorum, penès geometricam proportionem.

18 Quamobrem eſto placeant *Vaſqu. 1.part. diſput.86.cap.3.nu.11.& 12. ac Petrus Nauarr. de reſtitut.lib.2.cap.2.nu.11.* aſſerentes non alia iuſtitia Regem,quàm ex diſtributiua teneri ad ſpolia militibus diuidenda: verùm ſi ex ea lege conſtaret,de pacto,vel virtuali,vel formali cum militibus inito, penès maiorem, vel minorem qualitatem, dignitatemq. meritorum, ſpolia, cæteraq; præmia eſſe diuidenda, profectò, vel Rex,cui operam ſub hac lege locarunt milites, vel cæteri inferiores Duces,à fortiori (cùm nõ habeant ſupremum dominium) peccarent cõtra commutatiuam iniquè diſtribuendo. Quo pacto libens ſequor *Durandum in 4.diſtinct.46. q.1.Paludanum ibib.diſt.46.q.1.art.1.* dicentes, iuſtitiam diſtributiuam in his ſaltem caſibus ex commutatiua ortum habere.

19 Obijcies *S.Thomam 2.2.q.61.art.4.ad 2. aſſerentem, ſi alicui, qui communitati ſeruiſſet, retribueretur aliquid pro ſeruitio impenſo, non eſſet hoc diſtributiuæ iuſtitiæ,ſed commutatiuæ*; ergò malè dictum, hoc in euentu obiectum intercedere iuſtitiæ tùm commutatiuæ, tùm diſtributiuæ. Reſpondeo caſum *D. Thomæ* eſſe longè diuerſum à noſtro, quando nimirum quis ciuis operam locauiſſet Reipublicæ; vel inito pacto, ſuum exhibuiſſet laborem,atq. induſtriam; tũc enim quid mirum ſi iuſtitia intercedere dicatur commutatiua; quia tunc neque vt ciuis,& pars ſe habet priuatus ille, neq; communitas, vt Reſpublica,& totum: quapropter vt ſic non ordinatur ad partes per iuſtitiam diſtributiuã. At vetò noſter caſus non ità ſe habet, ſed tunc euenit,cùm præmia ex bonis cõmunibus diſtribuenda ſunt ciuibus,qui Rempublicam probè geſſerint,vel in bello, vel ad facem coniurationis extinguendam deſudauerint, & quidem militibus, ſeruata proportione meritorum, ac laborum, vt ſi ſignifero ſigniferum inimicum trucidanti,dentur 200.tribuno militum,tribunum hoſtem, vnamque cohortem fuganti, vel perimenti deniur quadrigenti: quando ſeruari etiam vna cum commutatiua geometricã proportionem, inter quatuor terminos, non eſt, qui non videat,nam vt probè ſubiungit *Diuus Thomas citatus, In diſtributiua iuſtitia attendi-*

Digitized by Google

tur ad id, quod alias accipit secundum modum vtriusq. personæ. vt in casu exposito, in quo cū etiam attendatur quantitas, quam quis accepit, componitur quantitati meritorum, nō obiectum modò est distributiuæ, sed etiam commutatiuæ, qua commutatiua igitur, merita considerat secundum æqualitatem rei, & mercedis, quà distributiua verò secundum æqualitatem proportionum inter personas, & merita.

20. Præterea quarti exempli ius, cui inest ratio arithmetica, & geometrica, vel ex ipsismet terminis patet; cum numeri ad numerum, & lucri, & capitalis seruanda sit æqualitas, nec nō proportionis maioris, vel minoris quantitatis, & summæ principalis, seù capitalis, & lucri vnius cuiusq. contrahentis, quam æqualitatē vtriusq. rationis participem meritò cognouit *Molina de iust. & iure tract. 1. disp. 12. nu. 4.* tametsi deceat eas in vno iure per accidens cōnexas esse, quod mox reijciemus.

21. In iure demùm, quinto exemplo, declarato, docet *Vasq. 1. p tom. 1. disp. 86. c. 3. n. 18.* ex æquo vtramq. rationem reperiri tàm numeri ad numerum, quàm proportionis ad proportionem; etenim si Titio, cui Sempronius centum debebat, reddit 50. Caio autem, cui debebat 50. restituit 25. seruat in primis arithmeticam æqualitatem: reddit enim vigintiquinque Caio, & 50. Titio, quæ re vera debebat, etiam si plurium debitor eiusdem sit, quod non officit; ergo seruatur hic arithmetica æqualitas, quæ alioquin haberi non potest; seruat deindè geometricam æqualitatem, quòd eadem proportione debitor solutionem minuit, qua debita se excedunt; ergò & habetur proportio distributiuæ, & etiā commutatiuæ: singuliq. consequenter creditores impossibilitate debitoris suppositā, ad integram solutionem ius non habent; neque ad illā quantitatē absolutè, atq; purè arithmeticè consideratā, sed seruata geometrica proportione, nam vti se habet debitum vnius ad alterius debitū, sic se habeat vnius solutio ad solutionem alterius.

22. Quod autem *Soarius in opusc. disput. de iustit. sect. 3. nu. 6.* hoc quidem exemplum perpendens, ait resultare quidem geometricam proportionem, quæ negari minimè potest, verùm nō esse per se intentam, sed accidentario coniunctam cum arithmetica, falsum videtur; nam ab eo quæram, quid sibi velit per *se intentam*; si enim sumat ex parte actus voluntatis restituentis, eiusdemq. obiecti formalis, hoc falsum est: siquidem vt suo loco infrà videbimus; siuè hoc ex motiuo, siuè ex illo seruet æqualitatem, iustitiam sanè seruabis. & si nō iustè, nisi ex eius egeris motiuo. Quod si ex parte obiecti materialis, quasi ratio geometrica aduenire per accidens, hoc in euentu censeatur arithmeticæ; hæc coincidit cum aliorum Auctorum solutione, quam mox reijciemus.

Dices ex *Soario*, hoc in euentu, vel solam cōmutatiuā iustitiā obligare, vel actum esse cōcedendū, qui à duabus eliciatur virtutibus, quod est absurdum. Verùm primum illatum à *Soario* negamus. Vnum autem, & eundem actum, vtrò nō à duabus asserimus virtutibus adæquatis promanare, sed ab vno indiuisibili habitu inadæquatè vtriusq. virtutis rationem includente.

Instabis *ex eodem Auctore*, qui duobus creditoribus, ijsdem concurrentibus circumstantijs centum deberet; singulis quinquaginta, nec alios quam quinquaginta possideret restituendos, si vni triginta, vel vigintiquinque daret, alteri verò viginti tantum, quinque sibi retentis eodem sanè peccato contra commutatiuam peccaret iustitiam, neq; teneretur, qui triginta recepit, vel vigintiquinque illos restituere, ergo, &c.

Respondeo vnicum quidem peccatum cōmittere, qui æqualitatem, tùm arithmeticam, tùm geometricam non seruaret, neq. contra commutatiuam solum, sed contra habitum vtriusq. iustitiæ participem, qui plusquam hic & nunc ei debitum erat, accepit in damnum alterius ni bona excusaretur fide, vel ignorantia inuincibili, & non modo ex mala detentione, verum etiam ex iniqua acceptione peccaret, ac teneretur restituere, nàm licet absolutè illa quinque ei debita essent, non tamen sub his circumstantijs, quando æquale alteri erat ius, ac illi, cui non poterat derogari.

CAPVT SECVNDVM.

Reijciuntur solutiones, obiectionesq. contrariæ.

SVMMA.

Duplex aduersariorum solutio, quam argumentis factis adhibent, nu. 1.

Ex rebus diuersorum prædicamentorum componitur vnum per accidens, n. 2.

Vnum per accidens fit ex re completa, atq. altera ei aduenient. n. 3.

Auctores contrarij, cùm æqualitas, vel geometrica, arithmetica, vel hæc illi adiungatur dicunt per accidens aduenire, vnumq. constituere per accidens n. 4.

Quod alteri aduenit si trahatur ad eiusdem esse, aliquo pacto accidentaliter non aduenit, nu. 5.

Æqualitas geometrica, & arithmetica, cùm adæquatæ sint, singulas constituunt species, nu. 6.

Possunt æqualitas geometrica, & arithmetica aliquando veluti differentiæ vltimæ formi, aliquando, vt subalternæ: primo modo singulas constituunt species, secundo vtraq. vnam tantùm specie vtriusque inadæquatè participem. nu. 7.

In vna, & eadem æqualitate, quando connectantur, & distinguātur geometrica, atq. arithmetica. n. 7. & 8.

Reijcitur secunda Contrariorum solutio, asserens vnam rationem æqualitatis arithmeticæ aduenire

Digitized by Google

uenire in rebus à nobis relatis, alteri geometricæ secundariò, n. 9, & 10.

Ciuis non habet ius ad quatuor, nisi collata eius conditione cum alio, ius habente ad duo, num. 10.

Nonnulli actus voluntatis non à iustitia modo distributiua, & commutatiua manant tamquam effectus; sed eiusdem etiam sunt obiectum, nu. 11.

HIs nostris rationum momentis bifariam ex variis Auctoribus responderi potest. Primò per accidens alterum ex his rationibus aduenire alteri, & potiùs veluti circumstantiam, quæ ab eadem virtute respicitur. Deindè secundariò, & non æquè primariò, quemadmodum exposuimus ius arithmeticam, & geometricam sibi vendicare æqualitatem.

2 Verùm enim verò has duas formalitates in vno, atque eodem iure esse per se, & nõ per accidens simul connexas, atq; vnum idemq; componere ius, quod inadæquatè arithmeticum sit, hoc est æqualitatem respiciens arithmeticam, & geometricam, i. tendens ad proportionem geometricam, compertum quidem habeo. Nam vt entis per accidens tritas apud Philosophos omittam acceptiones: Ad rem nostram, tametsi ea per accidens esse non negauerim, quæ ex rebus distinctis, diuersorumq; prædicamentorum, neq; ex potentia substantiali, & proprio actu constant, vt ex *Aristotele deducitur 7. metaphysices text. 43. & 8. text. 15. & 2. lib. de anima text. 7.* Esseq. etiam illud per accidens vnum, 3 dixerim, quod conflatur ex vno ente completo, atq; altero ei, vt sic adueniente, non modò diuersorũ si fuerint prædicamentorũ, verum ẽt si ad idem spectauerint, & fuerint diuersi generis, 4 & speciei. Quo maximè pacto citati videntur Auctores loqui, cũ æqualitas arithmetica species sit diuersa à geometrica, itaut si altera alteri adueniat, adueniens respectu alterius accidẽtaria sit, cũ qua supposita iã cõpleta in suo esse vnum per accidens componat. Hæc inquam esto veluti vera facilè concesserim; à propria tamen non dimoueor sententia, quam ex modo positis, & concessis mains sibi potius detinare robur ostendam: tùm quia licet admiserimus completam esse rationem arithmeticam, siuè geometricam respectu alterius aduenientis, verum, vt doctè *D. Thomas 3. part. q. 2. art. 6. ad secundum* scribit, *Illud, quod aduenit post esse completum, accidentaliter aduenit, nisi trahatur in communionem illius esse completi.* Cùm igitur altera tra ex his rationibus, quæ alteri aduenit in communionem trahatur vnius siuè æqualitatis, siuè iuris completi, atq; cõflati ex vtriusq; ratione, hinc est, vt accidentaliter nõ adueniat. Sic exemplo, vt vtar *D. Thomæ in Resurrectione*, *corpus aduenit animæ præexistenti, non tamen accidentaliter, quia ad idem esse assumitur, vt scilicet corpus habeat esse vitale per animam.* Sic etiamsi, vel æqualitas arithmetica per alterã aduenientem geometricæ rationis erit particeps, vel è cõtra: tùm quia differentiæ arithmeticæ, ac geometricæ æqualitatis, quando adæ- 6

quatæ sunt, censentur quidem esse essentiales proprias, ac totales constituentes species: at verò quando inadæquatæ sunt ad vnam æqualitatem relatæ, partialiter ad vnam instituendã possunt se habere. Neq; obstat aliquando has differentias tanquam vltimas, vltimò suas constituentes species æqualitatis sumi, cùm non 7 nunquam, vt subalternæ esse, & facilè concipi possint, quando nimirum ita ratio numeri ad numerum se habet, vt in aliqua æqualitate, neque consistat, neque possit consistere, ni secum sit, & concipiatur proportio geometrica talis quantitatis comparatæ cum alteri- 1 us quantitate. Quamobrem sumptæ, & consideratæ primo modo, essentialitèr distinctas cõponunt species æqualitatis: at secundo modo spectare vnam statuunt tertiam speciem, quæ neq; adæquatè geometrica, neq; arithmetica, sed vtriusq; particeps est rationis, quæ quidem essentialitèr differt ab æqualitate adæquatè arithmetica, atq; adæquatè geometrica; itaque ratio, siuè geometrica, siuè arithmetica ab inferioribus tùm adæquatè, tùm inadæquatè huius conditionis abstracta, & præcisa contrahi poterit, tùm ad adæquatè arithmeticum, vel geometricum, quarum species vltimò constituet; tùm ad inadæquatè arithmeticum, atque, inadæquatè geometricum, & alteram determinabit speciem essentialitèr à primis distinctam. Hæc ratiocinatio cõstituitur ex his, quæ in Logicis de obiecto, & habitu Logices, atq; in methaphysicis de differentia obiectorum, atque actus practici, & speculatiui, & in tractatu de anima, de potentia simul practica, & speculatiua docui, quorum omnium eadem est ratio, quã *sequenti cap.* de habitu agentes iustitiæ tùm commutatiuæ, tùm distributiuæ iterum agitabimus. Ex quibus, quas agnoscunt Auctores, atq; vltrò concedunt rationes arithmeticam, & geometricam in vna, & eadem æqualitate, vel in vno, & eodem iure coniunctas accidentarias nõ esse, respectu illius facilè constat, sed formalitates à parte rei, mea quidem sententia, inter se distinctas, quæ licet cùm sint adæquatæ reater etiam inter se distinguuntur, diuersasque æqualitates, siuè iura realitèr etiam distincta constituunt, secus tamen quando sunt inadæquatæ, & secundum distinctionem formalem à parte rei, vel penè aliorum philosophantium opinionem per rationem cum fundamento in re distinctæ in eadem reali æqualitate, vel iure secundum suum esse morale, reperiuntur. 8

Quod autem altera ex his rationibus secundariò respectu alterius se habere à reliquis Auctoribus dicatur, facere tantùm potest, vt vna ex his æqualitatibus, ac iuribus magis rationem participet arithmeticam, quàm geometricam, vel è contra; non secus ac in locis allegatis Philosophiæ diximus, vnum obiectum magis posse; practicum esse, quàm speculatiuum, & consequentèr vnam scientiam magis practicam, quã speculatiuam, vt de medicina videtur sentire *D. Thomas in Boetium de Trinitate, quæst. de diuisione scientiarum art. 1.* ac de Philosophia morali nonnulli etiam opinantur, & Logicam magis speculatiuam esse sentit *Soarius tom. 2. me-* 9

taphy-

taphysices disp. 44. sectione vlt. ad finem, cui fauet Heruæus quodlib. 1. q. 3. Verum hoc minimè cõficit in vna, atq; eadem æqualitate in vno, eodemque iure non reperiri hactenus declaratas formalitates arithmeticæ, & geometricæ rationis, quas negare nõ videtur Soarius in opusc. disput. de iustitia sect. 3. n. 4.

10 Deinde vt videre in singulis allatis exemplis est, neutra ratio propriè, si rectè perpendatur, in ordine ad alteram, ità secundariò se habet, vt sine ea hæc vt sic possit consistere; Et vt vno cætera comprehendam, ius ciuis ad quadringẽtos nummos aureos esse non potest, ni spectata proportione; quam hic habet ad meritum, & ius alterius, cui debentur ducenti, & sic dẽ singulis, quorum neutrum se habet tanquam principale, neq. tanquam accessorium.

11 Demum ex dictis manifestò sequitur à quibusdam volũtatis actibus, quam declarauimus, æqualitatem, atq. ius respici; qui quidem actus non modo efficiuntur, atq; ex se sunt effectus habitus, sed etiam eiusdem proximum obiectũ, vti dictum est disp. 2. cap. 2. num. 2. qui quidem habitus, neq. est purè iustitiæ commutatiuæ, neque purè distributiuæ, sed vtriusque inadæquatè particeps, vt sequenti demonstrabimus capite.

CAPVT TERTIVM.

De habitu iustitiæ purè cõmutatiuæ, & purè distributiuæ, nec nõ vtriusq; participe.

SVMMA.

Rationis lumine, atq. firmo fundamẽto à communi DD. sententia discedere licet, n. 1.

Nomine tenus à DD. consensu Auctor discrepat, nu. 2.

Iustitia purè commutatiua habitus est inclinans ad solam æqualitatem arithmeticam, nu. 3.

Iustitia merè distributiua habitus est voluntatem inclinans ad solam æqualitatem, iuxtà proportionem geometricam, n. 4.

Præter has duas iustitiæ species, tertia datur habitus voluntatem inclinantis, tùm ad æqualitatem geometricam, tùm ad arithmeticam, nu. 5.

Neq. id est contra Aristotelem, n. 6.

Logica, Arithmetica, Geometria, Musica, & Medicina, habitus, & practici sunt, & speculatiui, è quibus argumentum desumi potest ad hanc à nobis assertam iustitiam, n. 7.

Doctores, qui fauent sententiæ Auctoris, n. 8.

Auctoris sententia ratione probatur, n. 9.

Non solum in vno eodemque habitu, sed in vno, atq; eodem actu ratio vtriusq. iustitiæ reperiri potest, n. 10.

Quomodo distinguantur iustitia commutatiua, & distributiua, n. 11.

Munera commutatiuæ, ac distributiuæ iustitiæ vni conuenire possunt habitui inadæquatè, ibid.

In subditis etiam hic habitus esse potest, n. 12.

Nàm iustitia distributiua Deo sit tẽcedenda. n. 12. remissiuè.

Quando rationes æqualitatis arithmeticæ & geometricæ per accidens coniunguntur, ab eodem non respiciuntur indiuisibili habitu. nu. 13.

Ad æqualitatem geometricam ea reuocatur, quæ res indiuisibilis digniori datur, n. 14.

1 LIcet si rationis lumine ductus, ac firmo nixus fundamento à reliquis discederem Auctoribus temerarius sanè non essem, imò consilio Senecæ videretur obtemperare, *de vita beata cap. 1. in principio. Nihil ergo magis præstandum est, quam ne pecorum vitia sequamur, antecedentiumq. gregem pergentes, non quo eundem est, sed quo itur.* Obsesso (ait Cicero 2. *de philosoph.*) *Solet interdum ijs, qui discere volunt auctoritas eorum, qui se docere profitentur, desinunt enim suum iudicium adhibere; id verò solum ratum habent, quod ab eo, quem habent magistrum iudicatum vident.* Cùm ab illis abhorruerit semper animus, qui nescio quomodo errare potiùs malunt, quamq; semel adamauerunt sententiam pertinaciter defendere, quàm ingenuè quid verum sit, aut ad veritatem proximè accedit indagare.

2 Nihilò tamen minus plerũq. rebus nos conuenire in hac nostra sententia declarandà cum reliquis arbitramur Auctoribus, tametsi differentes nominibus, in quibus enodandis, quod friuolum sit, non laboramus. Et cùm mihi videar satis obiectum ostendisse vtriusq. arithmeticæ, ac geometricæ æqualitatis particeps, proximũ est, vt doceam hoc ipsum de habitu.

3 Prima sit assertio Iustitia merè commutatiua est habitus voluntatem inclinans ad solã æqualitatem arithmeticam. Hanc definitionẽ Amice Lector (nè actum agam) facili negotio elicies ex *Philosopho 5. ethic. cap. 1. & 2. S. Tho. 2. 2. q. 61.* atq; *aliis, tùm Philosophis moralibus, tùm Theologis.* Et patet ex obiecto, quod 1. *cap. num. 2.* ei assignatum est, à iure rigoroso non alienum.

4 Secunda assertio. Iustitia merè distributiua habitus est inclinans voluntatem ad æqualitatem solam, & proportionem geometricam, sic apud citatos Auctores, atque ex obiecto patet c. 1. n. 2. declarato.

5 Tertia assertio. Præter has duas tertia datur species iustitiæ, qui specialis est habitus voluntatem inclinans ad æqualitatẽ partim arithmeticam, partim geometricam. Hanc assertionem vti propriam, saltem sub his terminis, agnosco, ac re vera multorum sanè fuisse Auctorum, sub alijs non ambigo.

6 Neq. inficior *Aristotelem 5. ethic. cap. 2. & 3.* duas assignauisse species peculiaris iustitiæ, iuxtà communem Interpretum doctrinam. Cæterùm eas totales, quas nos etiam adstruimus, indicauit Philosophus, neq. nostram tertiam negauit, quam reducere ad has possemus, quarum rationes participat. Quò circa probè ad

rem

Digitized by Google

rom *D.Thom. 1.par.q.1 art.4.* dixit. *Quod ex extremis constat, virtute continet extrema.* Sicut igitur licet cum *Aristotele lib.1.& 6.metaphysices*, DD adæquatam agnoscant diuisionem habitus intellectualis, siuè cognoscitiui in practicum, & speculatiuum; datur tamen, (vt *locis superioris cap. citatis* docui) habitus partim speculatiuus, partim practicus, qui vel nouum diuisionis membrum constituit, vel vt probè *Soar. disput.44.metaphysices sect.vlt.num.*5. sumptis practicum, & speculatiuum, veluti differentijs subalternis, & non vltimis, poterit sub diuersis proprijs rationibus ad illas duas spectare species. Sic etiam in casu nostro, *licet* 5. *eth. cap.2.* & 3. duas assignauerit *Philosophus* species iustitiæ, alteram distributiuæ, alteram commutatiuæ, tamen vel dicendas eas esse totales, per quam non censeri exclusam tertiam aliam speciem, partialiter ad alteruram spectantem reductiuè, vel dicendas differentias esse non tamen vltimas, sed subalternas, sub quibus est habitus etiam, qui & est distributiuæ, & est commutatiuæ iustitiæ, & penès vnam, quam includit rationem, ad distributiuam pertinere, penès verò alteram ad commutatiuam.

7. Non secus, ac de aliquo habitu Logices, suo loco, philosophatus sum, quem dixi simul esse practicum, & speculatiuum, quemadmodum multi etiam arbitrantur de Geometria, Musica, & Medicina, etiam sumptis quoad indiuisibilē earum aliquem habitum, sic *Vasquez in 1. part. q.1. disput.9.cap.3.* practicam, & speculatiuam simul esse Theologiam docuit, ac solum practicum adæquatum, & speculatiuum adæquatum non posse eidem habitui conuenire; fauetque *D.Thom q.79.art.11.eiusdem primæ partis.* Non erit igitur nouum, atq; contra mentem *Aristot.* hanc iustitiam vtriusq; rationis participem asserere.

8. Præterea *quot Auctores cap.1.* allegauimus re vera, tùm æqualitatis, tùm iuris, tùm iustitiæ duas iam expensas rationes concedunt; neque eorum effugium suffragatur, quo pergebant asserere, per accidens, seu secundariò eas in vnam conuenire, quod *superiori capite* omninò præclusum est. His accedit *Vasquez de restitut. cap.11.dub.6.num.114*, qui in casu quinto loco à nobis *1.cap.n.21.* declarato, has, quas modò dixit, agnoscit in restitutione rationes iustitiæ distributiuæ, & commutatiuæ, & si per varios videatur asserere actus, & *cap.1.num.10.* dixerit per accidens id euenire.

At clariùs nostram habet sententiam *Lessius lib.2.cap.1.dub.4.num.23*, qui quidem in primo à nobis relato exemplo *cap.1.num.4. ac probat d. num.8. ac deinceps*; Interdum, ait, iustitiam distributiuam in sua functione commutatiuam includere, nempè quando fit distributio rerum, quæ stricto debentur iure, iuxtà personarum cōditionem, vt si quis cētum relinquat aureos distribuendos studiosis alicuius Collegij, prò cuiusq; inopia, vel eruditione, & *lib.2.cap.32. dub. 2. ac 3.* hanc eamdem habet doctrinam, quam expressiùs *Benedictus Iustinianus in cap.2. epist. Iacobi num.12.* exarauit, Iudices asserens vitio laborantes acceptionis personarum, vna eadēq; actione, vtpotè ab vno vitio manante, inadæquatè vtriq; iustitiæ opposito, contra vtramque iustitiam commutatiuam, ac distributiuam peccare. Addo *Rebellum 1.par. de oblig. iust. lib.3. q.3. nu.1.* qui cum ex sola iustitia distributiua obligationem restituendi, vt nos etiam infrà dicemus, neget oriri, eo tamen in euentu vltrà concedit, quando ius distributiuæ, ius commutatiuæ adiunctum habet.

9. Demùm probatur primò nostra sententia ratione. Datur æqualitas, atq; ius, quæ neq; solū spectant ad arithmeticam rationem, neque ad proportionem solam geometricā, sed ad vtrāq; vt *cap.1.* demonstratum est: igitur voluntatis actus ad illam terminatus æqualitatem, iuxtà proportionatum ius, & debitum, neq; erit solius distributiuæ iustitiæ: Secundò in vna, & eadem re has reperiri posse formalitates docuimus tùm *superiori cap.num.5. tùm cap.1.num.5. ac deinceps*; ergo in vna, eademq; æqualitate, ac virtute, quæ & sic distributiua, & commutatiua iustitia poterit vtraq; hæc formalitas reperiri, non secus, atq; in eodem habitu intellectus ratio practici, & speculatiui, quemadmodum dictum est.

10. Neque solum in eodem habitu iustitiæ has easdem, aio, formalitates reperiri: sed in vnò, eodemq; actu immediatè ad æqualitatem, ius, debitumq; declaratum terminato, vti de vno, eodemq; Logices actu, etiam docui: & sicut inter gradum vegetabilium, sensitiuorum, purèq; intellectualium, datur quidam intellectualis, qui vtriusq; participat rationem, sensitiui videlicet, atq; intellectualis per vnicam differentiā rationalis constitutus; ità in re nostra, vnus datur actus, qui particeps est rationis commutatiuæ, ac distributiuæ: quippè qui similē sibi producit habitum. Neq; sicut intellectuale, atq; intellectuale, quando differētię vltimæ sūt, eiusmodi sunt oppositæ, eandē tamen oppositionē habent, cū sunt subalternæ: sic neq; ratio distributiuæ, & cōmutatiuæ iustitiæ sumpta, vel vt subalterna, vel vt vltima differentia, tametsi ille actus, qui est purè commutatiuæ, neq; sit, neq; esse possit purè distributiuæ, vel è contra: Tertiò, tunc opus est distincta virtute, saltem partialitèr; quando difficultas operandi est distincta, atqui nō modo difficultas est distincta in æqualitate seruanda ciuium inter se, ac Reipublicæ ciues, verùm etiam diuersa est hæc eadem Respublica ad ipsos ciues, qui sunt actu eius partes, atq; ad eos, qui non actu, sed potenti... sunt, vt asciscantur in partes; vel ad eos, qui nō modò sunt actu partes, verùm vel benè gestis optimè meruerunt de Republica, vel proprijs qualitatibus, & conditionibus ex voluntate alterius ad aliquod munus ius habent, vel dignitatem, ac sic de singulis alijs obiectis huius iustitiæ, partim distributiuæ, partim commutatiuæ; ergò certa virtus ad hanc difficultatem superandam assignanda est, siuè ad totales reuocetur, siuè non; à quibus semper erit distincta.

11. Ex his satis cognitis conficitur primò, quod etsi iustitia purè distributiua, & purè commutatiua distinguantur inter se: primò, quod hæc præstatum hominem ad alterum priuatum ordi-

net:

Digitized by Google

net illa communitatem, vel eum, qui communitatē repreſentat ad priuatū: Secundò quod hæc cōmutationes reſpiciat, illa diſtributiones; Tertiò quod hæc quantitatē rei, illa conditionem, merita, dignitatemq. perſonarum: Hæc quantitatem inter datum, & acceptum, illa æqualitatem in proportione fundatam, Auctore *Ariſtotele cit. cap.* 2. *&* 3. *&* *D. Thoma* 2.2. *q.* 61. *art.* 1. quos reliqui ſequuntur Auctores, nihilò tamen minus vnam, eamdemq. virtutem iuſtitiæ diſtributiuæ, commutatiuæq; rationes participātem, hæc eadem munia inadæquatè ſibi vendicare nonnunquam poſſe confirmo.

12 Conficitur ſecundò, iuſtitiam hāc inadæquatè diſtributiuam poſſe primariò non ſolum in Reipublicæ Rectoribus eſſe, vel alijs aliquo pacto cum hiſce ſimilitudinem habentibus, verum etiam, vt probè *S. Thomas* 2.2. *q.* 61. *art.* 3. *ad tertium* in ſubditis approbantibus rectam diſtributionem. Vtrum autem in Deo ſit, neque breui expediri poſſet quæſtio, neque prò dignitate tractata, ad noſtrum faceret inſtitutum, de qua poſt Antiquos erudite *Vaſqu. tùm* 1. *part. diſput.* 86. *tùm* 1.2. *diſput.* 213. 214. *&* 223. *Soar.* 1. *tom. in* 3. *par. diſp.* 4. *& in opuſc. diſp. de iuſt. Dei ſect.* 3. *à num.* 22. *ac* 3. *tomo de gratia lib.* 12. *c.* 30. *Lorca diſp.* 44. *de gratia*, apud quos alij.

13 Conficitur, tertiò, proprium non eſſe obiectū huius virtutis commutatiuæ, ac diſtributiuæ iuſtitiæ rationes has, quando merè per accidens; & ſecundariò coniungerentur in vno actu, vel vna ſolutione; nimirum, quando eodem pacto ſe haberet altera ſine altera, neq. neceſſariò vna ſibi alteram aſciſceret; ſic ſe haberet ſolutio debitoris, qui multis creditoribus ſigillatim, atq. integrè ſoluit, aliquali ſeruata debiti proportione; quæ tamen ſolutio ad meram ſpectaret commutatiuam iuſtitiam, eſtò per accidens, aliquā reſultaret proportio, quæ videretur geometrica, vt probè notauit *Vaſq.* 1. *part. diſput.* 86. *cap.* 3. *num.* 14. *&* 20. Hoc tamen non adeò certum eſt de Patrefamilias præmium dante operarijs *Matth.* 20. *de quo ibidem Vaſq.*

14 Duo autem ad calcem huius cap. adſcribere libet. Primùm ad geometricam æqualitatem, quam diſtributiua reſpicit iuſtitia, ſiue pura, ſiue non pura, illam certè reuocari, qua vna res indiuiſa digniori, vel digno conferenda eſt; hoc enim quia diuidi minimè poteſt, digniori danda eſt iuxtà ius, quod ille habet à nobis declaratū *diſput.* 1 *cap. vlt. nu.* 17. Secundò, quod vnaquęq. iuſtitia aliquale ius æquum, debitumq. reſpicere neceſſariò debet, quodque ſuo modo pura, diſtributiua iuſtitia ſibi etiam vendicat contra quam per iniuſtitiam iri non poteſt, niſi ius intercedat, quod ſit eis, quibus res danda eſt. Quamobrem probè *Gabriel. in* 4. *diſtinct.* 15. *q.* 7. *art.* 1. *Caietanus* 2.2. *q.* 63. *art.* 3. *Vaſquez* 1. *part. diſp.* 86. *cap.* 4. *nu.* 24. *& in opuſc. de benefic. cap.* 2. *§.* 3. *num.* 47. acceptionem aiunt perſonarum locum non habere, quādo eius materia ex aliqua iuſtitia nulli debebatur, vt nos *diſput.* §. proſequemur. Itaque cùm bona per diſtributiuam iuſtitiam diuidenda, ex rigoroſo iure debita eſſe non poſſint, quod à pura commutatiua ſanè reſpicitur: hinc eſt, vt aliquale ius neceſſariò ſit eis, quibus ſunt danda, vel remotum, vel virtuale, vel latum, modò, quo *primo cap.* huius diſputat, num. 1. & diſput. 2. toto cap. 2. declaratum eſt.

CAPVT QVARTVM.

Soluitur cùm Princeps argumentum, ex quo tota manauit difficultas: Tùm aliæ in contrarium obiectiones.

SVMMA:

Princeps ſoluitur argumentum circa cuius cardinem tota verſatur difficultas, n. 1.

Ariſtotelis exponitur mens, n. 2.

Licet ratio formalis iuſtitiæ diſtributiuæ formaliter non ſit commutatiuæ, imò negationem eius habeat, non tamen contrarietatem in ordine ad idem quaſi ſubiectum, vel rationem materialem habitus, n. 3.

1 RElíquum eſt, vt præcipuum ſoluamus argumentum *diſput.* 1. *cap.* 1. ſub initio allatum, ex quo hæc difficultas emanauit. Diſtinguenda itaque eſt maior propoſitio, & concedenda de obiectis, ac virtutibus purè ſumptis, quarum altera ab altera adæquatè, ac totaliter differat, neganda verò de altera adæquatè, ac purè diſtributiua, vel cōmutatiua comparata cum obiecto, ac iuſtitia, quæ partim eſt diſtributiua, partim commutatiua. Minor pariter diſtinguēda, obligationemq; reſtituendi aſſerendam procedere, tùm ex iure labefactato. quod habent hi, quibus diſtribuenda ſunt bona, participante non rationem modò geometricam ad diſtributiuam ſpectantem iuſtitiam, ſed etiam arithmeticam attinentem ad commutatiuam: tùm ex læſione iuſtitiæ, vtramq. rationem ſibi vendicantis, & diſtributiuę, & cōmutatiuæ. Neq. hinc obiectorum ſequi confuſionem, ac ſpecierum iuſtitiæ indiſtinctionem, vt ex *ſuper. cap.* liquidò conſtat.

2 Obijcies primò, *Ariſtoteles* 5. *eth. cap.* 2. non modo vnam ſpecie iuſtitiam diſtributiuam aſſerit, verum etiam in diſtributionibus pecuniarū, cæterarumq. rerum conſiſtere docet, qua diuidi in eos poſſunt, qui eiuſdem participes ſunt Ciuitatis: atqui nos huic iuſtitiæ duplicem aſſignamus ſpeciem, bonorumq. Reipublicæ diuiſionem ad commutatiuam potiùs iuſtitiam reuocamus; ergò contra Philoſophum ſentimus. Reſpondeo loco citato *cap.* 2. *&* 3. totum eſſe Ariſtotelem in aſſignando diſcrimine inter iuſtitiam, vel ſumptam pro complexione omnium virtutum, ſiue legalem, vt alij nuncupant, atque inter iuſtitiam particularem; peculiarem conſtituentem virtutem, quam vt *ſuper. cap. num.* §. dice-

Digitized by Google

dicebamus in totales diuisit species distributiuam, commutatiuæq. iustitiæ per ordinem certè ad totalia, & adæquata obiecta sita in iure, atque æqualitate, vel geometrica, vel arithmetica, quòd ipsomet Auctore, diuisio, vt probè fiat, in paucissima membra facienda est, eaq; inter se opposita. Verùm ab ipso Philosopho nos minimè discedimus, hoc idem prorsus admittentes. Neq; à distributiua iustitia Reip. bona diuidi negamus, cæterum tùm alia, quæ ad huius distributionem reuocari possunt propria huius esse virtutis arbitramur, tùm etiam ad hanc eamdē virtutem referri dicimus, quamdam speciem, nō quidem totaliter talem, neq; adæquatè, ac totaliter commutatiuam, sed inadæquatè participem vtriusq. rationis, quatum altera in se, tametsi formaliter negationem habeat alteriust non secus, ac practica ratio negationem habet in se formaliter speculatiuæ, verum non in ordine ad idem subiectum, ideſt in ordine ad eumdem actum, atque habitum voluntatis; neq; in ordine ad eamdem æqualitatem sub distincta formalitate consideratam, vel ad idem ius. Neque se habent per modum contradictoriarum, hæ rationes, vt rationale, & irrationale, sed potiùs instar contrariarum, quæ tametsi acceptæ adæquatè simul eidem conuenire non possint subiecto, munusq; contrariarum exercent; secus tamen inadæquatè sumptæ, quando instar contrariarum physicarum qualitatum refractæ in gradibus remissis simul idem possunt informare subiectum. Quid est igitur, cur dubitandum sit, quin sint ea, quæ disputaui veriſſima, si ratio mecum facit, si DD. auctoritas, si expositæ demum ratione cuncta probè coherent? ad quæ plura subijcerem, ni alterius potiùs essent instituti, atq; in locis Logicæ, Phisicæ, ac Meta physicæ diserte à me tradita.

DISPVTATIO QVARTA.

De beneficiorum Ecclesiasticorum institutione.

QVi perpenderit, neque constare posse obligationē iustitiæ ad quas disputamus, ecclesiasticas res contractam, neq; rationem electionis in Episcopum, neque ab Episcopo ad varia beneficia faciendæ, quam aptè huic inserta sit loco hæc disputatio compertum absque dubio habebit. In ea igitur primum ecclesiasticorum bonorum diuisionem: deinde institutionem beneficiorum ex illa aliquo pacto pendentem expendemus.

CAPVT PRIMVM.

Bonorum Ecclesiasticorum affertur diuisio.

SVMMA.

Ratio, cur hæc disputanda sit quæstio, n. 1.
Primum bonorum Ecclesiasticorum genus, n. 2.
Redarguuntur hæreses dicentium Apostolos, neq. recepisse, neq. in crastinum seruasse pecuniam, num. 3.
Agrorum alienatio, quo fine habebatur olim in Ecclesia, n. 4.
Reijciuntur hæreses asserentium non esse licitam Ecclesiæ bonorum possessionem. ibid.
Cap. futuram Ecclesiam 12. quæst. 1. *non est Melchiadis Papæ, vt male* Sotus, *& cuius sit, num. 5.*
Affertur alia ratio, cur agrorum alienatio in Ecclesiæ fiebat infantia, n. 6.
Cur tandem non alienata sint huiusmodi bona ab Ecclesia, n. 7.
Secundum Ecclesiasticorum bonorum genus, ad erigenda aliquā munera, vt Cappellaniarum, & similium instituta, n. 8.
Tertium genus bonorū sedibus Episcopalibus additum, etiam ad splendorem n. 9.
Quartum bonorum genus, quotidianæ portionis, atq. oblationis, n. 10.
Quintum decimarum, n. 11.
Maiorum mos, atq. institutum vitæ communis ad Clericos postmodum tantum deinceps spectans, num. 12.
Institutum vitæ communis, cur deniq. à Clericis etiam demissum, n. 13.
Quo anno diuisio bonorum facta fuerit, in quo etiā errauit Sotus, *n. 14. & 15.*
Quando SS. Hieronymus, & Augustinus floruere, num. 15.

1 ET Canonibus expressam; & à nonnullis suo loco laudādis Auctoribus esse declaratam Ecclesiasticorum bonorū diuisionē, non ignoro, verū tùm quia quædam clariorem videntur dilucidationē postulare, tùm quia cum ex his institutio pendeat beneficiorum, lacuna quidē esset libri, atq. operosum ſcam aliundè huc reuocare, amico non consuletem Lectori, si ea quæ in primis necessaria sunt ad præsentē disputationis solutionem, præ oculis hic minimè subijcerem. Ad quā adnoto quinque bonorum Ecclesiasticorum esse genera.

2 Primùm communium initio namque nascentis Ecclesiæ *Auctore Luca in Actibus Apostolorum*

Digitized by Google

lorum 4. Omnia bona Christianis erant communia ; *Neque egens quis inter illos erat, quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ dabant & ponebant ante pedes Apostolorum. Dividebatur autem singulis, prout cuiq; opus erat.* Qui quidem cœlestis mos in omnem latè patuit Ecclesiam.

3 Ex hoc autem redarguitur etiam hæresis exorta tempore *Bonifacij VIII.* Auctores agnoscens *Geraldum Sagarellum de Parma, & Dulcinum Nouarensem*, temerè asserentes, Apostolos nec recepisse, neq; in crastinum seruasse pecuniam; in quos probè *Castro lib. 2. de hæresib. ver. Apostoli hæresi 2. & vos lib. 1. disp. 2. c. 6. egimus.*

4 Neque quam diximus agrorum, domorumque alienatio eo fiebat consilio, quasi verò non liceret Ecclesijs, earumque Pastoribus huius generis bona possidere, quæ fuit hæresis *Auctore Augustino lib. de hæresibus cap. 50) Vadianorum, siue Antrhopomorfitarum*, quibus proximi accesserunt *Vualdenses, seu pauperes de Lugduno* asserentes, Sacerdotes pauperes esse debere, sola contenti eleemosyna, & subscripsit Ecclesiasticorum omnium insensissimus hostis *Marsilius Paduanus sub Ioanne Papa XXII.* à quo damnatus fuit, vti habet *Castro lib. 6. aduersus hæreses verb. Ecclesiæ hæresi 4.* Dederunt etiam manum huic hæresi *Wicleph*, & omnium postremus, & teterrimus *Lutherus*, contra quos tùm *Bellarminus lib. 1. de Clericis cap. 26. tùm citatus Castro*. Alia igitur de causa Ecclesia in Iudæa possidens bona stabilia vendidit; tùm quia præ manibus, opus tunc erat ad substentationem pauperum Christianorum pecunia: tùm

5 *ex cap. futuram Ecclesiam 12. quæst. 1.* cuius Auctor non fuit Melchiades, vt Collectores nonnulli voluerunt, ex quibus malè *Sotus de iust. & iure lib. 10. quæst. 4. art. 3. paulo post principium*, quod confitare non posset, vt aduertit *Auctor Glossæ*, quia fit in hoc cap. mentio Nicena Synodi habitæ (vt ex eadem Synodo constat) quando Melchiades obierat. Addo in hoc capite mentionem fieri de conuersione Constantini, eiusque munificentia erga Ecclesiam tempore Syluestri, qui Melchiadi suffectus est. Itaq. hoc caput integrum descriptum est (vt neq. hoc præterearn) ex quodam Codice scripto de primitiua Ecclesia, & munificentia Constantini, post acta Melchiadis, quemadmodum notatum legimus ad finem huius textus, & *cap. decreuit dist. 88.*

6 Sed hoc minus ad rem, nunc ad institutum redeo, aliam afferens huius alienationis rationem suppeditatam à *capit. futuram Ecclesiam 12. quæst. 1. supra laudato*. Quia videlicet *futuræ Ecclesiam in gentibus Apostoli præuidebant, idcirco prædia in Iudea minimè sunt adepti.*

7 Postmodum autem, vt testatur *Vrbanus cap. videntes 12. q. 1. Videntes Summi Sacerdotes, & alij atque Leuitæ, & reliqui fideles plus vtilitatis posse conferre, si hereditates, & agros, quos vendebant Ecclesijs, quibus præsidebant Episcopi, traderent: eò quod ex sumptibus eorum tam præsentibus, quàm futuris temporibus plura, & elegantiora ministrare possent fidelibus, cotamuncum vitam ducentibus, quem ex pretio ipsorum, cœperunt prædia, & agros, quos vendere solebant, & matricibus Ecclesijs tradere, & ex sumptibus eorum viuere.*

8 Secundum bonorum genus erat ad perpetuum aliquod statuòdum munus, functionemq. ecclesiasticam, nulla mētione facta pauperū, vel fabricæ, huiusmodi sunt, quibus postmodū erectæ sunt Cappellaniæ perpetuæ, atq. anniuersaria, quæ in Collegiatis celebrantur Ecclesijs.

9 Tertium genus bonorum, sedibus addictum est Episcopalibus; tùm ad necessitatem arcendam, tùm ad maiestatem, splendoremque conferendum, quæ quidem bona, & Castra, & Vrbes, subditosque etiam seculares comprehendebant, & comprehendunt, vt indicatur *capit. nulli 12. quæst. 2. & cap. nulli ead. quæst. 5.* Instar Leuitarum, quibus olim Deus non solum constituit solutione decimarum, sed 48. ciuitatibus cum suis suburbanis, vt eruditè prosequitur *Bellarmin. lib. 1. de Clericis, cap. 26.*

10 Quartum bonorū genus est quotidianæ portionis, atq; oblationis, vel pro sacris faciendis, vel quæ ad pedem sunt altaris.

11 Quintum demùm decimarùm, vt habetur *tit. de decimis, & cap. decimas 16. q. 1. ac deinceps.*

12 Secundum, quod adnotare habeo est optimū maiorum nostrorum institutum, quo Apostolicè instructi, caritatisq; vinculo in vnum cōiuncti proprijs abdicatis bonis, communem degebant vitam ex *Act. 4.* quam temporis decursu Clerici tantum amplexi sunt, vt habetur *cap. dilectissimis, cap. videntes, cap. scimus 12. quæst. 1. aliisque textibus, atque ex Anselmo lib. 7. cap. 4. Ivon par. 5. cap. 139.* Quando Præsulibus ecclesiastica Respublica, ità commissa erat, vt bona communia prò Clericorum, Fabricæ, Pauperū, ac propria necessitate, atq; lidita commoditate, vt fideles dispensatores singulis diuiderent: sicuti videre est in *cap. ex his sup. Episcopus, cap. Præcipimus 12. q. 1. supra citata.*

13 Cæterum, vel maiori crescente Clericorum numero, atq; experientia magistra, decrescente virtute, quam homunciones, quibus frater multitudo, maximè fugiunt, vel alijs vrgentioribus causis, communis vitæ soluere institutum decreuerunt Maiores nostri, ita vt *Augustin. cap. cerne ergò 12. q. 1.* non sine animi mœrore, dicat. *Certè ego sum, qui fatueram, sicut nostis nullum ordinare Clericum, nisi qui mecum vellet manere, aut si vellet recedere à proposito, rectè illi tollerū Clericatum, quia desereret sanctæ societatis promissum, cœptumq; consortium. Ecce in conspectu Dei, & vestro, muto consilium, qui volunt habere aliquid proprium, quibus non sufficit Deus, & Ecclesia sua manenti, vbi volunt, & vbi possunt: noli eis aufere Clericatū: noli habere hypocritas, &c.* Hinc Clericis communem vitam non sectantibus consulendum erat, cùmq. bona ecclesiastica, qua decebat fidelitate, inter eos ab Episcopis iam non dividerentur, necesse fuit, vt ab Ecclesia, Concilijs, Summisq. Pontificibus ea distribuendi ratio, aliis indicata præscriberetur faciendā, quatuor nimirū in partes, quarum vna Præsuli tribueretur, Clero alia; tertia fabricæ, ac suppellectili Ecclesiæ, quarta demū pauperibus.

14 Hanc

Digitized by Google

14 Hanc autem diuiſionem, primò factam fuiſſe minimè reor anno circiter Domini 477. vti ſcribit *Sotus de iuſt. lib. 10. q. 4. art. 3.* tempore Auguſtini, & Hieronymi, in qua annorum computatione errauit abſque dubio *Sotus* tùm ob ea, quæ ſubijciam de tempeſtate præſcriptæ diuiſionis, tùm quia *S. Auguſtinus* floruit non anno
15 circiter 477. ſed 420. cuius anni ipſemet meminit *in epiſtola ad Iſichium, quæ eſt* 80. tùm quia ex hac ad æternã, beatamq. vitã euolauit anno 433. vt *S. Proſper teſtatur in Cronico. Hieronym.* autem, & floruit circa annum 14. Theodoſij, vt *ipſe ſcribit in lib. de ſcriptoribus eccleſiaſticis extremo*; & obijt Honorio Imperante anno Domini 422. ætatis ſuæ 91. *ex Cronico eiuſdem S. Proſperi*, vel anno Domini 420. ætatis ſuæ anno 78. *Auctore Cardinale Baronio*. Quæ cum ità ſint, meridiana fit luce clarius, falsò aſſeri dictã diuiſionem anno circiter 477. habitam fuiſſe tempore. Hieronymi, & Auguſtini. Præterea compertum habeo hanc bonorum Eccleſiaſticorum diuiſionem, neque anno 477. à *Soto* indicato, neq. à Simplicio Papa primum fuiſſe factam, in quo etiam errauiſſe videntur alij Recentiores, qui quidem Simplicius in Summum Pontificem electus eſt anno 467. vel ſecundum alios 468. Cùm hæc diuiſio præſcripta reperiatur à *Concilio Romano cap. 4. Commoneo autem vobis omnibus mihi conſortibus monumentum hoc, vt de redditibus Eccleſiæ quatuor partes fiãt, quarum vna cedat Pontifici ad ſui ſubſtentationẽ, altera Præsbyteris, & Diaconis, & omni Clero, tertia templorum, & Eccleſiarum reparationi, quarta pauperibus, & infirmis, & Peregrinis.* Hoc autem Concilium tempore coactum fuit Syluestri ſub Conſtantino Imperatore anno circiter 324. in quo ad notatam eamdem à *Baronio* habemus partitionem *nu. 28.* atq. in *cap. Sancimus 12. q. 2.* quod non à *Toletano Concilio* deſumptum eſt, ſed vt notatur *in decreti Additionibus ex collatione Canonum incerti Auctoris aſſeruata in Vaticana bibliotheca, & tribuitur Syluestro, vel vt ibidem adnotatur, Concilio Romano laudato.* Syluester verò cùm creatus fuerit anno Domini 315. anteceſſit Simplicium Papã Eccleſiam regentem anno 467. vel 468. (vt paulò ante orſus eram dicere) per annos 152. Quãobrem mea quidem ſententia dictam diuiſionem à *Syluestro*, vt habetur *cap. 4. ſuorum decretorum*, & probè notatur à *Cardinali Toleto ſumma lib. 5. cap. 76. num. 2.* atque à *Concilio* Romæ primum indicatam fuiſſe opinor, vt nimirum per illam Epiſcopis certa præſcriberetur ratio ea expẽdendi bona, quibus quatuor illis neceſſitatibus conſuleretur, quin adhuc realiter ſingulis ſua portio abſolutè tribueretur, in eorumque cederet dominium. Deinceps verò ſoluta vti dictum eſt Eccleſiaſticorum vita communi, bona, ex quibus, communia cùm eſſent ſingulis indicatis neceſſitatibus fiebat ſatis, realiter diuiſa ſunt quatuor in partes, & ſingulis ſingulæ omninò tributæ, vt patet ex *cap. de redditibus 12. q. 2. cap. Vobis, cap. Cognouimus, & alijs eadẽ ex Simplicio, Gelaſio, & Gregorio Pontificibus.*

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1895

CAPVT SECVNDVM.

Principes adducuntur ſententiæ de ratione inſtituendi Eccleſiaſtica beneficia.

SVMMA.

Auctores obligantes electores prætermittentes digniorem ad reſtitutionem inſtituta dicunt eccleſiaſtica beneficia, vt præmia meritorum, num. 1.

In ſententia D. Thomæ *in collatione beneficiorum committi poteſt acceptio perſonarum, num. 2.*

Ex communi ſententia DD. & PP. etiam non ſpectato humano præcepto, tenentur electores digniorem eligere, n. 3.

Auctores non obligantes ad reſtitutionem eligentes dignos, omiſſis dignioribus, beneficia inſtituta docent, vti mercedem laborum, n. 4.

Penès hos Auctores Beneficiarij, veluti Operarij conducuntur, quibus nullum eſt ius, n. 5.

1 QVotquot Auctores ad reſtitutionem obligant Electores, qui prætermiſſo digniori, minus dignum, idoneum tamen eligunt, ſentiunt beneficia Eccleſiaſtica inſtituta eſſe, ac de facto dari, vt præmia meritorum, veluti communia quædam Eccleſiæ bona, in ſingulos prò varijs ipſorum meritis, vitæ probitate, ac doctrina, diuidenda; hi ſunt, *Caietanus 2. 2. q. 62. art. 2. ad quartum in ſumma, verbo acceptio perſonarum, & in tentaculo 12. q. 4. Paludanus in 4. diſtinct. 15. q. 2. art. 2. concluſ. 4. Gabriel. ibid. q. 7. dub. 1. concl. 2. S. Antoninus 3. par. tit. 1. cap. 21. Syluester reſtitutio 3. q. 12. Vaſq. opuſc. de beneficijs capit. 2. §. 3. dub. 17. Salon 2. 2. q. 63. art. 4. controu. 3. poſt concl. 3. verſ. hanc partem*, apud quos alij: Et præter tationes, quibus probant teneri eligentes nõ digniorem ad reſtitutionem, quas infrà expendemus, fetè omnes videntur potius ſupponere, quàm probare inſtitutionem hanc beneficiorum in præmium habitam eſſe meritorum, & non tantùm in ſtipendium, & mercedem. His accedit *Petrus Nauarra lib. 2. de reſtit. cap. 2. propoſit. 2. num. 133.* qui hęc bona, vt præmia vult deſtinata meritorum, veluti proprium obiectum diſtributiuæ iuſtitiæ.

2 *Vaſquez verò modo citatus, §. 3. dub. 1. num. 53. & 56.* probat primò. In ſententia S. Thomæ, reliquorumq. Auctorum in conferendis beneficijs acceptio committitur perſonarum; atqui hæc eſſe minimè poteſt, vbi non eſt obligatio, debitumq. iuſtitiæ diſtributiuæ, cui perſonarum opponitur acceptio: igitur iſta beneficia, licet principaliter inſtituta ſint, & contineant ſtipendia pro miniſtris altaris, ſunt tamen etiam inſtituta tanquam præmia eorum, qui in Eccleſia proficiunt.

Digitized by Google

ciunt. Secundo. Ex communi SS. PP. ac DD. sen-
3 tentia, quam declarabimus, tenetur Elector dignio-
rem ad beneficia eligere, omni secluso præ-
cepto humano, tantumq. spectata beneficiorũ
institutione; sed ni essent instituta, etiam velu-
ti præmia, & communia bona, non obligarentur
Electores digniorem eligere per iustitiam
distributiuam; vti dictum est, ergo, &c. Confir-
matur, quòd ratio cur teneatur meliorem eli-
gere Elector, est, aut quia beneficia ex institu-
tione sua, vt præmia, & bona communia, desti-
nata sunt? aut quia in illa hoc præceptum est à
superiore? si hoc secundum bifariam sanè factũ
esse potest, vel quia id præscriptum fuit, tùm in
gratiam Ecclesiæ, tùm in gratiam eligendorum,
& hoc pacto beneficia ecclesiastica etiam erũt
instar bonorum communium ex iustitia tribuẽ-
da melioribus, cùm enim non in gratiam solius
Ecclesiæ, verum eligendorum etiam lex præci-
piat, meliori conferendum esse beneficium, ei
dandum erit ex iustitia distributiua; & ni fiat,
acceptione peccabitur personarum. Si verò lex
iubeat in gratiam solius Ecclesiæ beneficia me-
lioribus esse conferenda, vt meliùs illa regatur,
tùnc meliori non erit ex iustitia debitum, neq;
eum omittens acceptione peccabit personarũ,
& contra iustitiam; cum meliori nullum erit ius
ad huiusmodi beneficium. Peccabit igitur con-
tra fidelitatem, & obedientiam, quam debet
Oeconomus suo Domino. Sed non solum ità
peccare iniquum distributorem ex cõmuni con-
stat sententia, verùm etiam per acceptionem
personarum, & contra iustitiam distributiuam;
ergò siuè ex beneficiorum institutione, siuè ex
Mandato, & lege, beneficia, & stipendiorum
rationem habent; & præmiorum.

4 Secunda DD. series est eorum, qui docent
eligentem dignum, omisso digniore, non teneri
ad restitutionem digniori, etiam si dicat tesha-
liter peccare, vt infrà videbimus; atq; hi, vt mer-
cedem laborum dari, atq; instituta esse benefi-
cia sentiunt: sic *Adrianus in 4. de restit. ea q. cuius initium, quia iam determinatum est concluſ. 1. Sotus lib. 4. de iust. quæst. 6. art. 3. ad 6. concluſ.* atque *in solut. ad tertium, licet lib. 3. art. 2. q. 6. concluſ. 9. in 2. ratione* contrarium indicauerit, bona nimi-
rum Ecclesiæ, vt præmia meritorum dari *Na-
uarr. in manuali cap. 17. nu. 72. Maior in 4. dist. 24. quæst. 7. ad finem, Couarr. in reg. peccatum par. 2. §. 7. num. 6.* quorum opinioni tanquam probabi-
liori subscribit *Azor par. 2. institut. moral. lib. 6. cap. 15. q. 12. & Alij.*

5 Probatur primò beneficiarij in Ecclesijs cõ-
stituuntur, tanquam Operarij ad laborandum
conducti; ergò beneficia, vt merces eis dantur.
Secundo à posteriori in conferendis beneficijs,
qui dignum, & idoneum eligit, neq. Ecclesiæ
nocet; cui consulit dans idoneum ministrum,
neq. digniori, cui ante electionem nullum ius
erat, sicut neque operarijs digioribus, vt ab
OEconomo potiùs, quàm digni conducerentur.

CAPVT TERTIVM.

Prolusio veræ sententiæ.

SVMMA.

Clerici vndè dicti sunt, n. 1.
Clerici Deo deuoti curam procurandæ religionis, rerumq. sacrarum suscepere, ob quam substentatione prouidendi sunt, non secus, ac Reges, Iudices, publiciq; Ministri, ibid.
Quid nomine beneficij significetur, n. 2.
Ex titulis, tanquam ex ratione formali, vel finali diuisio beneficiorum desumenda est, n. 3.
Diuiditur beneficium in simplex, & compositum, seù duplex, n. 4.
Quodnam sit simplex beneficium, n. 5.
Quid sit compositum, seù duplex beneficium, nu. 6.
Quodnam sit officium Sacristæ, Thesaurarij, vel Custodis, n. 7.
Quid sit Paræsia, seù Parochia, n. 8.
*Præsidentia habẽs Clericos, & Parochos, est Ple-
bania, n. 9.*
*Si tantum Clericos habeat, est dignitas, vt Præpo-
situra, Diaconatus, Archidiaconatus, Abbatia secularis, n. 10.*
*Episcopatus quid sit quatenus beneficium? Digni-
tas est cum iurisdictione in foro interno, atque externo ad Clericos Parochos, populumq. late patens, cui administrat Sacramentum Ordinis, & Confirmationis, n. 11.*
Quid sit beneficium Cardinalatus, n. 12.
Quid sit beneficium Papatus, n. 13.
*Aliud beneficij genus præeminentiam in Ecclesia habens absq. iurisdictione, quod reuocari solet ad compositum, seù duplex, sic se habet Primi-
ceriatus, Præcentoria, & similia, n. 14.*
Omnia ad duo reuocari possunt genera, erga Deum, atque erga proximum, munera beneficiorum, num. 15.

1 AD veritatem eruendam illud adnota-
re habeo primùm, Clericos, vt no-
men præfefert, vel quia de sorte sũt
Domini, vel quia ipse Dominus sors
& pars Clericorum est, vt scribit *D. Hieronymus in epist. ad Nepotianum*, Diuino cultui addictos
esse, ac deuotos, Religionisq. procurandæ, nec
non rerum sacrarum, Deo ipso iubente, prouì-
dentiam, ac sollicitudinem suscepisse: qui quidẽ
cùm indigeant substentatione, atque vt à curis
humanis vacui se possint; pẽnitùs Diuinis addi-
cere functionibus, iure naturali diuino subsẽ-
tari debent. Quod eisdem ferè probatur ratio-
num momentis, quibus tributa Regibus, militi-
bus stipendia, ac publicis Ministris, Iudicibusq;
salaria deberi, demonstratur, idq; tùm iure na-
turali, tùm Diuino, vt probè è sacris literis, Cõ-
cilijs, ac PP. ostendit *Cardinalis Bellarminus de Clericis lib. 1. cap. 25.* ac sequitur ex diuisione
bonorum Ecclesiasticorum *cap. 1.* allata, saltem
à posteriori.

2 Se-

Digitized by Google

2 Secundo notandum, licet beneficij nomine primeuam penès ethimologiam, ac significationem, donum, vel aliud quidpiam in alterius cõmodum ex beneuolentia, collatum, vel factum significetur, & vt omittã, quod minus ad Theologicam disputationem facit, quam tradit definitionem *Seneca de beneficijs lib. 1. cap. 6. beneuola actio tribuens gaudium, capiensq; tribuendo in id, quod facit prona, & sponte sua parata*; iure tamen canonico aptarum est ad significandos titulos, seù ecclesiastica iura, tùm ad præstanda varia munera, tùm ad recipiendos eo titulo annuos fructus ex ecclesiasticis bonis, quod constat Auctorum consensu, & videre est apud *Rebuffum in praxi titul. quotuplex sit beneficium*, *Seluam de beneficijs in principio*, *Azorium 2. par. lib. 3. cap. 1. & 2. Soar. tom. 1. de religione lib. 4.*

3 Notandum tertiò, beneficiorum diuisionem non ex oblationibus, decimis, vel alijs ecclesiasticis bonis 1. *cap.* expensis desumendam esse, ex quibus tanquam ex materia deducta sunt, quæ quidem differentia videtur accessoria, & accidentalis; neq; ex qualitate, quantitate, vel modo reddituum, sed ex titulis, ob quos ecclesiastici conferuntur redditus. Rationem subijciunt Auctores; quia cùm beneficium, omnium consensu definiatur *ius percipiẽdi fructus ex bonis ecclesiasticis ob aliquod speciale officium*, vt deducitur ex *cap. relatum de præbend.*, *cap. ambitiosè de rescriptis in 6. adiuncta Glossa*, *Hostiensi*, *Innocentio ibi*, *Ioanne de Selua q. 1. Syluestro ver. beneficium initio*, *Toleto lib. 5. summæ cap. 26. Azorio lib. 3. cap. 1. q. 2. Lessio cap. 34. dub. 1 Soar. tom. 1. de Religione lib. 4. de simonia cap. 24. num.* & alijs, ratio formalis, & specificans, ob quam hoc ius alicui competat officium est; nam vt probè *D. Thomas 1. 2. q. 118. art. 6.* finis, qui admodum se habet obiecti respectu voluntatis, vt formalis ratio se habet respectu externi actus, cæteris verò merè materialiter secundariò, ac per accidens ad naturam facientibus beneficij.

4 Notandum quartò, omisso regulari beneficio, de quo nobis præcipua quæstio non est, & poterit iudicium ferri instar secularis, cuius naturam, vtpotè ad nostrum institutum maximè conducentem expendimus. Huic inquam beneficio seculari, quodcumq. illud sit, aliquid semper est officium annexum: Etenim, vt modò dicebã, hæc est ratio, & causa formalis specificis moralia respectu iuris exigentis, & constitutiua ipsius beneficij.

5 Quod probè diuiditur in simplex, & compositum, seù duplex. Simplex est præstimonium, Altare, Cappellania, Canonicatus, quod simplex nuncupatur, quia nullo alio adiuncto, vel solus habet preces Deo persoluendas, vel sacrũ præter eas faciendum.

6 Compositum, aut duplex dicitur, quod præter expositum diuinarum precum officium, seù onus aliquod adiunctum habet, cum quo, vel vnum cõponit, ideoq; dicitur compositum, vel duplex, quia specialem aliquam sibi vendicat

7 qualitatem, Et quidem si hæc administratio fuerit ecclesiasticarum rerum, absq; iurisdictione, officium erit Sacristæ, Thesauratij, vel Custodis. Si autem fuerit Sacramentorum cum iurisdictione in foro conscientiæ dicitur Paræsia,

9 siuè Parochia. Deindè si fuerit Præsidentia Clericos habens, & Parochos est Plebanatus. Si so-

10 los Clericos, est dignitas, vt Præpositura, Decanatus, Archidiaconatus, Abbatia sæcularis. Nam dignitas est præeminentia cum iurisdictione in foro externo, vt probè *Panormitanus in cap. de multa, de præbendis.*

11 Quod si præterea populum etiam habeat subiectum, cui ministranda sint Sacramenta Confirmationis, atq; Ordinis erit Episcoparus, Archiepiscoparus, Patriarchatus; *cap. 2. Cleros dist. 21. & cap. felicis de pœnis in 6.* Est enim hoc pacto dignitas cum iurisdictione in Clericos, Parochos, populumq. cui Sacramentum Ordinis,

12 & Confirmationis administrat. Iterum si fuerit dignitas cum iure Romanum eligendi Pontificem, eumq. iuuandi in cura Ecclesiæ vniuersalis est Cardinalatus ex restibus citatis. Demùm

13 si præterea sit vniuersalis Ecclesiæ cura, & Præsulatus; & est eiusdem Episcopatus, Christi Vicariatus, Maximusq. Pontificatus, cui nomen beneficij aliquo pacto tribuitur *cap. 1. de maledictis*.

14 Notandum quintò, præter explicata beneficia aliud esse genus, quod tametsi ad duplex ab Auctoribus reuocetur, nihilò tamen secius, cum peculiarem sibi asciscat qualitatem ad veritatẽ, quam indagamus, summoperè facientem, nos doctrinæ gratia in noua constituimus serie, estq; cùm habeat præeminentiam in Ecclesia sine iurisdictione, honorificumq; locum in choro, in processionibus suffragijsq; dandis: dicitur que Personatus: sic se habet Primiceriatus ex *cap. 1. de officio primicer.* Præcentoria, quæ olim erat in viis *cap. 1. de consuetudine lib. 6.* Succentoratus, siuè Vicecantoratus, & magisterium scholæ.

15 Ex his autem illud tanquam exploratum habetur, duo veluti esse genera officiorum præcipuorum, ad quæ beneficia referuntur; primùm in ordine ad cultum diuinum, vt adhorariæ preces, Sacrificia, cæteraq; huiusmodi. Secundũ in ordine ad proximos, vt ad Sacramentorum administrationem, prædicationem, cæteraque Beneficiati munia, animarum aliquo pacto curam habentis.

CAPVT QVARTVM.

Vera sentẽtia de beneficiorum restitutione.

SVMMA.

Quodcumq. beneficium ex sua institutione inadæquatè se habet ad substentationem ecclesiasticorum. n. 1.

Beneficiarij dicti sunt, quasi stipendiarij n. 2.

Beneficiarij quoad partem propriæ substentationis

Digitized by Google

tionis beneficioris sunt Domini, num. 3.
Ideo sunt beneficiarij partis ad substentationem assignatæ Domini, quia datur hæc, vt merces, ibidem.
Ratio cur beneficiatus fructus non faciat suos, ni recitauerit officium, est quia sub huius onere illi dantur, n. 4.
Decimæ, ac beneficia ex decimis non dantur Clericis, quia boni, sed quia Clerici sunt, n. 5.
Nonnulla sunt beneficia, tanquam præmia instituta in Ecclesia, n. 6.
Non bene consultum esset Reipub. Christianæ, neq. Ecclesiæ, ni nonnulla beneficia in præmium destinata essent, n. 7.
Solueretur sanè Respublica non statutis contra vitia pœnis, & ad virtutes præmijs, n. 8.
Quid præmium, vt præmium, & meritum, vt meritum importet, n. 9.
Pro meritis etiam futuris dantur nonnumquam beneficia, n. 10.
Non repugnat causæ meritoriæ esse post præmium, nu. 11.
Pueris beneficia ecclesiastica, neq; ob spem, quæ corrumpitur diuitijs, conferantur, n. 12.
Multis dantur pinguia beneficia in præmium meritorum præteritorum, n. 13.
Beneficia instituta ad bonum animarum, atq. Ecclesiasticum Christianorum regimen primariò in bonum Ecclesiarum, secundariò in bonum eligendorum instituta sunt, n. 14.
Ecclesiastica dignitas, atq. officium sunt onera præmijs subleuandà, n. 15.
Præbendæ Collegiorum primariò in bonum Academiarum: secundariò in præmium scholasticorum institutæ ad præstantiores instituẽdos Doctores, num. 16.
Beneficia secundariò instituta in præmium, etiam simplicia dignioribus danda, nu. 17.
Reliqua beneficia simplicia secus iustituta sat est si dignis dentur, n. 18.
Licet beneficia simplicia minoris valoris rationẽ potius habeant stipendij, & mercedis, non idcirco dantur ex iustitia commutatiua, n. 19.

1 CVicumque adhæserim relatarum opinionum, aberrare profectò viderer à veritate, quæ virtutis instar, in medio sita, ab vtroq; in ptæsentia me reuocat extremo.

Sit igitur prima assertio. Quodcumq; beneficium in sua institutione saltem se habet inadequatè ad substentationem ecclesiasticæ personæ, & vt mercedem laborum. In hanc conclusionem omnes conuenire DD. catholicos non ambigo. Dixi catholicos; nam si quid contra illam deduci posset ex hæreticorum delirijs; satis abundè reiectum est ab *Eminentissimo Cardinali Bellarmino de Clericis lib. 1. cap. 24. Et quamuis Auctores primæ sententiæ capit. 2. relatæ* velint præmiorum potiùs sortiri rationem beneficia, quàm mercedis, ac substentationis, verùm hanc etiam secundariò saltem sibi vendicare, neque negant, neque reor posse negari. Probatur primò ex etymologia Clericorum *notabili 1. super. cap.* adscripta. Deinde probatur ex quadam membri bonorum ecclesiasticorum partitione. *1. cap. adnotata*; Ex illa enim parte tributa Clericis diuino cultui, sacrisq; functionibus addictis constituta sunt beneficia, tanquam ex materia. Tertiò beneficium est ius exigẽdi fructus ex rebus Ecclesiæ ob sacrum ministerium, vt *notabili, nu. 3. super. cap.* docuimus, atqui quod debetur ius ob hoc ministerium, non quomodocumque debetur, sed instar iuris stipendij, & mercedis, ergò, &c. Assumpta propositio probatur ex sacris literis tùm *Deuter. 25. non allegabis os boni trituranti*, tùm 28. *qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt, qui altari participat*; *quibus vsus verbis Innocentius III. cap. extirpandæ de præbend.* nostram expressam habet assertionem. *Et Christus Dominus Matth. 10. Dignus est operarius mercede, et cibo suo.* quas attulit sententias *Apostolus* ad rem nostram dilucidandam, *tùm 1. ad Timotheum 5. tùm 1. ad Corinth. 9.* vbi varijs sub metaphoris eamdem confirmat doctrinam; *Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis*
2 *non manducat?* Et sanè *Nonnulli apud Azorium 2. par. lib. 3. cap. 1. q. 1.* volunt ius percipiendi fructus Ecclesiasticos, ideſt beneficium, dictum esse instar beneficij, quod olim militibus emeritis, tanquam stipendium, & merces laborum in vitæ subsidium dabatur, qui quidem beneficiarij dicebantur milites, vt constat ex *tribus constitut. C. de fundis limitrophis lib. 11.*

3 Confirmatur, quia beneficiarij, quod ad eam fructuum partem attinet, quæ congruæ necessaria est substentationi, idcirco sunt Domini, quoniam est iusta merces functionum, atq. ecclesiastici muneris, quo funguntur in Ecclesia, vt tradunt *Couarru. in cap. cum in officijs, num. 2. Nauarr. de reditib. quæst. 1. monit. 30. Sotus lib. 10. q. 4. art. 5. conclus. 6. Less. lib. 2. de iust. cap. 4. dub. 6. n. 30. aliq. Recentiores*, ergo, &c.

4 Confirmatur secundo, quia ratio, qua beneficiarius tenetur ex iustitia diuinum recitare officium, ità vt si per culpam saltem omittat, teneatur profectò restituere, est, quòd Ecclesia beneficij reditus eo quidem onere conferat, vt beneficiarius diuinum dicat officium, alias eos nõ faciat suos, vt docent *Sotus lib. 1. de iust. quæst. 5. art. 2. Nauarrus summa cap. 25. nu. 122. Azor 1. p. institut. moral. lib. 10. cap. 14. q. 1. 3. & 7. ad finem, Suarius tom. 2. de relig. cap. 18. n. 5. Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 15. n. 6.* ergò beneficium est quasi stipendium, & merces laboris, & muneris, sub cuius conditione atq. onere tributum est. Non quod pretium illud dixerim precum, vt optimè aduertit *Eminentissimus Toletus lib. 5. summæ cap. 76. num. 2.* sed in substentationem, & mercedem Ecclesiasticorum, vt nimirum liberi à curis domesticis, procurãdiq. victus ad vitam necessarij, Deo omni quidem conatu vacare possent. Hinc displicet *Vasquez de benefic. cap. 2. §. 3. dub. 1. num. 52.* asserens secundariò beneficia esse instituta, vt præmia eorum, qui in Ecclesia proficiunt, nam ex dictis patet, neq. vt sic inadæquatè hanc sortiri rationem. Quamobrem prohè *Bellarminus de Clericis lib. 1. cap. 25.* decimas, beneficiaq. ex decimis fundata ad substentationem Clericorum non dari, inquit Cle-

ricis,

Digitized by Google

cis, quia boni sunt, sed quia Clerici. Dixi inadæquatè cùm multa sint beneficia, quorum singula, ad substentationem Clericorum necessaria non sufficiunt, alia verò, quæ satis abundè substentationis rationem superant. Ex hac assertione conficitur, non modò simplicia, verùm duplicia etiam beneficia rationem imbibere sustentationis, & mercedis, consideranda præsertim, vt ad necessariam ecclesiasticorum sustentationem, quantitatem opportunam includentia. Quatenus autem hanc excedentia sequenti perpendenda sunt conclusione, idque videre clarius est in nonnullis, vt in beneficio Sacristæ, Thesaurarij, Parochi, & similibus. Et quamuis Personatus ad merum videatur honorem relatus, at ex eo etiam alimenta ad vitam necessaria destinata videntur Beneficiario, quapropter neq. dictam rationem secundariò sanè effugiet.

6 Sit secunda assertio, Nonnulla sunt beneficia ex sua institutione, vt præmia in Ecclesia Dei constituta; sic communiter censetur Cardinalatus, ac similia, de quibus sentio cum *Auctoribus primæ sententiæ cap. 2. relatæ*. Nec facilè percipio, vt possit hæc assertio negari ab Auctoribus secundæ, quibus addo *Petrum Navarrum lib. 2. de restitut. cap. 2. num. 33. nec non ipsummet Sotum lib. 3. quæst. 6. art. 3. concl. 9.* licet loco supra citato pro secunda sententia contrarium scribat. Cæterùm omissis argumentis *Vasq. cap. 20. n. 2.* exaratis, à nobis infrà de acceptione personatûs agentibus perpendendis, propriis rationũ momentis est probanda conclusio. Et quidem cùm multa sint beneficia, atque iura percipiendi fructus longè pinguiores, quam ad sustentationem etiam commodam requirantur, de illis, quæ vt sic considerata sunt iuris Canonici quæro, qua ratione instituta sint, non quidè ad sustentationem, cùm vt sic iuris naturalis diuini sint, vt probè *Azorius instit. moral. part. lib. 6. cap. 1. quæst. 1. & nos cap. 3. notabili, & n. 1.* indicauimus, & cum superflua ad sustentationem, & etiam ad mercedem tàm parui laboris, ac est recitare officium diuinũ videantur, dicenda sunt idcirco meritò instituta, tanquam præmia eorum quæ in Ecclesia proficiunt, iuxtà infrà dicenda. Secundò alia non facilè assignantur in Ecclesia Dei temporalia præmia, quam beneficia saltem pinguiora: igitur hæc in præmia instituta esse censenda sunt. Alioquin Ciuitatem hanc militantem, atq. Ecclesiasticam Rempublicam, quoad externum regimen, neq. immeritò quis diceret probè non esse fundatã, quod plusquam falsum est. Enimuerò *Auctore Iuvrate ex Plutarco apud Brus. lib. 5. cap. 8.* ea Ciuitas rectè regitur, in qua iusti præmijs alliciuntur, iniqui terrentur pœnis. His accedit *Romanus Orator lib. 5. de natur. Deor.* nec domus (ait) *nec Respublica ratione quadam, & disciplina designata videtur, si in ea nec recte facta præmia extent ulla, nec supplicia peccatis.*

8 Quamobrem rogatus Theofrastus, quidnam Rempublicam conseruaret, præmium respondisse fertur, & pœna. Et sanè ni meritorum ratio præ oculis esset dispensatoribus beneficiorum, quotquotidiè esset, qui animum vt quæque ad labores exantlandos in studijs literarum intenderet? Quò circa, vel potentioribus, vel assecłis, vel ad aulam potiùs aptioribus, quàm ad regendas Ecclesias pateret aditus, incredibili cum Reipublicæ Christianæ detrimento, quæ de re, qui dubitat, haud sanè intelligo, cur non idem, si Sol sit, an nullus sit, dubitare possit? Quid enim est hoc illo euidentius? quod etiam experientia magistra liquet, nam quando beneficia ecclesiastica melioribus conferebantur, vt *Augustini, atq. Ambrosij* tempestate, fulgebat quidem sapientissimis viris Ecclesia, quæ tempora superiori etiã seculo per *Sanctissimos Tridentini Concilij* de hac re *Canones* renouata, in dies, vbi probè illi seruantur, doctissimorum virorum eruditione summoperè illustratur, sapientissimisq; abundat Prælatis, atq. idoneis ministris. Confirmatur conclusio ex *cap. de redditibus Ecclesiæ 12. q. 2.* quæ ecclesiasticorum bonorum referens diuisionem à nobis traditam *cap. 1.* ait; *alia diuidatur Clericis prò meritis singulorum*. Itaq. portio danda Clericis, quæ nunc beneficijs continetur, non quomodolibet inter Clericos dividenda; sed prò meritis singulorum, quibus sanè præmium respondere nullus est, qui nesciat.

9 Illud autem adnotare etiam iuuabit præmiũ, vt præmium, suè respectum inuoluere rationis, vt vult *Vasq. 1. part. disp. 89. cap. 9. n. 8. propè fin.* ad meritum, siuè denominationem extrinsecam desumptam ab ipso merito, sicut è contra, & ipsum meritum, siuè respectum ad præmium dicit, vel aliquam denominationem.

10 Quùm autem dixerim nonnulla esse beneficia Ecclesiastica in præmium meritorum erecta, non modo meritorum iam partorum intelligendum id est, verùm etiam meritorum, ministeriorum præstandorum ab ijs, quibus huiusmodi beneficia tribuuntur; viris enim doctis, ac probis Parœciæ prædiuites, cæteraq. huiusmodi pinguia danda sunt beneficia, qui tametsi aliqua ratione de ecclesiastica Republica benè meriti sint, nouobitis in studijs literarum laboribus, quibus adepta sufficienti doctrina se reddidere aptos ad onera ecclesiastica subeunda: verum adhuc nihil dedere operis animarum bono huius, vel illius Parœciæ, per conciones e.g. per Sacramentorum administrationem, cæteraq; Parochi propria munera, ad quæ scientia, virtutesq. quas sibi comparauerunt, maximè conducunt, electorumque animum ad se rapiunt.

11 Neque contra rationem est præmij dari ante meritum, cùm non sit de ratione causæ meritoriæ, vt suum tempore præcedat effectum; sicut enim causa finalis, cum qua probè, quoad hoc æquiparatur meritoria, antequam re alter à parte rei physicè existat, operari potest, imò & hæc si in mente fuerit intentionaliter eius, qui daturus est præmium, vti patet in Christi Domini meritis, pro quibus SS. PP. data fuit gratia, quemadmodum communiter aiunt Theologi antiquiores apud *Suarium in 3. part. disp. 10. sect. 4. ad primum rationem contrarium Vasq. 1. part. disp. 91. num. 3. & 36.* Sic alijs talia conferuntur beneficia, quorum indoles ingenium, sagacitas, ac prudentia in rebus agendis magna Elector-

Digitized by Google

ctoribus ipsis injcjunt spem fore, vt mox optimi sint Ecclesiæ ministri, quorum opera Christiana, atq; ecclesiastica Respublica mirum in modum illustranda sit. Hinc multi volunt præmium, dici quasi prouium, & quia præponitur dandum, & quia, me quidem iudice, spe meriti præuium dari potest.

12 Verum illud maximè cauendum hic esse censeo, quod probè scripsit *Satus lib. 3. de inst. quæst. 6. art. 2. ad finem*, cauendum maximè esse, nè pueris beneficia conferantur, à quibus tùm iure canonico, tùm ferè naturali videntur excluſi, cùm dignitas nō spem adeò remotam, sed præsentaneam rem demonstret; *Atqui plurimū vsu venit* (vt cum eodem Soto loquar) *vt qui de se pueri bonam fecerunt spem, quàm si absq; diuitijs ecclesiasticis manerent, ad vberem frugem perducerent, cùm primùm ditantur superbire, ac ferocire incipiunt*, vnico verbo spem virtutis præmaturis diuitiarum præmijs turpiter deflorant.

13 E contra verò alia & merito dantur beneficia cæteris, quorum nonnulli per multos se exercuerunt annos in ministerijs Apostolicis ad bonum animarum, siuè Religiosi fuerint, siuè seculares: alij siuè in negotijs vniuersalis Ecclesiæ tractandis, magnis impensis, ac Patrimonij dispendio, laboribusq. operam nauarunt: siuè in Legationibus, Nunciaturis, cæterisq. huiusmodi functionibus, se, suaq; dicarunt, quibus pro ratione meritorum in præmiū beneficia pinguia, locupletesq; cōceduntur fructus, & Sacerdotia.

14 Sit tertia assertio. Beneficia instituta propter officium ad bonum animarum, atq. ecclesiasticum Christianorum regimen *cap. 3. num. 4.* indicatæ, primariò ad bonum Ecclesiarum muneris, seù officij ecclesiastici tanquam ad finem, secundariò ad bonum eligendorum ad illa munia, tanquam ad medium proportionatum, aeq; aptum ideo finis acquirendi instituta sunt. Probanda est hæc assertio per partes: à qua tamen nostro modulo illustrata, vix erit, qui dissentire quæat. Et in primis Auctores primæ sententiæ, vt nobis consentiant, necesse est: siquidem beneficia per ipsos videntur instituta, vt præmia Cleticorum, virtute, literisq. præditorum, neq. absolutè, sed vt hæc præmij præuia quidem ratione illis præpositi, singuli quiq; alliceretur studiosi ad studiorum laborem, atque hoc medio Ecclesiæ, Prælaturæ, ac Pareciæ optimos haberent ministros, neq. è triuijs ad culmen honorum, munusq. pastorale euocandi essent. Quamobrē clariùs cæteris Auctoribus *V. alq.* nostram hanc habet doctrinam *de beneficijs cap. 2. §. 3. dub. 1. nu. 52. & 53. nec non Aragon. 2. 2. q. 62. art. 2. post vltim. conclus. expendens solutionem 4. argumenti D. Thomæ*. Addo deinde *Auctores secundæ sententiæ* Scribentes in bonum Ecclesiarum beneficia instituta esse: Sed vt ratione vtamur, omissis textibus probatur primùm conclusio ex sacris scripturis, quibus iam in argum. 3. primam confirmauimus assertionem. Deinde ex *Concil. Tridentino sess. 24. cap. 12. de reformatione, Cùm Dignitates in Ecclesijs præsertim Cathedralibus ad conseruandam, augendamq. ecclesiasticam disciplinam fuerint institutæ, vt qui eas obtinerent pietate præcellerent, alijsq. exemplo essent, atque Episcopos opera, & officio iuuarent, meritò qui ad has vocantur, tales esse debent, qui suo muneri respondere possint.* Tertiò ex definitione beneficij, quod est *ius percipiendi fructus ex bonis ecclesiasticis ob aliquod speciale officium, vti cap. 3. notabili, & num. 3.* dictum est; igitur institutum, atque ordinatum ad illud est officium, ex quo tanquam ex motiuo formali, suam sumit specificationem, vt scripsimus loco citato; igitur quę ad Proximos, bonum Ecclesiarum, ministeriorū, regiminisq. relata sunt beneficia, primariò tāquam ad finem in ordine ad ea, vti diximus ordinata sunt, vt probè declarauit *D. Tho. 2. 2. q. 63. art. 2. in corpore, dispensationem* (inquit) *spiritualem* i. beneficiorum, *principalius ordinari ad vtilitatem communem Ecclesiarum secundum 1. ad Corinth. 12. vnicuiq. datur manifestatio spiritus ad vtilitatem.* Quarto demōstratum est superiori assertione nonnulla esse in Ecclesia instituta beneficia, tanquam præmia, non tantum præteritorum laborum, verum etiam præuia promissione proponenda, ac nonnunquam etiam danda viris virtuosis, ob spem de illis conceptam: ergo hæc præmia tanquam ad finem non ad bonum harum personarum, sed ad bonum officij muneris, ac ministerij, ad quod sui dedere specimen fore, vt tamen futuri sint boni Ministri, destinata sunt.

15 Quinto Ecclesiasticæ dignitates, Prælaturæ Parochi munera, atque aliorum, quibus regimē incumbit Christianorum, ex se se sunt onerosa; difficilia, maximeque periculis obnoxia; igitur rationi consentaneum erat, vt spe præmij; quod beneficio ecclesiastico præponebatur, alliceretur, qui virtute, prudentia, literisque exornati ad ea constanter subeunda satis essent instructi.

16 Confirmatur, quia Præbendæ Collegiorum non tantum, vt stipendia laborantium in Academijs, sed præcipuè veluti studiosorum præmia sunt à fundatoribus proposita ad excitandos, atque instituendos insignes DD. siquidem hic ad bonum Academiarum videtur ab Institutoribus intentus finis, nihil enim ad accendēdos animos aptius præmio, cuius spe capti scholastici non labori, non studio, non vigilijs parcerent. Quo factum est, vt his præbendis, & primariò tanquam finis, Cathedrarum intentum sit bonum, ex quo maior literarius discipulorū profectus ex Magistri dignioris, ac doctioris electione sequeretur: Et secundariò præmium, laborum, vigiliarum, ac sudoris sapientissimorū virorum, qui eliguntur: semper tamen in ordine ad explicatum finem boni ipsius Academiæ: igitur à pari Sacerdotia in Ecclesia Catholica sunt instituta, primariò in bonū Ecclesiarum, in rectum regimen Parœciarum, Diœcesium, ac totius Populi Christiani per optimos quosque virtute, ac scientia exornatos, illustresq. viros: secundariò autem veluti medium, hæc præmia præposita fuisse iuris prudentia, morum integritate, atque doctrina præditis, vt vnico contextu & Ecclesiæ bono, & virtuti singulorum prospiceretur: illud intendendo, vt finem, hanc vt medium proportionatum ad eius cōsequutionem.

Ad

Ad rem itaq. *Plato apud Volat. Non populus* (ait) *causa Gubernatoris, sed Gubernator causa Populi sit.* Quòd siuè Iudex Ecclesiasticus, siuè Parochus, siuè Prælatus quantus, quantus est causa populi est, atque ad hoc beneficia Parochialia, Prælaturæq. ordinata sunt. Quo veritatis lumine perstrictus *Sotus lib. 3. de iust. quæst. 6. artic. 2. conclus. 3.* ait, Non posse acceptione personatum laborantes dici Collatores beneficij conferentes digno, omisso digniori, ni *Eligendorum merita expẽdantur*; Atqui merita ad præmium relationem, ordinemque necessarium dicunt, vt suprà *num. 9.* igitur in sententia ipsiusmet Soti, huiusmodi beneficia sunt etiam præmia.

17 Sit quarta assertio, quòd superiori de Curatis dictum est beneficijs, dictum etiam volumus de beneficijs omnibus in præmium institutis, atq; assertione secunda declaratis: ex qua hæc facili negotio probari potest. Etenim siuè merita respiciantur, vt præstita, siuè vt præstanda per spem Prouidendorum conceptam, illud sanè compertum est, talium fundatoribus beneficiorum consilium fuisse hæc intendendi beneficia in bonum Ecclesiarum, & Christiani populi: secundariò autem, vti medium ad illud intendisse meritum, bonumq. Eligendorum; Et quidem si animum Institutorum inspiciamus, aliud non intendisse comperiemus, quàm optimum Ecclesiæ seruitium; ad quod tanquam ad finem optatum, pinguia retulerunt beneficia, & tanquam ad medium, ad laborem, intendisse merita siuè præstita, siuè præstanda Ecclesiasticorum.

18 Vltima assertio de reliquis beneficijs simplicibus contrarium sentiendum est. Deducò *è Soto tùm lib. 3. art. 2. ad finem*, tùm *passim alibi, reliquisque Auctoribus sentientibus omnia beneficia in mercedem dari.* Conclusio hæc consentanea est rationi, horumq. naturæ beneficiorum, quæ par erat, vt rationem mercedis tantùm haberent, quemadmodum *conclusione prima* dictum est, neque adeò exactè officium, ob quod fundata sunt intenderetur ab Institutoribus, vt à digniorinus, ac præstantioribus ministris præstaretur; tùm quia in se ferè nullam includunt difficultatem: tùm quia sanctum sacrificium, quod est præcipuum ab eis aliquando requisitum, ex opere operato idem est omnium Sacerdotum: neq. à malitia, vel ignorantia ministrorum inficitur.

19 Ex hac assertione deduco, licet huiusmodi beneficia rationem potius habeant mercedis, ac stipendij, non idcircò ex iustitia deberi, vt malè indicat *Sotus lib. 3. de iustit. art. 2. quæst. 6. conclus. 2.* nàm rationem sortiuntur stipendij, ac mercedis hæc beneficia, non quidem debitę ex labore, sed quę danda est ob laborem officij annexi: Et quidem si Cappellano, qui sacrum fecit, vel choro interfuit rata denegaretur huic respondens muneri pars contra iustitiam fieret commutatiuam, per denegationem ratę beneficialis propter officium debitę instar stipendij, mercedis, vel sustentationis. Verum si ad tale beneficium non eligeretur, non idcirco fieret contra iustitiam commutatiuam, vt vult Sotus, quod aliundè probandum est; atq. ex eo patet, quod huiusmodi eligendis, sicut non est ius strictum, proprium obiectum commutatiuę ex eo quod hęc beneficia sunt, modo dicto, merces, & stipendia ministorum, ità non debentur, ex iustitia commutatiua. Ex quibus Soti doctrina magis impugnatur.

CAPVT QVINTVM.

An ex pacto, præceptouè naturali diuino beneficia Ecclesiastica danda sint digniori bus.

SVMMA:

Non est quæstio de beneficijs simplicibus, non institutis in præmium eligendorum, n. 1.

Inter Christianam Remp. Deiq. Ecclesiã, & Collatores beneficiorum, ac dignitatum ad curam animarum spectãtium pactum intercessit, quod ratione institutionis perseuerat ea dandi dignioribus, n. 2.

Hæc Auctoris sententia à quàmpluribus etiam inuitis asseritur, n. 3.

Quæ probanda sunt Auctori ad cardinem spectãtia quæstionis, n. 4.

Probatur assertio Auctoritate Apostoli, nu. 5.

Casus è positus à Soto, in quo beneficiũ pinguius minori indigens virtute ministri dandum esset digno, minus autem pingue maiori diligentia, & virtute indigens digniori, non cohareret sententiæ ipsius Soti, ni pactum intercederet Ecclesiæ cum Collatoribus dandi huiusmodi beneficia dignioribus, ibidem.

Obligatio ex iure naturali diuino, fundata in contractu asserto, digniores eligendi ad hæc beneficia explicata etiam est præcepto ecclesiastico, nu. 6.

Exemplo Vasquez, quo duo beneficia, alterum tenue; alterum pingue parem vtriusque requirens industriam Ministri, cùm pinguius omnium opinione dandum sit digniori, demonstratur etiam in præmium eligendorum hæc beneficia fundata esse, n. 7.

Probatur Auctoris sententia, è SS. PP. consensu, nu. 8.

Probatur præterea ratione pactum intercedere inter Ecclesiam, ac dispensatores beneficiorum, etiam Summum Pontificem, n. 9.

Ex hoc pacto ius, atq. obiectum deducitur iustitiæ commutatiuæ reperiri in hisce beneficijs, n. 10.

Qua ratione dantur tributa, simili etiam per Sotũ & beneficia dari debent, n. 11.

Eodem modo de Institutione beneficiorum Curatorum, ac de Præbendis Collegiorum, & Cathedrarum loquendum est, n. 12.

Probatur punctum difficultatis i. pactum imbibitũ in institutione beneficiorum, ad quæ digniores

res eligendi sunt, quod non præstitit Sotus, n. 13, & 14.

Ex causa finali demonstrantur huiusmodi beneficia danda melioribus, n. 15.

Alphonsi Aragonij Regis Siciliæ sententia, atque Auctoritate Chrisostomi firmatur assertio, nu. 16.

Ex officio distributoris, instar OEconomi, cuius obligatio ad rigorosam iustitiã reuocari facilè potest, confirmatur assertio, n. 17.

Arctiori vinculo tenetur distributor beneficiorũ, quàm OEconomus, n. 18.

Ostenditur assertio ex ipso Institutore Christo Domino Ecclesiasticorum Officiorum, munerum, ac dignitatum, n. 19.

Idem dicendum de beneficijs simplicibus locupletioribus in præmium institutis, ob eadem rationes, quod diximus de Curatis, n. 20.

Pactum, assertumq; præceptum non præstant, vt si digniores non eligantur, inualida sit electio, nec etiam in foro interno, sed nè sit licita, nu. 21.

Et si ex vi institutionis beneficij Digniori hic, & nunc ius ad rem ad illud sit, potest tamen electione, ac traditione ius in re esse electo, num. 22.

SVperioris cap. veluti appendicem hanc instituo quæstionem, quæ mirum est, quãtum claritatis afferet tùm dictis, tùm infrà disputandis.

1 Ex notioribus itaq. exordium ducens cum *superiori cap. affert. 5.* aliàs de simplicium, ac similium beneficiorum institutione sentiendum esse dixerimus, ac de reliquis, instituta nimirùm non esse in præmium, neq. secundariò, manifestò conficitur de hisce quæstionem præsentem non esse, quæ ea minimè comprehensa nolumus; vel ex eisdem rationum momentis à contrario factis, atque in citata *superioris cap.* assertione subindicatis.

2 Prima assertio. Inter Christianam Rempub. Ecclesiamque, atq. eos, quorum interest eligere personas ad beneficia curata, atque ad bonum animarum spectantia, siue dignitates, siue Episcopatus, siue simplices Parœciæ fuerint, videtur intercessisse pactum, quod persequens ex ratione institutionis, nè beneficia ad talia munera destinata alijs darentur, quàm dignioribus, aptioribusque ad ea obeunda, subque tali conditione, vt neque aliter licitè veniatur hoc jure, quod per præceptum naturale diuinum coarctatur, vt ad bonum Ecclesiarum, tanquam ad finem primariò intentum huiusmodi Sacerdotia, bonaque ecclesiastica diuidantur: secundariò ad bonum eligendorum præstantiorum, tanquam ad medium aptum, atq. ordinatum ad hunc finem.

3 Et quidem hoc intercedere pactum, ex quo præceptum promanauit, docet *Sotus tùm lib. 3. de inst. quæst. 6. conclus. 2. 3. & 9. tùm lib. 4. q. 6. art. 3. ad 6. argumentum*, è consensu DD. Cùm Soto igitur in hoc certè conuenimus: dissentimus tamen in eo, quod ille materiam huius contractus, & præcepti, solum ac idoneitatem esse ministri; quia Populus Christianus, siue Ecclesia, eò tantum animo, sua tradidit bona, ex quibus beneficia fundata sunt, vt idoneos haberet ministros. Nos autem, vt meliores, ac digniores asserimus. Imò *Sotus* ipse veritatis luce perstrictus, hoc idem vix negare nonnunquam potest, dum in foro conscientiæ ad meliores eligendos obligat Electores, sic *lib. 3. q. 6. conclus. 1. Fit ergò (ait) ex hoc consequens rationem illam distributiuæ iustitiæ, quæ in hisce dispẽsationibus reperitur, ad commutatiuam ordinari quæ est inter Pontifices tàm Maximum, quàm reliquos dispensatores, ac prouisores bonorum Ecclesiæ ab vna parte, & Ecclesias ex altera.* Quod pactum cum explicuisset, addit; *Nam censendum hic arbitror instar Principis, qui certa stipendia perpetua statuit famulis, ac ministris domus suæ, præcipiens, vt dignioribus, qui haberi possent dispensarentur. Et in solutione primi argumẽti, quod sibi obiecerat contra suam 9 conclus. ait, Præterquam quod fides dispensatoris ministeriorũ Christi expostulat, vt cuiuismodi Ecclesiæ adscribat ministrum optimum illorum, qui illo stipendio haberi potest. nam Ecclesia, si loqueretur, talem eligeret.* Hæc verba ipsa Soti expressi, vt vis veritatis, quanta etiam sit apud Aduersarios innotescat. Præterea nostræ fauet assertioni *Adrianus in 4. quæst. penult. de restit.* imò illorum omnium facilè dixerim, nostram esse conclusionem, qui in foro conscieneiæ docent teneri Electores ad huiusmodi beneficia meliorem eligere, sic *Alexander de Ales 2. par. p. 136. memb. 2. S. Thomas 2. 2. qnæst. 63. art. 2. & in quodlibetis q. 6. & 8. eiusq. sectatores Thomistæ, Henricus & Goffred. in suis Quodlibetis, iterum D. Thom. speciatim de Præsulis electione 2. 2. q. 185. art. 2. ac de omnibus Vasq. de beneficijs cap. 2. §. 3. dub. 1. qui neque refragatur, siue contractum hunc, siue præceptum naturæ §. 4. ex quo supra docuimus, teneri Electores ad hæc beneficia digniores eligere, sin minus mortaliter peccare, atq. ex his, quæ ibi attulimus, facile nostra hæc assertio confirmari poterit.*

4 Tria igitur mihi probanda sunt: Primum pactum inter Ecclesiam, Populumq; Christianum, & Distributores beneficiorum, vt meliores eligantur ad officia, ad quæ huiusmodi beneficia instituta sunt. Secundum, id esse habitũ in ecclesiarum bonum primariò. Tertium secundariò in bonum eligendorum. Et quidem secũdum, & tertium, ex superiori patent assertione. Etenim cum probauerimus huiusmodi beneficia instituta esse in bonum Ecclesiarum primariò, & secundariò in bonum Eligẽdorum, ni vetimus asserere contra eorum naturam, atq. institutionem commissa esse distribuenda, necessariò dicendum, vt sic concessa OEconomis, Ministris, ac Pastoribus Ecclesiæ, vt diuidantur. Quamobrem sentimus bona *Vasquez citato*, suppositu horum beneficiorum institutione, esse quidem hæc diuidenda, vt bona certis sub legibus quibusdam personis potiùs, quàm reliquis destinata; Verùm præterea dicimus, hæc eadem primariò idcirco his destinata, quia ad bonum Ecclesiarum præcipuè sunt relata. Secundò probatur ex *1. ad Timotheum 5. qui bene præsint Presbiteri, duplici honore digni sunt.* Honor igitur

Digitized by Google

tur, atque emolumentum, beneficiumq. hisce debitum præsbyteris ob bonũ Præsulatus, atq. ob exactum officij munus, dandum est. Deindè probatur duobus casibus, altero a *Soto allatum de iust. lib. 3. q. 6. in 2. argum. contra nonam concl. altero à Vasquez de benef. cap. 2. §. 3. dub. 1. n. 58. & 59.*

5 Siquidem è Soto si duo essent danda beneficia, quorum alterum esset locuples, alterum tenue, illi parum industriæ, ac laboris esset adiunctum, pauciores q. essent subditi, quiq; minori indigerent cura, & regimine huic plures, Paracho doctrina, & prudentia in rebus agendis, & charitate prædito sumopere indigentes: In hoc (inquam) casu, pinguius beneficium dandum esset minus digno, tenue verò digniori, quia maior est, & prior obligatio erga Ecclesiam quàm obligatio erga eligendos. Atqui ni nobiscum sentiat Sotus id minimè cohærenter asserere posset, ergo, &c. Probatur assumpta propositio, nam si per Sotum Eligens teneretur ex contractu, & præcepto naturali resultante ex beneficiorum institutione, idoneam tãtum Ecclesiæ dare Ministrum: esto pinguius beneficiũ, cũ quo minus annexus est labor, daret digniori: adhuc tribuendo tenue minus digno, idoneo tamen, Ecclesiæ consuleret, cui dignum tribueret: ergò ni dicat Sotus in institutione beneficiorum extitisse contractum inter Electores, & Ecclesias, vt hi Ecclesijs per meliorem satisfacerent, consequentet in allato ab eo casu minimè dici posset minus digno dandum esse pinguius minus laboriosum, digniori verò tenuè beneficium tradendum esse, maiorem exquirẽs diligentiam, atq. habilitatem. Ad hominem igitur contra Sotum ex hoc ipso eius exemplo deducimus ex institutione beneficiorũ oriri obligationem, vt digniores Ministri Ecclesijs, ac regimini ecclesiastico exercendo eligantur, & cõsequenter primariò ad bonum ecclesiarum, secundariò ad bonum eligendorum hæc electio fiat, quod etiã negat Sotus. Quæ quidem obligatio.

6 Electorum meliores eligendi per propriũ postea præceptum ecclesiasticum explicata est, vt mox dicemus, deductum, & ex præscripto *Concilij Basiliensis*, in quo iuramentum exposcitur ab Electoribus ad præstantiores eligendos, atq. ex *Tridentino sess. 24. cap. 1. & decreto 18 de reformatione.*

7 Alterum exemplum Vasquij est, si duo essent beneficia, quorum alterum copiosum, ac pingue esset, alterum tenue: vtrumq. tamen parem in persona promouenda requireret habilitatem, atq. industriam, duo autem essent, qui ad ea beneficia concurrerent, alter altero dignior, nunquid digniori non teneretur Elector beneficiũ pinguius dare? neq. id ex pacto, & primariò fine institutionis beneficiorum, cùm vtrumque æqualem postulet diligentiam, & curam, neque aliter fieri possit, quin vnus vni, alter alteri beneficio eligatur; non modo igitur beneficium institutum est primariò in bonum Ecclesiæ, verum secundariò in bonum etiam eligendorum,

8 vt vno cessante, suffragetur aliud. Quarto SS. PP. qui ad suum vsque tempus positiuum non agnouerunt ius Electoribus præcipiens electionem melioris, ac dignioris ad huiusmodi, quæ conclusio amplexa est munera, officia, & Prælaturas, & tamen dignorum electionem faciendam esse docuerunt, naturam tãtùm beneficiorum perpendentes, vt infrà proprio in loco dicemus; igitur ex ipsa beneficiorum natura proprie manare electionem præstantiorum asserendum est.

9 Quinto propiùs accedẽtes ad rationem fundamentalem primæ partis nostræ assertionis. Probatur hoc pactum, siuè contractum inter Ecclesiam, & Electores intercessisse, probaturi deindè ipsius materiam fuisse, non idoneos modo, sed præstantiores habere ministros, ac Pastores, Decimæ, ex quibus præcipuè fundata sunt beneficia, reliquaq. bona à fidelibus eo data sunt animo, vt sibi Sacramenta administrentur, Dei verbum prædicetur, ecclesiasticum regimẽ probè, iustèq. habeatur, & Christianus populus ad finem supernaturalem æternæ beatitudinis dirigatur, ità vt nisi hæc munera obeunda essent ad animarum salutem, & opportuna, & necessaria, atq. ad cultum diuinum maximè ordinata, nunquam Christiani decimas, aliaq. bona, & in subsistentationem, & in mercedem, & in præmiũ darent, modò suprà explicato; igitur cùm ad hunc finem hæc bona tradita sint, expositus cõtractus ad hunc eumdem finem exequutioni mandandum administratores obligans asserendus est.

10 Hinc obiectum patet iustitiæ commutatiuæ, vt nos infra dicemus, & probè scribit *Sotus de iust. lib. 3. q. 6. art. 2. concluſ. 2.* inter Pontificem, tàm Maximum, quàm reliquos Præsules dispẽsatores beneficiorum ecclesiasticorum ex vna parte, atq. Ecclesias ipsas ex altera.

11 Cõfirmatur à paritate tributorum, inter quæ, atque huiusmodi beneficia illud *Sotus* agnoscit discrimen, quod detur tributum pro secularibus iustitiæ administrationibus; hæc autem pro spiritualibus. Cõfirmatur secundo ex his, quæ *superiori cap. n. 16.* de Cathedris, & præbendis diximus.

13 Verùm hæc fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima disputationis excursio, nunc cominùs agamus. Experiamur itaq; si possumus huius materiam pacti in institutione beneficiorum imbibiti probare, electionem esse dignorum eligendorum ad hæc beneficia, ex quo manat præceptum naturale diuinum, vt dignior quisquè, ac præstantior eligatur prò viribus, ac diligentia præstanda ab Electoribus, reliquisq. Prælatis, quorum interest, quę quidem sententia in primis est expressa *DD. pro superiori assertione laudatorum, imò communis, vt habet Sotus mox allegandus, qui quamuis de iust. & iur. lib. 3. q. 6. concluſ. 9.* tantum velit in foro interno eam veram esse, non in externo, hoc tamen quoad validitatem electionis intelligendum est, vt infrà suo loco dicam, ob rationes, quas *concluſ. 8. affert Sotus*, non autem quoad rem ipsam, atq; illicitum vsum (vt in initio assertionis indicatũ est) electionis, nimirum factæ contra institutionem, naturamq; beneficiorum; & quidem iure diuino prohibitum, contra quod, vt probè *idemmet Sotus citatus*, ità nullo temporis decursu

Digitized by Google

præscribitur, neq. per aliquam diſſuetudinem, vel contrariam derogatur conſuetudinem, vt quò longior fuerit eius abusus, eò ſit delictum grauius. Itaq. contendimus huiuſmodi beneficia deſtinata eſſe melioribus, ac præſtantioribus ex inſtitutione per pactum iam dictũ; quod
14 eſto prò viribus conetur *Sotus* probare, vel nõ præſtat, vt ait *Vaſq. citatus num.* 50. vel vix præſtat. Nam electores gratis teneri ad electionem, vt habet Sotus, minimè probat meliores ab illis eligendos eſſe; vt neq. eleemoſynarius, qui gratis tenetur eleemoſynam facere, obligatur exquirere pauperiores, ni expreſsè in commiſſis habeat. Quod autem Electores diſpenſatores ſint, probat quidem idoneos ab ipſis eligẽdos, non tamen meliores, niſi aliquid addatur, vt à nobis infra præſtabitur. Addo contra *Sotũ*, huiuſmodi beneficia ex bonis eſſe Eccleſiæ, ſũctata in ſtipendia Miniſtrorum, vt ille mordicus defendit, non arguere meliores, dignioreſque perquirendos; Deinde ſi adeò Sotus abhorret rationem præmiorum, quàm non ſubire beneficia idemtidem aſſerit, ità vt *lib. 4. quæſt. 6. ad 6. argum. concl. 1. & 2. adducta in ſolutionem cit. 6. argum.* tantum ex iuſtitia commutatiua ad idoneum miniſtrũ eligendum ab ipſo dicatur obligatus Elector, qua ratione ex eo, quod non eligatur melior, ſpectata natura horum bonorum quatenus communia, & præmia danda, ſed denegata melioribus, elici poterit, contra eorum inſtitutionem, præceptumq. naturale fieri?

15 Quod igitur non inueniõ præſtitum, probare contendam tùm ex cauſa finali inſtitutionis beneficiorum, tùm ex officio eorum, qui hiſce donandi ſunt beneficijs: tùm ex Inſtitutoris, ac Fundatoris Eccleſiarum ſcopo. Et quidem hi reddit⁹, & hæc beneficia inſtituta ſunt certè, vt probauimus primariò ad bonum Eccleſiarũ; hoc eſt, vt Chriſtianus populus ad æternam ducatur felicitatem, per Sacramentorum adminiſtrationem, per prædicationem Euangelij, per omnimodam ægritudinum ſpiritualium curam, etiam cenſuris adhibitis eccleſiaſticis, ceteraſq. per functiones proprias Magiſtrorum, Paſtorũ, Ducum, Medicorum, Parochorum, atq. Epiſcoporum. Cùm hoc igitur præcipuum, imò ſolum Chriſtianis negotium ſit: cùm ad hunc finem leges ordinatæ ſint omnes, omnia diuina auxilia, merita Chriſti, ac pretioſiſſimus eiuſdem ſanguis referatur; quis dubitare poterit, quod hæc mens, hoc inſtituendi beneficia fuerit Eccleſiæ conſilium, vt præſtantioribus darentur miniſtris, è deſiderio, & votis viros exornatos virtutibus, ſibi Prælatos, Paſtores, Ducesq. animarum comparãdi. Hinc alterius generis argumentum cudere poſſumus. Etenim ſi quibus animarum cura demandata eſt, & Magiſtri dicuntur, & Medici, & Duces, & Paſtores, & Epiſcopi, quis adeò attrita fronte audebit pronunciare, populum Chriſtianum non exoptaſſe, neque propoſita, ſiue ſtipendia, ſiue præmia, eccleſiaſticis beneficijs contenta, omnibus votis non poſtulaſſe, ac viribus ſibi vendicaſſe, nõ modo idoneos, ſed optimos quoſq. qui haberi poſſent, in Magiſtros, Medicos ſpirituales, Duces, Paſtores, Epiſcopos? Quod ſi amentem me ritò dixeris quempiam, è trinio non malum ſtul comparantem Magiſtrum, vel Medicum, cui propriam committeret vitam, cùm præſtantiorem, vel optimum eodem poſſet ſtipendio accerſere; potiori quidem ratione inſanus habendus eſt, qui propriam animam, vel mediocri, vel non malo tantum, ſiue Medico, ſiue Magiſtro committeret, cùm poſſet optimo. Qua ferè ratiocinandi ratione ad rem noſtram vſus eſt, *S. Ioannes Chriſoſtomus lib. 4. de Sacerdotio*, atq. ex ea conſtat diſcrimen, quod non aſſequutus
16 videtur *Nauarra lib. 2. cap. 2. nu. 157.* Huc etiam ſpectant, quæ de virtutibus Epiſcopi diximus, tùm *lib. 1. tum 2. primi noſtri voluminis*, nec non quod idem *Chriſoſtom. lib. 2. de Sacerdotio* ſcripſit, meritis Prælatum gregem præcellere eo debere, quo pecudi præſtat Paſtor, & quod *Alphonſus Aragonius Siciliæ Rex dicere ſolebat Auctore Panormitano lib. 6. de rebus geſtis Alphonſi, Qui aliis præſunt tanto priuatis hominibus meliores eſſe oportere, quãto honoribus, dignitateq. illos antecellunt.*

17 Probatur deindè ex officio diſtributoris Principis; OEconomus abſolutè conſideratus tenetur ex fidelitate in negotijs gerendis Domini maxima ſpectare eiuſdem commoda, atq. diligenter procurare ex tacita promiſſione qua dũ officium ſuſcepit, cenſetur ſe obſtrinxiſſe, ad curandam maiorem Heri vtilitatem, quantum moralem per diligentiam prò viribus poterit, quæ obligatio rigoroſe iuſtitiæ ſi non ſit, reduci tamen ad eam facilè poteſt vti quamplures docent Theologi de obligatione promiſſionis acceptatæ: nec poſt multos negat *Leſſius lib. 2. de iuſt. cap. 18. dub. 8. nu. 53. imò cap. 32. dub. 3. nu. 15 & 16.* id expreſsiùs habet; igitur hoc idem aſſerendum eſt in caſu noſtro; cùm diſtributores beneficiorum OEconomos eſſe ſæpè etiam ex *Paulo ad Corinth. hac diſp.* dixerim. Addo in diſtribuẽdis huiuſmodi beneficijs arctiori etiam vinculo diſtributores, Prælatoſq. Eccleſiaſticos obligari; non modo, quia qui officium inſtituit hanc habuiſſe videtur mentem, vt quam optimè fieri poterit per moralem diligentiam adminiſtretur, quemadmodum mox addam, & hoc ipſum etiam aliquo cenſetur pacto promittere OEconomus, vel famulus, cùm officium ſubijt, vt probè poſt multos *Leſſius cap. 32. dub. nu. 16.*

18 Verùm etiam quod adminiſtrator beneficiorũ non quomodolibet OEconomus cenſendus eſt, ſed ea ſub conditione, ac pacto, vt hæc beneficia melioribus, morali diligẽtia perquiſitis, prò viribus tribuat; idq; colligitur tùm ex inſtitutione horum beneficiorum; tùm ex ſpeciali ratione muneris, atq. officij, ob quam inſtituta ſunt, tùm ex veriſimili intẽtione Inſtitutoris, vt mox dicam. Quamobrem ſi Dominũ inter, & OEconomum pactum initum eſſet, vt ad tale aggrediendum, atq. executioni mandandum opus, nõ quoſcumq. bonos operarios conduceret, ſed optimos, non modò contra fidelitatem faceret, ſi optimos non aſciſceret, ſed etiam contra iuſtitiam; quia Dominus ſe obligauit ad ei conferendam authoritatem, nec non ſtipendium ex vna parte: ex altera verò OEconomus ſe adſtrinxit ad optimos quoſq. conducendos operarios:

ſic

Digitized by Google

sic in casu nostro. Et licet concedamus *Lessio citato* (quia cum mihi nunc res est) OEconomum ex solo officio ad duo teneri, primùm ex iustitia ad curandum, ne sua negligentia Dominus alicui quod patiatur damnum: secundum ad promouenda Domini commoda, per optimam administrationem: ad quam non ex iustitia, sed ex fidelitate tantum obligaretur, nihilominus tamen hoc fine, ad quem OEconomus aliquis à Domino destinatus est, colligeretur, ei demandatum munus esse, vt ad opus faciendum meliores electurus esset operarios, arctiori sanè teneri dicendus esset obligatione, quàm cæteri OEconomi. Ex quo colliges non rectè ratiocinatum esse *Petrum Nauarrum lib. 2. de restitut. cap. 2. n. 1. §. 2.* asserentem, non per latam culpam peccare huiusmodi iniquos Electores. Deindè colliges me discedere à *Vasq. de benefic. cap. 2. §. 3. num. 97. & 98.* explicatam obligationem iustitiæ omni deneganti OEconomo. Confirmatur assertio, quod nequit negari hæc institutio esse dubia, num ea, quam exposuimus, ratione, vel contraria habita sit: in dubijs autem actum præsumi, vt facienti, minus oneroſum, magisq; vtile probatum à nobis est *tomo 1. lib. 3. disp. 8. cap. 5. nu. 23. & cap. 6. n. 7.*

19 Demùm hinc argumentor, Institutorem, ac Fundatorem Ecclesiarum Christum Dominum fuisse spectemus, qui quidè Ecclesiam suam instruxit, tradidit ministeria, officia præscripsit, mercedem, & præmia ministris statuenda voluit. Prælatosq. ministros præposuit, num dicendus, non expostulasse ad tantum negotium præstantiores? Quod si meliorib⁹ sanè legibus, ac perfectioribus regendam Ecclesiam suam voluit, potiori quidem nomine dignioribus Prælatis, ac Pastoribus eam rectam adoptauit, & vt res est credere præcepit. Siquidem *Auctore Aristotele 3. Politicorum cap. 12.* Hi Custodes, & Ministri legum sunt, & aliquando à viro optimo meliùs quàm à lege regitur Respub. Quæ omnia, tum exemplo eiusdemmet Christi, Petrum eligentis, tùm alijs infrà confirmabimus.

20 Secunda assertio. Quod asseruimus de curatis beneficijs, asserendum volumus de cæteris in præmium institutis Eligendorum, de quibus *superiori cap. n. 17.* ratiocinati sumus.

21 Tertia assertio. Declaratum pactum, neq. in foro externo, neq. conscientiæ ius tollit Electoribus, vt etiã si minus dignis cóferant beneficia, electio tamen valida sit. Sentio cum *Vasq. de benefic. c. 2. §. 3. dub. 17. nu. 122.* qui quamuis velit *D. Thomam*, cæteroſq. quos laudat, hoc idem sentire; re vera tamen in foro externo id solùm illi docent, vt expressè *D. Thomas 2. 2. quæst. 63. art. 2. ad tertium. & Sotus lib. 3. de iust. art. 2. concluſ. 8.* Et quidem in externo foro exploratissimum est; alioquin, vt probè *S. Thomas*, omnis electio subesset calumniæ, neq. ad trutinam iudicialem singulorum merita facilè reuocari possent. Quod autem valida sit electio digni, omisso digniore ex se spectata in foro conscientiæ, probatur, tùm quia innumera ex contrario sequerentur absurda, vbi enim de iurisdictione Parochorum, aliarumq. dignitarum ageretur, an translata esset, nec nè cum beneficijs, Ecclesiæ quidem non rectè consultum esset, nisi certa tradita esset regula ad validitatem iurisdictionis, harumq. dignitatum, distributarum, litemaioris, vel minoris excessus omninò remota, & licet digniori hoc beneficium v. g. deberetur ob ius ad rem ex institutione, & pacto iam explicato ei competens; hoc tamen non impedit,
22 quominus dominium in re, & quidem potiùs validè transferatur in alterum, per efficacem electionem, ac traditionem, vt notauit *Vasq. citatus.* Quid autem sentiendum sit de Parecia, ac præbenda Theologiæ ex vi positiui iuris Tridentini, & Bullæ Pij V. dicemus *disp. 10. cap. 1. nu. 1. & 2.*

CAPVT SEXTVM.

Soluuntur obiectiones, nec non argumenta contraria cap. 2. relata.

SVMMA.

Quomodo danda sint beneficia, vt præmia, non quidem solius charitatis, sed ornamentorum desideratorum ad optimum regimen Ecclesiasticum, n. 1.

Nonnulla esse beneficia in præmium instituta, sed quæ alia, n. 2.

Quomodo à malo beneficiorum Distributore peccetur, n. 3.

Non ex debito distribuendi beneficia, tanquam bona communia, restituendi obligatio manat, in iniquum Distributorem, sed ex pacto, & præcepto, n. 4. remissiuè.

Beneficiarij non omnes sunt stipendiarij, n. 5.

Iniquus, & infidus Electior, seu distributor beneficiorum Curatorum, seu in præmium destinatorum, tùm Ecclesiæ primariò, tùm secundariò, Dignioribus nocet, n. 6.

ANtequam argumenta *cap. 2. relata* soluamus, diluenda est obiectio ex *Soto* tùm sæpè locis citatis, tùm *lib. 10. de iust. q. 2. art. 3. D. Thoma Auctore 2. 2. quæst. 185. art. 3.* Diuina mysteria, atq. adeò beneficia non dantur hominibus; quasi præmium suæ charitatis: ergò beneficia non sunt distribuenda, vt præmia. Verùm non vrget: Sequor igitur *Caietan. & Vasq.* Sancti Doctoris interpretes, qui quidem *Vasq. cap. 2. de benefic. §. 3. dub. 1. num. 60.* meritò *Sotum* redarguit quod Angelici sensum, minimè assequutus fuerit. Sancti autem Doctoris verba sunt hæc. *Non autem diuina mysteria hominibus committuntur propter eorum remunerationem, quam expectare debent in futuro, & ideò ille, qui debet aliquem eligere in Episcopum, vel de eo prouidere non tenetur assumere meliorem simpliciter, quod est secundum charitatem, sed meliorem quoad regimen*

Eccle-

Digitized by Google

Ecclesiæ, qui scilicet possit Ecclesiam instituere, & defendere, & pacificè gubernare. Ad cuius doctrinæ intelligentiam necesse habeo indicare, duas hic intercedere rationes bonitatis, easque distinxisse *D. Thomam*, quibus dici quis potest melior; alteram in charitate sitam; alteram in aptitudine instituendi, ac pacificè gubernandi Ecclesiam. Illam appellauit S. Doctor simpliciter talem; secus hanc. Duas præterea distinxisse rationes præmij; alteram primæ bonitati, ac perfectioni debitam, in æterna vita dandam: alteram in hac; idq. præstitit, quia in *primo argumento, sed contrà*, de perfectione Præsuli desiderata subobscurè, atq. inconfuso peractum erat, vnaq. esse dicebatur, nempè simpliciter. Quibus in hunc modum expositis, vtiq. manifestis, & conceſſis, probè *D. Thomas* ait, Electores necessariò non obligare ad eligendum Episcopum meliorem, perfectione nimirùm consistente in charitate, sed sita potiùs in habitate ad tria iam explicata munera; ea ductus ratione, quod beneficia non conferuntur, tanquam præmia, charitati debita: hoc enim in cælo dandum est, sed potiùs vti præmium modo supra declarato meritorum, ac qualitatum requisitarum ad regimen Ecclesiasticum. Hinc, & huiusmodi non dare Sacerdotia in præmium Auctore D. Thoma, colligi non potest; & meliorem eligendum in Episcopum, vt suprà dictum est, atq. infrà dicemus.

2 Reliquum est, vt argumentis Auctorum primæ, ac secundæ sententiæ *cap. 2.* relatis faciamus satis. Et primò nequaquam negamus, multa ecclesiastica beneficia in præmium esse instituta meritorum, non quidem primariò, sed secundariò in bonum eligendorum, neq. absolutè, ac simpliciter, sed respectiuè, atq; vt medium relatum ad bonum Ecclesiarum primariò intentum. Nonnulla verò simplicia esse beneficia, quæ ob rationes allatas, tùm *assertione prima, in vltima cap. 4. nu. 1. ac 18.* rationem tantum habent mercedis.

3 Primum itaq. argumentum *Vasquez* iuxtà nostra principia admittendum est. Qua verò ratione contra iustitiam distributiuam fiat, & *disput. hac, & 3. cap. 1. n. 13.* dictum est.

4 Secundi argumenti maiorem propositionem concedimus, negamus tamen, non aliunde quàm ex debito distribuendi hæc beneficia, tanquam bona communia, prouenire obligationem Distributorum, atq; Electorum digniores eligendi, ac promouendi. Siquidem hæc diuisio instar bonorum communium propriè non sit, sed ex contracta, & præcepto resultante ab institutione beneficiorum, vt è superioribus constat, magisq. confirmabitur ex dicendis. Ad confirmationem respondeo præceptum manans ex institutione beneficiorum, & quidem diuinum; naturale meliores eligendi, Curata, & locupletiora beneficia, tùm in bonum Ecclesiarum primariò, tùm eligendorum secundariò erecta respicit, atq. huiusmodi bona, non propriè veluti communia, verùm tanquam dignioribus destinata, præscribit distribuenda, & consequenter etiam per distributiuam iustitiam, vt nos locis citatis superiùs sæpè indicauimus, & infrà sæpius dicturi sumus. Cæterùm negamus *Vasq.* si spectetur bonum Ecclesiæ, in quod primariò refertur hoc institutio, nec teneri Dispensatores, seu Electores ad illa beneficia dignioribus danda, cum facta tali institutione, & verum sit ius Dignioribus ad illa, & obligentur Electores ex iustitia, etiam commutatiua ad ea illis danda, obligentur, inquam, tùm Ecclesiæ, tùm aliquo pacto Dignioribus, ratione à *disput. 6. ac deinceps* explicanda.

5 Auctoribus autem secundæ sententiæ negadum est. Beneficiarios omnes, & tantum esse stipendiarios, ob rationes allatas *cap. 4. assert. 1. & 2. & toto cap. 5.*

6 Deindè dicimus, iniquum, atq. infidum electorem plerumq. contra pactum, & Ecclesiæ nocere primariò, & digniori Candidato prætermisso; cui non modò remotum erat ius illi simile, quod insignis Faber habet ad opus mox faciendum, sed proximum, & strictiùs in efficaci fundatum voluntate Ecclesiæ destinanti tale beneficium digniori iuxtà dicta *cap. 4. & 5.* atq vberiùs differenda *à disp. 6. ac deinceps.*

DISPV-

Digitized by Google

DISPVTATIO QVINTA.

De Personarum acceptione.

Beneficiorum distributioni disputationem præmittimus acceptionis personarum, ex qua vt virus manat peccati distributionis iniquæ, ità & eiusdē naturæ clara notitia.

CAPVT PRIMVM.

Quid sit Personarum acceptio.

SVMMA.

Latioris acceptionis personarum fines contrahere videntur SS. PP. ad iniquam beneficiorum ecclesiasticorum distributionem, quam multis nominibus abhorrent, n. 1.

Fundamentum SS. DD. acriter adeò damnandi personarum acceptionem, desumptum ex loco Iacobi n. 2.

Germana expositio sententiæ secundi cap. D. Iacobi n. 3.

Etymologia acceptionis personarum, n. 4.

Acceptio personarum optima metaphora dicitur acceptio faciem, n. 5.

Princeps vultur speculi nè facies excipiat, n. 6.

Areopagitæ Iudices noctu cur iudicabant, n. 7.

Cur Thebis Iudicum Imagines coniunctæ, & absq. manibus videbantur, n. 8.

Quid acceptio personarum sit, n. 9.

Non potest acceptio personarum esse non intercedente aliquo debito rei, circa quam versatur, nu. 10.

Debitum, atq. ius personarum, quibus fit iniuria requisitum ad acceptionem personarum ex Augustino probatur, n. 11.

Personarum acceptio peccatum est ex se graue, nu. 12.

Probatur grauitas acceptionis personarum Augustini authoritate, n. 13.

Roboratur testimonio Ambrosij, n. 14.

Vnde manat tantæ pestis venenum, n. 15.

Regula ad peccatum mortale dignoscendum à veniali distinctum, nu. 16.

Personarum acceptio propriè contra iustitiam est partim commutatiuam, partim distributiuam, nu. 17.

Expenditur locus Matthei 22. Scimus, quia verax es, &c. *n. 18.*

Punitio delicti ad commutatiuam spectat iustitiã nu. 19.

In iudicijs omnium consensu acceptio committi potest personarum, quæ necessariò concedi debet contra distributiuam, commutatiuam q. esse iniustitiam, n. 20.

Quãdo reperitur impropria personarum acceptio, contra iustitiam est purè distributiuam, n. 21.

1 QVamquam latissimos fines personarum acceptio habeat, nihilo tamen minus SS. PP. & DD. videntur ità circumscripsisse, vt quasi leuis in cæteris esset noxa, grauem, fœdam, atque omninò exosam de rebus ecclesiasticis, vel in personis Deo dicatis eam, & agnoscant, & abhorreant: quæ fuit causa, cur acturus de electione ad beneficia, præsertim Episcopatus, personarum acceptionem ex professo, intra bonorum tamen ecclesiasticorum cancellos, susceperim ipse declarandam.

2 Fundamentum autem præcipuum è Sacris literis, quo passim vtuntur Theologi, *Iacobus Apostolus habet 2. cap. suæ epistolæ fratres mei nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriæ.* In huius sententia dilucidatione omnium ferè Theologorum, atq. diuinarum scripturarum expositorum desudauit industria, quorum omnium omissis interpretationibus, germanam, cæterisq. sinceriorē amplector.

3 Nolite (itaq. ait Apostolus) fidem habere gloriæ Christi, i. nolite credere, quod Christi gloria sita sit in acceptione personarum, nimirum quòd glorietur, vel glorificetur Christus, cum ad agapas, & cœtus vestros admittitis solos diuites, nobiles, gloriosos, spretis, vel exclusis pauperibus, & squalidis, quasi gloria Christi in hisce fluxilibus, vti gloria mundi, sita sit. Quibus in hunc modum constitutis ad rem accedamus.

4 Prima itaq. sit assertio. Personarum acceptio ἀπὸ τοῦ προσώπου deducitur; hinc locum Iacobi modo laudatum expressit textus, nomine multitudinis προσωποληψίαν non quasi eius solum frequentem vsum damnaret, vt subindicauit *Benedictus Iustinianus in citatum locum*; cùm vt infra ex sese quælibet acceptio personarū mala sit, sed vt numero plurali omnes damnaret. Hebraicè פָּנִים, & vt Syrus vertit אַפֵּי, hoc est in faciem acceptionibus, per optimam sanè metaphoram, vel qua exprimatur documentum *Aegidii Diaconi in lib. de*

6 *regimine Principis. Nè sit specularis, sed opacus Princeps*, nè scilicet speculi instar faciem excipiat, nomenq. alicuius indigni, vel minus digni ferat, vel qua Iudices inhiberi videntur faciem personarum in iudicio spectare, seu attendere, vt intemerato Areopagitarum more sententiã ferant, quos *Stephanus Byzantius in Hermotimo Lucianus, Alexander ab Alexandro lib. 3. cap. 5. lib. 4. cap. 11. & lib. 6. cap. 11. apud Cœlium Rodiginium antiq. erudit. lib. 7. cap. 19.* referunt. Ideò

7 noctu,

Digitized by Google

motu, atq. in tenebris iudicare solitos esse, ne ad astantium, vel Oratorum affectus aspicientes, animo perturbato, iudicium faceremus, quorumq. morem Oratoriæ partem ad commouendos affectus respiciens *Aristot. 1. Rethor.* summoperè commendat.

8 Hinc *Thebis (Plutarcus est Auctor in lib. de Iside) Iudicum Imagines visuntur, absq. manibus & summi Iudicum oculi conniuent, eò, quòd iustitia, nec muneribus capiatur, nec hominum vultu flectatur.*

9 Secunda sit assertio. *Acceptio personarum est iniustitia præferēs personam personæ propter causam indebitam.* Colligitur ex *Alexand. de Ales 2. par. quæst. 136. art. 1. D. Thomæ 2. 2. q. 63. art. 1. Caietano ibid. & art. 3. ad 3.* nec non in *Summa verbo acceptio personarum, Syluestro verb. acceptio personarum in princip. Gabriel. in 4. dist. 15. q. 7. art. 1. Soto lib. 5. de iust. quæst. 6. art. 2. sub initio, Vasq. de benef. cap. 2. §. 3. num. 46.* Iniustitiam dixi absolutè, quòd, vt infra, est sanè hoc vitium interdum contra iustitiam distributiuam, quēadmodum citati DD. indicant, & nonnunquam etiam aliqua ratione opponitur commutatiuæ. Versatur deindè hæc iniustitia inter personas, quarum vnam alteri præfert, non ob debitam causam meritorū, aliorumq; ornamentorum ad rem minimè facientium, quia persona nimirum, quæ præfertur alteri digniori, sit amica, propinqua, consanguinea, speciosa, diues, nobilis, cæteris. prædita qualitatibus ad diuisionem, de qua agitur bonorum, collationemq. dignitatū non spectantibus, respiciēs potiùs ad personas, quam ad causam debitam. Iniustitia itaq. loco generis in definitione apposita est: cætera loco differentiæ, ex quibus esse iniustitiam patet, quōniam acceptio personarum iniuriam infert alteri, cui erat ius ad id, quòd ei detrahitur, idq. nō aliter, quam præferendo personam personæ, ob causam, seù rationem indebitam, quæ omnia superiori conclus. declarata constant.

10 Ex his optimè deducit S. *Thomas cit. ad tertium*, necessariò requiri ad acceptionem personarū, vt res, de qua agitur, aliquo pacto debeatur ex iustitia ei, cui denegatur. *Duplex enim* (ait) *est datio, vna quidem pertinens ad iustitiam, qua scilicet aliquis dat alicui, quod ei debetur, & circa talem rationem attenditur, personarum acceptio. Altera est datio ad libertatem, &c.* Adstipulantur *Gabriel modo citatus, Caietanus suprà laudatus art. 3. Syluester allegatus, Sotus lib. 3. quæst. 6. art. 1. ad primum, Vasquez vbi supra n. 47. & 48. & in 1. par. disp. 86. cap. 4. num. 24. Lessius de iust. & iur. lib. 2. cap. 32. dub. 1. num. 2.* Et ratio est, quia si nulli ius est, ad quod distribuendum, vel dandum, vel accipiendum est, nulli fiet iniuria, nēq; iniustitia, quòd vnus alteri etiam digniori præferatur, vel ob solam amicitiam, cognationem, &c. cui enim nihil est debitum, nulla fit iniuria, vel iniustitia, ni detur, quod minimè ei debetur, & nō intercedente iure, quod *disput. 2. cap 2. num. 15. & 16.* diximus esse obiectum, cui proximum, seù ratio, ob quam competat aliquid alicui, nulla æqualitas spectare poterit ad iustitiam, & cōsequenter neq. iniuria, neq. iniustitia. Et quidē si violatio qualiscunq. iuris ad acceptionem sufficeret personarum, atq. iniustitiam, etiam ex violatione gratitudinis, fidelitatis, amicitiæ, veracitatis, &c. resultaret aliqua obligatio, ad iustitiam spectans, quod est paradoxum, quòd ex infra differendis constabit clariùs.

11 Cæterùm ad rem hanc confirmādam, quam arbitror maximè necessariam, tùm ad nostram quæstionem, tùm ad personarum acceptionem longè à Deo Opt. Max. amandandam, *Augustinum sentiamus lib. 1. contra duas epistolas Pelag. cap. 7. Quæ acceptio, inquit, personarum ibi rectè dicitur, vbi ille, qui iudicat, relinquens causæ meritum, de qua iudicat, alteri contra alterum suffragatur, quia inuenit aliquid in persona, quod honore, ac miseratione sit dignum; sin autem quispiam duos habeat debitores, & alteri vellet dimittere debitum, alterum exigere, cui vult donat, sed neminem sibi debitum, nec acceptio personarum dicenda est, quando iniquitas nulla est. Alioquin eis, qui parum intelligunt potest acceptio personarum videri, vbi vineæ Dominus operarijs, qui vna hora illic opus fecerunt, tantùm dedit, quantùm illis, qui pertulerunt pondus diei, & æstus, æquales faciens in mercede, quorum tam magna distantia fuerat in labore, &c.* Hæc ipsa verba Augustini capessit, vt cōstet, quàm firma sit, quàm amplectenda, doctrina, ex qua nostra maximopere sententia de beneficiorum collatione illustrabitur.

12 Sit assertio tertia. Personarum acceptio ex genere suo peccatum est mortale. Est *omnium, quos citaui Auctorum*. Colligitur præterea primò è sacris literis, in quibus frequenter reprehenditur, *Deut. 1. 17. Quod iustum est, iudicate, siue Ciuis sit ille, siue Peregrinus. nulla erit distantia personarum, ita parvum audietis, vt magnum, neq. accipietis cuiusq; personam, quia Dei iudicium est.* Quam quidem rationem mox ex *Hieronymo* prosequemur *num. 15.* Rursus *Leuit. 19. 19. Non facies quod iniquum est, nec iniustè iudicabis, non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis, iustè iudica proximo tuo. Prouerb. 24. Qui cognoscere personam in iudicio, non est bonum. Ecclesiastic. 42. Ne accipias personam, vt delin-*
13 *quas.* Demùm *ex Iacobo nu. 2. relato.* Secundò grauitas huius peccati probatur *auctoritate D. Augustini epist. 29.* allegatam Iacobi sententiam exponentis. *Nec sanè quantum arbitror putandum est leue esse peccatum in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi, si illam distantiam sedendi, ac standi ad honores ecclesiasticos referamus, quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris Ecclesiæ contempto paupere, instructiore atq. sanctiore?*

14 Alterum adiungo Romanæ Ecclesiæ Doctorem, *Ambrosium super Malach*, qui huius grauitatem culpæ expendens. *Inter omnia* (inquit) *peccata Sacerdotum, illud est maximum, quod nō causas, sed personas considerant, & despecto iusto paupere, iniustos diuites honorant.*

15 Vndè autem huius delicti fœditas, & grauitas tanta oriatur, vt nobis in *Leuit. num. 12. cit.* insinuatur, doctè aperitur à *Hieronymo super Amos. Quicunq. consanguinitate, vel amicitia, vel è conuerso hostili odio, vel inimicitijs in iudi-*

cando

Digitized by Google

eandò ducitur, peruertit iudicium Christi. Non equidem ait, suum ipsius iudicium peruertit, sed Christi nimirum quia cùm Iudex, Prælatus Episcopus, Pontifex Christi vices gerat, eiusdemq. nomine, atq. auctoritate sententiam ferat, vbi iniustam Christi nomine dicere audet, non priuatam suam iustitiam, atq; iudicium, sed ipsius Domini iudicium violat, atq. peruertit, cui occasionem præbet etiam, vt tanta iniustitia impiè tribuatur; à quo tamen toto abest cœlo; *ad Roman. 2. Non est personarum acceptio apud Deũ. Actor* 10. *Non est personarum acceptor Deus.*

16 Dixi esse mortale, nam recepta firmataq. est consensu DD. regula, ad mortale à veniali distinguẽdum peccatum, vt mortale sit, quod charitatem graviter lædit, & virtuti, Theologali, vel Religioni, vel Iustitiæ, vel alteri huiusmodi necessariæ opponitur, vt probè *Azor tom. 1. lib. 4. instit. moral. cap. 9. q. 8. Sanchez lib. 1. opetis moralis cap. 1. nu. 4.* Dixi ex genere suo, nam ratione paruitatis materiæ, vt citati DD. aduertunt, poterit esse veniale; v.g. si in loco accubãdi ad mẽsam minus præferatur dignus, digniori; vti si quis obolum diuiti furaretur, non esset mortalis culpæ reus. Hinc Abulens. in reiicio contrarium indicantem *cap. 22. Matth. q. 113.*

17 Assertio quarta. Personarum acceptio propria est contra iustitiam inadæquatè distributiuam, atq. inadequatè commutatiuam. Quam quidem assertionem nemo sanè dicet contra communẽ esse sententiã, qui nostrum mox asserendũ rationis momentũ æquã perpẽderit lance; vt enim ex consensu DD. cõstat, quem *coroll. deducto ex conclus. 2. nu. 12.* sectati sumus, ad acceptionem personarum necessariò requiritur, vt res, quæ alteri, siuè indigno, siuè indigniori datur, aliquo debeatur iure illi, qui prætermittitur; hinc consequenter fit, vt cùm hæc arithmetica æqualitas, ex altero horũ iure debita, coniungatur proportioni geometricæ, sicut vtraq. obiectum partim cõmutatiuæ, partim distributiuæ, cõstituit, ità ad vnum, & eundem habitum spectat, & quãdo aliquod iniquum reperitur obiectum, tùm contra æqualitatem arithmeticã, tùm geometricam ad iniustitiam faciat, quæ opponatur inadæquatè singulis, atq; adequatè, vtriq. commutatiuæ scilicet, & distributiuæ iustitiæ. Acceptio igitur personarum, quæ sine debito, & iure existẽte in alio, cui fit iniuria, esse non põt, quod quidem ius proprium, vel sit ad rem, vel in re, cum respiciat, vt vnitum cum proportione geometrica, sequitur opponi vtriq. iustitiæ, quæ omnia probauimus *disp. 2. cap. 1. & 2. tùm superiori cap. 3. n. 4.* Et quamuis vbi tertium assignauerimus ius, quod ad rem reuocari posset, idq. *disp. 3. cap. 3. n. 13.* etiam indicauimus, hoc tamen ius ibidem diximus esse virtuale, atque impropriũ, quod à mera respicitur distributiua; quippe quæ frequentiùs pura non inuenitur quæ doctrina expresè habetur à *Vasqu. 1. par. disp. 86. cap. 4. num. 22. & 21.* & quatenus maiorem inuoluere videtur difficultatem ob oppositionem, quam cum commutatiua iustitia tribuat acceptioni personarum, probatur secundò è sacris literis. Nam de acceptione personarum, vt opposita commutatiuæ iustitiæ, videntur loquuti Pharisęi *Matth. 22.* ad Iesum Dominum, dicentes: *Scimus, quia verax es, & non est tibi cura de aliquo; non enim respicis personam hominum.* Petebant enim, vt iudicaret, vtrum census dandus erat Cęsari, nec ne; cuius solutio ad cõmutatiuam absq. dubio spectat. Præterea Paulus ad Colossenses ait; *Qui iniuriam faciet, recipiet id, quod inique egit, non est acceptor personarum Deus.* Compertum est enim punitionem delicti ad commutatiuam spectare iustitiam ex *Aristotele 5. eth. cap. 4. & 5. & D. Th. 2. 2. q. 108. art. 2. Caietano ibid. Soto lib. 3. de iust. q. 5. art. vlt. ad primum, & lib. 3. de nat. & gratia cap. 7.* Quod dictum volo abstrahens à quæstionis decisione, nùm in Deo iustitia propriè vindicatiua sit, & nùm hæc pars sit subiectiua, vel potestatiua, iustitiæ, de qua præter citatos Auctores eruditè *Vasq. 1. par. disp. 85. cap. 4. nu. 26. & 27. Suarez in opusc. de iust. Dei sect. 5.* De acceptione verò personarum contra distributiuam, & conueniũt Auctores, & patet ex locis scripturæ citatis. Cõfirmatur primò, quia si cuiuscumq. iuris læsionem dicamus sufficere ad personarũ acceptionem vix potissima ratio, cur à Deo illam arceãt DD, vt mox dicemus, subsistere poterit. Tertiò probatur. Nulli vnquam mortalium dubium fuit, hoc peccati vitium intercedere posse in distributione bonorum communium, vel inter partes facienda Reip. idest inter Ciues, vel eatum rerum, quę ex antecedenti vel intrinsecè personę, facultatem habentis, danda sunt nonnullis, vti pauperibus, doctis viris, vel militibus ob fortiter facta in bello, aliisq. exemplis explicatis, quę complexi sumus *disp. 3. cap. 1. & 2.* Atqui ea omnia spectant ad iustitiam partim distributiuam, partim commutatiuam, vt ibi demonstratum est; ergo acceptio personarũ in illis omnibus casibus est contra dictam iustitiam.

20 Confirmatur secundo; nam in iudicijs esto plerumq. contra commutatiuam fiat iustitiam, siuè propriè, siuè impropriè ad hanc spectet, punitiua, quando nimirum absolutè damnatur Innocens, aut Nocens absoluitur, quia tamen Iudices, ac Magistratus publico funguntur officio, quo tenentur omnibus Ciuibus ius æquè dicere, ob cõmune bonum, omnibus Ciuibus debitum, si quis personarum intuitu, vel ius dicat, vel dicere renuat, vel si innocẽtem damnet, potentioris amici, aut consanguinei amore, vel his addicat fundũ, agrumq. qui alijs debebatur, veré personas accipere dicetur, nec modò contra commutatiuam, sed etiam contra distributiuam faciet iustitiam, sic *D. Thomas 2. 2. q. 63. art. 4. in corpore*, vbi iniquitatem iudiciorũ nonnunquã aperté acceptionis personarũ subire seditatem, malitiamq. docet, & nè ansam relinquat dubij *S. Doctor ad primum* esto quoad formã spectare scribat acceptionem personarum ad iustitiam distributiuam, nihilominus tamen quoad materiam, & rem iudicatã, versari tàm circa obiectũ iustitiæ cõmutatiuæ, quàm distributiuæ asserit, quod iudicium esse potest tàm de cõmutatione, quàm de distributione facienda, subscribit expresè *Vasq. paulò ante citat. n. 23.* Quamobrem Iudex personam accipere dicetur, & quia, quam seruare debebat inter aliquos; prætermisit

Digitized by Google

qualitatem: & quia persona consulens alicui, quem ob rationem ad iudicium rectũ indebitam diligit, mouetur ad ei aliquod plusquam par est, dandum, vel ab eo auferendum, idq. vnica actione, seu iniquo voluntatis actu, vtriq. sticito ab habitu vitioso, vel cũ producẽte, si fuerit primus, qui immediatè oppositus est actui, vel habitui iustitiæ, neq. purè commutatiuę, neq. purè distributiuæ, sed vtriusq. rationem habenti. Hinc *D. Thomas 2.2.q.63.art.1. ad finem corporis*, cum disseruerit de personarum acceptione concludit; *Sic ergò pariter, quod personarum acceptio opponitur iustitiæ distributiuæ in hoc, quod præter proportionem agitur*, quasi voluerit indicare, quando in actu acceptionis malitia reperiretur, etiam arithmetricæ oppositæ æqualitatis & eam opponi commutatiuæ.

21 Quod si aliquando absq. iure in personis existente, quibus est diuidenda res, & absq; debito in distribuendo negotium ageretur, impropriè admodum ex quadam similitudine, atq. analogia potiùs dicenda esset reperiri acceptio personarum contra iustitiam purè distributiuam, vt ex *seq. cap. à n. 9.* magis constabit.

CAPVT SECVNDVM.

Deducuntur ex dictis nonnulla ad Praxim,

SVMMA.

Circa quæ acceptio personarum versatur, n. 1.

Grauius esse peccatum acceptionis personarum circa spiritualia, quàm circa temporalia, n. 2.

Benedicti Iustiniani commendatur auctoritas, n. 3.

Ad personarum spectat acceptionem in vnũ multa congerere beneficia, laborantibus alijs inopia, n. 4.

Turpis personarum acceptio est, Ecclesiæ opes ratione cognationis, aut affinitatis, aut similis in vnum, vel paucos derivare, n. 5.

Perpulchra comparatio distributionis beneficiorũ cum partitione cibi ad omnia membra, n. 6.

Acceptio personarum assciscitur in distribuendis honoribus, atq. oneribus, & in vectigalibus imponendis, n. 7.

Aliquod animi donum ad vnam facit electionem, quod nullatenus suffragatur alteri, n. 8.

Consanguineus meritè allecta ad hæredẽ instituendum, minimè verò deberet ad Prælaturã, ibid.

Doctrina cum morum probitate coniuncta apta est ad Cathedram, ibid.

In Deo cur nulla sit acceptio personarum, n. 9.

Exponitur locus Matth. 25. distributiones talentorum secundum propriam virtutem, n. 10.

In Parabolis non omnia minutatim spiritualibus applicanda, n. 11.

Etiam si Deus per impossibile personam respiceret in iis, quæ gratia sua tribuit, non esset tamen iniustus, n. 12.

Nomine personarum acceptionis, Paul. ad Rom. cap. 1. non proprium acceptionis vitium intelligit, sed oppositum liberali indifferentiæ erga omnes, n. 13.

Quam improprium personarum acceptionem etiã à Deo D. Petrus Act. 10. longè amandauit, n. 14.

Nonnulli sunt DD. docentes bona opera moralia, meræ naturalia, effectus non esse prædestinationis, n. 15.

Alij è contra esse aiunt effectus aliquo pacto, n. 16.

Si ius remotum, atq. improprium ad veram personarum acceptionem satis esset, nullius esset ferè momenti ratio communis, qua eam à Deo removemus, n. 17.

1 EX his deduco scelus acceptionis personarum ex suo genere lethale in Iudicijs, in Sacerdotijs, ac dignitatibus ecclesiasticis, in politicis Magistratibus, in Cathedris, in laboribus, atque oneribus distribuendis, in exhibendis honoribus, atque in alijs hisce similibus versari, de quibus *Auctores agentes de iust. & iure*, ex instituto disputant, Non tantum spiritualia secernentes, expendemus, in quibus intercedere possit, personarum acceptio.

2 Deduco secundò cum *D. Thoma q. 6. art. 2. in corpore*, grauius esse peccatum acceptionis personarum in spiritualium distributione, quàm in temporalium, quòd spiritualia tẽporalibus præstantiora sunt.

3 Deduco tertiò cum *Vasquez cap. 4. §. 2. dub. 1. n. 106.* & cum *Benedicto Iustiniano in epist. Iacob. cap. 2. nu. 14. 15. & 16.* cuius ipsissima verba huc transferam, & quia diuitijs ditescere alienis nõ vereor, quando in Auctorem cum laudis & gloriæ sonore fidelitèr eas refero, & quia cũ apud Pontificem Max. concionatoris munere, dum hæc Typis Romæ mandauit ille fungeretur, in hisce maximi faciendum eius arbitror auctoritatem: & quia quid eius præclaræ doctrinæ addi possit haud sanè video.

4 Itaq. in eodem genere deduco acceptionis personarum *repugnandam esse multitudinem Sacerdotum, beneficiorumq. quæ vni tantum cæteris neglectis tribuuntur, qua præsertim statum & conditionem personæ, ac dignitatis longè superant: quorsum enim in vnum quempiam vltra decem Sacerdotia congerantur, si vno, vel altero, aut ad summum tertio, & honestè viuere, & dignitatem absq. dedecore tueri potest?*

5 *Quid verò necesse est cognationis, aut affinitatis respectu omnes Ecclesiæ opes in vnum, cum in eodem ordine plerique extrema penè inopia, ac necessitate laborent? veq. verò id solum sacris canonibus, præsertim vetustioribus repugnat, sed meo quidem iudicio nihil est, quod magis distributiuæ iustitiæ aduersetur; sequitur enim illa, vt Aristoteles docet geometricam proportionẽ, qua quatuor terminis conflat, vt videlicet habita personarũ ratione tantũ cuiq. tribuas, quantum cuiusq. merita postulant, eademq. sit præmij ad præmium cõparatio, qua est inter meritũ, et meritũ. At quale monstrũ est in eadẽ Reipub. eodẽq. Senatu paria esse Senatorũ merita, & præmia infinito propè interuallo distantia. Quid? Quod plerũq. nullius propè meriti adolescens, nec eximiæ quidẽ indolis, aut expectationis plurimis, ijsdemque locupletissimis*

Sacer-

Sacerdotijs dugetur, quorum sumptibus, qui non ad impuras voluptates, ad venationes certè, ad ludos, ad spectacula, ad inanem deniq; pompam, & fastum abutatur, cùm viri alioqui doctrina, morum integritate, cæterisque bonis præstantes, vix tenuissimo censu possint vitam cum dignitate ducere? Hic ego nō humani iuris relaxationem admitto, quippè hoc immane personarum acceptionis vitium contra ius naturæ, & distributiuam iustitiam pugnat, eoq; nihil est in Repub. detestabilius, atq; hoc magnoperè reprehendo, ac damno.

6 *Quid enim quæso de hominis cuiuspiam vita sentiendum sit, si ventriculus, cuius proprium est cibum concoquere, & cæteris corporis membris iusta quadam proportione alimentum impertiri, omnia cæteris neglectis in vnum membrum congerat? necesse profectò est, soluto membrorum, ac partium temperamento, brevissimo temporis spatio ruere ad interitum. Idem vanitas nugas de Ecclesiastica administratione sentiendum sit, si personarum aspectus, humana denique iura conculcat, & quæ multis impertienda essent, vnius rātum, vel arrogantiæ, vel cupiditati, ac luxui seruiant.* 7 *Quod minori quidem fortasse damno, sed persimili tamen scelere, in ciuili Repub. accidit, si in tradendis honoribus, ac magistratibus, acceptio personarum pateat locus, neq. optimis, ac præstantissimis ciuibus concedantur. Neq. aliter de oneribus, ac vectigalibus distribuendis sentiendū existimo: certa enim proportione imponenda sunt, habita ratione pauperum, & indigentium, ne plus subeant oneris, quam diuites.*

8 Deduco quarto cum *D. Thoma 2.2.q.63. art.1 ad finem*, nonnunquam vnam personæ, qualitatem conducere ad aliquam electionem, vel distributionem faciendam, quæ sanè ad alteram non prodest, ità (vt exemplo vtar S. Doctoris) consanguinitas, vel affinitas facit quidem aliquem dignum, vt hæres patrimonij instituatur, non autem, vt ei Prælatura Ecclesiastica conferatur. Porrò, qui virum egregiè doctum, non tamen vsq. adeò compositum moribus (vt cum *Soto* loquitur *lib.3.q.7. art.1. in suo corollario*) Sancto viro, ignaro tamen, in optione ad Cathedrā anteferret, non esset habendus personarum acceptor, veluti si eumdem præferret in alia electione, vbi vir exigeretur sanctitate vitæ perspicuus.

9 Demùm deduco in Deum Opt. Maximum, neq; vmbram personarum acceptionis cadere, tùm ex *locis Pauli in confirmationem vltimæ conclusionis superioris cap. num.* 17. 18. 19. *adductis*, tùm ex his, quæ mox subijciam; & ratio est, quòd cùm ille nihil cuiquam debeat, antequam diuinam suam largiatur gratiam, neque ipsius spiritualia bona, siuè gratiæ sanctificantis, siuè fidei, siuè quomodolibet ad beatitatem spectātia nullo iure mortalibus ex se spectatis debeātur, nulla personarum acceptio poterit in Deo esse, horum bonorum distributore; quam debitum supponere necessariò docuimus *superiori cap. num.* 10. Deindè licet æqualiter bona sua Deus distribuat, cum nullam tamen personæ dignitatem spectet, quæ in ipsa existat, aut à natura, vel moralibus actionibus oriatur minus dignum in hoc genere non præfert digniori, qui nemo ex se supernaturalibus bonis vllo pacto 10 dignus censeri potest. Scio *Matth.* 25. dici Deū distribuisse vnicuiq; talenta sua, secundum propriam virtutem: Verum vel nomine virtutis intelligenda est (*D. Hieronymo interprete in hunc locum, nec non D. Thoma 2.2.q.24. art.3. ad primum*) propria vniuscuiusq. dispositio ex antecedente auxilio Dei prouenies, qua potissimū talentum gratiæ sanctificantis augeant, ac multiplicent fideles, vt probè *Maldonatus allegatū explicans locum.* Vel dicendum in parabolis nō omnia minutatim spiritualibus accommodanda, sed earum spectandum esse finem, qui quidem præsentis parabolæ fuit, vt doceremur, Dominū sumpturum esse rationem talenti, tùm creationis, tùm gratiæ, tùm potissimum ipsiusmet Christi, locupletissimi thesauri, nobis liberaliter collocati, instar hēri à famulis partem rationem expetentis. De modo autem diuidendi talenta nihil curauisse, sic *Vasquez 1.par.disp.91. cap.17. num.*140. cùm nemini præsertim mortalium ad supernaturalem statum elevato negauerit Deus auxilia sufficientia, eximia sua prouidentia præparata, quippèqui *vult omnes homines saluos fieri 1.ad Thimoteum* 2. Addo ex Maldonato in *Matth.*14. *vers.*26. multa in parabolis non ad significandum; sed ad implendam narrationem adhiberi, non ipsius, quasi partes, sed quasi emblemata; non quia necessaria, sed quia sunt in vsu. Quamobrem numerum talentorum nihil ad sensum huius parabolæ facere reor. Vel asserendum est Christum de donis, vel officijs, talentisq. naturalibus loquutum, à Deo nimirum datis, secundum cuiuslibet naturam, ac dispositionem naturalem: sic Moysen sui populi Ducē constituit, spiritumq. gubernandi concessit, qui natura mitis erat, ac prudens eodem *Maldonato Auctore.*

12 Deindè dicimus, etiam si Deus personam, per impossibile, respiceret in ijs, quę gratia sua tribuit ex liberalitate, vel ex eadem condonaret, cùm ad oppositum nulla teneatur lege, neq. mortalibus aliquod sit ius ad diuina huiusmodi dona, iniustus non esset. Nam quod quis ex liberalitate, vel condonat, vel largitur, non peccat etiam si personam respiciat; Cæterum cum vel vmbra quidem huius vitij longè à iustissimo Deo absit; Idcircò *Paulus ad Romanos cap.*1. *Non enim est acceptio* (ait) *personarū apud Deum.*

13 His autem non acceptionem personarum Paulus vsurpat propriè pro vitio; quod suprà explicauimus, atq. à Deo Opt. Max. longè amādauimus, sed quatenus oppositum liberali indifferentię Dei ergà omnes homines: quasi diceret, Deus non modò proprius acceptor personarum non est, imò esse non potest, vt lippis, ac tōsoribus est notum, sed nec etiam respicit personam, curans an Iudęus sit, an Gręcus, an diues, an pauper, sed indifferenter sua dona, gratiasq; distribuit suas omnibus, quibus non tenetur.

14 Sic pari etiam pacto in *Act. Apost. cap.*10. *vers.*34. *per ea in veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus.* D. Petrus solum videtur vsus argumento à fortiori de acceptione personarum propria supra à nobis declarata, contra

Digitized by Google

iustitiam cùm erga homines hac iustitia Deus propriè & rigore non ligetur, quibus vel seclusa promissione ex liberalitate diuina facta, vel ex se, vis nullum ad bona spiritualia est; quasi diceret Princeps Apostolorum, Non est Deus acceptor personarum, prout acceptio iniustitiã redoleret, sed nedum acceptione personarum per similitudinem cum ea. Quam ob rem absq; vlla iniustitia Iudæos eligere ad Christianã Religionem, atq; ab ea Gentes excludere posset. Loquitur igitur textus, eamq. exceptionem personarum à Deo etiam meritò excludit, quæ per quãdam analogiam talis dicitur, & circa res gratuitas versatur; quæ ex mera dominantis potestate pendet, vt si quis velit eleemosynam certis elargiri pauperibus, & non alijs. Non sic quam Deus, sed (vt prosequitur *D. Petrus loco laudato*) *in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam acceptus est illi.* Probè itaq; *Vasq. 1 par disp. 86. cap. 4.* ait. Cùm sacræ literæ nostris Deum acceptorem personarum non esse testãtur, non modo ei negant vitium oppositum iustitiæ, verum etiam illius similitudinem, quod nullo modo etiam, si licitè posset id facere, tanquam Dominus personam intuitus, sed secundum merita solum tribuit, iuxtà ipsius promissionem.

15 Verùm enim verò licet, quamplures fuisse rim esse DD. negantes quidem bona opera moralia ex puro libero arbitrio procedentia prædestinationis effectum esse, sed ea concedentes quatenus facta ex gratia, vt ex *Augustino aliisq.* docet *Vasq. 1 par disp. 93. cap. 4. num. 45.* neque huiusmodi opera purè naturalia, & absq. gratia per Christum facta, esse dispositionem, neque etiam remotam, seù per accidens, & remouentem prohibens, vel impedimenta, vt idemmet *Vasq. ex Antiquioribus tùm tota disp. 91, tùm 94 n. 14. prosequitur*; quòd contraria sententia videatur sapere, Massilienses, qui etiã nnq. obligationem aliquam adstruebant esse Deo, aut necessitatem, vt gratiam suam ex aliquo initio nostro tribueret, mò aliquando absq. eo donasse nonnulli asserebant, vt idemmet *Vasq disp. 89 & 91*, nec non *92*, ostendit.

16 Nihilo tamen minus alios esse non ignoro eiusdem notæ DD. docentes, bonos actus morales, & si puri ordinis naturalis, in se nonnunquã esse effectus prædestinationis, quia licet quandoque non sint facti ex gratia Christi ad prædestinationem, & gloriam non conducant per modũ meritum impetrationis, vel dispositionis, possunt tamen prodesse modum impediendo, ac removendo impedimentorum plus gratiæ; sic ex multis *Suarius in Summa lib. 2. de prædestinatione. cap. 7. num. 12. & lib. 7. de necessitate gratiæ cap. 20. num. 23.* Imo dicunt *Vasquez constantissimus gratiæ Christi assertor*, non esse erroneum semipelagianorum alterius *disput. 93. cap. 1. n. 33. & 34.* concedere dispositionem naturalem ex nobis, aut ex bona indole naturali, non quidem ad gratiam obtinendam, sed vt gratia ex misericordia collata facilius nobis operetur, sic eamque ut initium, nec occasio etiam remota, aut per accidens gratiæ conceditur. Hinc *Benedictus Iustinianus in epist. sepè citatam Iacobi cap. unum. §. erat Petrus. Act. 10. num. 35.* per verba, quæ modernus expendimus, indicare etiam magis quam asserere videtur, gratiam non nisi gratuitò ac liberaliter concedi à Deo, nonnullam intercedere potuisse rationem, quæ id impugnaret, acceptionem personarum, si vt gratuitum voluisset suæ beneficentiæ radijs solos Iudæos illustrare, neglectis, seù exclusis Gentilibus, qui iustitiam, vitæq; probitatem per sua bona opera moralia, vacuum; colerent, quibus bonis operibus naturalibus non videretur positivè indignus, sed vt minimùm remotè, vti sic loquendum sit, indirectè quamdam cum eis haberent improportionem, quam nonnulli improbi Iudæi.

17 Ex quibus sic expositis, neq; penitus expensis, nec quidem sententia probatis, cùm opus ad rem non sit, quod *superiori cap. num. 10. & 11.* indicaui, deducere, liceat, si ad veram minimum, propriamque acceptionem personarum ius sufficeret remotum in illis, quibus diuidenda essent bona communia, & debitum proportionatum illi iuri, obiectum verum esse iustitiæ distributiuæ, non modo iuxtà sententiam hanc secundo loco laudatam, ad homines in his quæ gratuitis, & liberaliter concessis illam iustitiam concedendam esse Deo, verùm rationem quam ab illo excludimus acceptionem propriam personarum, fere nullius esse momenti asserendum esset, cũ tamen vtrumq; contra cõmunem esse Doctorum sententiam, vere certius sit.

DISPV-

DISPVTATIO SEXTA.

De peccato in promouendis ad beneficia Ecclesiastica indignis.

POstquam acceptionis personarum, expendimus naturam, reliquum est, vt ad Ecclesiasticas dignitates, ac beneficia, quod proprié nostri est instituti Disputationem conferamus. Grauitate enim, atq; noxæ huius disputatio habet exquirendam, quæ subeunt per electionem personæ indignæ ad Episcopatum, cæteraq; beneficia, non inquirimus de malitia, quali materialis huius peccati, denique de controuersia non est apud DD. cùm omnibus explorata sit materia horum beneficiorum, atq; officiorum ad cultum diuinum, religionemq; spectare, in quam referuntur illa officia, & quia certum est electionem indigni tendere, sed de speciali præter hanc, de qua indagamus vtrum, & quam iniustitiam imbibat, actus electionis, electionem dicunt, omissa disputatione de validitate ejusdem, atq; obligatione restituendi, si fuerit iniqua.

CAPVT PRIMVM.

Prolusio Disputationis.

SVMMA.

Aptitudo ad beneficia desumenda est ex ordine ad officia, ob quæ dantur, n. 1.
Indignus ad beneficium est ineptus ad officium, ob quod datur, n. 2.
Homo nequam ad ecclesiasticum beneficium eligendus non est, n. 3.
Exponitur vers. 6. Psal. 1. ibid.
Ad beneficium ecclesiasticum dignior non est, qui tantummodo sanctior, n. 4.
Quando existens in peccato ineptus habendus est ad beneficium, n. 5.
Non quicumque existens in peccato iudicandus ineptus ad beneficium, n. 6.
Inter dona, quibus exornatus esse debet Prælatus, morum probitas, & virtus sunt præcipua, tamen est sola non sufficiens, n. 7.
Qui finis immediatus, quiue mediatus ecclesiastici regiminis, ibid.
Numerantur bona requisita ad beneficia ecclesiastica, præsertim Episcopatus, n. 8.

1 AD veritatis dilucidationem nonnulla nobis præmittenda sunt. Et primò bonitatem, atq; idoneitatem ad Ecclesiastica beneficia, tanquam ex fine desumendas quidem esse ex officio, quod tenere, quo fungetur, qui tali beneficio donandus est; nam ratio medij ex fine proculdubio sumitur, atq; huc diriguntur *Apostoli verba ad Corinth. 12. & D. Thoma ad rem nostram 2. 2. quæst. 63. art. 3. in corpore laudata; Vnicuiq; datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem:* hoc est ad profectũ Christianæ Rip. quod ex *disp. 4. cap. 3. num. 3.* vbi de beneficiorum institutione disputauimus, liquidò constat. Itaq. vt probè *D. Thomas modò citatus*, possunt qualitates, conditionesq. virorum eligendorum considerari secundum se, aut in ordine ad commune Reipublicę bonum, officiumque, ad quod referuntur, nec primò verum secundò pensandas esse modo: non secus dixerim, ac *Aristoteles 5. eth. cap. 3.* aliter virum bonum, aliter bonum ciuem spectandum esse docuit.

2 Hinc secundò notandum est, indignum, ineptumq; ad ecclesiastica beneficia contrario penè sensu existimãdum esse per ordinem ad munus, atq; officium, quod obiturus est, & huiusmodi sanè censeretur, quis ratione infamiæ, pravæ vitæ, insufficientis ætatis, ignorantiæ, similisq. notæ. Ratio autem huius notandi est, quod contrariorũ eadem sit disciplina ex *Philosopho lib. 1. Topicorum cap. 8.*

3 Scio hominem nequam animiq. morbis præsertim laborantem, quibus vacare Præsulem *1. tomo lib. 2. & 3.* diximus, declinandum omninò ab electoribus esse, licet ad cætera videretur aptus iuxtà *Psalmum primum. vers. 6.* qui (mea quidem sententia) hùnc potest habere sensum. *Neque resurgent peccatores in Concilio iustorum* non modo in alia vita, atq; in die Iudicij, quando non resurgent, vel ad gloriam, vel cæteros iudicaturi, vt iusti, verùm ad pœnas æternas, sed in hac etiam iuxtà *Ezechielem 13. In Concilio Populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, & Prouerb. 24. Excelsa stulto sapientia in porta non aperit os suum.* Per stultum enim, peccatorem intelligit Hugo, & per portam, Iudicum subsellia notantur. Esset enim Lupo comendare Domini ouiculas, & in hoc sensu DD. subscribo, do entibus peccatũ esse mortale, vitiosum ad regimen Ecclesiæ eligere: sic *S. Thomas quodlib. 8. art. 6. Ledesm. 2. 4. q. 18. art. 2. dub. 9. Arag. 2. 2. q. 62. fol. 203. art. 2. & q. 63. art. 2. par. 1. & clariùs Sotus lib. 3. de iust. q. 6. art. 2. conclus. 6. & lib. 10. de iust. quæst. 2. ad 3.*

4 Verùm sicut dignior, aptiorq. ad ecclesiasticũ non afficitur beneficium, qui cæteris sanctior est, vt probè *D. Thom. q. 63. art. 2. in corpore*, ità neq; censendus est aptus, dignus, idoneusq. qui sola bonitate vitæ ornatus esset, quæ absq. scientia, prudentia, aliisq. ad bonum commune, ac Reip. regimen desideratis ornamentis, satis minimè censetur. Is igitur censendus erit idoneus, qui

ad

ad exequendum munus, ad quod ei beneficium collatum est, facultates, animique dotes habet.

5 Quid autem sentiendum sit de existente in peccato mortali, quando ineptus ad regimen habendus, diximus 1. *tomo lib. 3. disp. 2. cap. 3.*

6 Quibus addo, non absolutè placere doctrinã *Ferdinandi de Castropalao tract. 13. disp. 2. punct. 11. §. 2. num. 2.* docentis, Peccare mortaliter tùm Electores, tùm Electum ad quodcumq. beneficium ecclesiasticum, existentem in aliquo peccato mortali; nam etsi hoc, vel ratione magni scandali, vel notæ impœnitentiæ aliquo pacto verum esse possit, at non facilè crediderim, si absolutè loquamur; nè hæreticis, quos citato loco *tom. 1. an. 1.* reieci, aliquo pacto fauere videamur; tùm quia Dominus, ac Magister Christus è telonio Matthæum ad Apostolatum vocauit, cuius domum ingressus, peccatores se ad pœnitentiam vocandos venisse docuit *Matth. 10. Marc. 2.* & Zacchæum Principem Publicanorũ vocauit ad se, atq; ad discipulatum, cuius domum etiam sua illustrauit præsentia, ac salute donauit *Luc. 19. Venit enim filius hominis quærere, & salvum facere, quod perierat.* Nec video, cur de cuiusq. notorij peccatoris salute desperet *Ferdinandus noster.*

Notandum vltimò *ex cap. cum in cunctis, de elect.* quod nos 1. *tomo lib. 3.* sæpè perpendimus, nonnulla desiderari dona, vt quis dignus ad beneficium censeatur, cuiam habens animarum, ad quæ cætera reuocari facilè possunt, ætatem, morum probitatem, scientiam debitam, legitima natalia, quibus adnecto prudentiam, solertiamq. in rebus agendis *Matth. 24. Quis putas fidelis seruus, & prudens; & ex Tridentino sess. 24. cap. 18. nec non Philosopho 6. eth. cap. 5. ad finem, prudentia verò propria virtus est Præsidentis, nã cæteræ quidem virtutes videntur communes tam eorum, qui præsunt, quàm eorum, qui subsunt, & prudentia non est eius, qui subsit?* Nec non in rebus aduersis, atq. ad infringendam nequitiam malorum animi etiam requiro fortitudinem, atq. constantiam in Episcopo *Eccles. 7. 6. Noli quærere fieri Iudex, nisi valeas virtute irrumpere insultantes, nè forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua.*

7 Inter hæc autem Prælati dona potissimum est morum probitas, & charitas, quam desiderauit Dominus, atque expostulauit à Petro, cui vniuersalis Ecclesiæ curam demandare voluit; cùm enim præcipuus Episcopi scopus sit ad æternam fœlicitatem Dei populum ducere, ad quod munus maximoperè probitas, siuè per recta dictamina maximè conducat, hanc pluris faciendam esse profectò sequitur, quàm cætera. Verùm cùm adæquatus horum, quibus cura est animarum, finis sit ecclesiã defendere, instruere, ac pacificè gubernare, vt probè *D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 3. in corpore*, Ideoq nonnunquam is, qui reliquorum donorum à charitate distinctorum, scientiæ, prudẽtiæ, ac fortitudinis instructus est ornamentis eo, qui simplicitèr sanctitate vitæ præstantior est, posthabito, promouendus ad curam est animarum, vt rectè *Sotus de iust. lib. 3. q. 6. concl. 6.* quò spectat, quod ex *Aristot. 5. eth. cap. 3.* nuperè diximus, idem non esse probum virum, ac bonum ciuem.

8 Dotes autem, ac dona, quibus exornatus ad omnia beneficia debet esse, qui illis donandus est, denario comprehendi numero possunt. Legimus videlicet tõrus, de quo *lib. 2. cap. 1.* Clericatus, vel ordo, quem ad rem nostram expendimus *lib. 4. propè finem.* Tertium ætas, de qua *lib. 2. disput. vlt.* Quartum cœlibatus, quem *lib. 3. disp. 5. 6. & 7.* declaruimus. Quintum, immunitas à censura, quam explanauimus *lib. 3. disp. 6. & 7.* Sextum, morum probitas, de qua egimus *disp. 3. eiusdem lib. 3.* Septimum, scientia, quam illustrauit *disp. 1. eiusdem lib. 3.* Octauum, habitus corporis. Nonũ, status ecclesiastici, intentio. Decimũ aliud ne habeat beneficiũ incõpatibile. Quæ tria vltima licet in ordine ad Episcopatum expensa, in ordine tamen ad exactam doctrinã deinceps, vt se se dabit occasio, declarabuntur. De beneficijs etiam egimus disp. 6. in n. 7.

CAPVT SECVNDVM.

Quod peccatum sit indignum promouere ad ecclesiasticũ beneficium.

SVMMA.

Ex se peccatum est lethale beneficium ecclesiasticum curatum, aut episcopatum indigno dare, n. 1 & 6.

Omnes ferè hæreses ex indignorum promotione pullularunt, n. 2.

Quamplures Hæresiarchæ mali fuerunt Episcopi, nu. 3.

Capite minuendum docuit Felinus eligentem indignum in Episcopum, n. 4.

Episcopus ineptus, vita censetur indignus per nonnullos, n. 5.

Episcopatus, vel quodcumq. aliud beneficium cõferre indigno peccatum est mortale, ni paruitate materiæ excusetur, n. 6.

Collatio beneficij curam animarum habentis indigno facta contra commutatiuam est iustitiam, & contra distributiuam, & commutatiuam simul nonnunquam respectu diuersorum, n. 7.

Ratione solius etiam grauis periculi, cui se exponit Elector indigni ad dannum inferendum Ecclesiæ, peccat mortaliter, n. 8.

Oeconomus, quando tenetur ex iustitia erga Dominum, n. 9.

Speciali ratione Collatio Paræciæ factæ indigno mortalis demonstratur, n. 10.

Qui iuxtà Tridentinum in Parochos approbandi sunt, ius habent rigorosum post examen ad Paræcias prò qualitate donorum requisitorum, nu. 11.

Approbatio Confessariorum iuxtà Tridentinum facta, iuridica est declaratio, seù sententia ex iustitia debita, n. 12.

Contra

Contra iustitiam commutatiuam fit ab impedien-te candidatos beneficiorum, nu. 13.

Reges, qui q. Diuitiæ quorum est onus proponere ad Episcopatus, si omittant, quos facta inquisi-tione Cõstituti, quibus incumbit, vt dignos pro-posuerunt, vtq. indignos promouent, peccãt con-tra iustitiam, n. 14.

Quid dicendum sit de Summo Pontifice indigum, promouente, n. 15.

Collatio beneficiorum, in præmium institutorum, facta indignis est mortalis contra iustitiam commutatiuam respectu Ecclesiæ, nec non aliquando contra iustitiam distributiuam, & commutatiuam simul respectu Eligendorum, nu. 16.

Cætera beneficia etiam simplicia indignis dare, suapte natura peccatum est mortale contra iu-stitiam, cùm commutatiuam in Ecclesiam, tùm communitiuam, & distributiuam simul contra dignos, n. 17.

Electio indigni, omisso digno ad acceptionem spe-ctat personarum, n. 18.

Ex institutione beneficiorum etiam simplicium ius habent ad ea digni, quod quidem proportio-natum est obiectum distributiuæ iustitiæ, nu. 19.

Qui iniquè agricolam ab opere, notarium à scribã-do impedit contra iustitiam facit, n. 20.

Quale ius sit ad beneficia Clericis conditiones ha-bentibus desideratas ab Institutoribus benefi-ciorum, n. 21.

Per accidens aliquando excusari possunt Electo-res à peccato, beneficium dantes minus digno, nu. 22.

Quomodo cohæreat illud principium, Non sunt facienda mala, vt eueniant bona, cum altero; Minus malum est eligendum, n. 23.

Neq. ad euitandum homicidium, licet mendaciũ, nu. 24.

Nullum peccatum veniale licet ad euitãdum etiã mortale, n. 25.

Ad peccatum declinandum non sufficit, vt Elec-tor, vel Collator beneficij, negatiuè se habeat, sed positiuè debet idoneitatem Eligendi cogna-scere, n. 26.

Quàm certa esse debeat Collatori, vel Electori di-gnitas Promouendi, n. 27.

Quo pacto Apostolorum electio fuerit optima, nu. 28.

Quomodo Eminentissimi Cardinales debent respõ-dere interrogati in Concistorio, de promouendo in Episcopum, n. 29. remissiuè.

1 PRima sit assertio. Suapte natura peccatum est lethale, beneficium ecclesiasticum, relatum præsertim ad curam animarum, & in primis Episcopatum indigno conferre. Est conclusio omnium Auctorum calculis comprobata, vt patet de Episcopatu, ex his, quæ *tomo 1. tùm lib. 1. cum 3.* diximus de donis, atq. ornamentis ad onus Episcopale requisitis, Angelorum humeris formidandum, ac de qualitate talis muneris ad salutem animarũ ordinati, quod si commendetur inepto, quàm grane sit peccatum per se liquet; *Si enim cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadent Matth. 15. Et si lumen, quod in vobis est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Lucæ 6, 23.* Constat etiam ex his, quæ *disp. 4. cap. 5. d n. 14.* exa-minauimus. Nam si cætera beneficia ad curam ani-marum ordinata, instituta quidem sunt in boni Ecclesiarum, vtq. aptioribus, dignioribusq. dan-tur, quæ profectò turpitudo inueniri poterit maior, quam Principe ecclesiasticum beneficiũ, ac dignitatem videlicet Episcopalem indigno, nedum minus digno conferre? qua ratione bono Ecclesiarum consuletur per indignum, inep-tumq. Pastorem, Magistrum, Medicum, Ducẽ? Probatur præterea ex sacris literis; *Si enim dum dormirent homines*, i. Episcopi, Prælati, ac Paro-chi (ex communi DD. sententia) *venit inimicus homo*, idest hæretici, vel cæteri, qui ex *Diabolo sunt, vel filij Diaboli, qui desideria patris Diaboli volunt facere Ioan. 8. & seminant zizaniam Matth. 13.* i. hæresim, vel quemcumq. errorem, semenq. peccati, quid sanè facient, si radicali veluti lethargo animã duerterint hos Prælatos teneri per indignitatem, atq. ineptitudinem ad regimen? Comprobatur deinde è sacris Canonibus *cap. cum in cunctis de elect.* quod ad cun-ctos sacros ordines, ac Ministeria, & præcipuè ad beneficia curata dignos, aptosque postulat; *cap. si compromissarius de elect. in 6. & Clementina 1. de ætate, & qualitate, nec non cap. Grave nimis de præb.* cuius verba, vtpotè diuina sapiẽ-tia dictante, aurea hæc sunt. *Graue nimis est, & absurdum, quod quidam Ecclesiarum Prælati, cũ possint viros idoneos ad ecclesiastica beneficia promouere, assumere non verentur indignos, qui-bus nec morum honestas, nec literarum scientia suffragatur, carnalitates sequentes affectum, non iudicium rationis, unde quanta Ecclesijs damna proueniant, nemo sanæ mentis ignorat.*

2 Et sanè omnes ferè hæreses, Ecclesiæq. mala ex hac infecta radice ad perniciem Christiani populi pullularunt; quòd indignis beneficia collata, dum enim Episcopatus indoctis homi-nibus conferuntur, vel improbis, vel imprudẽ-tibus homunciombus, qui nihil minus, quàm de munere Præsulis solliciti sunt, aulicis potiùs for-sitan assentationibus dediti, Parochos etiam hi similes instituunt, siquidem pares, cum paribus veteri prouerbio facillimè congregantur, & vt ait ille, similes habent labra lactucas; tales enim Prælati nihil facere solent, quales habeant Paro-chos, à quibus indoctis, vel improbis necesse est Christianum populum misericordiæ fidei, mo-ribusq. probis non rectè imbui: hic autem non rectè institutus, malorum Prælatorum, seu Paro-chorum exemplo scandalizatus ad omne nefas, etiam hæresis, ruit, facilisq. admodum est ad nouos DD. seu nouatores, reformationem, pu-ramq. Dei verbũ falsò promittentes audiendum.

3 Et vtinam Hæresiarchæ quamplures mali nõ fuerint Episcopi, cùm hæreses, vt rectè *Bellar-minus 1. tom. lib. 1. de Romano Pontifice cap. 8. col. 502.* quædam quasi optimarum factionum sint fœtus non etiam *tom. 1. lib. 1. cap. 15. nu. 1.* indi-cauimus.

4 Hinc *Felinus in cap. si quando, de rescript. cit. à Nauarr. ibidem exceptione 16. nu. 5. per Glossam l. qui cum vno, ff. de re militari*, puniendum esse capite solo mouente, qui indignum in

Episca-

Digitized by Google

Episcopum promouet. Accedit *Leo Papa I, epist.85. ad Episcopos Africanos relatus in cap. Miramur 61. Miramur, vt indignus quibuslibet, & longè extra Sacerdotale meritum constitutis gubernatio Ecclesiæ credatur.* Cui concinit illud Ecclesiæ Gallicanæ in *tit. de elect. & quoniam, qui dolosè, vel negligenter, ac timore Domini postposito in re tam graui se gesserint, sicut Auctores sunt in causa malorum Pastorum, ità Principes fiant pœnarum, quas ipsi mali Pastores in districto*
5 *Dei iudicio patientur.* Et quod horret animus pronunciare, Episcopus indoctus capite minui mereretur ex *Zaccharia in additionib. ad Abbatem cap. graue nimis paulò ante citatũ sub initio. Addit Ioannes Andræas in cap. cum adeò, de rescriptis*, nec mãdato Papæ (quod Deus auertat) obtempesandum esse, quando manifestè, ac tãta est promouendi indignitas, vt absq. peccato mortali promoueri nõ possit; & subscribit *Abb. cap. Graue nimis, de præb.* Quod ex hypotesi, si per impossibile euenisset dictũ volo, Probatur præterea præsertim de Episcopatu ex definitione beneficij, quam *disp. 3. cap. 1. nu. 3.* tradidimus quippe quod cũ sit propter officium, quicumq, ad hoc, & quidem in Ecclesia primum, quemadmodum est Pontificale, ineptus, indignusque promouetur, absq. dubio illicitè, vtq, ex grauitate patet materiæ, per peccatum mortale promouetur. Quod rationis momentum etiam suo modo probat de reliquis beneficijs, & clarius innotescet ex adijciendis assertionibus, ex quibus liquidò constabit hanc promotionem contra charitatem esse, & contra iustitiam.

6 Ex his facilè colligitur, quid de omnibus sentiẽdum sit beneficijs, quæ indignis, atq. ineptis darentur, esset enim ex se peccatum mortale, sic *Gabriel. in 4. dist. 15. q. 7. art. 3. concluſ. 2. pro qua sententia citat Alexandrum, Sotus lib. 3. de iust. q. 6. art. 5. Vasq. de benef. § 3. dub. 8. n. 78.* & ex vltimo nostra assertione liquidò constabit. Dixi, ex se, nam ratione paruitatis materiæ, sicut aliquod beneficium ob suam tenuitatem, octo nimirum ducatorum non obligat ad officium diuinum secundum aliquos, *Sot. lib. 10. q. 5. art. 3. Lessium de benef. cap. 34. dub. 31. Sà verbo horæ canonicæ*, sic neq. peccatũ erit mortale hoc beneficium inepto ad recitationem conferre; nàm si ab horis canonicis hic excusaretur, etiam videtur excusatus ab habilitate ad illas recitandas; cessante enim fine, cessant ea, quæ sunt ad finem, & consequenter conferens huic tale beneficium excusari poterit, quod in meram potiùs sustentationem, saltem ex parte censeretur datum, quam ob officium, ideoq. vix nomen mereretur beneficij. Cæterum neq. restatum id absolutè volo, mea sola sententia, neq. prætermissum, sed doctioris, ac prudentioris iudicio decernendum relinquo.

7 Sit secunda conclusio. Collatio beneficij ad curam animarum relati, facta indigno, est ex se contra iustitiam, tùm purè commutatiuam, tùm aliquando contra iustitiam, partim commutatiuam, partim distributiuam, respectu tamen diuersorum. Hæc assertio certissima, per partes, est omnium fere Auctorum suffragijs firmata; & præsertim quoad primam, sic quos citauimus *disp. 4. sub initio cap. 2. pro prima sententia*, obligantes ad restitutionem iniquos beneficiorum distributores: sic & *Auctores secundæ opinionis in 4 ibidem relati*, qui indicant ad restitutionem teneri Ecclesiæ faciendam eligentem indignũ: sic *omnes laudati cap. 5. eiusdem disput. nu. 2.* atq. hoc idem sequitur ex *assert. 3. cap. 4. nu. 14.* Qui quidem DD. esto de electione non dignioris nõ adeò clarè, vel cum nonnullo dubio loquantur: At verò electionem indigni absq. controuersia docent esse contra iustitiã, siue ob finẽ, ad quem instituta sunt beneficia, siue ob pactũ, quod inter Ecclesiã, & Collatores, seù Electores intercedit, siue ob præceptũ resultans naturale diuinum, siue ob talium naturam beneficiorum.

8 Quod si daremus ex indigni promotione nullũ obuenisse damnum Ecclesiæ, quod tùm per se, tùm per alios, electus indignus aliquo pacto sufficienter, suo fungeretur officio, nihilo tamẽ minus ratione periculi, cui exposuerunt Electores, ac promotores Ecclesiam Rempublicam, Pupillorum bona, Pauperumq, patrimonia, censendi sunt peccasse *ex cap. His quoscumq. 1. q. 1. & probè docet Couarr. de restit. 2. par. §. 7. num. 2.* Quæ omnia cum locis modo laudatis ex instituto prosequutus sim, hìc non iteràbo, sed ad citatum locum meum dirigo Lectorem. Itaque contra Ecclesiam per iniustitiam oppositam cõmutatiuæ iustitiæ peccare iniquum electorem ad curam eligẽtem indignum animarum, compertum habeo; & videre est apud *Sotum ibi laudatum præsertim lib. 4 q. 6. art. 3. ad 6. arg. concl. 1 in illa solutione adhibita*, & quamuis *Caietanus, Vasq. aliiq. quos cap. 2. disp. 4. pro prima sententia* citauimus, hanc iniustitiam contra distributiuã agnoscant, etiam respectu dignioris omissi, vti nos mox dicemus; nihilò tamen secius *Vasquez* respectu Ecclesiæ hanc adstruit obligationem etiam *opusc. de benef. cap. 2. §. 3. dub. 1. num. 52. ac deinceps.* Hoc autem peccatũ electionis iniquæ, vel promotionis nonnunquam etiam esse cõtra commutatiuam, ac distributiuam respectu meliorum omissorum, manifestè deducitur primò ex his, quæ *disp. 4. cap. 4. a nu. 14.* disputata sunt; nam si sacerdotia curam animarum non modo instituta sunt ad bonum Ecclesiarum tanquam ad primarium finem, verùm etiam secundariò in bonum eligendorum, vt vnico intuitu prospiceretur vtriq. bono, Ecclesiarum scilicet, & virtuosorum, qui dies, noctesq. insomnes in studijs transegere; viderut profectò habere ius, quiuis doctus hic, & nunc, cæteras conditiones desideratas habens, vt dicemus locis mox à nobis citandis; nam si per electionem digni omisso digniori quemadmodum *sequenti disput.* probandum est, contra iustitiam, fit tùm commutatiuam, tùm distributiuam, à fortiori sanè censebitur fieri contra eamdem, per electionem indigni, digno prætermisso. Hinc merito reijciendam arbitramur doctrinam *Salon. 2. 2. q. 63. art. 2. controu. 3. fol. 1017. & Sanchez in opusc. lib. 2. cap. 1. dub. 7. nu. 2.* asserentium, resignantem beneficium indigno facere quidem contra iustitiam commutatiuam in Ecclesiam, non autem contra distributiuam; quia non est persona publica, ad quam spectet bona com-

Digitized by Google

communia dispensare, quam doctrinam meritò reijcimus, tùm quia vt sæpè dixi, licet iustitia distributiua sæpè in distributione bonorum communium committatur, potest etiam in alijs, cum intercedat ius proportionatum; tùm quia etiã per citatos Auctores præsertim *Sanchez ibid. dub. 2. nu. 6.* beneficia Ecclesiastica etiam sunt præmia saltem secundariò promouendorum, & ex iustitia distributiua danda, & acceptione personarum peccari, ni dignioribus detur, multo magis si indignis; sed eadem est ratio de resignante, ac de eligente, & conferente, vt patet, ergò, &c. At iterum *cap. vlt. disp.* 15. hoc agitandum erit. Deindè cum *cap* 5. *disp.* 4. pactum inter Ecclesiam, atq. electores, seù collatores huiusmodi beneficiorũ fuisse probauerimus, idq. primariò ob bonum Ecclesiarum, secũdariò autem ob bonum Eligendorum ad illud ordinatum, imbibens efficacem voluntatem institutiuam beneficiorum, ex hac ius sanè ad rẽ resultabit in habentibus partes requisitas ad talia beneficia, atq. aliquo pacto ad ea concurrentibus, quemadmodum indicauimus. *disp. 3. cap. 1. dn. 4. & alibi sæpè.* Cõtra hoc igitur ius iniquus faciet Elector, vel Collator, indigno si cõtulerit beneficiũ, relicto digno; Quod rationis momentum eò efficaciùs est, quò *citati DD. c. 5. disp. 4.* cum aliqua dubitent ratione de materia huius pacti; num sit, vt Ecclesijs consulatur per præstantiores, optimosq. Pastores, neq. vmbram admittunt dubitandi, illud esse de bonis, atquè idoneis Pastoribus, reiectis indignis, ineptisq. Deindè acceptio personarum, vt *cap. 1. disp. 5.* demonstrauimus, est iniustitia præferens personam personæ, propter causam indebitam, tũ contra commutatiuam, tùm contra distributiuam. At quæ iniquior excogitari poterit acceptio personarum, quàm dignis omissis, Sacerdotia indignis conferre? Quamobrem *Satus lib. 3. de iust. q. 6. art. 2. concluſ. 7.* peccare meritò inquit iniquum collatorem beneficij indigno dati, tùm contra iustitiam commutatiuam in Ecclesiam, tùm contra distributiuam in dignos prætermissos, in quos etiam nos dicimus peccasse per iniustitiam inadæquatè commutatiuam, vti sæpè indicauimus, & infra *disp. 11. & 12. de restit.* differentes dicemus.

9 His addo alteram malitiæ formalitatem, quę videtur etiam huic electioni, cõtra fidelitatem inesse; imò alio titulo contra iustitiam Promotoris, vt Oeconomi, qui quidem obligatus, siuè ex fidelitate, siuè ex iustitia censetur ad curandum, nè sua negligentia, vel malitia Domino damnum inferatur; vt probè post multos *Less. de iust. lib. 2. cap. 32. n. 16.* Damnum autem graue subiret Ecclesia ex mala indigni, atq. inepti ministri electione.

10 Specialem prætereà rationem adscribo de Parochis, quippè qui vbi fuerint electi *iuxtà Tridentini decretum sess. 24 cap. 18.* per examinatorum suffragia de aetate, morum probitate, scientia, & prudentia, ob quod examinatorum de eis ferendum iudicium, ac testimonium; inquisitioni etiam sponte subijciuntur, licitè ab Examinatoribus faciendę, pro obligatione proprij officij, vt docui *1. tom. lib. 3. disp. 8. cap. 6. reg. 26. nu. 11. ac deinceps,* ius habent rigorosum, vt

11 prò qualitate scientię, integritatis, ac prudentiæ approbati, in Parochos eligantur. Igitur si cuipiam digno indignus præferatur, fit contra iustitiam, tùm commutatiuam, tùm distributiuam; & quia læditur ius rigorosum, & æqualitas arithmetica; & quia læditur geometrica, iuxta dicta *disp. 3. c. 2. & 3. & disp. 4. c. 4. dn. 14. & disp. 5 cap. 2.*

12 Confirmatur, nàm si Confessariorum approbatio *à Tridentino sess. 23. cap. 15.* præscripta, quando præsertim præuio datur examine, iuridica est declaratio, siuè sententia ex iustitia debita, vt probè ex alijs antiquioribus *Henriq. lib. 3. de pœnit. cap. 6. nu. 3. Soarius de pœnit. disp. 28. sect. 5. nu. 5. & sect. 8. n. 2. Vasquez de pœnit. q. 93. dub. 5. Coninch. de Sacram. pœnit. disput. 8. dub. 7. n. 49. et 58. Bellam. tract. 2. de Sacram. disp. 8. dub. 7. n. 5. Fagund. x. præcepto Ecclesiastico cap. 2. nu. 14. & 49. vers. patet.* A fortiori idem dicendum est de personis ad examen per Examinatores Synodales habendum pro Parœcia concurrentibus, contra quos si indignus eligatur, per iniustitiam peccabitur, vt clariùs *disp. 11. & 12. de rest.* constabit. Sed ego insipientior, quàm illi ipsi, si qui sunt, ista negantes, qui quidem contrà eos tamdiù disputem.

13 Hinc probè *Nauarrus in summ. cap 17. n. 74.* fieri contra iustitiam commutatiuam ait ab eos impediente, qui ad huiusmodi beneficia concurrunt candidati, vel per examen, vel alio modo, quo alij alijs opponuntur, quibus restituere tenentur, vt infrà; quod hi ius habent acquisitum ad petenda, atq. habenda huiusmodi beneficia, idq. libenti quidem animo ex hoc Auctore notaui, qui licet per electionem indignioris, dummodò dignus promoueatur, non fieri contra iustitiam ibidem sentiat; quando tamen beneficia per concursum dantur, id non audet asserere. De collatione verò Præsulatus, vt plerumq. est in vsu vltima rationum momenta nõ probant, & consequenter per iniustitiam partim distributiuam, partim commutatiuam contra dignos omissos, ex vi vltimæ ratiocinationis non fieret; in ijs tamen Regionibus, vbi ius eligendi est Capitulo, vel alijs, si esset contra eos dignos, qui omittuntur, peccari posset contra iustitiam tùm distributiuam, tùm commutati-

14 uam ob dicta. Imò Reges, alijq. Summi Principes, quorum est nominare Episcopos ad certas suorum Regnorum, vel Ditionum Ecclesias, si omissis dignis, quos adhibita diligentia exponunt Proceres, seù Consiliarij, quorum interest, indignos eligerent, pari etiam ratione peccarent.

15 Quid autem de Summo Pontifice dicendum sit in hoc, si laboraret crimine (quod auertat Deus, nec vnquam credendum) Sacerdotum minimus proferre non audeo. Cœterum ex his, quæ *sequenti cap.* ex primæ notæ Theologis scripturi sumus, facilè deduci poterit in præsentia *Soti* contentus doctrina *lib. 3. de iust. quæst. 6. art. 2. concluſ. 2. dicentis, rationem distributiuæ iustitiæ,* quæ in hisce dispensationibus reperitur, *ad commutatiuam ordinari, quæ est inter Pontifices, tàm Maximum, quàm reli-*

Digitized by Google

quos dispensatores, ac prouisores bonorum Ecclesiæ ab vna parte, & Ecclesias ab altera, enim verò quia ob id cíues decimas pendunt, vt sibi Sacramenta administrentur, Verbum Dei exponatur, & Ecclesiastica iustitia seruetur per iustitiam commutatiuam, debentur eis idonei horum munerum administri; Hæc ille.

Tertia conclusio. Quæcumq. beneficia in præmium instituta, atquè à nobis declarata *disput. 4. cap. 4. à num. 6.* si dentur indigno, collatio est mortalis ex se contra iustitiam; tùm commutatiuam respectu vniuersalis Ecclesiæ, vel certæ, ac determinatæ, cui illa sunt annexa, tùm aliquandò contra commutatiuam, ac distributiuam respectu digniorum omissorum; quia, vt *num. 17. cit. cap.* docuimus eadem de his, ac de beneficijs curatis est ratio, & quæ argumenta pro Curatis adduximus huc reuocare quisq. facilè poterit. Dixi aliquandò, ob rationem pro *sequen. conclus.* adducendam. Illud solum ad calcem huius adnotare habeo pinguia beneficia potiori iure, sæpius quam alia, de quibus mox dicam, optari à multis candidatis, qui vel suam operam, facultatesquè collocarunt in variis functionibus, ac muneribus ad bonum vniuersalis Ecclesiæ è præscripto Summi Pontificis, vel maiorem suarum partium dant spem, forè vt præstantissimi tandem ad hæc publica munera euadant, quibus post habitis, si dentur indignis de Ecclesia haud benemeritis, vel quorum nulla est probabilis spes, certò certius est fieri contra iustitiam, tũ distributiuam, tùm commutatiuam.

17 Quarta conclusio. Cætera conferre beneficia simplicia indignis peccatum pariter est contra iustitiam tùm commutatiuam in Ecclesiam, tùm aliquando contra distributiuam, & commutatiuam simul in alios. Probatur ex eisdem hactenus iactis fundamentis. Etenim esto pactum intercedere negauerimus *disput. 4. cap. 5.* inter Ecclesiam, horumquè collatores beneficiorum, quod in reliquis asseruimus, collatores obligans ad optimos, digniorcsquè eligendos, nihilo tamen minus, quùm hæc etiam beneficia propter officia instituta sint, vt colligere licet ex beneficij definitione *disputat. 3. cap. 3. num. 3.* tradita, si Ineptus, Indignusquè prorsus quis fuerit ad horas verbi gratia recitandas canonicas, vel quia legere nesciret, vel quia aliquo alio teneretur impedimento, aut ad Missæ sacrificium celebrandum, secundum rationem suæ obligationis: vel quia cæcus, vel mente depositus, & tamen ad huiusmodi beneficium promoueretur, profectò per iniustitiam contra Ecclesiam fieret; quippe quæ ad illud officium, ministeriumquè ecclesiasticum tale instituit beneficium, atquè in mercedem laboris ad illud obeundum eam requirens in Distributoribus fidelitatem, imò iustitiam, vt aptis ad munus desideratum conferrent beneficium. Quod etsi nonnulli Auctores hanc in dubium reuocent iniust, tiam, quando idoneus tribuitur Minister Ecclesiæ, & si non dignior, certè cum ei datur indignus, vix inuenietur, qui id neget, vt videre est apud *Sotum lib. 4. quæst. 6. art. 6. ad 6. argument. conclus. 1. & 2. in solut. illius alterius.* Neque vt merè Oeconomus peccans per infidelitatem se habet in hisce electionibus Collator, sed ex iustitia obligatus si minus ob pactum, quod in alijs expressimus, certè ob rationem sui officij, qua ex iustitia tenetur idoneum conferre Ministrum Ecclesiæ ad suum munus, cuius defectu ipsa detrimentum patitur, vt ex superioribus etiam constat. Hinc gradum facio ad secundam assertionis partem, non adeò certam de hisce beneficijs simplicibus, ac de cæteris, quæ superioribus conclusionibus explicata sunt, summam tamen in nonnullis casibus habentem probabilitatem; nàm vti beneficia, habentia curam animarum, instituta primariò sunt in bonum Ecclesiarum, & secundariò in bonum Eligendorum, vt meliores, aptioresquè eligantur ad illa; ità hæc licet simplicia, atq. ordinata ad officia ex se facilia, nequè tanti momenti, tùm primariò ad bonum Ecclesiæ, cultum nempè diuinum, tùm secundariò referuntur ad bonum eligendorum idoneorum, qui proportionatum ius habere videntur, vt præferantur indignis. Se-
18 cundò, quòd electio indigni, omissis dignis, ad huiusmodi beneficia, acceptio est personarum; igitur sicut hæc est tùm contra distributiuam, tùm contrà commutatiuam iustitiam, sic etiam ad hanc materiam coarctata. Tertiò
19 probatur ex institutione horum beneficiorum, atquè efficaci voluntate institutorum, ex qua, qui partes, ac talenta habent ad officium ab Ecclesia desiderata, ob quod huiusmodi beneficia condita sunt, ius etiam absquè dubio habent, quippè quod proportionatum est obiectum vtriusquè iustitiæ, tùm distributiuæ, in qua quatuor extrema mesitorum tùm digni, tùm indigni, ac præmij vtriusque facilè reperiuntur, nam si iniustitia est distributiua, præstantiora merita negligere, illisquè minus præstantia præferre, nonne palmaris, atquè omninò iniquior iniustitia erit, merita digni conferre cum fucata aptitudine Ineptis, illisquè hanc præferre? tùm etiam est obiectum commutatiuæ ob ea, quæ supra disputa-
20 timus, & mox subijciemus. Demùm quia, vti probè *Nauarrus summa cap. 17. num. 14.* qui ab opere agricolam, à scribendo Notarium, &c. immeritò impedit, peccat contra iustitiam, teneturquè ei restituere, quod impedit munus
21 illis iure competens; ità in casu nostro. Hoc autem Clericorum ius non modo reduci potest ad facultatem actiuam, quæ cuiquè est ad propriarum vsum rerum, expensa *disputat. 2. cap. 1. à num. 4.* Sed ad eamdem, maiorem sibi vendicantem rigorem, non modo vt ascisca-tur in membrum huius Ecclesiæ, quod tenue admodum esset, solumquè obiectum puræ distributiuæ, verum vt obtineat hoc beneficium eius supposita institutione, & requisitis ipsius donis, atquè ornamentis, iusto titulo ipsi debitum. Posset hoc etiam ius declarari instar potentiæ passiuæ, de qua nos *loco citato num. 5.* habent enim hi Clerici ius, vt alantur, ministerium Ecclesiæ præstantes, ad quod sunt idonei. Item vt indemnes seruentur,

Digitized by Google

tur, neue eorũ dona parui fiant, atq. adumbratis indignorum post habeantur, quæ ex supradictis liquidò constant, diuq. in ijs immorari actũ esset agere. Dixi in assertione, aliquando eligentem indignum ad huiusmodi beneficia, etiam facere contra distributiuam; nam si alius non esset, qui hic, & nunc beneficium dandum optaret, ità vt nec esset inuenire, quatuor extrema, ad quæ se habet distributiua per electionem indigni, contra eam sanè non fieret, è contra verò potiori ratione, tùm contra illam, tùm contra commutatiuam, si in vsu alicubi esset, vt per cõcursum, vel examen specimen propriæ habilitatis à Candidatis daretur iuxtà principia à nobis superius asserta.

22 Quinta conclusio. Per accidens dari posset euentus, in quo excusarẽtur Electores, vel Collatores cuiuscumq. beneficij illud indigno conferentes; qui tamen respectiuè censeretur aptus vel minus ineptus, sic expressè *Less. lib. 2 de iust. cap. 34. dub. 12. n. 55.* Et quidem sola terminorũ explicatione indiget assertio, nàm ad peiora euitanda mala, quæ sanè sequerentur, si beneficia darentur indignioribus, atq. ineptioribus, minus eligere licebit malum. Accedit, quod etsi absolutè hic indignus sit; collatus tamen cum cæteris, quibus necesse alioquin esset beneficia cõferre dignus aliquo pacto videretur: sic esset quilibet catholicus! respectu cuiuscũq. hæreticalis pestis. Verũ Catholicus qualiscũq. ille fuerit tenetur, & per se, & per alios coadiutores aliquã sibi cõparare idoneitatẽ ad suũ munus, qua suo possit satisfacere officio aliqua cũ mediocritate, alioquin nec suos facit fructus, vt *sequẽti capite* dicemus, cum lege iustitiæ obligetur ad præstandum munus sui officij, & consequenter ad se illi reddendum pro viribus aptum.

23 Obijcies, non sunt facienda mala, vt eueniãt bona; imò neq. licet mendacium ad quoduis aliud malum auertendum; igitur non licebit cõferre beneficia indignis ad auertendum malum maius collationis indigniori faciendæ. Respondeo, nonnulla esse mala intrinsecè, ac per se se, vt nullo pacto neq. ex aliqua circumstantia boni rationem sortiri possint, sic mendacium: alia verò, quæ mutatione circumstantiæ, vel bona, vel saltem non mala euadunt, sic ensem depositum. Domino negare, ex se malum est; at si Dominus furiosus factus fuerit, rationi profectò consentaneum est, vt ensem ei minimè restituã. Eligere autem indignum, malum quidem est nõ primi generis, sed secundi, cum aptitudo, vel ineptitudo dispositio sit respectiua in ordine ad commune bonum Reip. gubernandæ; Quamobrem cum hic, & nunc respectu huius; ecclesiasticæ Reip. hìc ineptus secundum quid malæ conditionis sit, defectu melioris, licebit eius electio. Quam solutionem mihi videor deduxisse ex *D. Thoma 2.2.q. 120. art. 3. ad 4.* qui cum sibi opposuisset minus malum esse eligendum, vt vitetur maius, & consequenter posse quempiam mentiri, vt alterum præseruet ab homicidio. Respondet mendaciũ esse malũ, nõ solũ ex damno, quod infert, sed ex suamet inordinatione, ob quam, vti diximus, cohonestati nequit.

24 Instabis, licet minus malum eligere ad euitandum maius, sed mendacium est malum minus, quàm homicidium; igitur licet eligere mẽdacium ad euitandum homicidium. Respondeo absolutè mendacium illicitum esse, ex *cap. super eo, de elect.* nec pro vita alterius efferendũ, *cap. si quis ad te 22. q. 2. cap. sacris, de his, quæ vi, Glossa cap. si aliquid 22. q. 4. & in cap. quod ait, dist. 14. vtq. communis Theologorum, Catholicorumq. DD. habent sententia cum Augustino de mendacio, & contra mendacium.* Neq. quodlibet peccatum, vel veniale licet ad euitandum grauius malum, vt probè *D. Thomas 2.2. q. 125. art. 4. Caietanus ibid. & 1.2. quæst. 96. art. 4. alijq. Thomistæ, ac Theologi passim apud Sotum lib. 1. de iust. quæst. 6. art. 4. nec non Iuris Consulti apud Couarr. de matr. & spons. par. 2. cap. 3. §. 4. & 5. Alma. tract. 1. moral. cap. 3.* est enim peccatum contra naturam rationalem, vt talis est, nec potest, vt sic esse eidem naturæ consentaneum. Ad argumentum itaq. dico ei, qui decreuit maius malum perpetrare, nequaquam fas esse minus, & consequenter homini habenti animum occidendi alterum, nequaquam licitũ erit mendacium, vel non lethale eidem infligere vulnus; at verò respectu alterius, re considerata, fas mihi quidem est, Petro efficaciter, atq. obstinatè volenti Paulum interficere, à cuius homicidio dimoueri alitèr non potuit, persuadere minus malum, absciſſionem v. g. membri, vel vulnus tantum non mortale, & volenti furari centum suadere furtum quinquaginta aureorum, quo negotium vtriusq. proximi facerem, neq. malũ absolutè, sed secundum quid, quod minus alio, imò in eo ipso clausum, vt medium euitandi maius; & temporale, & spirituale suadeo ei, cui firmatus omninò erat animus obeundi maius, respectu cuius etiam illud minus à me propositum est malum, ad quod tanquam virtute, vel formaliter inclusum in illo erat ille iam determinatus. Quapropter suadere minus malum, vt minus, hoc in euentu est idem, ac dissuadere maius: sic habet communis Theologorum sententia apud *Caietanum tomo 1. opusc. 31. resp. 13. cap. 3. & in summa verbo tyrannus, §. sed nunquid* licet contrarium videatur indicare *2. 2. q. 78. art. 4.* & apud *Vasq. opusc. de scand. dub. 1. à nu. 6. ac deinceps, & dub. 2.*

26 Vltima assertio. Non satis erit ad euitandum peccatum, vt collator negatiuè se habeat nesciens eum, cui confert beneficium esse indignum: sed positiuè scire, profectò debet eum esse idoneum, aptumq. ad munus, ob quod ecclesiasticum conferatur beneficium; ità *Adrianus posted Pontif. Max. in 4. tract. de restit. quæst. de dispensat. beneficiorum.* Probatur auctoritate *Chrisostomi de Sacerd. lib. 4. post initium. Nam sicut* (ait) *ijs, qui ad dignitates electi ab alijs fuerint, non satis est defensionem hanc afferre volantarius ipse ad huiusmodi munus administrandum non accessi: atq. ideò sanè non aufugi, quod non præsciuissem fore, vt eligerer, sic neq. eos, qui eligerent subleuare quidquam poterit, si dixerint ignorasse se eum, quem elegere; verum, vel hoc ipsum crimen grauius efficitur, quod quem ignorauere perduxerint: & certè quæ illis videtur excusatio accusationem auget.* Ratio est, quod illa esset culpabi-

Digitized by Google

lis ignorantia, cùm vnusquisq; noscere absq; dubio teneatur, quæ proprij sunt muneris. Collatoris autem proprium officium est partes, qualitatesq; noscere personæ, cui beneficium confert. Demùm, quia cum teneatur ex officio prò viribus curare, vt beneficia dignis dentur; debet sanè diligenter inquirere de idoneitate Promouendi, aliàs neq; Ecclesiæ, neq; suo satisfaceret muneri.

27 Quæres, quàm certò innotescere Collatori debeat aptitudo, ac dignitas Promouendi. Respondeo, non euidenti certitudine scientifica, sed morali, ac prudenti iudicio, quo de rebus magni momenti prudentiores quiq. iudicare solent, sic rectè *Lessius lib. 2. de iust. cap. 34. de benefic. dub. 12. n. 56.*

28 Obijcies, Christum Dominum minus dignos in Apostolos elegisse, rudes nimirùm, atq; ignaros piscatores, ad regimen Ecclesiasticum inepros. Verum enim vero, vel genio, vel radicali, vt ita dicam aptitudine donatos Apostolos fuisse, ad quod vocati sunt, munus exploratum mihi est, falsumq; habeo ad illud fuisse ineptos. Quòd autem vulgares homines, litteratumquè ignaros, ac pauperes elegerit Christus, duas affero rationes; prima, quòd hoc est discrimen inter electionem à Christo Domino verò Deo, atq; electionem, quæ ab homine fit; quòd Deus tales efficere potest, quos vocat: homines autè eligendo supponere, neq; bonum facere Electum possunt. Alterum, quòd hoc sanè ad efficaciam Euangelicæ gratiæ, ac legis expediebat, vt fugatio tenebrarum, & Mundi totius illuminatio, non humanis tribueretur scientijs, non terrenis præsidijs, sed Diuinæ virtuti: primam indicauit *Augustinus* his, *Da mihi prius istum piscatorem, veni tu pauper, nihil habes, nihil nosti, sequere me: tàm largo fonti vas inane admouendum est; dimisit retia Piscator, accepit gratiam, & factus Diuinus Orator: leguntur modò verba piscatorum, & subduntur colla Creatori.* Alteram complexus est *Ambrosius lib. 5. in Lucam cap. 6.* cuius sententiam retulimus *1. tom. lib. 2. disp. 6. cap. vlt. n. 14.*

29 Quòniam autem pacto Cardinales in Consistorio interrogati, nùm propopositus in Episcopum dignus sit; respondere teneantur, & quando peccant, atq; ad restitutionem teneantur, infra dicemus *disp. 12. cap. 3. à num. 14.* ac deinceps.

CAPVT TERTIVM.

Nonnulla ex superiori doctrina ad Praxim deducuntur Corollaria.

SVMMA.

Quicumq; indignum in Episcopum promouerit, tenetur ad restitutionem, præsertim Ecclesiæ, cui per coadiutorem aliquo pacto consulere debet. n. 1.

Eodem peccati genere, atq; Electores, vel Collatores peccarent etiam Promotores indigni. n. 2.

Nulli licet indigno etiam ab alijs intruso, vel promouendo, proprio fauere suffragio. n. 3.

Possum à digniore iuridicè, ac legitimè accedere ad minus dignum, nè indignus eligatur. n. 4.

Teneor, quòd possum, dare votum digno, digniori omisso, nè indignus eligatur. n. 5.

Teneor Aptiori suffragari, nè detur Apto. n. 6.

Regula iuris, vtile per inutile vitiari non debet, explicatur. n. 7.

Peccat mortaliter eligens indignum ad Cappellaniam, cuius est fundator, vel Patronus, siue fuerit Cappellanus eligendus ex eadem familia, siue ordine proximitatis. n. 8.

Contra Religionem ratione materiæ est indigni electio. n. 9.

Si Capellania instituta fuerit sicut cætera vsu iam consueto, postmodum eligens indignum, siue fuerit Institutor, siue Patronus, peccat, iniustitia indigno illam si dederit. n. 10.

Nec tenetur, nec potest Prælatus instituere Præsentatum insufficientem. n. 11.

Resignans indigno beneficium contra iustitiam facit commutatiuam, & contra Religionem. num. 12.

Indigno nefas est precibus, contra dignum, vel digniorem sibi beneficium impetrare. n. 13.

Non modò à non paratis Electoribus indignum, vt eligant, non licet petere, sed neq. à paratis. num. 14.

Aurea regula de hac materia. n. 15.

Licet ex necessitate mutuum ab vsurario petere, quem scio fœnus expetiturum: fas etiam est iuramentum ab infideli expetere, secus verò petere electionem indigni, vt neq. etiam maleficium maleficio soluat. num. 16.

1 EX his colligo primum cum *Soto de iust. lib. 4. q. 6. concl. 2. inserta solut. 6. arg.* Si Rex, aut Pontifex inepto, atq; indigno Ecclesiam aliquam conferret peccaturum contra iustitiam commutatiuam in Ecclesiam, vt suprà probatum est, teneriq; ad restitutionem, vt infrà dicemus *disp. 11.* Quamobrem Ecclesiæ dare deberet coadiutorem aliquem inepti Episcopi, vel Ministri, seu alio modo consulere, vt damnum animarum imminens ob iniquam electionem impediretur, seu iam contractum resarciretur. Contrà reliquos verò peccaturum etiam iniustitia distributiua, simulq. commutatiua, aliquandò iuxtà cõclusiones *sup. cap.* quicquid in contrarium dixerit ibid. *Sotus.*

2 Colligo secundum, eodem peccati genere peccare, qui causa esset, vt ineptò beneficium conferatur; cùm influeret in malam electionem. Neq. vt probè *Sotus lib. 3. de iust. q. 6. ar. 2. ad finem*, excusaretur ob peccatum Prælati, cui tandem collatio incumbit. Vt neq. positiuè cooperantes furto, ob peccatum furis immediatè subripientis, excusantur.

3 Colligo tertium cum eodem *Soto ibidem in altero dubio circà concluſ. 9.* Indigno neminem

Digitized by Google

nem possis proprio calculo suffragari, tametsi constiterit ab alijs illum fuisse iniquè intrusum; esset enim hoc, vt rectè *Vasq. de benef. §. 3. dub. 3. num. 64.* intrinsecè malum, atq; in electione pro Cathedris communiter contrà iuramentum, quo Scholastici obstringuntur; idemq. esset in electione Prælati Religionis, Collegæ, ac similium.

4 Colligo quartum, eo in euentu, quo tres essent Candidati, vel Prælaturæ etiam in Religione, vel Cathedræ, vel alterius dignitatis, ac beneficij: Petrus, Paulus, & Iacobus, quorum Petrus est infimæ notæ, mediocris Paulus, optimæ Iacobus; In Iacobo autem si ipse persistam, neq. ipse, neq. Paulus voti compotes fient, sed Petrus; me posse ad Paulū accedere, nè Petrus iniquè eligatur, etsi iuramento deuinctus sim, meliorem eligendi: nā vt optimè *Vasq. citatus*, nā in hoc euentu causa iusta præsumenda est Epyckeiæ, ad peioris euitandam electionem, qui minus benè congruit Academiæ, vel Religioni, vel Ecclesiæ, ex qua possum absq. perfurio, aliaq. culpa Paulo suffragium præstare, iuramentum interpretando. Neq. iustitia distributiua me ad aliud sane obligat, quando si suffragium meliori daretur, maius profectò sequeretur inconueniens. Adde non modo, me posse, sed teneri quidem denegare votum Iacobo digniori, ac dare Paulo digno, si Petrus prorsus indignus fuerit, nè huius iniqua sequatur electio; Verùm si Petrus fuerit dignus, quāuis id possim, non tamen teneor; sic *Vasquez num. 65. & 67.* Ego autem quoad primum do manum *Vasquio*, quia præcipua electoris obligatio, & quidem ex iustitia commutatiua, est consulere, vel Ecclesiæ, vel Academiæ, vel Religioni, vt idoneus, siue Minister, siue Doctor, siue Superior eligatur, vt supra dictum est, & consequenter teneor ipsius indigni electionem prò viribus impedire, etiam si daturus essem suffragium digno, & non optimo, quod comprobari poterit ex *assert. 5. sup. cap. num. 22.* à fortiori. Accedit quòd digno tametsi nullum absolutè sit ius ad electionem existente digniore, cui talis Cathedra, dignitas, vel beneficium deberetur, est tamen ex suppositione iniquæ imminentis electionis, si suffragium daretur digniori, penes à nobis sæpè traditam doctrinam, fundatam in institutione harum Cathedrarum, beneficiorum, ac dignitatum, nec non in voluntate efficaci, quæ censetur fuisse Institutoribus, vel Capitulis.

6 Cæterum dissentio à *Vasquez*, quem recens sequutus est *Ferdinandus à Castropalao tract. 13. disp. 2. p. 11. num. 12.* quoad secundam partem, & rationem deriuo ex nostris supra iactis fundamentis; nam in primis teneor ex iustitia commutatiua, tùm ratione Academiæ, Religionis, vel Ecclesiæ, cui satis nequaquam fecerim, si dignus meo calculo aliquo pacto accedente eligatur, omisso digniori, quod patet ex *disp. 4. cap. 5.* Præterea contra iustitiam patiter distributiuam fecerim, vt colligitur tùm ex loco citato, tum ex *cap. 1. & superiori huius disp.* Etenim absolutè non modo teneor ex hac iustitia dignissimum eligere; at quando non meā sed aliena culpa nec defectu voluntatis, sed virium, dignissimi fauere non possum electioni, ex eadem iustitia quidem obligor, magis digno prospicere, cuius merita collata cum digni meritis præstantiora sanè sunt, petutteq. potiori titulo æstimari, ac præmio affici, esseteq. acceptio personarum, contrarium facere. Confirmatur, quia si optimus, vel nollet electioni de se habitæ consentire, vel teneretur impedimēto, absq. dubio meliori teneret suffragari; at quòd optimus ille Electorum aliorum iniquitate, impeditur; ita vt meum votum frustraneum prorsus futurum sit, neq. ei profuturum; igitur obligor ad digniorem accedere meo suffragio efficaci, ad eius electionem complendam. Nam siuè impedimentum optimi ex propria ipsius voluntate, siuè ex alio accidenti, siuè ex iniustitia proueniat Electorum, per accidens se habet, cum quomodocunq. consideretur excluso ille sit. Confirmatur secundò, nam nulli fieret iniuria per meum suffragium digniori, non tamen optimo datum, non inquam fieret iniuria infimo, & si digno, cui nullo pacto est ius, siuè hoc cum optimo, siuè cum medio illo digniori comparetur; non optimo, quia quod illi non nocet, & alteri prodest, nequaquam ei potest
7 esse iniurium; ergò nulli. *Vtile enim per inutile minimè vitiatur de Regulis iuris in sexto;* quando nimirum vtile ab inutili separabile est, vt probè *Dynus, & alij cum glossa ibi*, cum igitur vtilitas, tùm Ecclesiæ, tùm digni oris ab inutilitate optimi, qui à me non recusatur, calculo denegato, separabilis sit, nullo sanè pacto vitiari debet; & sicut reliqui Electores sibi meritò imputare debent per *Vasquez*, quòd optimum cū possent, non elegerunt; sic mihi quidem imputare deberem, qui cum possim digniorem eligere, absq. causa non eligo, vel non obsto eius omissioni, atq. electioni digni, minoriq. meriti accedo.

Obijcies *ex Vasquez*. Dignior ex iniusta electorum electione, Infimum dignum eligentis, ius non acquirit; ergò non debetur ei suffragium, quo eligatur. Antecedens probatur, quia Electorum malitia alioquin huic Medio digniori, Dignum eligendo, suffragaretur; tùm quia si hæc electio restitutionis pareret obligationem, ac per meum votum euitarem Infimi electionem, quando possem Medio digniori accedere, vtiq. non tenerer restituere Medio illi digniori, sed Optimo prætermisso: non igitur illi Medio digniori suffragari tenebor; sic etiam si ego ad Optimum accesserim, Infimo relicto, non obligabor restituere Medio digniori, licet esset eligendus meo accedente suffragio. Verùm nego antecedens, nam semper Medius ille respectu Infimi est dignior, & quotiescumq. Dignissimus non eligitur, integra manent eius iura, alioquin cæterorum malitia Electorum huic medio noceret digniori. Ad probationem autem antecedentis dico, nō malitiam Electorum per se, ac directè Digniori suffragari, sed eius potius merita, potioresq. partes, quæ semper conditionibus infimi præstant. Secundam etiam probationis partem distinguo; vel enim iuuando electionem Infimi,

Digitized by Google

mi, meum votum est in causa, vt Optimus non eligatur, vel non? si primum, profectò tenebor Optimo restituere, cuius damni partialis, fui causa, neq. iniuriam intuli Medio illi, non dignissimo, cui censetur tantum esse ius, in euentu casus expositi, quando scilicet actum esset de supremo optimo, qui quidem neq. per meũ calculum posset voti compos fieri. Si secundũ asseruetis, quod proprium est præsentis casus, cum meum votũ inefficax futurum sit, nulliusq. vtilitatis Optimo, si meo voto possem ferre opem Medio digniori, neq. feram, sed Infimo accedam, teneri profectò censendus sum ad restitutionem illi Digniori faciendam, cui est ius ex suppositione, quod hic, & nunc Dignissimus sit omissus, potioresq. sunt partes, quam partes Infimi. Fauent his *Caiet. in summ. verb. electio ad finem, Nauarr. lib. 2. de rest. cap. 2. num. 159. fol. 101. Arag. 22. q. 63. art. 2. fol. 311. Salon 161. cons. 4. à fol. 1021. Less. lib. 2. cap. 34. dub. 13. num. 60. Sanch in opusc. concl lib. 2. cap. 1. dub 4. num. 3.* Quid autem sentiendum sit, quando pluribus existentibus Candidatis, major pars Electorum abest ad eligendum dignum, omisso digniore, dicam *disp. 13. c. vlt. ad fin.*

8 Colligo quintò mortaliter peccare, qui proprijs bonis Cappellam, vel beneficium erexit, ad quod indignum elegit, vt etiam Patronus post institutionem succedens, siuè sit eligendus Cappellanus per clausulam testamenti ex eadem familia, siuè ex alia ordine proximitatis, siuè Πιοτιμ ἐμοι, siuè liberè sit data facultas eligendi Patrono. Ratio est, quòd contra ius naturale sit indignum ad beneficium promouere, sic *Maior in 4. dist. 29. q. 9. Sotus lib. 3. de iust. q. 6. art. 2. Couarr. regul. peccatum p. 2. §. 6. Vasq. de benef. c. 2. §. 3. dub. 4.*

9 Hoc autem peccatum, cum contra rationem essentialem beneficij sit, quemadmodum *ex asserto 4.* constat *sup. cap. num. 17.* ratione materiæ contra Religionem est. Neq. cum agatur de institutione Cappellaniæ, vel Patrono successore, voluntatem exequente Institutoris locus est iniustitiæ commutatiuæ, quod ex proprijs facultatibus, talem Cappellaniam, vel beneficium hoc erexit consulio. Neq. contra iustitiam distributiuam fieret, cum nullum sit ius proprium ex antecedenti voluntate alijs quæsitũ.

10 Cæterum si Institutor aliorum instar beneficiorum, vel Cappellaniarum hanc, de qua loquimur, instituerit Cappellaniam, vel beneficium, peccaret vtiq. contra commutatiuam, tũ etiam contra distributiuam Patronus subsequens, iustitiæ non seruans leges in electione, atq. laborans acceptione personarum, iuxtà super allegatam assertionem, locaq. ibi etiam citata. Idemq. iudicium (saluo meliore) ferrem de eodem Institutore, si postquam semel erexerit beneficium, Ecclesiastica auctoritate, acceptatum eisdem sub legibus, atq. cætera in Ecclesia solent acceptari, postea nollet digno saltem, illud conferre: imò teneri videtur dare digniori, vel cum præsentare, iuxta naturam talis beneficij, & nostram *sup. cap.* doctrinam. Etenim acceptatum iam beneficium, illo pacto erectum, in libertate non est Institutoris postea mutare, cuius quoad institutionem, & naturam à se abdicauit ius, quod per acceptationem cessauit in ordine ad mutationem naturæ beneficij, & solum remanet quoad præsentationem.

11 Colligo sextò cum *Couarr. citato nu. 6. Vasq. laudato num. 6.* nec teneri, nec licitè posse Prælatum instituere, vel promouere Præsentatum insufficientem, & ratio est, tùm quia hæc electio fuit nulla, vt infrà dicemus, tùm quia cooperaretur rei ex se malæ, & contra ius naturale diuinum.

12 Colligo septimò. Resignantem beneficium indigno peccare mortaliter peccato iniustitiæ commutatiuæ contra Ecclesiam, cui ius est habendi dignum Ministrum, & quoad materiam etiam contra Religionem, vt *initio præced. cap. & coroll. 5. num. 9.* indicatum est. Patet, quòd hic Resignator contra ius Ecclesiæ faceret; sic *Sotus lib. 3. de iust. quæst. 7. art. 2. ad 2. argum. Vasquez dub. 7.* & nos iudicauimus *coroll. 2.*

13 Colligo octauo. Indigno non licere precibus sollicitare, vel impetrare beneficium pro se contra digniorem, vel dignum: faceret enim aliquid, quo cooperaretur iniquæ electioni, vel distributioni, tùm contra iustitiam commutatiuam in Ecclesiam, tùm contrà distributiuam etiam contra dignum, vel alium digniorem. ità *Caiet. 2. 2. q. 62. art. 2. Vasqu. de benef. cap. 2. §. 3. dub. 18. nu. 114.* Qui quidem addit posse Inidoneum, atq. Indignum beneficium petere, submittendo iudicium suæ causæ superiori; quod si ipsi conferatur, poterit in conscientia retinere, neq. ad restitutionem obligari, quòd illius capax est, etiam contra digniorem. Hæc *Vasqu.* in quibus non est, qui non videat, manifestam intercedere ad minimum æquiuocationem; etenim si ab initio huius loci ex *Vasquesio* relati, semno habetur de Indigno, atq; Inidoneo, quo pacto ad finem transfertur in aptum, comparatum cum digniore? Et quidem si de inepto, indignoq. loquamur, falsa sanè *Vasq.* est doctrina, ipsomet Iudice ad calcem *dub. 17. immediatè præcedentis locum modò citatum*, vbi meritò docet Ineptum, electum, beneficium teneri resignare, cum illius incapax sit, & collatio fuerit nulla, vti nos infrà dicemus, atq. adstipulantur *Lessius lib. 2. de iust. cap. 34. de benef. dub. 15. nu. 77. & Rebellus 1. part. lib. 3. q. 6. num. 4.* Itaq. absolutè censeo, peccaturum ineptum, se talem noscentem, saltem ab extrinseco virorum prudentium, vel vnius prudentis illi testificantis ineptitudinem, qua ad tale laborat officium, si nihilominus peteret tale beneficium, etiam si aliorũ precibus, vel artibus electores non contenderet ad iniquam electionem inclinare, nã petitione sola cooperaretur iniustè, vel electioni, vel acceptioni. 14 Et quidem si parati non essent ad electionem iniquam Electores, vel Collator beneficij, nulli fas esset petere, vt indignũ eligerent, vel promouerent, sicut nec etiam licet à non parata muliere copulam expetere fornicariam; Et quamuis paratos sciret aliquis iniquos Electores eligere indignum, nefas etiã esset ab eis id petere. Ratio est, quod iustè illi nequirent eligere, & licet parati essent, hoc tamen numero peccatum, me non petente, non per-

Digitized by Google

perpetrarent, & licet aliàs perpetrandi voluntatem haberent, vel exequutioni tamen non mandarent, me per petitionem meam non inducente, vel hac individua actione, executioni non mandarent hic, & nunc me perſuadente; ſauent *Sanchez lib. 7. de matr. diſput. 95. num. 7. Vaſq. in opuſc. de ſcand. art. 1. dub. 3.* Ad hoc autem præ oculis regula generalis habenda eſt, quam tradit *Caiet. 2.2. q. 78. art. 4.*

15 *Aduerte*, ait, *ſemper in caſibus, vt diſcernas, ſi actus petitus, poteſt ab eo, à quo petitur ſine peccato fieri, quia hæc radix eſt liciti, vel illiciti, cum de vſu peccati alterius agitur, ſi enim quis peteret ab aliquo actum, quem non poteſt exercere abſq. peccato, proculdubio ad peccandum eum induceret, quamuis paratiſſimum.* Non ſecus eſſet peccatum à Scorto paratiſſimo copulam quærere. Hæc autem aurea *Caietani* regula, vt concinat eiuſdem doctrinæ *2.2. q. 147. art. 4.* ipſe viderit.

16 Deniq. hic noſter caſus eſt diſtinctus à petitione iuramenti ab Infideli, quem ſcio iuraturum per Falſos Deos, vel à petitione mutui ab eo, quem ſcio fore, vt ad vſuram cum fœnore mutuet; quia peto ex aliqua neceſſitate, & quidem licitè, quod poteſt ab illo abſolutè fieri ſine peccato, vt iurare per verum Deum, & dare mutuum abſq. fœnore: ſic *D. Auguſtinus epiſt. 54. ad Publicolam relatus cap. monet 22. q. 1. D. Thomas 2.2. qu. 98. art. 4. ad quartum, & qu. 78. art. 4. in corp. communiter receptus: Caiet. ex communi ſententia apud Sanchez lib. 3. ſummæ num. 11. & 12.* Similis tamen eſt hic noſter petenti à malefico etiam parato maleficium, nouo maleficio ſoluere; & quod abſq. peccato fieri ab aliquo nequit, ſine labe peti non poteſt, ſic idem *Sanchez ex communi ſententia lib. 1. ſummæ cap. 6. num. 14.* ſic pariter *Auctore Sylueſtro verbo Doctoratus num. 5.* indignus Doctoratum petens, peccat mortaliter. Quid autem ſentiendum ſit de digno, cum digniore collato, ſequens aperiet diſputatio.

DISPVTATIO SEPTIMA.

De grauitate, ac ſpecifica ratione peccati ob promotionem minus digni, omiſſo digniore.

E' queſtionibus, quas hactenus de beneficijs diſputauimus Eccleſiaſticis, hæc ſanè principem ſibi meritò vendicat locum: in quam ſuperiùs dicta cuncta planè referuntur; quippè quæ, & maiorem præſefert difficultatem, & ſummam catholicæ pareret Eccleſiæ vtilitatem, ſi præ oculis haberetur ab ipſius Paſtoribus. In ea, quem *cap. 2.* ſeruauimus ordinem *ſup. diſp.* peccatum expendentes Electoris iniquè perſonam indignam eligentis, tenebimus. Nec quicquam hic ſpecialitèr de Epiſcopatu, vel Epiſcopis agemus ſequen. diſputatione ſpeciatim de illis diſputaturi. Itaq. communia ſolum hic ad omnia beneficia fundamenta ponemus.

CAPVT PRIMVM.

Variæ referuntur ſententiæ:

SVMMA.

Prima ſententia docet ſat eſſe dignum ad quodcumq. beneficium eligere etiã omiſſo digniore, eſtq. Canoniſtarum. n. 1.

Secunda communis Theologorum ſententia, & multorum etiam Canoniſtarum oppoſita, peccatum aſſerit eſſe lethale, omiſſo digniore, dignum ad beneficium Eccleſiaſticum eligere. num. 2.

Tertia ſententia ſecundæ moderatiua, peccatum dicit eſſe mortale, non eligere digniorem ad beneficia curam habentia animarum ad alia verò non ſemèl, atq. iterùm, ſed ſi paſſim fieret. num. 3.

Quarta ſententia magis ſecundam coarctans, ad Epiſcopatum ſolum promouere dignum, omiſſo digniore, mortalem exiſtimat eſſe noxam. num. 4.

Quinta opinio, beneficia bifariam conſiderat, & quatenus oneroſa, & quatenus diuitijs affluentia, ac primo modo dignis, ſecundo dignioribus eſſe danda ſentit.

1 QVæſtio hæc ingenijs hominum in multas, ac diuerſas, aut etiam contrarias ducta eſt opiniones, quarum principes quinq. nimirũ hic ſubijciam: primam, & ſecundam prorſus oppoſitas; tertiam, & quartam illarum limitatiuas; vltimam deniq. peculiarem. Prima igitur ſententia nonnullorum eſt Canoniſtarum præſertim, qui Gloſſas condidere, ſiue aliquorum Canonum Decretalis, ſiue Decreti, docens in quacumq. electione ſatis eſſe bonum, atquè idoneum eligere, tametſi melior, & dignior omittatur. ſic *Gloſſa cap. Cuſtos il ſecondo de officio cuſtodis, verbo ſanctiores; Gloſſa verbo ma-*

Digitized by Google

magis vtilem, cap. constitutis de appell. Glossa verb. qui maioribus, cap. quoniam de iure patron. Glossa verb. qui præstantior, cap. licet 8. q. 1. Adde cap. monasterium 16. q. 7. Accedit Abbas de Officio Custodis cap. 2. supra citato, & cap. nisi cum pridem de Renunt. §. pro defectu, & cap. cum nobis de elect. Io. Andreas apud Adrianum citandum. fauet Bartolus in l. cum quidam ff. de legibus, & alij apud Pedrazam, & apud Garziam par. 7. cap. 16. nu. 10. Probatur igitur primò per *Glossam cap. licet* citatam. Maior vnius bonitas alteri nocere non debet *cap. necesse 3. q. 9. cap. tenuimus 1. q. 1. & C. de statuis, & imaginib. l. vltima*; ergò maior dignitas vnius non potest nocere digno. Secundò in *cap. Monasterium 16. q. 7.* conceditur Patrono, vt Monasterium, atq. Oratorium à se constructum commendare Presbytero possit, quem maluerit, consentiente Episcopo, dummodò malus non sit electus. Tertiò nullus benefaciendo peccat; Atqui elector eligens bonum, atquè idoneum benè facit, ergò non peccat; alioquin benefaciendo delinqueret, ac Doctor, & Magister pariter docendo peccarent, quod melius facerent, si orarent. Quartò dignior electus non peccat, si tantumdem conferat laboris, atq. industriæ in administranda Ecclesia, cui inseruit, vel præest, quantum dignus, atq. idoneus conferret; igitur neq. peccabit, qui dignum eligit, omisso digniori. Quintò *cap. Osius, & cap. nullus dist. 61.* decernunt, vt vnus è Collegio, atq. Ecclesia Clericorum eligatur, etiamsi exteri nonnulli, digniores adessent, ergò, &c. Sextò si Tutor ex eadem eligatur Ciuitate satis erit, si bonus sit, *ff. de tutoribus, & curatoribus datis l. Diuus.* Septimò conueniens scientia sufficit in Prælato ex *cap. Nisi cum pridem, §. pro defectu, & cap. Cum nobis olim de elect.* ergò non requiritur melior, dignior q. Quod quidem argumentum saltem à simili, vel pari ductum, habet robur, nam si scientia Præsulis satis quidem erit mediocris, atquè muneri congrua, quo fungitur, siuè Præsul, siuè quouis alio beneficio dotatus, cur in reliquis donis dignior, atq. eminentior desiderandus erit Promouendus? Octauò, Papa est Dominus beneficiorum; ergò cui vult digno potest conferre. Nonò electio Summi Pontificis, fieri potest digni existentis in Conclaui; ergò non est inquirendus, nec ad summam dignitatem dignior.

2 Secunda sententia communis est, asserens non eligere digniorem ad beneficium Ecclesiasticum absolutè peccatum ex se esse mortale; & nè nimius sim in referendis Auctoribus, non absq. mei amicissimi Lectoris fastidio, Principes, locupletesq. solum indicabo. *Alexandrum de Ales D. Thomæ Magistrum de Episcopi electione loquentem 2. par. q. 136. aliàs 119. membr. 2. siuè num. 3. D. ipsum Thomam 2. 2. q. 185. art. 3. & q. 63. art. 2. in corpore, & ad primum, & tertium, & in quodlib. q. 6. ad octauum, quem meritò sequuntur Thomistæ, Caietanus locis cit. & in summa verbo electio, Sotus lib. 3. de iust. q. 6. concluf. 9. subscribunt Maior in 4. dist. 24. q. 3. D. Antoninus 2. par tit. 1. cap. 20. §. 1. Adrianus postmodum Pontifex Max. in 4. in materia de restitut. Vasqu. de benefic. cap. 2. §. 3. Aragon. 2. 2. q. 62. art. 2. concluf. 1. in solut. ad 4. argum. D. Thomæ, Azor 2. par. lib. 6. cap. 15. q. 1. omnes fere Summistæ Rosell. verbo electio, Syluester verbo acceptio personarum in princip. Nauarr. summa cap. 17. num. 72. & 73. ex recentioribus etiam Additio ad Felluc. tract. 41. cap. 4. ac deinceps Rebell. 1. par. lib. 3. q. 4. num. 11. Ferdinandus à Castropalao tom. 2. tract. 13. disp. 2. par. 1. §. 2. n. 8.* & quamplures, quos citat, & sequitur *Sanchez* in Consilijs, quę postquam hæc parauerat edita, posthuma legi *lib. 2. cap. 1. pub. 2. nu. 56.* Nec desunt Canonistæ præsertim *Abbas cap. constitutis de appell. num. 8.* Sed *eligentes* (ait) *peccant non eligentes idoneorem, quod tenentur Ecclesiæ consulere meliori modo*, & infrà, cum videtur fauisse contrariæ opinioni se explicans addit, *dico hoc procedere quoad validitatem electionis; conscientia tamen non saluaretur, cum semper debeant eligere iustiorem cæteris paribus, citatquè Dynum fauentem l. cum quidam Antonium cap. constitutis de appell. subscribunt Archidiaconus, Francus Immola apud Couarr. regul. peccatum 4 par. 2. §. 7. nu. 3. & 40. Federicus cons. 90. Roccus, & alij apud cit. Couarr. qui meritò communem hanc esse Doctorum sententiam testatur, vt & Garz. de benefic. 7. p. c. 16.*

3 Tertia sententia huius est limitatio docens, non eligere Digniorem ad beneficia curam animarum habentia, esse mortale; ad cętera verò beneficia simplicia, vt Canonicatus, & Cappellarum, non esse mortiferum semel, vel bis prætermittere digniorem, esse tamen si sępiùs fiat. Pro hac opinione citari solet *Alensis*, sed malè, cum hoc loco laudato solum veniale sentiat esse peccatum, non promouere digniorem ad beneficium parui momenti; est tamen *Gabrielis in 4 dist. 15. art. 3. Angeli electio 20. & 21. Petri Nauarræ lib. 2. cap. 2. num. 148. Sà verbo beneficium, Petri Aragon q. 63. art. 2. Lessij lib. 2. de iust. cap. 34. dub. 14. num. 66.* Probatur, quòd in hisce beneficijs, si semèl, aut iterùm dignior omittitur, neq. notabile incommodum, aut iniuria infertur Ecclesiæ, cum paucorum mediocritas aliorum virtute facilè compensetur. Secundò, quia bonus communi existimatione distributor habetur, qui bonum eligit ad beneficium, etiam omisso optimo.

4 Quarta sententia, angustiores secundæ supra relatæ præscribit fines, peccatum quidem mortale committere docens Promotorem, Digni, omisso Digniore ad Episcopatum, vel beneficium curatum, secus ad alia; est *Petri Nauarr. lib. 2. de restitut. cap. 2. num. 172. Rebell. 1. par. de obligatione iust. lib. 3. q. 4. nu. 11. Garziæ 7 par. de benef. cap. 16. & aliorum apud hos*, à quibus prima pars huius opinionis argum. 2. sententiæ.

5 Secunda argumentis probatur primæ. Est *Caietani etiam in summa verbo Eligendus in Prælaturam*, qui cum initio absolutè secundæ subscripserit sententiæ, pro qua eum citauimus *ad §. & scito circa medium* bifariam in electionibus docet spectari posse beneficia curata, & officia, vel tanquam onerosa, vel tanquam temporalibus emolumentis, ac dignitatibus affecta. Ad ea primo modo spectata satis est idoneos eligere,

Digitized by Google

gere,quod fieri ſine peccato poteſt, ſecus ſecundo modo. Affert *Caietanus* rationem,quia ſub prima conſideratione ceſſat prorſus iniuſtitia diſtributiua,cũ ratio ceſſet iniuriæ, quod ad onus,& non ad honorem, diuitiaſq. vt olim ad Epiſcopatum quis eligeretur,quo verò pacto *Caietanus hic, & ſibi ſcribenti 2.2. qu.185. art.3.* conſtet,ipſe viderit.illud ſcio, ibi expreſsè docere,meliorem eligendum in Epiſcopum, Ad calcem harum opinionum meum admonere Lectorem habeo, nonnullos prò ſecunda ſententia allegatos DD. quos etiam prò reliquis deinceps citabimus,vel cohærentèr varijs in locis non loquutos,vt de *Caietano* modo indicauimus,vel ſententiam mutaſſe, vel magis explicuiſſe.

CAPVT SECVNDVM.

Vera exponitur ſententia.

SVMMA.

Prima opinio nullius ferè probabilitatis eſt, num.1.

Peccatum lethale eſt ex ſuo genere, beneficium curam animarum habens, digniori non conferre,nu.2.

Probatur concluſio ſecundum ius canonicum, num.3.

Expenditur cap.vt noſtrum; Vt eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione,*ibid.*

Probatur concluſio auctoritate Sanctorum PP. num.4.

Probatur ex iure naturali,quòd electio talis eſſet contrà iuſtitiam,n.5.

Ius naturale præcipiens electionem melioris per nullam diſuetudinem poteſt abrogari, num.6.

In hoc autem iure naturali meliorem eligendi ad curatum beneficium Papa diſpenſare non poteſt,nu.7.

Oſtenditur concluſio,quod prætermiſſio dignioris eſſet acceptio perſonarum,n.8.

Cum Prælati ſint Diſpenſatores, atquè Oeconomi grauiter peccarent,non eligentes digniorem, num 9.

Magis etiam peccarent, quàm Oeconomi meliorem non eligentes ad beneficium curatum, num.10.

Potiori nomine peccaretur à non eligente dignioſtem iuxtà leges Tridentini,n.11.

Probatur hoc idem à paritate electionis ad ſæcularia officia,n.12.

Ex communi electorum ſenſu,ac dicto conſtat aſſertio;quorum nullus dicet, ſe meliorem non elegiſſe,n.13.

Demonſtratur ex imminenti malo,quod Eccleſia, vel inuita ſubit ob contrariam opinionem,n.14.

Demùm ex periculo promouendi etiam ineptum, num. 15.

Omiſſo digniore, promouere dignum eſt peccatum, tùm contra fidelitatem, tùm contra iuſtitiam commutatiuam, tùm contrà iuſtitiam vtriuſq. etiam diſtributiuæ rationem habentem reſpectu diuerſorum,n.16.

Digniores prætermittere in electione beneficij maioris momenti, inſtituti ſecundario in bonum Eligendorum, eſt peccatum contra fidelitatem, atquè vtramquè iuſtitiam, num.17.

Et ſi non paſſim in biſce beneficijs omitteretur dignior,ſingulis tamen vicibus peccaretur grauiter contrà aſſertas virtutes. n.18.

Tridentinum ſeſſ.7.c.3.*non eſt ſibi contrarium* ſeſſ.24.cap.18.*vbi digniores in Parochos præſcribit promouendos.n.19.*

Peccatum ex omiſſione dignioris leue poterit eſſe ex materiæ leuitate per reſpectum ad exceſſum eligendorum, vel beneficiorum, imò nullum,ſi inſtet beneficium præſtantius dandum digniori,n.20.

Reliqua beneficia adminiſtratione vacantia,neq. locupletia ſemel,aut iterùm conferre dignis,dignioribus omiſſis,non erit lethale: ſecus ſi ſæpè fieret,n.21.

Beneficia tenuis etiam reditus, nè dentur ſcandaloſis,vel otioſis,n.22.

Per accidens abſq. peccato dari poterit beneficium digno,omiſſo digniore,n.23.

Penuria vrgente aptorum ad beneficia, cum meliores deſtinandi ſint ad Parœcias, minus dignis poterunt pinguiora ſimplicia dari, num.24.

Si tamen nequiret inponi penſio ſupra hoc beneficium pingue,in vtilitatem Dignioris, cui demandatur Parœcia,n.25.

Quando ab hæreticis,hoſtibuſquè vi, armiſq. potiùs defendenda eſſet Eccleſia,potentior,ac nobilior eligendus eſt, ac præferendus alioquin digniori,n.26.

Alius caſus ſimilis,n.27.

Non negatiuè, ſed poſitiuè noſcere debet Electror maiorem dignitatem eligendi,n.28.

PRiuſquam veram de more quæſtionis adduxerim ſolutionem,proluſionem ſuper.diſp.huc ſpectare adnoto. Deindè contrà quam mox agam; primam Opinionem ferè nullius eſſe probabilitatis conſtanter pronuncio,ni contractam referamus ad beneficia minoris momenti, vt *aſſert.5.* dicturi ſumus, tùm quia, quemadmodum in ſolutione argumentorum videbimus, textus ab ea allegati de validitate plerumquè loquuntur electionis, non autem de peccato, quod per eam de perſona minus digna factam, contrahitur, vt notauit *Sotus mox citandus*, tùm quia reliqui textus de ſcientia, mentionem faciunt,quam mediocrem, neq. eminentem in Epiſcopo neceſſariam deſiderant, quod nihil intereſſe, ſoluentes argumenta demonſtrabimus;tùm quia rationes ferè omnes eiuſdem,nullius eſſe roboris, vel primo videntur aſpectu; tùm quia communis, & vniuerſalis conſenſu tùm Theologorum, & tùm reliquorum Canoniſtarum ſententia, contrarium

Digitized by Google

meritò docet, penes quam.

2 Sit prima conclusio. Peccatum ex suo genere lethale est, digno conferre beneficium curatum, relicto digniori, qui potest haberi. Nequè immoramur in probatione peccati genericè sumpti, nè diù vagetur Oratio, quæ meritò ad illius grauitatem properat ostendendam, in qua fita est difficultas: ad cuius dilucidationē, quæ tùm *hac disputatione*, tùm *sup.* agitata sunt, maximè faciunt, ac præsertim quæ ex *disput. 5. cap. 1. num. 13. 14. & 15.* scripsimus. Deindè verba *Prouerb. 23.* pendere libet. *Hæc quoq. sapientibus cognoscere in iudicio personam, non est bonum, vel vt probè septuaginta. Hæc autem dico vobis, sapientibus cognoscere, & reuereri faciem in iudicio non bonum.* Sapientes autem appellat Magistratus, Iudices, Prælatos, Dynastas, Reges, Pontifices q. omnes, quorum sapientia, & prudentia Respublicæ administrantur, atque interest officia, beneficia, dignitatesq. conferre. *Cognoscere personam in iudicio*, per personarum videlicet acceptionem, *nō est bonum*. i. valdè malum, ac pernicioſum, vel maximè turpè, quemadmodum legere est apud Interpretes, vt enim egregiè, scitèq. expressit *D. Bernardus lib. 1. de consideral. Qui cognoscit in iudicio personam, à facie Dei vtiquè stare non poterit.* Quæ omnia grauitatem culpæ præ oculis ponunt; ergò cum eligens dignum, relicto digniori, personam præferat personæ, propter causam indebitam (alioquin non essemus in casu, neque dignior omissus diceretur) peccabit profectò mortaliter. Hùc etiam tendunt eiusdem *Salomonis* aurea verba *vers. 21. c. 28. Prouerb. Qui cognoscit in iudicio faciem, non benè facit iste, & pro buccella panis deserit veritatem*; *vel ex Chald. æstimare faciem non est bonum*, *& pro buccella panis peccabit.* His autem Sacrarum litterarum testimonijs annecto è sanctis Concilijs, & Canonibus nonnulla. Et quidem ad omnia beneficia spectans est illa iurandi formula *Concilij Basilienſis sess. 12. in decreto de elect. à Martino V. Pont. Max. approbata. Ego N. iuro, & promitto Omnipotenti Deo, & Sancto, cuius nomini dedicata est hæc Ecclesia eum eligere, quem credam esse in spiritualibus, et temporalibus meliorem.* Nouissimè verò in *Tridentino Concilio sess. 24. cap. 1. de reform.* hæc propemodum diuina leguntur verba. *Omnes verò, & singulos, qui ad promotionem præficiendorum, quodcumq. ius, quæcumq. ratione à Sede Apostolica habent, aut alioquin operam suam præstant, &c. alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis vtiles iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint, & cap. 18. eiusdem sess.* modum examinandi, atq. eligendi Parochos præscribens, addit. *Ex hisq.* (i. idoneis approbatis) *Episcopus eum eligat, quem ceteris magis idoneū iudicabit*, & apertissimis verbis *Pius V. in Bulla*, qua omnes de hac re canones, nec non hoc vltimum Tridentini decretum confirmat. *Vt autem* (inquit) *non solum dignis, sed magis idoneis repertis iuxtà eiusdem Coacilij decretum Parochiales Ecclesiæ conferantur.* Præterea huius loci esse minimè censeo (quod quamplures præstant hi DD.) textibus Sacrorum Canonū absq. delectu doctrinā hanc suffarcinare; quippè qui de peculiaribus beneficijs propriam in sequētibus assertionibus sibi vendicant sedem, non tamen ideò negauerim ex lege, pro quolibet beneficio sancita, argumentum à simili facili negotio ad cętera deriuari posse. Hùc itaque textus afferam, vel qui omnia complectuntur beneficia, vel de curatis agunt, nec tamen de Præsulatu, de quo infrà ex professo.

3 Primum igitur obtineat locum *cap. vt nostrū vt ecclesiastica beneficia sine diminutione, &c.* vbi occasione Cancellariæ perperam ab Archiepiscopo Mediolanensi datæ, *Innocent. III. §. omnibus*, sic vnam illius exprimit culpam: *Circà carnalitatem animi, quia non ex affectu carnali, sed discreto iudicio debuisti ecclesiasticum beneficium in persona magis idonea dispensare.* Ex quibus sanè verbis generalis deduci regula facilè potest, Ecclesiastica dandi beneficia personis magis idoneis. Neq. satisfacit *Garz. de benef. p. 7. cap. 16. n. 22.* respondens, idcircò magis idoneo dandam esse Cancellariam, dixisse Pontificem, quia fortè non erat persona idonea illa, cui data est ab Archiepiscopo. Idq. deducit ex verbis initio cap. adscriptis, videlicet, *vt ostenderet, quod prædictam Cācellariam personæ idoneæ modo canonico, & tempore competenti donasses.* Nō inquam satisfacit, tùm quia, si personæ indignæ Archiepiscopus beneficium dedisset, faciliori quidem negotio, potuisset nulla eius electio dici à Papa, hoc ipso nomine, quā cęteris, tùm quia particulam magis, qua Sūmus vtitur Pontifex cōparatiuè appositā esse, nullus sanè erit, qui non videat, modo aliquid videat: tū quia dānabilior absq. dubio fuisset Archiepiscopus, ineptū si promouisset in Cancellariū, quā si dignum, emisso digniori; neq. magis idoneū non donasse cancellaria dixisset Papa, sed indignum, atq, ineptū promouisse. Ratio autē, cur diuerso Pōtifex vsus sit modo loquēdi loco à *Garz.* citato, illa videtur esse; q primò refert Papa tria, quę imposuerat probanda Archiepiscopo, quorum vnum erat prædictam Cācellariam personę idoneæ donasse. Et meritò quidē, cum de validitate collationis ageretur, ad quā idoneitatē Promouendi satis esse docemus infrà. In secūdo verò cū de criminibus tractetur Archiepiscopi, vt perspicuum est ex verbis prę cedentibus ad relata. *Te in tribus comperimus fuisse culpabilem.* Meritò ex his vnum dicitur esse, q illud debuerat beneficium personæ magis idoneæ conferre; & cū non præstiterit, peccauit, vt nos contendimus. Deindè illum etiam puto communem omnibus beneficijs textum, *cap. quoniam de iur patr.* cuius occasione latiùs patens affertur doctrina ex *Concil. Lateranensi præsenti decreto statuimus, vt si fortè in plures partes Fundatorum, se vota diuiserunt, ille præficiatur Ecclesiæ, qui maioribus iuuatur meritis.* Concinit *c. Episcoporum dist. 74. è Concil. Agatensi adiuncta Glossa.* Addo *c. constitutis de appellat.* de prępositura: verba faciēs, quam magis vtili, atq. idoneo significat fuisse dandam.

Hinc

Digitized by Google

4 Hinc ad auctoritatem PP. deuenio, & prætermiſſis *Ambroſio, Hieronymo, atq. Auguſtino cap. 1. diſput. 5. relatis, Sancto Chryſoſtomo lib. 2. de Sacerdotio, ac D. Bernardo de conſiderat. laudatis à Soto de iuſt. lib. 3. q. 6. art. 2. concl. 9.* Addo *Petri Rauennatis apud Nanium in Iudice ſententiam*, quæ ad omnes Electores maximè ſpectat. *Nihil adeò gloriosè lucet in Iudice, ſicut amare, & exhibere iuſtitiam ſine omni exceptione perſonarum, teſte enim Tullio, prouerbialiter dicitur, exuit perſonā Iudicis quiſquis amici induit. Aequitas, cui Iudex obſequitur, ſiniſtram odij, vel amoris dexteram odit. Nàm talis eſſe debet iuris Miniſter, vt in eius manu nullius auctoritate perſonæ titubet, aut vacillet libra iuſtitiæ.* Itaquè meritò *Hieronymus 4. ad Titum*, miſeram ſuæ ætatis conditionem hiſce deplorat verbis. *At nunc cernimus plurimos hanc rem* (de Eccleſiaſtica loquitur electione) *beneficium facere, vt non quærant eos, qui poſſint plus Eccleſiæ prodeſſe, ſed quos, vel ipſi amant, quorum ſunt obſequijs deliniti.* Cęterùm hæc ad ius poſitiuum ſpectantia non modo multum habent in ſe roboris: verùm arguunt hanc ipſam noſtræ concluſionis doctrinam, iuris eſſe naturalis diuini, quo Sancti præſertim PP. ducti tantoperè commendarunt, vt præter ſuprà laudatos expreſsè docent *Salon 2. 2. qu. 63. art. 2. conc. 3. fol. 1009. Abulen. cap 22. in Matth. q. 116. ad 1. & 2. Tho. Sanchez in opuſc. lib. 2. cap. 1. dub. 2. nu. 28.* Quod ſi non præcepiſſe ius canonicum hanc dignioris electionem proteruè cõtenderet quiſpiam; eius tamen præceptum, ſaltèm ab illo ſupponi nullus, niſi fortè in clara luce velit cęcutire, inficiabitur.

5 Quamobrem è *ſuperioribus cap. tùm huius, tùm antecedentium diſput.* tanquam è fonte deriuanda eſt concluſionis probatio, in iure naturali diuino fundata. Et primò quidem ex inſtitutione beneficiorum ad curam animarum relatorum, quæ cum primariò ad bonum Eccleſiarum, ſecundariò ad Eligendorum inſtituta ſint, vt nos *diſp. 4. cap. 4. aſſert. 3. num. 14.* diximus; in quibus conferendis, cum etiam inter Eccleſiam, & quemcumq. diſpenſatorem, atq. adminiſtratorem beneficiorum pactum ſit, quo meliores tradantur populis Paſtores, Magiſtri, Duces, Medici, ac Rectores, vt dictum eſt *cap. 5. citatæ diſput.* rem omninò manifeſtam oſtendunt. Demùm cum huc ſpectaſſe cõſtet SS. PP. Concilia, Sacroſq. Canones modò laudatos, maiorem ſemper aptitudinem, ac dignitatem ſeriò quærentes in electo, neceſſaria fit ſequela ex ipſo iure naturali, ſuppoſita beneficiorum inſtitutione, promanare obligationem eligendi digniorem, & quidèm grauem, prò ratione materiæ grauiſſimi negotij, de quo agimus; & cuius abuſu, quot in Eccleſia promanant mala, vix poſſunt cogitatione comprehendi.

6 Contrà hoc autem ius per nullam poteſt diſſuetudinem, vel contrariam conſuetudinem abrogari, imò quo longior in illud eſſet abuſus, eò delictũ eſſet grauius, vt probè *Sotus allegatus in principio citatæ concluſ.* Et in qua lege naturali, vt rectè *Vaſq. de benef. cap. 2. §. 3. dub. 1. non poteſt Papa diſpenſare.* Ius autem, contra quod alioquin fieret ab Electoribus; an ſit Eccleſiæ, vel Eligendorum, ex locis ſuprà relatis, alijſq. ſequenti aperiemus aſſertione, atq. ex argumento mox afferendo etiam patebit. Se-
8 cundò igitur probatur aſſertio. Electio Digni, omiſſo Digniori, eſt acceptatio perſonarum, atq. hæc in beneficiorum Eccleſiaſticorum electionibus eſt mortalis; ergò, &c. Maior propoſitio patet, tùm ex Sacra Scriptura, Concilijs, ac PP. & modo, & *diſp. 5. cap. 1. relatis*, tùm ex definitione acceptionis perſonarum ibid. deſcripta *num. 9.* Minor verò probata paritèr eſt *eodem cap. à num. 12.* vbi dicta ad hanc ſpectant veritatem dilucidandam, ex qua Eccleſiæ bo-
9 num maximè pendet. Tertiò Eccleſiaſticorum beneficiorum Collatores ſunt diſpenſatores, ex *Paulo 1. ad Chorynt. 4. Sic nos exiſtimet homo, vt Miniſtros, & diſpenſatores Miniſteriorum Dei*, græcè pro diſpenſatore, Oeconomus habetur. Fidelis ſcilicet ille ſeruus, vel diſpenſator, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. Igitur ſicut Oeconomus grauitèr peccaret contrà fidelitatem ad minimum ex officio debitam Domino ſuo, ſi in conducendis operarijs ſolos ſpectaret ſuos amicos, propinquos, cęteroſq. minus dignos promoueret, reiectis alijs, qui longè plus prodeſſent Domino, ità qui Eccleſiaſtica conferunt beneficia, ſi ius ſanguinis, amicitiáſq. vel quidpiam aliud ſimile reſpicientes, ſpretis donis, atq. ornamentis præſtantioribus, magiſq. Eccleſiæ vtilibus ipſorum digniorum, priuata præferrent commoda communi populorum vtilitati. Et licet Principis Oeconomus, qui, quos poſſet optimos eodem conducere ſtipendio, non præſtaret, reus profectò eſſet, grauitèrq. peccaret peccato tantum infidelitatis; non enim ſatis fideliter dicitur officio functus ſuo, qui Domini cõmoda, quibus facili negotio cõſulere potuiſſet, prętermiſit; Frangere aũt fidem in re graui, graue peccatum eſt, vt probè poſt Antiquos *Leſſius cap. 32. nu. 16. & cap. 34. nu. 63.* nec teneretur ad reſtitutionem, cùm non faceret contrà iuſtitiã, vt admonet idemmet *Leſſius lib. 2. de iuſt. eod.*
10 *cap. 32. dub. 3. num. 15. & 16.* Nihilo tamen ſecius, vt mox in altera dicam aſſertione, Collatores Eccleſiaſticorum beneficiorum ſaltem curatorum etiam contrà iuſtitiam facerent, per pactum non qualecunq. & virtuale, quod inter quemlibet videtur Oeconomum, ac Dominum eſſe, optimè adminiſtrandi ſuum officium, admiſſum ab eodem *Leſſio ibid. & cap. 18. dub. 8.* Sed verum, atq. expreſſum aliqua ratione à nobis aſſertum *diſput. 4. cap. 5.* quo hi tenentur Eccleſijs prouidere, meliori ſanè, quàm poſſunt, ratione; ideòq. non contra fidelitatem modò grauitèr peccarent, alitèr facientes, ſed contra iuſtitiam, vti fusè loco citato probauimus, atq. infrà iterum dicemus.

Hinc diſplicet *Vaſq. de benef. cap. 2. §. 3. dub. 1. num. 53.* abſolutè aſſerens, Oeconomum benè rem Domini curantem, nec tamen meliùs, cum poſſet, non eſſe infidelem, neq. peccati reum, atq. ex hoc argumentum ad Oeconomum rerum ſpiritualium ducere poſſe. Diſplicet, inquam, & quia doctrina de Oeconomo

Digitized by Google

vera non est, vt indicauì, & quia magis à veritate distat, si ad Ecclesiasticorum distributorem beneficiorum, vti præstat *Vasqu.* determinetur, idq. perspicuum est ex dictis *disp. 4 c. 5. d. n. 17. ac deinceps*.

11 Quartò, vt sequenti conclusione demonstrabimus, non modò contrà iustitiam commutatiuam in Ecclesiam peccat malus Elector, vel ad Ecclesiasticum beneficium curatum promouès dignum, relicto digniori, verùm etiam contrà distributiuam, commutatiuamq. simul; præsertim quando Parœcia ex præscripto *Tridentini sess. 24. cap. 18. de reformat.* confertur, quando nimirùm ius comparatum rigorosum concurrentibus, periculumq. subeuntibus propriè doctrinæ, nec non & morum, prudentiæq. quarum omnium rerum testimonium dare tenentur Examinatores; igitur peccabit mortaliter iniquus Elector, penès dicta etiam *disput. 6. cap. 1. num. 10.*

12 Quintò si sæcularia conferentes officia, prætermissis dignioribus, dignos promouent, mortaliter peccant, vt plerique docent DD. tùm ob dicta, tùm quia plerumq. graues ex hisce alioquin Electionibus ortum habent offensiones, subditorum à superioribus alienationes, quæ sæpè sæpiùs grauissimorum sunt causa malorum, quòd eos vident negligi, qui in fide, atq. obsequio Principis perstiterunt in bello, atq. in recta gerenda Repub. & grauia passi sunt, & fecerùt fortia: promoueri aût, vel imbelles, vel dubiæ fidei, assentatores, vel huiusmodi homũciones. Et sicut hi Reip. Ministri ex officio tenẽtur ius dicere Partibus litẽ habẽtibus in ciuilibus, & criminalibus, Custodesq. esse boni cõmunis, & si secus faciunt, peccant cõtra iustitiam commutatiuam, vt probè *Mol. 1. par. q. 21. art. 1. §. illud*; sic à pari in re nostra, imò quid dicendum de electionibus ad Sacrosancta Sacerdotia, dignitatesq. Ecclesiasticas, quibus cura non corruptibilium corporum, sed animarum pretioso Christi sanguine redemptarum committitur, redditusq. Ecclesiastici ex votis fidelium, peccatorum pretio, ac pauperum patrimonijs conflati, vt aiebat S. Vrbanus Papa 2 De electionibus inquam personarum Ecclesiasticarum à personis Ecclesiasticis vicem Christi gerentibus in Ecclesia, cuius regimen tanto præstantius sæculare absq. dubio debet esse, quanto corpore præstantior est animus; eò vel maximè quod Reipub. Christianæ bonum in fide, moribus, sacrisq. ritibus situm, ex bona pendent Ministrorum electione, omniaq. è cõtra mala ad euersionem Ecclesiarum ex mala scatent.

13 Sextò, quid enim est hoc illo euidentius, quod nisi insitum in mente, comprehensumq. animis haberemus, non tamen stabilis sententia permaneret, nequè confirmaretur diuturnitate temporis, nec vna in sæculis, ætatibusquè hominum inueterascere potuisset. Et quis vnquam fuit, qui in electione ad quoduis huius rationis beneficium non testetur, acritèrq. defendat, se meliorem, omnibus rectè pẽsatis, elegisse? sanè nullus, quòd in omnium animis, qui rationis participes sunt hanc melioris dignioris q. notionem electionis impressit natura; de quo enim omnium natura consensit, id verum esse, necesse est.

14 Ingens deindè malum nos admonet, vt à contraria opinione discedamus, quòd non vni, sed omnibus totius orbis Ecclesijs, omniq. Reipub. Christianę penès illam immineret. Etenim si dignioribus spretis, opinio contraria inualesceret, eligendi dignos, studia sanè litterarum iacerent, nec vllus esset, qui eis operam strenuè nauare curaret, dùm pessùm virtus prè meretur, ac paulatim ità hoc serperet venenum, vt facili negotio quamplurimorum cor ad mortẽ peteret in Ecclesia Catholica.

15 Tandèm vt iustum, ac religiosum reprimam dolorem, & non insequar longiùs, addo non vulgare periculum esse, parum aptos eligendi, imò & ineptos, cum tot, ac tanta in Prælatis præsertim Ecclesiasticis requirantur ornamenta virtutum, vt non rarò, qui videntur apti, inepti prorsus experientia comperiantur. Ad hos igitur euitandos scopulos obligantur sub mortali, quicumq. fuerint Electores ad beneficia sic distribuenda. Dixi in assertione peccatum esse lethale ex genere suo, nàm qua ratione per accidẽs tale esse non possit, constabit ex *assert. 6. nu. 23.* Ad hæc multa videnda sunt apud *Rebuff. tit. de elect. de reg. lit. L.*

16 Secunda conclusio. Digniore prætermisso beneficium curatum digno conferre, peccatum est ex genere suo, tùm contrà fidelitatem, tùm contrà iustitiam commutatiuam, tùm contrà distributiuam respectu diuersorum. Necessaria deducitur sequela hæc assertio ex *super. cap.* Prima verò probatur pars, quòd omnes ad vnũ Auctores ex fidelitate saltèm hanc agnoscunt obligationem eligendi digniorem; quia frangere fidem in re graui præsertim ab his, qui ad eam ex officio tenentur, est graue peccatum, vt *sup. assert. num. 9.* prosequuti sumus; quamuis igitur altera non esset malitia illi electioni, hęc infidelitatis prò grauitate tanti negotij, grauissima censenda est. Secunda pars probatur huiusmodi beneficia in Ecclesiarum bonum primariò condita sunt: secundariò autem in bonum eligendorum, atq. vt sic Œconomis, seù Dispensatoribus concessa sunt distribuenda per pactum inter ipsos, atq. Ecclesias; igitur qui prætermittit digniorem, facit, & contrà fidelitatem Œconomi, vt sic considerati, & cõtrà Ecclesiam per iniustitiam ob pactum sæpè assertum, & contrà ipsum digniorem per iniustitiam distributiuæ, & commutatiuæ iustitiæ oppositam; quòd huic suppositæ institutione beneficiorum, ius erat ad rem, ad illud beneficium. Quæ omnia *disp. 6. cap. 1. num. 10. & disp. 4. cap. 4. & 5.* vberiùs disputata, iteranda non sunt. Secundò, Digni electio, prætermisso Digniore, ad personarum spectat acceptionem, vt patet ex *disput. 5.* Sed acceptio personarum est contrà vtramq. iustitiam, vt ibid. demonstratum est, ergò, &c. Tertiò specialis est ratio de Parochis ob concursum, atq. examen, vt indicaui *num. 11. ex disput. 6. cap. 1. num. 10.* fieret igitur contrà vtramq. iustitiam tùm commutatiuam, tùm distributiuam. Ex his duabus ass-

Digitized by Google

ſertionibus patet, futilem eſſe *Caietani* ſententiam, eiuſq, diſtinctionem; cum, vt onera ſubeũda huiuſmodi beneficia, atq, operoſa dãda ſint dignioribus; alioquin peccabitur grauiter contrà iuſtitiam etiam commutatiuam.

17 Tertia concluſio ſpecialiter contra primam, & quartam ſententiam, Digniores prætermittere in electionibus omnium beneficiorum maioris momenti, in bonum eligendorum ſecundariò relatorum, eſt peccatum mortale, tùm contrà fidelitatem, tùm contra iuſtitiam commutatiuam, tùm etiam diſtributiuam. Primam partem docent *S. Thomas 2.2.qu.63. art.2.* abſolutè digniores ad beneficia eligendos, contrariumq, eſſe acceptionem perſonarũ aſſerens, vbi etiam *Caietanus; præterea idemmet Sanctus quodlib.8.art.6.& quodlib.6. art. 9. Nauarrus miſcell.4.36.& 43. Maior in 4. diſtin.15. q.9. Salon 2.2.q.63.col.1114. Syluester verb. electio 1, num.19. Leſſius ſuprà citatus, num.66. ait, eſſe probabilem aſſertionem, Vaſqu. de benef. cap. 2.§.3.dub.8.num.78. Rebellus de obligat. iuſtit. lib.3.q.4.num.12, quandò eſt notabilis, atq. euidens exceſſus inter promotum, & prætermiſſum digniorem, Auctor addit. ad Felluccium tract. 41.cap.4. num. 178.* qui beneficia huiuſmodi vult eſſe Cardinalatum, Archidiaconatum, Decanatum, Præpoſituram, Canonicatum cum onere docendi, Pœnitentiariam, Abbatiam, Prioratum, & his ſimilia, quæ requirunt maiorem, vel æqualẽ ſufficientiã in miniſtro, ac ipſa curata beneficia, vt sũt tres Canonicatus, vnus ad ſacrã explicãdam ſcripturam, alius ad concionandum, tertius pœnitentiariæ, vt probè *Nauarr. in ſumma Hiſp.cap.28.add. ad num.140. cap.25. Salon 22.q.63.art.2.fol.1024. contr.4 ad finem, Thom.Sanch.in opuſc.poſthu. lib.2.cap.1. dub.3.num.21.* Neque *Alenſis citatus* contrarium vnquàm dixit, vt in relatione tertiæ ſententiæ indicauimus, & malè allegatur à *Gabriele in 4.diſt.15.q.7. art.3.* Probatur aſſertio primò ex *cap.2.de offic. Cuſtodis*, qui quidem eſto ibi inter tres enumeretur Eccleſiæ columnas, minimè verò eſt ex principibus beneficiarijs, & tamen ad hoc opus tale ordinandi ſunt, *quales meliores, ac ſanctiores eſſe viderint*, illi, quorum intereſt; vbi *Gloſſa* ex multis id probat textibus. Probatur ſecundò, ex iactis ſuprà principijs, ex quibus neceſſaria comprobatur ſequela huius aſſertionis doctrina. Etenim huiuſmodi beneficia primariò eſſe inſtituta in bonum Eccleſiarum, & ſecundariò in præmiũ Eligendorum, prò ratione maiorum meritorũ, vel maiorum ornamentorum, ac ſpei; nec non eſſe Diſtributoribus ea lege conceſſa, vt ſecundum eorum naturam diſtribuerentur, demonſtratum eſt *diſput.4.cap.4.& 5.* igitur qui contemneret dignioremq, eligeretque minus dignũ, & contra bonũ Eccleſiæ faceret, & conſequenter contrà iuſtitiam commutatiuam, vt ſuprà diſputatum eſt, & contrà dignioremq, ius habẽtem, ſuppoſita inſtitutione beneficiorum, contractu, & præcepto habita; quæ omnia iterùm, atque iterùm locis citatis examinauimus. Tertiò, quod hìc intercederet vera perſonarũ acceptio contrà vtramque iuſtitiam, vt patet ex *diſp.5.* Confirmatur argumento, quod tametſi nullius eſſet roboris in eorum opinione, qui neq, ius proprium adſtruunt perſonis, inter quas diſtribuenda ſunt bona, nequè aliam, quãpiam diſtributiuam iuſtitiam norunt; in noſtra tamen ſententia habere vires non ambigo. Iuſtitiæ munus eſt dare vnicuiquè quod ſuũ eſt; atqui dignioribus comparatum eſt ius ex inſtitutione antecedenti beneficiorum, atquè ornamentis ptopriarum virtutum ad illa deſideratarum; igitur contrà iuſtitiam commutatiuam, & diſtributiuam ſimul fit, quando non eligitur dignior.

18 Quarta concluſio contrà tertiam ſententiã, etſi non paſſim omitteretur Dignior; ſingulis tamen vicibus, quod id præſtaretur in eiuſmodi beneficijs, de quibus ſuperiori ſcripſimus aſſertione, ex ſe peccaretur mortaliter, & contrà vtramquè iuſtitiam. Deduco ex *Auctoribus ſecundæ opinionis*; ratio eſt, quod ſingulis vicibus committeretur acceptio perſonarum, grauem continens culpam, vt ſæpè ſæpiùs ex *diſp.5.* ſcripſimus. Deindè eſto contrarijs darẽmus nullum Eccleſiam pati detrimentum ob electionem digni ad Decanatum v.g. vel ſimile, omiſſo digniore; certè & contrà vtramq. fieret iuſtitiam, & commutatiuam, & diſtributiuam in ipſum digniorem, nemo eſt, qui ex hactenus diſputatis clarè ſequi non videat. Demùm nemo eſt, qui vel oculis non cernat ingens, quod Dei Eccleſia ex iniquis hiſce electionibus pateretur detrimentum, non modo quia inſtituta beneficia, vt præmia meritorum ſiuè ſemel, ſiuè iterùm abſq. meritis dentur, & non poteſt non eſſe abſquè damno Eccleſiæ, & Candidati; ſed ob malum etiam, quod poſteris tranſmittitur exemplum, inducens, vt iterùm, atquè iterũ hoc ipſum fiat ab eiſdẽ, vel aliis beneficiorum Collatoribus, & ob peſſimum ſcandalũ, quoad ſimiles, imò deteriores electiones Dynaſtæ ſæculares allicerentur, videntes per acceptionem perſonarum Eccleſiaſtica diſpenſari bona; præſertim (quod Deus auertat) ſi in Romana Curia id fieret, quæ cæterarum eſt Magiſtra Eccleſiarum; igitur niſi ex paruitate materiæ per reſpectum ad exceſſum eligendorum, vel beneficiorum excuſetur eiuſmodi electio, vel collatio, lethale peccatum eſt.

19 Nequè quicquam in noſtram conficit aſſertionem *Petrus Nauarra deducens ex Tridentino ſeſſ.7.cap.3.* inferiora beneficia, ſatis eſſe, ſi dentur dignis, atq. aptis. Etenim nullus eſt, qui citatum percurrerit locum, & oculis non cernat, ibi *Concilium*, non collationem facere inter dignos, ac digniores, ſed ſolum ſtatuere, nè in indignos ruerent Electores ad beneficia aptis ſaltem danda; deindè cum ibi de beneficijs curatis ſermo ſit, nè ſibi Concilium contradicat, minimè potuiſſe decernere, nè dignioribus illa darentur, quod ſtatuit *ſeſſ.24. cap.18.* Quid? quod iuſtitia rectæ electionis iuris cum ſit naturalis diuini, ſuppoſita beneficiorum inſtitutione, contra illud ſanè fieret omiſſione Dignioris, vt ſæpè dictum eſt.

20 Colligo ex his peccatum huiuſmodi electionum, tùm ex paruitate materiæ per reſpectum

ad

Digitized by Google

ad excessum eligendorum, vel beneficiorum excusari posse, vt vberiùs *disput. 13. cap. 7.* dicam, tùm eum non peccare, qui eligeret dignũ, omisso digniore, quòd breui locupletiùs expectatur, beneficium, digniori dandum, cùm rectè Ecclesiæ consuleret, & ipsi digniori, sic *Sotus 3. de iust. q. 6. art. 2. arg. 1. posito post nonam conclusionem.*

21 Quinta conclusio. Reliqua beneficia, administratione vacantia, nec maioris momenti semel aut iterùm conferre dignis, dignioribus omissis, non erit per se mortale, secùs si passim id fiat. Penès primam partem sentio cum *prima sententia, quam probabilitate non carere, quoad hoc initio quæstionis nu. 1. indicaui*, sentio etiam eum *Gabriele in 4. dist. 15. q. 7. ar. 3. coroll. 1. apud quem Alensis, Angelus verbo electio, §. 21. Petrus Toletanus lib. 2. de restit. cap. 2. num. 150. Rebell. paulò ante allegatus ad finem, nu. 11. Sanchez in opusc. lib. 2. cap. 1. dub. 2. num. 20.* tantum esse venialo docens peccatum, neq. discrepat *Aragon 2. 2. q. 62. art. 2. concl. 1. ad primum dictum D. Thomæ*; quatenus ait, peccatum non esse mortale, præferre dignum digniori in beneficijs parui momenti, indicans esse graue in locupletioribus, quamuis non desint contrarium indicantes, asserentes absolutè peccatum mortale esse, dignum præferre digniori, quos Auctores citat *Rebellus laudatus*. Penès secundam autem nostræ assertionis partem subscribimus *tertiæ opinionis Auctoribus*. Et quidem prima ex contrarijs patet fundamentis. Cùm enim huiusmodi beneficia instituta dixerimus penè in mercedem ministerij obeundi, non autem in præmium meritorum, neq. tàm exacta requiritur aptitudo ad Ecclesiastica, quæ eis annexa sunt officia, etiam ex verosimili Institutorum intentione; hinc est, vt tametsi non dentur optimis, seù dignioribus, si tamen conferantur idoneis, grauis non videatur culpa, vt *Aragon scribit 2. 2. q. 63. art. 2. fol. 311. Solon ibi controuers. 3. fol. 1010. Sotus lib. 3. de iust. q. 6. art. 2. col. penult.* imò nulla, si ritè alioquin fiat electio, vt *Nauarr. lib. 2. de restitut. cap. 2. num. 146. & 147.* Singula huius ratiocinationis membra probata sunt *disput. 4. cap. 4. conclus. vlt. num 18.* ex quibus sequela perspicua est. Neq. satisfacit *Ferdinandus à Castropalao tom. 2. de virtut. tract. 13. disput. 2. p. 11. num. 8.* vsum afferens conferendi huiusmodi beneficia dignis, omissis etiam dignioribus, dicendum esse potiùs abusum; cum ipsemet fateatur ex probabili multorum DD. opinione illum, & deriuari, & vires habere. Quod autem hoc modo fit, per abusum præstari, nequaquam dici potest; cùm rectè fieri exploratum sit. Secunda pars probatur, tùm quia si digniores passim omitterentur in hisce electionibus, ansa daretur flocci faciendæ virtutis; in scandalum præterea sęculares inducentur, nec vulgare periculum sanè subiretur eligendi minus idoneum, ineptumq. dùm pedem in aptũ tantùm figere, prætermisso aptiore, contenderemus. Quamobrem aliqua dari posset in his electio, quæ sicuti suppositis alijs pleriſq. eiusdem rationis electionibus, prudentis quidem iudicio, censeretur indicatis malitijs affecta, ità grauem inuoluere culpam assẽrenda; quæ quidèm esset, sicl contrà iustitiam purè distributiuam ad minimum, vel ratione periculi contrà commutatiuam etiam. Illud deniq. notatu dignum censeo, huiusmodi beneficia, licet arbitrio Papæ, Prælatorumq. dan-

22 dà tamen dignis comminssa sint; nihilo tamen minus, vt probè *Nauarr. lib. 2. de restit. cap. 2.* maximum Collatoribus studium esse debere, quod ex Dei miseratione est quidem, in Ecclesia nè scandalosis, qui vel ex hoc, me quidem iudice, censendi non essent digni, neuè otiosis dentur; sed viris probis, ac doctis; quòd Indocti tùm per insciti am, tùm per otium flagitiosi plerumq. esse solent. Consulto dixi per se ad calcem assertionis; nàm si beneficium aliquod simplex dandum esset per oppositionẽ, nunc de illis sentiendum cum proportione, ac de curatis; cum ius esset digniori, ratione oppositionis ad illud, magnamq. cętero quia faceret iacturã honoris, & existimationis; sic si esset instituta Cathedra, ad quam haberetur cõcursus, peccaretur mortaliter, si digniori non daretur prælatio, etiam si daretur altera paulo minoris, vel etiam æqualis stipendij, sic *Nauarr. summ. c. 28. addit. ad num. 148. & cap. 2. num. 133. & nu. 161. Salon 2. 2. q. 63. art. 4. ad finem, Sotus 4. de iust. q. 6. art. 6.*

23 Sexta conclusio. Per accidens casus dari posset, in quo digniori dandum non esset beneficium quodcumq. Hæc assertio est, me quidem Iudice, potiori ratione probabilior, quam similis exarata *sup. disp. cap. 2. num. 22. & expressa D. Thomæ q. 63. art. 2. in corpore*, vbi ad finem, ideò *quandoq.* ait, *absq. acceptione personarum in dispensatione spiritualium illi, qui sunt specialiter minus boni melioribus præferuntur.* Nàm vt probè *S. Doctor* anteà scripserat, cum dignitas, atq. aptitudo alicuius personæ bifariam considerari possit, vno modo simpliciter, & absolutè, altero relatiuè ad bonum commune; primo modo ille censendus est dignior, qui magis abundat spiritualibus gratiæ donis, vitæ nimirum sanctitate, virtutibus, ac scientia; secundo modo censebitur aliquando, qui alijs in se minus præcipuis ornatus est donis; etenim cõtingere potest, addit Angelicus, *quòd ille, qui est minus sanctus, & minus sciens potest conferre magis ad bonum commune, propter potentiam, vel industriam secularem, vel propter aliquod huiusmodi.* subscribunt *Leſſius modo citandus, Rebell. de oblig. iust. lib. 3. q. 4. num. 2. ac deinceps, Auctor appendicis ad Fellucium tract. 41. de benef. Ecclesiast. cap. 4. num. 176. atq. ex Canonistis Hostiensis apud Panormitanum cap. graue nimis de præb. num. 2. ex l generaliter, §. spurios. ff de decurionibus.* Vbi in defectu legitimorum, spurij assumuntur in decuriones. Ex hac autem *D. Thomæ* sententia, ratio desumenda est assertionis, cùm enim minoris perfectionis dona, ac naturales, seù acquisitæ qualitates ad Ecclesiasticum regimen, vel functionem hìc, & nunc magis conducere nonnunquàm valeant, quàm ornamenta præstantiora scientiæ, cęteraq. huiusmodi præsidia, primis præditus, vt si fuerit nobilis, potens, diues, in rebus agendis prudens,

pro-

Digitized by Google

promouendus quidem erit ad beneficium Ecclesiasticum, dummodò in necessarijs non deficiat iuxta superiorum disputationum dicta, quia vt probè S. Doctor *ibid.* dispensationes spiritualium principalius ordinantur ad vtilitatem communem *ex 1. ad Chorint. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem.*

24 Et quamuis varijs illustrabitur exemplis assertio *disput. 17. cap. 3.* in nostris corollarijs deducendis, illud sanè, mea quidem sententia, præclarius videtur, quod affert *Adrianus in 4. de restit.* Si personæ aptiores Parochialibus meritò reseruandæ sunt beneficijs, eò quòd pauci eo in loco idonei reperiantur, his sanè prætermissis dignioribus, cætera beneficia, quamuis optima conferri poterint minus dignis, vt etiam sentit *Lessius lib. 2. de iust. cap. 34. dub. 13. nu. 59.*

Verùm enim verò adderem, tùm hoc verum esse, cùm non possit perpensionem aliquam su-
25 prà illud beneficium pingue cõsuli, ob bonum commune, digniori in Parochum eligendo, quæ quidèm pensio, & spiritualis esset, & ex iustissima causa optimè dari posset, eò potiori nomine, quo locuples illud beneficium digniori dandum alioquin esset. Secundus casus, & quidem optimus est à nobis *cap. 3. sup. disp. coroll. 4.* adductus. Tertius est *Alexandri par. 2. q. 119. membr. 2. qu. 2. Gabrielis in 4. dist. 15. qu. 7. art. 3. dub. 1. propos. 2. vers etiam licet*, docẽtium quandò aliqua Ecclesia protectore indigeret, qui eam ab Hæreticis schismaticis, alijsq. Catholici, vel Christiani nominis hostibus defenderet, & protegeret, tunc electio vtilior censẽda esset, magisq. expediret maior Cleri potentia, quam doctrina, & nobilis, potensq. magis, quàm doctus: qui omnium calculis, si generis splendori doctrinam, morumq. probitatem habuerit adiunctam, cæteris erit præferendus, vt nos *tom. 1. lib. 2. disput. 2. cap. 2.* diximus. Hùc
27 etiam reuocari poterit casus alius merè accidentalis, in quo nonnullis Clericis dignioribus nolentibus concurrere penès præscriptam legem *Tridentini sess. 24. cap. 18.* vni ex concurrẽtibus minus digno Parœcia danda esset.

28 Vltima assertio. Positiuè noscere debet Elector maiorem dignitatem Eligendi, neq. sufficientem esse notitiam negatiuam discriminis inter dignum, & digniorem. Fundamentum idem est, ac iactum *sup. disp. cap. 3. assert. vltima*, ex cuius etiam fine deduci facilè poterit huius qualitas notitiæ.

CAPVT TERTIVM.

An licitum sit ex æquè dignis prò arbitratu quemlibet eligere ad beneficium.

SVMMA.

Status, & quæstionis necessitas. n. 1.

Ex æquè dignis poterit quicumq. vel eligi, vel promoueri. n. 2.

Integrum cuiquè ex æquè dignis vni fauere, num. 3.

Possunt Ecclesiastica beneficia consanguineis, affinibus, vel amicis æquè dignis, magna tamen cum cautela ad scandalum, & periculum effugiendum, conferri. n. 4.

Quàm arcto teneamur vinculo, agnatos, cognatos, consanguineosquè amare, eisq. consulere, num. 5.

Quam magnum sit periculum promouendi consanguineos, vel propinquos. n. 6.

Taprobani, vel Regem absq. filijs, vel se filijs abdicantem, eligebant. n. 7.

Maiorum merita indignitatem nequeunt excusare posterorum. n. 8.

Præmium beneficij requirentis industriam personę non auitis datur meritis. n. 9.

Quandò certa est amici, vel affinis aptitudo; dubia verò non amici, vel affinis, debet nèdum potest, ab Electore ille eligi ad beneficia ecclesiastica. n. 10.

Si Elector per dubium tantum negatiuum anceps sit de excessu, quo quis consanguineo, vel amico præstat, non tenetur cõsanguineum, vel amicum non eligere. n. 11.

Iudex est securus in conscientia, certò sciens iustitiam amici, quamuis dubium negatiuum haberet, an maior esset iustitia contrarij. num. 12.

Iudex ex duabus opinionibus, quarum altera dicat posse hunc reum examinare, atq. in carcerem detrudere, altera negat, potest etiam minus probabilem eligere. n. 13.

Potest Elector hac, vel illa probatione vti de moribus, ac scientia promouendi etiam secundum opinionem minus probabilem. n. 14.

Iudex sententiam ferens circà ius partium pendens à facto, quod diuersum partes supponunt, ità vt illius dubium intercedat, probabiliorem tenetur sequi probationem. num. 15. & 16.

Probabilitas facti non est opinio. n. 16

Cum facti probationes æqualis sint momenti, & probabilitatis potest Iudex arbitrio vti. num. 17.

Si probationes natalium legitimorum, scientiæ, probitatis vitæ, prudentiæ vnius fuerint probabiliores, quam aliæ alterius Candidati, tenetur Prælatus primò adhærere: quod si æquales essent horum probationes, daretur Prælato arbitrium. n. 18.

Iudex inferenda sententia inter litigantes, qui de facto conueniunt, esto ius vtriusq. sit probabile ex varijs DD. opinionibus potest probabilem vnam ad libitum sequi opinionem, & secluso scandalo modò hanc, modò illam æquè probabilem. n. 19.

Si sint opiniones de electione aliqua, nùm valida nec nè sit, potest Iudex ad libitum possessori, vel fauere, vel non. n. 20.

Et si in dubio, quod verè tale sit, melior sit conditio possidentis, nõ tamen in opinionibus probabilibus. n. 21.

Existente opinionum varietate de licita, vel illicita

Digitized by Google

cita promotione, vel electione, potest æquè probabili opinione vti ad libitum Elector, vel Promotor consanguineumq. dignum promouere ad simplex beneficium ex ea, etiam omisso digniore, dummodò scandalum absit, n.22.

Ex variis opinionibus, quarum vna probabilior est alia, neq. Iudici, neq. Electori, neq. Promotori ad beneficium licet minus probabile vti, ni esset in praxi, altera minus recepta, atquè Elector, vel Promotor prudenter timeret indoctus habendus à Superiore Iudice, vel Prælato secundum sententiam satis superquè probabilem, n.23.

1 ET res ipsa, quæ vsu frequens venire solet, & quòd à D. Thoma mox citando tradita est, & quòd à *Sacro Tridentino Concilio de Parochi electione sess.24.cap.18.* sancita videtur, vbi vota Examinatorum, vel singularia fuerint, vel paria, nos ad hanc expendendam quæstionem allicit; in qua quid absolutè sentiendum sit primò: deindè quid præstandum, quando æqualibus personæ meritis eligendæ ratio aliqua humana consanguinitatis, affinitatis, amicitiæ, ac similis annectitur.

2 Prima sit assertio: Ex æquè dignis potest Prælatus quemlibet ad beneficium quodcumq. licitè promouere. Deduco ex *Tridentino citato*, quod sermonem habens de Parocho examinato ait. *Quorum* (id est Examinatorum) *votis si pares, ac singulares fuerint accedere possit Episcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur.* probatur deindè auctoritate *D. Thomæ 2.2. q. 63. art.2. ad primum*, qui agens de promotione consanguineorum, de qua mox dicturi sumus, docet, si fuerint æquè digni, ac cæteri absolutè, absq. personarum aeceptione posse promoueri. Tertiò probatur ratione, quòd hac promotione, neq. contrà beneficiorum institutionem, neq. contrà naturam eorum, vel pactum super assertum, neq. per acceptionem peccaretur personarum, cùm probè consuleretur Ecclesijs, imò quo potest meliori modo, absq. alterius iniuria, cui potiùs non est ius; ergò, &c.

3 Hinc fit integrum cuiq. esse vni ex æquè dignis fauere; vt enim habet *Sotus lib.4. de iust. q.6. ad 6. argum. in expositione litteræ S. Thomæ eo contentæ*, cum omnibus æquè dignis æquale sit ius, cui voluero fauere integrum mihi erit, dummodò dolus, fraus, malæquè absint artes, quibus iniuriam irrogarem æquè dignis, imò etiam digniori, atq. obnoxius restitutioni essem prò ratione impedimenti à me dati, vt infrà *disp.13.c.3.*

4 Secunda conclusio. Possunt consanguineis, vel affinibus æquè dignis Ecclesiastica beneficia licitè conferri, quamquam non sine maxima cautela ad scandalum, & periculum fugiendum. Est vtraq. assertionis pars *D. Thomæ 2.2. q.63. art.2. ad primum*, cuius verba hìc exarare operæ pretium est. *Quandoq. verò consanguinei Prælati Ecclesiastici sunt æquè digni, vt alij, & sic licitè potest absq. personarum acceptione consanguineos suos præferre, quia saltem in hoc præeminent, quòd de ipsis magis confidere potest, vt vnanimiter secum negotia Ecclesiæ tractent; esset autem hoc propter scandalum dimittendum, si ex hoc aliqui exemplum sumerent, etiam præter dignitatem bona Ecclesiæ consanguineis danda.* Est etiam sententia *Alexandr. par.2. quæst.11. membr.2. dist.1.* cui è Recentioribus subscribit *Azorius 2. par. inst. lib.6. cap.15. q.4. nec non alij.*

5 Probatur præterea prima pars, tùm quia admonemur *Isaiæ cap.58. Domesticos seminis tui non despexeris, & Pauli 1. ad Chorint.8. Si quis autèm suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Curam* tàm corporis, quàm animæ salutis. *fidem negauit*, non verbo, sed factis, & opere. Accedit *Augustinus lib.1. de doctr. Christ. cap.28. Omnes homines æquè diligendi sunt, sed cum omnibus prodesse non possis, his potissimùm consulendum est, qui per locorum, vel temporum, vel quarūlibet rerum opportunitatibus constricti tibi, quasi quadam sorte iunguntur.* Quæ quidèm sententia non modo sanguinis, atq. affinitatis vinculum, sed quodcumq. complectitur simile. Deniquè probatur ex ordine charitatis, ex quo constans deducitur regula, vt magis appretiatiuè, atquè efficacitèr diligere tenearis proximos, magis tibi coniunctos, vt probè *S. Thomas 2.2.q.26. art. 8.* & passim Theologi. Et ni hoc fieret, deteriores essent potiùs conditionis nobis proximiores, quod rationi minimè consentaneum est. Venio ad vltimas assertionis partes. Et quidè quòd turpiùs in Ecclesia Dei scandalum inueniri posset, quàm bonis Ecclesiasticis consanguineos, affinesq. absq. alia causa, quàm affinitatis ditare? Quid enim Dynastæ, Principes, Regesq. sęculares in conferendis sęcularibus officijs præstabunt, si Christos Domini .i. Ecclesiæ Prælatos acceptionis personarum labe, tanta cum Diuinæ Maiestatis iniuria, sędè notatos viderint? Hoc maximum illud erat delictum, cuius se expertem optabat *Pius IV.* symbolica Dauidis vsus sententia *psalm.18. vers.14. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo*, penès interpretationem *Incogniti serm.20. & Antonini 1. par. tit.5. q.2. §.4.* explicantium citatam sententiam de carnis vinculo nobis coniunctis. Hanc eamdem fœditatem procul arcens à se *Clem. IV. Pont. Max.* certior factus, è sorore nepotem tribus Ecclesiasticis potiri beneficijs, præcepit, vt duabus derelictis, vno tantum esset contentus; nonnullisq. Prælatis pro nepote apud ipsum Pontificem orantibus, diuinam, ac verè tanto Pontifice dignam protulit sententiam. *Indignus quidèm hac est Sede, qui Cognato potius, quàm Christo prospicit.* cuius Auctorem habeo *Tarcagnotam. ib.14 par.3.* subscripsit fortasse Clemens suo prædecessori *D. Gregorio comment. priori cap.2. lib.1. Regum vers.29.* qui quidem sermonem habens de Heli Sacerdot. *Magis*, inquit, *quam Deum filios honorauit, quia dùm aperta eorum opera contemneret, lucra temporalia eisdem prouidebat.* & in *comm. post.* similes docet Sacerdoti Heli Prælatos Ecclesiasticos, qui minus dignos consanguineos ad sacros promouent ordines, vt locu-

ple-

Digitized by Google

plerent, diuinum non curantes honorem, qui ex huiusmodi Ministris ærterirur, sed vtilitatem Ministrorum, qui ex Ecclesiasticis ditantur ministerijs. *Filios*, ait, *& propinquos magis, quàm Dominum honorat, qui ad sacros ordines personas eligit, non ex conuersationis honestate, sed amore propinquitatis.*

6 Hinc gradum facio ad tertiam nostræ conclusionis partem docentem ob periculum promouendi consanguineos, vel ineptos, vel quidem ceteris minus aptos, magna Prælatos Ecclesiasticos indigere cautela, nè cum proprio animæ detrimento, quos dedecet, eligant. Neq. hoc mihi periculum fingo, cum res ipsa admoneat communi etiam sensu DD. quorum instar omnium sit *D. Gregorius* paulò ante laudatus. *Carnales*, inquit, *Prælati spiritualis honoris culmina carnalibus propinquis ideo tribuunt, vt Ecclesiasticis facultatibus ditentur, & in altitudine ordinis cumulentur abundantia vberratis. Nec curant quales sunt, qui ad spirituale ministerium veniunt, sed tantum, vt dignitati temporali præferant, quos carnali affectione complectuntur.* Ratione etiam id firmatur. Nam sicut *tom. 1. lib. 4. disp. 7. cap. 3. nu. 26. ex D. Thoma* diximus facili negotio id nobis persuademus, quod appetimus, ac de eo malè suspicamur, quem odio habemus: ità etiam, quem nimio prosequimur amore, dignum sæpissimè existimamus, cum re vera indignus sit. Quapropter meritò Theocritus in egloga 6.

Quæ minimè sunt pulchra, ea pulchra videntur amori.

Et tritum communi sermone prouerbiũ, *Suum cuiq. pulchrũ.* Proindè recte *Philosophus Rethor. 2. cap. 6. Quærit quis, vnde nos, Tu es tam dura? Quia durum aurum, & ferrum, & lapides, quæ duriora sunt, amamus ab omnibus. Id est quoniam autem omnes sui sunt amantes, & sua cuiq. iucunda esse necesse est, vt facta dictaq. laudent. Quod vt belle Horatius Cocytus amor sui, & patriæ fumus igne alieno luculentior*, vt est etiam in prouerbijs vsurpatum à Lucano in Encomio patriæ. Hinc *Gloss. cap. peruenit 1. q. 3.* dixit, Episcopos cæcos circa nepotes, alios què consanguineos, plura apud *Bald. in l. tutor petitus §. 1. ff. de vsufr. Baldum* loquutus est *Barbos. 16. col. penult. in fin. lib. 1. & consil. 17. col. 3. lib. 4.* facit etiam ad rem, quod scripsit *Alb. tract. 29. num. 2. in tract. de præsump. reg. 1. & Menoch. lib. 3. de præsumptionib. præsumpt. 64. à num. 7.* Huic obuiam periculo consilium fuit ire *Sanctissimo Pontifici Pio Quinto Constitut. 54.* qua grauibus sub censuris prohibuit, nè beneficia coram Ordinarijs resignata donentur propinquis, consanguineis, aut familiaribus ipsorum Collatorum. Imò electio familiaris, vel consanguinei Præsulis haberi solet suspecta, *ex doc. Rom. aq. in rem Aretina apud Gonzalez glossa 4. nu. 130. & 140.* lege præterea *Plin. lib. 6. c. 28.*

7

8 Nequid maiorum merita Prælatorum tanti faciõda, vt electionem turpem Posteri indigni, vel minus digni ab iniustitia vendicare possint; cum industria, meritoq. desiderentur personæ ad beneficia Ecclesiastica promouenda, ob honum Ecclesiarum primariò, instituta. Deindè duo tametsi Ethnicorum exempla Prælatos Ecclesiasticos præ oculis habere maximè optandum est: alterum *Antigoni II. Auctore Plutarcho in Apophtegmis*, qui cuidam ignauo militi præmium pro fortiter à patre gestis acriter po-
9 tenti, respondisse fertur. *Ego mi adolescens mercedem, & munera dare propria, non paterna virtutis causa, dignis soleo.* Alterum Temistoclis à nobis *tom. 1. lib. 3. disp. 3. cap. 1. num. 22.* relatum. Cautè igitur agendum est Prælatis, nè vt ait *D. Bernardus de consid. lib. 4. De dote Viduæ, & patrimonio Crucifixi se, vel suos ditare festinent, Moysen imitati*, de quo *S. Hieronym. tom. 6. in comment. ad cap. 1. epistolæ Titiana*, sic ait, *Moyses amicus Dei, cui facie ad faciem Deus loquutus est, potuit viq. successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem. Sed extraneus de alia tribu eligitur Iesus, vt sciremus principatum in populos non sanguini, aut humano affectui deferẽdum esse, sed vitæ.* Verum dilabor longiùs; ad propositum reuertor. Videbitur fortasse cuipiam huius esse loci doctrinam *Trident. sess. 24. c. 18. de elect. Paroch.* expendere, nec non Bullam *Pij V. incip. in conferendis beneficijs, in confirmationem decretorum tùm antiquorum, tùm Trident. hac de re editam*; verùm cum altiùs repetenda sit illa electio, nec vulgares contineat difficultates, è propria ipsius Sede educenda non est, vbi de potestate Præsulis in beneficijs conferendis, Deo dante disputabimus.

Quid autem sentiendum sit eo in euentu, quando duo essent digni, si vni quis faueat, dicemus *disp. 13.*

Quæres, an Electori liceat consanguineum familiarem, vel amicum, quem certissimè nouit esse dignum, eligere, relicto alio, quem probabiliter tantùm existimat esse digniorem?

Respondet *Azor. 2. p. instit. lib. 6. c. 13. q. 4.* licitè id quidem posse Electorem, quoniam certa, & euidens notitia hac in parte, opinioni tantum probabili præferri potest; nam prudentior & turior Elector est, quando Titium eligit, quẽ certissimò tenet esse dignum, atq. idoneum, quàm si Caium eligeret, quem dubitat esse digniorem, vel probabiliter tantum credit esse aptiorem, & magis idoneum. Verùm enim verò nodum non soluit. Igitur de illa, cum multa scitu digna pendeant, accuratiùs agendum. Et primùm distinguere habeo, de dubio merè negatiuo, deq. notitia probabili, de qua *tom. 1. lib. 3. disp. 7. c. 3. dn. 18. egi.* Deindè, vt quæstio præferri, non inquiritur, neq. discrimen ponitur inter dignum, & non dignum, sed inter dignũ & alterũ, qui quidem dignus sit; at solũ dubiũ est de maiori dignitate, id est de illo excessu, quo dicatur alterò dignior. Quibus adnotatis,
10 Respondeo. primùm, si quæsitum intelligatur, vt videtur ab *Azor.* acceptum, cum certa teneatur amici, vel affinis aptitudo, dubia verò alterius, non modo potest, verùm tenetur Elector præferre consanguineum, affinem, amicum, seù familiarem, cuius aptitudinem certò nouit alteri, cuius aptitudo tantùm est sub dubio; imò etiam si esset probabilis; & hoc probat tam

Digitized by Google

Azor. Etenim certa, atq. euidens cognitio præferenda est probabili, semper formidinem involuenti; & quamuis non versentur hæ notitiæ circà idem obiectũ materiale, circa quod si habetur notitia euidens, quòd talis nimirum sit conditionis, nullus remanet locus probabilitati contrariæ opinionis, vt probè *V. Azor. tom. 3. lib. 5. q. 7. p. 4. Lopez 1. tom. Instruct. cap. 220. & 287. Salon 2. 2. q. 63. art. 4. controu. 2. Granado 1. 2. tract. 12. disp. 4. sect. 2. n. 16. Io. Sanch. in suis select. disp. 14. n. 8. & disp. 44. n. 54. vers. quia.* nihilo tamen minus, hoc etiam verum est circa diuersas has personas; siquidem cũ etiam probabile sit non consanguineum esse idoneum, cum de cõsanguinei aptitudine certi simus, minimè cõsuleret Elector Ecclesiæ, aut virtuti Promouendorũ, si qui probabiliter etiam ineptus præ-
11 ferret certo habili, atq. apto. Deindè aio, si tãtum per dubium negatiuum esset anceps Elector de illo excessu nõ consanguinei, etiã posse ipsũ cõsanguineũ, vel familiarẽ eligere; q. nõ sit, tãti faciẽdũ dubiũ merè negatiuum, dummodò hos intra limites certũ sit esse idoneũ consãguineũ, neq. sãguinis, vel amicitiæ affectu cũ decipi. Nec propria dici poterit hoc in euẽtu personarum acceptio, non intercedente, nec etiam iudicio probabili, de maiori aptitudine alterius. Circa hoc autem nõ placet *Manoch. de arbitr. Iud. cas. 339. n. 22.* qui probabilẽ opinionẽ à dubio minimè distinguens, nomine fecundũ in conscientia Iudicem affert, iudicantẽ pro amico, siue sit motus ex opinione probabili, siue ex dubietate; probatq. per multos text. qui sequẽ nostrã non faciunt. In nostro aũt casu certitudo adest aptitudinis, atq. idoneitatis vtriusq. tam amici, quã nõ amici, sed ũq. dubiũ negatiuũ est, quo redditur anceps Iudex circa excessũ aptitudinis maioris, quo dubio practicè deposito, sistẽsq. in aptitudine bonitatis, atq. idoneitatis amici affinis, vel cõsanguinei, poterit pro eo iu-
12 dicare, vt tãdẽ idẽ *Manoch.* hõc iudicio. Tertio dico, si certò cõstaret cõsanguinei, vel amici aptitudo, de non amicis vel consanguineis, opinionũq. tantũ diuersitas esset de excessu aptitudinis, qua alter ex his existimari deberet aptior, ac dignior, sic sicut Iudex in triplici cõsideratu statu põt, vti deduco ex *Tho. Sanch. in summ. c. 9. n. 83. & 84. & Ib. Sanch. infr.* ait in quibus variè de illo sentiendũ est, sic et de Electore, Promotore, & Collatore beneficij philosophandum.
13 Primus status est Iudicis dum examinat testes, reum interrogat, in vincula cõijcit, &c. antequam pronuntiet sententiam, in quo statu, si dentur opiniones probabiles, quarũ altera vtrumque negat, possentne à Iudice hic & nunc interrogari, carceri addici, &c. altera affirmet, potest Iudex non modò atque probabilem, sed minus etiã probabilem sequi opinionẽ, vt probè *Sayr. in clauc. reg. lib. 1. c. 11. n. 8. Tho. Sanch. in sum. lib. 1. c. 9. n. 14. & 43. Io. Sanch. in suis select. disput. 44.*
14 *n. 51.* Instar autẽ huius Iudicis Electorem consideroq. qui dum examinat de moribus, scientia, prudentia Promouendi, puta si id præstarent Examinatores Synodales antè testimonium, quod Episcopo reddere debent, Promouendi in Parochum, & opiniones essent probabiles di-

stantes, vel non, esse hos examinãdos, vel hũc & non illum testem adhibendum, vel hac, & non illa vtendum probatione; tunc Elector, vel Examinator vti posset opinione minus etiam probabili, quemadmodum quilibet alius id potest in rebus similibus moralibus, vt cum communiori sententia docet *Sanch. in sum. lib. 1. c. 9. n. 14. ad decimum.* Verùm hoc in euentu hæc doctrina potest vtì esse, dummodo maior, vel minor probabilitas non versetur circa factum, vt mox dicam.

15 Secũdus Iudicis esset status, quando fert sãctissimus circa ius Partium de aliquo facto, quod non idem, sed diuersum esse supponunt ipsæ Partes, ex qua diuersitate nascitur ipsiusmet dubiũ facti innixũ in maiori, vel minori alterutrius Partis probatione, in hoc, inquam, euentu Iudex tenetur meliorẽ, probabiliorẽq. proba-
16 tionem sequi. Dixi consultò probationem, non autem opinionem; cùm probabilitas facti re vera non sit opinio, vt rectè *vterq. Sanch. Tho. lib. 1. sum. c. 9. n. 44. & Io. loco paulò ante citat. & nos 1. tom.* docuimus *lib. 4. disp. 2. c. 3.* Iudex itaq. hoc in euentu, cum iudicare debeat iuxta allegata, & probata, vbi pondus causæ per probationem maiorem, &c. maiùs videtur esse, in eã absq. dubio debet inclinare Partem.

17 Quod si æqualis momenti probationes, iuxtaq. Partium videantur esse prò arbitratu posset sententiam proferre, vt probè *Ledesm. 2. tom. sum. c. 22. post conclus. 11. Thom. Sanch. allegatus n. 45. & Io. paulò ante citatus.* Iuxta autem nostra si
18 præstantior esset probatio legitimorum naturalium, ætatis, prudentiæ, scientiæ, morumq. probitatis quàm probatio alterius; vtiq. Prælatus Ecclesiasticus, vel quicunq. alius Promotor nõ posset non adhærere meliori probationi. Si verò probationes æquales essent inter, daretur profectò tunc arbitrium iuxtà supra dicta, atq. expressè de beneficij collatione *vterq. docet Sanchez citatus.*

19 Tertius demùm Iudicis status est, dum sententiam aliquam ferret inter Partes litigantes, quæ tamen in facto cõuenientes singulis ex lege, & iure contendunt rem, de qua lis est, sibi adiudicandam, quamtamen legem variè interpretantes DD. de ea ophiotes fundant probabiles, in quo casu licet Iudici vnam ex æquè probabilibus opinionibus sequi, vt probè *Molina 1. 2. q. 19. a. 6. fol. 369. conch. 2. Salon. 2. 2. q. 63. art. 4. controuersia 1. Valent. 2. 2. disp. 1. q. 9. p. 4. dub. 3. & alij*, quos refert, & sequitur *Sanch. lib. 1. sum. c. 9. n. 45.* quòd ex officij fide, æquè iustitiæ non magis vni, quàm alteri debeat opinioni esse addictus etiam ad commune bonum, imò præciso scandalo, posset Iudex modò huic, modò illi adhærere opinioni, vt supra dixi-
20 mus de eligente, & conferente beneficium, cui datur optio conferendi vnum ex æquè dignis. In casu nostro tenetur Electoris, vel Collatoris beneficij erit, dum Electores sibi opiniones esse, num electio, infamis vel grauis nõ sit, ne vt nos *disputationem* 4. liberum erit Iudici beneficij possessori favere, vel non, tutâ opinione dummodo diuersitatem vt rectè *Io. Sanchez citatus persuasus.*

Neq.

Digitized by Google

21 Neque obstat regula, quod in dubijs, melior est conditio possidentis, quæ intelligenda est in vero dubio, in rigore sumpto, ac negatiuo, & non in opinionibus probabilibus, dubio, siue formidine in illis imbibito, vt optimè *Vasquez 12. tom. 1. disp. 63. ad finem, Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 41. nu. 30. atq. in summ. lib. 1. c. 9. nu. 53. alijq. quos citat, & sequitur Ioann. Sanchez allegatus n. 54. vers. nec obstat.*

22 Deinde existente opinionum varietate, nùm. Episcopus in iudicanda maiori dignitate promouendi in Parochum debeat rem perpendere ex pluralitate votorum Examinatorum Synodalium, iudicium ferentium de ætate, scientia, atq. illius prudentia, vitæq. probitate, vel alijs rationibus, ex alia notitia sibi comparatis; posset alteram, si fuerit æquè probabilis (quod non decido) sequi, ac tribuere, vel cõsanguineo, & amico, vel non consanguineo Parœciam. Sic pariter intercedente opinione probabili docente, non esse peccatum mortale semel, aut iterum beneficium simplex non conferre digniori, dummodò conferatur digno, cuius *Auctores* retulimus *cap. 1. n. 3.* potest hac vti opinione Collator semel, atq. iterum conferendo beneficium consanguineo, vel familiari digno, omisso dignièore, dummodò absit scandalum. Demum possent opiniones vna esse probabilior altera, & tunc maior est difficultas, quid posset Elector, vel Collator, nàm, vt Iudici integrum esset sequi opinionem minus probabilem, ità Electori, vel Collatori; vti sanè est, quæ docet, peccatum quidem esse læthale, omisso digniori, digno conferre beneficium curatum, secus alia simplicia, cuius *Auctores* retulimus *citata c. 1. n. 5.* Quod autem id Iudici liceat, docent *Medina 1. 2. q. 19. art. 6. dub. penult. ad vlt. Aragon 2. 2. q. 63. art. 4. d. penul. ibid. Salon. contro. 2. concl. 4. Petrus de Ledesma dicens esse præstantiorem suæ ætatis Auctorum 2. tomo sum. tract. 8. cap. 22. post secundam conclusionem diff. 2. fol. 746. Sayrus in clavi Reg. lib. 1. cap. 11. nu. 8. Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. disput. vnica sect. 12. n. 118. Ioan. Sanchez in suis select. disp. 44. nu. 51. ad finem, ac probabilem iudicat Thomas Sanchez in summa lib. 1. cap. 9. nu. 47. sauentq. Baldus cap. 1. §. Iudices num. 4. de pactis tenend. in vsib. feud. & in l. obseruare, §. proficisci qu. 30. de offic. Proconf. & Leg.* Ratio autem est, quia nec temerè, nec imprudenter ageret Iudex, dum opinionem sequeretur probabilem.

23 Cæterùm æquè saltem probabile videtur contrarium in Iudice, qui quidem ex munere à Republica commendato tenetur ius vnicuiq. tribuere, causasq. dirimere, prout magis consentaneum ei videtur esse rationi. Idemq. iuxtà hanc sententiam asserendum esset de Collatore, vel ad beneficia Electore, ab eo profectò danda, vt magis consentaneum rationi, magisq. probabile, tectumq. videbitur, itaq. non modo personarũ acceptio esset tribuere digno, omisso digniori, beneficium pingue, verum vni non conferre, cui magis probabile ius esset ad illud idem beneficium, non per probationem facti solum, sed iuris. Et huius opinionis, quoad Iudicem sunt, *Sotus, Valentia, Bagnes, Manuel, & Vasquez apud Sanchez lib. 1. summæ cap. 9. n. 47. qui cap. 2. nu. 6.* limitat, ni opinio minus probabilis in praxi magis esset recepta, & Iudex inferior timeret nè foret habendus à Superiore, apud quem appellaretur indoctus. Quod accomodari rei nostræ facilè quidem potest. Fauet communis DD. sententia, quam tradunt Auctores *cap primi de const. & latissimè Neuiz. lib. 1 sil. nupt. num. 1.* ex compluribus docentibus, communem opinionem in iudicando præferendam esse, ni euidenter esset falsa, vel conuinci possit satis probabilibus rationibus, sic etiam *Abbas cap. 1. n. 15. de const. ex varijs text.*

CAPVT VLTIMVM.

Soluuntur argumenta contraria capite primo relata.

SVMMA.

Potest vnius bonitas alicui per accidens nocere, cum sibi, & communitati profit, n. 1.
Argumentum à singulari ad vniuersale non obstat, n. 2.
Explicatur cap. Monasterium 16. q. 7. n. 3.
Opinius, seù dignioribus in negotijs Ecclesiæ maioris momenti satis non erit eam adhibere industriam, quam adhiberent digni, seù apti. num. 4.
Nè iaceant ecclesiastica negotia, atq. exequutioni mandentur, quam habent difficillimam, præstantiora ornamenta in Ministris, ac Prælatis desiderant, n. 5.
Expenditur cap. Otius dist. 61. n. 6.
Papa non est Dominus beneficiorum, n. 7.

1 SVperest, vt argumentis contrariorum faciamus satis, & quidem primo loco cũctis allatis Glossis vnico verbo respondeo, Textus pro nostra sententia esse, vt constat, atq. ex citatis, citandisq. sequenti disput. clarius fiet. Præterea primò dicimus, maiorem vnius bonitatem alteri per accidens nonnunquam nocere, absq. aliquo absurdo, quando prodesset Ecclesiæ, maiori existimationi virtutis, imò & sibimet, cui quicumq. priùs consulere debet in hisce etiam bonis, quàm proximo, cùm præsertim cætera non sint paria, secundum charitatis ordinem. Secundo respõdemus argumento, quamquam, quod intenditur, concederetur, nihil præterea probaretur, quàm non obligari Patronum ad meliorem præsentandum. Argumentum autem à singulari ad vniuersale minimè licere, dialectica, vel leuiter imbutus non ignorat.

2 Vt autem docemur à *Philosopho lib. 1. posteriorum cap. 5.* Si quis de triangulo æneo v. g. aliquid demonstraret proprium, non idcirco demonstrasse dicendus de omni triangulo. Sic etiam si probarent contrarij ad beneficium pa-

Digitized by Google

tronatus non esse præsentandum meliorem, idem non idcirco ad omne beneficium probarent; nàm semoto à beneficio Patronatus, hoc ipso esse Patronatus, asserta non remaneret libertas præsentandi; ergò subiectum huius passionis non est beneficium, sed ratio Patronatus. Hinc consensu DD. singularitas quando agitur de probatione alicuius rei in genere, non obstat. Præterea argumentum ab exclusione vnius ad alterius, non rectè semper deduci constat apud DD. Nec valet argumentum de vno ad aliud, quando duo æquiparantur in aliquo, & non in cæteris ad rem facientibus. *Gloss. in cap. constitutionem in verbo prorogamus in fin. de regul. in 6.* Deindè respondeo ex *Glossa cap. licet 8. q. 1. verbo præstantior*, ità esse explicanda verba textus, nè malus existat, vt hoc sufficere dicatur, cùm melior ibi non reperiretur inter Monachos, vt habetur in *Authentica de Monachis §. vlt. collat. 1.* Demùm nequè cuicunq. Patrono illud liceret, colligitur ex textu citato, sed solum Institutori, seù Fundatori, qui sub alia lege Monasterium nò construit, quàm contentus, vt idoneus tantum ei præficiatur, qua lege ius digniori non fit. Addit præterea *Sotus lib. 3. de iust. art. 6. q. 6. in solut. 2. dub. ad 2. arg.* neq; Fundatori licere beneficium aliquod annexum habens curam, vel animarum regimen, tali sub institutione fundare, quæ aliquo pacto obsisteret dignioris electioni, vti se haberet fundatio Monasterij, sub ea conditione, vt Prior, vel Abbatissa non nisi ex suo genere, familia, aut patria crearetur; esset enim in contumeliam Euangelij. Vetùm hic casus ex infrà dicendis in nostris coroll. dilucidabitur *disp. 13. cap. vlt. nu. 14. 15. & 16.* Ferrò concedimus argumento maiorem propositionem; minorem autem negamus, electione enim boni, omisso præstantiore, in plerisq. beneficijs præcipuè curatis improbè, atq. iniustè contrà vtranq. iustitiam fit, vti demonstratum est. Magister autem quicunq. qui ex aliquo pacto, vel lege, à qua posset obligari, deuinctus esset hac, vel illa ratione ad docendum, ni taliter doceret, contra proprium faceret officium, quod quidem sub hac lege suscepit. Ità Oeconomus, quando tenetur meliorem conducere in operarium, vt nos sæpè sæpiùs iteranimus. Quantum argumentum, cui fateor ingenuè absolutè sumpto virium non nihil esse, robur tamen non habere, si tantum obligatio spectetur eligendi digniorem ex virtute iustitiæ, tùm commutatiuæ, tùm distributiuæ, contra quam acceptio est personarum; qua laboraret iniquus distributor, seù collator beneficiorum, etiam si beneficia instituta tantùm essent, vt bona communia Ecclesiæ pro ratione meritorum diuidenda. Quamobrem *Vasquez*, qui peccare mortaliter collatorem, vel electorem digni, omisso digniore, docet ob solam acceptionem personarum, etiam hoc efficacius proponit argumentum, nec non assentitur de beneficijs *cap. 2. §. 4. n. 53.* & licet negari minimè possit hoc ipsum ius, quod inest eligendis ortum radicitus habere ab institutione eorumdem beneficiorum primariò facta in bonum Ecclesiarum; at hoc est remotum. Itaq; vicibus argumenti maior est contrà nostram sententiam, qua contendimus, & instituta Ecclesiastica esse beneficia in bonum Ecclesiarum, & inter has, atq. Collatores, seù beneficiorum Distributores interuedere pactum, vt siue curata, siue maioris fuerint momenti dignioribus conferantur, hoc autem qua ratione cõsistere possit cum doctrina illationis argumẽti, quod soluimus non facilè, neq. apud Auctores erit inuenire. Respondeo itaq. in Ministerijs, officijsq. ab huiusmodi beneficijs requisitis, quædam esse trita, & ferè nullius difficultatis, vt nonnulla administrare Sacramenta, rudimenta fidei pueros docere, atq. his similia; alia verò difficillima, vt administrare pœnitentiam in nonnullis præsertim casibus; vigilare, nè hæreses inuehantur in propriam Diœcesim, disputare, vel reijcere hæreticos, in concordiam animos reuocare fidelium, pacem inter Christianos Principes inducere, legationes, cæteraq. grauia munera Ecclesiastica obire. Ad primam licet tantumdèm operæ conferat Beneficiarius optimus, ac bonus prò viribus contulisset, non peccaret; at verò in plerisq. reliquorum, quantum laboris, atq. industriæ, prudentiæ, ac dexteritatis potuit, ni impenderet, non excusarem prò qualitate negotij; cum præsertim versemur in rebus, vel spiritualibus, vel ad spiritualia relatis, vel è spiritualibus ortum habentibus; Nàm si non modò in extrema, sed in grani spirituali necessitate proximi teneris, si Parochus, aut Prælatus fueris, propriam exponere vitam teneris etiam pro eiusdem vita, bona prodigere temporalia, non necessaria: cum discrimine etiam vitæ Prælatus, vel Parochus teneris peste infectum inuisere, vbi saltem tali visitatione ægrotus indiget, vt communiter DD. habent, de ordine charitatis disputantes, & videre est apud *Nauar. c. 24. n. 9. & 10. Tol. lib. 4. cas. n. 4. & 6. Lopez p. 1. c. 67.* à fortiori, quantum in te erit virium impendere teneberis in nonnullis proprijs tui officij functionibus: Cum igitur dignior, atq. aptior quicunquè maiori polleat industria, atq. in tractandis negotijs, vel cognoscendis veritatibus, doctrina, prudentia, ac dexteritate, quibus de causis meritò dicitur dignior esse, ac præstare digno, quantus quantus est tenetur se impendere, atq. huiusmodi rebus incumbere. Quæ cum ità sint antecedens quarti argumẽti, quod diluimus, prorsus ostendunt falsum in plerisq. muneribus, ac functionibus beneficijs, de quibus loquimur, vanitis. Quamobrem cùm Ecclesiæ personas optimas desiderent in huiusmodi negotijs, ac rebus pertractandis, vtpotè spiritualibus, vel ad spiritualia spectantibus, cumdemq. sensum esse in vniuersali Ecclesia ipsæ res admoneat, profectò consentaneum erit rationi, asserere, has ipsas personas ab illa optari, eisq. beneficia conferre voluisse, quæ vt sic data, per pactum, concessit Prælatis, ac Dispensatoribus Ecclesiasticis. Addo pro secunda solutione, quòd fusiùs dicam *disp. 13. in coroll. c. 7. n. 11.* gradum ineptè fieri in argumento ex actu ad potentiam, & quidem negatiuè, quod ligis, & tortoribus est notum, nullius esse momenti

&

& esto actu concedamus, Ministros Ecclesiasticos in gerendis negotijs exactissimam, qua nulla maior dari possit operam impendere nō teneri; nihilo tamen minus nō valet ex hoc deducere; igitur nęcesse non est, vt eam possint præstare, ueq. optimi sint Ministri; Ita neque sperari poterit mediocris administratio, executioni mandata, atq. in actu secundo, vt ita me philosophicè explicem, ni supponatur optima in actu primo potentia, in tot .n. humanæ vitæ erroribus hisce calamitosis præcipuè tęporibus tot, ac tantæ se se obijciūt difficultates in diuinam causam, bonumq. Ecclesiæ, vt optima quęquè prudētioris Prælati dictamina exequutioni, vix ad mediocritatem mandati possint, quippè quæ si claudicarent radicitus ex parte principij, atq. actus primi, eorū exequutio neq. profecto mediocritatem attingeret; Periclitemur hoc prudentissime Lector, in nostro Episcopo, atq. occurrat necessitas simultatem primarios inter ciues componendi, vel Ecclesiasticam defendendi immunitatem, quantæ vndiq. oriętur difficultates, ad quas superādas quod consiliū? quæ prudentia? quæ fortitudo? quæ constantia desideratur, etiam ad mediocrem exitum, quæ quidē ornamenta, virtutesq. si mediocres fuerint, vincentur sanè, atq. obruentur. Quid? quòd dignioris, atq. aptioris mediocris industria, diligentia, consilium, studium, atq. opera præstantiora absq. dubio cēsenda sunt studijs, atq. opera exactissima hominis inferioris notę, iuxta Sapiētū axioma, infimū supremi attingit supremū infimi. Quā ob rem licet in multis negotijs mediocrē solum adhiberet industriam dignior, præstaret hæc industriæ cuicunq. digni.

6 Ad quintum argumentum dicimus *cap. Ossius* eodem sanè pacto explicandum, quo *c. Monasterium* ad secundum argumentum diluendum interpretati sumus, *c. nullus* nihil contra nos indicat, vt legēti patebit; quotq. textus prætereà solent afferri; vel de validitate loquuntur electionis, vt indicauit *Abb. cit. pro 2. sententia*, vel de scientia tantū Episcopi, vt in 7. arg. dicemus.

Ad sextum ex *disp. 13. c. vlt.* cōstabit quid dicendū sit, quando beneficia ex propria institutione coarctata sunt ad certū personarū genus.

Textus allegati in 7. argum. de scientia tantum loquuntur Episcopi, & licet, vt nos *tom. 1. lib. 3. disp. 1. c. 1.* docuimus, satis sit mediocris, cōpetensq. ad Episcopatum scientia, dummodò sufficiens ad tātum munus; verùm vagatur extra chorum argumētum, etenim idoneū, aptūq. ad ministeria propria necessaria officijs requisitis à beneficijs, nō excludimus, dicimus tamē, tùm ex institutione beneficiorum, de quibus agimus, tùm ex pacto, quod inter Ecclesiam, & Distributores asserimus, tùm nè peccetur acceptione personarum, quando facta morali diligentia, dignior haberi pōt, omittendū non esse.

Octauum argumentum adeo est benè dilutū à *Soto lib. 3. de iust. q. 6. art. 2. ad solut. 5. principalis argum. pro contraria opinione facti*, quod eius actum prorsus agerem, si soluere cōtenderem; eum adeat amicissimus Lector, apud quem demonstratum sanè leget; tùm è sacris literis, tū

7 Canonibus, tùm PP. auctoritate, Papam non esse beneficiorū Dominum, vt communis etiam habet Theologorum sententia, *D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. ad tertium, Caietan. ibi, & q. 43. art. 8. Adrian. in 4. de rest. §. pro clariori, Molin. tract. 2. de iust. disp. 29 q. 2. Less. lib. 2. c. 4. dub. 4. Azor. lib. 6. c. 1. q. vlt. apud quos alij Theologi.* subscribunt è *Canonist. Navarr. in c. non liceat de spolijs Clericorum §. 3. Turrecremat. 2. lib. summ. n. 113.*

Nec discrepant, me quidem iudice, qui vel voce nobiscum decertant, vel quid sibi dominium rerum importat sanè non perpenderunt. Quo constantèr asserto, ruit allatum argumentum, eoq. potiori nomine, quo hic agitur de electione ad huiusmodi beneficia, ad quæ iure naturali diuino promouendi sunt digniores. *Sed heù quanta mala*, addit *Sotus, ex contrario, eodemq. falso principio Ecclesia quotidie patitur, tum tamen quo SS. Papa cęteris honore, & dignitate in Ecclesia Dei præstat, eo fortiori nexu teneatur, digniores semper optare.* Quid autē sētiendum sit de electione in Summum Pontificem dicemus *in coroll. c. vlt. disp. 13. n. 13.*

Secundam sententiam amplexi sumus, nostroq. modulo probabiliorem reddidimus.

Argumenta tertię sententiæ soluere non erit operosum, cum enim singulis iniquis electionibus contrà distributiuam, & commutatiuā iustitiam profectò fiat, singulas esse culpæ obnoxias exploratum habemus. Est falsum prætereà nihil detrimenti subire Ecclesiam, vt ex *nostra* §. constat *assertione.*

Ad secundum negamus, bonum meritò existimandum esse distributorem, qui contra institutionem, naturamq. rerum diuidendarum, vel distribuendarum, & contra pactum in proprio officio imbibitum quidpiam distribuet.

Argumenta quartæ sententiæ, à secundæ, & primæ momentis non distinguuntur.

Quintæ sententiæ momentum nullius est sanè roboris, cùm beneficia præsertim Ecclesiastica tùm maximè curata, tùm maioris momenti sint instituta in Ecclesiarum bonum, ad quod onera illorum ordinantur; præstantioresq. qualitates, ac præsidia requiruntur. Quamobrem esto vt sic præcisa non concederentur materia esse iustitiæ distributiuę; sunt tamen commutatiuæ, in qua fit, dùm contra ipsorum naturam, primariumq. finem darentur. Quid? quòd huiusmodi formalitates mente quidem separari possunt, vel formalitèr, non tamen realitèr à parte rei, quemadmodum à iustitia attinguntur, vt enim dari non possunt, tanquam onerosa, & non onerosa, vel vtilia, ac non proficua; ità denegari sub vna formalitate, & non sub alia minimè possunt; nàm siuè iustitia, siuè iniustitia medium rei, & non rationis respiciunt. Quā autem à veritate aberret hæc sententia *Caiet.* in electione ad Episcopatum, ex his, quæ *sequ. disseremus disput.* clariùs fiet.

Multæ ex hac quæstionis solutione casuum pendent dilucidationes, quas vnico contextu, vnoq. contentas capite *disput. 13. cap. vlt.* afferemus.

DI-

Digitized by Google

DISPVTATIO OCTAVA.

De Præstantioris electione in Episcopum.

ET nostri propria est instituti quæstio hæc, & prò qualitate potioris electionis Episcoporum, quibus Dei Ecclesia firmis, tanquam columnis, innititur peculiarem hanc meritò sibi postulat disputationem.

CAPVT PRIMVM.

An in Episcopum melior semper eligendus sit.

SVMMA.

Bonum, & melius hìc relata sumuntur, n. 1.
Charitas, morumquè probitas licet præcipuum sit Præsulis ornamentum, non tamen sufficiens, ibid.
In Episcopum qui eligitur, non debet se cæteris meliorem existimare, n. 2.
Morali adhibita diligentia, melior eligendus in Episcopum, & ni fiat, peccatur mortaliter, num. 3.
Deus exemplo Christi Domini, quem omnium præstantissimum dedit nobis Pastorem, docuit, vt præstantiores eligerentur deinceps, qui Ecclesiam suam regerent, n. 4.
Christus Dominus meliorem elegit in sui Vicariũ, Diuum videlicet Petrum, n. 5.
Exemplo electionis Aaronis Sacerdotis, Hieronymo interprete, probatur etiam assertio, nu. 6.
Probatur exemplo Saulis auctoritate Gregorij, & Chrysostomi ad rem declarato, n. 7.
Pauli testimonio à Chrysostomo expositò conclusio comprobatur, n. 8.
Exemplo Sancti Leonis hoc idem comprobatur, num. 9.
Confirmatur è Sacris Canonibus Tridentino, & Constitutione Gregorij XIV. n. 10.
Auctoritate Sanctorum etiam roboratur, n. 11.
Tandem probatur ratione, n. 12.

1 AD præsentem quæstionem enodandam primò supponenpum est bonum, vel melius hic sumi relatiuè ad aliud; licet enim, qui maiori ornatus est charitate, morumq. probitate, simpliciter melior cæteris dicatur; at verò si relatiuè sumatur ad regimen, hæc ipsa charitas est quidem præcipuum, præsertim Præsulis, ornamentum, non tamen adæquatum; cum multa præter illud requirantur præsidia ad immediatum Ecclesiastici regiminis finem, qui est pax mentium, & corporum Christianorum, atq. ad mediatum æternum fruitionis beatæ finem.

2 Supponendum secundò ex *D. Thoma* 2. 2. *q.* 185. *art.* 3. *in corpore*, qui eligitur non debere se cæteris meliorem existimare; esset enim hoc peccatum, & superbiæ, & præsumptionis, quod indicauimus 1. *tomo lib.* 4. *disp.* 11. *cap.* 1. *num.* 18. sed sufficeret, si nihil in se inueniat per quod illicitum sibi reputet onus, secundum quæ *eod. tom. lib.* 3. & 4. tradidimus.

3 His prænotatis vnica sit assertio. In Episcopum morali, quam negotij exigit grauitas, adhibita diligentia, per se melior seligendus est, & ni fiat, peccatur mortaliter. Hæc assertio ità ferè omnium DD. est, præsertim Theologorum, vt cum de cæteris beneficijs nonnulli à nobis relati *cap.* 5. sentiant aliter, nullus tamen sit, qui audeat id asserere de electione, vel promotione Præsulis, vno dempto *Caietano in summ. pro* 5. *opinione superioris disp. cap.* 1. *relato*, sub futili quadam distinctione, & mox iterum *cap. vlt. reicita*: Vnoq. vel altero singulari, vt videre est apud *Alensem par.* 2. *q.* 119. *num.* 2. *art.* 3. *D. Thomam* 2. 2. *q.* 185. *art.* 3. & *apud Recentiores, Garziam de beneficijs cap.* 16. *nu.* 16. & *Barbosam* 1. *tomo, Glossa* 3. *num.* 29. Præterea firmatur conclusio ijs omnibus, quæ de dignitate, præstantia, morum probitate, scientia, prudentiaq. Antistitis 1. *tomo* disputata sunt, & quæ *hoc* 2. *his vltimis præcipuis quæstionibus.* Libet deinde

4 primo loco præclarum diuinæ sapientiæ nobis exhibitum exemplum perpendere, quippè quę cum varijs quidèm potuisset modis nos redimere, aliumq. nobis dare Pontificem, vt communis fert Theologorum sententia, *Athanasij serm.* 3. *contra Arianos, Augustini lib.* 3. *de Trinitate cap.* 10. & 13. *S. Thomæ in* 3. *par. q.* 1. *art.* 2. eum elegit, nobisq. tradidit, quo nullus erat dignior. *Talis enim* (inquit Apostolus ad Hæbreos 7.) *decebat, vt nobis esset Pontifex, Sãctus, Innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior Cælis factus.* Non vt Melchisedech modò Leuitis perfectior, sed omnibus longè præstantior, vt è Recentioribus probè perpendit *Vasquez in paraphrasi ad citatum locum à num.* 12. & 3. *p. q.* 2. *art.* 1. *vbi Soarius*, quos eximios mihi viros, quadam admiratione commotus sæpiùs fortasse laudo, quàm necesse esset, cùm nec nimis valdè vnquam, nec nimis sæpè laudare mihi videar. Cum igitur Deus Opt. Max. tanti salutem Ecclesiæ suæ fecerit, & cùm aliquem è cœlestibus spiritibus, vel Sanctissimum quemquam hominum ad mortalium salutem, nostrumq. Pastorem, ac Pontificem destinare potuisset, digniorem, quo excogitari maior non potest, nobisq. magis veilem, ac proficuum, Christum Dominum elegit, ac dedit, quo quæso nomine homines, cum optimum præstantioremq. Christi Vicarium, Summum

sci-

Digitized by Google

scilicet Pontificem, vel cæteros Ecclesiæ Episcopos eligere possint licitè, vel indignos, vel dignos, omissis præstantioribus eligere?

5 Hanc quam tradidit Pater Deus normam sequutus est Filius ac Magister noster Christus, cùm in suum Vicarium *Ioannis* 21. trina interrogatione præmisso amoris præmio, Petrum elegit, quo non modò perspicuo, publicoq. documento constaret voluntatem eligentis, non aliam quàm cæteris diligeretur, sed aliam plusquam cæteris diligeretur, vt nimirum non pari virtute donatum, sed præstantem cæteris charitatem ad tantum munus, dignitatemq. eligendum ostenderet; cùm enim peculiare aliquid in Petro vi potestatis datus esset, qua cæteris antecelleret, aliquod etiam peculiare ab eo requisiit, quod cæteri non haberent, quodque præstantiorem cæterorum in Pontifice, vel Antistite desideratum, illustriori quidem ratione elucens in Petro, vt probè *D. Thomas* 2.2.*q.*183.*art.*3.*ad* 1. indicauit, quem cæteris ad Summum Pontificatum fuisse tunc temporis optimum, docet *Soto lib.* 2. *de iust. art.*2.*q.*6. *concl.*9.

6 Huc spectat electio Aaronis Sacerdotis *Leuit.*8. cui iussus Moyses adhibere omnem populum, vt probè *Hieronymus* ibi, *Leuitici* 8.*q.*1. *adnotauit*, inquit: *Requiritur in ordinando Sacerdote etiam populi præsentia, vt videant omnes, & certi sint, quod qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille electus sit ad Sacerdotium, & hoc attestante populo secundum illud Pauli, oportet autem illum & testimonium habere bonum ab illis, qui foris sunt.*

7 Fuerit verum Saulis electio, qui quidem altior erat omni populo *ab humero & sursum* 1 *Reg.* 10. nam vt recte S. Gregorius ibi: *Excellens magnitudo corporis in Sanctis Prædicatoribus designat magnitudinem perfectionis: ideo mediocres populi sublimius aspiciunt, qui in virtutum culmine positus cæteris non reperitur.* Huc etiam tendit *D. Chrysostomi* sententia *lib.* 2. *de Sacerdotio sub initio*: *Artem de Ecclesiæ Præfectura decernendo hanc esse illi, ait, multarum artium artem & disciplinam omnium disciplinarum maximè necessariam. Vnde siquidem membris nostris sanitatis status esset, ad magnitudinem redire, oportet, item & bona virorum pars Prælatum eligendi in medium, qui longè cæteris præstant, quique animi virtute eadem reliquos excellunt, quantùm corporis magnitudine Saul cæteros omnes vniuersam excelluit, seu potius quòd etiam magis, neq. enim hic nobis humanæ excellentiæ, ac proceritatis mensura quærenda, sed quantus inter se differentia homines rationem habent, & loquendi facultate cæteris differunt, tantam fuisse discrimen inter eum, qui præest, & eos, qui præsunt, existimare.*

8 Hoc autem maximè Gregorio Papæ illustrauit exemplo *apud Baronium anno Christi* 461. quippe qui, cum sæpè ad ædes S. Petri sepulchrum Dei misericordiam, peccatorumq. veniam implorasset, illud à Sancto Apostolo responsum accepisse fertur: *Depraecibus tuis pro re Dominum rediisti, illa tibi peccata solum hoc à me expetendum, & à me postulandum superfluis, quibus aduersus Apostolicæ legem, ac Ecclesiæ quietem tenuisti.*

9 *quibus.* Quod si in vilibus hæc, in arduo quid ter? Quis enim Leone sanctior, quis prudentior? Omitto, quæ cæteri afferunt præsertim *Rebuff. in concordat. tit. de elect. decret. verbo idoneorem.*

10 His sacratum literarum monumentis, atque exemplis Sanctorum DD. illustratis, sententijs veneto è Sacris Canonibus aliis, quibus pressiùs, atq. accomodatius probatur assertio: Et primò *cap. si forte* 66. *si forte* (dicitur) *votum eligentium in duas diuiserint partes Metropolitani iudicio is alteri præferatur, qui maioribus studijs iuuatur, & meritis. Cap. Metropolitanus* 63. *ex Leone Papa*, vbi præcipitur, vt in Metropolitanum *optimus ordinetur.* Accedit *Tridentinum* cum *sess.* 24. *cap.* 1. cuius verba *cap.* 2. *num.* 2. retulimus; & sanè ex integro illo capite quanti Ecclesia Dei Præsulum faciat electionem videre in primis est, ex quo merito *Rebell.* 1. *part. de obligat. iust. lib.* 3. *q.* 4. *num.* 11. deducit, satis non esse dignioremex ad Episcopatum eligere inter dignos ex Clero eiusdem Ecclesiæ, vti dicere solent nonnulli Principes; quicquid de consuetudine antiqua fuerit, cuius robur nostra expendemus; hunc autem rerum Concilij, rum vniuersæ Reipub. Christianæ, Summorumq. Pontificum sensum *Gregorius XIV.* qui dum Cremonensi præesset, Ecclesiæ Tridentinæ interfuit per *Constitutionem incipientem omnis Apostolicæ* 22. *Iuly* 1559. *datam* explicuit apprimè, quæ quidem est de faciendo processu Promouendi ad Episcopalem dignitatem, per ea; *Monemus eos omnes, qui ab hac Sancta Sede nominandi, præsentandi, vel etiam eligendi futuris Episcopis vel Abbatibus ius habent, vt serio apud se cogitent quanti momenti sit hoc negotium, ex quo salus animarum, tranquillitas Reipub. incolumitas Religionis, propagatio fidei, aliaq. permulta, & maximè bona dependent. Illud item sæpius ad mentem reuocent, quod Sancta Tridentina Synodus admonet, debere eos Dei gloriam, & populorum salutem, vtilius posse facere, quam si bonos Pastores, & è promouere studeant. Et infrà, eosq. alienis peccatis communicare, nisi quos dignioresq. & Ecclesiæ magis vtiles ipsi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambitionum cupiditatibus, sed eorum exigentibus meritis præsul diligenter iudicauerint.*

11 At quas adduximus, sententijs duo quispiam obijcere fortasse poterit. Alterum tot, ac tanta è Scripturis, Conciliis, Canonibus, ac PP. præsidia fuisse superuacuneum sanè fuisse, cùm ab Ecclesia Dei longè hæc pestis abesse videatur. Alterum, quod hoc ipso excitare fluctus in simplices videtur, cùm tanti hoc negotium momenti minimè sit, neq. conueniat Ecclesiæ, si bonum sanctum præsidium. Cæterum primæ instantiæ respondeat Sanctissimus Ecclesiæ Doctor Hieronymus tomo 9. Pauli explicans verba *ad Philem.* 1. *constituas per Ciuitates Presbyteros*; & *D. Thomas* laudatus 22. *q.* 184. *art.* 3. *in corpore*: *Quidam non quærentes in Ecclesia columnas existere, sed quos plus cognoscunt Ecclesiæ prodesse, seu quos plus ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs delinitti, vel etiam, vel pro quibus maiorum fuisse munera meruerit, & (vt dicitur) qui vt*

Cle-

Clerici fierent, muneribus impetrarunt; Quibus singulas nobis radices exposuit S. Doctor tanti damni, quæ si vel succisæ, vel in præsentia extirpatæ fuerint, vt credere pium est, Sanctæ gratulamur Ecclesiæ Catholicæ, ac quæ hic relata sunt, eò solum tendant, ne Christianæ Reipub. pestis, electio videlicet non Optimorum ad Cathedrales Ecclesias iterum pullulet. Nos autem multum, & Ecclesiæ Catholicæ, & populo Christiano profuturi videremur, si contrariam opinionem radicitus sustulissemus. Secunda obiectio, quamuis à nullo attritæ frontis iudicabitur non temeraria, dilura tamen est auctoritate Sacrarum Literarum, Canonum, Tridentini, ac Gregorij XIV. Pontif. Max. nuper allata; Et præterea, funditus euertitur à *D. Chrysostomo lib. 3. de Sacerdotio, paulò ante medium. Equidem*, inquit, *non opinor aliunde tam multas in Ecclesia turbas nasci, quam ex Episcoporum, & Antistitum electionibus casu potius, ac temerè, quam diligenter, & accuratè factis*; *nam caput valentissimum esse oportet*, quibus vltimis verbis perspicuè demonstrauit, non de electione indignorum modò loqui, sed de ea etiã digni, cum tamen dignissimus, & aptissimus possit, & non eligitur. Et sanè, quo pernicioſius de Rep. Christiana mererentur vitiosi Principes Ecclesiastici (si qui essent; neq. permittat Deus) quòd non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infunderent in Ciuitates, ac Prouincias, neque solum obesſent, quòd illi ipsi corrumpuntur, sed etiam quòd corrumperent, plusq. exemplo, quam peccato nocerent, eò ab illis magis distarent optimi quiq. Prælatu. præstantioribus donati ornamentis. Hæc atq. alia sciunt quidem digna, ne fastidium, amice tibi Lector, ingeram, apud *Bernardum lib. 4. de consider. ad Eugenium Papam*, si liber, loges.

12 Demum ratione comprobatus assertio. Huiusmodi cum electio, vel promotio digni, relicto digniore, & esset contra fidelitatem Administratoris Diuinorum mysteriorum, & esset contra iustitiam commutatiuam in Ecclesiam & contra vtramq. tum distributiuam, tùm commutatiuam, esset etiam pessima omnium acceptio personarum. Quæ cuncta superioribus diffuse, ex instituto probata sunt, ac potiori nomine probant de Præsulis electione. Peccatum igitur mortale ex se erit eligere, vel promouere dignum, relicto digniore, & contra fidelitatem, & contra vtramq. iustitiam. Tandem plerisq. Ecclesijs laudabilis consuetudo erat iurandi, cum in Episcopum foret, vt Electores eligerent, quem meliorem existimarent, sic Ecclesia Gallicana, vt patet ex *Concordatis cap. de electi. derogatio ibi. Cum Electores ipsi, etiam si antè electionem per eos faciendam, idoneiorem eligere, &c.* cuius iuramenti formula ita habet, *Ego N. iuro, & promitto Omnipotenti Deo, & N. Sanctæ, vel Sanctæ, sub cuius nomine dedicata est hæc Ecclesia, cum eligere, quem eædem futurum Ecclesiæ tam spiritualibus, & temporalibus vtilio rem, &c.* apud *Rebuff. ibid. verb. cum electores, ex cap. 1. pragm.* sic alia Ecclesiæ.

Qua verò ratione per accidens euenire possit, vt excusaretur à peccato eligens minus dignum dictum est *cap. 2. superioris disput. nu. 23.* qua etiam notitia cõstare debeat dignitas personæ eligendæ loco allegato *num. 28.* & infrà expendentes Gregorij XIV. Constitutionem de processu condendo ad promotionem Episcopi dicemus.

Præterea, vtrum à peccato, & restitutione Cardinales excusentur in Consistorio approbantes, neq. impedientes electionem digni, si alios iudicauerint digniores, dicemus *disp. 12. num. 14. ac deinceps*.

CAPVT SECVNDVM.

Contrariæ soluuntur obiectiones.

SVMMA.

Quo sensu debeat Episcopus melior esse. n. 1.
Differentia inter ordinem naturalem, ac spiritualem, spiritualis regiminis. n. 2.
Gratiæ gratis datæ necessarias non habent connexionem cum gratia sanctificante. n. 3.
Vt in politico regimine distincta est virtus probi viri, ac probi ciuis, ita etiam in spirituali ecclesiastico. n. 4.
De charitate solum interrogatus est Petrus, vtì de præcipua virtute, atq. ad institutionem aliorum. n. 5.
Quomodo liber consideretur Episcopatus, Prælatiori per se commendandus. n. 6.
Non obstat Paulum Apostolum comparatiuis non vsum esse formidis, quo minus dignior in Episcopum sit eligendus. n. 7.

1 OBijcies primò, in singulis quibuscumque generibus minora per maiora reguntur, vt probè *Augustinus tom. 3. de Trinitate cap. 4.* sic per spiritualia corporalia, & per superiora inferiora gubernantur; igitur Episcopus ad regimen assumptus aliorum, melior cæteris necessariò esse debet.

Respondeo. si de maiori prestantia à nobis asserta argumentum intelligatur, vtiq. nostræ assertionem comprobare, si autem de absoluta Christiana perfectione in charitate vita, eius

2 ex *D. Thoma sepè citato ad 3.* Dicimus esse (quod diligenter intelligi cupio) inter ordinem naturalem, & hunc spiritualis regiminis, nam in illo id quod est superius, ordine naturæ, maiorem habet ad dispositionem inferiorum idoneitatem; secus in hoc, in quo ex 1. *ad Corinth. 12. diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus, & diuisiones ministrationum sunt* (græcè διακονιῶν, i. ministeriorum, vt sunt Episcopatus, Diaconatus, Præfecturæ, & similia.) *idem autem Dominus, & diuisiones operationum*

3 *sunt, idem vero Deus, &c.* quæ omnes gratiæ gratis datæ meo quidem sentiendi necessariam

non

non habent connexionem cum gratia gratum faciente, ità vt ad eius dentur mensuram, quippè quæ nonnunquam Dei conceduntur inimicis, vt Caiphæ, qui prophetauit *Ioannis* 11. & illis, de quibus Magister ac Dominus ait *Matth.* 7. *multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, non nè in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos.* Itaquè probè *D. Thomas* 2. 2. *quæst.* 177. *art.* 4. *& 5. & quæst.* 178. *art.* 2. docet gratias gratis datas, earumquè vsum minimè pendere ex morum bonitate, vt consensu etiam DD. exploratum est, sed vt idem *Paulus* innuit *in versic.* 11. *hæc autem omnia operatur vnus, atquè idem spiritus diuidens singulis, prout vult.* Imò & ea Christi membra, quæ in vno, atquè eodem censentur esse Christo per fidem, & gratiam, vt ibi ratiocinatur Apostolus; *Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes Prophetæ? nunquid omnes Doctores? nunquid omnes virtutes? &c.* idest non omnibus etiam in gratia sanctificante existentibus, eædem dantur gratis datæ, eademquè dona, ac proindè poterit quis illa ornari, quin ad regimen requisitis donatus sit ornamentis, tùm in hisce gratijs gratis, tùm in virtutibus acquisitis, quæ omnimodam cum gratia sanctificante, & charitate connexionem nõ habẽt. Quamobrem his etiam instructus apprimè quis esse
4 poterit, licet eminentiorem non habeat charitatem. Quod suo modo compertum etiam habetur in politico regimine; nam vt rectè *Philosophus* 3. *Polit.* neq. sola morum probitas magistratui eligendo est desideranda, quæ propria boni est viri, sed cæterarum complexio virtutum, qua bonus quis dicitur ciuis.

5 Obijcies secundo; Dominus Petrum in suum Vicarium electurus de charitate tantum suscitatus est; *Diligis me plus his*: igitur hæc sola necessaria est ad Ecclesiasticum Episcopi ministerium.

Respondeo cum *D. Thoma ad primum*, illud expetiuisse donum, quia optimè nouerat cætera, quibus Petrus erat ornatus; ac de charitate examen solum instituisse, tanquam de præcipua Præsulis virtute, vt nos sæpè diximus; vel propter alios, qui aderant, interrogasse, vt intelligerent, non sine causa, plus se Petro potestatis, quàm cæteris daturum, cùm constaret, etiam ex facto plura dedisse Petrum ergà Christum amoris documenta, quam cæteri omnes Apostoli.

6 Obijcies tertiò pro opinione *Caietan. in summa verbo electio, §. & scito circa medium.* Episcopatus, cæteraquè beneficia curata, considerentur, vt onerosa, possunt absquè peccato iniustitiæ distributiuæ dari dignis, cum cesset ratio iniuriæ respectu digniores. Verùm nego hanc *Caietan.* doctrinam, atquè vt *cap. vltim. superior. disputat.* dixi formalitates has mente, ac formaliter secerni quidem posse, non tamen re ipsa, cuius medio vtitur iustitia: & quamuis non fieret contra iustitiam distributiuam per electionem digni, omisso digniore, fieret sanè contra commutatiuam in Ecclesiam.

7 Obijcies quartò ex eodem. Paulus scribens Tito, & Thimoteo comparatiuis non vsus est formulis, quasi digniorem, aptioremq. desideraret, positiuis contentus conditionibus, quòd eo tunc non beneficium, sed officium dabatur; ergò qui Præsulem dignum eligeret, omisso digniore, licitè præstaret.

Respondeo, ea desiderasse ornamenta, easq. virtutes Episcopis eligendis Paulum, quas si quis haberet omnium longè præstantissimus esset Pastorum, vti 1. *tomo lib.* 1. *&* 2. declarauimus; quæ autem dona ab Apostolo non indicantur ad huiusmodi Præsulis perfectionem, licet ad priuati hominis requirantur, necessaria non sunt. Quod si *Caietan.* ratiocinatio alicuius esset momenti, neq. Christum Dominum ex Apostolo assereret meliorem, ac præstantiorem Antistitem, cum ad *Hebræos* 7. *talis*, ait, *decebat, vt nobis esset Pontifex Sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, &c.* vbi nulla vtitur comparatiua formula.

Digitized by Google

DISPVTATIO NONA.

An valida sit electio Indigni ad beneficia Ecclesiastica, præsertim Episcopatus.

CVM quamplures complectatur difficultates expositа quæstio, claritati consulentes, primùm opinionem minùs probabilem referre decernimus; deindè nùm semper irrita sit, vel irritanda iudigni electio, tertio quis censendus sit indignus, demum argumenta contraria soluentur.

CAPVT PRIMVM.

Minus probabilis refertur opinio.

SVMMA.

Opinio asserens, electionem criminosi non esse inualidam, ni esset inepti, atque incapacis, num. 1.

Altera posset ex hac deduci, & videtur nonnullorum docens, indigni electionem non esse nullam, n. 2.

PRima opinio est Felini, qui *cap. ex parte de rescript. à principio, sequutus Ioannem Andream in cap. auditis de elect. & Dominicum in cap. in scripturis 8. quæst. & in cap. 2. de rescript. nec non Compostell. in cap. consideraquimus de elect. vers. item quòd si nulla*; qui quidem videntur asserere *ex cap. cum in cunctis de elect.* non probare electionem criminosi non valere, sed priuari solum Eligentes eligendi potestate, nisi vt expressè habet idem *Felinus ad finem num. 4.* [illegible] collatio, quàm electio fieret [illegible] ris, vt homicidæ, vel pr[illegible] næ nimirum, infantis, & [illegible] sunt inhabiles. Quod [illegible] *Innocentius cap. cum nostris de concess. pr[illegible]* dicens, factam non ten[illegible] in quibus ius dignitatis c[illegible] sunt omninò illiterati, mu[illegible] Hæc autem sententia [illegible] tem electionem nimirum, [illegible] inualidam non probari p[illegible] nisi habitam de perso[illegible] inepaci, & placuit, & [illegible] bis est vberiùs locis i[illegible] verò quis deducere ve[illegible] alias indigni esse valida[illegible] lam, videtur esse *Lapi in add. ad cons. 50. Feder. Imola in cap. auditis ad finem de elect. Cardinalis in cap. querelam ad finem de iure iurando, & aliorum apud Felinum citatum num. 1. & 4.* posseque primò probari ex Innocentio, qui in *cap. citatum cum in cunctis*, asserit, beneficium illi posse conferri, cui non est scientia sufficiens, si tamen docilis fuerit, ac speratur eam consequuturum. Secundò collatio beneficij ab exequutore gratiæ, facta indigno, valet etiam quando ab Ordinario habita non teneret, vt docet *Abb. in c. fin. de præsumpt. ergò, &c.*

Tertiò ab vsu, quo videmus passim indoctos, puerosq. ad beneficia Ecclesiastica promotos. Quartò ex *cap. nisi de renunc. §. pro defectu*, vbi habetur, Antistitem posse Præsulatui cedere ob scientiæ defectum: igitur Episcopatus collatio ei facta, valida fuit; quamuis irrita faciendа esset. Quintò ex *cap. fin. de ætate, & qual.* præcipitur ab Episcopatu repellendum esse Præsulem ignarum linguæ latinæ; ergò supponit illum ab Episcopo fuisse adeptum, nàm priuatio supponit habitum *l. decem ff. de verb. oblig. & cap. ad dissoluendum de desponsat. impuberum.* Sextò, sicut scientia literarum, ità morum probitas desideratur in Promouendo, etiam *per cap. cum in cunctis*, imò eò potiori nomine, quo morum honestas doctrinæ præstat, cui ex ordine relationis præfertur etiam *in eod. cap. probitas vitæ*, at qui morum defectus collationem minimè vitiat, etiam si promouendum reddat indignum, cùm omnis crimine mortali affectus, vt Christi est inimicus, *cap. tolle, & cap. si enim de pœnit. dist. 2.* ità sit indignus stipendijs ex eius patrimonio deriuatis, quemadmodum tradit *S. Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 2.* & consequenter indignus censendus sit beneficio Ecclesiastico, *cap. cum ex eo de elect. lib. 6. & cap. cum secundum Apostolum eod. tit.* & tamen regularitèr nulla non est collatio facta [illegible] inato fece peccati mortalis, vt patet *ex cap. fin. 2. de iure iurando adiuncta Glossa, & rectè tradit Felinus cap. dilectæ colum. 3. & 4. de except.* Septimò, pœna priuationis non incurritur, ni exprimatur iure, sed priuatio beneficij, ad quod iàm promotus est Indignus in iure non est expressa; igitur electio non est inualida, sed quam beneficio priuaretur. Maior propositio fusiùs ostenditur à *Felino cap. 2. de rescript. num. 3. cap. 2.* Octauò in *cap. cum in cunctis de elect.* quo maximè demonstratur nulla electio indigni, statuitur pœna priuationis eligendi, ergò actus tenet, quando nullitas eius respicit præiudicium alterius.

CA-

CAPVT SECVNDVM.

Nulla Indigni asseritur electio.

SVMMA.

Electio indigni nulla est ipso iure, n. 1.
Plus ad nullitatem collationis requiritur, quàm electionis, n. 2.
Argumentum à minori ad maius ritè concludit in eo fundatum principio, cui licet plus, licet vtiq. quod est minus distractiuè. n. 3.
Qui nullam de facto negant electionem indigni, dicunt tamen ad minimum esse irritandam, num. 4.

1 PRima assertio. Electio indigni, qui re vera indignus est, ipso iure est nulla. Est communis Theologorum sententia, & è Recentioribus *Sotus lib. 3. de iust. q. 6. art. 2. concluſ. 8. ex D. Thoma* dicit in externo etiam foro censendam fore nullam electionem indigni; *Vasquez de benef. dub. 1. & 3. Less. lib. 2. de iust. cap. 34. de benefic. dub. 1. Petr. Nauarr. lib. 2. de rest. cap. 2. num. 54.* est præterea communis Canonistarum, quos infrà, peculiares defectus comprehensos *à cap. cùm in cunctis de elect.* expendentes laudabimus; est etiam DD. asserentium Periùri electionem esse ipso iure nullam, vel quia infamis est, vt nos *1. tomo lib. 3. disp. 2. cap. 2. num. 20.* indicauimus, vel absolutè, quorum sententia fauet à fortiori huic assertioni. Qui autem Periurum ipso iure priuatum esse beneficio asserunt, præcipuè per *cap. 2. de rescript. sunt Ioann. Andreas in citatum textum verbo amouerunt, & per cap. quærelam de iure iurando ibi remouentes, Bucc. in cap. final. de post. à col. 3. & in cap. cum in nostris mox citandum 8. col. ex Cal. in cap. quærelam, mox allegandum, Feder. cons. 50. allegantis, Host. cap. inter de excessu Prælatorum, Abbas in cap quærelam de iure iur. & cap. cum in nostris ad finem de conces. præb. cap. cum in cunctis de elect. num. 6. cap. 1. col. vlt. de re iudicata, cap. fin. in vlt. col. de præsumpt. cap. graue 3. col. de præb.* dummodò collatio fiat indigno, indignitate ipso facto vires collationis impediente, quem ad modum est inducta per quatuor defectus *à cap. cum in cunctis de elect.* relatos; & quamuis hic Auctor loqui videatur de collatione, quæ plus inuoluit, quàm electio; at à fortiori censendus de electione sermonem etiam habere,
2 quando facta est verè indigno; Cum quid amplius requiratur ad nullitatem collationis, quæ perfectior est actus, quàm ad nullitatem electionis; est enim maior ratio nullam reddendi electionem, quàm collationem; igitur si collatio per hos Auctores est nulla,
3 facta indigno, & electio etiam erit nulla per argumentum à minori ad maius destructiuè, vel à maiori ad minorem illatiuè, quod vt probè *Nicolaus Euerardus in locum à minori, num. 2.* fundatur in eo principio, *cui licet, quod est plus, licet vtiq. quod est minus.* Quidquid sit *de Ioanne Andrea in cap. auditis, super Glossam vlt. de elect.* limitante horum Auctorum sententiam, quod vera non sit de electione cuiuscumq. criminosi, ni fuerit per crimen inducens irregularitatem; quod nos ritè explicatum non negamus, vt infrà, sumusq. prosequuti *tom. 1. loco paulò antè citato.* Addo eumdem Panormitanum præcipuè hanc eamdem nostram doctrinam habere *cap. dudum il primo de elect. num. 11.* atq. à maiori ad minus vti argumento conferente electionem cum collatione, quam dicit nullam ex hisce defectibus à fortiori, si ex eisdem electio fuerit nulla, quò magis delinquit collator, quàm Elector, licèt absolute ob rationem à nobis assertam plus ad nullitatem collationis requiri, quàm ad nullitatem electionis absolutè videatur, & indicat *Nauarr. in cap. si quando de rescript. except. 16. num. 2.* Nàm per collationem ius in re datur, per electionem verò ius solum ad rem. Fauet etiam *Rota Romana decis. penult. in nouis; & de iure Patronatus. in nouis etiam Hostiensis in cap. 1. de post. Prælatorum, & in sepè citatum, cap. in cunctis, vers. vita, & moribus, Archidiaconus in cap. in scripturis, Aegidius Bell. concl. 172. aliq. apud Felinum cap. cum Bertoldus de re iudicata, num. 5.* asserentem collationem factam irregulari homicidæ, vel incapaci, qui re vera indigni sunt esse nullam. Optimè claudit denique agmen, *Nauar. cap. si quando de rescript. except. 16. & 17.* Inter hos itaque DD. cæteros. quamplures, quos possem prò nostra sententia allegare, disceptatio potiùs esse videtur, quinàm sit dicendus indignus, quàm num indigni promotio sit nulla.

4 Illud ad praxim omnium calculis exploratum quidem est, quod tametsi aliquis sit Doctor, qui electionem personæ aliquo pacto indignæ non irritam dixerit, omnes tamen ad vnum irritandam saltèm esse pronunciant. Probatur igitur sententia in genere antequam speciatim, vt infrà confirmanda est, & quidem primùm ex *Tridentino sess. 22. cap. 4. per vlt. verba. Nec aliis in posterum fiat prouisio nisi iis, qui iàm ætatem, & cæteras habilitates integrè habere dignoscuntur, aliter irrita sit prouisio.* Deindè à priori, cum enim *superioribus disp.* clarè demonstratum sit, meros esse dispensatores, & non Dominos beneficiorum eos omnes, quorum interest, vel ad illa eligere, vel promouere, vel quomodolibet concurrere: præterea cum pari etiam euidentia probatus profectò sit finis institutionis beneficiorum primarius, bonum Ecclesiarum esse, & ferè omnium secundarius, bonum etiam eligendorum, ad quod spectandum obligantur Dispensatores, tùm ex fidelitate, tùm ex iustitia commutatiua erga Ecclesias, tùm ex iustitia distributiua, & commutatiua paritèr ergà Eligendos ad curam præsertim animarum, aliaque beneficia, ad quæ per cõcursum peruenitur, à primo ad vltimum eadem etiam conficitur euidentia, non esse Distributoribus ius ad faciendum, eligendum, vel promouendum contrà illum finem, neque talem habuisse potestatem vnquàm; quæ vtiq.

Digitized by Google

fuisset in destructionem, & non in ædificationem; deficere autem iure, ac potestate nullum esse actum, nullus est, qui nesciat. Neq. eadem est ratio de hac electione, & de electione Digni, omisso Digniore, vt infrà suo loco, cum per hanc Ecclesiasticum euerteretur regimen, atque Ecclesia Dei in præceps ageretur manifestè.

CAPVT TERTIVM.

Ex quibus deducenda sit indignitas personæ ad beneficium Ecclesiasticum.

SVMMA.

Indignitas ad beneficium ex quatuor indicatis defectibus in cap. cum in cunctis de elect. *vel copulatiuè, vel disiunctiuè acceptis deducenda est n.* 1.

Proponitur textus cap. cum in cunctis, *n.* 2.

Argumenti vis à fortiori qualis sit. n. 3.

Malè Nauarrus ex cap. cum in cunctis *deducit vnum, vel alterum ex defectibus sibi expressis satis esse ad nullam reddendam electionem, n.* 4.

Ex quo textu nullitas electionis personæ vno ex his defectibus laborantis deducitur, n. 5.

Quam vim particula, vel, *habeat, ibid.*

Probatur conclusio ex optima ponderatione textus modo citati, n. 6.

Probatur nullitas electionis ex defectu ætatis, num. 7.

Defectus scientiæ totalis nullam reddit electionem, n. 8.

Nec titulus coloratus suffragatur Episcopo prorsus illiterato, secus si mediocri fuerit ornatus doctrina, n. 9. & 10.

Num beneficiary indocti regula gaudeant de triennali possessione, n. 10. *remissiuè.*

Quæ sit possessio colorata, & non colorata, n. 11.

Quod propè est, adesse, & quod modicum deest, quasi nihil deesse videtur, n. 12.

Defectus natalium, n. 13. *remissiuè.*

Defectus probitatis n. 14. *remissiuè.*

Peccatum mortale vt sic, etiam notorium nullã non facit electionem Episcopi, n. 15.

Quæ atrociora crimina electionem faciant nullam, n. 16.

Crimina inducentia irregularitatem infamiæ faciunt etiam electionem Episcopi inualidam, num. 17.

Infamia facti potest pœnitentia deleri, ni factum sit ex his criminalibus, quibus ius infamiam etiam inuisit, quæ remanet etiam post pœnitentiam, quã quis affectus promoueri non potest absq. dispensatione, n. 16. 17. & 18.

Quid tenendum de Infami appellante, nu. 19. *remissiuè.*

1 PRima assertio. Indignitas tùm ad Episcopatum, tùm ad quodvis beneficiũ curatum, & suo modo ad cętera, præcipuo nomine petenda est è quatuor defectibus per *cap. cum in cunctis de elect.* expressis, vel copulatiuè, vel disiunctiuè sumptis, ità vt electio personæ vno, aut altero, vel cunctis laborantis sit nulla. Sic videtur asserere *Nauarr. supra cit.* Et ratio à priori est, quod cum indignitas in ordine ad officium, ac ministerium beneficio conferendo annexum, desumenda sit, vt nos *disput. 6. cap. 1. num.* 1. diximus, & vel omnes à fortiori, vel singuli defectus enumerati contra ministeria sint, præcipuè Præsulatus, de quo nobis princeps est disputatio, nec non contra reliqua curatorum, suoquè modo cęteris etiam obsint, quibus laborans ineptus videtur, ad proprium ipsius munus, hinc necessaria conficitur sequela ineptum cẽsendum hunc ipsum esse ad beneficium.

2 Verba verò textus, quæ nonnullam etiam mox enodandam habent difficultatem, hæc sunt. *Cum in cunctis sacris ordinibus, & Ecclesiasticis ministerijs sint ætatis maturitas, grauitas morum, & litterarum scientia inquirenda, multò fortius in Episcopo hæc oportet inquiri.*

4 Per argumentum, vt benè *Glossa multò fortius*, à minori affirmando, *si id, de quo minus videtur inesse, inest, & illud, de quo magis 38. dist. si in Laicis, aliisq. textibus per dictam Glossam ritè adductis:* Et infrà; *Præsenti statuto statuimus, vt nullus in Episcopum eligatur, nisi qui iam trigesimum ætatis annum exegerit, & de legitimo matrimonio sit natus, qui etiam vita, & scientia commendabilis demonstretur; Et in §. final. Si contra formam istam quempiam elegerint, & eligendi tunc potestate priuatos, & ab Ecclesiasticis beneficijs triennio nouerint, se suspensos, &c.*

4 Ex his probè deducere sibi videtur *Nauarr. in cap. si quando de rescript. excep. 16. num.* 1. *ad* 1. per singulos horum defectuum nullam reddi electionem, eo videlicet fundamento; quod in *cit. §. fin.* dicatur eum, qui confert beneficium, vel ad illud eligit scienter indignum ob ætatis morũ, scientiæ, vel natalium defectũ, prò ea vice cõferendi, vel eligẽdi potestate priuari; quibus in verbis ex disiunctiua particula *vel* natalium defectum colligit, per singulos hanc induci irritationem. Cæterùm ni librarij sit error, opinor lapsum fuisse memoriæ *Nauarr.* nam loco citato, neq. huiusmodi enumerantur defectus, sed principio cap. vt retulimus, neq. adhibita di-

5 siunctiua *vel*. Quamobrem cum in *cap. dudum de elect. il primo*, hi quidem referantur defectus sub particula *vel*, vt *vel si notorium esset, vel prò ea, quæ iàm dicta erant constaret, quod Præpositus S. Georgij electionis tempore paterętur, vel in ordinibus, vel in scientia, vel in ætate, &c.* Ideò ex hoc sanè textu deducimus singulos horum defectuum in *cap. cum in cunctis* enumeratorum ad nullitatem esse satis, quod eadem de alijs, ac de relatis in *cap. dudum* est ratio; cum hæc sit vis illius disiunctiuæ per *textum cap. inter cęteras de rescript.* vbi *Abbas num.* 4. vt particula *vel* vnum, vel alterum

Digitized by Google

rum distinctiuè significet; si absolutè loquamur, vt *tom. 1. lib. 3. disp. 1. cap. 1. num. 16.* prosequuti sumus. Addo *citati Nauarr. except. 17. num. 10.* rectam ponderationem super adducti textus *cap. cum in cunctis,* ex qua nostra comprobatur assertio. Ibi enim electio alicuius affecti vna è quatuor notis, in textu expressis, præcipitur ad alium *tunc*, i. pro illa vice deuolui, vt probè *Glossa consensu DD.* si enim inualida non esset, qua quæso ratione pro illa vice ad alium deuolueretur? Neq. dici potest facultatem eligendi ad alium deuolui, postea quam illa electio, vel collatio per sententiam fuerit delata; Nàm è distincto fonte manant pœna perdendi potestatem eligendi, & conferendi, qua puniuntur iniqui Electores, vel Collatores, & nullitas electionis; Etenim hæc ex indignitate nascitur Promoti, vel Electi: at illa ex delicto iniquæ electionis scienter habitæ; igitur ad quid expectanda esset cassatio electionis turpis, vt priuatio potestatis eligendi ab iniquis subiretur Electoribus; cùm ex electione turpi, atq. iniusta eiusdem promanet nullitas: ex delicto autem scienter Eligentium oriatur pœna? vt probè *Innocentius communiter receptus de excess. Prælatorum, num. 4. consid. 3. cap. inter dilectos, ex cap. cum Vitoriensis de elect. & cap. perpetuo lib. 6. eod. tit.* Igitur prò illa vice priuati sunt Electores ad iterum eligendum prò eodem beneficio; cum prima electio censeatur nulla, quippè quæ si alioquin valida fuisset, opusq. esset priuare illos Electores facultate eligendi, quando rè vera non esset eadem vacatio, sed distincta etiam specie (si prima fuisset electio habita per obitum Beneficiati, hæc verò altera per priuationem) profectò non prò illa vice priuati dicerentur.

Denique si irritanda esset talis electio, rarò, aut nunquàm prouisio textus allegati sortiretur effectum, nàm antequàm per sententiam Electus condemnaretur, iuri renunciaret suo in manu Pontificis; qui facili negotio id, vt scribit *Nauarr. citatus* admitteret, alioquin Collatoris non intercedente præiudicio, quod parui solet fieri.

7 Deindè de singulis etiam defectibus nostra probatur conclusio. Primò ex defectu ætatis, & quidem *tom. 1. lib. 2. disput. vlt. cap. 2.* ætatem expendentes Episcopo necessariam, ad Episcopatum electionem Præsulis ante trigesimum annum, nullam per hunc eumdem textum *cap. in cunctis de elect.* indicauimus. Quibus in præsentia, quod addam, habeo *cap. dudum de elect. il primo*, vbi electio personæ laborantis defectu ætatis ipso iure asseritur nulla, quòd nimirum personæ habita sit inutilis, vt probè *Panormit. ibi n. 8. & 11.*

8 De scientiæ verò defectu *tomo 1. lib. 3. disp. 1. cap. 1. à num. 18.* disputantes electionem probauimus factam personæ illiteratæ in Episcopum esse irritam, è *Tridentino præsertim sess. 22. cap. 4. citato de reformat.* personæ verò alicuius doctrinæ, sed insufficientis, esse irritandam, nam, vt probè *Leo Papa* aiebat *scientiæ defectum in Clericis, neq. dignus excusatione, neque venia cap. si in Clericis dist. 38. Loco autem antè cit. primi nostri tom.* quamquam multa vsq. ad finem capitis ad electionem Episcopi maximoperè spectantia dixerimus; his tamen nunc addo *textum in cap. si fortè de elect. lib. 6. adiuncta Glossa,* qui habet non solum euidentem, sed etiam non omnino euidentem scientiæ defectum, reddere inutilem electionem, iuxtà quæ diximus *loco cit. à num. 8.* Fauet *cap. cum ex eo de elect. lib. 6. adiuncta glossa Ioann. Monach.* vbi habetur, *Ecclesiam indigere viris litteratis, non autem asinis ferratis,* cum meritò *Pius II. Platina auctore,* in eius vita ad finem fertur dicere solitus, Episcopum indoctum asino esse comparandum. Hinc *Petrus Rebuff. in libello de pacifico possess. num. 13. & 172. vers. 4.* collationem factam non habenti scientiam, ità absolutè nullam pronunciauit, vt neq. coloratum ti-
9 tulum possidendi præstet; Quod verum omninò censeo de penitus illiterato, quemadmodum *loco supra laudato nostri 1. tom. scripsimus, et docet Nauar. in c. si quando de rescript. except. 17. n. 7. & 13. n. 2. & 3. ex Innocent.*

10 Nùm verò huiusmodi illiterati Beneficiarij gaudeant regula de triennali possessore apud eumdem lege *Rebuffum, Nauarrum, & Gomesium de triennal. possess. q. 27. & 28.* Quod si aliqua fuerit doctrina exornatus Episcopus (cuius instar de cæteris loquor Beneficiatis) suffragari eiusdem possessioni poterit coloratus titulus, vt probè *Nauarr. sæpè citatus nu. 7.* etiam si non teneret eidem facta collatio, vel eiusdem electio, quam tamen docuimus validam *tom. 1. lib. 3. disput. 1. cap. 1. à num. 18.* & mox iterum
11 confirmabimus, nàm vt probè *Panormitanus cap. cum nostris de conces. præb. num. 23.* quandocumquè Conferens non habebat conferendi potestatem, vel si habebat priuatio inducta est ipso facto ab homine, vel à iure, possessio dicitur non colorata: at vbi est defectus etiam in Conferente; verùm non inducitur priuatio ipso iure per sententiam iuris, vel hominis, dicenda est colorata possessio. Electio autem, vel collatio beneficij ecclesiastici facta habenti aliqualem scientiam etiam insufficientem, & valet; & licet non valeret, non redditur tamen nulla ipso iure ex neutro indicato capite, vt *loco citato nostri 1. tom.* scripsimus. Confirmatur, nàm è cõtrario, quamplura sequerentur absurda, cùm nonnullæ collationes reuocari possent in dubium ex defectu sufficientis scientiæ, magno Ecclesiarum detrimento. Quocircà, vti *disp. 4. cap. 5. num. 21.* diximus, facultatem esse Pontifici Summo, cæteris q. quorum interest, eligere, atq. beneficia conferre, ea dignis, etiam omissis dignioribus per electionem validam quidèm, at illicitam; sic etiam dicimus electionem, collationemq. factam aliquali defectu scientiæ laboranti esse profectò illicitam, verùm validam; vt indicatur de Parochis à *Tridentino sess. 21. cap. 6.* quibus aliquando concedendus coadiutor, spe existente literati profectus, vti nos *loco citato* prosequuti sumus, & benè docet *Nauarr. in cap. si quando except. 17. à num. 7. ac deinceps.* Idq. per indulgentiam, quamdà, & æquitatem imbibitam in institutione illorum beneficiorum, ob quã modo scripsi,

ra-

Digitized by Google

rationem: penès quem sensum subscribo *Hostiensi in sepè citatum cap. cum in cunctis de elect. quem sequuntur Io. Andreas, Panormitanus, nec non Imola in clem. 1. de concess. præb.* non autem per æquitatem propriam, vel veram Epykiam, ac multò minus per dispensationem, quemadmodum *1. tomo loc. cit. num. 29.* asseruimus, & in præsentia constanter affirmamus cum *allegato Nauarr. num. 9. atquè Innocentio, qui quidem in allegatum cap. cum in cunctis,* nullam dispensationis fecit mentionem, cuius alibi tamen meminit, cum quo nos egimus loco citato. Deindè longè dispar est ratio illiterati, atq. aliquali scientia imbuti spem habentis sibi comparandi sufficientem; nam vt probè ex *Innocentio, Nauarr. citatis* huius scientia aliquo pacto in spe saltèm dici poterit sufficiens, argu-
12 mento eorum, qui probant frequenter id, quod propè est, adesse videri, *l. lecta, ff. si certum petatur, l. præsens. ff. de procuratoribus, l. penultima, ff. de militar. testamen. Si quis cum sciret, ff. pro empt. Item legato, ff. de legatis, atq. ex alijs allatis à Fileno in cap. cum adeò apud Nauarr. num.* 12. Accedit axioma Philosophicum *2 physic. textu* 5. *6. quod modicum deest, quasi nihil deesse videtur, explicatum à S. Thoma 2. 2. q. 67. art. 2. ad vltimum*, atq. à nobis infrà declarandum *disput. 13. tùm in cap. 1. num. 2. tùm cap. 6. num.* 5. quod vbi ageretur de validitate electionis, vel collationis factæ viro maximam de se spem præferenti, mox fore; vt sibi comparaturus esset sufficientem scientiam, ea tamen non omninò destitutus; aptum esset ad nostram confirmandam sententiam. Atq. hunc vsum, vbiq. terrarum receptum, firmatumq. omninò esse belle ponderat *citatus Nauarrus.* Quando autem teneretur hic renunciare Beneficiatus, vel quando posset priuari diximus *loc. cit. 1. to. lib. 3. disp. 1. c. 1. à n. 19. ac deinceps.*

13 Defectus autem natalium ex instituto à nobis explicatus est *tom. 1. lib. 2. disput. 2. præsertim cap. 1. à nu.* 20. quibus quod addatur, mihi non est.

14 Probitatem verò vitæ *tom. 1. lib. 3. disput. 13.* expendimus, delicta verò, quæ dignitati obsunt Episcopali, cæteris q. impedimento sunt beneficijs *ib. disput. 2.* declarata sunt, vbi *cap. 2. nu. 16. & cap. 3. num. 2.* nullum delictum occultum præter homicidium irregularitatem aliquam ad beneficia, vel in dignitatè inducere do-
uimus, & præter Auctores ibi citatos notat *Nauar. c. si quādo de rescrip. excep. 17. n. 4. &* 5. Nè-
15 què peccatum lethale etiam notorium vt sic electionem Episcopi reddere nullam scripsimus, *num. 3.* quibus ibi citatis Auctoribus adiūgo *Compostellanum in cap. consideremus col. 4. de elect. Nauarr. sepè citatum num.* 5. Confirmatur præterea, quia sicuti superallegati Canones, præsertim *cum in cunctis, & dudum de elect.* non maturam omninò ætatem, neq. eminentem præscribunt scientiam, sed vel mediocrem, ac sufficientem, vel saltèm in spe modò iam dicto, ad electionis validitatem; ità, & virtutem non heroicam, vel eminentem ad validitatem promotionis, sed sufficientem, nè omninò morum desit honestas, & spes adsit solidæ, mediocrisquè probitatis; & sicut esto Dei amicitia, dignitasq. simplicitèr dicta, sita sit in charitate, & gratia gratum facente, vt nos sepè diximus, hac tamen deperdita, nec fides, nec spes pereunt, vti definitum est à *Tridentino sess. 6. cap. 15. & canone* 28. communisq. habet Theologorum sententia, cum *D. Thoma 1. 2. q. 71. art. 4. & 2. 2. q. 24. art. 10. & 3. par. q. 87. art. 1. & in 3. sententiarum distinct. 279. art. 4. q. 4.* Idemquè est de virtutibus non infusis, ità etiam reliqua desiderata ornamenta saltèm ab infusis virtutibus distincta, ad Episcopatum, cæteraq beneficia poterunt esse in persona electa, sine gratia, & cum peccato mortali, cuius rationem reddidimus *disput. 6. tùm cap. 1. à num. 4. tùm cap. vlt. à num. etiam* 4. Et è contrario poterit quis in gratia Dei gratum faciente absq. peccato mortali esse, & non modò cæteris ad regimen gratijs gratis datis, doniscq. nudatus necessarijs, sed etiam si per contritionem gratiam Dei gratum facientem recuperauerit, aliqua poterit censura Ecclesiastica, vel irregularitate deuinctus esse, ob quam incapax, aut indignus erit ad beneficium, seù dignitatem, vt *loc. citat.* indicauimus, obtinendam.

16 *Loco etiam allegato 1. tom. disp. 2. cap. 2. à nu. 4. ac deinceps* declarauimus atrociora crimina, quæ digna depositione irregularitatem inducunt, ac nullam faciunt electionem Episcopi; quibus addo, nullum omninò crimen, cui Ecclesia irregularitatem non adiunxerit, vel ob infamiam importauerit, facere iure nullam electionem, ità *Compostellanus in cap. consideravimus de elect.* à pleriq. receptus. Quæ autem sint hæc, allegato à nobis loco adnotata sunt, ac referuntur in *cap. nisi cum pridem §. 1. de renunc. adincta Glossa verbo dumtaxat, Auctorum consensu recepta, quos sequuntur Aluarus in lib. de planctu Ecclesiæ lib. 1. art. 48. Gundisaluus à Villadiego lib. de irregularitate, & Nauarr. non modo in 1. tom. à me laudato, sed in cap. si quando de rescript. excep. 17. à n. 7.*

17 Qui quidem meritò non solum delicta notoria depositione digna irritare asserunt electionem, sed quæcumq. inducentia irregularitatem, quod nos *loco sepè citato* scripsimus. Quapropter & illi criminis irregularitate irregulares erunt, & hi per infamiam ex crimine resultantem, vt probè *Gundisaluus modo laudatus col. 9. & 10. Cosmus tit de concubinarijs verb. inhabiles, & Nauarr. allegatus num. 7.* qua intercedente infamia etiam post pœnitentiam remanent inhabiles per irregularitatem infamiæ criminis, vt promoueri non possint absq. dispensatione secundum citatos Auctores, & nos diximus *1. tomo, & loco laudato num. 5. Delicta autem ordinis impedientia exequutionem enumerantor in 2. part. Glossæ cap. nisi cum pridem de renunciat. & à Panormitano ibi num. 7.* Deindè non modo laborantes infamia iuris, vt supra, repellendi sunt ab Ecclesiasticis beneficijs, ità vt eorum electio sit nulla, præsertim ad Episcopatum, vt constat *ex loco à nobis citato 1. to. vsquè ad num. 11.* sed etiam infames infamia facti, vt *num. illo 11. citati loci*, ostendimus, & confirmatur per *cap. omnipotens de accus. cap.*

inter

Digitized by Google

inter dilectos de excess. Prælator. & l. 2. C. de dignitatibus lib. 12. cap. Infamibus portæ dignitatum non patebunt de regul. iuris in sexto. Quamobrem tùm infames infamia facti ob delicta depositione digna, si promoueantur, inualidè promouentur, vt nos 1 *tomo lib. 3. disput. 2. cap. 3. num. 5.* docuimus, nisi per pœnitentiam satisfecerint, & crimina non sint ex his, quibus à iure inflicta sit infamia, vt *nos ibid.* & modò indicauimus; verùm etiam ceteri alijs infecti criminibus ex iure infamiam importantibus, quæ sint notoria per infamiam, seù malam famam facti, itaq. non modò notorij per infamiam ipsius facti (quod notatù volo ad æquiuocationē tollendam) iuxta *n. 3. c. 2. disp. 2. lib. 3. tom. 1.* verùm delicta illa talis esse generis debent, quod annexam habeant à iure infamiam, de quibus nos *loco citato num. 12.* Quod sanè videtur probabilius, quàm cum *Nauarr. cap. si quando de rescript. num. 9.* asserere non semper infamiam facti nullam facere electionem, sed in quatuor tantum casibus ab ipso relatis, in quibus à fortiori nostram sententiam veram esse putamus; cum multis, quos citat *Garzia 2. tomo de benef. par. 3. cap. 11. num. 1. & sequitur Ioann. Sanchez in suis select. disput. 44. num. 54. vers. rursus cum oppositæ.*

19 Quid autem sentiendum sit de infami per iuris infamiam appellante diximus *loco citato cap. 3. num. 13. vsque ad 17.* de accusato verò, inquisito, vel denunciato, præcedente, vel non præcedente infamia *ibid. à num. 18. vsque ad 21.*

Ex his nonnulla deduci possent ad praxim, quæ cum ad sequentem facilè *disputationem cap. illius 2.* præstabimus.

CAPVT QVARTVM.

Soluuntur argumenta cap. 1. adducta.

SVMMA.

Electio prorsus indocti nulla, secus illius; cuius est certa spes doctrinæ mox comparandæ, nu. 1. & 17.

Eodem pacto valet electio facta à Delegato, atque ab Ordinario, etiam si fuerit Papæ, num. 2.

Clausula adhiberi solita in litteris, si est idoneus ni verificetur, nullam facit collationem, num. 3.

Aptitudo requisita in dicta clausula quemcumq. verè indignum arcet, n. 4.

Quando clausula si, vel dummodò rationem habet conditionis, vel modi, atque instructionis, nu. 5.

Conditio formam importat, n. 6.

Clausula si est idoneus intrinsecè imbibitur in electione, quam nouerit conditionatam, neq. suspendit; secus autem sentiendum de clausula si inuentus fuerit idoneus, vel si facta indagine inuentus fuerit idoneus, n. 7.

Abusus male collocandi beneficia Ecclesiastica, apud quos sit. n. 8.

Vis argumenti à simili vsu, & consuetudine, num. 9.

Consuetudinis vis circà leges abrogandas, instituendas, interpretandas, n. 10.

Prima limitatio consuetudinis, vt vim solum habeat, in quæ plerumq. fieri solet, n. 11.

Secunda limitatio consuetudinis, vt inducta non sit ab homuncionibus, sed à probis viris, n. 12.

Tertia limitatio, vt consuetudo tùc vires habeat, quando est rationabilis, idest consulens bono communi, neq. contra ius naturale, n. 13.

Consuetudo reprobata à lege vim non habet abrogandi legem n. 14.

Qui scientiæ defectus irritat Episcopi electionem, num. 15.

Consecrationis Episcopalis validitas non pendet à scientia, vel eius defectu, n. 16.

Priuatio supponit habitum, n. 18.

Ex cap. cum in cunctis de elect. probatur nulla electio indigni, n. 19.

1 SVperest, vt contraria diluamus argumenta; Et primò quidem respondemus, beneficij collationem, vel electionem personæ omninò illiteratæ nullam esse, vt nos *sup. cap.* declarauimus *à num. 8.*: factam verò personæ, cuius est certa spes, mox sibi comparandæ sufficientis scientiæ, esse illicitam, atq. irritandam: neq. dictum *Innocentij* intelligendum est aliter, quàm per indulgentiam, & potiùs ad excusandam electionem ab inualiditate ipso iure, quàm ab eligentium, vel conferentium peccato. Et huius fuisse sententiæ Innocentium multis probat *Nauarr. in cap. si quando de rescrit. except. 16. num. 9. & 10.* Addo ipsissima verba *Innocentij ad finem num. 1.* qui cum illiteratos excluserit, subiungit. *Si autem sint parum scientes, & spes sit, quod possint proficere, promoueri possunt.* Exceptio deindè ab illo adiecta, indicat beneficij potiùs esse simplicis, & non curati.

2 Ad secundum, aio, eodem valere pacto, vel non valere electionem, vel collationem factam ab exequutione, aut Delegato, atq. ab Ordinario habita. Quamobrem, sicut valida quidem esset ab Ordinario facta personæ peccato mortali ligatæ, ex his, quæ supra diximus non impedire collationem beneficij; sic etiam à potestatem habente delegatam, vt probè *Nauarr. citatus*, itaq. licet exequutor gratiæ Commissarius sit Papæ, si clausula apposita in rescripto *si est idoneus* non verificetur, non modò
3 quis dicere posset nullam fore collationem beneficij factam incapaci, vt fœminæ, infanti, &c. quemadmodum *Innocentius docet cap. cum in nostris de concess. præb. ex quo Abbas citatus nu.*
4 16. Sed quomodolibet verè indigno iuxtà dicta. Et absq. ratione contrarium quoad hoc asseri ab eodem *Abbate ibid. num. 17.* cum clausula in rescripto, potiùs tunc haberet condi-
5 tionis rationem, quam merè monitionis, atq.

in-

Digitized by Google

instructionis. Etenim huiusmodi dictionem tunc rationem habere modi, & non conditionis, in confesso est apud DD. ac videre est apud *Rebuffum de verborum significat. l. 156. vers. dummodò hæc dictio*, *Tiraquellum de retractu lignanior. §. 8. Glossa 8. Molinam lib. 2. de primogen. cap. 15. num. 29.* cum adijcitur actui perfecto, vt dò tibi centum, *dummodò*, vel *si* hoc facias. At verò in nostro casu non adijceretur actui perfecto, quia concederetur facultas idoneum eligendi, & non alium. Quando autem clausula rationem habens conditionis hoc operatur, docet probè *Innocentius cap. vltimo de præsunt.* ac tunc, nisi prùs verificaretur collatio non teneret, quod nouam daret formam mandati, & rescripti, cuius limites excedere non licet Commissario, & secus eius actus esset nullus, vt rectè idemmet *Abbas num. 16.* docet. Atq. omissionem conditionis, non autem huiusmodi instructionis, ac monitionis vitiare actum scribit *Bartol. l. quibus diebus, §. termilius, ff. de condit. & demonstr. nec non Rebuff. de verbor. signif. l. 156. vers. cùm verò, & vers. vtilitas per l. 1. & 2. final. C. de donat.*

6 Præterea conditio formam importat, *l. qui hæredi, & l. Mæuius, ff. eod. titul. docent. Baldus authent. matri auiæ num. 3. C. quando mulier suo officio fungi potest, Felinus cap. cum dilecta, nu. 6. vers. secundum signum de rescript. Tiraquell. cum alijs cessante causa limitat. 2. num. 61.* Forma verò à conditione importata quædam est ordinata series rem ad substantiam deducens, vt cum *Bald. tradit Dec. l. hac consultissima n. 10. C. qui testam. facer. possit. et Alciciat. lib. 5. paradoxo 16. in princ.*

Quæ dicta volo contra Panormitanum ad hominem, ex cuius doctrina etiam electio quomodolibet Indigni probaretur nulla.

7 Cæterùm prò rei veritate, & certa mihi sententia dicendum est, si dictio illa, seù clausula *si est idoneus* esset in rescriptò, neq. conditionem importare, neq. suspendere collationem ex se. Et ratio est, quia conditiones intrinsecæ, quæ necessariò insunt, sine quibus actus v. g. electionis, vel collationis consistere nequaquam potest, minimè faciunt conditionalem illum actum, quia tacitè, atq. intrinsecè in ipsius imbibitur actus essentia, quibus exclusis illa consistere non potest; sic si apponeretur matrimonio conditio, si non fueris consanguinea, vel affinis, vt probè *Thomas Sanchez lib. 5. disput. 1. num. 13.* qui quidem hanc, de qua loquimur conditionem *si est idoneus* esse de intrinseca ratione collationis ibid. docet. Præterea docet idemmet *Sanchez lib. 3. disp. 33. n. 3. ad finem, & 4.* si dicat Pontifex committo tibi, vt des beneficium Petro, si est idoneus, esse formam iuris communis, & non nouam, & esse admonitionem quamdam, vt forma ipsa seruaretur iuris communis, neq. nouam imponeret idoneitatem; secus si adderet, si per solertem indaginem inueneris esse idoneum, vel si inuentus fuerit idoneus; quando etiam certam indaginem importaret, cuius defectus electionem impediret, vt deduco ex *Cardinal. clem. 1. de concess. prabend. q. 2. & ibi Paulus, & Imola num. 12. Felinus cap. final. de præsunt. num. 35. Bonifacius clem. 1. de offic. delegat. nu. 36.* Nec placet *Abbas cap. 1. de sententia, & re iudicata num. 29.* confundens tùm has duas dictiones, & clausulas, tùm modum rescripti, similiq. ratione iudicans si vtroq. modo essent appositæ, neq. expendens illam, *si inueneris per solertem indaginem* importare limitatum modum communi additum: alterum verò *si est idoneus* nequaquam: & consequenter hanc non importare conditionem, sicut illam. Itaq. illius dictionis circumstantia est imbibita in essentia talis collationis, siue res perpendatur secundum ius commune, siue secundum ius particulare; ac proindè collatio facta, scienter saltem, indigno, semper erit irrita. Quapropter non omnis conditio iuris communis est accidentalis, nihilq. operatur, sed illa, sine qua essentia rei stare potest, vt esset denunciationes exprimens ad matrimonium requisitas per *Concilium Lateranense, ac Tridentinum*, ante quod sicut necessariæ non erant ad valorem matrimonij per idem *sess. 24. cap. 1.* sic neq. in præsentia, vt probat *Sanchez lib. 3. de matrim. disput. 5. à num. 3.* ex multis Doctoribus. At verò cum idoneitas, seù aptitudo Promouendi in beneficium, tùm iure nouo Tridentini, tùm antiquo, sicuti hactenus probatum est, requisita omnino sit in electione ad beneficium, quod datur propter officium; conficitur, quod quamuis illa sit iuris communis, & antiqui; de ratione tamen censeatur intrinseca collationis, seù electionis, cuius defectu fit nulla. Clausula igitur illa, *si est idoneus* nouam non addit conditionem, sed antiqui iuris seruandi exprimit monitionem, per quod cum aptitudo, atq. idoneitas competens necessaria sit, hac non reperta, corruit electio, vel collatio. Licet ergò *Innocentius laudatus ab Abbate cap. final. de præsunt.* dixerit (à quo tamen eum vendicat *Nauarr. citatus cap. si quando de rescript. except. 16. num. 11. ad finem, & 12.*) conditionem imbibitam in ipso iure de idoneitate, ac dignitate ad beneficium meram instructionem sapere, & non aliquid spectans ad formam; intelligendus tamen est ad formam nouam, quasi nouam idoneitatem præscribentem, quòd antiqua cum sit imbibita in recta collatione, sufficientem petens idoneitatem, huius defectu redditur nulla. Hinc meritò ipse *Innocentius etiam laudatus num. 17. ab Abbate* docet collationem scienter indigno factam etiam per Commissarium Papæ, esse ipso iure nullam; tandemq. idemmet scribit *Abbas* ferè palidoniam canens *cap. 1. de sententia, & re iudicata num. 29. vt aduertit Nauarr. cit. ad finem except. 16.*

8 Argumento tertio desumpto ab vsu, & consuetudine *Nauarr. citatus except. 17. num. 1.* ità satisfacit, vt concedat hunc vsum apud aliquos Prælatos, *qui nunc pretio* (vt cum ipso loquar) *nunc carne, nunc ignorantia, nunc diabolo suadente beneficia pueris, & illiteratis, aut parùm scientibus conferant*, secus verò apud alios Deum timentes, & quæ sunt Dei quærentes. Quibus

9 addo me non fugere, quam vtile sit argumentum ab vsitato, & simili, vt etiam studiosè *Nicolaus*

Eue-

Digitized by Google

Euerardus in suis loc. demonstrat, nec non consuetudinem vim habere legis, decreti, iustitiæ dare mandatum, & aliquandò iurisdictionem, vt prosequitur *Bald. apud laudatum Euerard. n. 4. ad fin.* Ad hæc ipsam consuetudinem optimam esse legem, aliarumq. dispositionum interpretem, *l. si de interpretatione, ff. de leg.* & probè docent ex multis *Petr. de Anchar. & Io. de Anan. in c. quam graui de crimine falsi, & Theologi communiter, quos citat, ac sequuntur Valq. 1. 2. disp. 177. Sotar. lib. 7. de leg. à c. 1. Becanus part. 3. q. 1.* Ad tria capita vim consuetudinis reducentes, abrogandi veterem legem, nouam instituendi, & dubiam interpretandi *ex cap. ex his dist. 11. & l. sed ea, ff. de leg. & cap. cum dilectus de consuet.*

Cæterùm subeunt hæc omnia prò nostro instituto varias, cõsensu *DD.* limitationes; & primam vt procedant in consuetis communiter, quæ fieri, plerumq. solent, & deducitur per *Bart. in l. scio, §. medico, ff. de aam leg.* Fauet *text. l. fistulas, § frumenta ff. de contrah. empt. & rectè docet Alex. cons. 28. 1. vol. incip. Redemptores.* At quis adeò impudens, vel attritæ frontis erit, qui audeat asserere in Ecclesia Catholica, quas adũbraui collationes superiorum pessimas, plerumq. haberi, atq. indignis Ecclesiastica beneficia, & sacerdotia passim dari?

Secunda verò, quam supradicta patiuntur, limitatio deducitur ex *Fabio lib. 1. inst. Orator. c. 12.* ad rem docente, appellandam non esse consuetudinem, quam plures exequutioni mãdant nõnunciones, quòd hęc periculosũ cõtineret præceptum, non orationi modo, sed quod longè deterius est, vitæ: verùm consuetudinem sermonum vocabimus eruditorum cõsensum; & consuetudinem viuendi, consensum bonorum. Adstipulatur *Budæus in l. Princeps in fine, ff. de leg.* quæ cunctam solutionem allatam *Nauarræ* euidenter exprimunt, ità vt assorta in argumẽto corruptela, non cõsuetudo dicẽda sit.

Tertia limitatio est, vt consuetudini, tunc vis, roburq. sit, quando fuerit rationabilis ex *c. fin. de consuet.* vbi omnes Interpretes præsertim *Abb.* & probè inter Recentiores breui, atque eruditè probat *Becanus cit. q. 6.* tunc autem cẽsetur iusta, & rationabilis, quando ex vna parte est vtilis bono communi, atq. ex altera non est contra legem naturalem, vt probè idem *Panorm. cit. n. 1. & Becanus laudatus ex communi sententia.* Dare autem Indigno beneficia Ecclesiastica non esse contra bonum commune Christianæ Reipublicæ, contraq. ius naturale diuinum, est contra Solem loqui.

Tandem consuetudo reprobata à lege tanquam iniqua, & irrationabilis, nunquam vim habet abrogandi legem. Hæc autem ab aduersarijs asserta, quæ vera corruptela potiùs dicẽda reuocata, atq. improbata tot, tantisq. quos adduximus textibus, ac præsertim *c. graue nimis de præb.* vbi tanquam rationi minimè consona reijcitur, & consequenter omninò censetur abrogata. Ex quo patet quomodò nihil tàm absurdè dici potest, quod ab aliquo non dicatur Auctorum; cum tam execrabilis abusus, consuetudo dicatur.

Quarto respondeo, non quemcumq. scientię defectum electionem ad Episcopatum irritare, sed totalem, vt supra declaratum est; Quod si conferretur aliqualiter, at insufficienter docto, tunc quidem teneretur renunciare Præsulatui Episcopus, si modo iam declarato, non posset suo muneri satisfacere. *In cap. autem citato,* vt legenti patebit de defectu non omnimodæ, sed scientiæ necessariæ sermo habetur. Adde ex *Nauarr. citato excepit. 17. n. 2.* intelligi posse de cessatione facti, non autem iuris penes quod electio fuerit inualida.

Quinto argumẽto eadem etiam solutio *Nauarr.* satisfecit. Præterea idcirco in eo textu de suspensione ab exequutione officij fieri mentionem aio, eodem remanente habitu, & charactere, vt indicat *Abb. n. 3.* quia scientiæ defectum comparat cum Præsulis consecratione, cuius etiam meminit textus; cõsecrationis autem validitas, sicut neq. ab ætate, sic neque à scientia pendet, velut indicauimus supra, & *locis supra citatis 1. tom.* probauimus.

Sexto concedimus Antistitem, & morum probitate, & scięctia exornatum desiderari, verum sicut *superiori cap. n. 14.* diximus nõ quamcunq. noxam nullam facere Præsulis electionem, sic neq. quemcumq. scientię defectum, vt *d. n. 8. ibid.* demonstrauimus.

Septimo concessa maiori propositione, negamus minorem, per varios enim textus, *hac præsertim disput.* probatum est, hanc nullitatem electionis induci per Sacros canones, quando indignus eligitur, & præcipuè per *cap. cum in cunctis adiuncta Gloss.* & nos prosequemur *disp. 14. c. 2.* Deindè dicimus ex iure naturali diuino peculiari ratione hanc deduci nullitatem, quã deindè Sacri Canones explicant. Demùm non esse quæstionem de beneficijs priuatiuè, sed de nullitate electionis; nec poterat inualidè electus priuari beneficio, quod ex hoc ipso, quod inualidè electus fuerit, nunquam habuit, nam priuatio supponit habitum, *l. decem, ff. de verb. oblig. & c. ad dissoluendum de desponsat. impub.* aliàs à me citatis, quibus multa addit *Euerard. de locis loco ex priuatione ad habitum,* vt adnotauimus in *argum. 5. pro aduersarijs adducto.*

Ad vltimum respondeo, non modo per illum textum priuari eligentes iure eligendi, vt de pœnis agentes differemus *disp. 14.* sed redditur etiam nulla electio per ea verba, *eligendi tunc potestate priuatos:* Tó autem *tunc* explicat eam vicem, ex *cap. cùm Viuoniensis de elect.*

Quomodo igitur pro ea vice priuati censerentur Electores, atq. ad alios eligendi deuoluta facultas, pro ea vice, si pro eadem electio valida esset. Itaq. vtrumq. ex illo deducitur textu, & priuatio potestatis eligendi, seù Electoris, & nullitas electionis indigni.

Digitized by Google

DISPVTATIO DECIMA.

Vtrum valida sit electio digni omisso digniore.

Diluta planè videtur hæc quæstio ex his, quæ *disput. 4. cap. 5. num. 21.* dicta sunt; verùm cum non modo ex iure ipso naturali diuino, suppositâ beneficiorum institutione respondeat, sed ex Ecclesiastico, operæ pretium me facturum arbitror, si speciali disputatione maiorem quæstionis afferam explicationem.

CAPVT PRIMVM.

An aliqua digni electio, omisso digniore, sit nulla.

SVMMA.

Omnis collatio, seù institutio beneficij parochialis facta præter formulam Tridentini sess. 24. c. 18. *est nulla, n. 1.*

Idem dicendum de electione, vel prouisione personæ ad lectionem Sacræ Theologiæ præter formulam datam sess. 5. c. 1. de reform. *ibid.*

Quamuis ex iure naturali diuino valida sit electio Parochi digni, omisso digniore, secus ex positiuo Ecclesiastico, n. 2.

Posset esse nulla prouisio facta vni ex præsentatis absq. peccato Prælati, sed non Patroni non eligentis digniorem, n. 3.

Quilibet præsumitur bonus, n. 4.

An Iudex, appellatione interiecta, teneatur in possessionem asserere digniorem, num. 5. remissiuè.

Electio digni omisso etiam digniore, ad quodcumque aliud beneficium valida est etiam in foro interno, n. 6.

Electio digni omisso digniore, ad quoduis aliud beneficium valida est, etiam si iuramento Electores se obstrinxerint, etsi periuri essent, n. 7.

Quid sentiendum sit de electione habita digni, digniore relicto, atq. interposita appellatione, n. 8. remissiuè.

1 ASsertio prima. Omnis collatio, seù institutio beneficij parochialis habita præter formulam traditam à *Concilio Tridentino sess. 24. cap. 18.* censenda est subreptitia, & nulla. ità *Gonzalez in reg. 8. Cancellar. gloss. 4. nu. 136. Spino de testam. gloss. 4. num. 86. Azeuedo cons. 9. num. 27. Ferdin. à Castro Palao tract. 13. disp. 2. par. 11. §. 3. nu. 2.* Idem iudico de electione, vel prouisione personæ ad lectionem Sacræ Theologiæ destinatæ, quæ nisi idoneè valenti detur, per se illud obire munus omninò censenda est inualida. Prima pars patet tùm ex loco Cõcilij, tùm ex bulla *Pij V. quæ incipit in conferendis Ecclesijs edita anno 1567. Kal. Aprilis*, qui etiam statuit per clausulam annullantem quascumq. dispositiones Patochialium factas præter formam dicti Tridentini per ea. *Si secus in præmissis omnibus, & singulis actum, aut attentatum fuerit, &c.* qua clausula decreti irritantis inducit formam, vt rectè *Iason in l. omnium, num. 8. C. de testament. Felinus in cap. cum accessissent num. 8. de constitutionib. Staphil. in litteris gratiæ in præfat. nu. 5. aliíque apud Garziam de benefic. par. 9. cap. 2. num. 236.* Additur in eadem bulla, si collatio ad Episcopum spectabat, ad Sedem deuolui Apostolicam; formula verò à Tridentino tradita, explicatur tùm à *Garzia loco citato, tùm par. 7. cap. 16. tùm à Lessio de iust. & iur. lib. 2. cap. 34. de benefic. dub. 16.* & à nobis dilucidabitur *tom. 3. de potestate* agentibus Præsulis in conferendis beneficijs. Secunda conclusionis pars etiam constat ex *sess. 5. de reform. cap. 1.* per clausulam irritantem *Aliter facta prouisio nulla sit, & inualida.*

Hinc fit, vt cum per Concilium, dictamquè bullam dignior, atquè aptior ad animarum curam Parochus desideretur, ac præscribatur, vt supra dictum est, traditurquè formula ad digniorem agnoscendum; non modo illius, qui eligeretur minus digni electio esset illicita, verùm etiam inualida, & nulla. Et meritò quidèm, cum ex his, qui animas immediatè tractant maximopere salus earum pendeat. Et quamuis loco mox citando de validitate differens, dixerim ex vi pacti Ecclesiarum cum Distributoribus beneficiorum ius non tolli, quominus transferatur etiam ad dignos, relictis
2 dignioribus: Nihilo tamen minus hoc ex vi illius pacti, & iuris naturalis diuini intelligendum est; non autem ex alio iure, quod explicamus Tridentini.

Scio contrarium defendi ab *Vgolino de officio Episcopi cap. 50. §. 23. num. 4. & à Garzia 9. part. de benefic. cap. 2. num. 235.* Adstipulatur *Sanchez in opuscul. lib. 2. cap. 1. dub. 6. num. 6.* contendens præsentationem de digno habitam à Patrono, etiam omisso digniore validam esse; & quia recedendum non est à iure antiquo, ni per expressa noui verba, *l. vlt. C. de appellat.* At à *Tridentino* non irritatur præsentatio de digno facta. Clausulam verò annullantem Tridẽtini supra relatam, ad edictum proponendũ in examinatione tãtum refert *Sanch.* Vetũ admissa iuris, legisq. citatæ doctrina, nescio, quibus poterat tũ Cõciliũ, tũ Papa expressioribus exponere verbis, has prouisiones cõ-

pre-

Digitized by Google

prehendere, tũ quia clausulis vtuntur ad omnia huiusmodi patronibus; tũ quia præsentationes, institutionesq. proprias iuris patronatus nominant, tùm quia clausulam irritantem ad finem dispositionis positam ad omnia membra referri, sæpè sæpiùs probauimus, quorum eadem est ratio, vt hic; sicut enim eadem vrget ratio obligans Patronos ad eligendos, ac præsentandos dignores ad Parochialia beneficia, vel similia, & ni faciant, peccant; vt *Sanchez* etiam concedit; sic etiam eadem censenda, vt *Tridentinum, & Pius V.* vtramq. electionem & prouisionem Patroni de non digniori sanctam annullent: demum quia si ad edictum referenda sit illa clausula, de quo immediatè, neq. mentionem fecerat *Trident.* non est vndè colligatur nulla electio, seù prouisio minus digni ad Ecclesiam liberam; quam tamen *Sanchez* non audet negare nullam: Vbi tamen Tridentinum non esset receptum quoad hoc, optandum, vt reciperetur. Nequè do manum *Lessio lib. 2. cap. 34. ad finem* dicenti, multa ex his non esse recepta.

3 Obijcies ex asserta sententia sequi, prouisiones ab Inferioribus Episcopo factas, atq. institutiones Episcopi è præsentatis à Patronis Ecclesiasticis esse nullas, si fortè digniores electi non essent, quod videtur absurdum, cum sic instituentes, & prouidentes culpa vacent, quorum non interest Dignorum electio, sed institutio eorum, qui à Patronis electi sunt. Cæterum hoc non obstat, nam hæc duo rectè cohærere possunt, nimirum & collatio, atq. institutio Digni relicto Digniore, & nullam interceßisse culpam, si talitèr conferenti, aut instituenti constare de mala non potuit electione habita; qua annullata, tanquam principali fundamento, subsequetur nullitas collationis, seù institutionis.

Obijcies secundo, in allegata bulla Pij V. præcipi, vt appellatione non obstante, mandetur electio executioni, ergò signum est, illam à Papa censeri validam. Respondeo non ideirco
4 validam haberi electionem dictam, sed præsumi, ex receptißima regula; *Quilibet præsumitur bonus, cap. dudum de præsumpt. & Glossa in cap. 1. in verb. existimare, & alijs apud Bartolum in l. Cassius, ff. de Senatusconsult. Soncinas in reg. 39.* Et præterea mandari executioni præcipitur illa electio, nè detrimentum Ecclesiæ patiantur ex dilatione præsentiæ Pastoris.

Instabis, si hæc electio esset nulla etiam non intercedente appellatione Reiecti, consenda nulla, dandumq. esset beneficium digniori. Respondeo ad priuationem tendere appellationis remedium; quo intercedente priuandus esset minus dignus, vt etiam existimo priuandum esse, si alias constaret, digniorem esse prætermißum.

5 Verum autem Iudex, appellatione interiecta, conetur in possessionem asserere Dignior, docent eruditè *Garz. de benef. 9. p. c. 2. §. 1. n. 247. Ceuall. & Gonz. ad. apud Castrumpal. tract. 13. disp. 3. p. 11. §. 3. n. 4. & 5.*

6 Assertio secunda. Electio digni relicto digniore ad quodcumq. aliud beneficium valida est, etiam in interno foro; ni aliud in sua institutione, vel fundatione cautum fuisset. Prima pars manifestò deducitur *ex disput. 4. cap. 5. nu. 21.* & est Auctorum ibi citatorum *D. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. ad 3. Salon ibi cont. 3. fol. 998. & 999. Padill. l. cum quidam ff. de leg. 2. num. 118. & ibi gloss. vers. qui non, & ibi Bart. Imola, Paulus de Castro num. 6. Bald. ibi allegat. Dyn. Sylvest. elect. 1. q. 16. aliorumq. communiter*, vt videre est *apud Couarr. in regul. peccatum p. 2. §. 7. num. 3. Azor. 2. par. lib. 6. cap. 15. qu. 2. Gutierrr. canon. quæstion. cap. 11. num. 14. & 14. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. c. 5. n. 47. Gonzal. glos. 4. n. 129. V. asq. opusc. de benef. c. 2. §. 3. dub. 17. ad fin. Rebell. 1. p. lib. 3. q. 6. n. 5.*

7 Fundamentum autem à nobis traditum est loco paulò antè allegato. Quod assertum verũ est, vt probè vult *Couarr. num. 4.* etiam si Electores iuramento se obstrinxerint meliorem eligendi, quod iuramentum iuris communis haud immutat dispositionem, & si periuri sint illud iuramentum violantes. Secunda autem pars patet, tùm ex loco citato, tùm *ex cap. 4.* & constat ex antecedenti, atq. legitima voluntate instituendi, ac fundandi beneficia, potestatemq. habenti, ex qua modo non opposito iuri diuino naturali, eorum prouenire naturam, ac speciem locis ostendimus citatis. Quamobrem quandocunq. constaret Electoribus ex antecedenti, atq. legitima voluntate potestatem habente statuendi electionem solum validam dignioris ad tales vel tale beneficium; tunc electio esset nulla, defectu potestatis, atq. iuris existente in Electoribus, vt ex loco supra citato patet.

8 Quid autem sentiendum sit de electione facta digni, omisso digniore, quando interposita fuit appellatio; Multi probabilitèr credunt nullam apud *Couarr. modò citatum*; secus autem sentit ipsemet *Couarr. laudatus* ex alijs æquè probabilitèr. Legendi sunt *Abb. in c. constitutis de appell. n. 6. Dec. ibi n. 5. Lambert. de iur. patron. lib. 2. p. 10. art. 3.*

CAPVT SECVNDVM.

Nonnulla deducuntur è superiori capite ad praxim.

SVMMA.

Quando irritanda est electio, fructus restituendi à pepperam Electo post sententiam reuocatiuam secus, si esset nulla, num. 1.

Secundum varietatem opinionum prò arbitratu suo poterit Iudex non condemnare, vel condemnare ad fructus restitutionem malè Electum, n. 2.

Dignior non habet actionem in electum, vel promotum Dignum, n. 3.

Digitized by Google

Electio nulla per confirmationem non conualescit, n. 4.
Impetratio ab initio nulla, tractu temporis, non conualescit, n. 5.
Explicatur cap. ei, cui de præb. in sexto, *n. 6.*
Electio non irrita, sed irritanda ex aliquo defectu, hoc postea sublato ante irritationem conualescit, n. 7.
Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit in his saltem, quæ irritum respiciunt, n. 4. 5. & 8.
In quibus negotijs spectandum sit principium, num. 9.
Quid de electione facta ex maiori parte, & altera ex præstantiore, ac tutiore, sentiendum sit, n. 10. remissiue.

1 E superiori capite fit primo, vel in opinione illorum, qui docent, collationem factam personæ aliquo ex supra relatis defectibus laboranti, non esse irritam, sed irritandam; vel in nostra, quando defectus scienti æ non est totalis, vt supra, vel aliorum, qui dicunt, electionem digni, relicto digniore, non esse nullam, donec dignior per appellationem vicerit causam, & à Iudice rescindatur prior electio, condemnandum non esse electum in fructibus, nisi à tempore primæ sententiæ reuocatoriæ, cum vsq. ad illud tempus iustè possederit, vt probè multi, quos allegat, & sequitur *Garz. de benef. par 7. cap. 11. à num. 1. & p. 9. cap. 2. num. 226. & 235. & Auctor Append. ad Fellucium tract. 41. de benef. cap. 4. num. 154.* Secus verò dicendum, si electio fuerit inualida, & nulla per argumentum à contrario, quia contrariorum non est eadem dispositio cum contrarij sint effectus, & contraria ratio, *l. qui actusare, ff. de accusat. & l. final. de calum. atq. ex alijs textibus, & Auctoribus eruditè allatis à Nicolao Everardo in suis locis loco à contrario à num. 7.* Quamquam
2 non infitior opinionum intercedente varietate DD. quos *cap. 1. sup. disput.* retulimus, Iudicem, seù Prælatum prò suo arbitratu posse irregularem, vel expensis impedimentis affectum non condemnare ad fructuum restitutionem, vel è contra, illum condemnare, iuxta indicatam opinionum varietatem, quas ad libitum sequi possis, sic *Io. Sanchez in suis select. disp. 44 n. 4. vers. præter hæc.*

3 Fit secundò à Iudice non dari actionem Dignioris contra Dignum ex *cap. cum nobis de elect. & ex cap. cum dilectis eod.* & meritò docet *Couarr. rer. peccatum 2 par. §. 7. num. 4. vers. igitur iura, Nauarr. lib 2. de rest. cap. 2. num. 15.* Ex contrario enim vti *sup. cap.* indicaui turbationibus amplissimus pateret aditus, & quæuis electio calumnijs scateret.

4 Fit tertiò, electionem nullam ad huiusmodi, quæ diximus, beneficia non conualescere per confirmationem. Deduco cum ex *regula iur. in sexto Non firmatur tractu temporis quod de iure ab initio non subsistit*, & in terminis à glossa exponitur casus de promoto ad Prælaturam simoniacè, cuius promotio cum fuerit nulla, ibi dicitur firmata non fuisse tractu temporis, quia quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualescit. Confirmatur ex *prima q. 1. cap. principatus.* vbi minimè conualescit simoniacus ingressus, & ex *l. seruo, ff. qui, & à quibus manu. lib.* vbi libertas data seruo alieno nullius est roboris, licet postea efficiatur suus seruus, atq. ex *Institut. quibus non est permiss. fac. testam. §. præterea*, vbi testamentum furiosi, vel impuberis asseritur non valere, licet postea maior natu efficiatur, vel sanæ mentis, idemq. ait *Dynus* de seruo, si postea fiat liber; de filiofamilias, si postea fiat sui iuris; de capto ab hostibus, si postea redeat. Etenim vt probè *Glossa cap. dudum de elect. il primo, §. gestis, verbo electionis tempore*, in huiusmodi electionibus, præsertim Episcopi per *cap. cum in cunctis citatum* tempus ipsius electionis spectatur, an in eo sint idonei, & ex *cap. cum bono de ætate, & qualitate; & cap. postulasti de cler. excomm. ministr. aliisq. ex textibus ibid. relatis.* Idemq. docet *Abbas in hoc ip-*
5 *sum cap. dudum num. 8.* de impetratione, nam ad eius valorem habilitas, atq. aptitudo tempore, quo impetratur existere profectò debet, nec sufficit postmodum aduenire, nisi de defectu facta fuisset mentio in ipsamet impetratione, ex *cap. eo tempore de rescript. lib 6.* Et quamuis videatur obstare *cap. ei, cui de præb. eiusd. lib. 6.* ostendit tamen *Abbas ibid.* non officere. Ad
6 cuius interpretationem, quæ videtur durius cula adnecto germanum illius textus sensum non esse contrarium adductæ doctrinæ. Ait enim *textus ei, qui prouidere mandatur simpliciter prouidere de præbendis proximo uacaturis, sacerdotalis, præbenda conferri non pot, si non dum in ætate tali existat, quod possit ad Sacerdotium promoueri, &c.* Ex quibus constat non ex eo non posse conferri præbendam Sacerdotalis alicui, quia non est Sacerdos, sed quòd ætatem non habeat ad recipiendum ipsum Sacerdotium, quia nimirum non erat à principio collationis requisitum Sacerdotium, sed ætas ad Sacerdotium aptæ, sine qua litteræ concessionis simpliciter datæ ad rem non faciebant, vti sanè fecissent, si addita esset clausula *non obstantibus, &c.* vt ibi probè notat *Glossa.* Hinc meritò diximus *1. tom. lib. 2. disput. 7. cap. 2. num. 18.* electionem Episcopi factam ante legitimam ætatem esse nullam, neq. confirmatione conualidari. Scripsimus etiam eodem *tom. 1. lib. 3. disp. 1. cap. 1. num. 18.* electionem prorsus indocti ex se nullam non reuiuiscere, tametsi post modum electus, literas didicisset.

7 Secus autem esset, si esset irritanda electio iuxta contrariam opinionem, & nostram iuxta sententiam in casibus indicatis: tunc enim si conditio requisita, qua deletetur defectus, irritationem perens electionis, accederet post electionem, ante irritationem, sufficeret quidem; sic *Glossa cap. citati dudum, verbo electionis*, quia tractu temporis ei consuli posset, nec non *Glossa regul. 8. non firmatus lib. 6. citato verbo non firmatur num. 60. ex cap. bonæ il secundo de postul. & cap. quod super de elect. adiuncta Glossa verbo consentire.* Sic nonnullos asserri textus, tùm ab hac *Glossa*, tùm relatos à *Glossa reg. 8. in sexto, num. 60. citato*, qui videntur indicare

multa

Digitized by Google

multa contradicere, quæ à principio nulla erant; verùm ibi *Glossa* cunctos probè soluit, eiq. contra allatam doctrinam non esse demonstrat, cuius vltimo loco generalis adducta regula placet, vt eaquæ necessariò desiderantur initium, vt electio, de qua loquimur optàs personam eligendam, nullo ex dictis affectam impedimentis, vel quia perpetuus subest defectus, nec tractu temporis, nec nouo accedente consensu, vel conualescunt, vel confirmantur, secus in his, quæ necessariò non respiciunt initium, ac temporalem positis subeunt notam.

8

9 In quibus autem rebus initium spectandum sit, & in quibus finis docet *Glossa supra citata cap. dudum in primo de elect. verbo electionis.*

10 Quid autem sentiendum si duabus concurrentibus electionibus, altera Indigni habita à maiori parte capituli; altera à minore personæ dignæ docet *Abbas cap. dudum num. 10. in primo de elect.*

DISPVTATIO VNDECIMA.

De Restitutione ob indigni electionem ad Ecclesiastica beneficia.

CVM mihi videar satis de beneficiorum institutione, atq. iniqua distributione differuisse proximum est, vt disputem de obligatione restitutionis in ea resultante. Et sanè quàm à cæteris, qui de Ecclesiasticis beneficijs scripsere DD. perdifficilis hæc habeatur quæstio, tàm nobis ex superiacta fundamentis est in promptu perspicuum, vt potiùs necessarias per sequelas ex superiori doctrina deductas, quàm eius ad enodationem aliquid noui adducere necesse sit. Quamobrem quæ fusè hactenus disputata sunt, ea nunc articulatim, distinctèq. dicenda, neque enim satisfacere conferem huic loco, qui nunc est in manibus, ni separatim hoc ipsum restitutionis ius ex se se satis difficile declarare. Hac igitur quæstione solam indigni electionem cõprehendam, ex qua manat onus præcipuum restituendi; de reliquis deinceps acturus.

CAPVT PRIMVM:

Variæ referuntur sententiæ de restitutione ob Indigni electionem.

SVMMA.

Prima sententia Eligentes ad beneficia Indignũ obligat, ad restitutionem faciendam Ecclesiæ, n. 1.

Probatur tùm ex vsu, tùm à paritate Oeconomi, n. 2.

Rex, siue Pontifex indignum in Episcopum promouens tenetur Ecclesiæ Coadiutorem idoneum dare, n. 3.

Extenditur hæc sententia ad magistratuum electionem, atq. ad Cathedras, n. 4. & 6.

Administrator tenetur iustitiæ lege, nè sua negligentia inferatur damnum Domino, ibid.

Alij volunt restitutionem ob Indigni electionem pauperibus faciendam esse, n. 5.

Secunda sententia docet electionem Incapacis nullam esse in foro interno, etsi in externo ob occultum impedimentum subsistat, & promotum teneri ad se abdicandum, & Electores ad alterum eligendum, n. 7.

Si fuerit incapax Indignus promotus, aut tenetur secundum hanc sententiam renunciare, aut ascisscere sibi Coadiutorem, ibid.

Tertia sententia restitutionem præscribit faciendam non solum Ecclesiæ, cui malè prouisum per Indigni promotionem, sed Digno prætermisso, n. 8.

1 TRes habeo, quas apud Auctores inuenio sententias, referre. Prima est asserens teneri quidem Eligentes restituere, si elegerint Indignum, verùm non Digno prætermisso, sed Ecclesiæ tantum, in quam contra commutatiuam peccarunt iustitiam; defenditur ab *Adriano 4. tract. cap. quia iam determinatum est, & à Soto post antiquiores lib. 4. de iust. q. 6 ad 6. argum. subscribunt Lessius de iust. lib. 2. cap. 34. dub. 15 num. 24. §. dixi, Rebell. 1. part. de oblig. iust. lib. 3. qu. 4. num. 4. Nauarrus cap. 17. num. 72. Petrus Nauarra lib. 2. de restitution. cap. 2. num. 132. & Ferdinandus à Castropalao tract. 13. disputat. 2. par. 11. §. 4. & alij, quos sequenti capite citabimus.*

2 Probant *Sotus*, & *Nauarr.* quod præmium obtentum nunquam fuit, vt dignis prætermissis, restituatur, quibus ius est impertitum.

Secundò probat etiam *Sot.* si paterfamilias Oeconomum suum ad operarios conducendos mitteret, qui inidoneos ex industria conduceret, restituere profectò teneretur, non idoneis prætermissis, sed Domino, cui damnum dedit.

Hinc

3 Hinc colligit *Sotus*, Regem, aut Pontificem Indignum nominantem, vel promouentem ad Ecclesiasticum beneficium, ex consensu Populi, ad restitutionem censeri obligatos, non derelicto Digno, sed Ecclesiæ, cui deberent ad reparandum defectum Episcopi verbi gratia indigni, coadiutorem adhibere, vel alia consulere ratione, vt damnum in detrimentum vergens
4 animarum aliquo pacto resarcirent. Idemque potiori ratione, ac titulo docet *Sotus* de conferendis Magistratibus secularibus, qui præsit iuri dicendo, quorum interest non restituere Dignioribus, quibus ex iustitia distributiua Magistratus debebantur, sed populo, qui stipendia tribuit, damnum subit, atq. iniuria affectus est; nam, vt probè *Lessius lib. 2. de rest. cap. 21. dub. 3. num. 15. & 16.* notat, qui aliquam administrationem suscepit, videtur se tacitè obligare, & quidè lege iustitiæ, ex qua tenetur ad restitutionem, nè sua negligentia damnum inferatur domino. Hinc *cap. 34. dub. 15. nu. 74.* docet, inquum Electorem, vel Indigni promotorem ad restitutionem teneri faciendam Ec-
5 clesiæ, vel certè pauperibus ex nonnullis alijs Auctoribus ab eo ibi nō citatis; Idq. confirmat per *cap primum sess 22. Tridentini*, §. *si quis autem*, & *sess. 9. Concilij Lateranensis*. Quod tamen dictum vna adhibita limitatione vult intelligendum, nisi Beneficiarius ipse, qui primo loco tenebitur, restituat. Quod si Ecclesia nullum passa sit damnum, atq. officium per alium præstitum nulla supererit obligatio Auctori malæ promotionis.

6 Extendit autem in secundo corollario *Sotus* suam doctrinam ad electionem ad Cathedram à Scholasticis faciendam in publicis Academijs; qui quidem si Dignis omissis, eligant Indignum, cum faciant contra iustitiam commutatiuam, Academijs profectò tenentur prò viribus restituere; nam earum stipendia non sūt instituta in fauorem Eligendorum, sed Academiarum, & vera sunt stipendia ab illis destinata suis ministris.

7 Secunda sententia est *Azorij 2. par. Institut. moral. lib. 6. cap. 16. q. 1.* distinguentis in hunc modum, vel enim Indignus ob canonicum impedimentum occultum, incapax est beneficij, cuius electio fuit in se irrita, licet in iudiciali foro habita, ob occultam rationem valida, & tùm electus compellendus ad beneficium deserendum, tùm Electoribus curandum, vt alius Ecclesiæ denuò sufficiatur, vel est capax, ita vt eius subsistat electio, quamuis fuerit alias indignus, & tunc, aut in foro conscientiæ beneficium dimittere debet, aut adiutorem sibi ascicere, cuius opera, atq. industria, consilioq. iuuetur; Electores autem obligabuntur hoc in
8 euentu curare, vt vnum, vel alterum ineat indignè promotus consilium, quod ni fecerit ipse Indignus ad damnum resarciendum, quod subijt Ecclesia ex proprijs suis bonis compellendus est.

8 Tertia sententia est *Caietani in summa verbo acceptio personarum, atq; Tentaculo 12. qua. & 22. q. 62. art. 2. ad 4. Vasq. de benef. cap. 2. §. 3. dub. 17. num. 116.* hanc, de qua loquimur restituendi obligationem non modo docentium faciendam Ecclesiæ, cui malè consultum est, verum etiam Digno prætermisso, & sanè argumentis primæ sententiæ, Prima huius liquet pars: Secunda autem tùm ex ipsomet *Vasq.* tùm ex nostris principijs liquidò infra demonstrabitur.

CAPVT SECVNDVM.

De restitutione facienda ob Indigni electionem.

SVMMA.

Nonnulla præcognita ad quæstionis solutionem necessaria, nu. 1.

Ex electione, collationeq. cuiuscumq. beneficij facta inepto per se promanat obligatio iustitiæ, num. 2.

Per accidens potest nonnunquam hæc obligatio non oriri, n. 3. & 19.

Ob Indigni iniquam electionem ad quodcumq. beneficium obligatio nascitur restitutionis, Ecclesiæ faciendæ, n. 4.

Asserta restitutio facienda est Ecclesiæ in bonis eiusdem generis, n. 5.

Bonum spirituale per temporale, vel è contra ex se resarciri nequit, n. 6.

Satis non est restituere stipendium, quod Indignus electus sibi comparauit, n. 7.

Electus Indignus tenetur ad se abdicandum beneficio præsertim curato, vel ad Adiutorem sibi ascifcendum: Electores autem, vel promotores ad id omninò curandum, n. 8.

Non semper restitutio facienda est pauperibus ob Indigni promotionem, n. 9.

Primo loco Indignus electus ad restituendum: secundo Electores, vel Promotores, aut ad restitutionem procurandam, aut prò viribus ad resarciendum damnum obligantur, c 10. & 16.

Et ad stipendium alteri dandum, qui sufficiendus est loco Inepti, & damna sequuta ex mala offi-
cij administratione, ob quod datum est inepto beneficium, ille primo tenetur loco, deinceps Electores, ac Promotores, n. 11.

Non excusabitur, qui bona fide acceperit beneficium, cum esset indignus per ignorantiam crassam iuris, qua putabat ad restitutionem non obligari, n. 12.

Ignorantia crassa facti qua quis arbitraretur non esse indignus, malam faceret fidem, neq. excusaret, n. 13.

Ex fructibus beneficij bona fide possessi tenetur Indignus restituere, quantum factus est ditior, deducta proprij seruitij portione, n. 14.

Si autem mala fide iniit beneficium, ad omnes tenetur fructus restituendos indigne percepto, in quo iniit, imò ad damnum emergens, & lucrum cessans, n. 15.

Non solum Ecclesia, verum Digno prætermisso te-
nc-

Digitized by Google

netur indignus etiam sepè restituere, n. 17.
Ordo seruandus in hac restitutione, n. 18.
Quando sufficiens intercedat ratio excusationis à restitutione, n. 19. & 12.
Quomodò teneantur ad restitutionem concausæ, vt iubens, consulens, &c. num. 20. remissiuè.

1 AD veritatis dilucidationem ex supra disputatis noto, nonnulla esse beneficia ad animarum curam relata, secus alia. Quædam ità beneficiarijs tributa, vt illorum Candidatus alius præter eum, qui voti compos factus est, non fuerit, alia verò contra. Quibus in hunc modum præcognitis, vnico possem verbo quæstionem sanè dirimere, constanter asserens, obligatione restitutionis teneri, tùm Indignum promotum, tùm Collatores, Promotores, seù Electores ad huiusmodi beneficia. At maioris claritatis ergò per sua membra suis de more assertionibus contenta, explicatiùs diluemus. Et primo quidem loco de restitutionis obligatione disseremus secundum se. Secundò, cui facienda sit. Tertiò, in quo genere. Quartò, à quo. Quintò, quando excusationis non dabitur ansa. Sextò, quando sufficiens intercedet excusatio. Septimò, quid sentiendum sit de restitutione fructuum. Octauò, an soli Ecclesiæ, vel prætermisso Digno facienda sit restitutio. Demum quando causæ concurrentes ad hoc obligabunt onus.

2 Prima sit igitur assertio. Ob electionem, collationemq. cuiuscumq. beneficij factam ineptæ personæ necessariò per se resultat obligatio restitutionis. Hæc assertio videtur certa, atq. ab omnibus relatarum opinionum Auctoribus firmata, saltem beneficiorum ad animarum curam relatorum, & necessaria deducitur consequentia ex *disput. 6. cap. 2.* Primò præterea probatur de Indigni electione ad beneficium curatum, quæ vt *ibi à num. 7.* probatum est contra iustitiam prorsus iudicanda tùm cõmutatiuam, tùm vtriusquè commutatiuæ scilicet, & distributiuæ iustitiæ participem habitum, vt mox dicemus: igitur obligationem parit restitutionis. Et hæc quidem ratio de beneficijs Parochialibus ob specialem, quæ de illis vrget, rationem concursus à nobis *loco citato à num. 10.* expensa potiori nomine demonstrat. Hoc idem ostenditur de beneficijs in præmium institutis, vel destinatis ob idem firmum allatum fundamentum, quoniam eorum collatio facta indignis, est iniusta, vti probatum est *ibid. num. 16.* idemq. conficitur de alijs beneficijs etiam simplicibus ea ratione, qua *à num. 17. citati loci* asseruimus. Confirmatur, quod huiusmodi electio nulla est ex *disp. 9. cap. 2.* nullum igitur est ius electo ad beneficium, vel fructus, quos neq. facit suos, neq. poterit beneficium sibi inualidè collatum retinere.

3 Dixi per se hanc oriri obligationem restituendi, quod vti *disput. 6. cap. 2. num. 22.* scripsi per accidens dari posset casus, in quo Electores, siue Collatores excusarentur à peccato iniustitiæ; cõferentes aliqua ratione indigno beneficium, atq. ita etiam in eodem euentu, nullum ex ea electione puto promanare onus restituendi.

4 Assertio secunda. Ob iniquam electionem indigni, ineptiquè ad quodcumq. beneficium, restitutionis obligatio nascitur Ecclesiæ faciendæ. Conclusio hæc saltèm quoad beneficia curam animarum habentia *ab omnibus supra laudatis cuiuscumq. sententiæ DD. constanter asseritur, quibus addo Petrum de Aragon. 2. 2. qu. 62. art. 2. post 5. concl. seù vltim. huius difficultatis in expositi. 1. argum. D. Thomæ, §. 3. etiam.* Probatur tùm ex allato principio in expositione primæ opinionis *cap. 1. num. 4.* tùm ex iactis principijs sæpè *cit. loco disp. 6. cap. 2.* etenim per electionem, promotionemq. indigni fit contra commutatiuam iustitiam, siuè finem spectemus intentum in fundatione beneficiorum ad animarum præsertim curam relatorum, siuè pactum à *num. 7. cap. 2. citatæ disput. 6.* assertum inter Ecclesiam, atquè beneficiorum Distributores, quod sanè probauimus *disputat. 4. cap. 5.* Quæ omnia huc spectant, & potiori quidem ratione maioris sunt momenti ad iniustitiam aperiendam, quæ committitur in indigni electione ad Episcopatum, vel Parœciæ beneficium, aliaq. curam habentia animarum: nec suo carent robore ad iniustitiam etiam probandam intercedentem in electione indigni ad cætera beneficia, siuè in præmium institutta, vel destinata meritorum, vti probatum est *num. 16. laudati cap.* siuè simplicia, vt ostendimus *ibid. num. 17.* ni per accidens Electores, aut Distributores nonnunquam ex causis *num. 22. ibidem* allatis, atq. indicandis *concl. vlt.* excusarentur.

5 Tertia conclusio. Hæc restitutio facienda est Ecclesiæ prò viribus in bonis eiusdem generis tùm ab Electo, tùm ab Electoribus, & Collatoribus. Huc tendit doctrina, siuè primæ, siuè secundæ sententiæ *cap. 1.* relatæ. Probatur, & quia si rem ad trutinam iustitiæ, atq. obligationis restituendi referamus; res aliena eadem in specie, imò numero eadem existens restituenda est, cuius dominium nullum habet Possessor, qui si mala fide retinet, fur est, vt probè *Antoninus 2. part. tit. 1. cap. 12. §. 17. Syluester restitutio 7. quæst. 5. dict. 2. & 3. Petrus Nauarr. de restit. lib. 4. cap. 2. num. 4. & alij passim;* cum Episcopatus igitur Parœcia, vel quodcumq. aliud beneficium sine titulo, & absq. vllo iure inualidè sit collatum, atq. retineatur, eius abdicatione restitutio facienda, & quia aliàs, neque obuiam iretur derrimento, quod vel passa, vel mox subitura est Ecclesia; cui si datus esset Antistes, vel Parochus, qui ineptus suo censeretur muneri, quo sanè pacto consuli posset, ni aliqua ratione opportunum per virum idoneũ suffectum, remedium adhibeatur, haud facilè intelligo.

6 Confirmatur, quia bonum temporale per spirituale resarciri ex se nequit, vt docent *Syluester verbo restitutio 3. quæst. 3. Sotus lib. 4. de iust. quæst. 6. art. 3. ad 3. Nauarrus summ. latinæ cap. 15. num. 21.* & alij; ergò à fortiori, cum spiritua-

Digitized by Google

tuale temporale bonum longè superet, non poterit per hoc resarciri.

7 Hinc non arridet *Rebellus 1. part. de obligat. iust. lib. 3. q. 4. num. 14.* asserens pro interesse, quod Ecclesiæ restituendum erit, intelligendũ esse stipendium, quod indignus electus recepit, ea dempta parte, quam per suum qualecumq. seruitium prudentis meretur arbitrio, nam esto hoc verum sit de restitutione fructus insuper facienda ab electo Indigno, restitutio tamen anteà facienda est in eodem genere, vt dixi. Verùm placet *Aragon. q. 62. sup. cit.* obligans præficientem indignum Ecclesiæ, vel Cathedræ ad prouidendum suis stipendijs de altero digno.

8 Quarta conclusio. Hæc restitutio tùm ab ipso Electo, tùm ab Electoribus facienda est, ita vt teneatur Electus abdicare se beneficio præcipuè curato, vt expressè habet *Aragon.* citatus, vel si tanta non esset indignitas, vt electio subsisteret, iuxtà supradicta adiutorem sibi asciscere, cuius opere satisfacere possit muneri proprijs viribus impari; Electores autem, vel Promotores ad hoc idem teneantur Electum inducere, atquè prò viribus agere, vt modo iàm dicto Ecclesiæ prospiciatur; sic *Azorius, & Lessius citati; nec non Vasquez de benef. cap. 2. §. 3. dub. 19. à num. 141.* Neq. cum *Azorio* inhabilitatem, seù indignitatem distinguimus quoad hoc, ab incapacitate, cum, vti loco supra citato diximus, indignus, qui re vera indignus est incapax habendus, vt validè eligatur ad Ecclesiastica beneficia; sic probè præter ibi citatos Auctores *Petrus Nauarra docet lib. 2. de restit. cap. 2.* Et confirmatur, quòd etiam in foro conscientiæ est inualida collatio facta indigno. Neq. Collatores, neq. Prælati quicunq. Domini beneficiorum sunt, sicut proprij patrimonij, vt aliàs è *Soto* notaui, scribitquè citatus *Petrus Nauarra*, verum dispensatores: essent autem dissipatores, indignos si promouerẽt. Nec facultatem habent tranferendi dominium horum beneficiorum in indignos, quos iura, propriaq. ineptitudo incapaces faciunt; Deniquè intercedente furto, dominium non acquiritur; atqui notum est, omnibusq. exploratum, tàm Conferentem beneficium indigno, quàm Indignum ipsum illud acceptantem, præstare iniustis fidelibus, qui ea conditione decimas soluũt, aliaquè Ecclesiastica dedere bona, vt idoneos haberent ministros, ergo, &c. quæ fusè probata sunt *disp. 6. c. 2. & 4. & 5.*

Probatur insuper assertio, quòd aut Electus, aut Electores, ac Promotores causæ sunt iniustitiæ contra Ecclesiam commissę; tenentur igitur ipsi damnum illatum resarcire; vel si adhuc per possessionem illatum non sit, mox inferendum auertere. Nec video, qua ratione, restitutio semper facienda sit pauperibus, vt indicat 9 *Lessius* in hiscce rebus, cum Ecclesiæ satisfaciendum sit, nisi in casu *seq. disput.* fusiùs tractando. Neq. ad rem omninò faciunt *cap. 1. sess. 23. Concilij Trident. & sess. 9. Concilij Lateranen. allata à Lessio lib. 2. cap. 34. dub 15. num. 74. §. dixi*, cum de fructibus restituendis ob non residentiam, vel ob non recitationem agant; Licet non negauerim restitutionem aliàs faciendam Ecclesiæ, ob fructus malè perceptos, eo quòd indignus nesciuerit v. g. officium diuinum recitare, loco Ecclesiæ faciendam esse, siue fabricæ eiusdẽ Ecclesiæ, aut alterius, siuè pauperibus iuxtà *citata Concilia, & Bullam Pij V. relatam à Nauarr. cap. 25. num. 122. ac declarata à Lessio citato dub 32. num. 176.* Itaq. non inficior posse pecunia hoc speciale damnum compensari, vel modo indicato ab *Aragona*, vel si sufficiendus sit adiutor Præsuli, aut Curato, cui prudentis iudicio pars fructuum, vel redituum sanè danda est. In eo nimirum casu quando indignitas non esset tanta, vt nullam redderet electionem, nàm tunc non sufficeret Coadiutorem sibi asciscere, cum re vera illo beneficio non potiretur, ad quod inualidè promotus esset: & in hoc eodem sensu puto loqui Tridentin. dùm de Coadiutore minus docto scribit loco mox citando, in quo etiam & nos de coadiutore Præsulis ob defectum scientiæ *tomo 1. lib. 3. disputat. 1. cap. 1. à nu. 19. vsq. ad 23. & iuxta Tridentinum. sess. 21. cap 6.*

10 Quinta conclusio. Electus, vel Promotus indignus primo loco tenetur ad hanc restitutionem modo dicto faciendam: Electores, vel Collatores, Promotores q. deinceps, vel ad procurandam restitutionem ab Electo, promotoue faciendam, vel eius loco prò viribus ad resarciendum damnum, vel sequutum, vel imminẽs ab Ecclesia auertendum. Prima pars, quæ indicatur expressè à *Rebello*, nec probatur *1. part. lib. 3. quæst 4. num. 14. & à Lessio lib. 2. cap. 34. dub. 15. num. 74. §. dixi, & cap. 12. dub. 18. n. 129.* vbi hunc adstruit ordinem, vt primo loco teneatur is, cui beneficium collatum est, atque officium administrauit, cuius stipendia tenetur restituere, deindè resarcire damna sequuta ex eius negligentia, seù imperitia. Secundo loco teneatur Collator. Tertiò Suasor, vel Consulens. Probatur inquam hæc Pars, nàm vel Electus beneficium, ad cuius officium ineptus est possidet mala, vel bona fide, si mala fide, satis est probata nostra conclusio. Etenim qui maiorem iniuriam, ac damnum infert, potiori nomine illud obligatur resarcire; Atqui is, qui in mala fide cepit beneficia possidere, non modò iniustitiæ causa fuit per iniustam acceptionem, sed per iniustam etiam possessionem, siuè retentionem, & quia non facit opus, seù fungitur officio, ob quod datur beneficium, ergò potiori iure, & iniuriam, & damnum Ecclesiæ intulit; igitur ad restitutionem tenetur, vt in aliarum rerum restitutionibus docent ex communi sententia DD. *D. Thomas 2. 2. quæst. 62. art. 7. ad 2. Anton. 2 part. tit. 1. cap. 12. §. 11. Maior in 4. quæst. 26. Med. quæst 8. Syluester verbo bellum quæst. 6. Couvr. part. 1. § 12. num. 17. Petrus Nauarra lib. 3. de restitut. cap 4. num. 73. & 74. & alij passim.* Hinc meritò *Aragona* non 11 modo ad stipendia, ad alium aptum ipsi indigno sufficiendum, sed etiam ad damna sequuta ex mala officij administratione, restituenda obligat tùm Indignum, tùm eius Promotores, qui causa sunt damni iam dicti. Demum cooperaretur iniquo distributori ineptus acceptans, fur-

Digitized by Google

turtumq. committeret, ad quod ius non habet. Quarè meritò *Petrus Nauarra mox citandus num.* 163. *&* 164. *Sotum* reprehendit *lib.* 3. *de iust. q.* 6. *art.* 2. *concl.* 9. contra hoc insinuantem, non peccare videlicet Indignum acceptantem beneficium; cum ipse doceat esse iuris naturalis diuini Digni electionem ad beneficium; Quod si bona fide ceperit possidere beneficiũ indignus, etiam primus obligatur ad damnum resarciendum, restitutionemq. modo explicatam faciendam, iuxtà communem opinionem in materia de restitutione, *D. Dhom.* 2. 2. *qu.* 62. *art.* 6. *Caietan. ibidem, & in summa verb. restitutio, Sot. lib.* 4. *de iust. q.* 7. *art.* 2. *Ioan. Med. de rest. q.* 10. *Couar. regul. peccatum par.* 3. *sub initio, Nauarr. in manual. cap.* 17. *num.* 7. *Molin. tract.* 2. *de restit. disp.* 718. *Petr. Nauarr. lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 181. *&* 182. & quoad rem nostram ratio est manifesta, nam cum inuita Ecclesia absq. titulo cõtra beneficiorum institutionem iste possideat beneficium, statim atq. hoc ei innotuerit, tenetur restituere abdicando, vel alia ratione supra declarata damnum resarciendo, aut impediendo. Deindè dum beneficium ei iniquè datum acceptasse innotuerit, cooperari censebitur deinceps peccato Conferentis, & furtum commisisse, quod sibi non competit possidendo, vt rectè *Petr. Nauarr. lib.* 2. *de rest. cap.* 2. *nu.* 133. *&* 138.

12 Neq. excusabitur ex ignorantia crassa iuris, vt si noscat quidẽ illud beneficiũ sibi non deberi, putet tamen per crassã ignorantiã nõ esse restituendum, vel illo se abdicandum; nam ignorantia legis, quæ à iure naturali traxit originem, vt speciali nomine est hæc restitutionis rei indebitæ, & iniquè comparatæ; non excusat; quemadmodum inter cæteros probè docet *Petr. Nauarr. laudatus n.* 182.

13 Si autem ignorantia fuerit facti, & crassa, quia nimirum quis non agnosceret se indignũ, non excusaret à mortali, malamq. faceret fidem, atq. ad restitutionem obligaret, vt de quacunq. alia re ob restitutionem debita, scribunt *Syluester verb. restitut. qu.* 7. *dict.* 2. *Gabriel in* 4. *dist.* 15. *q.* 3. *dub.* 5. *Nauarr. cit. ad finem num.* 182. *& alij.*

14 Quoad fructus autem censebitur obligatus ad quantum ex beneficio bona fide possesso est Indignus factus locupletior, deducta portione sui seruitij, vt super è *Rebello* indicatum est; & omnium DD. calculis firmata hæc regula, qui de restitutione scripsere, deducta ex *l. item veniunt, §. eos autem, ff. de pet. hæred. adiuncta Glossa, et ex l. sed etsi, §. consuluit. ff. eod. tit.* atq. alijs similibus iuribus, cuius ratio est, quoniam id, in quo factus est ditior possessor, est quasi effectus beneficij, quod datur propter officium, in quo videtur beneficium, quasi permanens, ei tamen minimè debitum, ac proindè restituendum. Quarè succedunt etiam illi fructus extantes, quibus factus est ditior Possessor loco rei ex hoc tempore iàm non suæ, atq. iniustè possessæ, vt fusè Auctores de restitutione præsertim *Molina tract.* 2. *disput.* 718. *d num.* 1. *ac deinceps, Petr. Nauarr. citatus nu.* 183. *expresè in re nostra lib.* 2. *c.* 2. *n.* 132. 133. *&* 135. *ex Mer.* extendente hanc eamdem doctrinam ad magistratus, aliaq. secularia officia.

15 Quod si mala fide beneficium inierit Indignus, fructus omninò non facit suos, in quo sẽsu do manum *Petr. Nauarr. lib.* 2. *de restit. cap.* 2. *num.* 155. atq. ex generali restitutione deducitur regula, ex qua constat malæ fidei Possessorem, ad eam non modo restituendam obligari, verùm ad cunctos fructus ex illa perceptos à puncto, à quo iniquè possedit, quousq. eius dominus (nos autem in re nostra dicemus eius iustus Possessor) si illam habuisset, percepisset, imò ad quodcumq. etiam teneri lucrum cessans, vel damnum emergens. Quæ omnia tùm ex iniusta acceptione, tùm detentione clarè deducuntur, vt est videre apud *Molin. tract.* 2. *de restit. disp.* 723. *n.* 1. *& concl.* 1. quod ad rem nostram aptabimus infrà *c.* 3. dùm de electione digni, omisso digniori disputabimus.

16 Secunda nostræ conclusionis pars est præcipua, quòd Electores, Collatores, Distributoresq. beneficiorum verè sunt causæ saltèm morales positiuæ, atq. efficaces influentes in iniustitiam, & qui hoc modo causam damno dant, ipsummet damnum dedisse videntur. *cap. vlt. de iniur. ex Rub. C. & ff. de magistrat. conuenien. & alijs passim iuribus,* ac per consequens ad restitutionem post ipsam electionem tenentur; imò præstare, vt ipse Electus suę satisfaciat obligationi, veluti docebat *Azorius à nobis in* 2. *opinione* relatus, sic deducitur ex *D. Thoma* 2. 2. *q.* 62. *art.* 7. *Caietano ibid. Adriano in* 4. *de rest. agente, §.* 2. *dub.* 1. *Maiore in* 4. *dist.* 15. *q.* 62. *Syluestr.* 3. *q.* 5. *Medina C. de rest. qu.* 7. *&* 8. *Nauarr. cap.* 17. *&* 130. *Gabriel. dist.* 15. *q.* 2. *art.* 3. *Couar. reg. peccatum* 2. *par. siuè de rest. §.* 7. *Petr. Nauar. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 6. *Lessio suprà citato, & alijs.* Confirmatur præterea quia qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, &c. Et quod hi peccant contra rationem proprij officij, ac muneris, contrà Remp. Christianam, atq. Ecclesiam, in quarum bonum omnes Collatores, seù Administratores beneficiorum tale susceperunt munus; & consequenter, ad quoduis damnum ex transgressione functionis proprij muneris sequutum, saltèm secũdario, vt explicatum est, tenentur; sic DD. cõsensu videtur exploratum; & videre licet apud *Molinam tract.* 2. *de restit. disp.* 739. Adde ex *Rebello* supra citato restituendum esse si quid damni etiam temporalis Ecclesiæ ob talem electionẽ emerserit; si enim mortale peccatum esset ad secularia officia Indignum eligere, quantò magis ad Ecclesiastica beneficijs adnexa cum restituendi onere: ex quorum iniqua collatione nõ temporalia modo manant damna, sed spiritualia in perniciem animarum, quorum causæ sunt iniqui Distributores beneficiorum, vt colligitur ex *Innocentio III. cap. graue nimis sæpè citato per ea, quanta in Ecclesia damna prouenient, nemo sanæ mentis ignorat*: Et quia peccant hi Collatores acceptione personarum, vt ex *sæpè citato cap.* 3. constat, magisq. patebit ex mox subijciendis. Quo autem pacto neq. dolus requiratur, neq. lata culpa ad contrahendum hoc onus, tùm quia ex officio tenentur dignos eligere, tùm quia

Digitized by Google

promanat hæc obligatio ex contractu sæpè explicato patebit magis ex his, quæ dicturi sumus *sequ. disp. c. 4. n. 22. & 5.*

17 Sexta conclusio. Non Ecclesiæ modo tenentur restituere tùm indignus Electus, tùm Electores iniqui, vel Promotores, vti dictum est, verùm etiam digno prætermisso, sic sentio cum Auctoribus tertiæ sententiæ. Quibus *Petrum a Nauarra addo lib. 2. de restit. cap. 2. num. 132.* & quidèm de hac obligatione ob electionem ineptæ personæ ad Episcopatum, vel Parœciam, vel quodcumq. aliud beneficium curam animarum habens annexam, patet ex *disp. 6. cap. 2. sæpè citato à num. 7.* vbi probauimus peccatum huiusmodi electionis iniquæ esse etiam contra habitum iustitiæ, quam adstruimus partim commutatiuam, partim distributiuam; patet etiam ex horum beneficiorum institutione secundariò ad bonum Electorum relata, quod intentum conducit etiam ad bonum Reipub. atq. Ecclesiæ, tùm ex palmari, atq. omnibus nominibus detestanda personarum acceptione manifestò in hisce electionibus intercedente. Quæ rationes vigentiores sanè sunt ad electionem Parochi relatæ, vti loco supra cit. demonstratum est.

De iniqua verò electione ad beneficia in præmium instituta Ecclesiasticorum, allatæ rationes etiam probant, quas nos *loco sæpè citato à num. 16.* prosequuti sumus, nonnunquam saltèm ità esse iniustam electionem Indigni, omisso Digno, vt obligationem absquè dubio pariat restituendi digno omisso. Idemq. satis, superquè probabiliter probatur de cæteris beneficijs etiam simplicibus, vt ostendimus *loco citato num. 17.* Dixi nonnunquam restituendi obligationem ex iniqua electione ad huiusmodi beneficia non curata nasci, quod vt ad finem *num. 21.* scripsi aliquando non est alius Candidatus horum beneficiorum, & consequentèr iniustitia contrà distributiuam tunc non esset. Quæ omnia vberiùs tractabimus *seq. disp.* vbi de electione digni, omisso digniore, in qua enodanda quæstione acriori studio disputarunt Auctores.

18 Septima conclusio. Modus seruandus in hac restitutione quòad personarum ordinem restitutioni obnoxiarum, idem prorsus erit, ob eadem rationum momenta, atquè *conclus. 5.* relatus, ex qua cum constet indignum teneri ad abdicationem vel Episcopatus, vel cuiusquè alterius beneficij, quod huic Digno prætermisso sanè dandum erit ab iniquis Electoribus, vel Collatoribus. In casu verò, quod plures essent digni, seruandus est, quod 7. *disp. cap. penult.* docuimus, & 12. *disp. huius lib. cap. vlt. nu.* 10. dicemus. De fructuum autem restitutione, quid si bona fide fuerint ab Indigno percepti, quid autem si mala, & *num.* 14. & 15. declarauimus, & *seq. disput.* iterum exponemus.

19 Vltima conclusio. In eo casu, in quo tùm indignus Electus, tùm Electores excusarentur à culpa, vt ad *calcem conclus. 1.* scripsimus, excusarentur etiam à restitutionis onere, etiam digno prætermisso, aliàs debitæ. Constat ex ibi assertis, quibus assentitur *Rebell. mox citandus.* Adhibita enim morali diligentia de electi idoneitate, ni idoneus aptusque inueniatur, atquè è re magis iudicetur præficere, vel eligere minus idoneum, quàm nullum, quæ quidèm ratio excusationis videtur esse sufficiens ad non restituendum iuxtà ibi dicta.

20 Quo autem modo teneantur ad restitutionem Iubens, Consulens, Consentiens, Laudans, vel aliquo pacto in indigni electionem, vel promotionem influens, constat ex dictis *disput. 6. cap. 3.* atquè ex indicandis *sequent. disput. cap. 4. à num. 14.* dùm agemus de Cardinalibus in Consistorio.

Primæ igitur sententiæ momentis operosum non esset satisfacere, verùm ex solutione argumentorum, quæ *sequenti cap.* afferemus clariùs deducetur. Prætèr quam quod *disp. 4. nu. 14. & cap. 5. nu. 16. 17. & 18.* secundum argumentum ost omninò dilutum. Reliqua cæterarum opinionum, vel non sunt contra nos, vel iam soluta.

DISPV-

Digitized by Google

DISPVTATIO DVODECIMA

Vtrum electio Digni, Digniore omisso, pariat restituendi obligationem.

SVperiorem excipit meritò hæc disputatio, quæ sicut illa difficilior, atq. vtilior, maiorem, ità iure quidèm suo postulat industriam: & cum hominum ingenijs in multas, diuersasq. aut etiam contrarias partes deducta sit, principes solum referre, ac reijcere mens mihi est, quibus euersis, aliorum sententiæ, noua non indigent oratione, quippè quæ sua penè falsitate ruunt.

CAPVT PRIMVM.

Prima refertur, ac reijcitur opinio.

SVMMA.

Prima opinio omnem restituendi obligationem, tùm Ecclesiæ, tùm digniori prætermisso, negat, num. 1.
In hac sententia Scholastici suffragium digniori denegantes non tenentur restituere, n. 2.
Hac de re vix cohærenter Sotus *loquitur, n.* 3.
Soti *diuersitas in dictis, n.* 4.

1 PRima sententia absolutè asserens ex electione digni, prætermisso digniore, nullam emanare restituendi obligationem varijs exponitur à suis Auctoribus modis. Et primò quidèm absolutè defenditur ab *Adriano in* 4. *agente de rest. cap. quia idm determinatum est, Led.* 2. *p. q.* 18. *art.* 2. *de simonia n.* 2. *Sot lib.* 4. *de iust. q.* 6. *art.* 3. *ad* 6. *argum. concl.* 2. *Molin. de primog. Hisp. lib.* 2. *c.* §2. *&* §7. *Mercat. cap.* 17. *vers. todo esto, ac alijs apud Garz. de benef. p.* 7. *c.* 16. *n.* 26.

Duæ sunt huic sententiæ partes, altera, qua restitutio facienda Ecclesiæ ob electionem digni, omisso digniore, negatur; altera, qua hæc eadem obligatio dignioribus restituendi, nec etiam asseritur. Prima pars à *Soto* argumentis *disp.* 4. *c.* 2. *relatis, ac solutis cap. vlt. à nu. præsertim* 6. probatur.

Deindè confirmatur etiam ab eodem his rationibus. Electione digni, reiecto digniore non peccatur contra iustitiam commutatiuam, ex qua, consensu DD. oritur restituendi obligatio: ex electione igitur digni, digniore relicto, minimè nascitur onus restituendi. Secundò, qui dignum eligentes digniori præferunt, contra fidelitatem tantũ faciunt, atq. instar Oeconomi, cui Paterfamilias iniunxit operarios cõducere optimos, peccat: sed Oeconomus infidelitatis solo scelere se astringit, aptos, non autèm aptiores conducens, ergò, &c. Quod si obijcias *Soto*, esse nihil posse indoctiùs, quàm affirmare reiectione dignioris iniquè non fieri contrà iustitiam distributiuam, ex qua nullus est, qui negat restituendi obligationem ortum ducere; vt cùm bona Reipub. inter ciues distribuuntur. Dat quidèm manum *Sotus*, vbi contra iustitiam merè distributiuam peccatur; quod euenire docet in diuisione bonorum communium inter ciues, quorum causa bona Reipub. distribuenda instituta sunt: secus autem sentiendum esse in collatione, seù diuisione Sacerdotiorum, ac præbendarum, quippè quæ licet dignis debeantur, ac ditiora dignioribus, non tamen horum causa, sed Ecclesiæ, cui præcipuè bono instituta sunt. Quo etiam fundamento vtuntur Auctores infra citandi, hanc eamdem sententiam ex parte defendentes.

2 Hinc in corollario secundo deducit *Sotus* scholasticis suffragia præstantibus digno ad Cathedram in Academia, dignioribus omissis, onus non esse restituendi, & si peccent contra iustitiam distributiuam; cùm Academiæ dent Doctorem dignum per rigorem iustitiæ commutatiuæ debitum.

3 At vereor, nè *Sotus* non benè prouisa, ac diligenter explorata posuerit principia, cum vel inuitus asserere compellatur iniquum electorem, vel digni promotorem, contempto digniore, teneri altera in electione huic prætermisso consulere, atq; accuratiorem habere rationem.

4 Verùm cum è *disput.* 1. *à cap.* 2. *& disput.* 2. *à cap.* 2. *ac* 3. *nec non disput.* 4. *cap.* 3. 4. *&* 5. *reliquisq. deinceps*; isthæc euertetim *Soti* fundamẽta, in præsentia reliqui solum illud erit, vt in eius dictis cohærentiam desiderari clariùs ostendam, siquidèm vbi *Sotus* de scholasticorum suffragijs loco citato loquutus est, statim addit, *& ideò* (hæc enim ipsissima eius sunt verba) *Elector licet Cathedram debeat digniori, hoc non est propter ipsum, sed quia per iustitiam commutatiuam debet scholis talem ministrum.* Qua igitur ratione his cohærenter loquitur, qui modo, vt docuisset, scholasticos Electores eligentes dignum, omisso digniore, ad restitutionem non teneri, quoniam contra iustitiam non faciunt commutatiuam, dantes Vniuersitati, ac Scholis dignum, eis tantummodò debitum: mox subdit relatam sententiam è diametro oppositam? Prætereà adiungit *Sotus* scholasticos præterito Digniori, Dignum eligentes, aliquam feciſſe iniuriam, quam in alia electione abstergere, atquè resarcire tenentur, illum cæteris paribus præferendo; quod autem de-

Digitized by Google

ceteris docuerat electionibus, vt ad finem præcedentis numeri subindicaui. At rogarem *Sotum*, vt aperiret, ex qua iustitia ad hanc iniuriam Digniori inustam scholasticos obligari? non ex commutatiua, contra quam fieri in hisce electionibus ille *concl.* 2. apertissimè negat, non ex distributiua, ex qua ni fuerit pura, vti non habetur hæc ab ipso *Soto*, negatur emanare obligatio restituendi; ergò ex nulla dicendũ est, hoc onus inscholasticos promanare.

CAPVT SECVNDVM.

Alter primæ opinionis defendendæ modus expungitur.

SVMMA.

Alter exponitur modus negandi obligationem restitutionis natam ex electione digni, omisso digniore, n. 1.
Reijcitur, n. 2.
Alius modus explicandi primam sententiam, num. 3.
Nullus ostenditur n. 4.
Alia ratio primæ opinionis defendendæ refertur, num. 5.
Refellitur vltimus modus probandæ primæ sententiæ, n. 6.

1 COuarr. 2. par. regul. peccatum, siue de restit. §. 7. num. 6. vers. verum, hanc eamdem probat sententiam in hunc modum. Si restituendi nasceretur obligatio ex electione digni, prætergresso digniore, ea quippè de causa nasceretur, quod alicui ab Electoribus, vel Promotoribus negaretur, quod suum est: Sed bona communia, quæ diuiduntur, vti Sacerdotia, non sunt propria, neq. personis debita, quibus danda sunt: ergò, &c. cum ex *D. Thoma* 2. 2. q. 16. art. 1. alio modo detur, quod est proprium, alio quod est commune. Secundo, quòd Electores, vel Collatores faciunt contra iustitiam distributiuam tantùm, ex qua non oritur restitutionis obligatio, ergò, &c.

2 Cæterum, vt supra dictum est, tùm *disput. 3. cap. 1. num. 11. 15. & 16. & de institutione beneficiorum disput. 4. cap. 4. & 5. & de peccato in electione digni omisso digniori disput. 7. cap. 2.* ex antecedenti voluntate efficaci Ecclesiæ, beneficiorumq. institutione constat, esse debita beneficia dignioribus, ac fieri contra iustitiam distributiuam, & commutatiuam simul, & quã falsum sit, non parere huiusmodi electionem restitutionis obligationem, vt *disput. 1.* demonstrauimus. *D. autem Thomas à Couarr. perperam citatus q. 62. art. 2.* discrimen meritò docet esse inter debitum ex hac iustitia, quæ non est merè commutatiua, & hoc rei nostræ necessariò supponens antecedentem voluntatem, legitimam, atq. efficacem ad ipsum inducendum. Præterea secum *ipsemet Couarr.* pugnare videtur, ad finem enim laudati numeri diluens argumentum impedientis Digniorem à consequutione beneficij; quem ad restituendum consensus DD. sicut infrà dicemus, obligat, Sacerdotia fatetur communium instar bonorum non se habere, quod etsi non ejus fundamento, nostro tamen haud negamus; quòd scilicet Ciues actu sunt Reipub. ac Ciuitatis partes, habentq. ius ad illa bona; digni verò, vel digniores Clerici, neq; partes sæpè sunt eiusdem Ecclesiæ, neque eadem ratione ius sibi vendicant, sed ex institutione, atq. antecedenti voluntate efficaci, legitimaq. vt *disp. 2. 3. & 4.* declaratum est. Ad propositum itaq. redeuntes cum *Couarr.* huiusmodi beneficia non tanquam bona communia scribat esse diuidenda, qua ratione suum argumentum in hac fundare potuerit paritate minimè video.

3 Hanc eamdem sententiam Recentiores docent eisdem ducti rationibus, quibus restitutionem negant faciendam Ecclesiæ, quam neq. dignioribus debitam sic probant. Nulli, quantumuis dignissimo est ius ad beneficia, ni sub conditione, qua Distribuentes, Eligentes, vel Conferentes velint eis tradere; igitur nulli fit iniuria à Distributoribus, Electoribus, vel Conferentibus nolentibus digniori beneficium tradere, à quibus nec etiam peccatur acceptione personarum, ni analogicè loqui velimus.

4 At cum *disput. 3. & 4. cap. præsertim 4. & 5.* clarè (ni me mea fallit sententia) demonstrauerim, verum esse ius Dignioribus, ad quam plura beneficia, deriuatum ab institutione ipsorum, voluntateq. antecedenti legitima, atq. efficaci, ac pacto, quod inter huiusmodi Distributores, atq. Ecclesias est, nec non *disput. 5. 6. & 7.* qua ratione propria acceptione peccetur personarum ab iniquis Electoribus, Promotoribus, &c. quàm falsa hæc sint luce clariora constant. Præterea Electores, seù Collatores contra proprium officium non peccare, vt insuper citati Neoterici scribunt, à vero magis distat; quoniam Distributores officiorum, beneficiorumq. sunt, estq. hoc sanè discrimen inter hos, aliosque, qui ex mera liberalitate, propria tribuunt alijs bona; quòd hi non ex proprio tenentur officio id præstare, neq. contra iustitiam faciunt, secus illi, vt ex *D. Thoma* 2. 2. q. 16. art. 1. notaui, neq. scio à quopiam Auctorum alicuius notæ negari.

5 Hinc etiam opinioni, quam primo loco retulimus, subscribit *Rebell. 1. par. de oblig. iust. lib. 3. q. 4. n. 1.* neq. alio, quã argumẽto sępius allato

6 Oeconomi probat. Verùm cum hæc Oeconomi paritas à nobis in sensu Contrariorum, nulla sępissimè ostensa sit, imò, & *disput. 4. cap. 5. nu. 16. 17. & 18.* nostræ eamdem fauere doctrinæ ostenderimus, satis hic erit Rebello Rebellum opponere, qui loco citato *qu. 3. nu. 3.* scripsit his verbis ex *D. Thom. Oeconomus tamen, siue famulus, qui Distributor eorumdem bonorum consti-*

Digitized by Google

statueretur sub ea lege, vt secundum normam iustitiæ distributiuæ benè meritis distribueret, iàm non solùm iustitiæ distributiuæ, sed etiam commutatiuæ illis, & non alijs distribuere teneretur, ac proindè si secus faceret ad restitutionem de fraudatis obligaretur. Hinc fit, vt cum huiusmodi Distributores beneficiorum instar esse Oeconomi à Rebello descripti, suprà probauerimus, nullius sequatur momẽti esse hæc paritas. Hęc hactenus pro prima sententia, quæ ab omnibus citatis Auctoribus absolutè scribitur quoad eam partem, qua negatur restitutionis obligatio faciendæ Ecclesiæ; quoad alteram verò, qua negatur etiam facienda Dignioribus à nõnullis pro sententia afferenda laudandis, non adęquatè, sed inadęquatè asseritur, vt clariùs mox patebit.

CAPVT TERTIVM.

Secunda refertur, vt ab alijs circumscripta, & probata sententia, & reijcitur.

SVMMA.

Secunda refertur opinio, n.1.
Ab eius Auctoribus non rectè probatur, n.2.
Difficultas restituendi digniori prætermisso à Nauarra obiecta, reijcitur, n.3.
Prima limitatio assertæ sententiæ à nonnullis adhibita, vt vera sit tantum in collatione beneficiorum ex consensu, oppositione, atq. examine, vel absolutè curatorum, n.4. & 6.
Secunda limitatio eiusdem sententiæ, qua negatur obligatio restitutionis ob electionem digni, omisso digniore, ad Episcopatum, n.5. & 10.
Probatur, ac reijcitur prima limitatio, n.6.
Reijcitur secunda limitatio, n.7. & 11.
In votis omnium esse debet, vt opinio negans restituẽdi obligationem, ob omissionem dignioris, omni careret Auctore, n.8.
Meritò reprehenduntur sectatores opinionum aptarum ad relaxandam Christianam disciplinam absquè discrimine earum, quibus imbuendus est populus, vel quę post factum permittenda, n.9.
Reijcitur Nauarrus secundam limitationem approbans de Episcopis, n.10. & 11.

1 SEcundà opinio restitutionem asserens faciẽdam esse Dignioribus omissis, absolutè defenditur à *Paludano in 4. dist. 15. q. 2. art. 2. num. 12. & ibid. Riccardo, Caietano 2.2. qu. 62. art. 2. ad quartum in 3. dubio, & in summa verbo acceptio personarum, Syluestro verbo restitutio 3. Molina tract. 2. de iust. disput. 714. num. 1. ad finem, Aragon 2.2. qu. 62. art. 2. post 5. conclus. ad 5. dictum D. Thomæ conclus. 3. Salon quæst. 63. art. 4. controu. 3. Vasquez opuscul. de benefic. cap. 2. §. 3. dub. 17. & alijs.*

2 At quamquam, vt sequenti docebimus capite, hanc cęteris præferendam arbitramur sententiam; nihilo tamen secius id non ex fundamento laudatorum Auctorum, sed è nostro, quod superioribus iecimus disputationibus. Nàm cum vnanimi omnes consensu asserant ab iniquis collatoribus fieri contra iustitiam distributiuam, quo pacto tamen ex hac obligatio deriuet restituendi, probè non explicant, vti nos *disput. 1. 2. & 3.* demonstrauimus. Deindè aiunt quidem citati Auctores, iniquos collatores acceptionis personarum scelere se adstringere: at quodnam sit illud ius necessariò suppositum, ac requisitum ad acceptionem personarum, ex quo hæc beneficia dignioribus debentur, minimè declarant; imò nonnunquam confundunt, vt præstat *Petrus Nauarra* non distinguens ius militum fortitèr facientium in bello ad spolia, vel promissa, vel iure belli fortioribus debita à virtuali, ac remoto, quod ob sui tenuitatem, lęsum, non poterit proprium esse obiectum iustitia ad restitutionem obligãtis; quæ omnia, cum *superioribus disp. nos* declarauerimus cohærenter, quam indicauimus sententiam suis *seq. cap.* conclusionibus explicandam meritò amplectimur. Demùm horum DD. nonnulli restitutionem ità dignioribus asserunt faciendam, vt negent, habendam esse Ecclesiæ, quod absolutè prolatum minimè placet. Ex his est *Aragon. laudatus ad §. dictum D. Thomæ, §. quarto etiam est certum*, probatquè quod inter ministrum aptum, ac stipendium datur æqualitas iustitiæ commutatiuæ. Verum hoc erat probandum, cùm illud purum non sit stipendium, sed sic institutum in bonum Ecclesiæ primariò, vt meliori dandum sit ministro, & per consequens secundariò in præmium eligendorum ministrorum, vt copiosè *disp. 5.* diximus.

3 Difficultas autem obiecta à *Petro Nauarra num. 138.* restituendi dignioribus ob iniquam huiusmodi electionem, non est tanti facienda, vt ab onere iustitiæ iniquos excuses. Quid? quòd eadem est, ac restituendi dignis ob indignorum electionem. Sicut igitur *Nauarra num. 136. ac deinceps, nec non 154. citati cap. 2.* teneri scribit Electores, vel Promotores indigni ad restitutionem, digno prætermisso faciendam, ità pariter asserere similem poterit obligationem Electores vrgentem, qui dignum, omisso digniore, elegerunt.

4 Huius etiam opinionis etsi non adæquatè sumptæ, cum aliqua tamen adhibita limitatione sunt alij, præter citatos Auctores quartam in ordine docentes opinionem. Prima igitur limitatio adhiberi solet, vt vera censeatur asserta sententia, in electione ad beneficia, per concursum, oppositionem, vel examen danda, quæ si dignis, paruipensis dignioribus, conferantur, oriatur obligatio restituendi; sic ex Auctoribus negantibus restitutionem faciendam Ecclesiæ, *Lessius lib. 2. de iust. cap. 34. dub. 15. nu. 74. §. dixi modò, Rodriquez in summa 1. tomo cap. 106. & Bartol. Medin. quos citat, ac sequitur*

Con-

Digitized by Google

Gonzalez de benef. par. 7. cap. 16. num. 38. & 2. 43. apud quem Merca. Anto. Genuen. Rebell. de oblig. iustitiæ lib. 3. q. 5. n. 2. aliq. passim, præsertim Recentiores, qui quidèm communem illam videntur facere sententiam.

5 At *Petrus Nauarra lib. 2. de rest. cap. 2. num. 145. & 146.* duplicem adhibet limitationem: primam *num. 146.* qua negat restituendi obligationem ob omissionem Dignioris electi ad quæuis alia beneficia distincta à Curatis: alteram indicatam *num. 145.* atq; explicatam *num. 175. ac deinceps in limitatione 16.* qua negat onus restituendi ob electionem digni ad Epi-
6 scopatum, omisso digniore. Primam autem indicatam *num. 146.* probat, quia acerbissima quidem esset sententia, asserens, Prælatos omnes, qui non conferunt dignioribus, Canonicatus, Personatus, Ecclesiarum Cathedras, & Collegiatarum, Præstimonia, & cætera simplicia beneficia, in statu esse damnationis; quia cum ad restitutionem teneantur, minimè restituunt eo, vel maximè, quod *Tridentinum* Episcopalia beneficia, & curata Dignioribus esse conferenda decreuerit, ex quo videtur concessisse cætera beneficia distribui ad arbitrium Prælatorum posse, & *sess. 5.* cum decreuerit Canonicatum Lectoris, & si quæ alia sunt huiusmodi digniori conferenda esse, vt hodiè est in vsu; cæteros videtur Canonicatus arbitrio Superioris reliquisse. Secundò probat ex natura rei; beneficia non sunt bona communia decertantibus debita; igitur nulla committitur iniustitia, aut personarum acceptio, si dignioribus non conferantur.

7 Verùm enim verò ex eodem Auctore doctrinam Tridentini perpendente, falsam secùdam esse eiusdem limitationem deducitur: cũ Concilium digniorem desideret personam ad Episcopatum: Præterea quinam sit sensus Concilij satis abundè à nobis declaratus est *disput. 7. cap. 2. num. 19.* Deindè haud, vt opinor, errauero, si ex *Vasquez* viro mihi magno in primis solutionem argumenti *Nauarræ* primam probantis limitationem, duxero, quippè qui Vasquesij fontibus hortulos suos, optimus eiusdè discipulus, irrigauit, vt in *Præfatione tractatus posthumi de rest. ipsiusmet Vasq. dicitur.*

Quocirca quòd sibi parerent Prælati malum (ac Deus auertat) per summum nefas, indulgẽtes, vel gratiæ, vel humano fauori, vel alijs rationibus, ad electionem rectè habendam minimè facientibus, acerbissimum non est censendum, cum sponte subirent. Deindè non idcircò eos (si qui sunt) in malo esse statu damnationis pronuncio; cùm contraria ducti sententia, saltem ab extrinseco probabili, potuerint conscientiam efformare, atq. electionem digni habere, omisso digniore, quin se ad restitutionem teneri putent. Verum, vt doctè, æquè, ac piè laudatus *Vasquez de benef. §. 3. dub. 12. nu. 120. pro opinione contraria,* quam solum ab extrinseco probabilem existimo. *Non inuenio nisi auctoritate quorumdam, qua Electores contenti, sibi persualum habent, vt magis sint expediti, quo possint; quibus velint beneficia conferre sine restitutionis obligatione. Hanc etiam sententiam Electores Vniuersitatum, vt plurimùm sequuntur, vt possint esse à restitutione liberi, etiam si prò libito Cathedras, & præbendas Academiæ, quibus velint conferant.* Hæc Vasquez. Quibus
8 addo summoperè desiderandum esse, vt sicut firma quidèm ratione contraria sententia vacat, ità Auctorum esset expers, quorum occasione doctrinæ, me quidèm Iudice, christiana disciplina, & Respub. in maximo esse videtur periculo ruinæ: non modo quia parui fit virtus bonarũ artiũ studia iacent, ac quadam mediocri, fiuè fucata contenti habilitate, quamplures mollitie, otioq. diffluunt; verùm quia dùm putant Electores dignos eligere, sæpissimè non aptos ad Ecclesiarium perniciem, bonis contemptis, promouẽt, vt nos *disp. 7. c. 2. n. 15.* vberiùs prosequuti sumus.

9 Huc spectat iustus dolor piorum, ac doctissimorum virorum; qui quidèm cum è fonte sententias deducant, atq. æqua veritatis lance pẽdeant, quodq. probabilitatis singulæ habent momentum, prudẽter æstimant, Dei Opt. Max. gloriæ, eiusq. Ecclesiæ bono consulentes, quibus populus imbuendus est ab his, quæ post factum, quasi permissione quadam possunt admitti, doctè discriminant opiniones, neq. futilem aucupantur gloriolam Sectatorum sententiarum, ad animarum perniciem, atq. ad laxandam Christianã disciplinam aptarum; quæ tùm sæpè, & fundamento, vt supra relata sententia, & locuplete, vt aliæ, carent Auctore, tãquam è tripode à nonnullis Recentioribus ad pauca respicientibus, vt cum Philosopho loquar, citò enunciantur.

Secundum autem Nauarræ argumentum totum quantum est vacillat, & claudicat, cum *disput. tùm 3., ùm 4. 6. & 7.* ostenderimus Sacerdotia, esto bona non sint communia decertantibus debita, nihilo tamen secius posse circa illa, vt versari iustitiam distributiuam, ità contrariam deficere iniustitiam; non enim bona decertantibus debita vnicum, ac priuatiuum, quoad iustitiam distributiuam est obiectum; contrariumq. asserere in meridiana esset luce cæcutire.

Itaquè cum Ecclesiastica beneficia sic in bonum Ecclesiarum sint primariò fundata, vt etiam sint in bonum Electorum, quod tanquam medium fuit electum boni, quod optatur Ecclesiarum, atq. ex pacto sunt ita data Præsulibus diuidenda, vt dignioribus saltem aliqua conferantur, quemadmodum nos locis citatis apertè demonstrauimus; sicuti possunt iniustè diuidi contra proprium ius digniorum, in ipsos ex legitima voluntate, atq. efficaci antecedente deriuatum, ità restitutionem malè diuisa parient. Addo si ratio Nauarræ alicuius esset momenti, vim in omnibus sanè beneficijs haberet; cum tamen ipse non neget obligationem restitutionis ob electionem non dignioris ad Curata.

10 At audiamus *Nauarram* secundam limitationem probantem de Episcopis. Iraq. *nu. 117.* probat primò, quod valdè durum videatur Regem, aut Papam, aut Secretarium, aut alios quoscumq. cooperantes ad digni electionem,

omis-

Digitized by Google

omiſſo digniore, ad reſtitutionem obligari. Secundò hæc reſtitutio, vel facienda eſſet Eccleſiæ, vel Digniori omiſſo: non Eccleſiæ, cui ſatis electione digni conſulitur, non digniori, nam, vel hic deberet eſſe eiuſdem Eccleſiæ, vel diuerſæ, eiuſdem tamen Regni. Non eiuſdem, cum iura id iubentia abrogata ſint: Non diuerſæ, cũ impoſſibile ſanè ſit, explorare, vel agnoſcere meliorem, vel optimum, vbiq; quò ille fuerit gentium. Quod ſi reſpondeas digniori deberi beneficium, qui morali requiſitus diligentia haberetur aptior. Inſtat *Nauarra* ex hoc ſequi ſolos in albũ relatos à Secretario ius habere ad Epiſcopatum, & non alios meliores, quod abſurdum profectò eſſet, re in arbitrium ſolius Secretarij delata: Tertiò ſequeretur præterea ſi permulta eſſent Epiſcopalia beneficia vacantia, vni Digniori deberi. Quartò beneficia Eccleſiaſtica ex ſua inſtitutione bona communia non ſunt, ſed ſolùm ex iuris diſpoſitione, qua vti præmia laborantibus ex ſecundaria proponuntur obligatione, quamuis primariò deſtinata ſint, vti ſtipendia bonorum miniſtrorum, ergò quandocumq. Eccleſia publico non vocat edicto, vel alia quapiam ratione eligẽdos, non efficit Sacerdotia, vt communia bona, quæ tantum Digniori reddenda ſunt ex fidelitate, ſuperioriſq. præcepto, ſecus verò cum per edictum alliciuntur eligendi, quibus tanquam communia præmia proponuntur, beneficia vtiq. eis debita ex iuſtitia.

11 Cæterum iſta ſunt parũ admodum digna ſua mẽſe. Et quidem primum *Nauarr.* argumentũ nullius eſſe roboris ſuperioris eiuſdem euertentes limitationem oſtendimus. Imò illud argumenti genus eò ſerpere video, vt ad Reip. detrimentum, ac peſtem, ni è ſtirpe euellatur, tendat. Nihilò ſufficientior eſt ſecunda eiuſdem ratiocinatio; ſiquidem & Eccleſiæ facienda eſt reſtitutio, cui ſatis negamus proſpectum eſſe per electionem digni Præſulis omiſſo digniore, vt manifeſtis rationibus *diſput.* 8. probauimus; & digniori etiam modo in expoſitione veræ ſententiæ declarando, in præſentia contenti anguſtias *Nauarr.* demonſtrare, in quas omnem probam eligendi rationem redegit, vnius nimirum relationis Secretarij, vel Regi, vel Summo Pontifici, vel cuicumq. alteri Prælato habitæ; cum moralis diligentia digniores inueſtigandi, ad Epiſcopatum præſertim, aliaq. huiuſmodi beneficia, latiores profectò habeat fines, vt infra veram dilucidantes ſententiam, indicabimus.

In tertio autem argumento non ſedulò conſiderauit, ſed potiùs ſortitus eſt Nauarra, quid loqueretur; vbi enim digniori Epiſcopatus vnus fuerit collatus prò ratione maiorum ipſius meritorum, vel alij ſupereſſent æquè digni, de quibus iuxtà noſtram doctrinam *diſp.* 7. *cap.* 3. ferendum eſt iudicium, vel vnus alijs cãdidatus, ac ſufficienti diligentia perquiſitis ad Præſulatum aptis, dignior eſſet: & tunc gradatim promouendi ſinguli erũt prò ratione propriorum meritorum. Nodum igitur in ſcirpo quęſiuiſſe videtur Nauarra. Præter quam quòd hæc eadem vrget difficultas in reſtitutione ob electionem indigni, omiſſo digno, quam ille tamen adſtruit *loc. cit. num.* 136. & 154. Quartum deniq. argumentum, qui *noſtram diſput.* 3. & 4. legerit, ſentiet vim non habere; ibi enim clarè, me reor oſtendiſſe, qua ratione, ſuppoſita iàm inſtitione officiorum Eccleſiaſticorum, ac dignitatum; ex natura rei beneficia condita ſint, atq. fundata, nec non melioribus deſtinata, ità vt quamquam non negauerim, ſtrictius, aptiuſq. eſſe iuſtitiæ ius ijs, qui per edictum, vel alium aliquem modum vocantur ad examen; periculumq. propriæ ſcientiæ, probitatis, &c. faciendum, quàm non vocatis; nihilominus tamen his non deeſſe proprium ius *diſp.* 3. & 4. declaratum: eis ex voluntate competens antecedenti legitima, atq. efficaci; neq. qui contra hanc faciunt Electores in obedientiam ſolum, vel fidelitatem peccant; ſed in iuſtitiam, tùm diſtributiuam, tùm commutatiuam, ex qua beneficia aptioribus ad munus, atq. officium, ob quod inſtituta ſunt debeatur; ſed hæc ſatis, quæ dicta *diſp. illa* 3. & 4. repetere ſuperfluum ſit.

CAPVT QVARTVM.

Vera ſententia de reſtitutione facienda ob digni, digniore prætermiſſo, electionem ad curata beneficia.

SVMMA.

Duplex oppoſitionis, & conſenſus forma, n. 1.

Formula concurſus pactum includit inter Collatores, & Candidatos, n. 2.

Si alio conſilio, aliaq. mente vocarentur oppoſitores, cenſerentur decepti, ni expreſsè illis aperiretur, n. 3.

Ex digni electione, omiſſo digniore, ad beneficia danda per concurſum obligatio reſtitutionis manat, n. 4.

Ex innominato contractu facio, vt des probatur obligatio reſtitutionis, vrgens Electorem digni, omiſſo digniore, n. 5.

Ex promiſſione non modo acceptata, ſed ſub conditione onerosa tenentur Electores, Promotoreſq. digniorem eligere, n. 6.

Ex vi legis Sacrorum Canonum, & Conciliorum competit ius digniori, ex cuius læſione naſcitur obligatio reſtituendi, n. 7.

Sunt Iudices electores, iuxtà certas leges ex iuſtitia adiudicantes hoc beneficium Digniori, num. 8.

Etiam ſi tantum eſſent teſtes iurati Electores, ſiuè ad beneficia, ſiuè ad Cathedras adhuc tenerentur ex iuſtitia ad reſtitutionem, ni meliori ſuffragarentur, n. 9.

Ex nullitate talis electionis onus reſtitutionis probatur, n. 10.

Con-

Digitized by Google

Contraria sententia excusans Electores Apti, relicto Aptiore, ad beneficiū curatum, probabilitatè caret tùm ab intrinseco, tùm ab extrinseco, n.11.

Quod iudicium non Collector, sed rectus æstimator sententiarum ferat, n.12.

Electio digni, omisso digniore, ad quodcumq. beneficium curatum, restituendi parit obligationem, n.13.

An Cardinales peccent, teneanturq. ad restitutionem, si interrogati à Summo Pontifice dignum approbent, prætermisso altero, quem sciunt meliorem, n.14.

Peccarent tamen, atquè ad restitutionem tenerentur Cardinales efficacitèr consulentes, consentientes, aut laudantes ineptum, vel indignum propositum etiam in Concistorio, in Episcopum, n.15.

Quomodò tenebuntur ad restitutionem Cardinales etiam si non fuissent causæ, sine qua non, & quotuplex hæc sit, n.16.

Quid si esset dubius aliquis Cardinalis, nùm fuerit causa efficax, vel inefficax, & concomitans iniquæ electionis, n.17.

Etiam si maior esset propensio ad existimandum, causam fuisse malæ electionis, si tamen remaneret Cardinalis aliquis dubius, non teneretur restituere, n.18.

Peccarent Cardinales etiam si non fuissent causæ pravæ electionis, eam si probarent, n.19.

Quando per ratihabitionem Cardinales incurrerent obligationem restituendi, n.20.

Explicatur undecima regula iuris in sexto ratihabitionem retrotrahi, &c. n.21.

Ad onus restituendi contrahendum ex causis influentibus in damnum, si ex officio teneantur, non requiritur dolus, n.22.

Tacendo Cardinales in Concistorio peccabunt, & tenebuntur ad restitutionem, si Indignus eligatur, n.23.

1 NOtandum duplicem oppositionis formam considerari posse ad beneficia nonnulla conferenda: vnam si publico etiam vocentur edicto oppositores, ea sub lege, vt de singulis fiat periculum, maiorq. constet dignitas, qua Ornatum Collatores, seù Electores ad beneficium promoueant, absq. vllo tacito, vel expresso pacto illud conferendi. Quæ tamen oppositio propria, & vera non est, ideoq. à nobis prætermissa *disput. 6. cap. 2. num. 10. & 11.* Alteram fieri posse, atq. in vsu esse, ad cognoscendum aptiorem ad officium, seù beneficium obeundum, sub explicito, vel implicito pacto inter Collatores, atq. Oppositores inito, vt digniori conferatur. Pactum verò explicitum interuenire censebitur, quando in ipsomet edicto exprimitur; implicitum verò, si per consuetudinem, vel statum, cui Suffragatores, vel Collatores subiecti sint, præscribatur beneficium dandum Candidatorum dignissimo; & hanc formam ab Ecclesia seruari, non modo deduci potest ex his quæ *disput. 4. præsertim cap. 34. &* 2 *5. generalitèr* de omnibus beneficijs maioris momenti ad curam præcipuè relatis animarum, atq. ex concursu dandis, diximus, sed etiam ex *disp. 6. c. 2. & loco laudato à n.10.* disputauimus, & in hisce beneficijs expressè etiam à Recentioribus asseritur, vt à *Rebell. 1. p. de obligat. iust. lib. 3. q. 5. n. 3.*

3 Contra quam formam, si animus esset Collatoribus facere, nouoq. modo instituere aliquod officium, vel beneficium, esset profectò expressis verbis declarandum; alioquin decipi censerentur Oppositores, qui meritò sub consueta formula accersiri arbitrarentur. Subscribit *Ferdinandus à Castropalao tract. 13. disput. 2. par. 11. §. 4. num. 6.* qui cùm nuper suas lucubrationes publicis consignauerit monumentis, eam vigere in præsentia testatur.

4 His ità constitutis: Prima sit assertio; ex Digni electione, Digniore prætermisso, ad beneficia danda per concursum, alio præuio examine, aut per periculum scientiæ, morum, probitatis, &c. oritur obligatio restituendi. Est communi DD. placito hæc assertio firmata, quorum nonnullos *disputat. 6. cap. 2. num. 7. & disput. 7. cap. 1. pro secunda opinione, & cap. 2. nu. 16. ac deinceps citabimus. Est prætereà D. Thomæ 2. 2. q. 62. art. 2. ad 4. quam etiam in solutione ad tertium præcedentis articuli insinuauit, Alberti Magni in 4. dist. 15. art. 43. Scoti eadem dist. q. 2. ad finem, Riccardi ibidem in §. principali q. 4. ad 7. Paludani q. 2. art. 2. D. Antonini 2. p. tit. 1. cap. 12. §. 20. Syluestri verbo restitutio 3. q. 12. dub. 1. & 2. Caietani 2. 2. q. 62. art. 2. super solut. ad quartum, ac aliorum apud Rebell. part. 1. obligat. iust. q. 5. num. 5. Sanchez consil. moral. lib. 2. c. 1. dub. 46.*

Et quidèm manifestò sequitur deductione ex his, quæ locis citatis *cap. præsertim 2. disp. 6. num. 7.* in qua ius esse dignioribus ostendimus rigorosum etiam, proprium commutatiuæ iustitiæ obiectum, nedùm distributiuæ. Hanc autem securiorem esse sententiam nullus est, qui nesciat, nec non aptissimam ad bonarum disciplinarum studia excitanda, fouenda, & promouenda ad virtutis existimationem; ac demùm ad Ecclesiæ bonum, reformationemq. eò aptiorem, quò contraria accomodatior est ad Ecclesiasticam disciplinam labefactandam, vitia coronanda, gratiam humanam, fauoresq. fouendos, ac totius Reipub. Christianæ perniciem. Nec videtur negari posse ab Auctoribus allegatis *1. & 2. cap.* pro prima sententia, qui quidèm extrà casum videntur loqui oppositionis, & de sola puræ iustitiæ distributiuæ obligatione, quando; digniore prætermisso, absq. oppositione, vel examine, negant faciendam esse restitutionem; Et quamuis *Medina, Petrus Nauarra, atquè alij sup. cap. citati, quibus addo Salon col. 1115.* expressè de oppositione, atque concursu loquantur, verum nobiscum sentiunt quoad beneficia curata, vno dempto Nauarra aliter sentiente de Præsulatu. Antiquiores etiam Theologi modo citati idem, ac nos adstruere videntur, dùm obligationem agnoscùt restitutionis ortam ex violatione iustitiæ commutatiuæ, quam hic intercedere manifestum est. Imò *Nauarrus* contrariæ sententiæ propugnator acerrimus *cap. 17. summa, num. 71.* per oppo-

Digitized by Google

oppoſitionem, aliumuè titulum ſimilem, ius eſſe fatetur iuſtitiæ candidato ad beneficium, ex cuius iniqua denegatione reſtituendi manare obligationem docet. Quamquam igitur ab extrinſeco ſatis, ſuperquè probata ſit aſſertio, nec non argumento morali vtilitatis, imò & neceſſitatis, qua tenetur Eccleſia; prò viribus tamen firmiſſimis rationum momentis comprobanda, atq; contraria excludenda. Et primo à priori inter electores, ſeù collatores, & beneficij cãdidatos verſatur contractus innominatus, *facio, vt des*, vel expreſſus in edicto, vel virtualiter contentus, aut in conſuetudine fundatus, ſeù lege præcipiente, vt dignior præferatur; præſertim ſi hæc maximè naturis rerum conſentanea ſit, vt in noſtra, cum & *diſp. 4. cap. 4. & 5. & diſp. 5. 6. & 7.* oſtenderimus plerumq. ad beneficiorum naturam maximopere conſentaneam eſſe legem præcipientem, ea diſtribuenda eſſe melioribus. Nàm idcò periculum oppoſitores ſubeunt, exhibentq. ſe nõmodo nataliũ, ſed vitæ, doctrinæ, aliorumq; donorum, tùm naturalium, tùm ſupernaturalium examini, & non nũquam aliorum ludibrio, vt Examinatores, Collatoreſquè teneantur, perpenſis meritis, ſuum vnicuiq. ſeruare ius, ex officio etiam eis commiſſa authoritate à Repub. Eccleſia, Academia vel alia quacumq. Communitate. Sicut igitur in reliquis huiuſmodi cõtractibus oritur onus, & iuſtitiæ, & reſtitutionis, iniquè ſi fiat, vel iudicetur has inter Partes contrahentes; ita in hoc, in quo Electores Eccleſiam repreſentant, & cuius nomine matrimonium cum electo cõtrahunt, vt rectè *Abbas. c. 1. de translatione n. 9. & cap. licet eodem ex Innocentio.*

6 Secundò promiſſio acceptata, ſub conditione præſertim onerosa, obligationem parit iuſtitiæ; acquiritur enim ius ad rem promiſſam, vt probè ex iuris peritis *Antoninus cap. 1. de pactis nu. 2. Panormitanus cap. qualiter in fine eod. tit. Alexander de Neuo cap. debitores de iure iurãdo n. 9. apud quos alij Canoniſtæ. Et è Theologis Riccardus in 4. diſt. 48. art. 3. q. 3. Sotus lib. 7. de iuſt. q. 2. art. 1. ad primum, verſ. at verò in contrarium, Molina tom. 2. de iuſt. tract. 2. diſp. 262. & n. 11. Vaſquez 1. part. diſp. 85. cap. 7. Leſſius lib. 2. de iuſt. cap. 18. dub. 8. nu. 14. ac deinceps, Sanchez lib. 1. de ſponſalibus diſp. 5. n. 20. alijq; apud Garziam de beneficijs cap. 16. nu. 40. 55. & 61.* Sed vocatis per edictum, vel alio modo accerſitis ad examen, & concurſum ſub propria forma, quæ in præſentia eſt in vſu, vt in noſtro notabili indicauimus, promittitur, vel expreſsè, vel virtute, atq. implicitè beneficium, pro quo fit concurſus, vel ſubitur examen; ergo parit in electoribus, Promotoribus, vel Collatoribus, qui quidem vices gerunt Eccleſiæ, vel Reipub. obligationem iuſtitiæ ad commutatiuam ſpectantis; & neceſſaria ſequela ad reſtitutionem obligantis; Nec ſatisfacias, ſi è *Garzia modo citato n. 57.* hanc negaueris promiſſionem, quæ quidem explicari ſolet per ea verba edicti, *quod vnicuiq. ſeruabitur ſua iuſtitia* perperam explicata à *Garzia*, quæ ſanè ſignificant vnicuiq; ſeruandum eſſe ſuum ius ex pacto, & cõtractu, *facio, vt des*, reſultans.

Nam vndè deduxerit *Garzia* ius, ſiue iuſtitiam, cuiq. ſeruandam non eſſe ad promiſſionem ſubſequentem, & contractum, ſed eſſe eis antecedentem, haud faciſe video; quor ſum enim illud edictum? quorſum examen quorsũ inueſtigatio natalium, ſcientiæ, morum, aliarumq. qualitatum, quæ præſcribuntur à *Tridentino* ad Parœſias dandas *ſeſſ. 24. c. 18.* quorsũ tantũ aggrediũtur diſcrimen propriæ famæ Eligẽdi, ni mediũ illud cenſerent ſuffragij fauorabilis ſingulorũ? & ſanè ridiculus profectò eſſet tãtus apparatus, ſi ſcopum non haberet, in bonum Eccleſiarum, Populi vtilitatem, exiſtimationẽq. virtutis, Digniorem minus digno præferendi; atq; ex oppoſito innumeris dolis daretur occaſio; igitur ſicut eſſet iniuſtitia cum obligatione reſtituẽdi, ſi alterum eligerent Electores à competitoribus diſtinctum, ſic erit iniuſtitia dignum digniori præferre cum eadem obligatione reſtituendi; ſicut enim tenentur Electores non præponere alium, qui tantum ſiue examinis, ſiue concurſus noluit ſubire diſcrimen eis, qui periclitati ſunt, ità non præferre dignũ digniori; & ſicut deberetur res plus offerenti, quando voce Præconis ſub haſta venditur, ac danda promittitur, *l. locatio, ff. de publican. vectigalib.* Nequè *Garzia poſt Tridentini decretum modò laudatum, ac Bullam Pij V. de collatione Parochialium*, ex qua digniore reiecto, ius datur appellandi à mala electione, quam ipſemet Auctor perpendit *9. par. cap. 2. à n. 239.* audet negare rigoroſum iuſtitiæ ius, ex cuius derogatione obligatio fluat reſtituendi.

7 Tertiò legitimè leges, vt dominium auferre poſſunt ab vno, quod in alterum transferãt per præſcriptionem; ità à fortiori grauioribus præſertim de cauſis ad bonum Reipublicæ facientibus, cuiquè priuato ad aliquod bonum etiam commune ſibi vendicandum ſub certa onere eidem præcipuè iniuncto ius conferre valent, & pariter obligationem iuſtitiæ commutatiuæ Collatoribus, vel diſtributoribus poſſunt imponere boni diſtribuendi, ſub certa formula, quæ non ſeruata, teneantur ad reſtitutionem: Sed hæc ſancita eſt lex ad huiuſmodi beneficia, ſiue ſpectetur decretum Tridentini, ſiue Bulla Pij V. citata, ſiuè formulæ aliæ concurſus ad Cathedrat, cæteraq. huiuſmodi officia, ſeù beneficia dãda, vt eſt à nobis relata *diſp. 7. cap. 2. à n. 9. è Concilio Baſilienſi à Martino V. confirmato, & Authent. de Monachis cap. 9. § ordinationes*, vbi legitur, vt ex Monachis illæ præficiatur in Abbatem, qui inter alios optimus exiteritiigitur &c. Quarto tàm electores 8 ad beneficium, quàm ſcholaſtici ſuffragantes Lectori eligendo non ſunt merè teſtes, vt probat *Sotus lib. 4. q. 6. art. 3. ad 9. arg. poſt coroll. 2.* Sed aliquo pacto iudices, quatenus inadæquatè ſententiam, veluti partialem de eligendo ferunt; igitur non modo tenentur ex quaſi contractu, iam explicato, ad ſeruandum ius illorũ rigoroſum, ſed etiam ex officio, vt *diſp. 6. cap. 2. aſſert. 2. à nu. 11.* indicaui, tenentur eaim ex officio ad ferendam iuſtam electionis ſententiam iuxta Eccleſiæ, vel Academiæ leges digniorem præferendum præcipientes. Res enim in cauſa

Digitized by Google

iudicialiter vni certo è pluribus ex iure, lege, sententia, vel aliqua alia efficaci, ac legitima voluntate danda contra iustitiam commutatiuam alteri adiudicatur; ergò cum beneficium, vel officium vni è multis iuxta peculiares, vel oppositionis, vel institutionis illius officij, vel beneficij per varias dignitatis discussiones dãdum sit à Collatoribus, vel Electoribus, peccabitur ab his contra iustitiam, si secus fiat.

9 Quid? quòd etiam si testes essent, siuè suffragatores, siuè Electores, sciẽtiæ, probitatis vitæ, cæterorumq; donorum ad beneficia, vel ad Cathedras desideratorum, si falsò iurent, ad restitutionem tenentur, quòd ex officio ad rei veritatem declarandam obligantur: igitur à fortiori, si iuramentum esset promissorium, quod solent Electores, aut Suffragatores emittere.

10 Quinto omnis collatio beneficij Parochialis præter formulam à *Trident. sess. 24. cap. 18.* traditam est nulla, vt *disp. 10. cap. 1. n. 1.* demonstratum est; sed vt ibidem habet Concilium, Dignior eligendus est ad Paræsias; ergò si secus fiat, nullum erit ius minus digno etiam electo,

11 Hinc cum ferè nullus sit Auctor, vel qui neget obligationem restitutionis ex iniqua Digni electione, relicto Digniore, ad huiusmodi beneficia præsertim curata, vel si fortè generatim, quis Auctorum contrariũ dixerit, de hisce dandis, nõ præmisso concursu, vel examine, loquutus est; neq. de iure, atq. obligatione strictissima commutatiuæ iustitiæ, sed purè tantummodò distributiuæ, necessaria conficitur sequela non esse momentum vllum rationis, quò quis probabiliter possit contrarium sentire, neque per probabilem opinionem contrariam, efformata conscientia, non modo absquè peccato operari, quod prorsus improbabile, ac falsum existimo; verum neq. absq. obligatione restituendi. Et quamuis nouerim nonnullum esse Doctorem, qui minus tantum probabilem, non omnino falsam iudicet esse contrariam sententiam, vt est *Reb. 1. par. de oblig. iust. q. 5. n. 5. §. vlt. quia ad finem.* Verum *hic idem Auctor eodem numero* sub principio multos ex DD. absolutè negantibus ob electionem digni resultare obligationem iustitiæ, loqui ait, non intercedente concursu, & spectata obligatione purè distributiua. Idem deindè *Rebell. loco primo citatus* asserit, non posse ex opinione sibi minus probabili licitè quempiam agere, & consequenter, neq. licitè promouere dignum, omisso digniore, ex contraria opinione minus probabili. Quam ob rem nemini Auctor essem, vt prætextu probabilitatis contrariæ opinionis, quæ quidem ea tùm ab extrinseco, tùm ab intrinseco videtur carere, Dignum vel eligeret, vel promoueret, Digniore relicto, ad huiusmodi beneficia, quem semper obligatum ad restitutionem ex peccato contra iustitiam existimarem. Quã

12 sententiam, qui veritatis, ac prudentiæ prò Ecclesiæ, vel necessitate, vel vtilitate, vera lance, sententiarum non Collector, sed æstimator fuerit, absq. dubio complectetur, neq. tutam in praxi facili negotio contrariam pronunciabit.

13 Sit assertio secunda Electio ad quodcumquè beneficium, curam animarum habens, & præcipuò nomine Præsulatus, etiam si non daretur ex concursu, si Digni tamen fuerit, Digniore prætergresso, restitutionem parit, sic sentio cum secundæ sententiæ *Auctoribus 2. cap. relatis, & Garzia 7. part. de beneficijs cap. 16. n. 43.* in limitatione, sub qua secundam illam defendit sententiam. Et primo patet ex his, quę *loco cit. n. 5.* disputata sunt contra Petrum Nauarram à nobis peculiariter dissentientem de electione Apti, omisso Aptiore, ad Præsulatum. Deindè ex *disput. 7. cap. 2.* deducendus est neruus assertionis, vt enim ibi *num. 16.* ostendimus hæc electio non modo est contra fidelitatem, verum contra iustitiam tùm commutatiuam, tum distributiuam, & in Ecclesiam, & in digniorem prætermissum, nec non acceptionis personarum rationem participat; igitur restituendi obligationem inducet. Antecedens probatum est loco citato, alijsq. superioribus disputationibus, vis autem consequentis sequenti capite demonstrabitur. Per accidens vero, vt excusaretur à peccato quis, digniorem respuens, ita à restituendi onere pariter eundem excusari, compertum habeo ex dictis *disp. 7. cap. 2. citato n. 23.*

14 His addo & peccare, & ad restitutionem obligandos, ratione inferius explicanda quoscumq. consulentes, consentientes, aut laudantes promotionem, vel electionem indigni ad Episcopatum, si eueniret, quod Deus auertat. Deduco è *Diuo Thoma 2. 2. quæst. 62. art. 7. in corpore, Caietano ibidem, Adriano in 4 agente de restitutione §. 2. Gabriele ibid. dist. 15. q. 2. art. 3. Syluestro verbo consilium n. 9. Couarr. reg. peccatum 2. par. §. 12. aliisq.* passim, etiam vtriusquè iuris Consultis, & consonat doctrinæ *disput 6. cap. 3. num. 2.* & quidem si consulerent, consentirent, vel laudarent electionem, vel nominationem personæ, quam tamen sciunt indignã, tanquam causæ positiuæ iniustitiæ, profectò tenerentur ad restitutionem, siuè fuerint causæ, sine quibus, non promouendus esset Indignus, siuè concausę fuerint promouentes, dummodo aliquò influerent pacto in electionis complementum. Patet ex Doctorum consensu in materia de restitutione, qui causas damni efficiẽtes, atquè in illud positiuè influentes obligari meritò docent ad restitutionem, igitur si eorũ consensus, consilium, laus causę fuerint efficaces electionis iniquæ, seù complementi promotionis personæ, inducent obligationem restituendi.

15 Dixi etiam si non fuerit ille quicumquè sit causa, sine qua non; quòd nonnullam videam Auctoribus discordiam esse in hoc, vocum potius, quã rerum, ad quam dirimendam, breuiter aio, causam sine qua non, vel esse omninò, ac prorsus talem, vel secundum quid, vel impropriè. Prima ratione se habet illa, qua posita ponitur, & qua ablata, aufertur effectus, vel quia altera totalis non esset, illum producere valens, vel quia concausa ex se tantum non cẽsetur habere virium.

Secunda est, quæ tametsi sine ipsa poneretur effectus, vel quia alia non deesset, vt sine

hoc

Digitized by Google

hoc igitur, si esset alter, fieret hæc combinatio, vel quia concausa ex se vires habet sola illam producendi, nihilo tamen minus dici potest causa, sine qua, non est, de facto productus effectus, vel quoad substantiam, vel quoad modum hic, & nunc, cum ipsa re vera in eum influxerit, siue sola, siue concausæ vnita.

Impropria verò non modo causa, sine qua non, sed ne causa quidem dicenda est, quæ cõcomitanter ita se habuit, vt non solum absque ea fieret effectus, verum iam factus sit, vt in electione videre licet, quę cum sit à maiori parte suffragiorum, vltima suffragia concomitanter prorsus se habent. Quibus ex se notis, atq; adnotatis, asserimus, si primò, & secundo modo causæ, vel concausæ fuerint illi, de quibus loquimur promotionis Indigni, consulentes, laudantes, aut consentientes, teneri quidem ad restitutionẽ. Si tertio, nequaquã, cum re vera Eligẽs, solus vel Promouẽs elegerit, ac decreuerit Nominatum promouere, quod consonat doctrinę *cap. 3. disp. 6. n. 14. & 15.* In quo sensu *Auctores de obligatione restitutionis disputantes*, reuocari possunt in concordiam, à quo pariter sensu non discrepat *Vasquez opusc. de restitut. cap. 9. §. 1. dub. 1. num. 4. & 17. & subscribit Petrus Nauarra lib. 3. de restit. cap. 4. à num. 11. ac deinceps. fauetq. communis doctrina DD. D Thomæ de adulante loquentis 2. 2. art. 7. & de consentiente, atq; consulente in 4. dist. 15. qũ. art. 1. ad tertiam quæstionem, Riccardus ibid. memb. 5. principali q. 4. ibi etiam Scoti de consulente, adulante, ac fauente q. 2. art. 4. ibid. Paludani q. 2. art. 3. Gabrielis dub. 2. nec non iuris Consultorum Bartoli in l. sæpè, ff. de verbor. signif. Decij in l. cõsilium, ff. de reg. iuris, Innocentij Hostiensis, & Panormitani ad cap. si quis dictum de homicidio, Couarr. 2. par. reg. peccatum §. 12. n. 2. Castri 2. de legibus pœnalibus cap. 13. ac deducitur ex §. ope. instituta de obligationibus, quæ ex cap. super de sententia excommunicationis.*

16 Quæres si æquale dubium, verè negatiuum remaneat post debitam diligentiam, quam dicti Promouentes, vel Eligentes, vel Cooperantes facere tenentur, an scilicet ad promotionẽ Ineptì, atquè Indigni concurrent, vt causæ influentes in substantiam electionis, vel modum, vt citiùs v. g. fieret, an verò solùm vt causę concomitãtes, sine quibus eadem ratione Ineptus propositus promoueretur, censendus nùm sit obligatus quicumquè ex illis ad restitutionem, hoc pacto dubitans: Respondeo minimè obligandum esse, & ratio est, quòd in æquali dubio melior est conditio possidentis, atq; ita docent de similibus causis, in genere tractantes materiam restitutionis, *Med. de rest. q. 7. Tabienna verbo restitutio §. 23. Ioannes Andreas, quos citat, ac sequitur Petrus Nauarra 3. lib. de rest. cap. 4. num. 58. & fauet D. Thomas 2. 2. q. 62. art. 7. in corpore*, meliorem esse autem conditionem possidentis, in materia iustitiæ docuimus 1. *tom. sæpe, & hic disp. 7. cap. 3.* eruditèquè tradit *Sanchez* ẽ *quam pluribus lib. 2. de matrim. disp. 41. & 1. tomo summæ lib. 1. cap. 10. à num. 9.*

17 Ad hæc etiam si aliquis ex illis in partem propenderet affirmatiuam, ipsum nempè fuisse causam influentem in illam electionem, vel promotionem, adhuc non teneri, nec prò qualitate propensionis ad restitutionem; quia cum maior illa propensio etiam ex rationibus vrgentioribus assensum minimè generet remquè ancipitem relinquat, non potest certè possessioni bonorum officere, quæ est cuicumquè ex huiusmodi causis. Idquè de omnibus similibus euentis eruditè docent *Vasquez 1. 2. disput. 61. cap. 7. num. 42. Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. q. vnica sect. 23. n. 231. & Sanch. loco summa laudatus.*

18 Quid autem præstandum sit, intercedentibus opinionibus diximus *loco sup. citato cap. 3. in principio*. Non tamen inficior grauiter peccaturos huiusmodi Promotores, etiam concomitanter se habentes, atq. excusatos à restitutione; si laudauerint, consenserint, vel aliquo pacto approbauerint electionem indigni, vt è communi sententia notarunt *Vasquez allegatus n. 6. Nauarr. lib. 3. cap 4. n. 33. atq; alij*, & nos indicauimus *disp. 6. cap. 3. n. 3.*

19 Quod si per ratihabitionem electionis, nominationis, vel promotionis indigni, quam habere quicumquè cuius aliquo pacto hoc interesset, impediretur restitutio, alioquin facienda ab Electore, Promotore, &c. penès dicta *cap. 1.* teneretur sanè ratum habens, suo ordine, secundo videlicet loco, restituere, idemquè iudico, si ex illa ratihabitione restitutio indiretur, alioquin à Promouente, vel Eligente dignum, prætermisso digiore, facienda. Ratio est, quòd etiam si compertum omninò habeam ratihabitionem facti præteriti, obligationem non inducere restituendi, tùm quia ex illa, neq; causaliter, neq; realiter pendet damnum, tùm quia omnes asserunt, ratihabitionem facti, non præstiti nomine ratihabentis, nihil operari per *regulam nonam; Ratum, &c. de regulis iuris in sexto*, & consequenter in præsentia non vrgere alteram regulam 10. *ratihabitionem retrotrahi, & mandato non dubium æquiparari, vt probè Glossa ibi verbo ratihabitionem, & Med. C. de rest. q. 7. ad 4. arg. Nauar. in summa cap. 47. n. 233.* & mox vberiùs dicemus; Nihilo tamen minùs, cum sit vera causa in hoc euentu detentionis iniquæ, restitutionem impediendo damni, &c. obligationem profectò pariet restituendi, vt optimè ex *Maldonato, Angelo, & Syluestro notat Vasq. de rest. cap. 9. §. 1. dub. 1. nu. 20.*

20 Oppones in contrarium *Reg. iuris 10. in 6. ratihabitionem, &c.* Respondeo comparari ratihabitionem mandato, non respectu patrati operis, atq; obligationis restituendi, sed respectu contractuum, vel quasi contractuum, quia sola voluntate, externo signo declarata firmari possunt contractus præteriti, non autem valet damnum præteritum causare. In foro etiam externo punitur ratum habens aliquod factũ suo nomine, ex præsumptione; quod lego notatum etiam à *Vasquez in opusc. de restit. cap. 9. §. 1. n. 1.* Quam plura de ratihabitione scitu digna *tomo 1. loco mox citando n. 14.* scripsimus.
Neq; ad contrahendum restituendi onus hac de causa dolus requiritur, cum ex officio hu-

Digitized by Google

iusmodi personæ teneantur, quippè quæ tantũ ex negligentia, & peccant contra iustitiam, & obligationem subeunt restitutionis, vt probè Petrus Navarr. lib. cap. 4. n. 23. & 24. obligabũtur præterea, si ex ignorantia præstiterint, turpe enim est nobili, & patritio ignorare iura, in quibus versatur, aut versari debebat, l. 2. ff. de orig. iur.

21 Num autem Eminentissimi Cardinales in Consistorio rogati si taceant in huiusmodi casibus peccent, ac teneantur ad restitutionem, deducendum tum ex dictis à nu. 15. vsq. ad 18. tùm ex *D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 7. ad tertiũ* agente de causis, quasi negatiuè se habentibus, è *Caietano ibid. §. vltimo., Adriano quæst. 5 de restitut. post Alensem, aliosq; allegatos à Med. q. 9. quibus addo Vasquez de restitut. cap. 9. §. 3. dub. 1. num. 6. & 7.*

22 Quæres, an Eminentissimi Cardinales peccent, atq. ad restitutionem obligentur, si à Summo Pontifice interrogati propositum in Episcopum dignum quidem approbent, quando hic, & nunc promouendum alterum, vel alios existiment ad talem Ecclesiam digniorem. Respondeo cum *Paleato in tract. de Sac. Consistorio consul. part. 4. q. 1. vers. quo loco. Cardinalium* non interesse aliquem ad Episcopatum admittere, sed tanquam Papæ Consiliarios, quibus votum est consultiuum, non decisiuũ, solum teneri Pontificijs interrogationibus respondere fideliter propriamquè sententiam sincerè aperire, ex capit. fundamenta, §. decet de elect. in 6. per ea, *Decet namq; ipsi Romano Pontifici per fratres suos Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales (qui sibi in exequutione officij Sacerdotalis coadiutores adsistũt) libera prouenire consilia.* Et inferius. *Quin cum per ipsum Romanum Pontificem, in quibuscunq. negotijs contingeret eorum peti consilia in consulendo per omnia liberi eidem in omnibus, quæ pro tempore imminent liberè consulãt, & assistant.*

Itaquè cum ab ipsis Cardinalibus Pontifex Maximus in Episcoporum promotione sententiam exquirat, verum Nominatum Episcopali dignitate dignum esse arbitrentur, ad aliud sanè non obligantur, quam interrogatis satisfacere, illumquè si dignum iudicauerint, approbare. Immo, & Cardinales omnes iutam ferendi suffragij rationem habere præ manibus, meritò docet Paleotus ex testimonijs quatuor Cardinalium in publicam formam redactis, atquè ab ipsis subscriptis, de quorum formula sequenti Libro dicemus.

CAPVT QVINTVM.

Vera sententia de restitutione, ob electionem Digni, relicto Digniore ad cętera beneficia.

SVMMA.

Electio Digni, omisso digniore, ad beneficia maioris momenti secundariò in bonum eligendorum relata, ad restitutionem obligat. n. 1.

Quod etiam verum est in singulis electionibus ad singula horum beneficiorum n. 2.

Electio digni, digniore relicto, ad reliqua simplicia beneficia non parit obligationem iustitiæ. num. 3.

Discrimen inter electionem ad hæc beneficia, & reliqua. n. 4.

Per accidens excusari potest ab onere restitutionis, qui digniorem omisit. n. 5.

1 ORdinem scientiæ sequutus, atquè à clarioribus exorsus ad minus clara orationem conuertio ad reliqua videlicet beneficia, ad quæ quidem electio si fiat Apti, relicto Aptiore, pũ obligationẽ inducat iustitiæ, non est adhuc exploratum, ac de electione *sup. cap.* declarata, quẽadmodũ è sententijs *3. cap. n. 4. & 6.* relatis colligi pót. Ad hanc itaq. quæstionẽ explicãdã

Sit prima conclusio. Electio apti, relicto aptioread, beneficia maioris momenti, secundariò saltem instituta in bonum eligẽdorum, obligat ad restitutionem. Est hæc assertio *Auctorum pro 3. conclus. cap. 2. disp. 7. laudatorum, & pro secunda sententia in hac disputat. cap. 3. relatorum.* Probatur eisdem rationum momentis, ac aliæ *sup. cap.* assertiones: siquidẽ in huiusmodi electionibus, vel promotionibus contra iustitiam fieret partim commutatiua, partim distributiua. Præterea peccaretur acceptione personarum, vti loco citato probatũ est, igitur oriretur obligatio restitutionis, quod etiam ex his, quæ mox in alijs dicemus conclusionibus fiet euidentius.

2 Secunda assertio. Superius placitum non modo verum est, si pessimum sæpè præmeretur Dignior, sed singulis etiam vicibus. Manifestè conficitur hæc sequela ex *assert. 4. nu. 18. cap. 2. disp. 7. citata*, atq. ex Auctoribus ibi allegatis, ibi enim ostendimus clarè, hac iniqua electione, tùm contra iustitiam commutatiuam, tùm distributiuam, tùm per acceptionem peccari personarum, & nisi ex lenitate materię non excusari ab obligatione Electorem, seù Promotorem digni, relicto digniore, vt *ibid. n. 20.*

3 Tertia assertio. Digni electio, Digniore prætermisso, ad reliqua beneficia obligationem nõ causat iustitiæ, ac restitutionis. Per se sequitur

aper-

apertè *cap. citato n. 23. atq;* Auctoribus ibi laudatis. Ratio est, quia per se non est lethalis culpa, sed ad summum venialis, ergò siuè perpendatur iniuria, quæ prætendi potest contra digniorem, siuè damnum, & quidem leuissimum Ecclesiæ sequutum ex electione, vel promotione digni, non intercedente peccato graui obligatio non inducitur iustitiæ in conscientia, vt communis habet doctrina Theologorum *apud Petrum Nauarrum lib. 2. de restitut. cap. 1. n. 58. & apud Syluestrum verbo restitutio 2. §. 12. & 17. Sotum lib. 4. de iust. q. 7. art. 2. Innocentium in cap. sicut dignum in § eos de homicidio ad finem, magnæ Glossæ, Autorum de Butrio ibid. Panormitanum, Decium, aliosque ad cap. citatum sicut dignum.* Quæ quidem ratio vires habet siuè culpa spectetur, quod nullum hac in electione fæpè peccatum intercedit; vel si aliquod, & quidem veniale, ex quo licet esset graue damnum obueniens, prætermisso digniore; non tamen pareret obligationem restituendi, siue spectetur materia huius culpæ, qua nullius ferè consensu esse momenti respectu Ecclesiæ, siuè inspiciatur institutio talium beneficiorum, atq; officiorum cum ipsis connexorum. Dixi in conscientia, quod locum non videtur hic habere externum forum secundum, *legem in lege Aquilia, ff. ad leg. Aquil.*

4 Hinc euidentius discrimen apparet hæc inter beneficia, & curata, ad quæ si promouerétur digni, relictis dignioribus absq. dolo, vel ex sola negligentia, *superiori* diximus *cap. nu. 22.* onus promanare restituendi, quia ex officio ad electionem meliorum ad ea tenentur, quod quidem officium contractum inuolnit, *eodem cap. n. 2.* expositum: Liquet etiam inter electionem digni, omisso digniore, ad hæc beneficia, differentia ab electione ad eadem indignorum, ex qua etiam absq. culpa lata restituendi manat obligatio, vt *disp. 11. cap. vlt. n. 16.* indicauimus. Confirmatur, quod absurdum sanè esset ferè omnes etiam timoratæ conscientiæ, Prælatos in statu esse damnationis asserere, beneficia Ecclesiastica huiusmodi conferétes dignis. Neq. aliud quidpiam esse in vsu recepto probissimorum Prælatorum satis, superq. naturæ ipsorum institutionis accomodato docent *Petrus Nauarra lib. 2. cap. 1. nu. 172. & à num. 182. Ioannes Gutierez Canonicarum quæst. lib. 2. cap. 21. nu. 12. & 18. Vega, & alij apud Garziam de benef. tract. 7. cap. 15. à n. 16. ac deinceps.* Addo quamuis aliquando peccaretur mortaliter in huiusmodi electionibus, cum hoc vel esset scãdalum, & contra charitatem, vt loco citato diximus, vel ratione solius periculi contra iustitiam commutatiuam, & distributiuam, ni sequeretur ad tale periculum damnum, aut à parte rei iniuria, aut iniustitia, obligatio non oriretur restitutionis, vt ex furti periculo constat; vel esset tale peccatum contra iustitiam purè distributiuam, cui vt sic vis inducendæ restitutionis non est.

5 Quarta conclusio. Per accidens, vt à peccato excusaretur elector digni ad quodcunq; beneficium, digniore relicto, ità excusaretur ab onere restituendi. Est clara conclusio firmata ex Auctoribus, ac rationibus; quibus sextam *cap. citati* probauimus assertionem n. 23. exemplum autèm manifestum tradidimus *disp. 6. cap. 3. à n. 4. ac deinceps.*

CAPVT SEXTVM.

Cui facienda sit restitutio ex iniqua digni electione, prætermisso digniore.

SVMMA.

Restitutio ob electionem digni nata, digniore prætergresso ad beneficia curata, vel data ex concursu, tùm Ecclesiæ, tùm digniori facienda est. n. & 4.

Debetur Ecclesiæ in bonis eiusdem generis n. 2.

Iudex secularis vi contrà immunitatem Ecclesiasticam extrahens delinquentem ex Ecclesia, eidem de iustitia tenetur restituere n. 3.

Etiam si non compararet digrior ius ad beneficium ob concursum, quia tamen dolo impediretur compensandus esset restitutione, cuius onere premeretur Elector, vel Promotor n. 5.

Ob omissionem digrioris ad beneficium pingue restitutio ita facienda est Ecclesiæ, vt competat etiam ipsi digniori relicto n. 6.

Per pulchra comparatio iuris ad curata beneficia, & pinguiora non curata, atq; iuris ex concursu, & pacto prouenientis, atq; ex antecedẽti legitima voluntate statuente his, & non illis dandi beneficia n. 7.

Collatio legum præscribentium rationem conferendi beneficia, & vltimarum voluntatum n. 8.

Asserta hactenus restitutionem, cui facienda sit, nostra hic interest explicare.

1 Affero primùm, restitutionem natam, tùm ob electionem ad beneficia curata, tùm ex cõcursu data, ità faciendam esse Ecclesiæ, vt digniori prætermittendus omnino non sit. Hanc assertionem priusquam probem explicabo; cũ enim *disp. 4.* ostensum sit huiusmodi beneficia instituta quidem esse primariò in bonum Ecclesiarum, tanquam ad finem: secundariò autem, ac veluti medium talis boni proportionatum in vtilitatem, bonumq; eligendorum; hinc est obligationem vigere, tùm respectu Ecclesiæ, tùm ipsorum eligendorum, si iniquè conferantur. Quapropter, (vt vnico exemplo cetera indicem) ità Ecclesiæ, cui denegatus est optimus Parochus consulendum est, vt non nisi remoto iam electo digno, ratione inferius exponenda, ille idẽ, qui antea reiectus erat digrior, in Parochum asciscatur, atquè vna, eademquè promotione, tùm prætermisso apriore, tùm Ecclesiæ bono consulatur. Hac autem ratione declarata conclusio per partes probandas nobis

Digitized by Google

bis est; primo igitur quòd Ecclesiæ debeatur restitutio præter *Auctores hac disp. laudatos* docet expresse *Garzia de benef. tract. 7. cap. 16. num. 52.* ac præsertim in Episcopatibus. Et quidem in bonis eiusdem generis probatur eisdē argumentis, quibus *supra disp. cap. 2. hoc idem probauimus a n. 5.* atq. ex declaratione modo adhibita patet. Ostenditur deindè ex *disput. 7. cap. 2. a n. 16.* ex qua liquet electionem, tùm ad beneficia curata, tùm ad alia maioris momenti fieri contra iustitiam, tùm commutatiuam, tùm distributiuam, si omittatur aptior, & fane in Ecclesiam, cui fit iniuria, & primariò detrimētum subeundum est; ergo ipsi Ecclesiæ læsæ satisfaciendum. Quod confirmari potest omnibus argumentis Auctorum, qui pactum inter Ecclesiam, & Electores, vel promotores admittunt ad eligendum idoneum, quod nos adstruimus etiam ad electionem dignioris ex *disp. 4. cap. 4. & 5.* Probatur præterea Iudex secularis, qui vi, & contra immunitatem quempiam ex Ecclesia extraxerit, de iustitia restituere tenetur, vt aperte nonnulli videntur colligere ex *cap. mirum 17. q. 4. per ea Ecclesiæ igitur illæsum reuoca, quem, vt irreligiosissimus rapuisti*, docetq; *Abbas in cap. inter alia de immunit. Ecclesiast. nu. 26. Bartolus in l. præsenti, C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt, Oldradus cons. 54. Syluester, Angelus, ac alij, quos sequitur Suarez tom. 1. de relig. cap. 15. n. 6.* igitur à pari cum dignior, qui morali adhibita diligentia haberi poterat, & secundum voluntatem Ecclesiæ, institutionem, atq. naturam beneficij, ei debebatur, contra iustitiam profectò denegatur, & cōsequenter ex eadem restituendus est, non secus atq. extractus ab Ecclesia, cui facta est iniuria.

4 Quòd autem debeatur etiam restitutio digniori prætermisso est aperta sententia *DD. pro secunda opinione cap. 3. relatorum*, patetq. euidentiùs de electione ad beneficia data per cōcursum, examen, vel aliquod aliud discrimen morum, scientiæ, natalium, prudentiæ, cæterorumque donorum ad ea desiderata, ob rigorosum ius, proprium commutatiuæ iustitiæ à nobis assertum horum beneficiorum, quod habent Candidati, vti demonstrauimus tùm *disp. 4. cap. 4. & 5. tùm 5. & 6. tùm 7. cap. 2. a n. 12. ex quo capite n. 1.* maximè liquet, quam probabilitatis minimum sit contrariæ opinioni, si tamen quidpiam est, ita vt tanquam probabilem nulli suaderem. E contra verò hæc nostræ conclusionis pars omnibus omnino firmatur rationū momentis, pro obligatione nata ex electione iniqua ad alia beneficia, tùm ex aliarum opinionum confutatione *cap. 2. & 3.* habita.

5 Confirmatur præterea, quod esto nullum ius ad rem ex oppositione, vel concursu deriuaretur in Candidatos beneficiorum, adhuc electores omittentes digniorem, restituere tenerentur; quoniam per dolum, ac fraudem à consequutione beneficij eum impediuissent; longè aliter, ac est, ipsiq. ita vera sentiunt, ostendentes facto, ac reapse aptiorem minus aptum esse ad beneficia; est enim dolus malus iuxta *l. primam ff. de dolo*, quando aliud interius, aliud exterius agitur in alterius præiudicium; vel Auctore *Gallo Aquilio* aliud actum, aliud simulatum, quam definitionem lib. 3. de officijs maximè Tullius commendat, constat autem apud omnes, qui per mendacium, dolum, fraudemq. alterum impedit à consequutione, boni etiam non ex iustitia debiti, ad restitutionem teneri defraudato, vt *disp. 13.* infrà dicēdum est: si quidem habet ille ius, ne fraudetur, atque à boni consequutione impediatur, ergò, &c. Hinc nōn omninò abit re *Vgolinus de officio, ac potestate Episcopi cap. 10. §. 13. n. 2. vers. hinc patet*, scripsit ad hoc restitutionis onus asserendum iniuriæ illatæ aptiori rationem habendam esse.

6 Assero secundum; ob electionem ad beneficium pinguius, aptiore omisso, restitutionem sic faciendam esse Ecclesiæ, vt etiam dignior particeps ipsius sit, probatur ex his, quę diximus tùm *cap. 2.* alias reycientes opiniones, tùm *cap. 3.* paulò ante citatis, tùm *disp. 7. cap. 2. a n. 12.* Confirmatur etiam à priori, digniorem omittens, iniustitiam facit, atque acceptionis personarum scelere se obligat, vt sæpè locis indicatis probatum est, atq. de de ratione iustitiæ, vel purè commutatiuæ, contra quam fit ob prætermissionem dignioris ad beneficium ex concursu, aut examine dandum, vel partim cōmutatiuæ, partim distributiuæ ad reliqua est, vt ad æqualitatem reducatur iniquitas; donec enim æquaueris iniquum, quod commisisti, sēper iniustitiæ reus eris; ergò hæc iniustitia in beneficijs conferendis reducenda est ad æqualitatem; quod fieri minimè potest, ni eo restituto, quod vnicuiquè ex iustitia dandum erat: obligabitur igitur elector digniori ad æquiualens vtilitati beneficij compensandum secundum prudentis iudicium. Nec refert respondere in huiusmodi beneficijs dandis peccatum esse contra Ecclesiam tantùm, quod hoc *disp. 4. 5. 6. & 7.* ac sapiùs deinceps falsum demonstratum est. Hæc etiam proderit negare ex iustitia distributiua obligationem manāte restituendi, & quia multi ex ijsdem, qui hoc asserunt, illud minimè negant, & quia ex ea mediatè, vel occasionaliter onus restituendi quam plures docēt, & quia vt nos *disp. 3. & 4.* ostendimus hęc contra quam fit, iustitia non est purè distributiua, sed distributiua simul, & commutatiua, cui demonstrauimus etiam vires esse, restitutionis obligationem inducendi. Neq. in dispari rem assignare satis erit, collationem beneficiorum non se habere, veluti distributionem bonorum communium, vel quia hæc respiciunt à pura distributiua iustitia; vel quia sunt debita Ciuibus, secus beneficia, quæ non respiciunt à pura distributiua, cum primariò sint in bonum Ecclesiarum instituta, quemadmodum respondent *Sotus, Nauarra, & Couarr. 1. & 4. cap. laudati.* Nàm præter ea, qua ibi *tertioq. capite* docuimus, ac quæ *disp. 3. & 4.* Soti sententiam de iustitia euertentes scripsimus, & deinceps *reliquis disp.* confecimus. Ex illis sanè fol. clarius deducitur absq. fundamento figmentū prorsus esse, asserere, iniqua diuisione bonorum cōmunium contra putam peccari distributiuam iustitiam inducentem restitutionem, secus iniqua

qua collatione beneficiorum; Nàm esto iustitia ex qua hęc distribuuntur sæpè coniungatur iustitiæ commutatiuæ vires potiùs maiores sumit, quàm amittat, respicitq; ius non quidem, quod est partibus respectu bonorum communitatis, sed quod est dignioribus supposita institutione ministeriorum, officiorum, munerũ, beneficiorumq; Ecclesiæ, quæ absq; dubio optimos quosq; postulant. Et hoc ius est omnino
7 rigorosum dignioribus candidatis beneficiorum, ex oppositione dandorum, atq; alijs proximè accedens deriuatum, ex voluntate antecedenti legitima, atq; efficaci hæc distribuendi beneficia personis his, illisquè ornamentis donatis; sicut enim contra iustitiam fit dignus si eligatur, paruipenso digniore, nec seruatis concursus, examinis, vel periculi legibus: sic pariter fit contra iustitiam, non seruata lege, voluntateq; efficaci antecedente, ac præscribente his dignioribus, & non alijs, beneficia huiusmodi danda esse.

8 Confirmatur, quod minus non est iurium huiusmodi legibus condendi, ac præscribendi rationem distribuendorum beneficiorum, quã vltimæ testatoris voluntatis atqui si hæres, cui bona relinquuntur diuidenda coniunctioribus defuncti, alijs minus coniunctis distribuat, tenetur ad restitutionem, prætermissis coniunctioribus faciendam, quemadmodum obligaretur Oeconomus iussus distribuere pecuniarum summam pauperioribus, quam tamèn dedit minus indigentibus, quod supra sæpè probauimus, & docet *Salon col.* 1114. *& Rebell.* 1. *part. lib.* 3. *q.* 5. *n.* 5. *argum.* 5. ergo hoc idem in re nostra dicendum est.

CAPVT SEPTIMVM.

A quo, & quonam ordine asserta restitutio facienda sit.

SVMMA.

Prima sententia dignum excusat. n. 1.

Quibus poterit modis se habere dignus electus, ad hanc electionem per statu huius quæstionis. num. 2.

Aptus, sed dignus, neq. acceptare, neq. petere beneficium potest, alijs existentibus dignioribus candidatis. n. 3.

Confixa est lex, immerito à nonnullis asserta, qua digniores dicuntur cessisse beneficio, vbi digno iam datum est. n. 4.

In casu asserto tenetur beneficio se dignus abdicare. n. 5.

Electores, Promotoresq. vt immediatius iniquã causarum electionem, vel promotionem digni omisso digniore, obligandi sunt ad restitutionẽ. num. 6.

Falsùm est non fieri solere huiusmodi restitutiones, nec refert etiam si non fierent, cum vsus contra ius naturale sit abusus. n. 7.

Difficultas restitutionis non excusat, sed auertere debet iniquos Electores, vel Promotores ab iniqua electione, vel promotione. n. 8.

Hac lege tenetur etiam Summus Pontifex. nu. 9.

Quid dicendum in casu corruptæ Ecclesiæ. nu. 10.

Si dignus electus dubius fuerit, num meliores hic, & nunc existant, & consequenter num Electores, vel Prælatus iniustè elegerint, poterit sententiam sequi Electorum, vel Prælati. n. 11.

Potest dignus bona fide se exponere examini, absq; restituendi obligatione. n. 12.

Quod à Collatoribus licitè potest fieri, & acceptari, & peti potest: secus vero per petitionem, acceptationem, preces, vel alias artes, si iniustè Electores, vel Promotores id præstituri essent. n. 13. *&* 14.

Nonnunquãm excusabitur dignus electus à restitutione, secus autem Electores, ac Promotores. num. 15.

CVI, præcipuo nomine, restituendi onus incumbat explicaturi, obligationem, præcipuè digni electi prælati digniori expendemus, quam in hanc retulimus disputationem ex *coroll.* 8. *num.* 13. *cap. vlt. disp.* 6. ex cuius dilucidatione huius ordo restitutioni maximè pendet.

1 Communis afferri solet opinio dignum excusans electum, prælatumq; digniori, ab obligatione restituendi, vt videre prima saltem est fronte apud *Caietanum* 2. 2. *q.* 185. *art.* 3. *Azor.* 2. *part. instit. moral. lib.* 6. *cap.* 15. *quæst.* 13. *&* 14. *Vasquez opusculo de benef. cap.* 2. *§.* 3. *dub.* 18. *Lessium lib.* 2. *de iust. cap.* 34. *nu.* 7. *Aragonium q.* 62. *art.* 2. *ad* 3. *argum. contrà S. concluf. & alios sup. cap. relatos Auctores* passim.

Verùm enim verò, vt penitus Doctorum inspiciamus mentem, veritatemq. sincerè proferamus.

2 Notandum est primo posse dignum, vel bonà fide procedere, vel mala, vel dubia. Si bonà fide procedat, aut alijs se præstantiorem poterit existimare, vel æquè dignum, vel de hac collatione non cogitare, & si competitorem suum digniorem iudicet, se diligentiorem putare; Si autem mala fide modis his oppositis poterit se habere.

Et quidem extra quæstionem est, si se cęteris præstantiorem iudicaret quis, & merito, vel si æquè dignum, de quibus quæstionibus supra disputatum est.

Notandum secundò poterit dignus se tantũ sistere, atq. exponere, & acceptare beneficium delatum, vel illud ipsum dignioribus concurrentibus petere, ac sibi procurare, de quibus omnibus modis mox dicam.

3 Sit prima conclusio. Dignus mala fide neq. poterit acceptare beneficium delatum existẽtibus dignioribus eiusdem beneficij candidatis, neq; procurare. Est communis sententia tùm laudatorum, tùm aliorum *Toletani* 2. *l.* 1. *b. cap.* 2. *nu.* 163. *Caietani* 2. 2. *q.* 62. *art.* 2. *ad* 2. *dub. factum contra arg.* 4. *D. Thomæ*, *Lessij lib.* 2. *de iust.*

Digitized by Google

inst. cap. 12. dub. 17. nu. 129. §. respondeo, qui hoc docent, vbi certò cognoscat dignus cæteros candidatos se præstantiores esse, per notitiam de inæqualitate notabili, ad malam huiusmodi fidem, prudentis iudicio requisitam, & *lib. 2. cap. 34 dub. 15. n. 76.* non licere asserit huic apto consentienti alterum se longè præstantiorem, inducere Electores, vel collatores ad beneficium ipsi dandum, vt dixerat *eodem cap. dub. 14. n. 70. §. respondeo, Vasq. de benef. cap. 2. dub. 18. n. 124. 125. Rebellus lib. 1. de oblig. iust. 1. par. q. 6. n. 1. ac aliorum.*

Ratio autè est, quàm sub initio indicauimus loco allegato *coroll. 8. n. 12. ac deinceps*, quod vt sic cooperatur acceptans; ac petens iniquè electioni, quæ absq. peccato mortali, vt sic haberi non posset. Quapropter hic non se haberet, hoc in euentu, eadem ratione, qua, qui rem sibi necessariam emunt à transgressoribus taxæ, vel mutuò à fœneratoribus accipiunt; qui quidem sine peccato vsurarum possent tantum mutuare, & sine taxæ transgressæ vendere; & aliter etiam, ac qui iuramentum exprimunt ab infideli, vt loco citato vberiùs prosequuti sumus. Deindè impedimento esset digniori dignus petendo, atq. acceptando beneficium, de quo rationis momento *sequenti disp.* ex instituto disseremus.

4 Nec refert, quod aliqui dixerunt, eam asserentes legem oppositionis in beneficijs ex illa dandis vigere, vt si adiudicetur beneficium, licet iniquè, minus digno, dignior ea contentus electione debeat esse. Tùm quia id potiùs est diuinare, quàm ex aliquo fundamento rem cõstanter asserere; nàm vnde hi habent Auctores hanc legem? vndè deriuarunt, cum præsertim contrà bonos esset mores, quæ tantam præberet ansam dolo, fraudibus, atq. iniustitię? Tùm quia si inter præsentatos à Patrono tale pactũ non existit; siquidem potest dignior, qui prætermitteretur ab Episcopo appellare, vt potest etiam à Paræsia reiectus, (quemadmodùm super indicauimus, atq; infrà dilucidabimus, decretum Tridentini expendentes) cur in cæteris hoc vigere dicendum est? Confirmatur, quia, sicut etiam si res secundò vendita sit emptori malæ fidei, poterit per priorem emptorem euinci, quasi in fraudem alienata, vt *seq. cap. primam soluentes argumentum* dicemus; igitur à pari in re nostra rescindi omninò debet hæc electio, quemadmodum mox asseremus.

5 Secunda assertio. In hoc, quem expressimus, casu tenetur electus abdicare se beneficio, ac resignare in fauorem oppositoris dignioris, sic Auctores citati præsertim *Rebellus nu. 6. & 7. & nuper scripsit Ferdinandus à Castropalao tract. 13. de benef. disp. 2. par. 11. §. 5. nu. 1.* Patet ex dictis, quoniam hic, vel fecit contra iustitiã pùrè commutatiuam, atq. ius rigorosum, quod subeuntibus examen, vel concurrentibus esse adstruimus, vel in cæteris maioris momenti beneficijs, contrà iustitiam partim commutatiuã, partim distributiuam, & ius ei proportionatũ competens digniori ex institutione beneficiorum, pacto inito, cum distributoribus, vt suprà sæpè demonstratum est. Ex quibus fit teneri huiusmodi electum tùm ex iniqua acceptatione, tùm ex ratione rei acceptæ illi indebitæ. Hinc *Vasquez de benef. cap. 2. §. 3. dub. 19. n. 13. & 14.* impedientem digniorem petitione beneficij, sibi comparandi, non obligat modo ad se dignum per vitæ mutationem omnibus viribus faciẽdum, sed etiam ad restitutionem præstandam digniori prętermisso, saltem in secundo loco, modo nobis declarando *sequenti cap.*, secùs autèm, si hic esset indignus, quando primo loco teneretur se abdicare, vt nos infra.

6 Tertia assertio. Collatores, Electores, omnesq. positiuè influentes in talem electionem suo ordine, quemadmodum immediatè, ac necessario eam causarunt, *iuxta dicta sup. disp.* in huius defectum tenentur pariter, atq. insolidũ restituere. Sic expressè *Rebellus c. tatus n. 9. & Vasquez de benef. modo allegatus n. 124. & 125.* & ni possent in eodem genere, tum Ecclesiæ, tùm digniori consulere, tenebuntur pro viribus satisfacere ratione indicata *cap. 2. disp. 11. à n. 10.* ac deinceps, magisq. constabit ex dicẽdis *seq. cap. ad finem.*

7 Obijcies sæpè videri, & digniores prætermissos, & nullam eis fieri restitutionem, nequè à timoratis, ergò &c. Respondeo ex *Rebello n. 9.* nonnunquam factas fuisse huiusmodi restitutiones, quas ille a fide dignis testatas accepit: alias impotentia excusari: multas clàm fieri, alio quæsito colore. Et quamuis nõn fierent nullius esse quidèm momenti vsum contra legem naturalem, non est, qui neget.

8 Responderi posse secundò ex *Caietano 2. 2. q. 62. art. 2. in 3. dub. circa 4. argum.* satis superq. difficilem hanc esse restitutionem, verum non ex hoc capite excusationẽ inducere, imò auersionem ab iniustitia in distribuendis huiusmodi bonis. Quapropter maximè canendum est distributoribus, nè distribuant iniquè, cum non remittatur peccatum, nisi restituatur ablatum.

9 Iterum, atq. iterum te rogatum velo amice lector, vt allegatum Caetanum adeas, tùm versic. Nec fallat se: tũm vers. Sed quid dicen-
10 dum in eam, quo corrupta esset Ecclesia: tùm vers. Respondeo in eo euentu, &c. quibus in locis, multa scitu digna, & Sãcto zelo ad posteros erudiendos emanata leges.

11 Quarta conclusio. In dubio, quo dignus electus dubitaret, nùm cæteri se digniores fuerint, & consequenter dubius esset, nùm electores iustè elegissent, ipsorum electorum, vel Prælati conferentis tutò sequi sententiam posset, ità *Sotus de iust. lib. 3. art. 2. q. 6. post 9. concl. arg. 1. ad 1. dubium.* Ratio est, tùm quia in dubio melior est conditio possidentis, tùm quia existente dubio, possessio pro superiore stat, cuius sententia præferenda est in dubijs, vt probaui *tomo 1. lib. 4. disp. 11. capit. 3. nn. 24. & 37.* tùm quia non modo censendus est hic hærere, atq. in dubio versari, sed probabiliter potius opinari, per opinionem saltem ab extrinseco, auctoritate nimirum electorum, vel Prælati conferentis probabilem, quam tuto sequi poterit iuxta dicta loci modo allegati *1. voluminis.* Addo ex *Rebello cit. n. 9.* meritò dignum

dubi-

Digitized by Google

dubitare posse, num ex aliqua causa, vel impedimento sibi occulto, electoribus tamèn noto, scientia, cæterisq. alioquin donis præstantiori sit ipse Prælatus.

12 Quinta conclusio. Potest licitè sine restituèdi obligatione bona fide dignus se exponere examinandum; sic *Auctores sententiæ n.1. relatę* atq. ex *Caietano colligitur citato pro prima assertione*. Ratio autèm est, quod hic non eo animo se opponet, vt digniorem præuertat, impediat, aut beneficium comparet illicitè, sed vt suum potius ius experiatur, propriorumq. meritorũ iudiciũ Electoribus, ac Distributoribus relinquat, vt vel omnibus perpẽsis, eum forassis iudicent digniorem, vel sufficiant digniori forsitan impedito, vel vbi vita functus ille fuerit, vel à petitione desisteret; vel demũ, vt propriæ scientiæ, prudentiæ, morum proborum, cæterorumq. donorum specimen præbẽs, exibeat se digniorem ad proximum beneficium captandum cum huic se periculo exposuisse, tantumq. subijsse discrimẽ examinis, existimatione dignum sit, quæ saltem ad alia, beneficia poterit ei prodesse, vt probè *Vasq. citatus n.* 124. Ad quæ omnia habere ius Dignũ omnibus exploratũ est. Idem etiam iudicium ferendum, si bona fide de comparatione cum alijs Canditatis nihil cogitauerit Dignus.

13 Hinc regula generalis, quã *disp.6. cap. vlt. coroll.8.n.*15. *ex Caietano* tradidimus in memoriã reuocãda est, vt illud ꝙ à Collatoribus petitur, si prò arbitratu licitè, atq. illicitè possit ab eis conferri, possit etiam non modo acceptari, sed etiam peti.

14 Sexta conclusio. Eo in euentu; quo Dignus certo moraliter sciret, ipso petente, precibus, vel alijs modis procurante Iudices, Collatores, Electores, siue Promotores iniq. distributuros collaturos, electuros, vel promoturos esse, non poterit absquè peccato petere, vel sibi beneficium, vel aliud quidpiam simile procurare. Et quidem cõtra vtramque iustitiam, & cum onere restituendi hoc præstaret, vt patet ex fundamento *disp.6. cap. vlt. coroll.8.n.*13. posito, cum eadem sit ratio in hoc casu de indigno collato cum digno, ac de digno comparato cum digniore: ibiquè data est disparitas hanc inter petitionem mutui ab vsurario, & iuramenti ab infideli, & quamquam id certius profecto sit de rogantibus, similibusq. alijs modis cooperantibus, vt indicat *Vasq. de benef. §. 3. dub.18.n.24. & 25.* certũ etiam iudico depetente ob ea, quæ loco citato dixi; non intercedente præsertim necessitate in ipso petente, vt constat ex materia de scandalo, sicut enim inuitare non licet aliquem ad ludum die festo, quo detinebitur, ne interfit Sacro, & si ille paratus esset Sacrum non audire, sic, neq; petere à paratis etiam Electoribus, vt ne dignum digniori præferendum eligant iniustè, cum aliàs, quam iniustè fieri non possit, vt vberiùs prosequuti sumus *coroll. illo 8. à num.*13. *allegato cap. vlt. disp.6.*

15 Hinc colligo, sæpè ipsum Electum non esse restitutioni obnoxium, vti diximus assertione quinta teneri autem Electorem, Promotorem, Collatorem, omnesq. positiuè concurrentes ad eius electionem.

CAPVT OCTAVVM.

Soluuntur rationes contrariæ.

SVMMA.

*Ex electionis digni validitate, dignore prætermisso, non excusatur malitia n.*1.

*Digno per electionem ab Electoribus ius cõfertur in re, cum Dignior ius habuerit ad rem n.*2.

*Quamuis etiam tacito Ecclesiæ consensu ius acquirat in re dignus per electionem, onus tamen subit restituendi dignori. n.*3.

*Perperam argumentum ducitur à Principibus secularibus officia conferentibus, etiam indignis, quòd hi ex nonnullorum sententia sunt Domini, Prælati verò administratores n.*4.

*Differentia inter distributionem beneficiorum ecclesiasticorum factam à Patrono, Rege &c. & officiorum secularium n.*5.

*Auctore Soto etiam Reges, Principesq. sæculares mortaliter peccant, ni Præstantioribus officia dent. n.*6.

*Quidquid de Regibus, aliisq. secularibus Principibus sit non dantibus officia melioribus, Prælati non eligentes ad beneficia ecclesiastica digniores ad restitutionem obligantur. n.*7.

*Morali adhibita diligentia ad tantum negotium prudentis iudicio requisita, si Dignior omittatur, et bona fide Digno detur beneficium, nõ supererit onus restituendi. nu.*8.

*In alia tamen mox incidente occasione tenebuntur promotores digni, digniori bona fide prætermisso consulere n.*9.

*Quomodo restitutio facienda sit multis Dignioribus omissis. n.*10.

1 OBijcies primo. Apti electio, Aptiore omisso, est valida ex iure naturali diuino, vt *disput.*10. probatum est; ergò validè transfertur ius beneficij in Aptum electum; ergò licitè, ac iusto titulo hic poterit illud retinere. Respondeo vltimam negans consequentiam, quoniam sicut promissione acquiritur ius ad rem, dona-
2 tione autem ius in re: sic edicto, vel lege concursus, vel lege antecedente, atq. efficaci distribuendorum beneficiorum ius ad rem Digniori cõceditur, electione autem, ad quam ius habent Electores ad bonũ Ecclesię regimen, quẽadmodum loco citato diximus, tanquam donatione ius in re cõferunt Electo, quod est fortius iure ad rem; Verum hoc minimè obstat, quominus cum illicitè hic dignus retineat beneficium, ad eius restitutionem, modo infrà dicendo, teneatur, quod videtur docuisse *Vasq. de benef. cap.2. §.3. dub.17. n.*123.

Digitized by Google

5 Addo trãslationem dominij in Dignum nõ tantum fieri voluntate Electoris, sed tacito etiam consensu Ecclesiæ, ac Reipublicæ Christianæ, cui expedit tali modo illud tranferre ob rationes *disp.10.cap.1. & hic cap.4.n.5.* à nobis indicatas, cum præcipuè trãsferatur cum onere restitutionis, sicut aiunt DD. de venditione rei alienæ, alteri factæ Demum sicut à secundo emptore mala si emerit fide, conscius nimirum prioris contractus; poterit prior rem euincere tanquam in ipsius fraudem alienatam, vt constat *ex Glossa communiter recepta in cap. si tibi absenti de præb. in sexto, & videre apud Recentiores est, præcipuè Rebellum 2.p. de oblig. iust. lib. 9.q.17.sect.3.concluf.3.* si titulo præsertim oneroso fuerit res antea debita alicui: si seruatis iure naturæ seruandis, est quidem beneficium digni, cum onere tamen restituendi, & potiori ratione, si illud titulo examinis oneroso, vel cõcursus fuerit digniori debitum.

4 Obijcies secundo. Seculares Principes absq. restitutionis onere conferunt officia non modo dignis, verum indignissimis, dignioribus prætermissis, ergò neq. electio digni, dignore relicto, restituendi obligationem inducet.

Respondet *Aragonius 2.2.q.62.ar.2. in solut. primi arg. contrà 3.concluf.* negando consequentiam, assignatq. discriminis rationem inter Reges, Principesq. ac Distributores ecclesiasticorum beneficiorum, quod illi tanquam Domini officiorum publicorum, vt vendere possunt, ità remotis Dignioribus Dignis etiam dare: at hi meri sunt dispensatores, deuincti iuxta naturã institutionem; propriasq. rationes officiorum etiam iure naturali diuino, quemadmodum supra probatum est, ad beneficia dispensandã,
5 secusq facientes, agent injustè, ac tenebuntur restituere. Ex quo deducit *Aragonius* differẽtiã inter Regis potestatem ad officia secularia, atq. ad conferendas præbendas ecclesiasticas, quarum ex summorum Pontificum indulto, & concessione Patronus est, ac Præsentator, ad quas distribuendas pari ratione tenetur, ac distributores Ecclesiastici; nam cum Pontifex, ex quo Regum facultas promanat dando huiusmodi beneficia dignis, relictis dignioribus, nõ modò peccet, verùm ad restitutionem teneatur potiori quidem nomine, & ipsi etiam Reges. Hæc ferè Aragonius.

6 Secundo respondet *Sotus lib.3. de iustit.q.6. art.4.* scelere Reges se adstringere acceptionis personarum, ni dignioribus officia etiam sæcularia conferant, cui citatus *Aragonius q.63.ar.2. circa finem subscribit*, docens etiam Reges sub peccato mortali ad officia teneri digniores promouere. Verum quidquid de hac quæstione sit, quam decidere nostri non est instituti, vel enim concederemus Reges, vt ex iustitia commutatiua tenentur indignis officia minimè dare, quod ibid. docet *Sotus, nec discrepat Vasquez. de benef. cap.2.§.3.n.97.* ità pariter obligari ad officia melioribus danda, siue ratione naturali, vt Resp. meliori, qua potest ratione regatur, & nè dignis tantum insistentes Principes ad indignos ruerent, quẽadmodũ aliquãdo (vtinam non fieret) ineptissimis publica officia dantur, ad Reip. perniciem: siue lege humana, qua cum eis Regna videntur contraxisse, vt nonnulla saltem præcipua officia, ex quibus iustitia, & pax pendet ipsorum Regnorum non alijs, quam melioribus non darentur; siue ratione officij publici, quo funguntur, & videntur obligari, quos possent meliores immediatos ministros etiam ex iustitia sibi ascisscere, vt indicaui *disp.13.cap.vlt.à n.9. & disp.7. cap.2.n.12.* Et his concessis eamdem de collatione secularium officiorum, ac beneficiorum rationem esse constanter asserendum. Vel hoc onus Regibus minimè esse sentiemus, siue quia Domini, vt supra ex Aragonio referebamus, siue quia hæc officia bona nõ sunt communia, aut in bonum, neq. secundario instituta illorum, quibus danda sunt, quibus nullo modò debentur, vt proemia, siue quia Reges nulla tenetur lege ad digniores eligendos, sed vt ipsi optima ratione Remp. non obligantur administrare, dummodo præstent idonea, ita neq. ad optimos quosque sibi socios ascisscendos, ministrosq. vt docet *Vasq. de benef. cap.2.§.3.dub.13.n.97.* & differẽtia solè clarior est, vt legenti patet, si quidem huiusmodi beneficiorum Prælati non sunt Domini. Institutã etiam secundario fuere in bonum ipsorum Eligendorum, atque intercedente pacto dãda sunt Dignioribus, vti satis abundè probatum est.

8 Objcies Tertio Si ommissio digniori obligationem induceret restitutionis, etiam ab Electoribus, vel Collatoribus, qui bona fide elegerunt, vel cõtulerunt Apto, omisso Aptiore, contraheretur, quod absurdum, vel saltem nõ communiter receptum videtur. Respondeo, si morali, tantoq. negotio requisita diligentia vsi sint Electores, vel Promotores digni, licet omittant dignioré, neq. ratione electionis peccare neq. ad restitutionem postmodum teneri, at verò ni adhibuerint, peccabunt ex injusta electione, ac restitutioni erunt obnoxij. Instabis estò non obligentur Electores ex electione, quæ ab injustitia ob bonam excusatur fidem, prò viribus tamẽ & Ecclesiæ, & Dignioribus omissis tenebuntur satisfacere ratione conseruationis iniquæ illius electionis in suo effectu, ac detentionis damni: instar obligationis, quam *Vasquez inesse docet his Electoribus*, & nos indicauimus *disp.1.huius libri §.c.7.* & non secus ac alij, qui cũ non ex injusta peccauerint acceptione culpã tamẽ ex injusta detentione contrahunt, nisi vbi nouerint, rem esse alienam, restituãt, quidquid in contrarium insinuet *Aragonius citatus ad 4.arg.* Verùm cum negotium iam perfectum sit, ac res transacta, morali adhibita diligentia, qua melior hoc, cui datum est beneficium non innotuit, rigorosum admodum esset, onus restitutionis Electoribus imponere suo functis officio, quæ patent ex assertis *Superiori cap.n.17.* vbi doctrinam Vasquez expendimus, cui hoc in euentu subscribimus, quando datum esset apto digno q. beneficium bona quidem fide petenti, vel sibi procurãti; qua adhibita diligentia dignior alter inuentus non sit: in hoc itaq. casu bonæ fidei intercedentis, sicut non tenebitur Distributor bonorum communium re-

Digitized by Google

restituere dignioribus, si semel bona fide data sint dignis: ita pariter in distributione beneficiorum; Sed vterq. Distributor alia saltem mox occurrente occasione omisso prospicere digniori tenebitur, vti de Intemperato etiam scripsi in expositione sententiæ *Vasq. disput. 1. cap. 7.* Ex hoc autem nihil concludit argumentum, si generaliter probare contenderit, non teneri Electores, qui vel consulto, vel ex negligentia, omisso Digniore, Aptum tantum elegerint.

10 Obijcies vltimo. Qui digno beneficium cōfert multis dignioribus relictis, vel tenetur omnibus restituere, vel vni, non omnibus, quod videtur impossibile, neq. vni, cum nulli potior sit ratio, ergò nulli.

Respondeo moraliter vnum præcellere cæteris, intercedente præsertim concursu, vel si multi fuerint digniores, atq. in meritis æquales, licet digno præstent, cum quo collati præstantiores dicendi sint, in arbitrio tamen illo tunc reuocaretur res Electorum, vel Collatorum, vti *disp. 7. cap. 5.* scripsimus. Quamobrem sicut ad libitum poterit Episcopus v. g. Petro, vel Paulo dare primo beneficium, qui digniores erant illo, qui quidem illud post modum adeptus est, sic prò arbitratu deinceps poterit vni ex his præstantioribus restituere; si præsertim illo se abdicauerit Dignus, iuxtà infra dicenda. Quod si pecunia compensanda esset Aptioris iniuria, posset ad omnes illos præstantiores aliquid vtilitatis derivari, vt docet *Aragonius citatus, vltimum soluens argumentum.*

DISPVTATIO DECIMATERTIA.

Vtrum Impediens aliquem à consequutione alicuius boni teneatur restituere.

PRO dignitate quidem haud posset hæc quæstio disputari de beneficijs in specie nisi eius thesis vniuersalibus sub terminis, vt inscriptione comprehensa est, expenderetur: ex qua restituendi nobis onus ex impedimento, alteri adornato manans innotesceret clarius.

CAPVT PRIMVM.

Ratio dubitandi, ac Doctorum sententiæ proponuntur.

SVMMA.

Quomodo quæstionem soluit D. Thomas, cuius solutio Auctores adegit in varias sententias. num. 1.

Tria perpenduntur D. Thomæ placita, quorum primum deriuatur ex textu §6. Aristotelis 2. phy. *quod parum deest, tanquam nihil distare videtur n. 2. Quis sit infortunatus: ibidem.*

Perpenditur Textus ex l. 1. §. idem aiunt 2. ff. de aquis pluuialibus arc. *n. 3.*

Soti refertur opinio, n. 4.

1 QVæstio hæc tenebris inuoluta Auctoribus visa est, qui post D. Thomā suas in lucem edidere lucubrationes, nam *S. D. 2. 2. q. 62. artic. 2. ad 4.* posse ab aliquo tripliciter impediri quempiam respondet. *Vno modo iniustè, put. si intendens honorem Dei, vel vtilitatem Ecclesiæ procuret, quod detur alicui personæ digniori, & tunc nullo modo tenetur ad restitutionem: alio modo iniustè, si intendat eius nocumentum, quem impedit propter odium, vel vindictam, aut aliquid huiusmodi, & tunc si impedit, ne præbenda detur digno, cōsulēs, quod ei nō detur, tenetur quidem ad aliquam recompensationem, pensatis cōditionibus personarum, & negotij secundum arbitrium sapientis, non tamen ad æquale, quia illud non fuerat adeptus, & poterat multipliciter impedire. Si verò iam firmatum sit, quod alicui detur præbenda, & aliquis præter indebitum causam procuret, quod reuocetur, idem est, ac si iam habitam auferret, & ideò tenetur ad restitutionem, æqualis tamen secundum suam facultatem.*

2 Hæc ille, cuius postremum placitum, vt ex contrario, quod soluit, argumento patet, atque ex *Caietano, & Soto* constat, ab *Aristotelica* videtur derivatum esse doctrina *lib. 2. physic. cap. 5. textu §6. quod parum deest tanquam nihil distare videtur*, qua Philosophus sententia confirmat, eum dici posse infortunatum, cui parum defuit, vt magnum aliquod bonum consequeretur, quod adeptus non est; quoniam intellectus id concipit, ac si iam adfuisset, quo quasi nudatur is, cui mox erat dandum: ergò perinde est, quempiam impedire à consequutione boni, quod vel mox erat consequuturus, vel parum distabat, vt consequeretur, atque illud idem ab eo eripere, postquam fuisset iam adeptus: sed qui ab aliquo bonum eriperet iam comparatum, restituere teneretur: igitur pariter obligabitur is, qui impediuit, ne illud adipisceretur. Secundum vero D. Thomæ placitū amplexi etiam sunt *Paludanus in 4. Scotus ead.*

Digitized by Google

stinct. & quæst. in resp. ad vltimum. Riccardi. ibidem art. 5. § idem aiunt. ff. de aqu. pluu. arc. vers. denique verba. vbi habetur contra eum, qui puteum fodit proprio in agro, venasque præcidit aquæ, ex quibus in puteum, vel vicini fontem, qui antea derivabantur, nunc emanare non possunt latices, actionem non dari, quando id non fecit, vt alteri noceret, cum vsus sit iure suo, suaq. aqua: Dum autem texus ait, quando id non fecit, vt noceret, argumento à contrario videtur docuisse, q. quãdo animo nocẽdi fecisset, esset profecto obligandus, vti plerique DD. docent; ergo pari etiam ratione, qui ex odio, animoque nocẽdi Collatori suadet, nẽ aliquid alicui conferat, etiam ex iustitia non debitum, quo ei impedimentum, obstaculumq. struit, nẽ cõsequi illud possit, restitutioni erit obnoxius. Confirmatur *ex l. Proculus, ff. de damnis infectis, & l. fluminum, § finali eod. tit.*

4 At verò *Sotus lib. 4. de iust. q. 6. post vlt. concl.* soluens quamdam obiectionem, obligationem restituendi Impedienti alterum à consequuti ne boni mox habendi tùm imponit, cùm impedimentum dolo, vi, fraude, cæteriq. malis artibus illatum est, secus alias; neq. fundamentum huius restitutionis esse ius eius, qui impeditur, sed potius decretum Conferentis, vel Dantis.

CAPVT SECVNDVM.

Prolusio ad quæstionis solutionem.

SVMMA.

Impedimentum cum de genere sit relationum, ad quæ referri potest n. 1.

Relatum impedimentum ad bonum, quod impedit, quomodo se habeat. n. 2.

Impedimentum, qua ratione referatur ad personam, cui struitur. n. 3.

Impedimentum ad personam relatum, apud quã adornatur. n. 4.

Ratio formalis impedimenti, quanam esse possit. num. 5.

Modus expenditur taxendi impedimentum. nu. 6.

Magna differentia est inter parum abesse à damno inferendo, & ipsummet damnum illatum, circa bonum, quod parum abest, vt alicui comparetur. n. 7.

Impedimẽtum reuocatum post damnum illatum, veluti causa illius habendi, secus si antequam inferretur, efficaciter fuerit reuocatum. n. 8.

Restituente magis principali, v. g. beneficij Collator, vel Electus, non tenetur minus principalis, vt suator, consultor, &c. Quibus compensanda est facta alioquin restitutio. n. 9.

Si quis absq. dolo, malisque artibus indignum, vt digno faueat; aut dignum, vt digniori, vel aquè dignum impedit, restituere non tenetur. n. 10.

1 PRO veritate tamen primùm notandũ est impedimentum, cum è genere sit habitudinem dicentium, vel relatorum, ad varia referendum esse. Primũ ad bonum, quod impedit; Secundum ad personam, cui infertur: Tertium ad personã, apud quã struitur. Quartum ex quo animo, siuè intentione paratur. Quintum quibus modis.

2 Ad bonum igitur si referatur bifariam considerari poterit, vel vt alteri debitum, à quo auertitur, vel vt non debitum. Iterum, vel debitum proprio rigoroso titulo, atq. iure quod *disp. 2.* diuisimus in re, & ad rem, ex communi sententia, vel aliquo alio, quod ad hoc reduci poterit, se habente per modum facultatis actiuæ, passiuæ, vel resistitiuæ, vt clarè docuimus loco citato *cap. 1. n. 4.* quo cuiq. esse potestatem vtendi suis rebus diximus, Pauperibus eleemosynam petendi; Mercenarijs suas locandi operas; vnicuiq. vt indemnis seruetur, alatur, neuè lumen auferatur, &c.

3 Relatum autem hoc obstaculum ad personam, cui imponitur, vel eidem ius erit aliquod ex dictis, vel non.

4 Persona verò, apud quam struitur, vel est eadem, neq. distincta ab ipso, cui infertur, vel distincta: atq. hæc vel poterit iam decreuisse, bonum alteri dare, vel anceps esse, vel nequè cogitasse quidem de illa donatione, vel alienatione.

5 Quod si perpendatur ratio formalis, ob quã obstaculum infertur, vel poterit esse praua ex odio, vindicta, &c. vel bona, & virtute perspicua.

6 Demùm modus adnotandus, vel malis artibus, dolo, mendacijs adornatus, vel lincerus sine fuco, & fallacia more Maiorum.

7 Notandum secundo; ad quamcunq. euitandam amphibologiam inter se maximè differre parum abesse à damno inferendo, & damnum inferre in eo bono, quod parum abest, vt ab aliquo comparetur, vel quod quis adipiscatur, nã prima loquendi ratione paruula explicarur distantia ab illatione damni, vel declaratur periculum, siuè imminentia damni mox inferendi: altera vero damnum exponitur iam inductum, qualecumq. illud sit circà bonum non quidem possessum, mox tamen possidendum, ac moraliter habitum veluti possessum. Sic si parum ab fuit, vt auerteres Testatorem ab hereditate Titio demandanda nullum Titio damnum intulisti: si autem Testatori, qui suum confecerat testamentum persuasisti, vt eo mutato hæreditatem Titio denegaret, illi sanè damnum circa hæreditatem, quam mox erat assequuturus intulisti: Sic etiam si sata pubescentia, atq. in maturitatem properantia parùm ab fuit, vt à venatoribus perfundarentur, Domino nullum est illatũ damnum; si autem prostrata, atq. afflicta fuerint damnum Domino illatum erit circa fructus, qui parùm aberant à maturitate.

8 Notandum tertiò, quacumq. ratione siue licita, siue illicita impedimentum alteri ponatur, si postquam illatum fuerit damnum alteri, reuoceur, vel causam profecto suo modo illius habendum esse, & iuxta regulas mox subijciendis

Digitized by Google

dis capitibus asserendas, obligationem parere restituendi; secus autem, si ante tempus efficaciter reuocetur, quo ille assertum consequuturus esset bonum, quando impedimentum opportunè retractatum, causa damni inferendi censendũ non est, vt ab Auctoribus de restitutione scribentibus communiter traditur cum *D. Thoma 2.2. q. 62. art. 7. arr. in 4. distinct. 15. q. 1. art. 5. q. 3.*

2 Notandum quarto; si principalis, qui damnum intulit v. g. Collator beneficij, conferens illud Indigno, vel ipsemet indignus resignans restituerunt, eum liberari à restitutionis onere, qui suis suasionibus, prauoquè consilio, vel malis artibus concausa fuerit moralis eiusdem damni, & secundo loco, vt sic obligatus, cui si in defectum principalis restituisset, recompensatio facienda quidem esset ab ipsa principali causa, cuius loco restituit, ita communiter DD. inter quos *Molina disp. 727. n. 7. ad finem.*

10 Notandum quinto, vt vera certaq. ab incertis secernamus, de quibus dubium esse non potest, si quis sine fallacia, dolo, malisquè artibus dignũ impediat, vt beneficiũ alteri digno, imò etiam sibi, si dignus fuerit, detur, vel si dignũ, vt detur digniori, non teneri ad restitutionem, quia contrà iustitiam non facit, sed vt recta distributionis regula potiùs seruetur, idemq. iudicium ferendum de impedientè dignum, vt alteri æquè digno cõferatur; cum enim vtriusq. ius sit æquale, cui voluero, integrum mihi est fauere, nec fit contra iustitiam distributiuam, modo iniuria, vel dolus absit, vt indicarunt *Caietanus citatus ad 5. & Sotus pariter laudatus primo dubio, Vasquez de beneficijs capit. 2. §. 3. dub. 19. n. 138.* & fusius dicemus *sequenti capit. à n. 17.* quod maximè consonat doctrinæ *disp. 7. cap. 3.* neq. aliquod ius comparatum sit alicui ex illis dignis, vt monet *Rebell. de iust. lib. 3. §. 2. num. 1.*

CAPVT TERTIVM.

An ex odio, vel aliàs impediens quempiam à consequutione boni minimè debiti teneatur ad restitutionem.

SVMMA.

Quot quæstiones disputandæ sunt. n. 1.

Quando quis aliàs contra iustitiam non faceret, neq. ad restitutionem teneretur, cuiuscunq. boni collationem impediendo, siue ex odio, siue non, postmodum id præstaret contra iustitiam non peccaret, neq. ad restitutionem teneretur. num. 2.

Motiuum actus interni licet sit ex iniustitia, ni damnum inferatur externum, non parit obligationem iustitiæ. n. 3.

Iniuriæ, damnoque externè patrato per accidens est ratio formalis interni actus odij, vel alterius. n. 4.

Odium ex quo impedimentum alicui aduenatur ad bonum consequendum, vel signum esse potest iniustitiæ, vel causa impulsiua, vel finalis. num. 5.

Qui sine vi, dolo, aliisq. malis artibus impedimento alicui est, ne bonum ei minimè debitum consequatur, neq. contra iustitiam facit, nequè ad restitutionem tenetur. n. 6.

Priuatio supponit habitum. n. 7.

Impedimentum, nè cui bonum indebitum detur absq. malis artibus, si ex recto ponatur motiuo, actus erit virtutis, vt vitij, si sis à malo. num. 8.

Ex conscientia erronea putans quis contra iustitiam facere, impediendo sine fraude quempiam à consequutione boni, ei non debiti, peccaret interuè contra iustitiam, absquè onere tamen restitutionis. n. 9.

Potest quis, & licitè, & illicitè quempiam impedire à consequutione beneficij indebiti sine restitutionis obligatione. n. 10.

Qui absq. vi, fraude, aliisq. malis artibus quempiam impediret, nè cognosceretur ab Episcopo, à quo cognitus haberet beneficium, ei aliàs indebitum, ad restitutionem non teneretur, ni impeditus, cæteris indignis existentibus fuisset solus dignus, vel solus dignior ad beneficium curatũ, vel ex concursu haud aliàs dandum. n. 11.

Quamcunq. donationem, legatum, testamentum impedire sine fraude, dolo, & q. ex se non est peccatum. n. 12.

Religiosi omninò prohibentur, nè testamentis assistentes, illa in fauorem Ecclesiarum matricium impediant ad proprium deriuantes, & secus facientes etiam sine fraude, ac dolo peccarent mortaliter, eorumq. Superiores ad restitutionem tenerentur. n. 13.

Tenentur ad restitutionem Religiosi, vel Clerici, qui aliquem inducerent, vt iuraret, vel promitteret in eorum Ecclesia sepulturam eligere, ac præterea excommunicationem contrahèrent. num. 14.

Quid si Religiosi legatum impediant matricis Ecclesiæ, non assistentes illi, vel testamento. num. 15.

Qui dolo, fraude, aliisq. malis artibus apud Dantem, vel Conferentem impedit dignum à bono ei non debito, dando tamen ex libera voluntate, decretoq. collatoris, peccat contrà iustitiã, ac tenetur restituere. n. 16.

Quomodo alicui sit ius ad rem ei non debitam. ibidem.

Qui etiam malis artibus, indignum impediuit ex præcisa ratione impedimenti non peccat contra iustitiam, neque restituere tenetur. n. 17.

Qui modo aliàs illicito furem impedit, nè furetur: vel pupillum nè prodigè donet, non peccat contra iustitiam, neq. ad restitutionem ex hoc præcisè tenetur. n. 18.

Peccaret autem alio pacto. n. 19.

Impediens dignum à consequutione beneficij simplicis, aut maioris momenti, malis tamen artibus

Digitized by Google

bus etiam in fauorem dignioris, peccaret contra iustitiam, & teneretur restituere: secus autem esset, si idem huiusmodi electio fieret in detrimentum dignioris. n. 20.

Qui rusticum impedit malis artibus, nè suum exequatur munus, tenetur de salario: vbi similes soluuntur casus. n. 21.

Quantitas huiusmodi restitutionum, tùm ex firmitate decreti volentis tali bono quempiam donare, tùm ab expeditione maiori, vel minori ipsiusmet Donandi, vel Promouendi pensanda est. n. 22.

In materia iustitiæ dictum Aristotelicum, quod parum distat, nihil distare videtur, quando verum sit. n. 23.

Qui dignum à bono acquirendo impedit impedimento illicito, ac doloso peccat contra iustitiã, ac tenetur restituere: secus autem si impeditus fuerit indignus. n. 24.

Impediens aliquem modo indignus non sit, à consequutione beneficij simplicis malis artibus, etiam vt detur alteri digno, peccat contra iustitiam, ac tenetur restituere. ibid.

Malis artibus quodcumq. beneficium impediens, nè daretur digno, etiam dandum digniori, aliquando peccaret contra iustitiam, & ad restitutionem teneretur. n. 25.

Instar Principalis beneficij nimirum candidati, de eius Procuratore sentiendum est, quoad impedimentum iustè, vel iniustè illatum: ex quo deducendum est restitutionis onus. n. 26.

Falsa est regula absolute excusans à restitutione quempiã, qui aliquè impedit à bono consequendo, alias ei indebito. n. 27.

Quantitas restitutionis huiusmodi ex spe acquirendi boni, quod impeditur, deducenda est. n. 28.

Inter alias artes impedimenti adornandi, meritò importunæ connumerantur preces. n. 29.

In has malas artes; nùm referatio connumeranda sit litterarum vacationis beneficij. n. 30. relatiuè.

Nùm asserta solutio facienda sit insolidum. ibidem relatiuè.

1 VT breuitati prò viribus, & claritati consulamus, primùm in genere quæstioni satisfacere cõtendemus; deindè de impedimentis ad bonũ non debitum absquè fraude, doloq. tertiò de eodem impedimento apud Collatores, malis tamen artibus illata: quarto de eodẽ illato ipsi candidato disputabimus.

2 Sit assertio prima. Quando quis aliàs nequè contra iustitiam faceret, neq. ad restitutionem teneretur cuiuiscumq. boni collationem impediens, siuè intercedente odio postmodum, animoq. nocendi, siue non, neq. peccabit contra iustitiam, neq. ad restitutionem tenebitur. Est *Adriani de restit. quæst. consequenter quæro, Caietani ad finem art. 2. Nauarri in Manuali capit. 17. nn. 7. §. dixi etiam, Soti lib. 4. de iust. q. 6. art. 3. ad finem, Molinæ de iust. & iure tract. 2. disp. 27. n. 24. Valquez citati de benef. cap. 2 §. 3. à n. 126. ac deinceps, contra 2. classis Auctores paulò ante n. 2. cap. 1. citatos.*

Ratio est, tùm quia odium, siuè nocendi animus ex se non sunt contra iustitiam, sed contra charitatem, qua propter si quod externè fit, iustè alioquin fiat, vt miles v. g. occidens quempiam in bello iusto, non faciet contra iustitiam, nequè obnoxius erit restitutioni, etiam si ex odio, & contra charitatem id præstaret; & Iudex reum iustè condemnans; vel mutans testamentum Testator, licet ex odio, neq. contra iustitiam facient, neq. ad restitutionem obligabuntur: 3 Tùm quia motiua ratio actus interni etiam iniustitiæ non facit ad obligationem inducendam restituendi, ni ex eo actu inæqualitas aliqua deriuata esset; quamobrem tametsi posset quis ex prauo iniustitiæ motiuo, operari, quando formaliter ex iniustitia quidem operaretur, vt docui *disp. 2. cap. 2. à n. 6. ac deinceps*; nihilominus tamen ni ex formalissima illa iniustitia sequeretur aliquod inæquale, iniurium, vel iniustum, sicut nõ censeretur verè, & completè facere contra iustitiam, ita ad restitutionem non obligaretur. 4 Demùm quia inæqualitas, iniustum, vel iniuria, damniq. alteri illatio æquè ex hoc, vel illo motiuo fieri potest; hoc igitur accidentarium respectu illius erit.

Hinc si absquè odio, quod fit, alteri erit nociuum, eodem etiam pacto odio addito erit.

5 Itaquè ad summum, vt ad rem nostram propius accedamus, odium, ex quo impedimentũ alicui ad aliquod bonum sternitur, vel rationẽ potest habere signi ostendentis illud, quod factum est, esse contra ius, fasq. iustitiæ non seruatæ, vt vult *Sotus citatus*; idq. plerumquè licet non semper, verum existimem, cum infallibile signum nõ sit: Vel causa erit, ratioq. impulsiua, seù inductiua iniustitiæ, iniuriæ, vel inæqualitatis; malum enim, quod inimico volumus efficaciter, ni vires desint, facili negotio inferimus, quod subindicatur, vt arbitror à *D. Thoma citato*. Alio præterea modo declarari potest, si intendas nocumentum illius quem impedis propter odium, vel vindictam, aut aliquod eiusmodi; hanc particula propter causalitatem finalem, seù rationis formalis importat, vt habet ipsemet *D. Thom. 1. p. q. 19. art. 5.* quando nimirũ refertur ad voluntatem, quæ propter finem operatur, vt in casu nostro, & probè notauit *Vasq. 1. 2. disp. 4. cap. 4. §. quod verò.*

6 Secunda sit assertio Qui sine vi, fraude, dolo, malisq. alijs artibus impedimento fuerit alicui ad bonum ei minimè debitum, neq. ad restitutionem tenebitur, ità *Caietanos superiori cap. citatus ad sextum in fine articuli, Sotus laudatus post vltimam concl. expendens regulam Geraldi, Sylvester restitutio 3. §. tertium Nauarr. cap. 17. summæ nu. 69. Molina de iust disput 727. n. 2. Valquez citatus n. 33.* Ratio est, quod fieri non potest cõtra iustitiam, ni contra ius alicuius fiat, ad quod reparandum refertur restitutio; in exposito autem casu ei, qui impeditur non est ius ad bonum à cuius consequutione arcetur, ergo &c. Maior propositio est sole clarior: Minor probatur, tùm quia neq. ius est in re, neq. ad rem circa aliquod mihi nullo titulo debitum, vt ex mox adducendis exemplis constabit; nequè aliquod simile fundamentum in

ali-

Digitized by Google

aliqua propria facultate, quæ sicuti potiùs cẽsetur esse in conferente, vel illud distribuente bonum; cum merè liberalis eiusdem sit, vel collatio, vel distributio, sic est arbitraria, actusquè voluntatis, quæ trito Canonistarum, Iuristarumquè proloquio dicitur ambulatoria vsquè ad mortem: sic etiam in fautore alicuius, vt ei potius, quam alteri conferatur, neq; ius poterit esse huic ad bonum indebitum, quin sit etiam illi, cui tu fauens, neq; ius petendi, vel sibi procurandi, quin æquale sit tuo Canditato, neq; poterit ius esse, ne impediatur contra ius suũ fauendi (dum absit fraus,
7 vt infra) cui volueris. Confirmatur, quia restitutio aliquo pacto supponit ablationẽ; Sed cui nihil iuris est, nihil iuris auferri potest, ergo &c. nam priuatio supponit habitum *l. decem ff. de verb. cap. ad diſolu. de disponſat. impub.* Secũdo Collator mutatione suæ voluntatis, siuè pristini decreti ex se non peccat; ergo neq; qui mutationem eius suadet: si quidem cum Princeps causa damni illati, cui decretum erat aliquod bonum, iniuria non censetur intulisse, à fortiori neq; minus præcipua putanda intulisse.
8 Assertio tertia: si suasio dicta, illatioq. impedimenti, nè cui piam aliquod bonum indebitum detur, malis seclusis artibus, ex recto fiat motiuo, bonus erit actus, ac meritorius: si ex prauo, vitiosus erit ad illud spectans vitium, cuius est ratio motiua. Est communis citatorum Auctorum sententia *D. præsertim Thomæ laudati.*

Probatur prima pars, quod sæpè lõgè melius esse poterit, quod ità suadetur: nimirum, vt detur pauperibus, Ecclesiæ cultui, puellis indigenis, Xenodochijs, alijsq. pijs operibus Deo sanè gratioribus, quàm si daretur, cui destinauerat Collator; ergò ex eo motiuo suadens mutationem propositi licitè, ac meritoriè operabitur, licet impedimento sit, cui bonum parabatur. Secũdò cum charitatis ordo postulet, vt sibi, suisque potiùs quis consulat, cæterisq. paribus, se suosq. coniunctos præferat alijs, sanè quod sibi, suisq. potius quis persuadeat hæreditatem relinqui, vel Collatoris propinquis, & consanguineis, & rationi, & iuri, quo vtitur suo & charitatis legibus consentaneum est. Quod si ratio motiua fuerit mala odij, vindictę, vel similis, actus erit illicitus, ad vitium, ad quod illud attinet motiuum, spectans, quin obligationem pareat restituendi, vt *assertione* 1. dictũ est.
9 Addo posse quempiam ex errore, atq. erronea conscientia falsò putare impedito iniuriam facere, eamq. idcirco intendere, atq. ex iniustitia interne; atq. inadæquatè, vt ita dicam, quin sequatur fieri completè contra iustitiam; quia, nulla infertur inæqualitas, nullum frangitur ius nihil alteri debitum, debito quidem legali adimitur, & consequenter absq. restituendi onere licet debitum foret Impedito antidorale, ac morale; quod minimè referre probè monet *Narrus citatus* ex *Glossi instituta de actionibus in principio, & l. ex hoc iure ff. de iust. & iure.*
10 Ex his colligo primum; Non teneri ad restitutionem Impedientem sine fraude aliquem à Collatione simplicis beneficij facienda Titio, ei indebiti, vel quia sine concursu, vel aliquo examine dandum, vel quia non sit curatum, vel non ex illis, quæ certis destinata personis, ex ppria institutione, neq. dignioribus necessariò conferenda, iuxta sæpiùs dicta, cum nullum sit ius Candidatis horum beneficiorum, & etiam actu virtutis poterit, quis eorum impediri, neq. ex eo, quod illicitè nonnunquam impediretur, sequitur Impedientem ad restitutionẽ necessariò teneri, vti probatum est.
11 Colligo secundò, qui sine vi, dolo, aut fraude alteri additum ad Episcopũ impedirer, qui decreuerat beneficiũ digno dare, nè eũ dignũ agnosceret; quippe qui si agnouisset, porrò cõferret, nõ teneri ad restitutionem, vt docet *Narrus cit. n. 74. ad finem*: quod verũ esse reor, quando non daretur casus, in quo Impeditus, solus esset dignus, cæteris Canditatis indignis, cuiuscumq. beneficij etiam simplicis, vel solus esset dignior ad beneficium ex concursu dandum, vel ad alia huiusmodi dignioribus destinata, quia cæteri digni iniquis modis contra dignioré ipsũ essent petituri; nã in primo euẽtu ius esset, digno ad illud beneficium simplex, neq. essemus in casu, vt pariter in secundo ius esset digniori ad illud aliud beneficiũ, ideoq. casus expositus esset extra quæstionem, in qua quærimus de impediente quempiam à bono ei indebito.
12 Colligo tertiò, quamcumq. donationẽ, spontaneam distributionem, legatum, vel testamẽtum hoc pacto impedire, nè cuipiam detur, vel in vnius fauorem fiat, ex se non esse peccatum, stando in iure naturali, sic omnes allegati Auctores, & quamquam non me lateat *Bart. Cep. in ſuis caut.* eum docere, qui legatum alicui factum, vel mox faciendum per suggestionem, sollicitudinem, vel importunitatem impedit, nè Donatarius, vel Legatarius cõsequatur, teneri actione de dolo. Cæterum, & hoc ex iure positiuo esset ciuili, & cum non malis artibus, & dolo id factum sit, in casu exposito minimè versamur. Adde cum actio doli sit actio propter dolum *ff. de dolo l.* 1. doluſq. inuoluat culpã *C. de adminiſt. tut. l. liberti*, neq. in hac persuasione necessario culpa reperitur, cum qua si aliquando coniuncta sit, ex fine operantis potius erit, & non ex se per cõnexionem spectantẽ ad iniustitiam, idcirco falsum id esse putamus cum *Syluestro citato*, & *Molina tract. 4. diſp. 727. n. 5.* Addo locũ esse actioni de dolo sine malo animo, sine quo dolus non datur *l. dolum C. de dolo.* Quod si fuerit, in solo foro externo erit. Dixi
13 stando in iure naturali. Nam Canonico iure *Clem. 1. Religioſi de priuileg.* Iure Religiosi sub interminatione maledictionis æternæ atq. in virtute sanctæ obedientiæ prohibẽtur, nè dum condendis intersunt testamentis, retrahant Testatores à legatis, matricibus Ecclesijs faciẽdis, ad sua monasteria, aut suos deriuent Religiosos. Quod tamen ita intelligendum est, vt si absq. fraude, dolo, atq. iniustitia id præstiterint iuxta ea, quæ dicta sunt, ac paulò post innotescent, vt si cõsulentes conscientię Testatoris id facerent, non peccarent, vti docet expresse *Syluester reſtitutio, 3. n. 12. §. 3.* si verò facerent sibi, suis Religiosis, vel domibus prospicientes, pec-

ca-

Digitized by Google

carent quidem lethaliter, vt ex grauitate præcepti constat, eos tamen ad restitutionem minimè teneri *citatus* docet *Syluester*, & quia iure naturæ ad id minimè obligantur, & quia positiuum ius hoc onus non imponit. Verùm enim verò cum per Textum hęc obligatio Superioribus solum Religiosorum imposita sit per ea: *cęterum Prælati eorum, nisi de his, quæ occasione præmissorum excessuum ad eos quoquo modo peruenerint Ecclesijs, aut personis ecclesiasticis damnificatis, vel læsis satisfactionem plenariam exhibuerint per mensem, &c.* non absolutè ab illa immunes dicendi, vt scribit *Syl.*

14 Sic in casu simili cautum est *cap. animarum periculis in 6. de sepult.* nè Religiosi, vel Clerici aliquem ad vouendum, vel promittendum inducant, vt in suis eligat sepulturam, relictis illis locis, ad quæ de iure obueniunt; secus si faciant, peccẽt mortaliter, ac teneantur restituere intrà decem dies, quod ex sepultura data defuncto in propria Ecclesia emolumenti cæperint, etiam non peritum, vt post multos docet *Toletus lib. 1. summæ cap. 22. n. 9. nec non Molina tract. 2. disp. 214.* Imo, & ipsum cadauer si petatur, & donec hoc fiat, Ecclesia, & cæmeterium sunt interdicta. Additur præterea contra hos Religiosos, vel Clericos excommunicatio Papę reseruata in *Clem. cupiẽtes §. sanè de pœn. de qua Antoninus 3. p. tit. 24. c. 51. Suarez de cens. disp. 22. sect. 4. nu. 25.* Neq. solam inductionem satisfecisse, sed effectum præterea requiri docet *Immol. Clem. cupientes allegata n. 12.* præter citatos, & inductionem ad vouendum, iurandum,

15 vel promittendum esse debere. Quod si non interesset testamentis conficiendis, sed vel cõsultus Religiosus, vel alia occasione daret consilium, vel suaderet, non adeò facile condemnandus esset contra *Clem. primo loco citatam* fecisse; quippè quæ cum præceptum ad circũstantiam coarctet præsentiæ, dum cõficitur testamentum, porrò ad alios non videtur casus extendenda, ni aliud vrgeret ius.

16 Quarta cõclusio. Qui dolo, fraude, aljsq. malis artibus impedimento alicui digno est apud Collatores adornato, nè cõsequatur bonum ei minimè debitum, dandũ tamen ex libera volũtate, ac decreto Collatoris, peccat contra iustitiam, & restituere tenetur. Est expressa conclusio *Soti ad finem ar. 3. nec omninò discrepat Caietanus citatus ad 3.* qui à Soto falso suggillatur, quasi radicem restitutionis solam in debito sitam esse doceret, non autèm infirmato animo Dantis; cum expressè vtrumq. requirat *Caietanus tum §. ad 3. tum §. ad 4.* ita vt neutrum sufficere dicat, quod an eius ratione verũ sit regulã afferentes generalẽ infra trademus. Pro hac igitur conclusione est etiam *Nauarrus citatus n. 73. ad finem §. dixi, nec non Molina laudatus n. 7. Vasq. dub. 20. n. 151. et 152. apud quos alij Theologi, & Canonistę per legem 1. & 2. C. si quis aliẽ. testam. prohibet, & l. final. ff. de hæreditate instit.* Ratio autem deducenda ex his, quæ *disput. 2. huius lib. cap. 1. n. 4.* scripsimus, vbi cuiq. ius, & facultatem esse docuimus per modum potentiæ passiuæ ad recipiendum quicquid, etiam si titulo gratuito conferretur, quam facultatem modis etiam iniquis impedire cõtra iustitiam quidem est, vt *citato loco n. 7.* dixi in legatũ etenim esto, v. g. demandãdum ius tibi non sit strictum, neq. in re, neq. ad rem, est tamen tibi in liberam voluntatem Collatoris, nè contra te, aliquo pacto necessitatem subeat, situmq. est hoc ius in eo, vt integrum sit Collatori rem tibi dare. Vnde si quis eius volũtatem, qua proposuit, decreuitq. rem tibi conferre per vim, vel fraudem impediat, alioq. deflectat, veram tibi inurit iniuriam, qua ius tuum in libertate fundatum Collatoris violat. Est præterea tibi capacitas illam rem habendi, estquèius tanquam homini, vt illius particeps fieri possis, alteriusquè doni, ac largitionis, neuè contra te quid fiat mendacio, dolo, fraude, vel alia calumnia, qua hæc tua facultas impediatur.

17 Consulto dixi, cuius boni dignus erat impeditus, nam si incapax illius, vel indignus esset, etiam si malis artibus impediretur, neq. contrà iustitiam ex hoc præcisè fieret, neq. obligatio nasceretur restitutionis. Quod optimè notatũ apud *Vasquez* reperio de *benef. cap. 2. dub. 20. n. 152. & apud Læssium lib. 2. cap. 12. dub. 18. n. 125.* Ratio verò est, quoniam electio indigni, vel personæ Reip. perniciosæ ad officium, erat iniusta electori, vel illud destinãti Personæ indignæ; malis igitur alioquin artibus, impediretur

18 iniustitia potius, quã causaretur. Confirmatur, quia qui medio aliàs illicito furem impedit, nè furetur, vel qui pupillum mendacio impedit, ne prodige largiatur Titio agrũ, neq. pupillo tenetur, neq. Titio quippiam restituere; igitur à pari, quòd, Collatori, neq. ius erat dandi beneficium, vel officium, neq. inepto acceptandi, vel recipiendi. Quamobrem non modo, ratione boni publici id absq. restitutionis obligatione fieri arbitror, vt videtur velle *Vasq. de officijs publicis sermonem habens n. 152.* Verum ratione iniustitiæ, quæ impeditur, & ratione ipsius collationis iniustæ, cuius impedimentum in se, ratione termini, qui aufertur, esse non potest iniustum, licet alia de ratione illicitum sit. Atq. huc spectare potest axioma. *Vim vi repellere licet*, quod omnia permittunt iura *cap. si vero 1. de sent. excom. cap. significasti il secondo de homicid.* Et Resp. Christiana, atq. Ecclesia hoc in euentu, cum iniustè inuadatur, per quẽlibet potest seipsam defendere, ac vim vi repellere; neq. ob bonum commune solum, vt dixi, sed ob bonum etiam peculiaris prætermissi, cui facta est iniuria.

19 Potest autem impedimentum hoc Inferens peccare, vel mendacio, vt in exemplo diximus vim inferendo, vel grauiùs, quàm par esset Promouendum infamando, quando ad restitutionem teneretur famæ, sic Impediens furem si plus, quàm opus esset ad furtum auertendum vulnerasset; non autem ad restitutionẽ obligaretur ob bonum iniustè dãdum, impeditum; sicut neq. furi ad bona, quæ, ni esset impeditus furatus fuisset. Qua propter si doctrina, tum

Ca-

Digitized by Google

Caietanus,tum Vasq. in regula generali pòst sequentem assertionē tradenda,rectè perpendatur ad faciendum videlicet contrà iustitiam ab impediente, non modò voluntatem dantis, cuius efficacia impeditur,requiri,sed etiam vt debitum sit illud bonum, non quidē rigorosè, sed aliquo pacto,vti declaratum est, verissima profectò erit.

Colligo ex hac assertione ēt malis artibus impedientē indignū à beneficio per impedimētū apud Collatorē non teneri ad restitutionē.

20 Colligo secundò,impedientem à collatione beneficij simplicis, non tamen maioris momenti,Dignum,malis tamen artibus, teneri ad restitutionem,esto illud beneficium, vt ex supra dictis constat, neq.ob concursum, neq.ob curam animarum,neq.ex sua institutione esset ei debitum; quod dictum volo non solum si impedimentum impositum fuisset animo, vt daretur beneficium Indigno,quemadmodum patet ex vltima superioris assertionis parte, sed,vt daretur Digniori, cui ad tale beneficiū simplex maius quidem non est ius quàm sit digno, cuius prætereà ius est supra declaratum *n.*16.nec non potentia passiua, facultasq. huiusmodi bonis donandi, & nè modis impediretur iniquis.Secùs si sæpiùs electio habita esset Dignorum,omissis Dignioribus, quā par esset, ita vt prudentiꝰ iudicio peccaretur.Hìc, & nunc in hac electione facienda iuxta dicta *cap.*2.*n.*22. eam impedire etiam malis artibus in fauorem dignioris ex se præcisè non esset contra iustitiam,neq.obligationem pareret restitutionis.

21 Colligo tertiò, qui rusticum malis impedit artibus,nè sua exequatur munia, teneri de salario.Qui impedit Piscatorem,vel Aucupem à vero simili piscatione, vel aucupio, arbitrio boni viri teneri etiam ad restitutionem, vt infra. Qui mendacijs, vel dolo præstat, vt herus famulum à se dimittat, qui quidem apud aliū tantundem recipere mercedis non possit, vel aliud subiret damnum, ad illud eum teneri:sic interpretor *Nauar.citatum n.*70.Pariter si mēdacio Testatorem auerteret ab hęreditate Titio relinquenda,quem falsò dixisset illegitimum, homicidam, eum non esse Testatoris consanguineum, vel impediret legatum, vel præsentationem beneficij,ac cætera huiusmodi,ad restitutionem teneri,iuxtà regulam infra dandam de quantitate.Sic *Syluester restitutio* 3.*ad finem*, apud quem alia videre sunt exempla,

22 Quinta conclusio: In huiusmodi restitutionibus quantitas est desumenda,tùm exfirmitate decreti,seù voluntatis Dantis,tùm ex maiori,vel minore habilitate, atq. expeditione Excipiētis impediti. Deduco ex Auctoribus supra dictis,presertim si debitum boni,cui impedimentum positum est non in rigore sumatur debitum,sed áliquo pacto,vt Superiori declaratum est assertione, sic *D. Thomas laudatus* docens ad æqualitatem restituendum esse Impedienti, firmatus si fuisset animus Dantis:vel distribuentis,vel destinantis:prò sapiētis autē arbitrio,si obfirmato non fuisset animo Distribuens, vel Collator; sic *Molina disp.*727.*n.*7. *Nauarr.citatus n.*73.*ad finem.*Ratio autem est, quia non aliter obligabitur restituere, Impediens bonum illud, quam in eo statu,sub quo censetur impediuisse,nè ab altero compararetur,sed vt sic pendens erat à volubili voluntatis conditione Collatoris; ab euentibus, casibusq.varijs, quibus decretum illud subiacet, ergo &c.Et breui res in spe plerumq. minoris est quidem pretij,quam in re,igitur.

23 Quo pacto circumscriptum Aristotelicum axioma *quod parum distat,nihil distare videtur*, verum est etiam in hac materia iustitiæ; cum enim parum à collatione abessent Collatores, parumq.à reali acceptione, vel possessione is, cui conferendum erat bonum,seù beneficium dandum, ita hic impeditus, damno affectus censetur, ac si subijsset illud idem in ijs, quæ possidebat actu, quamuis illatum non fuerit, re vera,de rebus in se ipsis, quarum æqualitatem adamussim respicit iustitia, sed de ijs,vti rationis existimationi subiectis, cuius medio illa per se non vtitur.Firmitas verò hæc rationis,atq.existimationis præcipuè pendet ab ipso Collatoris decreto, atq.ex varijs etiam ipsius Impediti circumstantijs, ex quibus magis, vel minus erat eius facultas expedita, penès quæ duo capita,vt infra vberiùs, illud bonum dicebatur proprium Impediti,non in re,sed in expedita spe,& proxima dispositione ad illud idem recipiendum.

24 Sexta conclusio: Qui aliquem, modò Indignus non sit,immediatè, per impedimentum, malis artibus contextum apud eumdem,impedit à consequutione boni mox'ei,licet ex liberalitate,vel absq.debito, dandi(quodcumq.illud sit, nè ad singulos casus ad fastidium descendamus)peccat contra iustitiam, atq.eodē pacto ad restitutionem tenetur insolidum.Est *Soti citati Molinæ laudati n.*7.*Vasquez de benef. p.*2.§.2.*n.*156.Ratio est,quod rationabiliter inuitum,& ius,facultatemq.habentem, illud sibi bonū,vel petendi, vel procurandi ille impediret iniquè.Dixi,modò Indignus impeditus nō sit, quod probè consequenter notarunt *Vasquez cit. & Lessius de iust.lib.*2. *cap.*12.*dub.*18. *n.*125.nam licet in modo, sicut *concluſ.*4.dicebam,posset Impediens peccare, quia tamen indignum repellendo damnum auertit à Rep. indignumq. reijcit à consequutione officij, à quo de iure arcendus est,idcirco iniustitiam, impedimentum ei adornans, minimè committit.

Ex his, quæ à *Caietano citato §.ad* 3.in contrarium afferuntur argumēta dilui facilè possunt;nam potest quis ius circa rem dandam, non habere:habere tamen circa propriam facultatem,ac potestatem,nè dolosè,atq.improbè impediatur.

25 Colligo deindè non modo impedientem Dignum à consequutione beneficij simplicis, malis artibus, eo etiam animo,vt detur alteri Digno,facere contra iustitiam, vt indicaui *nu.* 20.nam estò neutri inter se, & non cum indigno collato deberetur,erat tamen singulis ius, nè malis,atque iniquis impediretur modis,ve-

Digitized by Google

rùm etiã si his impediretur artibus, vt beneficium curatum ex concursu, examine, vel maioris momenti, digniori daretur, aliquando etiam ab impediente fieret contra iustitiam, onusq. contraheretur restituendi: quod deduco ex *Vasquez cit. n.* 158. nam esto si Dignus, mala fide, sibi procuraret beneficium, etiam cõtra Digniorem modo *c. 6. sup. disp. explicato assert.* 1. *&* 2. *n.* 3. *&* 5. aliisq. illicitis rationibus sibi comparare niteretur, non esset iniustitia per fraudem, aut vim ab illicita, atq. iniqua consequutione eum arcere boni, neq. iure ab eo petiti, nèq. debiti, ad cuiusq. restitutionem teneretur, solumq. peccari ab Impediente posset in modo, vt paulò ante dixi: nihilo tamen minùs, quando bona quidem fide Digno integrum est, se exponere absq. obligatione restituendi, examinandum, vel vti subdat se iudicio Collatorum, suumq. experiatur ius ratione explicata *cap. illo 6. n.* 12. si impedimentum inferatur, iniquè id fieri, onusq. restituẽdi, absq. dubio contrahi à sic Impediente, idem ob argumentum identidem supra expositum, non quod illud beneficium deberetur, sed quod ius ei erit, sic exponendi, illudque eo modo petendi, ad varios licitos fines loco cit. declaratos.

26 Colligo secundò, quod statuimus de obligatione restituendi ab Impediente illum ipsum, qui consequuturus esset beneficium, vel Cathedram, aliudq. simile bonum, dicendum, est etiam de impediente Candidati Procuratorem, vel quemcumque alium Promotorem. Et quidem procurator, si metu cadente in constantem virum, vel vi probabili impediatur, insolidum eũ minimè teneri, probè scribitur à *Vasquez citato*, neq. si alijs modis, quibus morali diligentia obuiam ire non potuisset. Et in hoc sanè puncto de Procuratore, vti supra dictum est de Principali petẽte, attendi minimè debet, an qui per procuratorem officium, beneficium, vel Cathedram, aliudq. simile petit, proprium habeat ius ad illud, qui casus *seq. cap.* expendendus est, sed an iustis, licitis, debitisq. modis, vel iniquis petet iuxta ea, quæ de ratione se se offerendi, ac petendi beneficium, vel Cathedram digni, existente etiam digniore, super asseruimus; si enim absq. iniustitia poterit Candidatus ipse iniquus impediri, potiori quidem titulo poterit Procurator: è contra vero vti, nec Principalis iustè petẽs poterit, ita nec Procurator.

27 Colligo tertiò, falsam esse regulam *Geraldi Oldonis ab Adriano de restit.* sæpè citato relatam, habentem, quandocumq. aliquis impediat alterũ ab assequutione eius, quod illi ex iustitia debitum non erat, ad nullam obligari restitutionem: si de debito rei intelligatur, fundato in iure propriæ facultatis, vti decleratum est. Sic qui ab opere agricolam, à scribendo scribam, à postulatione eleemosynæ pauperem, malis impedit artibus, vi vel dolo, restituendi sanè contrahit onus, vti contrahit qui, alicui est impedimento, metu, vi, fraude, alijsq. improbis modis, cui bonum erat conferendum, nè ad illud accedat, petendum, vel ad se opponendum, vel vt aliquod aliud efficiat, quod adiumentum futurum ei erat ad consequendum, quod intendebat.

28 Colligo quarto, quandocumq. veluti dictum est Impediens tenetur restituere, teneri Impedito tantum, quanti æstimabitur eius spes, vt *assert.* 5. *n.* 22. declaratum est.

29 Colligo vltimo, malos inter modos, atque iniquas artes, neque immeritò à nonnullis, vt videre est apud *Paulum Layman lib. 3. de iust. tract.* 1. *cap.* 7. *n.* 3. molestas, importunasq. enumerari preces, quibus à morituro v. g. testamẽtum in damnum alicuius reuocaretur, & videtur subscribere *Vasquez dub.* 19. *num.* 158. licet probabiliter subindicet contrarium *n.* 133. Vide dicta *lib.* 5. *disp.* 2. *cap.* 3. *n.* 6.

30 Num inter hos modos iniustos connumeranda sit reseratio litterarum, quibus vacatio indicatur beneficij, leges apud *Lessium lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 18. *n.* 131. Num autèm insolidum, & quo loco hæc restitutio facienda sit, ex his, quæ *sequenti cap.* dicturi sumus deducendum est.

CAPVT QVARTVM.

An à collatione, vel consequutione boni cuipiam debiti Impediens teneatur ad restitutionem.

SVMMA.

Status quæstionis. n. 1.

Impediens aliquem, etiam artibus aliàs non malis apud Collatorem, à consequutione boni debiti ex iustitia cõtra illam peccat, ac restituere tenetur. n. 2.

Regula generalis est duo expetens ad hanc restitutionem, vt bonum ex iustitia aliquo pacto sit debitum, & voluntas seruandi hoc ius, vel formalis, vel virtualis in propensione Conferentis. num. 3.

Cur voluntas antecedens legitima sola valet conferre ius; non autem sola voluntas Collatoris, Electoris, vel Donantis. n. 4.

Ius Impediti absq. voluntate, vel decreto conferendi ei bonum, vel dispositione, vel propensione ad illam collationem, vt causa se habet non applicata. n. 5.

Ex sententia Auctoris non semper actualis voluntas Dantis impediti requiritur ad hanc restitutionem, sed satis erit propensio, ac dispositio Conferentis, & ius Impediti. n. 6.

Qui malis impediret artibus apud Collatorem quempiam, cui bonum erat debitum, absq. dubio contra iustitiam faceret. n. 7.

Qui, vel malis artibus, vel etiam precibus, vel ex odio, vel ex alio motiuo impediret di-

Digitized by Google

dignum collatum cum indigno, vel digniorem à beneficio curato ex concursu dando, aut in proemium institutum, peccaret contra iustitiã, teneretur q. restituere. n. 8. & 15.

Non modo qui precibus, sed qui malis etiam artibus impedit electionem minus digni, vt detur digniori, non facit contra iustitiam ex se, neq. tenetur restituere. n. 9.

Secus de officijs secularibus, si dignis tantum danda sint, sentiendum est. n. 10.

Capita ex quibus decernenda est quantitas huius restitutionis faciendæ. n. 11.

In solidum tenetur Impediens quempiam ab assequutione boni ei debiti. n. 12.

Si multi fuissent Digniores prætermissi, quos impedisti, singulis teneberis, quanti cuiusq. spes, prudentis iudicio, æstimabitur. n. 13.

Quo loco facienda sit restitutio ob impedimentum boni, mox alteri dandi. n. 14.

Etiam qui est aptus, impedit tamen digniorem, nè beneficium consequatur, tenetur restituere. n. 15.

In eo autem casu, in quo licet Digno se exponere, ac petere beneficium, non tenebitur illud natus restituere. n. 16.

Qui malis artibus per impedimentum apud eundem adornatum, cui ius erat ad bonum destinatum, ac debitum impedit, restituere tenetur. n. 17.

Secus si medijs licitis ibid.

1 PRæsentis solutionem quæstionis facilem admodum reddit Superioris dilutio. Itaquè loquemur de re debita, non quidem titulo minus rigoroso gratitudinis, vel simili, sed ad iustitiam spectante, neq. de ratione formali odij, vindictæ, vel alia simili, quam ad restitutionem minimè facere *sup. cap. assert. 1. n. 2.* demonstratum est, sed agemus de impediente quempiam à bono ei debito ex iustitia, siuè per impedimentum adornatum apud illius boni Collatorem, siuè apud ipsummet, cui bonum erat dandum.

2 Sit assertio prima. Voluntariè à collatione rei ex iustitia debitæ Impediens quempiam etiam sine dolo, vel fraude, per impedimentum adornatum apud Collatorem illius, aliàs datum qui in dispositione erat dandi; & peccat contra iustitiam, & restituere tenetur; sic *Caietanus laudatus 22. q. 62. art. 2. §. ad tertium, Molina citatus n. 6. Vasquez n. 135.* ac *deinceps*, & *140. §. veruntamen.* Et videtur aliquo pacto esse contra *Sotum*, radicem, vti vidimus *cap. 1. n. 4.* huiusmodi restitutionis agnoscentem tantum sitam in stabilitate decreti Collatoris, hoc ipsum bonum conferre volentis; nam impedimẽtum tendit ad retrahendam voluntatem Electoris, nè velit eligere, vel Collatoris nè velit dare, atq. ex hoc erit iniustum, & contra *Nauarrum cap. 17. n. 69. ac Lessium lib. 2. cap. 12. dub. 18. n. 128.* Cæterum lubentèr ex his scirem Auctoribus, quamnam agnoscunt differentiam inter impedientem precibus hæredem ab ei destinata hæreditate; arq. impedientem dignum à cõsequutione beneficij; cum constet Collatorem, indignum digno præferentem, iniustitia peccare, & huiusmodi impedientem cooperari actioni iplius Collatoris iniustæ, etiam *per Lessium* non valentem negare hunc Collatorem acceptione personarum peccare *lib. 2. cap. 32. dub. 1. n. 2.* Est tamen de mente D. Thomæ hæc assertio, vt ipsemet fatetur Sotus allegatus, cuius princeps ratio, ac fundamentum est, quòd Impediens cooperatur iniustitiæ ipsius distributoris, vel Collatoris, seù Electoris, qui cum dare ex iustitia teneretur Impedito, minimè dat suasione, consilio, vel alio impedimento iniquè detentus contra ius alterius.

3 Hinc generalis, quam sæpè promisimus, regula deduci potest duo nimirùm ad hanc impedientis obligationẽ requiri. Primum, vt aliquod impedito sit ius ad bonũ, à quo consequẽdo impeditur, Secundum voluntas, propositum siuè decretum dantis, magis, minusq. firmum, sic *Caietanus n. 2. laudatus expresè §. ad tertium Nauar. mox citandus, & Vasquez à n. 33. ac deinceps*, & iurè adstipulantur pleriq. quidquid allegatus dicat *Sotus*. Addo quamcumq. etiam retardationem, vel auocationem ab asserto decreto, vt mox dicam, facere ad restitutionem. Et quidem primum requisitum nempè ius, siue in re esse debet per dispositionem inter viuos, aut vltimam voluntatem, collationem, confirmationem, aliumq. legitimum titulum, sit ei ex iustitia debitum; Vel ad rem, minusq. perfectũ per iustam promissionem, vt ait *Nauarrus n 69.* solam emptionem, stipulationem, electionem, præsentationem, voluntatem legitimam antecedentem, atq. alicui quippiam decernentem, oppositionem, siuè concursum, expectatiuam, regressum, accessum, coadiutoriam, cæterosquè apud dictum Nauar. modos. Quibus ità firmatis; probatur prima regulæ pars ex supradictis. Nullo enim intercedente iure, qui non malis artibus aliquem impedit à consequutione boni ei dandi, nihil illi aufert, nullumq. proprium infert, damnum, nullamq. iniuriam, vt ex *superiori* liquet *cap.* nulla igitur in eum peccat iniustitia, nullaq. tenetur obligatione restitutionis. Secundò iniustitia non peccat Collator propositum mutans dandi cuipiam bonum, quod ei minimè debebatur: ergò neq. impedimentum inferens, nè detur vel efficax, vt ad illud dandum mutetur decretum.

4 Obijcies, sola voluntas legitima beneficium v. g. Ecclesiasticum decernens, has, vel illas conditiones habentibus; dignioribus nempè sufficit, ni detur illis, vt fiat iniuria, iniustitia peccetur, onusq. subeatur restituendi; igitur sola voluntas efficax collatoris huic dandi tale bonum, etiam ei aliàs indebitum facit debitum, & consequenter si auferatur, vel impediatur hic, cui illud bonum destinatum erat, ipsaq. destinatione debitum, iniustè id fiet, ac restituendi permanebit obligatio.

Verùm nego consequentiam, & ratio est, quod in primo casu contra legitimam fit voluntatem, dominium dare valentem, vt *disp. 2. 3. & 4.* probatum est; in secundò autem non fit contra voluntatem, sed contra destinationem ipsam aliquo pacto perseuerantem in eo,

Digitized by Google

cui bonum erat destinatum, neq. alio modo, quam mutatione ipsius voluntatis destinantis. Qua propter in primo casu fit contra legitimã, efficacemq. voluntatatem perseuerantem, ac vigentem; in secundo verò non fit contra eam subsistentem, sed suasione potius, cõsilio, alioq. modo mutatam. Cùm igitur eius propositum natura sit volubile, quod procuretur mutari, contrà nullum fit ius, ni hoc ità versaretur circa bonum ei debitum, vt se extenderet etiam ad firmitatem voluntatis ipsius dantis conseruandam, vt mox *n.6.* declarabimus. Secus autem vbi firmatum esset eius decretum omninò, quod cum legitimè posset alicui conferre ius, abrogaretur profectò, vel violaretur facto contrario. Exemplo itaq. testatoris res clarissima, fiet, contra cuius vltimam facere voluntatem, morte iam obfirmatam, iniquum est, atq. iniustum, sic impedire quempiam ab assequutione hæreditatis, esset enim contra iustitiam; optimis verò rationibus mutationem procurare voluntatis ipsius Testatoris, non est iniustum, nulliq. iniurium, vti mutatio ipsa ab eodem habita Testatore, nulli est iniuriosa.

5 Secunda autem regulæ pars probatur, quia ius Impediti, veluti causa se habet nõ applicata, requiritur igitur applicatio, quæ voluntate, propositoq. Collatoris habetur, habens enim ius ad aliquod bonum, cuius nulla erat memoria, nullaq. erat Collatori voluntas ei illud dandi, etiam si à me impediretur, non subiret iniuriam, neq. iniustitiam, vel quia illo etiam remoto impedimento ex eo, quod nulla eius haberetur mentio, bonum nõ esset consequuturus, vel quia esto haberetur, Collator tamen & si iniustè, ac propterea iuxta supradicta restitutioni deuinctus, ei daturus non esset; vel quia consilium dans, ni efficax sit ad bonum impediendum, vel damnum inferendum, ad restitutionem minimè tenetur, igitur ni aliquo pacto mutet impediens voluntatem, ac dispositionem distributoris, qui bonum, quod impeditur cuipiam destinauerat, vel destinauisset, onus non contrahit restitutionis. Ex vtraq. igitur radice simul oritur obligatio isthęc, ita vt neutra sola sufficiat; itaq. ius solum non facit, vt bonum alicui quo pacto sit habentis, absq. applicatione. i. voluntate illud ei cõferre decernente, vel ad hoc idem aliquam dispositionem habente.

Dignioris igitur censendum erit in proxima atq. expedita spe beneficium Ecclesiasticũ. v.g. & ob ius, & ob voluntatem, vel ob dispositionẽ ei illud destinantem, quæ sola sine iure non sufficit ad iniustitiam, vt patet in bonis destinatis ex liberalitate dantis, atq. in euentu, quo quis probis rationibus suaderet conferenti, vt mutata voluntate, qua conferre vellet digno beneficium, digniori daret. Neq. ius solum sufficit, si non esset in consideratione, vel aliàs paruipensum. Sicut igitur dispositiones agri efflorescentis fructus mox futuri censentur actu esse agricolæ expectantis, quas dispositiones, qui tollit, etiam si fructus ad huc nõ existant absq. dubio tenetur ad restitutionem, ità dispositiones ad assequutionem beneficij v.g. sitæ tùm in iure Cãdidati, tùm in voluntate Electoris, seù Collatoris consulente illi iuri cẽsentur esse dignioris Candidati, quas, qui euertit, adornato etiam absq. dolo, ac fraude impedimento, censetur ipsummet eripere beneficium, atq. ad restitutionem teneri ex iure igitur, quod censetur quis habere ad dispositiones, ortum ducit ius ad rẽ respectu boni, ad cuius assecutionem dispositiones referuntur; quam obrèm eas dissipans, ipsummet censetur auferre bonum, restitutione quidem compensandum, prò quantitate maioris, vel minoris, tùm iuris, tùm dispositionum ad bonum iuxta mox dicenda.

6 Addo (quod non video hactenus perpensũ) non requiri semper actuale decretum conferẽtis, vel eligere volentis. vel destinãtis beneficiũ v.g. Titio digniori, vt si illum impedias, ad restitutionem tenearis; Verum etiam si actu non decreuisset Collator Titio dare beneficium; in ea tamẽ, vt dispositione fuisset, ni tu contra illũ dixisses, profectò voluisset ei dare, adhuc teneris; etenim, & ius concurrit ex parte Titij, ac dispositio, seu propẽsio voluntatis conferentis, quæ tã, & si ius Titij adeò perfectè haud complet, vti decretum, efficaxq. voluntas actualis, suo tamen modo illud applicare censetur, quod non solum ad beneficium, sed etiam ad suam indemnitatem habet, nè scilicet ab alio suum ius impediatur, &c. iuxta *sup. cap.* sæpius dicta. Sicut igitur, vt exemplo insistam *Caietani* non modo, qui segetes luxuriantes vastat, fructus, mox futuros secundum spem existimatos, deductis expensis, restituere tenetur, verum qui impediret, nè in tuum subactum solum semen proijceret, vt aliàs fecisset socius ruralis, pro qualitate maioris, vel minoris dispendij, quod subis, ita & in casu nostro. Quamobrem consultò dixi in assertione de impedimento adornato apud Collatorem, qui indispositione, vel propensione erat dandi, vt identidẽ hoc idem probans, hanc partem assertionis indicaui.

7 Assertio secunda. Si quis malis artibus impediat quempiam à collatione boni ei debiti, ac dandi per impedimentum apud Collatorem illatum, & facit contra iustitiam, & restitutioni erit obnoxius. Liquet assertio ex terminis, & scribitur à *Vasquez dub.* 20 *n.* 193. cum hic non solum in re contra iustitiam faceret, sed etiam in modo, atq. actione, & eius circumstantijs iniustitia laboraret, quæ luculentèr probata sunt *Superiori cap.*

8 Ex his fit primò, non solum obnoxium restitutioni esse secundum quantitatem mox aperiendam, impedientem malis artibus Dignum; collatum cum Indigno, à beneficio, officio, Cathedra, similiq. bono ei dando ex iustitia, vtpotè vt sic debito; atq. impedientem pari modo Digniorem, cui debebatur beneficium, officium, vel cathedra ex iustitia, vel ob concursum, vel quia curatũ erat beneficium, vel Digniori destinatum, sed etiam si solis precibus, vel ex odio vel alio motiuo impedierit, huiusq. sententiæ fuisse *D. Thomam indicat Caietanus. Accedit Couarr.* tametsi sibi parum cohærens, dum obligat impedientem huiusmodi ad. restitutionem cum ipsum Collatorem excuset, vt *cap. 2. sup. disp.* vidimus; subscribit *Lessius lib. 2. de iust. cap.*

12.

Digitized by Google

12 *dub.* 18. *n.* 126. si impedimẽtum dederis Digno, tenens Indigno, *Vasquez cap.* 2. *§.* 3. *tùm dub.* 19. *n.* 140. *tùm dub.* 20. *n.* 153. Ratio est, quia suprà satis abundè demonstratum est, ius esse digniori ad beneficium, taleq. officium, ac facere Electorem, Collatoremq. cõtra iustitiam digniori illud denegantem; igitur qui solis precibus eum ab actu iustitiæ tùm commutatiuæ, tùm distributiuæ, iuxta supra disputata remouet, cooperatur iniustitiæ, ac suo modo mox declarando, ad restitutionem tenebitur non solum digniori, sed primario Ecclesiæ, si fuerit, beneficium, vel Vniuersitati, si fuerit Cathedra; & secundariò cõtempto Digniori, vti satis me exposuisse superioribus disputationibus opinor, atq. expressè docet *Lessius lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 18. *à n.* 127. si impediuisti dignum, vt etiam parum interesse demõstrauimus *sup. cap. assert.* 1. siue ex hoc, siue ex illo motiuo impedimentum posueris.

9 Tertia assertio; Qui non modò precibus, sed etiam malis artibus, impedimento apud Electorem adornato, minùs digni electionem impedit, vt detur bonũ, puta beneficium digniori, ex hoc nõ peccat cõtra iustitiã, neq. restituere tenetur, sic expressè, probèq. *Vasq. dub.* 20. *n.* 154. & sequitur ex *sup. cap. assert.* 4. *à n.* 17. *ac deinceps*, vbi hoc idẽ in simili casu de impediẽte Indignũ à bono aliàs indebito docuimus. Et ratio est eadẽ, quòd esto in modo impediendi, vel impetrandi hic ihiquè faciat contra iustitiam, non tamèn absolutè, atq. in re, cum potiùs iniustam impediat electionem, qua posthabitus fuisset dignus, ius habens ad illud bonum Digno illud non habente comparato cum Digniori. Addo ex eodem Vasquez aliquando in hisce casibus nonnullis, quorum præsertim cura interest Reip. vim, coactionemq. & esse licitam, & necessariò adhibendam, vt si Principi cõstaret Electores suo non fungi officio, ac dignioribus non suffragari, &c. vti patet ex *sup. cap. n.* 19. Hinc si crimen haberet occultum non spectans ad electionem, ille qui mox beneficio afficiendus est, vel illud ità panderes, vt infamia sequeretur apud plures, ob quam Collator non conferret, aliàs collaturus, & contra iustitiam faceres, & restituere tenereris; secùs autèm si aperias crimen, vel quia hominem reddit indignum, vel minus dignum officio publico, & cultui diuino, cui beneficium annexum est, vel quia interrogatus licitè potes manifestare huiusmodi defectus, cum de officijs, beneficijsq. agatur, penes dicta *tomo* 1. *lib.* 3. *disp.* 9. *cap.* 7. *n.* 7. vel quia licet ille sit dignus, præponeretur,

10 aliàs iniustè hic, & nunc digniori. Non tamèn negauerim, si officia publica danda non essent Digniori, vt quædam à nobis explicata beneficia, sed satis est dari Digno, quemadmodum ad rem nostram docet *Vasquez dub.* 20. *n.* 152. *ad finem*, peccaturum te inferentem impedimentum apud Electorem contrà dignum, etiam si digniori faueres. Cæterùm hoc nostri non est instituti, cũ solũ disputemus de bono impedito, alteri ex iustitia debito, ac de beneficijs ecclesiasticis, non tamẽ de officijs Reipub. quæ *Auctore Vasquez* non debentur ex iustitia. Ad propositum igitur rediè sic secus esset, si electio Digni his artibus impediretur, vt alteri daretur Digno beneficium, quẽadmodum supradictũ est. Nã electio digni prima cum iusta esset, iniq. quidem malis artibus impediretur. Aliter autem sentiendum, si etiã expositio digni impediretur, qui quidem bona fide se exponit ad periculum propriæ scientiæ, aliosq. fines licitos, vt Superiori cap. n. 12. decleratum est.

11 Assertio quarta. Huius restitutionis quantitas ex eisdem decernenda est circumstantijs, ac suprà decreta est quantitas, ob impedimentum datum ad bonum penès cætera non debitum. Itaq. tum ex iure, quod Impedito erat ad bonum, à quo arceturs tùm ex voluntatis stabilitate positæ quidem, vel certò aliàs ponendæ eius, qui illud collaturus erat, pensanda restitutionis quãtitas est, quod clarè dicit *D. Th. cuius verba cap.* 1. *retulimus*, & consensu DD. exploratum videtur. Vt enim Impeditus propinquior erat, atq. ad Cathedram, vel ad beneficium expeditior suscipiendum, minusq. poterat impediri, de quantitate iudicandum est restitutionis, ità, vt si in dubio esset, nùm impediri posset nec nè, prudentis iudicio huiusmodi quantitas præscribenda esset. Quod si omnino absq. dubio cuipiam destinatum fuisset bonum, ad æquale restituere teneretur Impediens.

12 Quæres, nùm insolidum tenebitur Impediẽs. Respondeo affirmantèr cum *Vasquez cap.* 19. *n.* 142. *§. sed ne aliquis*; quia totius fuit causa damni; sic *Vasquez tùm cap.* 20. *de benef. §.* 3. *nu.* 142. *tùm de restit. c.* 9. *§.* 1. *n.* 30. *&* 31. Erit aũt iuxta supra dicta primario Ecclesiæ facienda, se-

13 cundariò autem Candidato digniori. Et huius loci est adnotasse, si multi fuerint digniores prætermissi; vel multi digni, cum vel dignum, vel indignum promouisti, teneri te singulis, quanti cuiq. propria spes, iudicio prudentis æstimabitur, iuxtà dicta *cap. vlt. sup. disp. n.* 10. *ad finem.*

14 Quæres secundo. Quo loco Impediens à bono mox alicui dando, restituere teneatur Respondeo, si impedisti quempiam absq. dolo, fraude, &c. cui bonum aliàs non debebatur, te non teneri, vt *sup. cap.* dictum est. Si autem absq. dolo, fraude, malisq. artibus à bono mox alieui dãdo, & quidem debito impedieris, vel ita hoc præstitisti, vt alteri daretur, vel vt tibi comparares, sicut alteri, sentio cum *Vasquez. cap.* 2. *§.* 3. *dub.* 19. *nu.* 143. secundò quidem te obligari loci. Ratio est, quod Elector, vel Distributor boni, seù beneficij suum mutans decretum, denegans digno v.g. vel digniori beneficium curatum, causa physica est talis damni, tu autèm, qui hoc ei iniquè suasisti, causa es moralis, qua quidem loco causæ physicę deficientis obligatur, & non primo, vt communiter DD. tradunt, disputantes de restitutione, *S. Thomas* 2. 2. *q.* 62 *art.* 7. *Molina tract.* 2. *disp.* 729. *quamplures apud citatum Vasquez. cap* 9. *§.* 1. *dub.* 1. *& Rebellum* 1. *p. lib.* 2. *q.* 14. *sect.* 2. Quod si Collatorem, vel Electorem ita retraxeris à beneficio alicui dãdo, vt tibi concederetur, respondet *Vasquez de benef. allegatus n.* 143. si cõtra Digniorem illud petijsti, sufficiens cum sanè sis, licet indignus

fue-

Digitized by Google

fueris ob propria peccata, non teneri te ad restitutionem, resignando beneficium, mutatione vitę contentus, cui omnibus incumbere viribus teneberis, & ni facias, etiam si peccaueris, ad resignationem tamen non obligaberis, neq. ad restitutionem, meliori prætermisso in primo loco, in quo tenetur Elector, vel Collator, vt causa physica, cùm tu fueris moralis, quippe quæ secundo succedit loco. Si autem insufficiens fueris, vel sermo est de Cathedra, vel de beneficio; si de Cathedra, primo loco teneris digniori illam resignare, cui debita est per oppositionē, ob quā ius ad eam acquisiuit iuxtà leges Academię, ita vt non sufficeret renunciare liberè in manus Collatoris, ni sub hac conditione, vt detur digniori, qui tecum per concursum, vel oppositionem petijt, ni tu alia via satisfeceris: sin autē deficiente, Electores obligarentur. Plures verò si fuerint tecum Candidati reliquenda esset, vt plura habenti suffragia daretur. Si verò de beneficio loquamur, Insufficiens tenetur resignare, sed non digniori prætermisso, qui ex beneficij petitione, non acquisiuit ius ad illud præ alijs, qui erant etiam digniores, non tamen vocati, neq. per edictum accedentes petierunt beneficium, sed cum possint singuli vocari, ità renunciandum erit beneficium, vt eius ex his, quibus erat ad illud ius, vnus compos fiat, hac autem resignatione, cum non fiat satis digniori prætermisso, de quo spes aliqua erat, ideò dānum illatum erit ei resarciendum primo loco ab Electore, secundo à te, qui impedimento fuisti.

15 Cæterum hæc Vasquęij doctrina mihi difficilis est. Et primò tu, qui digniori impedimētum iniecisti, nè beneficium ei daretur, tametsi sufficiens ad illud fueris, nihilò tamen minus dignior, cum habuerit ius ad beneficium, vel rigorosum comparatum per concursum oppositionem, vel examen, si fuerit curatum, vel hoc pacto dandū ex primæua eius institutione per antecedentē voluntatē legitimā huiusmodi beneficia dignioribus destinantē, iniustè illo priuaretur, quæ omnia *c. 4. et 5. sup. disp. aliisq. superioribus ibi citatis* probatasūt iuxta principia eiusdem *Vasquez*. Imò si contra ipsum, quem dignioremagnouisti, non bona fide, verum consultò te opposueris facturum proculdubio contrà iustitiam, atq. obligandum ad restitutionem etiam per beneficij abdicationem, probaui *cap. vlt. sup. disp. n. 3.* atq. ex eiusdem *Vasq.* auctoritate *cap. 2. dub. 18. n. 124. & 125.* confirmatur igitur impediens tu Dignioremꝰ vt tibi detur, minus digno teneris ad abdicationem, restitutionemq. modo infra dicendo faciendam. Neq. inter Cathedram, & beneficium præsertim ex oppositione dandum, vllum agnosco hac in re discrimē, & quidem quoad abdicationem faciendam, quam omninò negare videtur *Vasquez* hanc inesse obligationē minus digno, constat ex his, quæ *sup. disp. cap. 4. 5. 6. 7. & 8.* scripsimus, nam licet minus digni electio valida sit, vt tamen soluentes præsertim primum argumentum *cap. 6. citati*, ostendimus, hoc nō obstat, quominus trāseat cū onere restitutionis beneficiū, q iniustè retinetur, instar rei alienæ, ab altero mala fide emptæ. Nec video qua ratione ius habere possit dignus, quod esse digniori sæpè demonstratum est, nec quo pacto beneficium iniustè comparatum retineri possit. Et si tùm de abdicatione, tùm de quacumque alia restitutione sermo sit, licet spectata ratione moralis causæ, persuasione detorquentis voluntatem Electoris, vel Collatoris, primo loco restituere non teneri dicendum esset, vt vult *Vasquez*, verùm inspecta ratione causæ tùm iniustè accipientis, tùm iniustè retinentis rem iniquam, ei datam, primum habere locum necessariò dicendum est, cùm principalis omninò fuerit causa ad hoc damnum, acceptans, retinensq. iniustè illud beneficium; quæ quidem princeps causa omnium suffragijs primò tenetur ad restitutionē loco; quem admodum videre est apud *Rebellum 1. p. de oblig. iust. lib. 2. q. 15. n. 1. §. principalis iuxta D. Thomam 2. 2. q. 62. art. 7. Caietanum, & alios: nos q. prosequuti sumus sup. disp. cap. 4. assert. 5.* Præterea soluit Vasquez quoad personam insufficientem, quæ sibi comparuit Cathedrā arridet: Quoad insufficientem verò ad beneficium minimè genium, etenim sicut per concursum, examen, vel aliam oppositionem, ius acquiritur rigorosum Cathedræ Cādidatis, sic etiam per concursum, oppositionem, vel examen ad beneficium hoc pacto dandum, vt sæpè super ostensum; ergo huic renunciare tenebitur beneficium iniustè adeptum, ejq. collatum. Quod si plures fuissent digniores, & quidem vocati, qui per concursum se se præsentauerint, vel vni (quod euenire solet) præstantissimo cedere, vel renunciare absolutè deberent beneficium, profectò dandum, vt antequam fuisset digno concessum, prò arbitratu Electorum vni ex dignioribus, vti dictum est in solutione vltimi argumenti *cap. 6. sup. disp.* Nec discrimen in hoc etiam inter beneficium, & Cathedram, erit inuenire. Quod si alij qui non interfuere concursui, vel examini, postea comparerent, confecto iam concursu, ac morali diligentia conuocationis, his non censetur esse locus, cum sit modus in rebus, nec, in consulationibus in infinitum procedendum sit, vt omnes cum *Philosopho 3. ethicor. cap. 3.* docent, sed cessandum ab ea, cum medium approbatum fuerit, atq. electum, vti probè idemmet *Vasquez 1. 2. q. 14. in explicatione 6. art. D. Thom. nu. 10.* Atq. hac in re, vbi adhibita diligentia personæ dignioris inquirendæ, quædam aptior iudicata fuerit ad finem diuini cultus, animarūq. salutis, ac Ministerij, officijq. beneficio adiuncti, non est cur de alijs accedentibus curemus præ eo, sed solum pro cæteris sanè beneficijs vbi vacauerint; quæ omnia expendentes Tridētini formam de electione Parochorum, clariùs declarabimus. Quod autem de his scripsimus beneficijs, sentiendum putamus, seruatis seruandis, de reliquis ex propria institutione dignioribus dandis. Qua abdicatione à digno, vel indigno facta aut digniori, aut sub conditionibus, vt digniori conferatur, non video qua ratione ipsi non consulatur digniori, quod vltima *Vasquesij* doctrina negabat imò & Ec-

cle-

Digitized by Google

cleſiæ, cui primò conſulendum erat ſatisfieri, hac abdicatione arbitror, cui in eodem genere proſpiciendum eſſe, probaui *ſuper diſp. cap. 4.& 5.* Et primò ipſi Eccleſiæ, atque vno, eodemq. vt rei natura poſtulat, contextu, ipſo prætermiſſo Digniori, quod ſi detrimentũ aliquod dignior præterea ſubijt, qui omnino depreſſus fuit, ob impedimentum huius digni, vel indigni ſibi procurantis beneficium, ad hoc etiam teneri compenſandum ſentio *cum Vaſquez*: dummodo illud detrimentum aliàs non eſſet ſubiturus dignior, ni alter ei obfuiſſet. At ſi non culpa ſe Abdicãtis, ſed Electorũ dignior, cuius erat proxima ſpes; & cum hoc Indigno, vel minus digno concurrit, voti compos factus non ſit, prò ratione iniuriæ, atq. iniuſtitiæ, qua peccarunt Electores ipſi ad reſtitutionem tenebuntur.

16 In caſu autem, quo Digno licet ſe exponere, ac petere beneficium, vel ſi dubius fuerit, ſequi ſententiam Electorum, cum iuxtà doctrinam traditam, tùm *cap. § ſup. diſp. tùm cap. 2. n. 23. diſp. 7.* non teneatur ſæpè reſtituere, ſic neque de loco inquirendum eſt reſtitutionis.

17 Sit demùm vltima aſſertio: malis Impediens artibus quempiam à conſequutione boni ei deſtinati, ad quod ius erat, etiam per impedimentum apud eumdem adornatum, & contra iuſtitiam peccat, & ad reſtitutionem tenetur: ſecùs ſi non malis artibus, ſed precibus, mediſq. licitis id præſtiterit. Prima pars probatur à fortiori eodem rationis momento, quo *aſſertionem 6. n. 23. cap. 3.* demonſtrauimus, cùm præter iniuſtitiam modi, reperiatur iniuſtitia rei contrà debitum, ac ius alterius. Secundam autem expreſsè docet *Vaſquez dub. 19. n. 147.* quod ille non faciat contra iuſtitiam, cùm non inuitum, ſed ſcientem, volentem, ac ſponteneè cedentem, precibus, alijſq. modis licitis retrahit à iure, quod habebat, neq. inurit iniuriam, ſic ſi piſcatorem à piſcatura; Candidatum digniorem à beneficio petendo remoueas, ei nõ teneberis ad reſtitutionem. Hoc autem dictũ volo, vt exploratum, atq. omninò certum, ſi præces non fuerint importunæ; cum non deſint Auctores, quos laudauimus *dicto cap. 3. ad finem n. 29.* aſſerentes inter modos illicitos, importunas etiam eſſe preces.

CAPVT QVINTVM.

An, & quomodo reſtituere teneatur Impediẽs Procuratorem, vel negotij geſtorem, nè cauſam agat, eius, cui bonum debitũ erat deſtinatũ.

SVMMA.

Procurator Candidati habentis ius ad bonum ei deſtinatum ob metum cadentem in virum cõſtantem, vel vim, ſuo non fungens officio, ad reſtitutionem non tenetur. n. 1.

Quæſtiones diſputandæ. n. 2.

Malis artibus Impediens Procuratorem digni ad bonum ei debitum, & mox dandum peccat contra iuſtitiam, & tenetur reſtituere n. 3.

Si bonis alioquin artibus, ſiuè precibus etiam non importunis impedias Procuratorem, ne ſuum obeat munus pro Cliente, cui deſtinatum erat bonum ei debitum, peccabis contra iuſtitiam, atq. obligaberis ad reſtitutionem. n. 4.

Et quidem teneberis inſolidum ſi Dignioris procuratorem etiam precibus impedieris n. 5.

Si procurator digni ab indigno etiam precibus, alijſq. artibus, aliàs licitis, impediretur ad reſtitutione obligandus erit. n. 6.

Dignus impediens, non malis alioquin artibus, Procuratorem alterius digni qui non eſt obſtrictus, vel fide, vel ratione officij, non peccat contra iuſtitiam, nec tenetur reſtituere, ſecus, quando Procurator verè talis eſt, vel oppignorata ſe deuinxerit fide. n. 7.

Impediens Indigni Procuratorem, nec peccat ex ſe, neq. ad reſtitutionem obligandus, licet alia de cauſa ob turpe motiuum peccare poſſit. n. 8.

Etiam ſi malis artibus impediretur Indigni Procurator, non eſſet contra iuſtitiam, neque obligationem pareret reſtitutionis. n. 9.

Quando ob impedimentum poſitum Procuratori Digni à Digniore, fit contra iuſtitiam, atq. obligatio contrahitur reſtituendi n. 10. & 11.

Quando ob impedimentum poſitum Procuratori Digni à Digniore non fit contra iuſtitiam, neq. onus inducitur reſtituendi. n. 12.

Indignus impediens Digni Procuratorem illum malis artibus promouentem, peccat contra iuſtitiam, ac tenetur reſtituere. n. 13.

Dignus Dignioris Procuratorem illum malis artibus promouentem ſi impediat, tenetur reſtituere. n. 14.

1 NOn eſt animus Procuratoris lato modo ſumpti, vel cuiuſcunq. negotij geſtoris onus expendere, niſi ad ſolutionem propoſitæ quæſtionis faciat. Quamobrem ſuppono, Procuratorem Candidati habentis ius ad bonum, quod ei procuratur, ob metum cadentem in virum conſtantem, vim, vel alios inopinatos modos, li impediatur, ac deſiſtat, non teneri ad reſtitutionem, ex generalibus regulis de hac materia. Et in terminis docet id *Vaſq. ſæpè citatus de benef. dub. 20. n. 156. apud quem multa de Procuratoribus videre licet dub. 19. n. 147. & dub. 20. à n. 156.*

2 His itaq. poſitis primò nobis agendum eſt de impedimento Procuratori malis artibus illato, ſecundò de impedimento illato ſecluſa fraude, ac dolo: tertiò de Procuratore Dignioris impedito à Digno, & Digni impedito ab altero digno: quartò, quid de impediente Indigni Procuratorem bonis artibus: quintò quid de Impediente Procuratorem Indigni ẽt malis artibus: ſexto de Digniore quomodolibet Procuratorem Digni impediente: ſeptimò de Indigno Procuratorem Impediente Digni, malis ar-

Digitized by Google

artibus Dignum ipsum promouentem: Demũ de Digno Procuratorem Impediente Dignioris malis artibus hunc ipsum promouentem.

3 Assertio prima. Malis Impediens artibus Procuratorem Digni mox eligendi ad bonum ei debitum, eiq. destinatum, peccat contra iustitiam, ac tenetur restituere: probatur hoc potiori nomine, quàm hoc idem docuimus de Impediente hac arte, Procuratorem ad bonũ non debitum *cap. 3. à nu. 16.* cum non solum in modum sed; contra ius fiat, quod vnicuiq. est, nè decipiatur, impediatur, nèue sua facultate vtatur, verùm contra ius, quod proprium habet ergà bonum ei destinatum, ac mox habendum.

4 Assertio secunda: Si precibus etiam non importunis, & alijs absq. dolo, & fraude, rationibus impedimentum quis adornet Procuratori, vt ab incepto, quod assumpsit negotio obligata fide, desistat, itaq. eo distento, causa Cliens cadat, cui destinatum alioquin erat bonum debitum, restitutioni obnoxius erit ipse Impediens, & quidem insolidum; quippè qui satis, superq. inuoluntarium impediuisset illũ habentem ius, causamq. expeditam ad bonũ ipsi destinatum, siuè comparandum per concursum, siuè alio modo prò ratione maioris, vel minoris spei, atq. expeditæ causę quę idem erat secundum prudentis iudicium.

5 Hinc deducitur primò, tibi, qui es dignior, tuo quidem iure vtens si bonis artibus per Procuratorem beneficium comparare contẽdas, tenebitur tuum ipsum Procuratorem Impediens restituere insolidum, quantum æstimabitur illatũ tibi detrimẽtum ex maiori, vel minori spe, quàm ex industria Procuratoris Impediti, cęteris q. conditionibus habebas, quę omnes euanuere, nullo negotium tuum gerẽte. Sic *Vasquez dub. 20 n. 157.* & confirmari poterit ex dictis *assert. 1. & 2. sup. cap. n. 6. & 7.* & ex infra adijciendis corollarijs.

6 Deducitur secundo, idem dicendum esse de Digno, cuius Procurator impediretur ab Indigno bonis etiam artibus.

7 Secus autèm de altero digno Procuratorem impediente alterius pariter digni, precibus, nõ autem malis artibus, dummodo Procurator ille fidem non obligauerit per contractum onerosũ, facio, vt des, vel ratione officij. hic, inquã, Impediens non tenebitur ad restitutionem, quia vteretur iure suo neq. in modo, neque in substantia contra ius alterius Digni faceret, cuius simile ille haberet, & sicut Procurator, ni data se obstrinxisset fide, posset quidẽ huic & non illi fauere, sic poterit etiam precibus sollicitari potiùs vt huic, quàm illi prodesset. Verum si Procurator ex iustitia per pactum, detincta fide, promisisset, ac teneretur huic digno patrocinari, tametsi precibus alter dignus, vel suo loco alius ab eo impetraret, vt desisteret; & faceret cõtra iustitiam, quia cooperaretur iniustitiæ Procuratoris, & faceret contrà ius alterius Digni, quod habebat industria Procuratoris, atq. teneretur restitutioni penès rationem impedimẽti illati. Idemq. putauerim etiam si Procurator per promissionẽ oneroſam non se obligauisset, sed ex solo officio per oppignoratam fidem; qui sicut faceret contra munus proprium, & iustitiam, suo ni fungeretur munere, tenereturq. ad restitutionem, vt ex communi DD. sententia tradit *Rebellus 1. p. de obligat. iust. lib. 1. q. 10. n. 7.* sic etiam qui hoc ab ipso impetraret.

8 Deducitur tertiò, Indigni Procuratorem precibus impedire non esse peccatum, imo ex se actum esse spectantem ad iustitiam: & sicut Procurator, & posset, & teneretur non patrocinari, vel à patrocinio Indigni desistere, sic eum Impediens secundum virtutem ex se potiùs faceret. Quod si turpè motiuo odij, vel alio moueretur Impediens, Iob illud non spectãs ad rem, vti sæpè diximus, peccaret. Quamobrem omnino non arridet *Vasquez dub. 19 n. 148.* asserens de hac quæstione de impedito Procuratore ad officium, beneficium, vel Cathedram procurandam non deberé attendi, an is, cui procuratur, ius ad illa, nec nè habeat sed an iusta via, modisq. licitis petat, si quidem non modo poterit contra iustitiam fieri à petente, si modis iniustis, sed etiam si ius non habens, vt censeretur Indignus, vel Dignus, se sẽ mala fide opponeps digniori, sibi per Procuratorem, beneficium, officium, vel Cathedram comparare contenderet. Hinc ortum habet triplex difficultas. Prima, nùm Dignior, vel alter loco Dignioris malis artibus Procuratorem impediẽs Digni, vt voti compos, ipse fiat Dignior, ad restitutionem teneatur faciendam Digno, qui ab illo bono fuerat impeditus, idẽque quæri potest de digno, vel alio eius loco malis artibus impediente Procuratorem Indigni. Secunda vtrum Impediens Procuratorem Digni malis modis procurantem Cathedram, beneficium, vel officium Digno, teneatur ad restitutinem, si reuera ipsum Dignum impediat. Tertia quæri potest idem de digno, impediente Dignioris Procuratorem, qui quidem iniquis rationibus illi cathedram petit, officiũ, vel beneficium. Quæ omnes quæstiones ex regula *n. 148. & 149. à Vasq.* tradita dirimi prò veritate minimè possunt.

Et sanè de impediente malis etiam artibus Procutatorem Indigni, quẽ vbi promouet, iniustè id facere compertum est, ni aliqua sufficienti excusaretur ignorantia.

9 Sit tertia assertio. Non eum facere absolutè contra iustitiam, neq. consequenter ad restitutionem teneri. sic *Vasquez dub. 20. n. 157.* Etenim si Impediens dolo, vel fraude immediatè ipsum Indignum non facit contra iustitiam, sicut impedimentum fuerit positum ad officiũ publicum Indigno dandum, siue sit ad bona Reipublicæ diuidenda ex iustitia: siuè ad beneficia, ecclesiastica, ad quæ ipsius Indigni electio facta fuisset, vel contra Reip. bonum, vel contra ius, & iustitiam, neq. vt ipse etiam assentitur *Vasquez. dub. 20. n. 152.* ergo neque eadem ratione Impediens Procuratorem Indigni etiam malis rationibus. Dixi, absolutè; quia secundum quid poterit ad summum aliquam restitutionis obligationem intercedere ob aliquem excessum malis inuolutum artibus,

Digitized by Google

bus, vti nos loco citato cum *Vasquez n.*156.& 157. diximus.

10 Deindè Digniore collato cum Digno. Sit quarta assertio, vel Procurator Digni dignum promouet, vt ille se se offerat iudicio Collatorum, vt propriæ virtutis, ac scientiæ periculum faciat, seq. exponat, si non ad hoc, ad quod non erit forsitan hic, & nunc melior iudicatus, ad alia sanè mox vacantia officia, seu beneficia; vel ad hoc etiam, si nō detur alioquin Meliori. Et in hoc casu si malis artibus impediatur, contra iustitiam fiet ab Impediente, contrahetur que obligatio restituendi; cum enim iustè dignus possit exposita ratione sibi immediatè consulere, quemadmodum demonstratum est *sup. disp. c.6. assert.*5. *n.*12. iustè idē, etiā per Procuratorem faciet, & licut improbis si modis ab hoc suo iure impediatur, vt hoc, & 3. *cap.* exarauimus, inureretur ei iniuria, fieretq. contra iustitiam, ita pariter, si eius impediatur Procurator. fauet *Vasquez citatus n.*158.& 159.

11 Quinta assertio. Si precibus Dignior impetret à Procuratore Digni, nè illius licitum prosequatur ius, eo modo, quo potest, atq. superiori assertione explicatum, faciet vtiq. contra iustitiam, si Procurator ipse censebitur contra iustitiam facere, desistendo à Procuratione; vel gestatione negotij, idq. ex his, quæ diximus *corroll.*2. *post assert.*2. deducendum est, & quia cooperaretur iniustitiæ.

12 Assertio sexta, si Dignior, vel quicumq. alius malis etiam rationibus Procuratorem impediat, contendentem Dignum ipsum promouere in mala fide, ac modo, quo ipse peccaret Dignus pariter contra iustitiam, ac teneretur ad restitutionem sibi procurans bonum debitum Digniori iuxta dicta *cap.6. sup. disp. assert.*1. non faciet, contra iustitiam, neq. restituere tenebitur. Patet eodem, fundamento quo hoc idem probauimus *cap.* 4. *asser.*3. *nu.*9. de immediatè ipsum Dignum Impediente. Peccare tamen, posset mendacio, vel alijs modis, quibus vtitur artibus inclusis.

Deducitur ex hac assertione, quando non peccabit Impediēs Procuratorē Digni petentis, & procurantis beneficium curatum, vel aliud, Digniori debitum iuxta supra dicta.

13 Assertio septima. Indignus, impediens Digni Procuratorem iniquis etiam rationibus ipsum Dignum promouentem, si impedimento hoc Dignus causa cadat, neq. potest bonum aliàs sibi, debitum habere, tenetur ad restitutionem; Ratio, qua moueor est, nam tametsi vel ille dignus, vel eius procurator in modo peccent, non tamen, in re ipsa contra iustitiam faciūt; quòd iure suo bonum Digno debitum, ac demandandum procuraret, ergò licet Indignus iniustè non faceret, modos illos illicitos impediendo, iniustè tamen operabitur rem ipsam, electionem videlicet, vel collationem iustam faciendam Digno, cui debebatur impediendo; igitur ob hanc iniustitiam, damnumq. iniustè Digno illatum, obnoxius erit restitutioni. Idq. verum erit, tùm de Impediente Dignum ab electione, beneficij cuiuscumque, & Cathedræ, tùm à collatione officij publici, ac beneficij, saltem Digno dandi, & ab Indigno auertendi, etiam in sententia *Vasquez* has duas collationes officij publici, ac beneficij quoad hoc sæpè distinguentis *dub.*19.& 20.

Hinc colligo contra *Vasqu. dub.*19. *n.*148.& 149. nonnunquam fieri posse contra iustitiam, onusq. restituendi subire per impedimentum datum Procuratori etiam malis artibus aliquid, procuranti, si bonum illud, quod illis intenditur, erat alteri debitum, cui procurabatur, & consequenter non esse semper ad malas consequendi rationes attendendum, sed ad rē etiam debitam, vel indebitam. E contra verò si daretur euentus, in quo non modis indebitis, vt docet *Vasqu. dub.*20. *n.*157. sed debitis procuraret quis Indigno bonum, quem bona fide existimaret dignum, posset etiam absq. peccato impediri à Digno, quod licet ille in modo non peccaret, in re tamen saltem materialiter esset in culpa.

14 Assertio octaua. Hoc idem sentio de Impediente Procuratorem Dignioris, Digniorem promouentem malis artibus ad bonum aliàs ei debitū, non enim peccabit malos impediendo modos, peccabit tamen si re vera Procuratore per eum impedito, cadat causa Dignior, ob idem fundamentum.

Dices, aliquando non poterit Dignus impedire prauas Procuratoris artes Dignioris, ni causam ipsam euertat, vel electionem, vel collationem.

Verum aio, si malę Procuratoris artes minus dignam redderent personam, quæ Digno aliàs erat, vteretur iure suo Dignus eas Impediens, ac se committens iudicio Electorū, nùm ex hoc ipso accidēti malitiæ Procuratoris hic, & nunc præstantior alio existimandus sit. At si prauæ illę artes, vel solius essent Procuratoris, vel non officientes ipsius Digni præstantiæ, ne contra dignioris ius faceret, & quidem respectu boni dandi, non posset dignus contra illas alioquin prauas artes ipsius Procuratoris operari, nè sequeretur damnum Digniori ius illud habenti.

CAPVT SEXTVM.

Soluuntur rationes in contrarium allatæ capite primo.

SVMMA.

*Interpretatio doctrinę D. Thomæ. n.*1.

*Expenditur ex l.*1. *§.* idem aiunt. ff. de aqu. pluu. arc. *num.*2.

*Argumentū à contrario sensu virè habet, quando contrarium iure non est cautum, secus si cautum. n.*3.

*Iure positiuo casus ad alios extendendus non est, quando contrarium habet ius naturale n.*4.

Digitized by Google

Declaratur locus Aristotelicus. 2. physic. cap. 5. text. 56. quod parum distat, nihil distare videtur. n. 5.

RAtionibus dubitandi *primo cap.* narratis nostra doctrina satisfactum esse constat. Et quidem qua ratione bona, vel mala intentio, motiuumq. formale actus, quo impedimentum adornatur ad restitutionem per se minimè conducere, demonstratum est *cap. 3. assert. 1. vbi n.* 5. habere odium diximus, vel tanquam signum, vel tanquam causam talis impedimenti, nec non id fieri etiam ex virtute cum laude, meritoq. aliquando posse *n.* 8. indicauimus. Quomodo autem restitutionis quantitas decernenda sit ex animo obfirmato, vel nō penitus firmato, & etiā ex debito, & iure impediti præcipuè scripsimus tùm *cap. 3. concl.* 5. *n.* 22. *tùm cap. 4. post conclus. 1. n. 3.*

1 Diuus autem Thomas, vti locis citatis indicauimus à nostra non discrepat sententia. Eius tamen sensus non est, vt ex solo malo animo damnum intendente alterius, quem impedit, teneatur ad restitutionem, sed si egerit iniustè pro vt opponitur particulæ iustè super à S. Doctore vsurpatæ. Sicut igitur cùm impedimentum infertur, vt beneficium detur Digniori, iustè quidem infertur, neque inducitur obligatio restitutionis, atq. intentio diuini honoris, causa erit ad summum impulsiua, ità impedimentum illatum iniustè, vt cùm ponitur Digniori, vel Digno in fauorem Indigni, vel minus Digni, vt probè se S. D. explicat, plerumq. vti diximus obligationem parit restituendi, & odium, propter quod intendit, tanquam ratio motiua, causa impulsiua, siue finalis, vel signum vti nos loco sup. numero indicato docuimus se habet concomitantèr ad restitututionem, ex impedimento ipso illato tanquam exponēte, & faciente iniustum pendentem.

2 Ad primum autem textum adductum ex *l. 1. ff. de aquis pluu. arc.* quidquid sit de solutione *Caietani, ac Soti*, qui quidem potius legem suis sententijs aptare conantur, quàm eas legi. Notandum vel sermonem esse de obligatione iuris naturę, & conscientiæ antecedēte ad omne ius positiuum, vel de obligatione iuris positiui in foro externo, vel eo posito de obligatione in cōscientia. Hoc autem notato, primum aio, ex vi iuris merè naturalis, eum, qui pręcisione venæ aquarū in suo fundo impedit, nè in alterius fundum emanent latices, nullam iniuriam ei facere, neq. restitionis onus subire, tametsi ex odio, animoq. illi nocendi faceret, quod clarè supponit *Nauarrus sæpè citatus cap. 17. summæ n. 71. scribitq. expressè Molina disp. 727. n. 4. §. dicendum.* Et ratio est, quia non accipit, quod est alterius. i. latices, postquam in alterius deriuati fuerint fundum, sed aqua vtitur, quæ propria est; cùm intra venas proprij contineatur agri, neque adhuc effecta, sed futura mox erat alterius, si locum habuisset effluendi in illius prædium, & nè efflueret, impediretur à Domino, cuius est actu, dum impeditur. Qui autem re sua, neq. alterius vtitur, iure naturali, nulli inurit iniuriam, & consequenter stando huic iuri, tanquam regulæ proprię conscientię non facit contra iustitiam, neq. ad restitutionē tenetur. Neque lex allata solum, vt explicatiua naturalis iuris spectata ad rem facit: ex qua contra nostram doctrinam *assertione præsertim 1. cap. 3.* enucleatam poterit duci rationis momentum. In foro autem externo in ea lege ius positiuum statuente, fundato, neq. cogendum esse eum, qui odio, animoque nocendi venas pręscindit aquæ ad desistendum, neque ad damnum vicino resarciendum, satis, su-
3 perque probabile est; Nam argumentum à contrario sensu, quod excitata deducitur lege, robur quidem haberet, quando contrariū non esset dispositum, vt liquet ex *l. 1. ff. eius*, cui *mand. est iur. &c. & leg. in l. conuenticulam C. de Episcopis, & Cler. & l. 3. C. de cond. incert. & cap. cum Apostolica de his, quæsiunt à Prælatis sine conf. cap. & 25. qualis, & 45. disciplinam, & per Ioannem Andream in cap. publicato de Elect. & in cap. 1. de ætate, & qualitate in sexto, & in Clem. 1. de sentent. excom.* At nihil virium habet, vbi contrarium iure ipso exprimitur, vt colligitur ex *cap. à nobis il secondo de sent. excō. vbi Abbas n. 4. Felinus nu. 2. vers. nota, quod argumentum: Et probè scribit Glossa in cap. proposuisti nobis de foro competenti* ad *illa, Clerici tamen in Iudicem non suum, atq. ex 3. q. 6. non liceat, & in dictam Glossam Felinus notat; nec non Glos. cap. vnico verbo permittimus de ætate, & qualitate in 6. vbi Francus n. 3. Nauarrus apologia ad librum de redditibus q. 1. monitione 44. n. 2. & in summa ad hoc propositum c. 17. n. 70. ad finem, & 71. Euerardus loco à contrario sensu, Gutierrez 1. pratticarum q. 3. n. 14.* cuius Ratio est, vt iurium correctio fugiatur. Cum itaq. iure ipso naturali, vt paulo antè diximus, ad nihil teneatur, qui modo iam declarato suas sui fundi præscindit venas etiam ex odio, non est ex cōtrario sensu legis positiuę deducendū teneri ad restitutionem. Verū enim vero cui, cum communi DD. sententia apud *Molinam tract. 2. de iust. disp. 727. n. 5.* magis placeret iure ciuili meritò sancitum fuisse, vt quando quis, absq. aliquo suo emolumento, animo solum alteri nocēdi, venas eo mōdo intercideret per actionem de dolo impediendus sit, nè opere compleat intentum, atq. in pristinum rem restituat, quæ ab eo malo gesta fuerat animo; qui tamen non præsumitur, sed probādus omnino est Dicendum igitur ex hoc iure positiuo, atq. in foro externo, in cōscientia nullam resultare obligationem (quod alterum erat à nobis solutionis propositum membrū demonstrandum) ni in illo eodem foro, petitum fuerit, atque in pœnam peruersæ intentionis probatæ iudicatum.

4 Cæterùm neq. qui hoc sentiret præter casus à iure positiuo dispositos ad alios hanc doctrinam extendere deberet, quia cōtrarium habet rerum natura; iusq. ipsum naturale. Quamobrē siue in legato, siue in Cathedris, siue in beneficijs etiam si ex odio quis impediretur, cum nil de his iure sit positiuo dispositum, naturali standum esset iuri, neque ex animo, atque in-

Digitized by Google

interna rationes motiua decernendum est restituendi onus, sed ex iure euerso, vel iniustitia. Neq. daretur actio de dolo, sicut nos *cap. 3. carol. 3. n. 12.* indicauimus. Reliquæ in argumentum allegatæ leges nostræ sanè fauent sententiæ, habent enim Fodientē puteum in suo agro nō teneri vicino, licet venas succiderit, ex quibus in eius puteum latices fluebant.

Locus autem Aristotelicus à D. Thoma in argumento in contrarium allatus, atq. à nobis *disp. 9. cap. 3. n. 12.* varijs confirmatus Textibus, quem habeat sensum ex dictis patet. Et quidē esse topicum neq. absolutè, neq. vniuersim verùm quoad omnes effectus, imò si actiuè sumatur falsum plerumq. quemadmodum ostendit *Caietanus sæpè citatus*, neq. enim is, cui parum abfuit, vt iniustitiam committeret, perindè reputādus est, ac si commisisset iniustitiam, passiuè vero, aut quasi passiuè si sumatur ita, vt idem prorsus sit impediri à bono acquisito, atq. à bono mox comparando, idemq. sit eo priuari iam adepto, ac priuari mox habendo; Vel de bono loquimur alicui ex liberalitate dādo, & non debito, vel alteri debito: de primo nequaquam verum illud principium erit cum, nō modo subesse varijs possit periculis, quibus impediretur collatio, verum cum nullum Candidato sit ius, dici neutiquam poterit, vt, postquam iam est possessum, proprium esse possessoris; ac proinde in ordine ad restitutionem fur quidem erit, qui hæreditatem, quam hæres assequutus est, furetur, nō autem erit fur, neq. ad restitutionem tenebitur, si bonis artibus mentē remoueat Testatoris ab ea illi relinquēda. Si de secundo, ad quod propositum in argumento contrario à D. Thoma est adductum axioma, tametsi ob ius, ad debitum idem moraliter videatur esse, iam consequutum quempiam fuisse bonum, ac mox forè vt consequatur, nihilo tamen minus hoc intelligendum ita est, vt nullum ex varijs circumstantijs periculum immineat, quo possit non haberi, & firma omninò voluntas ex parte dantis, cuius periculi si dubium solū esset prò quantitate huius esset existimandum minoris profecto valoris esse bonum in spe, quàm in re, & consequenter tanti non esset causa damni, qui tolleret illud idem bonum iam habitum, vel possessum, ac mox habendum. Quod si nulla subreperet dubitatio periculi iuxta suprà dicta, eodem modo damnum intulisse censendus, qui tollit habitum bonum, ac qui impedit, nè habeatur, & hoc pacto posset admitti propositio illa Philosophi, qua etiam ratione æquè ferè censendus infortunatus, qui non est consequutus bonum, quod parum defuit, vt cōsequeretur, ac infortunatus esset, si postquam illud esset assequutus, amisisset; nō autem absolutè, ni putatiuè, opere nimirum intellectus, illud bonum mox habēdum, moxq. captandum apprehendas, vt iam comparatum, eiusq. priuatione æque doleas, ac si nudatus eo iā habito esses, vt docet *Aristoteles*, fundamētum aūt *Soti c. 3. ex regula nu. 16.* relata nullius roboris esse demonstratur.

CAPVT SEPTIMVM.

Ex superioribus disputationibus de electione Digni nonnulla ad praxim deducuntur Corollaria.

SVMMA.

Ex ignorantia non crassa, seù affectata posse quēpiam saltem à peccato malæ electionis excusari, & si sæpè non à restitutione ex illa orta. num. 1.

Excessus, ob quem Dignior dicendus, ex cuius omissione nascitur obligatio restituendi, notabilis esse debet tùm ex parte Promoti, tùm ex parte beneficij etiam in honore, aut dignitate; alioquin nec peccatur mortaliter à Iurante Meliorem eligere, neq. ab Eligente n. 2.

Per moralem adhibitam diligentiam merita singulorum Candidatorum comperta esse debent Electoribus. n. 3.

Dignior ad vacantem Ecclesiam perquirendus non est ex his, qui alijs iam præsunt, ni grauis vrgeat necessitas. n. 4.

Ex accidenti non nunquam Dignus præferendus est Digniori. n. 5.

Reges, Prælati, omnes non promouentes Meliores ad beneficia curata, maioriq. mōēti, quos morali diligentia possent habere, peccant mortaliter contra iustitiam. n. 6.

Quincumq. potens beneficiū conferrè promittens primum vacans Digno, non existente Digniore si fuerit iam vacans, quando fuit promissum, tenetur illud conferre, secus si non erat illo tunc vacans. n. 7.

Promissio conferendi primum beneficium vacaturū, iuramento non firmatur. n. 8.

Contractus iure ciuili irritus ob commune bonum iuramento non firmatur ibid.

Regula generalis ad agnoscendum, quando iuramentum firmet contractum. n. 9.

Religiosi proprijs obligantur constitutionibus ad meliores eligendos in superiores. num. 10. 11. & 12.

Forma eligendi Propositum generalem Societatis Iesu. n. 11.

Lectio Sacræ Scripturæ in Religiosis conuentibus danda est Dignioribus ex Tridentino. n. 12.

In summum Pōtificem melior eligendus est. n. 13.

Cappellaniæ, vel beneficia simplicia, quæ fundari solent, danda personis ex eadem familia, nunquā Indignis; Dignis, tamē, nec perquisitis Dignioribus intra eandem familiam, dummodo curata non sint conferenda. n. 14. 15. & 17.

Vtrum Præsuli probandus sit defectus, quem obijcit Præsentato à Patrono num. 15. remissiuè.

Digitized by Google

Discrimen inter beneficia iuris Patronatus, & cætera digniora n.16.

Probè posset institui Monasterium, vel aliud Iuris Patronatus beneficium ea lege, vt Superior ex eadem esset familia, cuius non inuentretur melior, vel esset æquè dignus, ac cæteri externi. n.17.

Patroni Institutoris successores ordine proximitatis suos tenentur vocare propinquiores dignos, etiamsi non essent digniores ad beneficia non curata taliter instituta. n.18.

Patronus certæ familiæ beneficium addicens, esto proximitatis ordinem non exprimat seruandum, implicitè tamen intelligendus est num.19.

Si ex aliena vocetur familia ad beneficium iuris Patronatus, si fuerit curatum Meliori dãdum est, aliud satis est, si detur Digno. n.20.

Illegitimi à beneficio iuris Patronatus arcentur, qui quidem defectu legitimorum ab Episcopo dispensari possunt. Legitimos ab illegitimis natos probabile est vocari. n.21.

Si à Testatore vocandi liberè commissi sunt voluntati Patroni, satis est eligere Dignum ad beneficium non curatum: secus si eius arbitrio mandauerit, secundum probabilem opinionem, esto probabilius sit etiam hoc in euentu sufficere Dignum eligi propinquiorem. n.22.

Patroni ad beneficia curata, præsertim Episcopatus, Meliores tenentur, quos morali adhibita diligentia possunt præsentare. n.23.

Beneficia Patrimonialia etiam curata desiderãda sunt instituta, vt dãda sint Ciuibus aliàs Dignis, qui vel ex hoc ẽt digniories cẽsendi. n.24.

Periculum instat Ciui habenti beneficium curatũ in Patria, nè illi prouerbium competat. Nemo Propheta acceptus in Patria. n.25.

Cur Conciues plerumq. liuore tanguntur inuidiæ, ibid.

Qui sunt fructus inuidiæ, scopuliq. fugiendi à virtuosis Ciuibus. n.26.

Tres inuidorum species, quas declinare cõtendat Prælatus in Patria. n.27.

Capitulares quibus ius est eligendi in Prælatum ex proprio græmio, huic possunt cedere iuri. num.28.

Beneficium resignans Digno, vel Digniori pro natura beneficij resignandi, eiusq. institutionis tenetur resignare, & ni faciat, peccat contrà iustitiam, ac restitutioni obnoxius erit. n.29.

Prælati resignationes non ritè factas, præsertim puerisue approbent. n.30.

Posset Resignans aliquem bona fide præsentare Prælato, cuius interest approbare, vt si iudicauerit aptum tali beneficio illum promoueat. num.31.

Admonentur Recentiores nonnulli opinionum ad relaxationem disciplinæ ecclesiasticæ aptarũ fautores. n.32.

Legatum, vel hæreditas validè ad pias causas est etiam alienæ commissum voluntati. n.33.

Cum Testator pauperibus, aliquos non determinans reliquit aliquid, quando hæredis, quando Episcopi interierit illos designare. n.34.

Quæ pauperibus debentur per legatum, hospitali pauperiori danda necessario non sunt. n.35.

Legatum pauperibus, arbitrio hæredis destinandis, satis est si pauperibus distribuatur, nũ quæsitis pauperioribus, tametsi magis pium esset pauperiores quærere. n.36.

Quando testator pauperioribus commisit distribuendũ aliquid, non satis est, si pauperibus tantum, non quæsitis pauperioribus diuidatur. num.37.

Scholastici suffragantes indigno, vel digno, omisso digniore ad Cathedras, peccant mortaliter, ac tenentur restituere. n.38.

1 IN hisce corollarijs, more Maiorum, superiùs allatas regulas primò contrahemus, deinceps extendemus: Neuè idẽ sæpè iterare cogamur, peccatũ posse tum excusari ignorantia non crassa, aut affectata: tũ inaduertentia, tum metu, alijsq. causis notandum est; quæ ad culpam excusandam à DD. afferuntur. Illud præterea scitu dignum arbitror, posse nonnunquam bona fide, ignoratia, inaduertentiaq. multos à peccato ob malã electionem excusari, non autem vbi aduerterit se errasse, ità facilè à satisfactione, ac possibili restitutione.

2 His notatis. Deduco primum, tum ad peccatum mortale, tum ad onus restitutionis subeũdum ob electionem Digni, prætermisso Digniore, super assertum excessum, ob quem præstantior Digno, Dignior sit existimandus, notabilem esse debere, vt enim furari cẽtum lethale peccatum est, obolum vero, exiguamq. monetam nequaquam, ita in casu nostro, vt rectè *Sotus lib.3. de iust. iust. q.6. art.2. prima limitatione post 9. concluſ.* Hinc autem excessus exiguus considerari quidem potest, & ex parte beneficij, & præcipuè ex parte dignitatis personæ, sic Salon. 2.2, q.63, art.2. controu.3. fol. 1005. qui veniale vult esse peccatum, beneficium centum aureorum Digno conferre, Dignori collato altero sexagintasex aureorum. Veniale pariter erit, si excessus fuerit exiguus in meritis, licet in beneficijs collatis digno ac digniori fuerit maximus. Nam grauitas iniuriæ, ex qua potiori ratione grauitas est deducenda culpæ, nõ ex qualitate beneficij, sed potius ab excessu magno, vel paruo meritorum. Sic *Salon laudatus eod. art.2. controu.3. fol.1001. & 1002. Nauar. Miscell.43. nu.77. Sylues. electio 1.q.16. & alij.* Demùm ex eodem Salonio, notatu dignum est excessum inter beneficia, non modo sumendum ex quantitate reditũ, Verũ in dignitate, atquè honore, quibus alterum alteri præstare potest, in quibus præstans beneficium ni conferatur digniori, peccabitur mortaliter, etiam si fuerit æqualis emolumenti. Tandem iurans Præstantiorem eligere, neq. eligens, excessu leui exsistente, non peccabit mortaliter, quia frangere iuramentum promissorium in re leui etiam intrega, mortalis non est culpa, vt eruditè *Sanchez lib.3. instit.4. n.23. & hac de re Nauar. lib.2. de restit. cap.2. n.161. & 162.*

3 Deduco secundùm, non ad metaphysicam trutinam, sed ad moralem diligentiam rem rediendam, qua comperta Electoribus esse debent

Digitized by Google

bent maiora, vel minora vnius cuiusq. merita, ac dona; non enim nos Deus, qui bonitas est sūma, in has redegit angustias, vt adamussim cuiuscumque beneficiō donandi merita libremur, ea contenti diligentia, eoq. consilio adhibito, quod prudentis iudicio ad negotiū grauis momenti desideratur; nam qui tenetur ad finē, tenetur adhibere media necessaria ad talem finem, & sic tenent *Caietanus 2.2.q.63.art.2.ad finem, Sot. lib.5.de iust.q.9.art.2.in prima ratione* nonę *concluſ. & alij, quos citat Sanchez in opusc. lib.2.cap.1.dub.12.n.2.*

4 Deduco tertiùm, Digniorem ad Episcopatum, aliudq. simile beneficium perquirendum non esse ex ijs, qui iam certæ inseruiunt Ecclesiæ, licet pinguius esset hoc in præsentia dandum, quam alterum possessum à Digniore Admonet hoc *Sotus de iust. lib.3.q.6.art.2. dub 2. arg.2.* & clariùs constabit ex his, quæ *lib.7.disp. 2.cap.2. & 3.de post. Præsulis vnius Ecclesiæ ad alteram transferendi* dicemus, nunc ad rem nostram satis est indicare vinculum inter hunc Episcopum, talemq. Ecclesiam per se indissolubile esse, & de potentia speciali Summi Pontificis dissolui per translationem ex causa tantùm posse, & quidem vrgētissima, vt nos tom. 1. lib.1.disp.1.cap.4. demonstrauimus; at vrgētissima non videtur causa per se loquendo, existente idoneo promouendo, ab Ecclesia sua spōsa Prælatū remoueri; cū Aptior, Digniorq. ac si non esset, in hoc sanè casu, se habent, vbi matrimonio spirituali, quo se deuinxit, censetur impeditus, & impedimento quidem ab alio quam à Romano Pontifice ex vrgenti causa, licitè non dissoluendo. Præterea probatur à posteriori corollarium, quod alioquin magnus ambitioni pateret aditus, maximæque animorum perturbationi, qua semper Episcopi, siue Curati animo pēduli, ac hæsitātes à sedula Ecclesiæ cōsulēdi cura auocarentur, ac sæpè oues vix à Pastore cognitę desererentur, tēpusq. penès in limine tereretur. Dixi per se loquendo, nam talis Ecclesiæ vacātis necessitas esse posset, tales permutandi alterum circumstantiæ, vt iuxta canones de translatione, & postulatione Prælatorum *lib.7.à nobis citato* exponēdos non modo licitè posset, sed omnino translatio hæc facienda esset; eo potiori nomine, quo Digniori melius prospicetetur. Igitur esto *Vasquez de benef. cap.2.§.3.dub.1.n.61.ad finē, vbi citat Sotum)* doceat meliorē absolutè perquirendum esse; Nihilo tamen minus *tom.3.in 3.p.disp.241.c.2.ac 3.vt vidimus nostro tom.1. loco citato*, absolutè huiusmodi translationes iure naturali diuino vetitas docet, & prosequitur *cap.4.& 5.ac 7. cui videtur subscribere Sanch. in opusc. lib.2.cap.1.dub.3.n.1.*

5 Deducitur quartùm, licet reperiantur viri absolutè præstantiores ad beneficia ecclesiastica, sæpè tamen ex accidenti minus aptos cēsendos esse. Hinc occurret aliquando quis virtute, literis, ac prudētia apprimè præditus, erit tamen, vel alijs implicitus negotijs, vel naturali quadam animi remissione, aut pusillanimitate, ineptus, atq. in agendis negotijs inexpertus, vt posthabēdus meritò sit alteri minus digno. Verum in hisce semper ob oculos Electoribus sit scitum sapientis dictum, beatum esse Regnum, quod vel Philosophus regit, vel in quo Rex philosophatur. Cum præcipuè Principis ecclesiastici errores, qui vix à sapientioribus, ac prudentioribus in tot humanæ vitæ tortuosis ambagibus declinari possunt, non gregariorū nautarum, sed naucleri sint, i. grauissimi ad maximam Reip. atque Ecclesiæ catholicæ ruinam tendētes. Addo ex Caietano Prælatū idoneum, gratumq. ouibus, meliorem censendum esse, Prælato cętera digniore, minus tamē ouibus grato, quoniam ibi charitas coalescit: hic periculum operandi ex metu, ait Caietanus, cuius sententiam, approbo; Adde, quod quādo aptior penes cætera, ac Dignior, notabiliter esset populo exosus ad eius regimen minus profectò censeretur aptus; Ideoq. hic, & nunc Indignior, nam si oues vt mercenarium potiùs, quàm vt Pastorem illum haberent, fugerent vtiq. neq. regi, neq. curari sinerent. Quid autem sentiendum sit de casu trium ex gratia Candidatorum, quorum bonus, melior, ac optimus est, vel Infimus mediocris, atq. obsolutè bonus, nū nè causa cadat Mediocris, atq. eligatur Infimus, Meliori possit suffragium denegari, diximus *disp.6.cap.4.coroll.4.* Huc etiam spectat, quod *corollar.9.* de Superiore Cōuentus, & ad finem *corollarij* 10. de beneficijs patrimonialibus dādis ciuibus, personisq. eiusdem Ecclesiæ, ad quæ loca meum allego Lectorem.

6 Deducitur quintùm. Ampliando supra traditam doctrinam, Regem, seù Pontificem maximum ad Episcopatus, curata beneficia, cęteraq. maioris momenti, Meliores, adhibita, quam diximus, diligentia, non promouentes, non modo peccaturos mortaliter contra iustitiam tùm commutatiuam in Ecclesias, tùm cōmutatiuam, ac distributiuam in Digniores, expeditos, & licitis modis concurrentes, sed teneri ad restitutionem, vt *Sup. disput.* demonstratū est, vel iuxta sententiā aliorū, si nó poterunt per collationem huius beneficij, ei denegati consulere, saltem teneri, id in proxima præstare promotione. Dixi penes hanc, quæ haberi soler sententia communis ab extrinseco, cuius Auctores negantes restituendi onus incumbere Electoribus, vel Collatoribus, beneficij Digno, Digniore prætermisso hanc quidem obligationem in altera proxima collatione eis instare vltro concedunt, vt videre est *apud Sot. lib.4.de iust.q.6.art.3.in posteriori concluſ. & lib. 3.q.6.ad finem art.2.ex D.Thoma 2.2.q.63.art. 2. & ex Caietano.* Imò cum cæteris longè præstantior, ac sanctior sit Summus Pontifex, eò maiori teneatur ratione optimos quosque Prælatos Ecclesijs præficere. Subscribit *Lessius lib. 2.cap.34.dub.14.nu.64. & omnes ferè tenentur Auctores] asserere super à nobis relati præsertim disp.7.c.1.n.6. & vlt.* Accedit *Sanchez in opusc. posthumis lib.2.cap.1.dub.3 à n.16. apud quem alij quamplures.* Quamobrem miror Neotericos quosdam dicentes summa, quam eis dedit Deus libertate excusari hos, quos modo dixi Electores, vel Collatores, cum cæteri excusentur; quasi verò hæc libera, quam ipsi vocant,

ele-

Digitized by Google

electio, vel dignitatem conferret Electis, vel Electores dominos faceret, & non administratores. Quamobrem huius doctrinę nollem ipse nemini esse Auctor, nè & me, & illum eius pœniteret in extremo iudicij die.

7 Deducendum sexto; Episcopum, vel quécumq; potentem beneficium conferre, ac promittentem alteri collaturum, cùm primùm vacauerit, vel iam quando promittit, vacauerat, vel non: si vacauerat, & posse, & obligari promissionem implere, factam tamen Digno, non existente Digniore; si autem non vacauerat, non tenetur dare beneficium proximè vacaturum; sic probè *Vasq. de benef c.2.§.2.dub. 4.n.42.* Ratio primæ partis est, quia promissio de re licita, vti est beneficij iam vacantis acceptata, quæ nunquam ab Ecclesia reddita est irrita; profectò grauiter obligat de re graui, quemadmodum Theologis, atq. vtriusq. iuris DD. exploratum est, vel ratione saltem perfidiæ, quemadmodum videre est apud *Caietanum 2.2.q.143.art.1.dub.4.vel absolutè, vt apud Molinam tom.2. de iust. 262. ad finem*, *Sanchez lib.1, de sponsal.disp.5.à n.20. Vasquez 1.par.disp.75 c.6.nu.42. Soarium in relect. de iust. identidem, Lessium lib.2.cap.18.dub.8.* quia & est pactum, quod ex se grauiter obligat *cap.qualiter de pactis, & cap.iuramentum 22. quæst.5.* & ex iustitia ad illud tenemur, cum promittere non modo sit verum dicere, sed fidem obstringere, ob quam quis in foro etiã interno compellitur stare promissis. Secunda pars à contrario probatur, qua de re illicita, præcipuè contra iustitiam, vt esset hæc, qua Digniori locus non seruaretur, promissio non obligat iuxta *legem generaliter, l. si stipuler, ff. de verb. obligat. & cap. vltimum de pactis, & cap.in malis 22.quæst.4.ex Isidoro.* Hinc tertiæ partis nostri corollarij ratio desumitur, cùm enim promissio beneficij vacaturi sit irrita, non *ex cap. de tuſtanda de conceſſ.præb.* quod errore Notarij malè citatur apud *Vasquez*, cũ in toto illo titulo non sit sub hac inscriptione capitulum vllum, sed ex *cap.nulla eodem sanè titulo*, & *cap.relatũ*, atq. *ex tenore eodẽ, & præterea ex cap.deteſtanda eodem titulo in sexto*, quo non modo super allegati textus confirmantur, sed quodcumq. quod suboriri posset dubium, radicitus euellitur, quia longè amplioribus causis irritas eas reddit promissiones, *addita glossa*, & *cap.ex tenore super allegato in expositione casus.* Ratio autem huius doctrinę est, quoniam aperiri huiusmodi promissionibus ostium videtur captandę, vel optãdę mortis alterius. Quod ad promissionẽ Patroni promittentis nominationẽ beneficij nõ dũ vacantis, *Vasquez citatus de beneſiijs*, extendit fundatus in allegato *cap. deteſtanda, in sexto* quem vniuersalissimis, vtitur clausulis.

8 Nùm verò hęc promissio iuramento firmari possit, pendet ex principi inter Theologos quæstione, an iuramentum contractus irritos firmet: de qua ad rem nostram coarctatam *Vasquez* iudicat promissionem per iura allegata irritam de beneficio non dum vacante, iuramento confirmari posse secundum eiusdõ doctrinam in materia de testamentis, de iuramento cõfirmante contractus irritos ipso iure. Verum cum apud eumdem *Vasquez in loco ad quem se ipsum allegat de testamentis cap. 3.dub.2.n.38.39.& 40. inueniam* iuramentum confirmare quidem cõtractus aliàs irritos iure humano, primario in fauorem priuatę personę, non tamẽ irritos in fauorem publicum, cui priuatus renunciare non potest, eodem Auctore, pene abeodemet, discedere cogor, & suppolita, quam modo ex ipso retulimus sententia, quę est DD. communis *Bartoli l.si quis pro eo in principio.nu.8.ff.de fide iussorib. Pauli Bellaneri, Alciati, Euerardi, & aliorum apud Sanchez lib.3.ſummæ cap.9.num.34.& cap.12. num.43.*

Quod nullitas huius promissionis ab Ecclesia inducta sit per Canones citatos ob cõmune bonum, fauoremq. publicum, nimirum *nè locum in Eccleſia Dei futuræ ſucceſſionis expectatio habeat, quam ipsi etiam Gentiles condemnare curarunt, vt habetur cap.nulla citato* sequitur apertè hanc eãdem promissionem ex principio eiusdemmet Vasquez iuramento non firmari, & quamuis distinctũ sanè sit promittere beneficium per mortem alicuius vacaturum, contra quam promissionem directè Canones primo loco citati tendunt; ac promittere absolutè beneficium quodlibet vacaturum, vel cùm primum occasio se se obtulerit; quia tamen, vt habetur *cap.deteſtanda in 6. de conceſſ.præbend.* huiusmodi promissionibus aperitur via sub tali palliatione verborum ad deteriora, contrà Lateranense Concilium, ex quo primi desumpti sunt Canones, hi contractus redduntur irriti ratione boni communis expressi per verba supra citata.

9 Deinde verum omnino cum plerisque DD. habeo regulam agnoscendi, quando iuramẽtum vim habeat confirmandi contractum, nimirum quando absq. peccato seruari potest, ac turpitudo non inuenitur in Creditore, in cuius fauorem præstatur, firmet tunc contractum; nequaquam autèm si absq. peccato seruari non potest iuramentum, turpitudo sit in recipiente, vel si non rationem proprię promissionis acceptatę, pactiq. inuoluentem animum non reuocandi, sed tantum propositi simplicis haberet. Quę regula deducitur ex *cap.cum contingat de iure iurando & cap.secũdo, eodem in sexto, cap.quamuis pactum de pactis eodem, aliisq. Textibus, atq. Auctoribus melioris notæ apud Sanchez in opere morali lib.3. cap.12.à nu.42. à qua non videtur, nec ipsemet Vasquez loco cit. discrepare:* atqui promissionem seruare dãdi beneficium vacaturum, importat peccatum promittẽtis, ac turpitudinẽ recipientis, etgò talis promissio non firmatur iuramento; Cuius ratiocinationis vis supposita certitudine maioris propositionis regulam infallibilem continentis, est omninò certa, si probauerimus minorem vt infrà; quoniam iuramentum non est vinculum iniquitatis, nec etiam venialis *cap.quanto de iure iurando; Regula non est obligatoriũ de regulis iuris in sexto, & cap.quamuis pactum de pactis in sexto, &*

cap.

Digitized by Google

cap. cum contingat de iure iurando, vbi Abbas n. 7. communiq. DD. sententia: D. Thomæ 2. 2. q. 8. art. 7. Molinæ tomo 1. de iust. disp. 149. col. 3. versicul. exemplis, & columna sequenti, ac tomo 2. disputation. 271. col. 5. Suarez de regulis tract. de iuram. libr. 2. capit. 22. numer. 3. aliaque apud Sanchez citatum cap. 9. numer. 11. & 19. & lib. 1. de matr. disp. 32. Minor autem probatur, quia non modo irrita redditur promissio de beneficio vacaturo per Canones à nobis allegatos per ea in *cap. nulla* exarata. *Turpe est, & diuini plenum animaduersione iudicij, si locum in Ecclesia Dei futuræ successionis expectatio habeat, quam ipsi etiam Gentiles condemnare curarunt.* Quibus clariora, atq. ad rem aptiora dici non poterant, siue ex parte promittentis, ex quo nascitur expectatio, rem expendas, siue ex parte promissarij, cuius propria esset expectatio, Itaq. sian illo sit peccatū id promittere, in hoc minimè desit per expectationē turpitudo, vt probè scribit *Glossa in cap. detestanda eodem titulo in sexta 2. notab. post casus expositionem*, hisce, *Promissio continens turpitudinem, non est obligatoria, & si promissio beneficij vacaturi non est obligatoria.* vbi nota rationem Glossę, cur illa promissio vires non habeat, quia nimirum turpitudinem inuoluit; est enim illicita talis promissio, ideoq. specialiter vetita ratione periculi sternendi viam, vt paulo ante dicebam *ad promittenda damnabiliter contra Lateranense concilium beneficia vacatura ingerendi votum alienę mortis, ac grauamina plurima personis ecclesiasticis inferendi.* Quæ sunt ferè verba Canonis *cap. detestanda*, in quibus perpendendum illud est verbum, *promittendi*, adiuncto aduerbio, *damnabiliter*, quod inducat rationem culpæ imbibitæ in tali promissionem debita. Quæ cuncta detestandam iniquorum continere peruersitatem initio *eiusdem cap.* dicuntur. Igitur cōtra Vasquez hactenus probatum esse reor, talem promissionem, nec etiam Digniori factā, iuramento nequaquam confirmari, vt neque ex eius sententia firmaretur, si Digno contra Digniorem, vel Indigno contra Dignum fieret.

10 Deduco septimū; Religiosos proprijs obligari constitutionibus in omnibus ordinibus, ad meliorem in Prelatū eligēdū, vt docet *Sot. lib. 3. de iust. q. 6. art. 3. poster. conclus. nec dissentit Vasquez sępè citatus §. 3. dub. 2. Rebellus p. 1. lib. 3. q. 4. conclus. 5. num. 11. §. conclusio, Petrus Navarra lib. 2. de restit. cap. 2. num. 159. Portellus in in dub. reg. verbo electia n. 6. Salon 2. 2. q. 63. art. 2. contr. 3. fol. 1008. Sanchez in opuscul. lib. 2. cap. 1. dub. 2. n. 27. Turrianus tomo 2. in 2. 2. disp. 22. dub. 4. n. 1. & alij quos è Barbos. mox allegabo.* Quæ quidem constitutiones Religionum videntur pactum exponere inter Electores, quicumq. illi sint, & ipsammet Religionē, qua data est eis facultas eligendi non alium in Superiorem, quam præstantiorem, quod videtur ipsi iuri naturali, quam maximè consentaneū, vti nos *disp. 4. cap. 5. diximus à n. 15.* est enim res maximi momenti, cum regularis Superior eligatur ad Prælaturam, quæ curam habet animarum. Hinc quamplures Religiosi Ordines iuramento suos obstringunt, quo se Præstantiores in Superiores eligere obligantur, imo omnes regulares illud præstare precipit *Clemens VIII. in decretis pro reformatione Regularium datis 25. Iunij 1599. per hęc. n. 36. Iurētq. Electores secundum veritatem cuiusq. conscientiæ Probiores, ac magis idoneos se electuros, ac propterea priusquam ad electionem deueniatur in primis, & ante omnia prælegantur cōstitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum, & per Vrbanum VIII. anno 1624. 6. mensis Octobris* hęc eadem cōfirmata, & publicata fuere. Sic etiam PP. Societatis Iesu in Congregatione generali ad electionem generalis Propositi hanc egregiam suffragij ferēdi habēt formam relatam in *decretis primę Congregationis eiusdem Societatis decreto 16.* tacto enim pectore in hunc modum iurant.

Testem inuoco Iesum Christum, qui Sapientia est æterna, quod eum eligo, & nomino in Præpositum generalem Societatis Iesu, quem sentio ad hoc onus ferendum aptissimum.

11 Hinc falsam arbitror *Caietani* Sententiam, in *summa verbo electio in Prælatum*, qui quāuis absolutè sub initio docuisset in Pastorem ecclesiasticum eligēdum esse meliorem, deinde ad medium huius tituli ait, in electionibus, si spectaretur tantum officium, ad quod eligitur, cum sit solius oneris, rationem cessare iniurię, respectu Dignioris, ac sufficere eligere Dignum. Et quod caput est de Episcopis hoc idem dicere non veretur, vt indicauimus *disp. 8.* Caietano subscribit *Ioannes Valerus in differentijs vtriusq. fori verbo electio differ. 1. nu. 1.* qui in electione Priorum Dominicanorum, ac similium, qui nō habent beneficium, sed onus sufficere Dignum docet eligere, nec videtur disētire *Fillucius tract. 41. tom. 3. cap. 4. n. 187.* Verum falsam hanc esse sentētiam merito dixerim, ob rationum momenta locis supra citatis indicata. Nam præterquā quod nonnulli sunt Abbates, qui merito nō carent aliquibus emolumentis, omnes dignitate potiuntur, ac prerogatiuis officio adnexis, nec non aliquibus exemptionibus à regulari, quod cęteros premit religiosos, onere. Quam obrem absolutè sentiendum est, meliorem esse eligendum in Prælatum regularem, vt probè notat *Rebbell. 1. p. lib. 3. q. 4. concl. 5. nu. 11. §. conclusio verò proposita*, imo potiori nomine, cum vitæ perfectionem sectentur religiosi tum Electores, tùm subditi, atq. iuxta finē proprij, ac præstantissimi Instituti, Digniores profecto Prælati desiderātur, ad quorum electiones, vt potè arctiori vinculo deuincti, strictius etiam tenētur. Neq. formalitates Caietani in huiusmodi materia innixæ rebus ipsis phisicè, vel moraliter consideratis alicuius sunt momenti; Et licet essent, & non fieret contra iustitiam distributiuam, omissione Dignioris: at fieret sanè in Religiosam Remp. & contra commutatiuam, & contrarium asserere tùm est absq. fundamento, tùm cōtra communem, cui præter citatos adstruit *Barbosa in Coll. tom. 1. lib. 1. tit. 6. cap. 19. n. 4. Fernandez instruct. confess. p. 2.*

cap.

Digitized by Google

cap.4.n.11.Nauarr.lib.2.cap.2.n.159.Turrianus tomo 2.in 2.2.disp.22.dub.4.nu.1. qui quidem addit, si ad solum Generalem Religionis pertineat eligere Superiores, obligari ad eligendum Digniores, vel æquè Dignos post sufficientem, atq. exactam diligentiam circa cognitionem personarum, estq. hęc communis sententia Auctore Barbosa citato.

12 Verùm cum ad Religiosos oratio defluxerit ad hûc locum spectare arbitror, quod prudenter *Tridentinum Sess.5.cap.1.de reform. decreuit in Cõuentibus*, nempè *Regularium, in quibus studia commodè vigere possunt Sacrę Scripturæ lectio similiter habeatur, quæ lectio à Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus assignetur Dignioribus Magistris, de quo Petrus Nauarra pag.mihi 101.n.158.& 159.* Qua doctrina de cęteris primarijs lectionibus proculdubio intelligenda etiam est, quarum idem est ius, cum eadem sit ratio; nè cuiq. Electori sit prò ratione voluntas. Legẽdus est infra *numerus.38.*

13 Deducendum octauo, maximè veram esse hanc doctrinam, tùm de peccato, tùm de eius specie, grauitate, atq. onere restituendi in electione Summi Pontificis, cuius passiua electio non modo ad Cardinales aliosque Ecclesiæ Romanæ spectat, sed ad alios etiam aliarum Ecclesiarũ: quemadmodum probè notat *ex cap. In nomine Domini dist.23. Sotus lib.3. de iust.q.6. ad finem art.2.* vt expeditior Summi Pastoris electio sit, ex qua tantum Christianę Reip. vel bonum, vel malum imminet, vt in tot, ac tantis de hac re grauissima Cõstitutionibus habetur, quas in summam videtur nuper optimè redigisse *Gregorius XV. Pont. Max. aurea de eligendo Summo Pontifice constitutione cuius principium est Aeterni Patris 17. Kal. Decembris 1621. data. Nam solus non vnius mẽbri, sed totius corporis agitur, cum de capite consulitur*, vt ibi ait Pontifex. Hinc probè Sotus citatus, *Cardinales*, inquit, *in Pontificis electione ob eamdem Summi Vicarij Christi dignitatẽ Sanctiori fide perstringuntur optimum eligere* quo pacto Sotus exponeret iuramentum huius tenoris, quod Eminentissimi Cardinales electioni Pontificis præmittunt. *Testor Christum Dominum, qui me iudicaturus est, me eligere, quem secundum Deum iudico* eligi *debere, & quod idem in accessu præstabo.*

14 Deduco nono. In Cappellanijs, vel beneficijs, quæ fundari solent dãda personis ex eadẽ familia eam seruandam esse regulam, vt nunquam Indignis dẽtur, simplicia tamen huiusmodi beneficia iure quidẽ seruato πιστιμήσεως solum Dignis, non perquisitis Dignioribus nec etiam intrà eamdem familiam. Quæ quidem beneficia si fuissent curam annexam habentia animarũ, Dignioribus saltem ex eadem familia absq. dubio distribuenda essent Prima pars omnibus est Auctoribus explorata; nam. Indignis huiusmodi beneficia conferre contra naturam eorum, iusq. naturale, ac diuinum prorsus esset. Etenim esto fundator conditiones possit apponere in donatione rei suæ prętер ius commune de consensu Pręsulis, vt prò-bè *Rochus de iure patron.q.12. verbo pro eo quod Lambert. de iure patron.lib.1.part.1.q.9. princip.art.1.n.38.& 39.atq. à nn.65.& Gutierr. l.nemo potest ff. de leg.1.nu.451. Panorm. cap nobis n.5. de iure patr.* at non pòt apponere cõtra ius diuinum, vt esset hic de indigni electione. Sic *Aragon.2.2.q.63.art.2.fol.315.pag.1.ad vlt. Salon.art.3. controu.3.fol.1010. Sotus lib.3.de iust.q.6.art.2.ant.10. concl. & alij.* Secunda aũt, pars cui subscribunt Sot. cit. lib.3. q.6.art.2. propè finem, Couarr. in reg. peccatũ p.2.§.7. Vasqu. citatus dub.4.n.69. Rebell. 1.p. lib.3.q.4.n.5. Imo vtraq. *cap. Monasterium 16. q.7. his* confirmatur, *Monasterium, vel Oratorium Canonicè constructum à dominio constructoris, eo inuito, non auferatur, liceatq. illi prębitero, cui voluerit pro Sacro officio illius Diœcesis cum consensu Episcopi, ne malus existat, commendare.* Consonat *cap. licet 8.q.1.* & hûc Prę-sentatum tenetur Episcopus admittere, ni aliquid in eius obijciatur personam, vti deducitur ex *cap. de persona 65.& in cap. postquã 50.*

15 Vtrum autèm probare Pręsul debeat crimen, quod præsentato obijcit, legendum est apud *Glossam cit. cap. Monasterium*, ad *verbũ, nè malus.* Ratio autèm huius secundę partis est, quòd cum dominus suarum sit rerum Patronus, ad libitum eas potest distribuere dummodò non contra aliquod ius naturale diuinum. Itaq. cũ iuri consulere πιστίμησεως intendat, hoc seruato, atq. idoneo inter eiusdem familiæ reperto, perquirendus alius extraneus Dignior non est, etiam si pręforibus fuerit.

16 Hinc discrimẽ inter hæc beneficia, ac pinguiora queq. Dignioribus sanè danda in sup. disputationib. indicatũ deduci licet. Nã hæc ex sua institutione nõ in proemiũ meritorum secundario, ac primario in bonum Ecclesiæ, vt hoc pacto optimi, quibus negotia Ecclesiastica cõmendari possent, suppeditarẽtur, vt illa, sed in bonum familiæ, ac sanguinis; non tamẽ contra naturam eorum, fundata sunt; dummodò non constaret volũtatem Institutoris esse, præstantiores promouere potius, homines tamen propriæ familię, qui maius dederint scię-tię, ac virtutis specimen, tunc enim eadem ratione de his sentiendum esset beneficijs, ac de cęteris institutis pro Melioribus, ac Dignioribus, intra tamen terminos eiusdem familiæ. Contrà naturam vero beneficiorum curatorũ esset, si ad bonum tantum vnius familiæ etiam instituerentur, quippè quę ratione ipsius curę incumbentis animarum bono, penitùs insitùm habent, vt Melioribus dentur, qui ad regimen tanti momẽti, prò ratione muneris Pastoris, Ducis, Doctoris, Medici, cęterorumq. huiusmodi plurimorum munerum, optimi, vti demonstrauimus, desiderantur; idq; in Institutoribus huiusmodi beneficiorum absolutè volumus assertum. Neq. placent quoad hoc *Rebellus citatus, & Sanchez lib.2. consil. lib.2. cap.1. dub.10. nu.18.* existimantes posse etiam Institutores beneficiorum curatorum ea tantum dignis dare, cùm vti dicebam contra ipsorum sit naturam, atq. Ecclesię. Ciuibusq. fiat injuria, sitq. acceptio personarum, quæ etiam

circa

Digitized by Google

circa bona non communia aliquo tamen modo debita esse potest, vt supra tradidimus. Quibus institutoribus succedentes Patroni penes clausulam testamenti eligere, ac præsentare debent, de qua mox enucleatius agemus. Ex his autem tertia nostri Corollarij pars liquet, cui citatus subscribit *Sotus*, atque eo declarat exemplo, si quis suis construeret, ac dotaret sumptibus Monasterium, in quo, quam Priorem, vel Abbatissam ex proprio sanguine, alium nollet externum, etiam longè meliorem, hanc inquit constitutionem in contumeliam esset Euangelij seruare.

Dixi, Dignioribus ex eadem familia, nam si esset ex hac quis Dignus, præhabendus vtiq; esset, vel ex hoc, censendusq; Dignior extraneo ob rationes adducendas *n.* 24. Adde recte præscribi posse in lege institutionis, vt daretur propinquiori æquè Digno, ac alij, qui inuenirentur, quibus hoc ipso titulo propinquior censendus esset Dignior. Præter quam quod amor proprij loci, à suis conditi non parui faciendus est: ideoq; seruata proportione de hoc casu eodem pacto loquendum est, ac de beneficijs patrimonialibus dandis personis eiusdem Ecclesiæ, vel patriæ, de quibus *n.* 24. *citato* dicam.

18 De Patronis verò Institutoribus beneficiorum succedentibus id seruandum erit, vt si Testator, qui beneficium instituit ordine proximitatis suos vocarit consanguineos ex propria, vel certos alios ex aliena familia propinquior, vt modo diximus de institutore, à Patrono etiam vocandus est, dummodò sit Dignus, esto Dignior ex eadem familia esset, non tamen adeò propinquus, ob eamdem, quam supra tradidimus, rationem; vt enim Institutor poterat hoc facere; sic eius loco succedens Patronus, vt probè *Vasquez docet dub.* 3. modò beneficia non sint curata, vel ad præstantiores ex eadem familia instituta, vt paulò ante declaratum est.

19 Quod si suæ, vel certe familiæ addicat beneficium, neque hûc propinquitatis ordinem exprimat, ex implicita designatione intelligendus etiam est; sicut enim in alijs huiusmodi legatis leges illum præsumunt, ita in hoc.

20 Si autem ex aliena vocentur familia, neque explicetur, vt ordine propinquitatis eligendus quispiam sit, Dignior Auctore *Vasq. num.* 72. eligendus esset, vt iustitia seruaretur distributiua. Ego verò licet id verum censeam de curatis beneficijs, at de cæteris primum admoto, vel qui vocantur ex aliena familia propinqui sunt Testatoris, vel non; Si propinqui, profectò ex eodem fundamento relato *sup. num.* propinquiores censebuntur vocari, à quo nec videtur discrepare idemmet Vasquez num. 18. Si autem nõ sint propinqui, non video cur Dignioribus necessario sint huiusmodi beneficia danda, cum simplicia sint, neq. institura vt sit prodignioribus, ni expresse aliud de eorũ institutione constaret, neque propriè, vt bona communia se habeant inter Reip. partes diuidenda, sed vt natura ipsorum danda talis familiæ hominibus. Itaq; cum beneficia sint simplicia, non in bonum Ecclesiarum primariò instituta & secundario ad optimos Ministros ecclesiasticos perficiendos poterunt etiam digniores quibus dum consulitur, collocaretur familiæ, cuius bono Testator prospexit; quamuis è virtute, & re magis erit, atq; ipse cum; Patrono Auctor essem, vt meo consilio meliorem, ex tali familia eligeret. Neq; videtur cõtrarium docuisse *Rebell. sup. cit. qui n.* 8. solum de curatis beneficijs melioribus sanè dandis probat. Fundatore beneficij, nullam apponente conditionem, si duo æquè idonei, ab æquali Patronorum numero præsententur, tenetur Episcopus propinquior, vel de Sanguine fundatoris præferre propter gratitudinem, vt probè *Rochus de iur. patron. verb. honorif. q.* 8. *Lambert. lib.* 2. *de iur. patr.* 3. *p. q.* 5. *princip. art.* 1. *an* 11. *Sanchez citatus dub.* 11. *n.* 2. *&* 4. Obijcies: si quis ex aliena familia ad legatum alicuius fuerit electus, & etiã ex alio descendentes vocandi deinceps fuerint hic ordo proprinquitatis seruandus est, ergò idem in beneficijs ordo à Patrono seruari debet. Verum nego sequelam, & ratio est, quia beneficiario Descendẽtes esse nõ possunt ex se, vt neq; vxor: & licut non admittitur præsentatio in legatis perpetuò familiæ, ordine suo relictis: ita neq; in cappellanijs, vnde si successurus erat frater maior Cappellanię huic vitæ fũcto, non filij, ac hæredes, sed minor frater succedet.

21 Illegitimi tamen arcentur ab huiusmodi beneficijs, quorum capaces absq; dispensatione non sunt, ob quem natalium defectum non censentur vocati; defectu tamen legitimorum eiusdem familiæ ab Episcopo dispẽsari docet *Vasq. nu.* 71. qui quidem descendẽtes legitimos ex illegitimos nati eius familiæ vult vocari.

22 Deduco decimum. Si testator, vel Institutor voluntati ipsius Patroni vocandos committat, bifariam id præstare profecto posse, vel enim eius arbitrio absolutè commisit electionem, aut præsentationem; vel ei secundum eiusdem prudentiam, vt expedire potius videbitur, cõmendauit: Si primo modo, satis esset Dignum eligere, vel præsentare, vt enim Testator, vel Institutor poterat, ita Patronus eis succedens. Si secundo teneri Digniorem, vel in ea familia, si de ea erat electio facienda, vel absolutè, si vt sic erat præsumpta, vt habet *Vasq. n.* 72. Cæterum absolutè dixerim, & eligi Dignum, & præsentari ad beneficium non curatum posse, neq; per oppositionem dandum, dummodo proprinquior sit ex illa familia, vt ordo seruetur *Matematicus*. Ratio aũt est, q̃ sicut Institutor, ac Testator, possunt ita & Patronus. Deinde huiusmodi beneficia in bonum familię primario videntur instituta, neq; per se danda Dignioribus, ita vt dum Dignus, & aptus propinquior sit, ille præeligatur, quemadmodum ex *cap. Monasterium sup. n.* 14. *citato* clarius patet. Tertio, quia hoc videtur iure constitutus Patronus etiam secundo modo si Testator testatus fuisset, vt nimirũ propinquior, & aptus vocetur. Quarto, vel hęc bona natura sua ratione sortiuntur bonorũ cõmuniũ; vel nõ. Si primùm porrò neq. si testamentum primo modo confectum esset, possent hęc tribui, dariq; dignis, atq;

Digitized by Google

ex solo arbitrio Patroni cõtra naturã eorũ dignidi. Imò nec viderentur posse dari ab Institutore, atq; testatore, quod est absurdum. Quod si de his loquendum non est, ac de bonis communibus profectò firma nõ est ratio Vasquez. Et sanè cum hæc beneficia primario in bonum familiæ instituta videantur, illius personis videtur acquisitum maius, vel minus ius, qui propinquiores sunt, dummodo apti, atq; idonei fuerit. Confirmatur quia, si ex ipsorum natura huiusmodi bona peterent Dignioribus, dari sicut expetunt curata, vel quæ dãda sunt ex oppositione, aut concursu, vti hæc nõ possent Dignis absq; peccato cõtra iustitiam, ita neq; illa, Dignioribus relictis, conferri.

23 Hinc absolutè dicimus Patronos teneri meliores præsentare, quos morali adhibita diligẽtia, possent habere ad beneficia curata, ità *Caietanus in sum. verbo electio §. & scito, Couarr. in reg. peccatum §.7.n.5. Vasquez de benef. cap.2 §.3.dub.5.n.74. Malder. 2.2.tract.9.cap.2.dub.2. Molina de Primogenitis Hispanorum lib. 2. cap. 5.n.69. Lessius lib.2.cap.34.dub.14.n.65. Turrianus 2.2.disp.22.dub.5. & alij Recentiores.* Quibus addo *Sãchium in opuscul. quæ vidi postquam hęc paraveram lib.2.cap.1.dub.5.n.3.* Patet tùm ex dictis, tùm *Auctoritate Diui Thomæ 2.2.q. 185.art.3.* qui non solum obligat ad meliorem eligendum in Episcopum, sed ad promouẽdũ; eligere enim in his est Summi Pontificis; prouidere autem est Patroni, vt aduertit Vasquez citatus, tum quia quod ei per Sacros Canones, legesq; competit ius, ea quidem ratione concessum est, vt quod Prælati Ecclesiarum alioquin facere deberent, Patroni præstent, at illi Dignorem eligere, vel promouere tenentur, igitur & Patroni, tametsi promouentes Dignũ Prælati, validè quidem promouerent, vt nos sæpè diximus de eligentibus.

Dices ex nonnullis Auctoribus, immeritò in contrariam opinionem abeuntibus, sufficere Patronum dignum proponere, nam *sess.24.cap. 18. Tridentini*, dicitur si ius Patronatus laicorum fuerit, debeat, qui à Patrono præsentatus est, examinari, & si idoneus repertus, approbari, quibus cum Tridentinum electionem ad ius patronatus laicum non arctet ad digniorem personam, vt ecclesiasticum, neq; nos restringere debemus. Verum *Tridentinum* non est cõtra se ipsum *cap.1.eiusdem sess.* vt patebit legẽti. Deinde his Auctoribus incumbebat assignare discrimen, cur paris cum sint curę, ac paria onera horum beneficiorum, ecclesiasticum ius patronatus dandum sit digniori, secus laicum. Deinceps, aio, nõ vsum esse formula comparatiua Tridentinum, quia non multi, sed vnus à Patrono iuris patronatus laici præsentãdus est. Tertio, ad valorem huiusmodi promotionis satis est constare Præsuli de Proposíti idoneitate, sed hoc nõ tollit, quominus teneatur Patronus perquirere meliorem. Demum *Pius V. in bulla hac de re edita, estq; 22. ad calcem*, clausula generali vsus hęc habet. *Vt autem nõ solum Dignis, sed etiam magis idoneis*, repertis *iuxta eiusdem Concilij*, nempe Tridentini, *decretum, Parochiales Ecclesiæ conferantur &c.* Igitur patet quinam fuerit Concilij sensus, vt parochiales Ecclesiæ, quarum tanta est cura, Dignioribus conferantur. Hinc deducit *Rebellus 1.p.lib.3.q.4.n.4.* non peccare Episcopum, per se loquendo instituentem ad beneficium iuris patronatus dignum, cum ad Patronum spectet præstantiorem præsentare, vt etiam docet Couarr. apud eumdem Rebellum.

Ad restitutionem autem obligabuntur hi omnes, vel si Indignum ad beneficia simplicia, vel si Dignos ad curata, existentibus Dignioribus, elegerint, vel præsẽtauerint; vel si instituta essent dãda Dignioribus ex eadẽ familia, siue si propinquiores non fuernit, si ijs nõ cõcederẽtur, vt deducitur ex Vas. c.2.§.3. n.122. iuxta tamen nostra principia, & ratiocinationem.

24 Quæres num Reip. Christianæ, atque Ecclesiæ Sanctæ expediat institutio nonnullorum beneficiorum, quæ patrimonialia nuncupantur, danda Ciuibus certæ Ciuitatis, vel Ecclesiæ, ad quæ alijs non pateat aditus, quorumq. sæpè superius incidit mentio.

Respondeo has beneficiorum Institutiones maximoperè desiderandas esse, præsertim si essent curatorum, quod tum ab extrinseco patet ex iuribus, à quibus satis, supetq. commendãtur. Et vt omittam, quam plura, quæ eruditè scripsit *Sanchez in suis opuscul. lib.2.c.1. dub.8. à n.20.* ad cętera beneficia spectantia, patet ex *cap. obitum distinct.61.* licet immeritò hæc, & huiusmodi iura contrario sint vsu aboleta, vt notat *Lamb. de iur. patron. lib 2.p.1.q.7. art.24. nu.25. cap. nec emeritis eadem 61. dist. cap. nullus eadem, si fortè 63. metropolitano eadem.* In quibus de Episcopis ferè sermo habetur: & etiam quia in votis erãt huiusmodi institutiones PP. Concilij Tridentini, *Auctore Soto*, qui ei interfuit; huiusmodi etiam statutum approbat *D. Thomas 2.2.q.63.art.2.ad 4. & alij apud Auẽd. lib.1.cap. prætorum.* Deinde ratio triplex desumenda, tum ex parte Ciuis, cui dandum est beneficium, tùm ex parte extraneorum; tùm Ciuitatis. Ex parte Ciuis, cuius natiui soli insitus amor magni faciendus est, quo suos conciues paternis amplexibus fouebit ipse Ciuis: pericula fortius aggredietur, ac labores, difficultatesq; quibus curata præcipuè beneficia, atq; Episcopalia scatent exantlabit. Experientia etiam magistra, suorumque conciuium notitia ad pertractanda negotia erit aptior extraneo Conciuis; Quo circà *D. Thomas apud Sotum lib.3.q.6.art.2.* propè *finem ad argum.4.* ait, plerumque vnumquemque propensiorem habere animum ad suam propriam Ciuitatem, atq; Ecclesiam, in qua nutritus est, qua vtique ratione vtilior esse poterit. hinc *Deuter.17. Nõ poteris alterius gentis hominẽ facere Regem, qui nõ sit frater tuus.* Ex parte Extraneorum etiam vrget ratio, qui quamuis reperirentur meritis digniores, ne vagandi tamen haberent, atque ambiendi locum, occasionẽq; & ne, vel inexperientia Populi, ad cuius regimen accederẽt, vel animo minimè affecto eiusdẽ, naufragiũ facerent. Ex parte aũt Ciuitatis, & incolæ horũ spe beneficiorũ vires, animosq. cõpararent ad imbuendos literis, bonisq; disciplinis liberos. Tãdem,

Digitized by Google

dem, vt probè *Cœlestinus Papa ad Episc. Galliæ in cap. nullus citato Habeāt*, inquit, *vnusquisq; fructum suę militię in Ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit ætatem*. quod maximè erit solatium patrię videnti suum alumnum dignum tanto honore. Ex quibus sanè patet ad maiorē dignitatem, atq; aptitudinem non parum conducere titulum eiusdem esse Ciuitatis, ita vt Ciuis dignus extraneo aliqua ex parte digniori præhabendus sit. quod minimè repugnat doctrinę relatę à Soto n. 18. cum facilius ex vna Ciuitate, vel Ecclesia, quam ex vna familia poterit inueniri dignior, atq. ad Curatum beneficium aptissimus. Neq. obstat *cap. ad decorem de institut.* nam vt probè *Glo. vers. vndecumq.* ideò reprehendit Papa Patriarchā Constantinopolitanum, quia Venetos nec naturales solum elegebat. Neq. fit acceptio personarum, cum non eligatur naturalis, vt talis, sed vel ex eo melior.

25 Inficias tamen non iuerim periculum eiusdem Patriæ Prælatis instare, nè quo verè vsus est Christus Dominus prouerbium *Lucę 4. Nemo Propheta acceptus est in patria suà*, eis accomodetur. Porrò, qui eiusdem Patriæ quamdam videtur habere æqualitatem, ductam à Patrio solo à bonis, à propinquis, à communibus legibus, iuribusq. dolere sępè solent, si aliena fortuna, vel prosperis rebus, se diminui sentiant. Cum igitur eorum quilibet per prosperos successus alios præcedit, sibi profectò eò maiorem conciliat inuidiam, quo quòd ei videntur fieri inferiores alij conciues magis aguntur in rabiem.

26 Ex hac autem, quos *Augustinus sermone 18. ad fratres in Eremo acutè descriptos reliquit*, effectus promanant. *Inuidia fidem tollit, linguam multiplicat, Iustitiam disperdit*; Itaq. quos veluti scopulos velis, remisq. fugere debeant. Virtuosi paucis indicabo. Ergò liuidi minimè credūt prosperitati alienæ, vel bono, vel rectè factis, quibus maximè torquentur, quod si ipsa sint luce clariora bona proximi opera, vel fęlicitates detractione minuunt, venenosisq. mordent dentibus. Demum, si neq. his malis sibi consulere artibus vident, peiores meditātur opere compleri: hinc calumniæ, falsa testimonia deniquè, atq. homicidia, more Caini in Abelem, atq. Saulis in Dauidem.

27 Tres itaq. Inuidorum species curam habētes, animarum Prælati caueant in propria præsertim Patria, quas *S. Augustinus in Genesim* doctè indicat. *Inuidet*, inquit, par *pari quia ei coæquatur, Inuidet Inferior Maiori, quia ei non coæquatur. Inuidet Superior Inferiori, ne ei coæquetur.*

28 Huius demùm loci duxerim adnotasse Capitulares posse, quibus esset ius è suo gremio idoneum eligere proprio renuntiare iuri, alterumq. idoneum destinare per electionem vtiq. validam, neque cassandam, vt aduertit *Glossa cap. Nè pro defectu de elect. verbo ipsius.* Limitarem tamen ni cōstaret de clausula annullante in fundatione talis beneficij, & facultate facta Electoribus, vt tales, & nō alios eligerent.

29 Deduco vndecimò. Resignantem beneficiū secundum eius naturam, Digno tātum, vel Digniori teneri resignare, & ni faciat, peccare contra iustitiā, atq. ad restitutionem iuxtà supra dicta obligari. Ratio autem est, quod siuè resignetur, siue conferatur beneficium contra ipsius naturam, atq. institutionem dari minimè potest. Quamobrem sicuti quādo primum huic, qui nunc resignaturus est, datum fuit beneficium curatum, ei tāquam Meliori concessum fuit, ita & ipse prò viribus meliori resignare tenebitur, aliàs similem cōtraheret noxam contra iustitiam, ac Prælatus si primo, vel Indigno, vel Digno, omisso Digniore, cōtulisset. Et licet *Vasquez §. 2. dub. 7. n. 77.* probabiliter doceat, hos posse Resignatores excusari, etiam si Digniores non eligant, quo huiusmodi beneficia, non vt communia bona, sed veluti propria renunciant, verum quemadmodum dicebam è proprijs terminis beneficium huic primo collatum, seù secundo resignatum educi non poterat; vt ipse Vasquez quem vti magistrum veneror. tum loco citato, probabiliorem habet nostram sententiam, tum *§. 4. dub. 7. n. 100.* Quapropter si sciat iniustè ei primo datū fuisse indamnū Dignioris æquè Digno, ac ipse est, si instaret Dignior, minimè resignare posset; esset enim tūc error, vel grauior, vel primo similis.

30 Hinc Prælatis maximè cauendum est, nè resignationes ritè Dignis, vel Dignioribus secūdum naturam beneficiorum non factas, approbent, quia vt rectè *Sotus lib. 3. q. 6. art. 2. ad finem, & Vasq. laudatus*, in hoc etiam Electores sunt; et maximè curandum eis est, ne in fauorem puerorum resignatio habeatur, etiam si bona fuerint indole, sicut deducitur *ex cap. Super inordinata de præb. adiuncta Glossa vers. Pueri aliqui sint tales habendi.* cum dignitas nō spem, sed rem importet, & eueniat plerūq. vt quam sui spem dedere pueri, ac si absq. diuitijs, bonisq. ecclesiasticis fuissent, ad vberem perducerent frugem; cùm primum ditentur, voluptatibus corrumpant, vel fluant mollitia, vel superbia ferociant, vel libidinum lenocinijs in vitiorum baratrum trahātur, spesq. eorum concepta futuri gaudij fructum turpissimè defloret. Addit *Caietanus in summa verbo beneficia ecclesiastica*, ineptos huiusmodi esse ad piè, ac deuotè recitandum officium diuinū, cum humana, nec valeant munera exercere.

31 Demùm, ad huius corollarij calcem addendum iudico, posse tutò Resignantem bona fide Prælato, cuius interest, approbare, rem totam committere, eo quidem animo, vt si aptitudo Resignatarij videatur sufficiens ad beneficium, detur; sin minus alteri tribuatur; satisq. sit in præsentia, saltem ad alias collationes, ipsius Resignatarij conditionem, scientiā, mores, prudentiam exposuisse; sicut enim hoc licere diximus beneficiorum candidatis *cap. 6. sup. disp. concl. 5. nu. 12.* sic etiam Resignantibus. Scio nonnullos prēter *Vasquez citatum n. 29.* esse contrariæ sententiæ; ac velle satis esse quodcóq. beneficium resignare Digno. Ità *Caietanus in summa verb. beneficium diuinum,*

Digitized by Google

eui tametsi subscribat *Lessius*, nō potest tamen exc usare taliter resignātem à peccato contra charitatem boni communis, atq. ex Recētioribus accedūt nonnulli. Hinc denuò reijcio sententiam *Salon. 2. 2. q. 63. art. 2. controu. 3. fol. 1017. & Sanchez in opuscul. lib. 2. dub. 11.* docētium, non peccare huiusmodi Resignantes Indignis contra iustitiam distributiuam; etenim licet Resignans aliud quam hoc beneficium resignet. At confert bonum ex se institutum primariò in bonum Ecclesiæ, secundariò autē in bonum eligendorum, vt *disp. 4. 5. & 6.* demonstraui, ac postea hāc eamdem doctrinam reperi sequutum fuisse *Sanchez in opusc. quem deinde legi loco citato dub. 2. à n. 2.* à quo etiam discedo à *dub. 7. nu. 4.* asserente, non peccari à Resignāte beneficium Digno, omisso Digniore, quia illud non est bonum cōmune, sed Resignanti applicatum; etenim fuisse illi applicatum, non abstulit naturam beneficij Ecclesiastici, quod si curatum sit, vel maioris notæ, institutum est, atq. insitum habet esse etiam præmium, & melioribus dandum in bonum Ecclesiæ, vt *ipsemet Sanchez dub. 2. n. 2.* concedit; & quamuis in praxi non seruetur, vt resignētur beneficia curata per concursum, & Dignioris inquisitionē. nihilo tamen minus supponitur ab Acceptante resignationem, diligentiam esse præmissam à Resignante. Neq. satisfacit *Flamin. Paris. de resign. lib. 4. q. 11. n. 43* excusans Resignantem in fauorem æquè digni, ac ipse est. Etenim potest euenire, vt cum ei collocatum fuerit beneficium, alio non existēte digniore, ille fuerit dignior; secus in præsentia; sicut è contra contingere poterit, vt æquè dignus nunc non inueniatur, ac ipse est Renuncians, & huius sentētiæ, quam sequor, est Petri *Nauar. lib. 2. de restit. cap. 2. n. 173. & fauent Nauarr. miscell. 43. Palu. in sum. verbo beneficium c. 4.* Idemq. iudico de Permutante, vt dignior censeatur respectu beneficij, quod adire debet. At hi Auctores, & auctoritate, & rationum momentis, & prudentiam magni faciendi sunt.

32 Verum à Recentioribus sententias minus tutas amantibus, libentissimè discerem, quam è re christiana, Sanctaq. Ecclesia Dei agāt qui tot mortalibus currentibus in præceps, prorijs impulsis cupiditatibus, calcaria, suis, opinionibus addāt; & cū serpat in Ecclesiam Catholicam malum, ministrorum nonnullorum vix aptorum, ad sacra munia; & beneficia, summumq; periculum sit, nè sanguis Christi, & (vt *cum Vrbano Sanctissimo Pontifice loquar 14. q. 1. c.* videres autēm) *Ecclesiarum bona quæ quidem vota sunt fidelium, precia peccatorum, ac patrimonia pauperum* per carnem, & sanguinē in posteros ineptos improbè trasmittantur; quandò piorum DD. sanè interest frenum inijcere, habenasq. abducere, vt Digniores ad beneficia omni studio perquirantur, & si his omissis saltem digni eligantur, potius post factum conniueant, quā antea illorum doceant electionē; tunc tanquam è tripode has ex improbabilitatis fumosis tenebris in lucē educant sententias, quippè quæ cum rationis momento careant, auctoritate saltem extrinseca ad perniciem Reip. Christianę à nōnullis veluti vsu tritæ prò viribus suadeantur. In hoc autem Auctoris loquutus videtur S. Basilius in verba Isaiæ c. 1. 22. *Vinum tuum mixtum est aqua. Per hæc eneruantes austeritatem, & vigorem scripturarum, enarrantes multimodam erga homines benignitatem planè ineruditam, condonationes item peccatorum, nullo discretionis sale conditas, & talia quædam ad captādam multitudinis gratiam.*

33 Deduco duodecimò; supponēdo legatum, aut hęredis institutiones ad pias causas validas quidem esse, etiam si alienę committantur liberę voluntati, vt alioquin penès iuris ciuilis dispositionem esśet nullę. ex *Innocentio III. cap. cum sibi de testamentis, traduntq. Couarr. ibid. n. 22. Molina tomo 1. disp. 157. §. legatū ii 2.*

34 Sic quando testator pauperibus bona reliquit sua, quos tamē haud exprimit, executionem, atq. electionem ad eum spectabit, quem Testator designauit; quod si nullum designauit, vel negligens designatus fuerit ad Episcopum, vel eius Vicarium loci, vbi Testatori domicilium erat; quod si nesciatur, quoniam erat extraneus, vel in eius patriam, vel locum difficili negotio transmitti bona illa poterunt, intererit Episcopi loci, vbi decessit Testator. Per quemcumq. tamen fiat, habenda est distributio inter pauperes alterutrius, quem diximus loci, vti deducitur *ex l. nulli, & l si quis ad declinandum. C. de episcop. & Clericis, & in Authentica de Ecclesiasticis titul. § si quis autē pro redemptione.*

35 Nequè hodie, quæ pauperibus relinquuntur, hospitali pauperiori danda sunt, *iuxta legem si quis citatam*, sed satis est modo iam dicto in pauperes distribuere, vt videre est *apud Couarr. citatum n. 14. Antonium Gomez 1. tomo variarum resol. cap. 12. n. 48. Molinam citatum §. quando, Vasquez de test. cap. 8. §. 3. dub. 2. nu. 47.* qui tamen addit *n. 50. ad finem*; si testator pauperibus relinqueret centum, quorum distributionem non voluntari committeret Patroni, sed arbitrio nō satisfaceret, pauperibus distribuens, ipse Patronus, Sed obligari pauperioribus dare, quia sunt bona communia, & subsunt distributioni non secundum voluntatem, & beneplacitum, sed secundum iudicium distributoris, & consequenter penès distributiuam, pro qua sentētia citatur à *Vasquez Nauarr. in summa latina cap. 17. n. 93.*

36 Verùm cum pauperioribus nullum fit ius ex voluntate acquisitum, non potest eis ex iustitia distributiua illa deberi bona; neq. huiusmodi bona se habent, vt communia diuidēda Ciuibus, quibus ius est bona Reip. vt sępè diximus. Itaq. Sicut beneficia simplicia minoris momenti non habentibus vllum ius, præstantioribus, dignioribusq. ad illa ex voluntate efficaci ea illis destinanti, dignis dari posse, diximus *disp. 7. c. 2. num. 21.* Sic etiam huiusmodi bona dari possunt pauperibus, & si non inficiar, magis sanè pium esse pauperioribus ea distribuere, vt notauit *Nauarrus* de bonis incertis, & fauet cap. non satis 86. Iudicium igi-

tur

Digitized by Google

tur, & arbitrium hęredis, vel Patroni versabitur ad iudicandum horum, vel illorũ pauperiem tantum. Cęterum, ex altera ratione id mihi persuadeo; quia quod alicuius committitur arbitrio tanquam indicio prudentis cõmittitur, quod sanè pauperioribus dictat distribuendum.

37 Quibus ità constitutis illud videtur immeritò reuocatũ in dubium à *Cordub. q.37.* quibus Subscribunt nonnulli Recent. asserentes etiam si Testator Pauperioribus relinqueret bona distribuenda, non peccari ab hęrede, vel cui exequutio, atq. electio cõmissa est, si pauperibus tantum diuidat, neque ad restitutionẽ teneri. Addit *in praxi hanc* modernus Auctor *opinionem consulusse*, faxit Deus, vt ijs, qui eum consuluerunt, satis consultum sit. Et sanè nil faciliùs quàm res librare, à sola, extrinseca nonnullorum Auctoritate. Nostri autem corollarij ratio est, quod voluntate Testatoris efficaci, ius ita pauperioribus est acquisitum, vt contra iustitiam tum commutatiuam, tùm distributiuam, vel puram saltem distributiuã, vt volũt *Vasq. citatiq. n.35. Auctores*, faceret Distributor, si eos inter maiori afflictos pauperie non distribueret.

Et confirmatur contra quos paulò ante nu. 37. citaui Auctores; vel enim Testatoris vltima voluntas efficax est ad sua alijs addicẽda, vel non: si est, erit profectò erga pauperiores: imò si non erit erga hos, neq. etiam erit erga pauperes absolutè. Quare poterit hæres, poterit, & Patronus alijs, quàm pauperibus, imò & sibi bona legata applicare. Quod si non esse efficacem Testatoris volũtatem audeas dicere: prętereaquam quod contra communem sententiam opinaberis, hinc euertes testamentum, euertes proprium rerum dominium, ius, atq. iustitiam pariter euertes; igitur quidquid horum attigeris vicus est. Ita malè instructa ratio exitum reperire non potest. Vt enim optimè notat *Molina cit. §. electio ad finem*, eligente eo, cui commissa est electio personarum, in quas distribuenda est res, electus eam nõ putatur accipere ab Electore, sed à Testatore, à quo desideratas, ac designatas qualitates, ipse censetur habere; & non ab Electore requisitas, vt videtur indicare *l. vnam ex familia in princip. & §. 1. ff. de leg. primò*, & probatur alijs iuribus allatis *ab Antonio Gomez. 1. tom. var. resol. canonic. 12. n. 48.* Nomine autem pauperum, quinam veniant leges apud *citatum Nauarrum, Cardinalem in Clem. 1. nu. 22. Imolam ibid. n. 18. Anchar. n. 16. Syluestrum verbo testamentum 2. q. 2. Vasquez de restit. cap. 5. §. 4. dub. 1. nn. 6. Azor. 3. p. lib. 4. cap. 26. q. 3. §. quæres in hac materia, Nauarr. in Apolog. de redit. Eccles. q. 1. Adnot. 27. Reginald. lib. 10. de restit. cap. 14. sect. 1. n. 193.*

38 Deduco decimotertio, Scholasticos, quibus ius est, suffragium ferendi, rectè probatum à *Soto lib. 4. q. 6. art. 3. ad fin.* Eligentes ad Cathedrã Indignum, peccare mortaliter, teneriq. ad restitutionem primariò Vniuersitati, seu Accademiæ. Secundariò autem digno omisso iuxta dicta *disp. 3. cap. 1.* vbi Soti sententis nõ teneri ad restitutionem, fundamentum euertimus à *n. 10.* ac *alibi sæpè*. Itaq. tenebitur ineptus cathedra se abdicare, vt *disp. 11. cap. 2.* scripsimus, si mala præsertim fide eam inierit, ad quod procurandum, vel alio modo satisfaciendum, tenentur Electores, Eadem etiam obligatione Scholastici obligabũtur, si suffragium Digno dederint, omisso Digniore, vtcũque stat ex dictis *disp. 12.* quidquid *Sotus loco citato* opinatus fuerit; Quod si Cathedra prętequisito, ac præmisso aliquo periculo, vel examine doctrinæ danda esset, absq. dubio id sentiendum est; cùm intercedat ius rigorosum acquisitum Examinato. Et quamuis ex solis suffragijs Scholasticorum Cathedra penderet absque examine, & Vniuersitati, à qua Scholasticis datum est hoc ius eligendi, obligarentur ad Meliorem destinandum; quippè quæ Academia præstãtiorem absq. dubio Doctorem optare credenda est; Et etiam vt cæteri labores studiorũ faciliori ratione subirẽt: Et digniori etiam habenti tale ius tenerẽtur, Illi quidem Academiæ excommutatiua, huic (s. digniori ex iustitia partim commutatiua, partim distributiua. Duobus autèm, vel pluribus Candidatis existentibus, cum maior electorum pars Digno, relicto Digniore, suffragatur, ita vt meum votum inutile sit, teneor nihilominus Digniori adstipulari, cui merito vere, & desiderabilia plura sunt suffragia ad Cathedram, canonicatumq. deinceps dãdum. Sic multi apud *Salon 2. 2. q. 3. art. 2. controu. 4.* idemq. iudico de Ecclesia, vel alio simili regimine ob eamdem rationem; ni censeretur Dignus hoc ipso Dignior, quod maximè desideretur à Canonicis, & Populo, à quibus faciliùs obedietur, ac suauius eius consequenter futurum sit regimen, vt probè *Caietanus verbo electio, vers. & scito, Sanchez lib. 2. consil. cap. 1. dub. 5. n. 6.*

Exaraueram è nostris principijs multa deducta, Amice Lector, quæ de secularibus officijs non vendendis coram Deo ad Christianę Reipublicę bonum sẽtio; Verum, quia paucorum est veritatẽ aspicere, multorum est despicere, & esto quis mortalium veritatis notionẽ à Veritate ipsa, filioq. Dei aliquãdo postulauerit, certè nè nosceret, terga vertit silentio, idcircò prętereire tutius putaui: Nam dicenda non est tempore omni veritas, haud vbiq. veritatem proloqui.

DISPV-

Digitized by Google

DISPVTATIO DECIMAQVARTA.

De pœnis contra malè eligentes, ac promeuentes ad beneficia ecclesiastica.

MEritò quæ hactenus disputauimus de electione ad beneficia ecclesiastica pœnis per Sacros Canones sancitis concludimus, ad auertendum nunquam satis deploratum totius Christianę Reip. damnum ex mala electione ad ecclesiasticas, siue dignitates, siue beneficia promanãs; nè conniuētia viam aperiret omnibus nominibus reprobandam, tantum perpetrandi scelus 35.q.9.loci,& 93. dist. Peruenit,& C. de indi. vi. l. 2. ad fiem, Neuè venię facilitas occasionem præstaret errandi 23.q.4. Est iniusta.

CAPVT PRIMVM.

De pœnis simoniacæ electioni impositis.

SVMMA.

Excommunicatio Papæ reseruata ob electionem simoniacam ad Episcopatum incurritur, n. 1.
In fauorabilibus nomine dignitatis comprehenditur Episcopatus ibid.
Excommunicatio ob simoniacam electionem eam ex se sufficiens est irritare, ni ob ingnorantiam excusetur. n. 2.
Extenditur hæc excommunicatio ad conferentes, acquirentes, nec non mediatores. n. 3.
Nulla propria incurritur suspensio ob simoniacã electionem, siue promotionem ad beneficia, vel dignitatem. n. 4. & 5.
Nulla in iure lata suspensio inuenitur aduersus simoniacè Conferentes beneficia. n. 6.
Per simoniam in electione ad Episcopatum iuris infamia incurritur, quæ ni dispensatione tollatur, irregularitatem inducit. n. 7. & 12.
Asserta infamia nõ est facti, neq. canonica, sed iuris. n. 8. 9. & 10.
Infamia facti non est pœna Iuris, neq. à Principe tollitur. n. 8.
Allata Infamia in simoniacum æquiparatur alicui crimini læsę Maiestatis, à Principe legitimo dispensanda, n. 11. & 15.
Non tamen incurritur hæc Infamia ipso facto, sed post sententiam definitiuam. n. 12. & 13.
Constitutio odiosa in dubio ferendę, & non latæ sententię censenda est, ibid. & n. 15.
Ante sententiam assertam, accusatione præcedente processus faciendus est, nam ex denunciatione nata Sententia non inducit infamiam. num. 14.
Probabiliùs est hæreticum infamiæ pœna non affici, nisi post Iudicis sententiam, declarantem eum esse hæreticum, idemq. sentiendum est de simoniaco. n. 16.
Cõtra simoniacos depositio tùm à beneficio, tùm à dignitate sancita est, quæ non incurritur, nisi post sententiam, n. 17. 18.
Quid sit hæc depositio. n. 19. remissiuè.
Num à Iudice semper, vel quãdo imponenda hęc sit pœna, n. 20. remissiuè.

SImoniacis pœnas omnes impositas prosequi si vellem longius sanè facerem, atque extra proprium institutum; quas tamen ad exactam huius disputationis dilucidationem spectare iudicauerim, nõ omittam. Initium autem à pœna simoniæ imposita primo loco ducimus, cuius vitium à Canonica electione 5. *lib. hoc est, sub initio huius tomi*, ablegauimus, acturi deinceps de cęteris contra reliqua peccata statutis, quæ hoc *lib.* 6. declarata sunt.

1 Prima sit assertio, ipso facto Cẽsura excõmunicationis Papæ reseruatæ incurritur ob realem Simoniam in electione ad Episcopatum expresè lata *in Extrauag. 2. de Simon.* & confirmata *per constitutionem Pij V. incipientem, Cùm primum, editam Kal. April.* 1567. 5. *in ordine.* Quod autem nomine beneficij in cuius collationẽ Simoniacam excommunicatio fertur, etiam Episcopatus comprehendatur, patet; tùm quia citata Extrauagans, omnia primò in specie enumerat monasteria, dignitates, personatus, atq. officia ecclesiastica. Secũdò, generalem addit clausulam, *Et quibuslibet beneficijs* infra Summum sanè Pontificatum, vt ex contextu videre est, etiam si fuerint Cardinalatus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, vel Episcopatus, & expẽdit post alios *Suarius lib. 4. de simon. c. 57. n. 44.* tùm quia videntur hęc iura Episcopatui fauorabilia, nè pessum per simoniam eat. Quamobrem nomine dignitatis non conferendę, per Simoniam, Episcopatus exprimetur, iuxta doctrinam *tom. 1. lib. 1. cap. 1. n. 13.* traditam.

2 Hæc autèm excommunicatio per dictam Simoniam incurritur, & sufficiẽs est ex se quidem ad irritandam cuiuscumq. beneficij supradicti collationem, & acquisitionem. Consulto dixi, *ex se*, quia sine lethali culpa, excommunicatio non contrahitur, & quæ à culpa excusabit ignorãtia, imò maior, excusabit etiã ab excommunicatione, iuxta dicta *tom. 1. lib. 2. disp. 3. cap. 4.* licet non semper validam reddat electionem.

3 Extenditur autèm excommunicatio ad quascumq. personas eius capaces conferentes, acquirentes, & etiam ad mediatores, vti semper

Digitized by Google

per indicaui, & rectè tradunt *Caietan. in Summa verbo excommunicatio cap.72. & Suarius paulo antè citatus cap.56.n.6.alijq.*

4 Aſſertio ſecunda. propriè nulla incurritur ſuſpenſio propter electionem Simoniacam, ſic *Suarius cap.56.n.19.* Et in primis ſuſpenſionem non incurri ab ordine ob aſſertam Simoniam ſiuè occultam, ſiuè publicam, probat idemmet *Suarius 5. tomo in 3.p. mox citandus n.44.* neq. verba ſæpiùs *allegata Extrauag.* eam inducunt, vt communi conſuetudine, optima legum interprete, conſtat. Suſpenſionis autèm à beneficio contra Simoniacè recipientem impoſitę, neq. contra conferentem latę nulla mentio inuenitur in iure, vt *Suar. 5.tom.in 3.p.diſp. 31.ſect.4.nu.42.* probat, nec D. *Thomas 2.2.q. 100.art.vlt.ad 1. Thomiſtæ, necnõ Abbas, alijq. Canoniſtæ, quos citat, & ſequitur Couarr. in Clem.ſi furioſus p.1.§.1.n.17.* indicãtes contrarium, aliud volunt, quàm huiuſmodi ſimoniacum ſiuè conferentem, ſiuè ſuſcipiẽtem ſimoniacè beneficium eſſe ſuſpenſum; ita vt ſi celebret, incurrat irregularitatem: ſuſpenſione inquam lato modo ſumpta, vt incluſa in excõmunicatione, ob quam celebrans ſit irregularis, non autem propria, de qua hic loquimur, & eſt à beneficio, cum qua ſola quis exercens ordinẽ non ſit irregularis. Dixi, propriè, quòd iure non conſequitur beneficium quiſpiam, ſi ſimonia interceſſerit, vt ſupra indicauimus, & habetur in *citata Extrauag.* quæ quidèm pœna in rigore ſuſpenſio non eſt, neceſſario ſupponens proprietatem, verumq. titulum beneficij.

5 De ſuſpenſione verò alia aliorum beneficiorum ob vnum ſimoniacè acceptum, nihil habetur in iure, nam in *citata Extrauag.* pœna tantum ſimoniacè Recipienti ſtatuitur, non faciẽdi fructus ſuos ipſius videlicet beneficij, ſimoniacè initi: ſicut docet *Suarius ſæpè cit. diſp. illa 31.ſect.4.n.46.* minimè ſuffragantibus, *Angelo, ac alijs in contrariam ſententiam abeũtibus per cap. de ſimoniacè de ſimon.* quod tantummodò loquitur de ſimonia commiſſa in ſuſceptione ordinis, nec leuiter ſuſpenſionẽ indicat ob ſimoniacam electionem, vel promotionem ad beneficiũ. Neq; *cap. præſentium 1.q.5.* quod ab his Auctoribus allegatur aliquid probat; quia de ſuſpẽſione contra ſimoniam in ordine commiſſam pariter decernit.

6 Idemq; dicendum de ſuſpenſione in Conferentem beneficium, quæ de facto lata non inuenitur ab alijs eiuſdem beneficijs antea habitis, vel ei conferendis, contra quem aliud non affertur ius, quàm *cap. præter. §. verum 32.* vbi dicitur, hos non eſſe admittendos ad eccleſiaſtica miniſteria, quæ ſanè verba ſuſpẽſionem potius ferendam indicãt, quàm latam per ea. *Officium ſimoniacorum, & in fornicatione iacentium, ſcienter nullo modo recipiatis, & quantum poteſtis tales à Sacris miniſterijs, vt oportuerit arceatis.*

7 Sit aſſertio tertia. Per ſimoniam in electione ad Epiſcopatum commiſſam infamia incurritur iuris, quæ niſi diſpenſatione tollatur, inducit irregularitatem. Concluſio hęc patet ex generalibus regulis ad rem noſtram ſpeciatim applicatis. Et primò, generatim probatur *ex cap. ex diligenti de ſimonia, adiuncta Gloſſa, verbo Infamia. Accedunt quamplures, quos citat, ac ſequitur Abbas ibid. à nu.6. ac deinceps.* Probatur ſecundo, ſpeciatim *ex cap. ſanè 15.q.3.* vbi ſi quis per ſimoniam ordinaret, vel eligeret, vel Romanam Pontif. ſedem ſubijſſet, perpetua damnatur Infamia, vt indicatur *in 1. lib. C. Imperato. Leone l.29.*

8 Hæc autem pœna non eſt infamiæ facti, nã hæc pœna non eſt eccleſiaſtica, ſed effectus quidam è turpiter præſertim publicè geſtis ducens ortum; neq; tollitur per Principem, vt Infamia iuris, ſed per cõtrarium, vt notat *Abbas modò citatus.*

9 Nec eſt infamiæ Canonicę, quæ quidem ex morali cõtrahitur noxa, & per ſalutarem pœnitentiam deletur, vt notatur *q.1.cap.2. & 3. nec non cap. teſtimonium de Teſt. & ab Abbate citato.*

10 Eſt igitur infamia iuris, vt idemmet Auctor ait, cui ſubſcribit *Suarius lib.4. de ſimon. cap. 56.nu.11.* quæ à *cap. ſanè 15.q.3.* æquiparatur crimini læſæ Maieſtatis, nec per alium, quàm
11 per Principem, *vt Gloſſa cap. ex diligenti laudati* notat, diſpenſari poteſt, & colligitur etiã *ex cap. cum te, de re iudicata, & ex l.1.§. de qua ff. de poſthum.*

12 At non incurritur ipſo facto, ſed poſt ſententiam, ſic Abbas in dictum *cap. Ex diligenti de ſimo. 6.* tùm quia iura ſuperiùs allata modo loquendi vtuntur de futuro, tùm quia hoc idem in reliquis publicis criminibus ſeruatur, vt videre eſt in *l.1. ff. de his, qui not. inf. & fauet Dynus in reg. Infamibus de reg. Iuris in ſexto, & Ge. poſt Gloſſam 1. cap.1. teſt. lib.6.*

13 Hanc autèm ſententiam non interlocutoriam, ſed definitiuam requiri, patet ex his quę *1.tom. lib.3. diſp.2. cap.2. nu.8.* diximus, quibus annecto *l. verbum C. ex quibus cauſis,* & videtur ſubindicare *cap. Veſtra, & cap. vlt. de reſtab. cleri. & mulier.* & ſi non clarè loquantur de infamia, Docent tamèn *Syluester verbo Infamia, Nauarrus cap 25.n.73. Caſtro lib.2. de iuſta hæreticorum punitione cap.9.*

14 Addo cum *in cap. ſanè 15.q.3.* dicatur, accuſationem præmittendam eſſe condemnationi, iure canonico neceſſariò requiri, vt per accuſationem proceſſus fiat; nam ſi via procedatur inquiſitionis, etiam ſi ſententia ſequatur, infamia non oritur iuris, vt notat *Abbas in cap. Inquiſitionis de accuſat. nu.2. & Suarius de cenſuris diſp.48. ſect.1.n.6.*

15 Nec me prætcrit *Felinus in cap. Ex diligenti n.2.* contra paulò ante citatum Panormitanũ, ac ſententiam, quam amplexi ſumus, ſentiens, ac docens, hanc iuris infamiam ante ſententiã Iudicis incurri, quòd hoc crimẽ ſit exceptuatum, vt hæreſis, & læſę Maieſtatis, *per cap.1.15. q.3.* atqui ex illis ſtatim incurritur Infamia ſecundum *Gloſſ. in l.1. ff. qui not. ſunt inf.* igitur hoc idem in crimine ſimoniæ dicendum eſt. Verum enim verò non rectè *à Felino citatur c.1. allegatę q.cum cap. ſanè illius tituli, quod in ordine eſt 4.* Simoniam dicat, ad *inſtar publici*

blici criminis, & lesæ maiestatis esse; cum quibus criminibus, vt probè *Glos.* vbi non est *omnimoda similitudo*. Hic pro simonia depositionis imponitur pœna, vt p crimine lesæ maiestatis pœna mortis, quemadmodum prosequitur *Glossa*.

16 Deindè quamuis nō ignorem *Pereg. de iure fisci lib. 5. tit. 1. n. 172. vers. notandum tamen, Castrum lib. 2. de iusta hæret. punit. cap. 9. Aragonium 2. 2. q. 11. art. 3. fol. 353. & alios* docere hæreticos ipso iure infames. At longè probabiliùs opinor cum *Azorio to. 1. lib. 8. iust. moral. c. 13. post q. 8. in 7. hæret. pœna simonia de catholica iust. tit. 9. n. 205. Castro lib. 2. de l. pœnali cap. 15. in fine, nec non Sanchez lib. 2. operis moralis cap. 26. n. 1.* hæreticum hac infamiæ pœna non affici, nisi post Iudicis sententiam declaratiuam. Quamobrem sicut necessaria non est sententia, qua hæreticus declaretur infamis, sed qua sola declaretur hæreticus, ita neq. sententia opus est, qua declaretur quispiam infamis ob simoniam, sed sat est, si declaretur Simoniacus. Neq. contendo, num ante hanc sententiam sit re ipsa infamis, esto non incurrerit iuris infamiam, quod videtur docere *Sanchez citatus*, quemadmodum hæreticus à die dicti criminis commissi perdit dominium bonorum, quamuis ad ea restituenda non teneatur ante sententiam declaratoriam. Illud ad rem sanè nostram aio, te vera quoad effectus infamiæ iuris, quam incurrerit simoniacus, vel hæreticus, eos non dici incurrisse, nisi post sententiam, tamesi potuisset facti iam publici infamiam incurrisse vterque, vt de hæretico probè *Azor. cit. & Sanch. n. 2. scribunt*. Irregularitas autem per simoniam contrahitur, mediante hac, quam explicuimus, infamia iuris, quæ quidem tamdiù durat, quamdiù declarata perseuerat infamia, vt probè *Suar. lib. 4. de simon. c. 56. n. 11.* non autem immediatè.

17 Quæ ita sit assertio. Depositio in simoniacos sancita est tum à beneficio, ac dignitate, tum ab ordine; quæ tamen pœna ipso facto nōn incurritur ex communi DD. sententia. Probatur primò, generatim *per cap. erga simoniacos 1. q. 2. ibi, Erga simoniacos, nullam misericordiam in dignitate seruanda, habendam esse decernimus, sed iuxta canonum sanctiones, & decreta SS. PP. eos omnino damnemus, ac deponendos esse Apostolica auctoritate sancimus*. Deinde specialim probatur etiam depositione ab officio, & beneficio *per cap. cum semper de confess. & per cap. de hoc. de simon. addueta Glossa*. Subscribunt super hos textus scribentes, vt videre est apud Abbatem.

18 Quod autem ipso iure ante sententiā, non incurratur hæc pœna, Auctorum patet cōsensu, etiam illorum, qui secus opinantur alijs de pœnis, vt supra vidimus, à quibus non dissonat Extrauagan. 2. de simon. quemadmodum legenti patebit.

19 Quid autem hæc sit depositio, & an sit idē, quod generalis suspensio perpetua, & in quibus conueniant, ac discrepent, docet *Marius Tom. in 1. par. sect. 1. per tot.* & specialim quid pro depositione ab Ordine intelligatur, quā imponendam esse simoniaco, *tradit cap. per tuas, il primo, de simon. scribit idem Azor. fusè, ac doctè à nu. 7.*

20 Vtrum verò semper sit à Iudice talis pœna imponenda, & qua via accusationis nē: vel inquisitionis, & an æqualiter contra quāmlibet simoniam cuiuscumque materiæ: quæ seruandæ sint circumstantiæ apud Canonistas supra citatos videre est; præsertim *Abbatem cap. inquisitionis de accus. Rodoan. 4. p. c. 9. n. 15.*

CAPVT SECVNDVM.

De pœnis contra malè Eligentes expressis *in cap. Cum in cunctis de electione.*

SVMMA.

De quibus Eligentibus quæstio sit n. 1.

Sententia Ioannis Andreæ coarctans has pœnas ad indignitatem ex tribus defectibus relatis in cap. cum in cunctis. *n. 2.*

Eligens indignum ad beneficium curatum, est eligendi potestate pro ea vice, ipso facto priuatus; & quid intelligatur pro illa vice. n. 3.

Suspensio asserta contrahitur ob electionem, vel promotionem cuiuscumq. quomodolibet re vera Indigni, etiam si per defectum distinctum ab enumeratis in cap. Cum in cunctis. *n. 4.*

Exempla non restringūt regulam, siue dispositionem. n. 5.

Regula, odia sunt restringenda, exceptionem patitur, quando nisi extenderetur, esset illusoria. num. 6.

Verè, scienterq. eligentes, vel promouentes Indignum per triennium suspensi sunt à beneficijs, quę in Ecclesia illa possident, cui prauæ electionis detrimentum attulere. n. 7.

Si huiusmodi malè eligentes, vel promouentes beneficijs careant sitis in Ecclesia, quam offenderint, pœna extraordinaria ad arbitrium Iudicis puniendi sunt. n. 8.

Nō satis est sola nominatio Indigni, sed requiritur actus electionis completus ad hanc suspensionē subeundam. n. 9.

Pœna statuta in delictum, locum non habet, nisi fuerit illud consumatum. n. 10.

Vt à iure, vel ab homine censuræ ferri solent, effectum requirunt consumatum, licet possint contrà intentatum, vt videtur præfixum in Constitutione Pij V. 82. *n. 11. & 14.*

Delinquēs censuram subibit in territorio vigentē, vbi consumatum, non autem vbi inceptum est delictum. n. 12.

Ratione autem delicti quoad reliquas pœnas sit subditus reus tum in territorio, vbi inchoatū, tum vbi consumatum fuerit. n. 13.

Non subeunt Cardinales, Indignum si eligerent in Summum Pontificem, pœnas huius Canonis. Hū autem

Digitized by Google

autem alias n.15. remissiuè.

Extenditur hæc pœna ad collationem aliorum, etiã beneficiorum curatorum Episcopatu minorum. n.16.

Quid iuris, si durante triennio suspensionis, alteram Electores promoueant Indignum. n.17.

Duplici asserta pœna nõ ligãtur Episcopi, sed altera ad finem capitis imposita. n.18.

Cur duplex pœna ob vnum malæ promotionis delictum imponitur, & quomodo intelligendum, Dominum non vindicaturum bis in idipsum. num.19.

Quæ pœna imponitur Episcopo, Indignum ad beneficium curatum promouenti. n.20.

Clausula siuè in principio, siuè in fine dispositionis apposita refertur ad omnia membra, eadẽ ratione vrgente. n.21.

Si ficto animo Episcopus in electionem consentiret Indigni, incurreret hanc in foro externo suspensionem. n.22.

Ex verbis, vnius cuiusq. præsumẽdus est animus num.23.

Actus præsumitur eo animo factus, vt valeat num.24.

Consensus Episcopi in Indignum, externo debet actu innotescere, alioquin ab Ecclesia puniri minimè posset n.25.

Censura lata contra facientem non comprehendit ex se mãdantem; At hæc de qua loquimur cum verbis æquiualentibus exprimatur, mãdantem etiam Episcopum ligat. n.26.

Episcopus solum non impediens hanc incurrit suspensionem. n.27.

Etiam si Præsul in Indigni consenserit Electionẽ, quæ tamen suum sortita nõ sit effectum, suspẽsione non ligatur. n.28.

Quando censendus est sola taciturnitate, quis cõsensisse. n.29.

Episcopum Indigni ratum habentem electionem probabilius est quinque concurrentibus circũstantijs asserta suspensione ligari. n.30.

Ratihabitio in iure propriè significat approbationem rei proprio nomine factæ. n.31.

Quid sit aliquid alicuius nomine factum n.32.

Nomine alicuius fieri idem in hac regula de ratihabitione est, ac eius causa fieri. n.33.

Ratihabitio hic debet esse approbatio delicti nomine ratihabentis facti, vt sit etiam cogniti, atq. approbati. n.34.

Quæ ignorantia ratihabitionem electionis Indigni excusat ab hac censura. n.35.

Ratihabitio sufficienti exprimenda est signo externo. n.36.

Hæc cẽsura ipso iure lata est, ipsoque facto incurritur. n.37.

Regula ad cognoscendam censuram ipso facto latam, vel ferendam. n.38.

Quas expendimus censuras, siuè Clerici, siuè Præsules, nisi scienter Indignum elegerint, non incurrent. n.39.

Quomodo extendatur ad Patronos etiam, atq. ad Electores, ad officia secularia. n.40.

Qui scienter abutitur Priuilegio, meritò priuatur. n.41.

Vassalus meritò priuatur feudo quo malè vtitur. n.42.

Non tamen extenditur dicta pœna ad laicum patronum. n.43.

Quæ ignorantia ab his excuset pœnis. n.44. remissiuè.

1 DVo perstringit Eligentium genera inscriptio: alterum personarum Eligentium prorsus Indignum: alterum Dignos, quidem promouentes, omissis tamen Dignioribus. Deindè prænotandum etiam est tribus sanè modis posse promotionem Indigni se habere: primò scienter factam; secundò ignoranter; tertiò vt sub dubio sit, scienter nè, vel ignorãter habita sit. Hoc autem capite duos primos expendemus modos, alium deinceps.

2 *Ioannes Andreas in reg. odia in mexc. Soarius de cens. disp. 31. sect. 3. num. 10.* tametsi quas explicamus pœnas *per cap. cùm in cunctis de elect.* ab Electoribus Indigni ad beneficium annexam habens curam animarum solùm incurri doceant, nihilò tamẽ minùs non ob cuiuscumq. personæ Indignæ electionem, eas contrahi pœnas volunt, sed ob defectum aliquem è tribus, vel quatuor eodem textu expressis. *Soariarum sequitur fidelissimus eius sectator Fel lucius tract. 17. cap. 6. nu. 3. & sentire etiam videtur Menochius casu 3.* subscribit *Sanchez in Opusc. lib. 2. cap. 1. dub. 6. n. 18.*

3 Ego verò primùm assero eligentes, atquè promouentes Indignum ad beneficium curam animarum habens pro illa vice, hoc est pro electione proximè facienda eiusdem beneficij, priuatos esse ipso facto eligendi potestate. Habetur hæc conclusio *in cap. cùm Vitonien sis de elect. ex Concil. Lateranensi sub Innocentio III. cap. 25. & cap. cùm in cunctis de elect. citato, cap. graue nimis de prab.* Neq. obstat *Abbatem in cap. citatum cùm in cunctis, §. clerici sanè n. 1.* illam primam vicem, qua priuantur Electores, ad alterius beneficij electionem, prima fronte, referre. Nàm secùs re vera sentit, tùm ibi si rectè perpendatur *adiunctis Zachariæ additionibus litt. B. tùm in cap. Dudum de elect. II. primo n. 12. Est præterea hæc sententia communis DD. quos citant, & sequuntur Abbas tùm locis citatis, tùm cap. cùm Vitonien sis n. 1. 6. 11. adstipulatur Nauarrus in cap. si quando de rescriptis excep. 16. ac deinceps, atq. ex Theologis multi apud Soarium de censuris sect. 3. num. 10. modo citatum, & apud Auctorem appendicis ad Fellucium tract. 31. cap. 41. cap. 4. n. 137.* & probatur, quia per illam particulam *tùnc*, vt probè *Glossa, Nauarrus, & alij* non aliud, quam pro illa sola vice intelligi debet. Quod autem verum sit de Promotoribus docet *Abbas in cap. cùm in cunctis sæpè cit. §. Clerici sanè nu. 1. & 2. & cap. dudum de elect. n. 10.* Pro illa autem vice, nec ad omnem aliam electionem priuari, sic Eligentes, ac Promouentes eisdem, quos adduxi probatur textibus. Dixi hanc censurã, pœnamq; esse ipso facto, ipsoq. iure latam, quod constabit ex dicendis infrà, dum expendemus pœnam Episcopo malè eligenti impositam per hunc eundem textum & per huic similem *in cap. prouida de elect. in sexto*, ac docet

Digitized by Google

pratered Soarius de censoris disp. 3. sect. 3. n. 2. Nec non post hæc iam parata lego assertum, hoc, atq. erudite probatum apud *Thomam Sanchez in opuscul. lib. 2. cap. 1. dub. 6. n. 6.* Addidi præterea Eligentes, vel Promouentes ad beneficium curam habens animarum; nàm vt è laudatis patet textibus hæc, & quam mox expendemus, pœna contra Eligentes, vel Promouentes ad huiusmodi beneficia expressè imposita est, tametsi, tùm *Abbas locis citatis, tùm Menoch. de arbitrar. iudicum quæst. casu 3.* loqui absolutè videantur, & videtur adstipulari *Sanchez modo citatus.* At ego in re pœnali, atq. proprio marte, & absq. textu, imò contra allegatos sentire non audeo, vt nec Theologi ipsi, & videre est apud *Soarium* modò citatum.

4 Asseroſecundò; licet Ioannis Andreæ, Soarij, cæterorumq. sententia probabilis sit, probabiliùs tamen censeo hanc incurri suspensionem ob electionem personæ indignæ, non solum ob singulos *in cap. cùm in cunctis citato*, indicatos defectus, sed ob quæcumq. ob quæ re vera secundum supra dicta Indignus quispiã censeatur. Est communis sententia tùm *Canonistarum; tùm eorum, qui in cap. citatum de absolutè Indigno loquuntur allegati à Menochio laudato.* Probatur *ex cap. graue nimis de præb.* vbi dicitur, *Prælatos quosdam carnalitatis sequentes affectum, non iudicium rationis* Indignos eligere. Cùm igitur æquè militet hæc ratio contra electionem cuiuscumq. personæ indignæ, non est coarctanda ad certam aliquam indignitatem; & licet in materia versemur odiosa, exẽpli gratia tamen iudicamus expressos fuisse à textu defectus illos, tùm *in cap. cùm in cunctis citato, tùm in hoc graue nimis*, quam solos illos, priuatiuè quoad alios esse indicatos: quibus laborantes, si promoueantur, eorum Electores puniri debeant.

5 Exempla enim non restringunt regulam, siuè dispositionem *l. 1. §. quod vulgo, ff. de vi, & vi armata, & l. damni infecti stipulat. ff. de damnis infect. §. quod dictum est, & fauet glossa singularis in clem. 1. verbo præsidentes in fine de rescript. commendata ab Antonio Eutrio, Cardinali, & Ioanne de Imola.* Deindè aio ad quatuor illos defectus ætatis, natalium scientiæ, ac probitatis vitæ, reliquos facilè reuocari posse siuè infamiæ, siuè censuratum, siuè alterius rationis. Quo circa reductiuè ad quatuor expressos per Canones citatos spectabunt, vt quis diceretur Indignus, esseteq. eiusdem electio inualida, sic etiam ob eorundem electionem pœna præscripta erunt afficiendi Electores. Demùm, quod alioquin frustraretur consilium, atq. mens Sacrorum Canonum ablegandi damna, quæ prouenient Ecclesijs ex prauis electionibus.

6 Regula verò, *odia restringenda*, fallentiam subit, quando esset illusoria, nisi aliquo pacto extenderetur; ita docet *Iason in Authenticam, quas actiones, & Ioannes de Anania in rubricis de Apostatis, & multis probat Nicolaus Everardus de locis loco à ratione legis n. 31.* Addo si Contrarij Auctores vellent ob quatuor illos defectus, copulatim tantum sumptos, personã Indignam esse debere, ob cuius electionem præscripta pœna puniendi essent Electores, ac Promotores; perperam etiam profectò sentirent, cùm *disp. 9. cap. 3.* ostensum sit Indignum censeri quemuis, quocumq. ex illis defectibus affectum, vt *Sanch. citat. ad finem* etiam docet.

7 Assero tertiò. Verè, ac scienter eligentes, vel Indignum promouentes pœnam triennalem suspendi à beneficijs Ecclesiasticis, quæ singuli in ea sita habent Ecclesia, cui mala electione obfuere; sic *Abbas in sæpè citato, cap. cùm Vuitonensis, §. Clerici n. 10. Soarius, ac Fellucius laudatus, apud quos alij.* Et quidem difficultas tantùm est de coarctatione huius pœnæ ad hæc, quæ dixi beneficia in Ecclesia offensa fundata, ideoq. probatur præcipuè *ex cap. si compromissarius in sexto*, vbi expressa, quam diximus habetur limitatio: quiq. textus, vt probè *Glossa in expositione casus* exprimit nostrum, quem præ manibus habemus, descriptum *in cap. cùm in cunctis.* Confirmatur, quod vt probè notauit *Ioannes Andreas in reg. odia*, verba dispositionis latè non semper accipienda sunt, sed tunc restringenda, quando ratio vrget aliqua, atque æquitas. Quamobrem licet noster textus absolutè malè eligentes per triennũ beneficijs priuet; hoc tñ intelligendũ est de certæ Ecclesiæ beneficijs, cui nimirum detrimentum attulere.

8 Quæres, quid præstandum sit, si Eligentes, aut Promouentes, vel beneficia non habeant, vel in illa Ecclesia contra quam peccauere, non possideant? Aio pœna extraordinaria hos esse puniendos, sic expressè docet *Glossa cap. si compromissarius in sexto de elect. verbo in illis beneficijs*; idq. ad arbitrium Iudicis, vt addit *Glossa cap. super his de accusat.* vbi enim in iure expressa pœna non est, exploratum videtur, extraordinariam esse imponendam pro arbitratu Iudicis, *ex cap. de causis de offic. & potest. Iudicis deleg. vbi citata glossa* probè aduertit in verbo arbitrium id esse præstandum à Iudice qualitate delicti, causæ, & personæ inspecta, *per cap. sicut dignum de homicid. & l. 1. §. 1. ff. de iur. delict. & l. Pedius, ff. de incend. Ruin. & Naufr. & l. respiciendum, ff. de pœnis*, vt prosequitur *Menochius de arbitr. quæstion. lib. 2. casu 288. num. 41. ac fauet cap. Ad liberandam de iudic. & l. vlt. in fine, C. de sepulc. viol. & l. 1. ff. de pœnis, §. generaliter. aliisq. probè allatis à Decio de offic. deleg. in cap. de causis n. 11.*

9 Dixi verè Eligentes, vel Promouẽtes, nàm satis quidem non est Indignum solum nominauisse in scrutinio, à qua nominatione, antequam ad perfectum peruenirent electionis actum recessisti, vel scrutinium fuit laceratum, quod patet *ex cap. Perpetuo de elect. in sexto*, hoc ipsum expressis verbis explicante. Neq. nomine electionis venit nominatio, nec voto-

10 rum publicatio. Hinc notatu dignam existimo Ioannis Andreæ regulam *in reg. odia in Merc. in verbo pœna*, vbi in aliquod delictum à iure statuitur pœna; hãc locum tantum habere, cùm delictum illud prorsus fuerit perfectũ, & consumatum, quamquam alioquin inchoatum esset; subscribit *Abbas in cap. nàm in cunctis de elect. §. Clerici sane n. 5. nec non* Bart. *in l. 1. ff. de sicar. & in l. si quis non dicam rapere in*

2. col.

Digitized by Google

2. col. vers. hoc quæro, C. de Episcop. & Cler. & ll data opera col. 3. vers. item in pœnis, C. qui accusare non possunt. Quidquid in contrarium indicare videantur *Innocentius, Hostiensis, Compostellanus citati à Glossa capit. perpetuò supra laudati, verbo formidare.*

11 Hinc per vtilis etiam illa de censuris deducitur Theologorum doctrina, consensu Canonistarum firmata, qua compertum est, licet possit pro delicto graui tentato, seù inchoato cẽsura ferri, vti notauit è Recensioribus *Soarius de cens. disp. 4. sect. 3. num. 2.* At verò iuxta communem vsum, & stylum, cum censuræ, vel à iure, vel ab homine absolutè ferantur ratione alicuius delicti, vltimum includentis effectum, eius omninò requirũt cõsumationem. Et quãuis perfecta fuerit actio ex parte delinquentis effectus tamèn si impediatur etiam miraculosè, censuram minimè incurri, vt probè demonstrat *laudatus Soarius à n. 4. ac deinceps.*

12 Deducitur etiam, quod quamuis delictum, ob quod censura per statutum lata est, in alieno inchoatum sit territorio, si vltimum in hoc sortiatur effectum, puniri tamen Delinquẽtẽ, censura in hoc territorio vigente contra hoc ipsum delictum. E contra verò, quamquam hìc suum habeat initium delictum, vbi viget censura, si tamen vltimum suum effectum in alieno sortiatur territorio, vbi non est statuta censura, neutiquam illam alieni territorij, vbi inchoatum est, subibit Delinquens, qui huiusmodi delictum commisit, vt probè post antiquos allegatus *Soarius disp. 5. sect. 4. n. 9.*

13 Verùm in ordinè ad alias pœnas à censuris distinctas ex communi Iuristarum sententia, reus sit subditus ratione delicti, cum in foro territorij, in quo inchoatum est, tùm vbi consumatũ fuerit *ex l. 1. C. vbi de crimine agi oportet. Per ea, vbi delicta commissa, vel inchoata sunt,* & ibi interpretes *Bart. in l. Dominus, ff. de furtis, Abbas cap. Postulasti de foro compet. & Felinus multa disputans ad hanc materiam spectantia.*

14 Subit autem tradita doctrina vnam, vel alteram limitationem. Primam, ni constitutio attentatum aliquando puniret delictum, vt fieri posse diximus *num. 11.* & est casus in *l. 1. §. Bestias, ff. de posthumis,* atq. *in constitut. 82. Pij V. incipiente, si de protegendis* contra eos, qui è carcere educunt, vel aliquo pacto adiumento sunt, reis Sancti Tribunalis Inquisitionis, subscribit *Baldus l. si quis non dicam rapere, C. de furtis.*

15 Secunda autem limitatio adhibenda electioni, quam habent Cardinales de Summo Pontifice ex vi huius Canonis, vt notauit *Abbas cap. cum in cunctis de elect. §. Clerici* sanè *num. 4. ex Glossa verbo contra fas, capit. si duo dist. 79.* An autem aliàs Cardinales Indignum (quod Deus auertat) eligentes in Papam subeant pœnas mea non interest; legi tamen posset *Hieronymus Manfredus de Cardinal. cap. præsertim 26. Cardinalis Albanus, Martinus Laudensis, & alij, qui de Cardinalibus scribunt.*

16 Quod autem à *Panormitano nu. 4.* scribitur, assertæ pœnæ locum non esse in electione ad alias Prælaturas citra Episcopatum, sed solùm ad ipsum Episcopatum, similesq. dignitates, non approbo; nam electione ad Episcopatum indignam arcere personam, Canon ille præcipuè quidem intendit; verùm ad aliam etiam curatorum saltem beneficiorum electionem se extendit, & quia constat, sermonem etiam esse de electione ad beneficia Præsulatu minora, *ex §. inferiora,* & quia de pœna mox explicanda contra Episcopum male promouentẽ agit, ad quem pertinet collatio beneficiorum, vt probè *Glossa verbo fecerit*: & quia Capitulo iniungitur, vt suppleat hac in re Prælati negligentiam, porrò in ordinarijs beneficijs malè collatis. Quomodo autèm deuoluatur potestas eligendi siuè ad Capitulum, siuè ad Metropolitanum, siuè ad Papam huius loci non est, videndus est sæpè citatus *Abbas à n. 5. ac deinceps; nec non cap. Quamquam de elect. in sexto cum Gloss. verbo deuoluitur.*

17 Queres, quid iuris si durante triennio dicto suspensionis, contingeret, Electores iterum scientèr eligere alterum Iudignum, nùm incidèrent in nouam suspensionem incipiendam à finito triennio primæ, nec ne? *Ioannes Andreas apud Panormit. citatum num. 7.* sentit, triennium suspensionis ita statim post malæ delictum electionis inchoari, vt cum primo adhuc durante confundatur. *Panormitanus verò citatus distinguit cum Bartolo in l. senatus, ff. ad Turpilianum,* vel pœna per statutum imponitur, vt species præscribendo, quod reus nempè homicidij stet ad confinia per decennium à tempore delicti commissi: vel imponitur generaliter, atquè indeterminatè præscribens, vt reus ster ad confinia per decennium. Si forma statuti prioris fuerit rationis, ait secundum suspensionis triennium illicò à commisso delicto currere debere; alioquin non illud, sed aliud esset triennium *argumento l. si vsusfructus mihi in biennium ff. de vsufructu per biennium continuum alicui testamento legato.* Si autem fuerit forma statuti alterius rationis, triennium suspensionis incipere debere finito primo, quod aliàs non solueretur pœna delicti, *argumento cap. 1. de pœn. adiuncta Glossa.* Ego autèm quamuis relatas iudicem probabiles opiniones: æquè etiam saltem probabiliter eũm sentire dixerim, qui assereret cum Põtifice citato per *Glossam dicti cap.* quod *Quoties quis peccat, toties puniri debet, & quod frequens delictum, frequenter puniri debet, vt probè addit Glossa.* Quamobrem ea, *quæ frequenti præuaricatione iterantur, frequenti sententia condemnentur,* vt habet *Textus cap. 1. citat. de pœnis ex concilio Toletano,* & consequenter satis probabile est, secundum triennium suspensionis, decurso primo principium habere; cum enim hæc delicta eiusdem sint sortis, pœnæ eiusdem pariter, vt sint generis, rationi consentaneum est, & re vera frustraretur aliàs statutum. Nec video, quo pacto iterata culpa, adiumento, ne dum detrimento possit esse reo, eiq. parere decrementum pœnæ, quæ commensurabilis esse debet delicto, vt prosequitur *Ab-*

Digitized by Google

hæc cap. si quis num. 6. de simon. & alioquin non mitior pars, vt ex pœnis eligeretur *cap. in pœnis de regul. iuris*, sed nulla pœna pro vno delicto eligeretur. Ex quo, quæ in contrarium affert *Sanchez in opuscul. lib. 2. cap. 1. num. 2.* soluenda sunt.

18 Asserо quartùm, duplici statuta pœna hactenus explicata in malè eligentes non comprehenduntur Episcopi etiam scienter eligentes Indignos, sic probè *Soarius de censuris disp. 41. sect. 3. num. 10.* quia huiusmodi pœnis, ni fiat expressa mentio Episcoporum, hi non ligantur, quemadmodum *tom. 1. lib. 1. disp. 1. c. 1.* diximus, & expressè habetur *cap. si compromissarius de elect. in sexto.* Confirmatur, quod Episcopo Indignum promouenti, alia ad finē capitis imponitur pœna, de qua mox dicturi sumus.

19 Nec mirū sit, duas imponi pœnas ob vnicā prauam electionem Indigni Clericis, quibus ius est eligendi, quòd non debeat quis duplici contritione cōtori, vti habetur *cap. At si clerici in fine, & cap. Presbyter, aut Diaconus 81. dist.* ne Clericus duplici pœna depositionis, atq. excommunicationis afficiatur, quia non vendicabit Dominus bis in idipsum; Verùm vt probe *Glossa verbo bis* intelligendum, id est, profectò, cum singulæ pœnæ ex se adequatę viderentur culpæ; vti rectè declarat etiam *Glossa cap. citati. At si Clerici verbo duplici*, alioquin cum singulæ prudentis iudicio satis non essent, vt in casu nostro, poterit duplex imponi *21. q. 5. cap. si quis cuiuslibet, & seq. cap. Attendendum*: Videndus præterea est *Io: Andreas in cap. felicis de pœnis 5. cæterorum lib. 6.*

20 Asserо quintùm præter statutas pœnas alijs Electoribus, ac Promotoribus personæ Indignæ ad beneficium curam animarum habens, præsertim Episcopatum; Antistiti hisce verbis alia imponitur ibid. *Episcopus autem si contrà hoc fecerit, aut consenserit fieri in conferendis prædictis officijs, & beneficijs potestatem amittat, &c.* Hæc autem assertio per membra explicatione particularum textus probabitur. Et primùm animaduerto particulam *tunc* idest pro hac vice, vt in principio Paragraphi de priuatione potestatis contrà Clericos apposita est, atq. à nobis supra *num. 3.* expensa, hic non esse inserram; neq. alteram *scienter* esse adiunctum, vt neq. initio *huius cap.* Quapropter videri cuipiam poterit Præsulem absolutè, vel facientem, vel consentiētem in malam huiusmodi electionem, priuari potestate beneficij conferendi, etiam si scienter id non præstiterit; Et quamuis *Abbas in hunc eundem textum num. 4.* pro ea vice tantum esse priuatum Præsulem reum asserat, idquè si scienter præstiterit; nihilò tamèn seciùs satis non probat.

21 Ego autèm in eadem sum *Abbatis* sententia, eaq. moneor ratione, quòd cum hanc electionem Indigni tùm à Clericis, tùm ab Episcopo scienter faciendam esse constet *ex cap. cùm Vuitouiensis, & cap. Innotuit ae elect.* & cum eodem modo tùm de pœna Clericis imposita, tùm Episcopo *textus cap. cùm in cunctis* loquatur, eodem etiam de vtraq. electione sentiendum est, *vt assert. 3.* iterum dicemus. Deindè *tunc* exprimens illam vicem sic probatur; quod clausula sæpè in principio, sæpè in medio dispositionis apposita, eadem militante ratione, ad anteriora, & posteriora eiusdem referenda sit membra, vt nos ostendimus *tom. 1. lib. 2. disp. 5. cap. 4. n. 11. & 12. & lib. 3. disp. 7. c. 2. n. 4. & 5.*

22 Demum quod habeo circa textum allegatū adnotare est, verbum *consentire*, idest in vnam sententiam simul ire, *ex l. 1. §. conventionis, ff. de pactis, & in l. consensus, ff. de actionib. & obligationib.* Quod si ficto animo Præsul in electionem Indigni consenserit, alias quidem censuras simpliciter alioquin latas, in foro posset interno effugere, cùm externum peccatum procedens ex animo ficto, ac propterea in sua specie morali non completum, materia sufficiens non sit ad censuram, vt ex communi sententia docet *Nauarr. in summa cap. 11. num. 25. & cap. 27. num. 56. nec non Soarius de censuris disp. 4. sect. 4. num. 15. ex cap. cum voluntate de sententia excommunicationis.* At cum hæc, quæ est in manibus, exterior actio consensus discerni exteriùs minimè possit, nùm ex actu voluntatis interno permanet, nec nè; in externo foro idcirco facultate priuatus censendus esset Episcopus fictè etiam consentiens, licet in foro conscientiæ re vera priuatus illa non esset, vt generaliter de cæteris censuris rectè ratiocinantur Auctores.

23 Etenim verbis aperitur animus, qui præsumitur qualis per verba declaratur *l. labeo §. idē Tubero, ff. de supp. leg. vbi Celsus ait, nemo existimandus dixisse, quod mente non agitauerit, & Cassiodorus lib. 3. nullum est magis mentis nostræ testimonium quam qualitas inspectæ verborum.* Alioquin signa, vocesq. ad conceptus mentis sensusque animi exprimendos ordinata, Auctore Philosopho Perihermenias primo, iudicandæ non essent. Adstipulatur *Baldus in cap. mandatum de rescriptis sub initio, & in Rubrica extra de testibus; Tiraquellus in l. si vnquam in verbo libertis num. 17. C. de reuoc. donat. Decius in l. si semper in stipulat. num. 4. de regulis iuris*; Idemq. censendum, si facto aliquo consensum præstiterit Episcopus, ex quo præsumeretur animus *l. Paulus, ff. rem ratam hab.* Imo plus factis, quàm verbis animus exprimitur *cap. dilecti filij il secondo de appell. & ibi Decius in 2. not. ab. aliq.* quos *laudat, ac sequitur Menoch. lib. 6. de præsumpt. præsumpt. 35. à n. 22.*

24 Hùc etiam spectat, quod actus præsumitur eo animo factus, vt valeat *l. 3. ff. de test. mil. l. quoties de verb. oblig. & cap. Abbate sanè, vbi Glossa de verb. signific. Baldus in l. 2. in fine C. de edicto D. Adriani, & alij apud Vantium in tract. de nullitate, quid sit nullitas n. 24.*

25 Quem tamèn expendimus consensum, debet sufficientibus signis externis exprimi; cū Theologorum constet sententia, censuram ferri non posse ab Ecclesia propter peccatum solum interius mente consummatum, in actum externum non prorupens, sic *D. Thomas 1. 2. q. 91. art. 4. de humana lege, vel iudicio sermonem* ba-

Digitized by Google

habens, Paludanus in 4. dist. 16. quæst. 2. artic. 2. & quæst. 7. art. 5. & dist. 15. quæst. 5. art. 1. Durandus ibid. dist. 17. quæst. 8. Caietanus 2. 2. quæst. 11. artic. 3. Syluester hora Canon. quæst. 2. & verbo extrà 7. q. 2. Couarr. reg. peccatum par. 2. n. 7. Soarius de censuris disp. 4. sect. 2. n. 1.

26 Censuram latam contra facientem simpliciter, probabiliùs quidem est, neque mandantem, neque consulentem comprehendere, vt docet *Caietanus in summa verbo excommunicatio sub initio, Nauar. cap. 27. num. 51. & alij, quos citat, ac sequitur Auila de censuris 2. part. cap. 5. disp. 3. dub. 2. 1. concl.* quibus alijs subscribunt *Recentiores*. Quia tamen hæc de qua loquimur contra Præsulem imposita est, vel cõtrà constitutionem facientem, vel consentientem fieri, porrò ipsum etiam expressè mandãtem, & cooperantẽ ea comprehẽdi mihi exploratum est, cum satis sit, si verbis æquipollẽtibus id exprimatur, quemadmodum hic fit, & notat *post antiquos citatus Auila 2. part. cap. 5. disp. 3. dub. 2. concl. 2.* Addo *Glossam verba cõsentientem cap. Quanta de sententia excommunicat.* in qua sicut consentientem, ità & hic à pari, eum censent, qui aliquo pacto cooperatur, præstando auctoritatem. Si autem pro inefficaci consensu, quis acciperet verba textus, quid tenendum sit, mox aperiemus.

27 Si Præsul neq. Indignum elegit, neq. consentit fieri, sed solum non impediuit, hanc etiam pœnam sanè subibit. Ratio est, quod ex officio tenebatur obstare; igitur nisi obstiterit, effectus malæ electionis satis ei fuit volũtarius, ac dignus tali pœna. Deindè, quia talis omissio videtur officere tùm Ecclesiæ, tùm Statui clericali, tùm etiam nonnunquam concurrentibus alijs ad beneficium. Atq. ità de non obstante, cùm poterat, ac tenebatur percussionem Clerici auertere, docet *Glossa cap. Quanta de sentent. excommun. Nauarr. cap. 27. summa nu. 78. & in Commentarijs in cap. non inferenda 23. quæst. 3. num. 31. & 28. ex Antonino 3. par. titul. 28. cap. 2. Couarr. clem. si furiosus part. 2. §. 2. num. 7. Henriq. num. 4. de irregul. cap. 12. num. 7. lit. B. Auila 2. part. de cens. cap. 5. disp. 3. dub. 8. Cominch. de Sacram. disp. 14. de censuris dub. 15. n. 174. & alijs.*

28 Si verò Præsul consenserit fieri talem electionem Indigni, quæ tamen effectum sortita non sit, tali puto pœna minimè ligari. Ratio est, quòd quando censura ob præcipuum finẽ fertur contra eligentes, cum effectu, vt suprà *num. 9.* dicebam, censenda est imposita, quòd Indigni persona contendit à beneficijs Ecclesiasticis arcere secundariò vero, atq. accessoriè contra Consentientem, &c. Cum autem censura hoc pacto imponitur, non ligare neq. Mandantes, neq. Cõsulentes, neq. Cooperantes, vel Consentientes docet probabilior opinio apud *Auilam sepè citatum dub. 6.*

29 Quando verò consensum sufficienter declaratum præstitisse dicatur Episcopus per solã taciturnitatem diximus *1. tomo lib. 2. disput. 5. cap. 7. per totum, & cap. 6. num. 24.* pœnès quam doctrinam subscribo, nec aliàs *Syluestro verb. consens. quæst. 5. §. 2.*

30 Verùm, quid si tantum ratam habuerit electionem Indigni Præsul? Probabile est non incurrere hanc pœnam, quæ quando propter ratihabitionem solam imponitur, exprimi solet in iure, vt patet *ex cap. si compromissarius de elect. in sexto.* At tribus concurrentibus requisitis existimo probabiliùs incurri. Moueor *ex regul. 10. iuris in 6. Ratihabitionem retrotrahi, & mandatum non est dubium æquiparari*, quam expositam mox declarandis circumstantijs, veram esse puto. Prima igitur requisita circumstantia est, vt nomine Præsulis electio facta sit, quemadmodum in simili casu dixi *tomo 1. lib. 2. disput. 5. capit. 7. num. 17. &*
31 *notat Glossa secunda illius regulæ*. Nàm esto ad latinam tantum verbi significationem attendens, ratihabitio de præterito solam approbationem significet alicuius rei, siuè nomine ipsius factæ, siue non. At verò communi acceptione, significatione, ac proprietate iuris, approbationem indicat alicuius rei, proprio nomine gestæ, aut bonæ, aut malæ; quippè quę ratihabitio meritò retrotrahi dicitur, mandato comparari ex *Glossa citata, & Glossa 1. verbo ratum.* Confirmatur *ex capit. cum quis de sentent. excommunicat. in sexto*, vbi generalis de ratihabitione traditur doctrina, peculiari licet casui accomodata, quam probè explicat *Couarr. clem. si furiosus §. 1. p. 2.*

32 Illud autèm nomine alterius dicitur factũ, quod ipsius interitu, & Auctoritate, licet non de mandato eiusdem peractum sit; vt si quis occideret Ioannem, ad vindicandam iniuriã Petri, tametsi non de ipsius Petri mandato, sic *Glossa dicti capit. cùm quis, & Syluester verbo*
33 *consensus quæst. 5. §. 1.* Quo pacto nomen pro causa videtur vsurpatum penès vsum *apud Arianum lib. 4. de re milit.* neq. causa propria, quasi physicè, atq. effectiuè influente in rem illam, sed instar causæ impulsiuæ, ac finalis.

34 Secunda, quæ desideratur circumstantia, est approbatio talis electionis, quatenus Præsulis, vel alterius Eligentis nomine gesta, neq. sufficit sola delicti approbatio, sed præterea, quatenùs nomine ratihabẽtis illud, q peractũ ste, habeatur ratum: sic expressè ad finem citati textus *cùm quis*, scribitur. Quamobrem ratihabitio desideratur esse delicti cogniti, quatenus taliter facti, sic probè *Syluester loco citato, §. 2. & Auila de censuris 2. part. cap. 5. disputat. 3. dub. 9. apud quos alij.* Ratio autèm, meo quidem iudicio est, quod ratihabere moraliter, & gaudere de delicto in se, non facto meo nomine, æquiualeat delicto meo nomine facto, à me tamèn ignorato, cùm delictum illud sub ea circumstantia factum, voluntarium nõ
35 sit. Præterea nõ modo Ratihabentem delictũ suo nomine factum, ab eo tamèn ignoratum, vt sic per ignorantiam antecedentem, quia nimirum noluisset illud ratum habere, si sciuisset, vti vult *Auila citatus*, non incurrere censuram, sed etiam si delictum illud ratum habuisset, si sciuisset, quod hic, & nunc ignorat per ignorantiam concomitantem, contendo esse probabile, non incurrere hanc pœnam, & ratio est, quod illa ignorantia non facit voluntariũ,

cum

Digitized by Google

cum non influat, sed potius ad ratihabitionẽ illius notitia delicti simplicitèr facti concurrat; nec quia concurrisset eiusdem scientia sub circumstantia mei nominis, præstat, & cõcurrit ad actum ratihabitionis præsentis.

36 Tertia circumstantia est, vt ratihabitio sufficienti signo significetur externo, aliàs pœna Ecclesiæ, quæ non iudicat de internis, affici nõ poterit. Neq. assentior *Hostiensi, & Glossæ cap. citati verbo tuo nomine* asserẽtibus ligari apud Deum in tali casu.

37 Sexta assertio. Hæc pœna est ipso iure lata, ipsoq. facto incurritur; sic *Abbas cap. cùm in cunctis de elect. §. Clerici num. 6.* Deducitur ex illo verbo textus *amittat*. Etenim quidquid sit de regulis latis, cùm à *Caietano 2. 2. quæst. 62. artic. 3. cùm à Syluestro verbo assassinii, quas reiiciunt Sotus 1. de iust. & iure quæst. 6. artic. 6. nec non Auila de cens. 1. part. dub. 7.* illud exploratum habeo, in iudicio ferendo de lege pœnam imponente, an sit latæ sententiæ ipso iure, vel facto incurrendæ, vel inferendæ, attendendam quidem esse vim, verborumq. significationem, secundum communem vsum iuris, quatenus virtute aliquam ex dictis particulis *ipso facto, iure, vel latæ sententiæ* vim cõtineant; quod si contineant de illis idem, ac de eisdem particulis, formaliter acceptis, atq. expressè adhibitis iudicium ferendum est. Quapropter cùm tò *amittat potestatem*, virtute contineat *ipso facto, vel iure*, vt à simili videre est in formula, quo *Bonifacius VIII.* vtitur ad excommunicationem ipso iure sancitam *cap. vnico de schism. in sexto per eam sententiam excommunicationis incurrat*, vel per aliam, *Gregorij X. cap. vnico de iniur. in sexto adiuncta Glossa, Ecclesiastico subiaceant interdicto*. Propterea dicendum est absolutè hanc, ipso facto, pœnam incurri.

38 Addo regulam, quam indicat *Abbas capit. cùm in cunctis, §. Clerici sæpè citato num. 6. & cap. Clericis. Ne Clerici, vel Monachi* plerumq. veram, cæteriquè ab alijs allatis Auctoribus certiorem: videlicet, cum per formulam censuraram aliquid non indicatur, ab illo exequutioni mandandum, ad quem referuntur verba legis, sed vt subendum potius ab eo, contra quem inuritur pœna, tunc pœnam latæ sententiæ ipso iure, vel facto impositam contineri; quia nimirùm non pendet exequutio ab alterius facto. Quam regulam etiam approbat *Coninch. de cens. disp. 13. dub. 2. num. 19. vers. tertio idem.*

39 Assertio septima: Ad omnes, quas enodauimus, pœnas incurrendas à Clericis, atq. ab Episcopo, Promotionem, vel Electionem Indigni scientèr factam requiri, ob clausulam, *scienter*, ab hoc textu adhibitam, quæ ad omnia refertur membra dispositionis, quemadmodum de particula *tunc* supra *num. 20. & 21.* probatum est; sic nos tradidimus *tomo 1. lib. 2. disputat. 3. cap. 1. num. 3 & omnes supracitati DD. sentiunt, quibus addo Decium in idem capit. Cùm in cunctis, §. vltim. num. 1. & concl. 522. numer. 7. Ripam, & alios apud Menochium sub initio capit. citatum.*

40 Extendunt autem hanc assertionem ad Patronum præsentantem Indignum *Barbatius cons. 33. lib. 2. ac Decius modò laudatus in §. vltim. cap. cùm in cunctis num. 1.* Extendunt etiã ad electionem officiorum laicorum, tùm *Baldus, tùm alij apud Menochium de arb. iud. quæst.* 41 *lib. 2. casu 511. num. 13.* ac sub terminis generalibus iterùm probatur conclusio, quod habẽs priuilegium aliquid faciendi, si eò scienter malè vtatur priuandus est *ex cap. Priuilegium 11. quæst. 3. & confert l. vt eis, C. de Iudæis, & l. eos, C. de aquæ ductu libr. 11.* & qui scienter abutitur beneficio, ac liberalitate Principis meritò priuandus est.

42 Sic vasallus feudo priuatur, quando in eo malè versatur, *sic in titulo in quibus causis feudum amittatur, & in titul. quæ sit prima causa beneficij amitt.* ità *Paris. in consuetudinibus Parisiens. §. 30. num. 166.* apud *Iulium clarum, §. in feudum quæst. 56.* & post alios quamplures *Petrus Vrsinus de succession feudor. 1. par. quæst. 2. art. 1.*

43 At quamplures limitant hanc pœnam, qua nolunt affici patronum laicum, sic expressè *glossa cap. cum vos de offic. iud. ordin. vers. minus idoneæ.* Ratio discriminis inter laicum, & Clericum est, & quia minus experti sunt sæculares rerum Ecclesiasticarum: & quia minus eis conceditur tempus præsentandi quatuor nimirum mensium, cum sex clericis tribuatur *de concess. præbend. nulla*, & cum grauentur tẽporis angustijs, releuantur in carẽtia pœnæ, Clerici meritò afficiuntur, qui scire debent iura, easdemq. subire pœnas Indignum præsentantes, ac Indignum eligentes, vt probè dicta glossa; & quia in iure canonico nunquam inuenitur hęc pœna sancita in laicum, sed in Ecclesiasticum, *vt in capit. cùm in cunctis, §. finali de elect.* & lex ciuilis nihil disponere circa hoc potest; sic *Ioannes Andreas in cap. cùm vos citatum: ibi Anchar. num. 4. Immol. num. 8. Cord. ibi, Lambert. de iur. patron. lib. 1. part. 1. quæst. 10. articul. 2. num. 15. Syluester verbo ius patr. quæstion. 7. Sanchez in Opusculis libr. 2. capit. 1. dub. 6.*

Ex his autèm, cùm superiores confirmantur assertiones, tùm sequitur si ignorãter quis Indignum ad Episcopatum, vel ad quodcumq. aliud curatum beneficium quempiam elegerit, vel promouerit, declaratas pœnas non incurrere, sic *allegati Auctores in præsens capit. cùm in cunctis citatum, quibus addo Pelinum in cap. ex tenore col. 2. de rescript. & alios, quos citat, & sequitur citatus Menochius num. 6. & 7.* Probat *Abbas ex cap. Innotuit de elect. quod quidem, & citat, & explicat cap. cùm in cunctis, quod præ manibus habemus per ea, Parcentes Vigorienſi capitulo, quod eis, nec pœnam infligimus expressam in canone supradicto*, cuius mentionem fecerat, *§. quamnis adiuncta glossa verbo Lateranense*. Probatur etiam *ex capit. Quamquam de elect. in sexto, quod ex Concilio Lateranense 1. part. cap. 3.* desumptum, docet electionem Indigni faciendam esse scienter, ad has pœnas contrahendas.

43 Quæ autèm ignorantia ab his excuset pœnis

Digitized by Google

nis Eligentes, vel Indignum Promouentes, an vincibilis, vel inuincibilis, an antecedens, an concomitans, aut subsequens, an crassa, supina, vel affectata, num ipsius iuris prohibentis, vel etiam ipsarum pœnarum impositarum diximus *tomo 1. lib. 2. disp. 3. cap. 4. à num. 2. & lib. 3 dis. 4. c. 4. n. 8. ac deinceps, nec non disp. 7. c. 3. nu. 36 iuxta quæ intelligimus cap. innotuit de elect. § habito, adiuncta glossa verbo ignorantia.*

CAPVT QVARTVM.

An sub dubio eligens Indignũ aliquam subeat pœnam.

SVMMA.

Duplex quæstionis sensus. n. 1.
Prima opinio docet præsumi Eligentem Indignum, scienter elegisse. n. 2.
Secunda sententia contraria. n. 3.
Tertia opinio committit arbitrio Iudicis. n. 4.
Exponitur Auctoris sententia. n. 5.
In dubio delicti Reus est absoluendus. n. 6.
Cum sint iura partium dubia, Reo potius fauendum est, quàm actori. n. 7.
Actore non probante is, qui accusatur, absoluendus est. ibidem.
In dubio facti censura nulla contrahitur, vnà dempta homicidij voluntarij, ob quod sancita est irregularitas. n. 8.
Probabilis est tertia sententia. n. 9.
Si Electores, vel Promotores scienter eligant, quem dubitant esse Dignum, pœnam latam incurrent. n. 10.

1 HVC remissa quæstio super est exponenda, ad pœnas iam latas contrà malè Promouentes, vel eligentes probè sciendas. Potest autem inscriptio duplicem habere sensum, primum, vt dubium versetur circa scientiam, vel notitiam, idemq. significet, ac qui dubitat, num scienter aliquem Indignum elegerit, supra declaratas pœnas incurrerit; alter autem sensus est, vt dubium non supra notitiam, vel scientiam cadat, sed supra indignitatem, ac quæratur, num qui scienter elegerit personam, de qua dubium est, an sit digna, nec ne; quas dixi subeat pœnas.

2 Et quidem primo modo declarata quæstio disputatur ab Auctoribus, de qua sensit *Bartol. in l. si Patronus ff. de confirm. tut. vbi etiam Baldus, & Albericus*, præsumi Eligentem Indignum, scienter elegisse, & consequenter assectas mereri, subireq. pœnas. Subscribunt alij apud *Peraltam in l. cùm quidam num. 3. de leg.*

3 Secunda sententia est ipsius *Peraltæ*, quem modò laudaui contrariam relatam, quam rigidam, duramq. appellat, & contra rationem, atque æquitatem *Melchior Pala apud Menochium de arbitr. iud. quæst. lib. 2. casu* § 11. Probatur, quod in dubio iumenda sit semper interpretatio benignior, *l. proximè ff. de his, quæ in test. delen. & l. ea, quæ* § *in re dubia, ff. de reg. iur.* Confirmatur, quia delictum non præsumitur, *l. meritò ff. pro socio, & probat Menochius de præsump. lib. 5. præsump. 2.*

4 Tertia opinio est citati *Palææ apud eumdem Menochium*, cui videtur ipse *Menoch. subscribere*; docetq. in hoc esse casu locum arbitrio Iudicis, qui prò arbitratu poterit litem dirimere.

5 Ego verò scrupulis non adeò teneor, vt velim in dispositionibus moralibus, qualis est hæc, quam tractamus *scienter* in rigore ac philosophicè sumi, quasi verò non modo tenenda sit ab Eligente indignitas eligendæ personæ, verùm etiam clarè ab eo cognoscendum se ipsam id noscere; cùm scientiam hæc duo inuoluere in logicis demonstraui; scire nimirùm, & noscere se scire, iudicium habens is, qui scit non modo de re, atq. obiecto, quod scit, verùm etiam notitiam euidentem ipsiusmet iudicij rectè, ac ritè deducti. Cæterùm, vt hæc acutè, vereq. dicta reor esse, ita à dispositione morali distare longiùs, quippeque dùm scienter factum aliquid vetat, seu dicenda desiderare tantùm notitiam moraliter certam, quę formidinem moralem excludat, ita vt non sit prudentis tunc formidare, *l. 2. § idem labeo, ff. de aqu. pluu. arcen.* scire factum dicitur, cum minimè dubitatur *cap. Dominus de secundis nuptijs*, vbi iubetur, nè coniux alterum matrimonium contrahat, donec de alterius morte constet; *iuncto cap. in præsentia de sponsa*, vbi, tunc dicitur constare, quando vnicus testis certus adfuerit, sic *Syluester verbo scientia in princip. & matrimonium 8. q. 13. d. 1. Angel. matrimonium 3. impedimẽto 13. n. 4. Nauar. cap. si quis aũt n. 9. de pœnit. dist. 7. & alij*, tametsi nunc certior requiratur notitia. Huic aũt scientiæ opponitur quodcũq. dubium morale, ex quo quis operans non dicetur scienter operari, & consequenter neq. reus delicti, ob quod talis cẽsura, seu pœna imposita est per illam dispositionem. Secundo, sicut Iudex condemnare neminem potest, qui non probatur reus, ità nemo tenetur se ipsum condemnare, sequè propriò aliquo bono abdicare, nisi sibi reus probetur; sed hic non probatur reus; ergò.

Confirmatur, quòd nemo libertate, aliquò re quacumq. per bonam præcipuè fidem possessa se expoliare tenetur, sufficienter, nisi cõstet eam se fidem dissè; atqui hic possidet libertatem, atq. immunitatem à tali pœna, & cẽsura, quam quamdiù dubitat, sufficienter minimè scit, se perdidisse; ergò tandiù non tenetur ea se exuere. Hinc omnia iura expressis statuunt verbis in dubio delicto reum absoluendum esse *reg. fauorabiliores 168. ff. de regul. iur. & reg. cùm sunt eodem tit. in sexto. ibi.*

6

7 *Cum sunt iura partium obscura, reo fauendum est potiùs, quàm actori, & cap. vnico verbo cum enim, vt Ecclesia st. benefic. ibi. Cùm enim iuris sit explorati, quod actore non probante is, qui*

Digitized by Google

comuentur, & si nihil præsciuerit, debet absolui. At qui quando factum electionis scienter habitæ personæ indignæ manet dubium, non censetur probatum ergo. Confirmatur *ex l. quam accusare, C. de eden. & aliis, quas afferunt Hyppolitus de Marsi. in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæstionibus, & Franciscus Purpur. indicta lege, qui accusare à num.* 8. Quo circà subscribo absolutè secundæ sententiæ; quam exitimo DD. consensu communem. Etenim
8 esto in dubio facti, in quo certum est nos versari, irregularis, ob homicidium censendus quis sit; nihilominus tamèn, vt locis citatis de ignorantia tradidi in excommunicatione, suspensione, interdicto; cæterisq. censuris secus rem se habere docent melioris notæ DD. vt videre est *apud Sanchez 1. tomo summ. libr. 1. capitul. 10. à numer. 48. ac deinceps præsertim num.* 62.

9 Non tamen improbabilem habeo tertiam sententiam, maximeq. opus est industria Iudicis ad dirimendum, an scienter, vel ignoranter Elector elegerit; nam si hic eadem in Ciuitate, aut loco versatus fuerit cum Electo, si eius notitiam antèa constiterit habuisse, si reliquæ vrgeant coniecturæ, quibus ostenderetur per difficile satis esse, quod electi Indignitas fugerit Electorem, censendus est hic profectò scièntèr id præstitisse; secùs aliàs.

10 Sit assertio secunda; si Electores, vel Promothores scienter eligant, vel promoueant, quem dubitant esse dignum, incurrent hanc pœnam. Ratio est; quia hi peccant, vt *disput. 6. cap. 2. assert. vlt. n.* 26. probatum est, & quidem in officium proprium, ex quo tenentur certo moraliter cognoscere dignitatem personæ ad tantum munus eligendæ: At qui hoc peccatum etiam Canon auertere contendit; ergò huic peccato pœnam etiam adiungit. Minor propositio, in qua ratiocinationis vis est sita, probatur *ex cap. Quamquam de elect. in sexto, & cap. Si compromissarius eod. in sexto, per ea, eùm suo sit functus officio*, ideſt compromissarius, qui vices gerebat Capituli, atque *ex cap. innotuit*, vbi allegata à Capitulo ignorantia non admittitur, quia nimirum non fuerat probata. Ignorantia, inquam, cui aliquale dubium inerat, vtpatet ex glossa verbo *ignorantia*, a qua dicitur crassa de illegitimis natalibus electi Archidiacono Eborancensis in Episcopum. Igitur ex hoc textu constat etiam intercedente dubio de Indignitate personæ eligendæ pœnas esse subeundas ab Electoribus impositas per Canonem sæpè allegatum, quasq. Capitulo Vigorienſi peperciſſe teſtatur Papa.

Verum autem comprehendantur his pœnis etiam quomodolibet præsentantes, vel quoquo modo concurrentes ad promotionem Indigni *sequenti cap. num.* 2. dicemus.

CAPVT QVARTVM.

De alijs censuris non latis, sed ferendis contrà malè Eligentes, vel Promouentes.

SVMMA.

Quæpœna hic exponenda. n. 1.
Quibus hæc infligenda est pœna. n. 2.
Non videntur comprehensi primi fundatores Cappellarum, aliorumq. beneficiorum, neq. subsequentes Patroni eligentes Indignos. n. 3.
Lex pœnalis ad similes extendenda non est casus n. 4. *remissiue.*
In pœnalibus interpretatio benigna præferenda est ibidem.
Actio, qua satis imponitur censura, declaratur. num. 5.
Si eligeretur omninò inuitus, ac renuens, in hanc peccaretur dispositionem Canonis. n. 6.
Quod ius sit prouinciali Concilio ad Episcopos suspendendos. n. 7. *remissiue.*
Asserta suspensione Promouentes Indignos, etiã non irregulares efficiendi sunt. n. 8.
Hæc suspensio cap. graue nimis, grauior est alterà lata in cap. cùm in cunctis. n. 9.
Cur præcedere debeat bina monitio. n. 10.
Adsolum Pontificem facultas hæc promouendi beneficia deuoluitur ibid.
Hac pœna etiam Capitulum afficiendum est, indignum si eligat, quamquam ex sententia contra Prælatum imposita non extendatur ad Capitulum. n. 11.
Inquisitio facienda est ad delictum hoc, & quomodo à Concilio. ibid.
Metropolitani absq. præcedente infamia generaliter mediis testibus Synodalibus inquirere possunt de Indignorum electionibus, non autẽ specialiter de hac, vel illa. n. 12.
Occulta delicta in visitationibus generalibus quando non aperienda sunt. num. 13. *remissiue.*
Ni caute Prælati in hisce visitationibus interrogent, peccare grauiter possint. num. 14. *remissiue.*
Quid faciendum in hisce visitationibus, quando præmissa correctione fraterna, fratri non est emendatus. n. 16. *remissiue.*
Casus, in quibus inquiri potest specialiter etiam non præcedente infamia. n. 16. *remissiue.*
Inquisitione generali asserta perhibita, bina correctio facienda est à Concilio, Prælatis delinquentibus. n. 17.
Qua ratione delictum Prælati notorium esse debeat. ibid.
Quid agendum de delicto Metropolitani. n. 18.
Reseruatur Papa, ac quatuor Patriarchis absolutio ab hac suspensione. n. 19.

De-

Digitized by Google

Delictum Metropolitani priusquam denuncietur Papæ non esse necessariò corrigendum, docet prima sententia.n.20.

Vera est hæc sententia,si delictum fuerit publicũ, dummodo publicè non fuerit emendatum, vel certò emendandum; quando neq. denunciandum videtur.n.21.

Si Metropolitani delictum fuerit occultum denunciandum non erit,quin priùs corrigatur. ibid.

Clausula in quacumq. parte dispositionis apposita ad omnia referenda est membra,eadem vrgente ratione.n.22.

Correctionis præceptum, diuinum est, cui denunciationis,quod est humanum,cedere debet. num.23.

Correctio actus est charitatis,& à subdito haberi potest erga superiorem debita, tamen cum modestia.n.24.

Particula,seù clausula verò, vel verùm *quando pro sed, & quando pro* quin etiam, *& asserentis vim habeat.n.25.*

Quando exceptio vitiat regulam,cui adiungitur. num.26.

In dubijs potior est causa regulæ,quàm exceptionis.n.27.

Eodem pacto cum Metropolitanis agendum est, atq.cum Episcopis,quoad correctionem.n.28.

OMissis pœnis,quæ statuuntur infligẽdæ *in cap. nihil est de elect.* contrà confirmantem Indignum primariò, & secundariò contra eundem electum,nec non contra eligentes, expendendis,cum 7.*lib.de confirmat.* disputabimus. Omissa præterea suspensione ferenda contra scientèr Promouentes excommunicatum *cap. Postulastis de cler.excommunic. ministrante.* Prætermissa etiam pœna in compromissarium sancita *cap. si compromissarius de elect. in sexto.*atq. alia imposita per *cap. Quisquis de elect.*contra electum per abusum sęcularis potestatis, & contra electores per talem abusũ eligentes, quippè quæ ex declaratis, ac mox declaranda facili negotio dilucidari possunt, probèq. exponuntur *à Soario de censuris disp.* 1 *31.sect.3.nu.12.* vnam mihi disputandam propono in *cap.Graue nimis de præben.*impositam, & quidem contra eligentes Indignos post primam,& secundam monitionem ferendam, quæ cum multa scitu digna contineat, peculiarem sibi vendicat expositionem.

Verba textus hæc sunt; *Præcipimus,vt præmissis Indignis,idoneos assumant, qui Deo, & Ecclesijs velint, & valeant gratum impendere famulatum,fiatq. de hoc in Prouinciali Concilio diligens inquisitio annuatim; ità vt qui post primã,& secundam correctionẽ fuerit repertus culpabilis à beneficijs conferendis per ipsum Concilium suspendatur, &c. & hoc ipsum circa Capitula,quæ in his deliquerint,seruetur. Metropolitani verò delictum superioris iudicio relinquatur,ex parte Concilij denunciandum.* Deinde hanc reseruat suspensionem,vel Papæ,vel Patriarchæ.

2 Circa quem textum primũ annotandæ sunt personæ, quibus hæc infligenda est suspensio Ecclesiarum,videlicet Capitula,ac Metropolitani:patet ex *textu,glossa,& DD. exponentibus apud Abbatem.*

3 Vtrùm autèm hoc textu,præcedentiq. censura cõprehendantur,qui proprijs bonis Cappellam, vel beneficium constituunt Indignos eligentes,vel Patroni, post institutionem succedentes,vel alio pacto ius habentes nominãdi,vel præsentandi, non inuenio disputatum à DD. neq. audeo, quod de peccato indicaui *hic.disp.6.c.3.n.*& hic asserere de pœnis, & censuris;quia dũ de culpa disputamus,tùm à *Tridentino sess.24.c.1.*tùm *à Gregorio XIV.*admonemur bulla incipiente. *Onus Apostolicæ* de forma faciendi processum ad Episcopum promouendum.*Omnes, & singulos, qui ad promotionem præfatorũ quodcumq. ius,quacumq. ratione à Sede Apostolica habent, aut alioquin operam suam præstant,peccare,&c.* At verò cũ de pœna tractemus expressum non habemus textum à quo hæc, quam expendimus, explicetur.Neq. legem pœnalem ad similem extendendam esse causam ostendimus *tom. 1. lib.2.* 4 *disp.2.c.3. nu.28.* ni inutilis alioquin redderetur; quibus plura possem addere ex *Nicolao Euerardo loco à ratione legis.*Neq. argumentũ à simili in hisce valere diximus *ibid.nu.29.*atq. in pœnalibus interpretationẽ benignam esse debere scripsimus *lib.3.disp.4.nu.20.*

Obijcies *superiori cap.n.4.* nõ modo eligẽtes Indignos ob quatuor defectus *in c.cũ in cũctis* explicatos, latis ibi pœnis affici dictum est,sed etiam Eligẽtes quomodòlibet verè Indignos: igitur his censuris comprehensos non modo dicemus Eligentes, vel propriè promouentes Indignos, sed quacumquè ratione eosdem præsentantes, vel ad eorum promotionem concurrentes. Respondeo non improbabilem nos loco laudato contrariam existimasse sententiam. Deindè peculiarem esse ibi rationem aio, quæ hic minimè militat: eos nimirum defectus exempli gratia, appositos,atquè enumeratos tanquam principes esse,ad quos cæteri indignitatem inducentes,facilè reuocari possunt, quod hic accomodari, satis difficile erit.

5 His expositis, actio est indicanda,ob quam hæc suspensio imposita est, quæ quidem vna his initio Canonis adducti explicatur. *Graue nimis est, & absurdum, quod quidam Ecclesiarum Prælati, cum possint viros idoneos ad Ecclesiastica beneficia promouere, assumere non verentur Indignos.* In qua dispositione primum,quod declarare habeo,verbum est illud, *cùm possint*, quoniam deficientibus omni ex parte dignis per accidens, vti declarauimus *disp.6.cap.2.num.22.* minus Digni, minusquè quàm fieri potest,mali ad beneficia promoueri possunt. Quibus addo ex Hostiensi *apud Abbatem hic num.2.* constituendam potiùs esse domum ex lapidibus, passim occurrentibus,quàm inanem omittere:fauet *l.generaliter,§.spurius,ff.de Decurionib.*& licet idemmet *Hostiensis ibid. apud Abbatem*, contrarium sentire videatur, docens vni Digno plura po-

Digitized by Google

tiùs concedenda beneficia, quàm Indignis *ex 12.quæst.1.cap.1.ad finem*; nihilominus tamen, vel ad constantiam reuocanda sunt hæc *Hostiensis* dicta modo à *Panormitano* allato; vt hoc secundum verum profecto sit, cum indignitas tanta esset, vt absq. scandalo, aut peccato promouere quis minimè posset; primùm autem, quando non essent tanta v.g. inscitia, si reliqua essent desiderata dona iuxta allegatis locis disputata; vel dicendum primum esse verum, vbi agitur de beneficijs, quæ in vnum cõuenire cuncta nõ possunt ob omnimodam incompatibilitatem: secundum autèm, quando cohærere aliquo pacto simul possent. Quam mihi videor deduxisse interpretationem ex *allegato cap.1.ad finem quæst.1.& 12.* vt legenti patebit.

6 Sequitur præterea verbum aliud exponendũ *à constitutione superiori numero* relata vsurpatum. *Volentes igitur huic morbo mederi præcipimus, vt prætermissis Indignis idoneos assumat, qui Deo, & Ecclesijs velint, & valeant gratum expendere famulatum;* Itaq. satis non esse vereor dignos assumere, sed qui velint coniugium contrahere spirituale, suoq; fungi officio *cap. inter corporalia de transl. Episcop.* vt agentes de acceptatione infra videbimus, rei etiam viderentur culpæ, contra quam hęc imponitur suspensio.

7 Qua verò ratione Prouinciali Concilio potestas, atq. iurisdictio sit probè tradit *Abbbas hic nu.4.* qui quidem *n.8.* contra Metropolitanos hoc non esse ius Concilio rectè monet.

8 Iterùm suspẽdendi sunt huiusmodi Promouentes Indignos etiam si alia de causa tales hi fuerint, quam ex irregularitate, quidquid dicat Glossa verbo *suspendatur*, quæ meritò reijcitur à *Panorm. nu.10.* etenim ad huiusmodi pœnas, præsertim inflictas in *cap. cum in cũctis*, atq. *à nobis sup. cap.* declaratas, quicumq. sufficit defectus.

9 Contra huiusmodi Electores, ac Promotores suspensio infligenda præscribitur ab omni potestate beneficiorum conferendorum, non modo in Ecclesiam, contra quam peccauerũt, vt diximus de statuta *in cap. Cùm in cũctis sup. cap. n.7. sic Abbas n.10. ex Innocentio.* Quãobrem vtraq. poterit ad idem malum auertendũ concurrere pœna, & allata *à cap. cùm in cunctis*, & hic eo potiori titulo, quam *sup. cap.* declarauimus *n.19.* ob maiorem grauitatẽ delicti aliqua firmati consuetudine, quod sub hac ratione non videtur idem omnino, sed iteratione aliquo pacto distinctum, & certè grauius *cap. Monasterio de vit. & honest. Cleric. 25. q.2. cap. ibi nos, & C. de Episc. aud. il secondo, & in authentica, sed hodie, C. de seru. fug.* Solũ itaq. hoc discrimẽ versatur has inter duas pœnas, quod hęc, quę est in manibus, grauior quidẽ cũ sit illata sit de facto; altera per *cap. Cũ in cunctis*, ad omnia nempè beneficia conferenda se extendens, non sit latæ sententiæ ipso iure, vel facto
10 incurrenda, vt illa; Sed bina priùs precedente monitione. Itaq. delictũ, ob quod imponitur, atrocius sit, quippè quod cõsuetudine firmatum, vt supra dicebamus, & aliquo pacto in corrigibile *cap. cùm non ab homine*, ac rigor respondet pœnæ; ac monitioni præmittendæ matris Ecclesiæ benignitas. Deindè notãdum electioni semel habitæ Indigni, pœnã imponi suspensionis facultatis conferendi illud beneficiũ ad quod Indignus electus erat; quam per *cap. cùm in cunctis*, diximus deuolui ipso facto ad Capitulũ, absq; alia monitione; quæ tamen requiritur ad delictum cõtinuatum etiam: neq. semel, sed iterum habita; postquam sequitur suspensio ab omnibus beneficijs conferendis, vel à Metropolitano, vel à Concilio ferenda; quod esto non possit absoluere, potest tamen suspensione ligare; vt probè *Innocentius ad finem huius cap. & Abbas n.10.*

11 Hac autẽ pœna ẽt afficiendum est Capitulum, si circa Indigni electionẽ peccauerit, per ea. *Et hoc ipsum circa Capitula, quæ in his deliquerint, obseruetur*, quibus specialiter procedit contrà Capitulũ, tametsi aliàs, ni expressè cautum hoc esset, pœna Prælato statuta, non extenderetur ad Capitulũ; quoniã in materia pœnali dispositio de certa persona non extenditur ad fictam, vt notarunt ex *Ant. Imol. in citat. loc.* atq. *ex l.3.C. neg. gest. Panorm. n.6.* Deuolui aũt ad solum Pontificem facultatẽ conferendi huiusmodi beneficia, idemmet *Abb. scribit n.12.* Itaq. primùm Inquisitio facienda est à dicto Concilio. Modus autèm habendæ huiusmodi inquisitionis præscribitur *in capit. sicut olim de accus.* hiscè, *vt autèm id valeant (Metropolitani scilicet) efficacius adimpleri, per singulas Dioceses statuant personas idoneas, prouidas videlicet, & honestas, quæ per totum annum simpliciter, ac de plano absq. vlla iurisdictione, sollicitè inuestigent, qua correctione, vel reformatione sunt dignæ.* Hi autèm quasi testes Synodales, sic appellati *à Glossa verbo statuit*, solum famã referre tenentur Metropolitano, vt eadem asserit *Glossa in verbo absq. vlla iurisdictione.*

12 Hinc patet, per inquisitionem generalẽ mediis hiscè testibus, quorum mentionem modo fecimus, nulla præcedente infamia Metropolitanũ inquirere posse de publicis Indignorũ electionibus. At vero posse delata infamia, per testes illos Synodales, contra Electores, vel Promotores, & specialiter ẽt inquirere, ex quibus, quod mouent Canonistæ dubium *ob glossam cap. graue nimis, verbo inquisitio, vt Abbas ibi n.9.* facilè soluitur: posse quidem Metropolitanos nulla præcedente Infamia per inquisitionem generalem inquirere ex officio, minimè tamẽn contra certam personam, & sic potest sanè quicumq. superior ad purgandam prouinciam scelestis homuncionibus, ac delictis per *c.1. de offic. ordinar. & l. congrui de off. Præf.* Infamia antèm orta, vel diuulgata, specialiter postea posse inquirere, vt probè sentit etiã *Innocentius cap.1. de postul. Præl.* docetq *Glossa in verbo inquirere c.1. allegati de officio Iudicis ordinarij, ex cap. qualiter, & quando de accusat. & cap. licet Heli de Simon.* Addo tametsi aliqua nominetur persona in inquisitione generali, contra quam facienda sit specialis inquisitio; depositiones tamen inquisitione generali habitas, haud facere fidem pro speciali;

Digitized by Google

sic Innocentius in cap. bonæ de elect. & Abbas citatus num. 10. Propterea etiam ad hanc inquisitionem generalem debet Prælatus singulis annis suam visitare Diœcesim *cap. cùm venerabilis de cens. cap. relatum* 10. *quæst.* 1. *capit. mandamus de off. Arch. & alijs, quos allegat, ac sequitur, textibus Abbas cap.* 1. *de off. iud. ordinarij num.* 6. *esq. assertio Theologorum communis de iustitia, & iure scribentium, vt videre est apud Less. lib.* 2. *c.* 29. *dub.* 13. *n.* 107.

13 Quomodò autèm in hisce inquisitionibus generalibus, delicta non sint aperienda, quocumq. præcepto instante, sub pœna censurarũ, diximus 1. *tom. lib.* 3. *disp.* 8. *cap.* 4. *num.* 18. Qua

14 etiam ratione, ni cautè Prælati in huiusmodi visitationibus se habeant grauiter peccare possent, *ibidem* scripsimus.

15 Quid autem præstandum sit in hisce visitationibus, quando præmissa correctione fraterna, frater emendatus non esset *ibid. n.* 12.

16 Casus autèm, in quibus etiam, infamia non præurgente, possit inquiri *ibid. aperuimus cap.* 6. *num.* 11. inter quos numerauimus, quando Prælatus & potest, & inquirere tenetur, non ad finem puniendi, sed impediendi tantum, promotionem ad aliquam Prælationem ad ordines, ad beneficia, vt probè docet etiam *Abbas in cap.* 10. *de offic. iud. ord. n.* 6.

17 Hac itaq. præmissa inquisitione bina correctio adhibenda est à Concilio per viros vtiq. graues, doctos, ac prudentes. Quo autèm pacto notorium hoc esse delictum debeat, vt ritè à Prælatis delinquentes moneantur, tradidimus *tom.* 1. *lib.* 3. *disp.* 6. *cap.* 3. *num.* 30. *&* 31. Et licet horum non probè eligentium peccatum esset publicum, Canonica tamen hæc admonitio ex benignitate Sanctæ Matris Ecclesiæ facienda etiam esset, quod maximè confirmatur ex his, quæ *loco citat. diximus, & disp.* 8. *cap.* 4. *num.* 4.

18 Venio ad delictum Metropolitani, quod Superioris iudicio relinquitur, cui tamen denunciandum sit Concilio; par enim erat, nè ab ipso Concilio prouinciali puniretur Metropolitanus, cuius caput est, 21. *dist. cap. inferior*, vt neq. Papa à generali Concilio; cuius etiam est caput, vt rectè *Panormitanus in hoc cap. graue nimis num.* 8. *per cap. significasti de elect.*

19 Sibi autem reseruauit Pontifex, ac quatuor Patriarchis absolutionem ab hac suspensione, vt *citatus textus ad finem* habet. Quamobrem secus de reliquis videtur Patriarchis dicendum, vt de Aquileg. & Grad. ni per Priuilegium eis liceret, quod probè admonet *Immola. num.* 12.

20 Reliquum est circa hoc statutum, vnum enucleandum dubium, nùm scilicet ante denunciationem, faciendam Pontifici, nomine Superioris in canone declarati, vt rectè scribit *Panormitanus num.* 1. *ad finem*, bina correctio, siuè monitio sit præmittenda; nam videtur non necessaria; quoniam illa est exceptio, quæ ibi adhibetur, & vbi de cæteris suspendẽdis decreuerit Canon, addit, *Metropolitani verò delictum Superioris iudicio relinquatur, ex parte Concilij denunciandum*, & sicut excipitur Metropolitanus, nè suspendatur à Concilio; quamquam eiusdem esset culpæ reus, ac Episcopus est, ità etiam, nè cum eo per monitionẽ agatur; vt enim suspendi non debet, nec potest à Concilio, ità neq. corripi. Confirmatur, quia particula *verò*, pro *sed* accepta mutat ius *ex l.* 1. *C. qui est adu. uos in integ. rest. petatur, & l.* 1. *§. ex his apparet de liber. agnit.* Exceptionem autèm in casibus exceptis vitiare regulam; in non exceptis verò eandem firmare, multis eruditè probat *Nicolaus Euerard. in loco ab exceptione ad regulam à num.* 1. *ac deinceps.* Declarat etiam exceptio, arctat, & restringit regulam, vt idemmet *Euerardus prosequitur loco citato num.* 10.

21 Addo præterea, vel Metropolitani delictum est occultum, vel notorium, si notorium, tunc esto hoc aliquando possit esse materia correctionis, vt probauimus 1. *tomo lib.* 3. *disput.* 8. *cap.* 1. *num.* 5. *& cap.* 4. *num.* 4. Et licet etiam ex stylo denunciatio iudicialis possit; non tamen debet ante fraternam fieri monitionem, vti scripsimus *lib.* 3. *citato disput.* 8. *capit.* 3. *n.* 5. Nihilo tamen minus rationes *superiori numero* allatæ maioris videntur profectò momenti, ad probandum, non obligari Concilium per personas idoneas priùs Metropolitanum corrigere, quàm Pontifici denunciare delictum; vnã tamen, vel altera limitatione adhibita. Prima si eius delictum vnius promotionis indignæ personæ publicè fuisset emendatum, vel per eiusdem Promoti remotionem, vel per electionem, ac promotionem alterius ad idẽ, vel alterum beneficium, sub his circumstãtijs, vt meritò prudentum iudicio Metropolitanus censeretur emendatus, eo nimirum fundamẽto, quo de omnibus delictis in genere hoc idem docuimus *lib.* 3. *sæpè citato disput.* 8. *cap.* 3. *num.* 3. *& dap.* 5. *num.* 8. Secunda limitatio erit, quando certò cõstaret idem iudicium ferendum esse de emendato, ac de infallibiliter emendando, iuxta ea, quæ tradidimus *loco citato num.* 36. Et ratio vtriusq. limitationis est, quia, vt mox dicemus, totius huius Canonis constitutio locum etiam habet in delicto Metropolitani, & cùm hęc quidem non tàm vindictam; ac punitionem delicti præteriti intendere videatur, quàm emendationem, fugamq. futuri, vt ex bina patet præscripta monitione; vbi de emendatione constaret, vel certa spes esset, non est cur facessat nobis negotiũ præteriti delicti punitio.

Quod si delictum fuerit aliquo pacto occultum, eo quo docuimus modo *lib.* 3. *disput.* 8. *cap.* 3. *num.* 7. *& lib.* 2. *disput.* 5. *cap.* 3. minimè denunciandum prius est, quin desideratis concurrentibus circumstantijs, priùs fraternè cor-

22 ripiatur. Ducor tùm quia clausula in principio dispositionis apposita, vt in quauis eius parte, eadem vrgente ratione, ad omnia eiusdemmet membra referenda est, vt nos docuimus *tomo* 1. *lib.* 2. *disput.* 5. *cap.* 4. *num.* 11. *&* 12. *ac lib.* 3. *disput.* 7. *cap.* 7. *num.* 4. *&* 5. *atq. hac ipsa disput supra* indicauimus. In hac autèm dispositione prorsus eadem videtur esse ratio, sicut

Digitized by Google

idem est delictum; & sicut quam declaramus, dispositio præcipiens, vt omissis Indignis, Digni à Prælatis eligantur, ad Metropolitanos etiam omnium consensu late patet, in quam specialem legem, quacumq. alia etiam præcisa, ipsi peccare possunt, ità pariter cum eis, eodem etiam pacto agendum in ordine correctionis; alioquin Prælati, contra ius fasquè deterioris essent sortis, quam cæteri, tùm

23 quia, vt è stirpe rem deducamus, fraternæ correctionis præceptum naturale, diuinum est, vti probauimus 1. *tom. libr. 3. disput. 8. cap. 1. num. 1. ac deinceps, & cap. 4. nu. 5.* Præceptum autèm denunciationis faciendæ iudicibus Ecclesiasticis est humanum: humanũ autèm diuino cedere præcepto absque dubio debet ex *D. Thoma, Soto, Castro, Sayro, Petro Nauarra, ac aliis loco vltim. citato num. 26. allegatis.* Idq. certo certius est, vbi de denunciatione iudiciali agitur, vt videtur indicatum in hoc Canone, & nos demonstrauimus *lib. ac disp. citatis cap. 6. num. 7.* Confirmatur hoc ipsum eodem loco per *textum cap. 2. de accusat.*

24 Accedit iurisdictionem non desiderari ad correctionem, cùm actus misericordiæ sit, & charitatis, vt probè *D. Thomas 22. quæst. 33. art. 4.* Propterea merito *Augustinus in 3. reg. exarata Epist. 109.* ad Moniales, atq. habetur *tom. eiusdem 1. ad Religiosos*, docet posse à subditis fieri, debita cum modestia, & reuerentia, vt *loco supra citato num. 7. ex cap. sicut 2. quæst. 7.* traditum est. Ex hac autem vltima doctrina facilè negotio respondetur primo argumento in contrarium *num. 20.* facto; nam eadem non est ratio de suspensione, & cum illa sit actus pœnæ imponendæ, qui postulat omnino iurisdictionem, qua ergà Superiorem subditi carent: hæc autem misericordiæ, quèadmodum indicauimus, cuius actu non possunt subditi erga suos vti superiores; verùm maximopere tenentur præstare, vt ex Augustino loco modo laudato nostri 1. *tom.* probatum est.

25 Confirmationi verò respondemus, non sem per particulam *verum*, scù *verò* pro *sed* sumi, neq. semper discretionem, sed nonnunquam idem significare, ac *quin etiam*: imò natura sua videtur assentientis potiùs particula ex *Tullio in Brutum. In me intues orationes inquit veteres nobis explicabit, ego verò inquam Brute.* Et idem indicat *Sulpitius lib. 4. epistol. Ego verò Serui vellem, vt scribis in meo grauissimo casu adfuisses.* Quæ cùm ita sint, tota res vacillat, & claudicat, cùm satis superq. dubia sit exceptio ibi asserta.

26 Verùm enim verò demus esse; at exceptio tunc vitiat regulam in casibus exceptis, declarat, arctat, atq. restringit, quando nimirùm verosimiliter alia non fuit mens Disponentis, secùs autèm quando aliquid ex tali præscriptione, siuè limitatione sequeretur absurdum, aliudq. constaret disponentis fuisse consiliũ; & quando qualitas exceptionis adiecta, & regula conformitatem non haberent, vt in casu nostro *arg. l. scire oportet, §. aliud. ff. de excusat. tut. & l. continuus, §. cùm ita in fine, ff. de verb. oblig. docetq. Imola in l. sitio præterito col. 21. ff. de in iu. rup. irritoq. test. fauetq. Philippus Corneus cons. 225. 3. volum. & alij apud Nicolaum Euerardum de locis loco ab except. ad regulam.*

27 Addo negari non posse rem esse dubiam: in hisce autem dubijs casibus, potiorem esse causam regulæ, quàm exceptionis. Deduco *ex glossa in rubrica, quæ præmittitur regul. iuris lib. 6. ad finem: vbi Dinus, & Philippus, atq. ex Baldo in cap. 1. colum. 2. de alienat. iudic. mutan. caus. fac. & in l. si tutor ad finem, C. de seruo pignori dato manumisso*, asserente regulas tenaciter custodiendas esse, ni specialis vrgeat in contrarium dispositio, & ex *Salyceto in l. si fundum in fine dict. C. de seruo, &c.* docente à regula non esse recedendum, ni de contrario doceatur.

28 Hinc fit, vt siuè regulam admittamus contineri in Canone, quem explicamus, corrigendi Prælatos rectè non eligentes, antequam, vel puniantur, vel iuridicè denuncientur, siue regulam hanc esse iuris naturę sentiamus, vt de facto esse probauimus *locis supèr indicatis*, constanter dicendum erit, eodem pacto quoad correctionem præmittendam, agendum esse cum Metropolitanis, priusquam denunciẽtur, quàm cùm cęteris Prælatis antequam suspendantur.

CAPVT QVINTVM.

De Pœnis statutis contra Calumniatorem electi ad beneficium.

SVMMA.

Habita electione Procurator destinandus est Superiori, à quo confirmanda est electio. n. 1.

Superiori inuestigandum est, è generali citatione, & monitione sub certo termino, si quis aliquid opponere haberet Electo. n. 2.

Potest per eam opponi tùm contra formam eligendi, tùm contra personam. n. 3.

Pœna per Canonem imposita contra Calumniatorem. n. 3.

Nùm sit latæ sententiæ. n. 5.

Expensæ soluendæ à non Probante oppositæ, debent esse moderatæ, ac iuramento taxatæ. num. 6.

Secunda pœna in opponentem minimè verò probantem contra personam, est latæ sententiæ. num. 7.

Tertia pœna etiam est latæ sententiæ. n. 8.

Pœna suspensionis asserta contra male opponentes, est à beneficijs, quæ habent in Ecclesia, contrà quam peccarunt, quibus si careant, pœna plectendi sunt extraordinaria. num. 9. & 10.

Contra quam functionem eligentium debet, quis op-

Digitized by Google

opponere ad subeundas assentas pœnas. nu. 11.
Electio, postulatio, vel pro motio, contra quam opponitur aliquid, esse debet ad beneficia, dignitates, personatus, Canonicatus, vel Cathedras. n. 12.
Etiam ad Episcopatum. n. 13.
Ob quas actiones quis puniendus sit his pœnis. n. 14.
Quid sit plenè aliquid non probare præsertim in re nostra. n. 15.
Sex plena probationis species. ibid.
Quid est deficere in probatione. n. 16.
Deficiens in probatione, licet non appellauerit, pœna statuta afficiendus est. n. 17.
Qui vnum ex multis oppositis probat, quod sufficiens est ad priuādum aliquem beneficio, cæteris non probatis, non ligatur hac pœna. num. 18.
Qui sub clausula alternatiua nonnulla obiecit, quorum vnum probauit, etiamsi alia non probauerit, ligatur hac pœna. n. 19.
Qui sub clausula copulatiua multa proposuit, vnum esto ritè probauerit, afficiendus est hac pœna. n. 20.
Quid sit propria temeritate in aliquid se ingerere. n. 21.
Idèm est scienter præsumere, vel ex præsumptione, ac temerè, aut ex temeritate, doloquè aliquid præstare. n. 22.
Audere plusquàm oportet, est temerè facere. ibid.
Ignorantia etiam si fuerit crassa, atq. ex lata culpa excusat ab hac pœna. n. 23.
Quid sit calumnia. n. 24.
Quomodo calumniæ vitium ab ipsa calumnia distinguatur. n. 25.
Non probare obiectum crimen per accusationē, non est ex se calumniare. n. 26.
Onus probandi calumnia vacare accusationem, Accusatori incumbit. n. 27.
Non probans, qui accusauit Episcopum afficitur pœna suspensionis, antequam moneatur. num. 28.
Ante quas pœnas Accusatoris non probantis, admittendæ sunt probationes. n. 29.
Ex regula generali denuncians, vel accusans, neq. probans, præsumitur calumniasse. nu. 30. & 33.
Pœna transitoria posset affici, ex præsumptione dicta non probans accusator. n. 31.
Quomodo plectendus sit denunciator non probās n. 32. remissiuè.
Quid sit præsumptio iuris, & de iure. n. 33.
Iudex dubitans, num accusans probauerit, eum tenetur veluti Calumniatorem condemnare. n. 34.
Non est in Iudicis arbitrio agere, vel non agere de accusatore non probante, vt est de causa eū excusante à calumnia. n. 35.
Quid sit euidens calumnia. n. 36.
Quomodo pro Iudicis arbitratu Iudex possit agere intercedente calumnia. n. 37.

POEnas aggredimur contra calumniatores infensissimos Reip. hostes statutas *cap. 1. de elect. in 6.* ad quas.

1 Præmittendum primò *ex cap. finali de elect. in sexto*, habita iam electione Electoribus curandum, intra certum temporis spatium, vt iam habita electio à superiore
2 confirmetur; cuius interest inuestigare, nùm contra formam, vel personam electam, etiam per citationes ad valuas Ecclesiæ, vel edictum aliud à quopiam sit opponendum, vt exponemus agentes de confirmatione.

3 Notandum secundo, posse quempiam malè bifariam aliquid opponere. Primò contra formam electionis; secundò contra ipsam personam electam; si primò modo vna est pœna puniendus: altera si secundo hisce in textu expressa. *Adijcientes, vt qui plenè non probauerit, quod in formam opponit ad expensas, quas propter hoc Pars altera se fecisse docuerit, condemnetur. Qui verò in probatione defecerit, eius, quod obijcit in personam, beneficijs Ecclesiasticis triennio nouerit se suspensum, ad quæ si infra illud tempus propria temeritate se ingesserit, eis ipso iure perpetuò sit priuatus, nullam super hoc de misericordia spem, aut fiduciam habiturus, nisi, &c.*

4 Quibus prælibatis. Quæres primò, quænam sit hæc è iure pœna imposita? Respondeo triplicem in hoc textu præscribi pœnam. Prima est, solutionis expensarum, quas propter oppositionem, perperam in formam electionis habitam pars altera fecit. Secunda est pariter in opponentem, nec satis probantem contra personam electam, suspensionis scilicet ab Ecclesiasticis beneficijs per triennium. Tertia conditionata, si in dicto triennio propria temeritate se ingesserit, beneficijs sit priuatus perpetuo absq. spe habilitatis.

5 Quæres secundò; An prima pœna sit latæ sententiæ, & de facto incurrenda, vel est ferēda per sententiam? Respondeo non esse ipso iure latam, sed ferendam. Deduco ex regulis *cap. 2. num. 28.* supra traditis, tùm prima cum Tò condemnetur, expressè sententiam dicat, & non priuationem: tùm ex secunda è *Panormitano* relata; quia per formulam modo expressam huius pœnæ indicatur aliquid, ab alio mandandum executioni, nimirum condemnatio.

6 Has autèm expensas moderatas esse debere, constat ex *cap finem de dolo, & contum.* Modus autèm eas probandi taxatione, ac iuramento fieri docetur à *glossa textus verbo docuerit ex cap.* in primis 2. q. 1.

7 Quæres tertio. Quid iuris de secunda?

Respondeo, certò certius esse latæ sententiæ, cùm expressè constet id ex modo contrario, fundamentò mox dilutæ quæstionis.

8 Quæres quartò. Quid sentiendum de Tertia?

Respondeo absq. dubio latę etiam esse sententię; cùm in textu expressè dicatur *ipso iure perpetuò* sit suspensus.

9 Quæres quintò. Nùm suspensio contenta in secunda pœna aduersus opponentem, &c.

sit

Digitized by Google

sit per triennium ab omnibus, quæ opponens beneficijs habet. Respondeo tantum ab hisce suspendi beneficijs, quæ illi sunt in illa Ecclesia. Sic expresse sancitur *in cap. si compromissarius de elect. ad finem per ea*. Restringitur etiam dicta pœna solùm ad ea beneficia, quæ sic peccans obtinet in Ecclesia, &c. & idem in illius beneficium est censendum, qui alicuius electionem, aut prouisionem impugnans, in probatione deficit eius, quod obijcit in personam. Confirmatur ex his, quæ in simili *cap. 2. assert. 3. n. 7.* diximus.

10 Quæres sexto. Quid si opponens beneficijs non potiatur in Ecclesia, quam offendit?

Respondeo, pœna extraordinaria puniendum esse, vt loco modo citato tradidimus.

11 Quæres septimo. Contra quam functionem Promouentium debeat quis perperam opponere ad has pœnas incurrendas?

Respondeo non solum contra electionem, vel personam electam, verum etiam contra postulationem, ac prouisionem personæ postulatæ, vel prouisæ. Habetur expresse tùm in *principio textus*, quem expendimus, tùm ad finem *cap. si compromissarius eod. tit. de elect.* atq. *ex glossa verbo electi:*

12 Quæres octauò. Ad quæ beneficia debeat esse electio, postulatio, vel prouisio, contra quam opponitur. Exploratum mihi est, hic mentionem non esse de quibuscumq. beneficijs, sed de electione, postulatione, vel prouisione ad dignitates, Personatus, & Canonicas. vt expresse in nostro habetur *textu ad finem*, *§. sed si. pars*: cui subscribit *Soarius de cens. disp. 31. sect. 3. n. 12.* Neq. de his omnibus, sed de ijs duntaxat Cathedralium Ecclesiarum, quarũ confirmatio, vel ex immediata subiectione, ad Papam spectat, vt notat *glossa hic verbo dignitatibus, laudat q. cap. Cupiens eod.* etiamsi ad Summum Pontificem non appellaretur, vt eadem probè notat *glossa verbo ad nos*, vel ex appellatione interiecta. Quamobrem in *cap. Cupientes citato* dicitur, *quorum electiones, confirmationes, vel informationes ad ipsius Sed. examen deducit immediata subiectio, vel appellatio interiecta deuoluit.* Vtrùm autem, & quando sufficiat adire Legatum, mei nó est instituti, videatur *glossa cap. Cupientes, verbo immediata subiectio, & verbo appellatio.*

13 Quæres nono. Nùm horum nomine beneficiorum, Episcopatus comprehendatur: ità vt si calumniosè quis opponat in formam electionis, vel personam ad Præsulatum electum, hac, quam expendimus, censura plectendus sit. Asserit *Soarius cit.* deducitq. *ex cap. si compromissarius de elect. in sexto ad finem*, ex vniuersali fortasse modo loquendi, quo Canon vtitur per ea. *Et idem in illius beneficijs est censendus, qui alicuius electionem, postulationem, aut promissionem impugnans in probatione deficit eius, quod obijcit in personam.* Imò cum initio capitis de Præsule sermo sit de ipsius persona speciali nomine lex hæc intelligenda est. Addo nomine dignitatis in fauorabilibus, vt est res nostra ad auertendas Reip. pestes, homuncionesq. malignos ab adornandis calumnijs in Christos Domini, comprehendi Episcopos, vti *tomo, lib. disp. cap. primis nu. 13.* demonstrauimus.

14 Quæres decimò. Quæ actiones propriè ab hac puniantur lege. Aio, primam actionem, contrà quam primà pariter est lata pœna, esse non plenam probationem oppositi defectus contrà formam. Secundam defectionem probationis defectus in personem obiecti. Tertiam si quis Electorum, vel Promotorum triẽnio quo à beneficijs suspensus est, in ea temerè se ingesserit.

15 Quæres vndecimò. Quid sit plenè aliquid non probare. Respondeo ex communi DD. sententia; cùm probare propriè sit, rei controuersæ, testibus, aut tabulis Iudici fidem facere, eam plenam dici probationem, quæ tantã facit fidem, quanta ad controuersiam, de qua agitur, definiendam sufficit, cuius sex affert *Oldeadorp.* species. Prima per duos saltem testes omni exceptione maiores, de quibus *Modest. ius l. 2. & Calistratus l. 3. ff. de test.* Hinc ad rem nostram concludit *Innocentius apud Felynum cap. Cùm dilectus de calumniat. nu. 1. lit. B.* Accusatore probante per duos testes, omni exceptione maiores, reum accusatum condẽnandum esse *cap. In omni de testib. & l. Iulia, ff. de test.* docent hoc idem *Antonius, & Baldus apud eundem*, quidquid in contrarium insinuet *Cynus in l. fin. C. de probat.* Secunda species probationis est per instrumenta, scripturasq. fide dignas, de quibus *Nouella de instrum. caut. & fide.* Tertia confessionis factæ in iure, hoc est in loco, vbi redditur ius. Vt enim rectè *Paulus l. 1. ff. de confess.* *Confessus, inquit, pro iudicato est, qui a quodammodo sua sententia dãnatur.* Quarta per euidentiam facti, vt si quis vulnus atrox asserat esse, atq. indicet locum ex *Paulo l. vulneris, ff. de iniurijs, & Vlpianus, l. si irruptione, ff. finium reg.* Quinta ex iure iurãdo, quod Iudex decernit in supplementum semiplenæ probationis, vel quod ab altero litigatorum defertur alteri *ex Caio l. 1. ff. de iure iurando, & Paulo, l. non erit eod. vbi Vlpianus.* Sexta deinq. ex legitima præsumptione, seù coniectura, nàm cùm ex apertis rerum indicijs potest conijci aliquid esse factum, vel non factum, accedente necessaria iuris ratione, tũc censetur satis probari; sed maximè curandum est, vt sint indicia aperta, quæ sint signa facti animum vrgentia boni viri, & constantis ad plenè credendum. Hinc *Imperator l. vlt. C. de probat. sciant*, inquit, *cunctis Accusatores eam se rem deferre debere in publicam notionem, quæ munita sit idoneis, vel instructa apertissimis documentis, vel inditijs ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita*; maior enim debet esse probatio, vbi maior est condemnatio. *l. in bonæ fidei, C. de rebus creditis.* Neq. discrepant ab his, modi relati *cap. Cùm ad sedem de rest. spol.*

16 Quæres duodecimo. Quid sit deficere in probatione, quæ secunda est actio affecta secunda pœna. *Glossa verbo qui verò*, vult subintelligendum esse in *plena* probatione, probariq. potest ex regula clausulæ, quam positam

etiam

Digitized by Google

etiam in principio diſpoſitionis applicandam ſingulis eſſe membris ſæpè, tùm hic, tùm primo tomo diximus; quando eadem militat ratio, quæ hic, & cùm contra perſonã obijcitur, videtur potior, & cum contra formam opponitur. Scio *ab eadem gloſſa* citari Hoſtienſem indicantem requiri defectum in ſemiplena, ſaltèm probatione; ſed primùm videtur probabilius. Modus autèm opponendi cum onere probationis, de quo hic agitur, traditur *cap. ſuper his de accuſat.* Qui autem in probatione vnius defectus oppoſiti defecit, non audietur in reliquis appoſitionibus, puniturq. ac ſi in omnibus defeciſſet per *cap. ſi forte de elect. in 6.* vbi quod de manifeſtis defectibus oppoſitis loquitur. Neq. qui huiuſmodi defectum inter alios oppoſuit poteſt ab hoc probando deſiſtere, & ſolum alios proſequi, vt decernitur *in cap. ab eo de elect. in 6.*

17 Quæres decimotertiò; Nùm requiratur, vt qui deficit in probatione, appellauerit. Reſpondeo *ex gloſſa in verbo defecerit*, non ex vi appellationis à qua licet recedere, verùm defectu plenæ probationis hanc incurri pœnam.

Quæres decimoquartò. Si plura quis obiectet, opponatq. crimina; quorum vnum tantũ ſufficienter, vt par eſt, probet; ſecus alia, nunquid in probatione defeciſſe dicendus ſit, atq. hac pœna puniendus? Reſpondet *gloſſa* negando abſolutè, quando quis vnum probauerit ex multis oppoſitis, ſufficiens ad caſſationem. Probat primò per *textum ex cap. inter ceteras de reſcriptis*. Secundò quia hæc pœna ſancita eſt in odium eorum, qui ordinationem impediunt.

18 Cęterum exploratum mihi eſt, eum ligari hac pœna, qui opponit, & probat defectum inſufficientem ad caſſationem, cum reliqua, quas non probauit fuerint inſufficientes. Nec diſcrepat *gloſſa*.

19 Deindè ſi quis ſub clauſula alternatiua duo crimina oppoſuerit electo, quorum alterum probauit, Dò *gloſſæ* manum, iuxtà doctrinam traditam ab *Abbate, & Felyno*.

20 Verùm ſi non per particulam alternatiuam, ſed abſolutè, & per copulatiuam, quis decem obiecerit delicta, & tãtùm vnum probauerit, exiſtimo probabilius diſcedere ab *hac gloſſa*, atq. hunc hac affici pœna. Moueor, quod hæc lex non ſit odioſa, vt malè putatur à *gloſſa*, etenim ſancitam arbitror in fauorem ipſorum ordinandorum, ac virorum beneficijs dignorum, & cum lata ſit ad auertendos homines malignos à calumnijs, in bonum videtur ſancita animatum, & per conſequens ampliãda, vt probaui *tom. 1. lib. 2. diſput. 3. cap. 3. num. 6.*

21 Quęres decimoquintò. De tertia actione, contra quam tertia impoſita eſt pœna quid ſignificet *propria temeritate ſe ingerere*. Reſpondeo temerè aliquid facere varias ſortiri ſignificationes, quemadmodum apud Principes latini ſermonis Auctores videre eſt. Verùm *in* iure plerumq. non ſecùs atq. in hoc, quem explicamus, textu ille temerè ſe ingeret, qui ex lex, abſq. conſilio, propria quaſi voluntate, nullo rationis freno recta aliquid faceret. quod videtur indicaſſe *gloſſa hic verbo temeritate*; cum opponat hunc agendi modũ modò id præſtandi Superioris auctoritate, vel ſi quis iam reſtitutus fuiſſet.

22 Cęterùm illud notatu dignum arbitror præter dicta tùm in iure, tùm probatos apud Auctores æquiparari, ac terè pro eodem ſumi caſu, in quo quis aliquid præſumit, atq. ex præſumptione, & ſcienter hoc idem aggreditur, & per dolum, vel temeritatem præſtat, vti docent *Cardinalis clem. 1. quæſt. 39. de priuileg. D. Antoninus 3. part. titul. 24. cap. §. 4. colum. 3. verſ. quærit; idem Roſella ſolutio prima, Angelus excommunicatio 3. caſu 12. num. 15. Syluęſter excommunicatio 7. caſu, 14. dub. 5. num. 34. Caietanus ſumma verbo excommunicatio cap. 82. Nauarrus ſumma latina cap. 27. num. 155. Sanchez lib. 3. de matrim. diſput. 48. num. 7. & lib. 9. diſput. 32. num. 26.* Quamquam in rigore temerarius non dicitur, qui plus audet, quàm oportet, vt notauit *Auctor Martianus l. 1. C. ad Senatus Conſult. Turp.*

23 Hinc etiam fit ab hac pœna eam excuſari ignorantiam, quæ excuſat, quotiès pœna imponitur in præſumentes, in auſu temerario, vel ſcienter facientes, in audentes, &c. Sicut igitur *tom. 1 lib. 2. diſp. 3. cap. 4. num. 20. & 21.* ignorãtiam craſſam, etiam ex lata culpa excuſare docuimus à cenſura lata in audentes, ac præſumentes, ità in præſentia arbitramur, cùm Auctoribus ibi, ac modo hìc citatis. Itaq. is, qui ita ſe ingeſſerit, priuatus ipſo iure cenſendus eſt in perpetuum, abſq. ſpe miſericordiæ, &c. Poſt quæ adhibetur à textu exceptio, quæ in caſu per illum expreſſo, vt paulò ante dixi, firmat profectò regulam in contrarium, circà quam exceptionem.

24 Quæres decimoſextò. Quid ſit calumnia? Omiſſis alijs calumniæ ſignificationibus, quæ quidẽm ad noſtrum non faciunt inſtitutum, in noſtro textu bifariam explicari poterit. Primùm, vt ſignificet malitioſam, ac mendacem infamationem iuxta *Marciani* ſententiam *l. 1. §. 1. ff. ad S. C. Turp. & cap. Notandum 2. quæſt. 3.* Cùm enim quis crimen, delictum, vel alium adornatum, ac falsò in alterum obijcit, profectò illum calumniatur ex citata, *l. 1. § calumniari, ff. ad S. C. Turp.* à verbo caluor antiquo, quo vſi ſunt decemuiri *in l. duob. Tabu.* quam explicat *Guias in l. ſi caluitur, ff. de verb. ſignif. atq. ex cap. ſi quem 2. quæſt. 3.* Deinde calumnia ſignificare ad rem noſtram poterit, cum quis ex certa ſcientia, doloq. iniuſtè agit, aut excipit. Sic *Azo in ſumma C. de iurem. propter calumn. dando*, itaq. ſumitur ex *l. 1. §.* per calũniam, ff. ſi mulier vent. non in poſſeſſ. cal. & *l. 2. in princip. C. de iure iurando propter* calũniam dando.

25 Cęterùm hic non de calumnia, ſed de calumniæ vitio, textus loquitur, quod re penitùs inſpecta; quid amplius videtur addere, vt enim ſcripſi *tom. 1. lib. 3. diſput. 7. cap. 3.* longè turpiùs eſt aſſerere quempiam mendacem eſſe, ac mendacium diuiſſe; iracundum, quàm ira-

Digitized by Google

iratum; quod illud habitum, hoc actum indicet: illud, quod altiùs radices iam emiserit, diuturnum, ac penè perpetuum videatur, ità vt ad res inanimatas applicatum, vitium à morbo ex hoc ipso distinguatur, & Luscus vitio laborans oculi dicatur ex perpetuo impedimento per *l.1. in princip. & §. sciendum, ff. de æd. ædictis, l.101. §. verum est, ff. de verborum signif.* Verùm his minimè officientibus arbitror in nostro textu, non sub hac significatione vitij nomen vsurpatum esse, sed planè pro culpa, sic dicere solemus, vitio suo quempiam causa cecidisse; eiusq; vitio, ideſt culpa quid accidisse. Quamobrem à calumniæ vitio idem erit, atq. à calumniæ culpa, fauet *l.23. in fine, ff. de neg. gest. l.95. §. vlt. ff. de solut. l.7. in fine, ff. de conditionibus, & demonstrat.*

26 Præterea notandum est, licet opiniones sint apud DD. *ad l.1. C. de aduoc. diuer. iudicijs, & ad 1. l. ad Turp. atq. in Canonico Iure ad capitula mox citanda*, Nihilominus tamèn, non probare obiectum crimen, ex se calumniare propriè non esse constat ex eodem, quem declaramus textu, & vt habetur *capit. si quem 2. q. 3. §. accusat. calumniatoribus pœna legitimè irrogatur; sed non vtiq. qui non probat, quod intendit, proinùs calumniari videtur, nam eius rei inquisito arbitrio cognoscentis committitur, qui Reo absoluto de accusatoris incipiat consilio quærere, qua mente ductus, ad accusationem processerit, & siquidèm iustum eius errorem reperit, absoluit eum: si verò in euidenti calumnia eum deprehendit, legitimam pœnam ei irrogat, &c.* Quæ quidem verba habentur à *Marcello etiã dicto citata l.1. §. sed non vtiq. ff. ad S.C. Turp.* in euidenti autèm calumnia deprehensus dicetur, qui, duobus declaratis modis crimen in alterum obiecerit. Concinit *cap. cùm dilectus de calumn.* quod quidem eo ad rem nostram efficaciùs probat, quò de calumniatore Præsulis sermonem habet. *Cùm autèm processum negotij examinaremus, diligenter (ait Papa) nec intelligere potuerimus probatum esse sufficienter aliquid de prædictis eundem Episcopum absoluendum decernimus ab obiectis, vobis mandantes, quatenus memoratum magistrum scholarũ, donec canonicè suam purgauerit innocentiam; scilicet, quod non calumniandi animo ad huiusmodi crimina proponenda processit, ab officio, & beneficio suspendatis, vt cæteris simili pœna perterriti ad infamiam suorum non prosiliant Prælatorum.* Et in hoc sensu *de calumnijs scribens Baldus in l.3, num.5. C. de calumn.* non dixi statim ait calumniatorem, qui accusationem non probauit; calumniatorem scilicet cum effectu, vt probè *Menochius de arbitr. iud. quæst.9. casu 321. nu.5.* cum enim causa dirimenda sit, adhoc eo ipso calumniator dicendus non est.

27 Non modo probandi onus incumbere Accusanti, vt probet immunem se à calumnia, verùm animaduertit *Abbas num.6.* ex hoc textu pœna afficiendum esse Accusantem, neq.

28 probantem, etiam antequam audiatur, ac se purget; meritoq. dicitur admirabilis hoc textus à laudato Abbate: ex quo priùs suspensione punitur calumniator Episcopi, quã eius recipiantur probationes, seù purgationes. Scio hac in re sentire Bartolum, Iudicem teneri ad constituendum terminum accusatori, intrà quem propriam probet innocentiam, verũ Astensis contrarium iudicat eo in euentu, quo totaliter defecerit Accusator in probatione, quando pœna calumniæ puniendum esse docet.

29 Cæterùm Abbatis sententia prò vitibus hos Auctores in concordiam reuocantis arridet; qui quidèm duas distinguit pœnas, alteram momentaneam, quæ statim videlicet in momento potest imponi, & est permanens: alteram verò successiuam, ac transeuntem, eoq. temporis spatio durantem, quo se non purgauerit Accusator; & antequam prima imponatur Accusatori ex toto in probatione deficienti, vel vti diximus, *quæstiuncula 13. num.20.* decem copulatiuè obijcienti, & vnum, vel alterum tantum probanti eius admittendas esse probationes, quas non priùs excipere, inhumanum prorsus esset, & contra textum *cap. cùm dilectus supra citatum, & nostrum* per ea, *nisi manifestissimis constiterit documentis, quod ipsum à calumniæ vitio causa probabilis, & sufficiens excusaret.*

30 Ex his sequitur scitu digna regula generalis, quæ habetur ex *glossa cap. cùm dilectus sæpè citatis verbo calumniandi.* Denunciatorem, seù Accusatorem non probantem, quod intendit, præsumi calumniari, licet, vt *num.26.* dictum est, non probare, calumniari non sit, fauent *textus cap. qui non probauerit 2. quæst.3. & l.1. C de aduo. diuer. iud.* quam regulam communis opinio comprobat apud *Felinum in*

31 *idem capitul. cùm dilectus numer.4.* Addit præterea *Panormitanus num.5. ad finem*, posse Accusatorem eo ipso, quod non probauerit, alijs absq. indicijs puniri de calumnia ob præsumptionem, pœna nimirum transitoria, donec se purgauerit, vt *num.29. ex eod. Abbate*

32 indicaui. Qua autèm pœna Denunciator afficiendus est, ne longus sim, videri potest apud *Abbatem citatum num.8.* ex quo Innocentij doctrinam adiectam tacitus minimè præteribo asserentis, grauiori quidèm pœna afficiendum esse Denunciatorem calumniosum, quàm Denunciatum conuictum; qui solum compellendus esset ad pœnitentiam peragendam; at verò calumniosus Denunciator suspendendus ab officio, & beneficio, subscribit idem *Abbas etiam num.9.*

33 Hinc fit secundò. Quoad secundam pœnam transeuntem, hanc præsumptionem posse dici iuris, ac de iure; cùm contra eam nulla admittatur probatio, antequam infligatur pœna iam dicta, vt *num.29.* scripsimus. Hanc verò esse præsumptionem iuris, & de iure liquet apud Auctores, relatos à *Menoch. de præsumpt. lib.1. quæst.3. à num.16. & quæst.4. à num.3. & q.5. à num.15.*

34 Fit tertiò Iudicem in dubio, nùm, quis, quod obiecit, probauerit, nec nè, teneri eum iudicare, & condemnare, vt calumniatorem; quòd contrà illum obstet iuris præsumptio, ità *Bartol. l.1. in princip. nu.6. ff. ad Senat. Consult. Turp.*

An-

Digitized by Google

Angelus in l. Athletas, §. calumniator, ff. de ijs, qui not. infam. Felinus, & alij apud Menochium de arbitrar. iudic. quæstion. casu 321. num. 4. & 5. Et hoc idem iudicauerim de quocumq. calumniæ dubio.

35 Vtrùm autèm arbitrio sit commissum Iudicis, hac de re agendi, vt patet ex dictis, absolutè non est dicendum. Quoad excusantem verò causam allatam ab Accusatore non probante, arbitrariam Iudici facultatem esse, non abnuo, ex *Menochio citato casu 321. num. 3.* & liquet ex verbis *l. 1. §. sed non vtiquè, ff. ad Senat. Consulo. Turp.* Ex quibus probè *Panormitanus in cap. cùm dilectus de calumniat. num. 5.* docet in casibus, quos mox expendemus, similibusquè excusantibus à calumnia, Iudicis versari arbitrium, intercedente dubio, quando nimirùm non statim Accusator non probans in hisce casibus, censendus calumniator sit; secùs verò in alijs: vel vti etiam in ijs euidenter de calumnia constaret, quando puniendus absquè arbitrio, sed necessariò reus erit.

36 Calumnia verò euidens illa dici potest, cui nullum præcedit indicium, quemadmodum sentire videtur *Angelus d. §. calumn. & Barb. cons. 47. column. 2. lib. 1. Menoch. modo citatus, casu 321. num. 23.*

37 Itaq. vel est euidens Accusatorem calumnia laborare, & nullum Iudex habet arbitriũ in quibuscumq. casibus: vel est res dubia, atq. extra casus *seq. cap.* disputandos, quando præsumendus ex communi DD. opinione calumniator', neq. Iudex pro arbitratu poterit iudicare, vel intercedente dubio versamur in casibus, mox exponendis, similibusq. ac tunc erit quidem Iudici facultas arbitraria. In re autẽ, ac textu nostro præterea Iudicis intererit iudicare, quæ nam erit causa censenda probabilis, satisq. à calumnia excusans, quemadmodũ à Canone desideratur.

CAPVT SEXTVM.

In quibus casibus Accusator non probans non est habendus calumniator.

SVMMA.

Primus casus, in quo Accusator non probans excusatur à calumnia est, si ex officio accusauerit, n. 1.

Qui ex officio aliquid in formam, vel electum obiecerit, quod non probauit, non est dicendus calumniator. n. 2.

Secundus casus ex necessitate, vt quando hæres occisi accusat, vel accusatio ortum habet ab occiso testante. n. 3.

Tertius ex iusto dolore quando procedit accusatio. n. 4.

Dignus, vel Dignior posthabitus non probans nõ esset habendus calumniator, ni alias euidenter id constaret. n. 5.

Quartus casus, ob criminis atrocitatem, non probans non est ex eo habendus, vt calumniator. num. 6.

Si simoniacè, vel per summum scelus beneficiũ quis occupasset, eius Accusator non probans, statim habendus non esset calumniator. num. 6

Quintus casus; si accusatus alias esset de hoc infamatus crimine secundum probabilem opinionem. n. 8.

Secundum assertam opinionem, requiritur primò, vt fama probetur ex viris fide dignis ab Accusatore. n. 9.

Fama ab Accusatore probanda, longo temporis spatio adulta esse debet, ni delictum nuper esset commissum. n. 10.

Quæ fama dicenda sit longo tempore durasse. ibid.

Probabile satis, superquè est, nequè ex fama probata excusari à calumnia Accusatorem. num. 11.

Nostræ rei aptantur duæ allatæ doctrinæ. nu. 12.

Accusator semiplenè probans, ni solitus esset calumniare, vel in eum aliquid àccusatus in sui defensionem probaret, excusaretur à calumnia. n. 13.

Excusaretur septimò Accusator, si constat à testibus fuisse deceptum, n. 14.

Excusaretur præterea Accusator, si per testes probauerit ex qualitate, vel defectu ab Accusato reiectos infames, vel reiciendi, vel corrupti dolo contra Accusatum ab Accusatore essent. n. 15.

Ex eo solum, quod accusatus liberatur censendus non est accusans calumniator. n. 16.

1 PRimus annumerandus est casus, in quo non probans Accusator censendus non est calumniator, quando nimirũm id præstiterit, ratione officij. Exemplum autèm, quo à DD. id explicari solet, est tutoris eos accusantis, qui dicuntur pupillorum patrem occidisse, *l. tutorẽ, ff. de his, quib. vt indic. l. polla, C. eod. tit. l. 2. C. de his, qui accus. non poss. glossa l. Athletas, §. calumnia, & ibi Bald. n. 4. ff. de his, qui not. infa. Abbas cap. sæpè citato cùm dilectus de cal. nu. 5. Felinus ibid. num. 6. alijq. apud Menochium de arb. iud. quæst. casu 321. n. 21.* Ratio autem hujus fallentiæ est, quod ex officio procedens excusatur à maleficio, vt probè *Baldus apud Felinum cit.* inferens ex eo, quod Iudex processerit ad inquirendum ex officio, quando nimirum licitè potest, nõ præsumi de dolo, neq. de calumnia.

2 Hinc fit non censendum esse calumniatorem, qui ex officij ratione aliquod in formam, vel electum obiecerit, quod sufficienter minimè probauerit, iuxta supra dicta, vel si Superior Prælatus, cui facultas esset, quando posset inquireret.

3 Secundus casus est à necesitate, vt in hærede, qui aliàs hereditate priuaretur, ni accusaret occisorem defuncti, *l. cum patrem de his,*

Digitized by Google

qui vt indig. censetur enim hæres indignus hereditate aliter faciens, sic *Doctores apud Abbatem citat. numer. 5. Felinum pariter laudatum n.7.§.fallit tertio, Menoch.n.21.* Huc reduci poterit alius, quando nimirum accusatio ab antecessore defuncto habet originem, vt si Titius se à Sempronio ad necem petitum esse asserat, si Sempronius accusetur ab aliquo, qui in accusatione deficiat, à præsumpta calumnia excusabitur. *Glossa in cap. Athletas, § calumniator, & ibi Bald, n. 5. Felin. nu. 8. & alij apud Menochium nu. 30.* in textu autem nostro, si similis daretur necessitas par esset ius, probatur *ex l. qui cum sumitur, § finali, ff. de bonis liberorum*, & ratio est, quòd potiùs ex necessitate, quàm ex voluntate viderentur hi accusare.

4 Tertius casus ratione iusti, nimijquè doloris, vt quando maritus vxorem accusat de adulterio *ex l. quamuis la seconda, C. de adulterijs*, quibus personis ibi enumeratis permittitur, vt absolutionem facere possint, hoc est ab accusatione desistere; dolore enim vrgente videntur potius necessariò aliquo pacto, quàm sponte, ac liberè accusasse, sic *Abbas citatus n. 5. & Felinus n. 9.* qui ait, eodem modo exceptionem subire dictam regulam, quando pater, vel mater occisorem accusat filij, vel è contra, *l. mater secundo responso, & calumniæ, C. de calumniat. & Glossa apud Menoch. de arbitrar. iudic. quæstion. casu 321. num. 25. Baldus in l. si possidetis, C. de probationibus*. Ratio autem est, quòd generalis illa præsumptio calumniæ expungitur per specialem affectus nimij præsumptionem, fauet *regula generi in sexto.*

5 Ex his fit in re nostra iusto tactum dolore vnum, verbi gratia, è concurrentibus, ad accusandum prolapsum, qui videretur iniuria affectus ab examinatoribus synodalibus; aut alijs Promotoribus ad beneficium parochiale, vel quia ipse æquè idoneus esset, ac promotus, vel quia dignior, posse excusari à calumnia, etiamsi intentum non probaret, ni aliàs de eius calumnia, vt supra dixi in cæteris, manifestò constaret.

6 Quartus casus; ob summam delicti turpitudinem, atquè atrocitatem; sic in accusatione falsæ monetæ, vt enim faciliùs huiusmodi tenerentur delicta, ius tanquam calumniatorem statim non habet accusatorem non probantem, vel deficientem in probatione ex *l. 1. C. de falsis monet.* Publicæ enim vtilitati hoc, & expedit, & conceditur, sic *Abbas citatus nu. 5. Felinus n. 6. Menochius n. 26. qui num. 27. & 28.* quod ex citatis Auctoribus exēplo attuli monetarij probè perpendit.

7 Posset huic fallentiæ locum esse in re nostra, vbi aliquis putaret, quempiam simoniacè promotum esse; quippè quæ labes in iure sæpè hæresi, vel crimini læsæ maiestatis æquiparatur.

8 Quintus casus, quandò accusatus, alias esset de eodem infamatus delicto ex *l. miles, §. mulier, ff. d adulter. & est sententia Bartoli in l. Athletas, §. calumniat. num. 3. de ijs, qui not. sunt infam. & l. 1. §. 1. ad Turpil. communisquè videtur DD. sensus, vt Abbas tradit num. 5. nec non Felinus num. 3. & Menoch. num. 19.* Quamuis in contrariam abire videantur sententiam *Cynus apud Socinum senior, consil. 118, column. penul. versic. nec obstat libr. 1. & alij quos citat*
9 *laudatus Felinus num. 2.* Cæterùm, vt vera Bartoli sit sententia, quemadmodum ipsemet indicat, docentquè *Ioannes Andræas reuocans ad concordiam has sententias, necnon Ioannes Immola apud eundem Felinum*, Accusatori probanda est hæc fama, quæ quidèm fide dignis personis inniti debet, vt indicatur *in l. Athletas, §. seruus. ff. de falsis*, vbi serui ad accusandum instigatio accusatorem haud excusat, vt excusaret, si habita profectò fuisset à viris fide dignis, per ea, quæ habentur in *l. qui cùm aio, §. finali de bonis liber.* & fauet, quòd quælibet causa aliqualiter colorata, habet à dolo excusare, & necessaria consequentia, etiam à calumnia, ex *l. igitur, § finali de liber. caus. & notat Glossa in l. plagi, C. ad l. Flaui de plagia, & fauet capitul. Inquisitionis de sentent. excommunic.* Dummodò ex hoc maior non pateat aditus calumniatoribus, qui satis obstruetur, si dicta, dicendaquè præ oculis habebuntur.

10 Secundò requiritur, vt fama, quam probare tenebitur Accusator, longo antea tempore durauerit; ni delictum paulò antè contigisset, atquè ex reliquis circumstantijs, coniecturis, manifestisquè indicijs, fama recens nata, atquè adulta, meritò censeretur æquipollere antiquitus firmatæ. Quo pacto nequè aliàs subscribo *Ananiæ citato à Felino*. Qua etiam ratione Bartolus, cæteriq. inter se discrepantes possent ad concordiam reuocari. Quando autèm fama longo sit censenda tempore durasse traditur à *Glossa, § mulier, l. miles initio huius fallentiæ citata, nec non Bartolus, ibid.*

Tertiò requiritur, vt probans publicam famam accusati modò iam declarato excusetur tantùm ad summum à calumnia præsumpta, non autèm à vera, vt probè monet *Baldus, & Salycetus, l. mater, C. de calumniat.* His itaquè adhibitis satis probabilem arbitror Bartoli sententiam, etenim qui ad accusandum fama expensis roborata conditionibus, mouetur, non iniustè, nequè imprudenter mouetur, *l. cùm quidam, § quid dicitur, ff. de acq. hæred. &*
11 *l. finali de hæred. instit.* Non tamen inficior contrariam opinionem sua non destitui probabilitate, momento præsertim *Baldi* firmata in *l. qui non prob. C. de calumniat.* asserentis aut quæstionem esse de personis, quibus accusare fas est è sola suspicione, & hos probantes tantùm famam, excusandos vtiquè esse, quoniam fama suspicionem parit, *l. iustissimos, C. de off. rect. proum.* Aut est de illis, quibus non licet accusare è sola suspicione, vti regulariter euenit, & sola tunc fama accusantem non excusari. Addit *Angelus in dictum, § calumniator l. Athletas, ff. de ijs, qui not. infam.* absolutè non posse solam famam accusatorem à calumnia releuare, quoniam à iure, ac lege monetur, nè accuset,

ni

Digitized by Google

ni sufficientem habeat probationem, *l. final. C. de accusat. cap. cùm dilectus de calumniation. sæpè citato. capit. Quisquis 2. quæst. 8. & sciant, qui crimen 2. pariter quæst. 8.* Ex qua ratiocinatione Bartoli fundamentum euertitur, cùm neq. iustè, neq. prudenter nullus accusare censeatur, qui taliter à lege præmonitus soli famæ velit inniti.

12 Ad rem autem nostram allata poterit aptari doctrina, quando accusator mala Promoti fama tantum inductus, quod aliàs pecunia, verbi gratia, corrumpere solitus fuisset Promotores, eum accusasset, vel aliquo alio simili modo, vt si malam posteà probaret famam, à præsumptione, iuxta probabiles allatas opiniones, excusandus, vel non excusandus esset.

Sextus casus de semiplena probatione, nam si accusator, quod obiecerat in formam, vel personam electam, in re nostra, semiplenè tantùm probauerit per vnum etiam testem idoneum, excusabitur à calumnia.

13 Assentiuntur *Abbas capit. Cùm dilectus de calumniation. num. 5. Felinus eodem capitulo num. 1. & Menoch. de arbitrar. iudic. casu 321. num. 7.* reijcientes contrariam sententiam, quæ fertur esse *Soccini.* Cœterùm sententiam hanc *Abbatis, Felini, ac Menochij* tunc arbitror veram, cùm Accusator calumniari non consueuerit, vt probè notat *Speculator titul. de accusat. in fine, & in titul. de calumniat. in fine, argument. legis non omnes, §. à barbaris, ff. de re militari, atquè expressè docet Antonius, Vincentij sententiam explicans apud Felinum citat. num. 1. & est videre apud Baldum, l. final. C. de probation. Berardinum Dias in practic. canon. cap. 39. num. 10.* & hac etiam sub limitatione admittit illam *Menochius laudatus num. 17.* Etenim si hoc vitio Accusator laboraret; imò si aliàs tantum compertum esset, calumniam alteri machinatũ esse, profectò non excusandus, etiam si per vnum probauisset in præsentia testem, vel quomodolibet semiplenè, nam semel malus semper præsumitur malus in eodem genere *per 8. reg. iuris in sexto adiuncta glossa*, cum semiplena probatio, cui vis alioquin esset expungendi præsumptionem calumniæ à contraria calumnioſi genij, vel habitus meritò elidatur præsumptione. Deindè nec etiam vera erit asserta sententia, vbi reus ad sui defensionem aliquid contra oppositum Accusatorem probasset alicuius momenti; nam hoc ipso, semiplena probatio Accusatoris suum amittere robur censeretur; sic *Felinus sæpè citat. num. 1. not. 3. Benintend. cens. 46. ad finem, Menochius num. 18.* Addo demùm etiam, quando crimen, vel delictum, vel defectus oppositus probari aliàs, vel magna cum difficultate non posset, quàm per vnum idoneum testem, probabilem satis esse assertam opinionem.

14 Septimus casus; Si testes Accusatorem decepere, cui veritatem anteà dicturos extra iudicium promiserant, nec stare voluerunt posteà dictis, in iudicium vocati; sic deducitur *ex capit. Paulum itaquè 2. quæst. 3.* qui deceptus à testibus ab accusatione contra Episcopum destitit. Subscribunt *Abbas laudatus num. 5. Felinus num. 1. not. 3. Iulius Clarus lib. 3. sentent. iur. §. finali quæst. 62. vers. sed pone, Menochius de arbitr. iudic. & casu 177. versic. sexta causa, & casu 321. n. 19.* Nec alia indiget explicatione res nostra de opponente in formam, vel electionem.

15 Octauus casus; causam imbibens excusandi à calumnia est, quando suam Accusator probauit accusationem testibus, qui deinde ex qualitate, vel defectu propriarum personarum reiecti ab Accusato fuerunt. Sic *Speculator in titul. de calumniat. ad finem, Baldus in l. non ignorat in fine, C. de fruct. & liter. expens. Marsilius singul. 444. Socinus senior consil. 118. Felinus supra citatus num. 1. litter. B. Bernardinus Dias in practic. canonica capit. 6. num. 14. versic. quando verò, Menochius citatus casu 321. num. 31.* Hanc autem causam veram arbitror non modo, cùm accusatus probat testes ab accusatore allatos esse infames, vt vult *Antonius apud Felinum capit. cùm dilectus de calumniat. num. 1. litter. B.* Verum etiam suo modo si falsum dixisse, vel corruptos fuisse probauerit. Nam aut probaretur falsum dixisse, corruptosquè fuisse in hac eadem quæ peragitur causa, aut in alia; si in hac nullius ergò roboris horum erit testimonium testium, falsa hic, & nunc, in hoc, de quo quæstio est negotio proferentium. Si in alia hi testes minùs saltem idonei censendi essent præsertim, aliàs si peieratint *per reg.* 8, *in sexto*, vbi *de peiur. ad rem exponitur casus à Glossa paulò ante citata semel malus, ex capit. paruuli 22. quæst. 5.* & per consequens, nec semiplenè per vnum eorum probabilis erit accusatio. Quod si per plures notæ similis Accusator intentum probauerit, attendenda est reiectio accusati, an sufficiens ad reprobandum fuerit, aliis de causis, vsu apud DD. tritis, ab infamia, distinctis à corruptione, atquè ab assertione falsi aliàs habita; nam esto si omnes hi testes aliàs peierauerint, ac præsumptio contra eos sit, hæc tamèn, cum non habeatur iuris, & de iure, probationes admittit in contrarium, quia nimirum eos pœnituerit, &c. quemadmodum notat *Glossa in capitul. agitata, verbo semel malus ex capitul. ferrum 5*, eiusquè *Glossa verbo incipit. capit. etiam te de rescriptton. capitul. testimonium de testimon. aliisquè apud citatam Glossam.* Addo hanc excusationis causam, me quidèm Iudice, nullius esse roboris, si Accusatus probauerit ab Accusatore accusationem probatam per testes, quos probè sciebat infames, vel periuros, aut ad hunc finè contra accusatum corruperit, cum hoc ipsum sit calumniari.

16 Demùm adnotasse operæ pretium erit, *l. qui non probasse de calumnia*, vbi hæc habentur. *Qui non probasse crimen, quod intendit, pronunciatur, si calumniæ non damnetur, detrimentum existimationis non patitur, non enim si reus*

Digitized by Google

absolutus est ex eo solum etiam accusator, qui potest iustam habuisse accusandi ad crimen rationem, calumniator credendus est.

CAPVT SEPTIMVM.

Quomodo constare debeat nõ probantem, calumnia vacare ad excusationem ab hac censura.

SVMMA.

Quæ sunt manifestissima documenta. n. 1.
Quid sit manifestum à notorio distinctum. n. 2.
Quæ est causa probabilis, & quæ sufficiens. num. 3.
Quam rationi consentaneæ sint pœnæ contra calumniatores sancitæ. num. 4.

1 IPsissima verba Textus, quæ hic exarabo, quæstionis nodum ferè soluent. *Nisi* (ait) *manifestissimis constiterit documentis, quod ipsum à calumniæ vitio causa probabilis, & sufficiens excusat.* Quæ autèm hæc manifestissima sint documenta, notantur 2. *quæst.* 8. *cap. sciant.* Documentum enim licèt grammaticaliter id sit, quo docemur; nam à docto deriuatur documentum, vt à moneo monumentum; in iure tamèn, vel pro litteris, atquè instrumentis, cæterisquè scripturis authenticis desumitur, vel pro omnibus his, quibus ad eruendam veritatem debere Iudicem vti, præscribit *cap. Quoniam de probat.*

2 Manifestum autèm, quatenus distinguitur à notorio, vti tradit ad rem *Bartolus in l. scriptus hæres, ff. de religios. sump. funer.* est clarum, & apertum, vt offensa manifesta intelligitur, quæ vel per confessionem, vel per euidentiam rei, vel per probationem legitimam nota fuerit *capit. cùm olim de verbor. signific.*

3 Demùm quid sit causa probabilis superest explicandum; quæ quidem ex disputatis *tomo 1. libr. 3. disput. 3. capit. 3. à num. 27. ac deinceps*, facili negotio deduci poterit. Ex quibus quid sufficiens erit, etiam patet; esse nimirùm causam illam, quæ satis prudentis iudicio, existimetur.

4 Quàm autèm rationi consentaneæ sint impositæ pœnæ calumniatoribus, seù Reipublicæ euersoribus, dixi *tomo 1. lib. 3. disputat. 8. capit. vltim. num. 11. & capitul. 6. num. 37. §. 2. & §. 3.* Constat etiam ex *l. 1. §. calumniatores, ff. ad Senat. Consult. Turpil. atq. ex l. vltim. §. 1. C. de accusat.* de quibus omnibus legendus est *Menochius de arb. iud. quæst. casu 322.*

DISPVTATIO XV.

De Nonnullis electionis ad Episcopatum circumstantijs.

PRoperantem ad illustriora, vsuquè frequentiora orationem abs re prorsus esset quæstiunculis, quæ supersunt electionis, inhibere, cùm vti *sub initio primæ disput. libr. mox instituendi*, scribemus, non a curia modò, verum à ferè omnibus Prouincijs propemodum est electio Episcoporum, longè amandata. Cum itaquè *tùm §. lib. tùm hoc 6.* circumstantias quid, & circà quid electionis substantialiter acceptas more philosophico expenderimus, hac disputatione temporis, & loci, quas non tradidit *Aristoteles*, vt indicaui *libr. §. disput. 1. capit. 3. num. 8. ex D. Thoma 1. 2. quæst. 6. articul. 3.* deriuatas, Ideoquè Theologicè, vti accidentarias potius enucleandas aggredimur.

CA-

Digitized by Google

CAPVT PRIMVM.

De tempore, quo non est facienda, vel necessariò Præsulis habenda, electio.

SVMMA.

Quæstiones proponuntur disputandæ. n. 1.
Electio ad regulares, & cathedrales Ecclesias vltra trimestre, cessante impedimento, nè protrahatur. n. 2.
Quàm prudenter statutum sit hoc temporis spatium. n. 3.
Frequenter in spiritualibus, ac temporalibus bonis Ecclesia viduata subit detrimentum. ibid.
Clementis VIII. responsio ad rogationem, monitionemquè Cardinalis Bellarmini de non protrahenda Ecclesiarum viduitate. n. 4.
Quid D. Leo, quid S. Gregorius senserit hac in re. num. 5.
Argumentum ab absentia ad viduitatem probat, quam citò Ecclesiæ viduæ consulèdum esse. n. 6.
Quanti momenti sit non dilata promotio ad regimen Ecclesiarum, optimè Bellarminus Clementi VIII. exposuit. n. 7.
De pœna priuationis contra differentem promotionem, n. 8. remissiuè.
Quàm arctius premant rationes allatæ, atquè necessitas citò prospiciendi Ecclesiæ Romanæ, atquè vniuersali per Pastorem. n. 9.
Ante tertium depositionis diem, nùm possit electio fieri successoris Episcopi. num. 10. 12. & 13.
Nonnisi post triduum etiam Rex coronandus corona, exteriori manus impositionem requirente. n. 11.
Si ante sepulturam defuncti Prælati fiat electio successoris olim illicita, non tamèn erat nulla. num. 12.
Imo post mortem habita electio in præsentia poterit dici licita. n. 13.
Quid circa hoc seruandum sit in electione Papæ. num. 14.

1 DVO dilucidanda proposui: primum tempus, quod intercedere debet, antequam ad electionem deueniendum sit Antistitis; alterum tempus scilicet, quo transacto necessariò facienda, neq. vltra illud differenda, à quo faciemus initium. Dein dè Pontificis electione consultò quæstionem inscripsi, ne maximi excluderem, quàm vt ex professo si tractarem, extra meum esset institutum, sic omnino ieiunè, si prætermitterem, proprijs deessem partibus. Et quidem de Episcopis.

2 Sit assertio prima, deducta ex *Canone Nè pro defectu de election. §. statuimus ibi. Statuimus, vt vltra tres menses cathedralis, vel regularis Ecclesia Prælato non vacet infra quos (iusto impedimento cessante) si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerunt eligendi potestate careant ea vice.* Et infrà. *Is verò, ad quem fuerit deuoluta potestas, Deum præ oculis habens, non differat vltra tres menses, &c. Si canonicam effugere voluerit vltionem.* Hoc idem statuitur, *cap. Postquam, & 63. obeuntibus, cap. si compromissarius de elect. in sexto.* Si ad compromissarium res dilata sit.

3 Est autèm hoc temporis spatium prudenter statutum ad Ecclesias Cathedrales, & regulares, cum sex mènses statuantur ad cèteras. Nè siue ad electionem, siue ad nominationem, & præsentationem, siue ad quemcumq. aliumodum Ecclesijs prouidendi, vel citius, quàm par esset, si fieret electio, Dignior exacta perquiri non posset diligentia.

4 Vt *Clemens VIII. P. M. confirmauit in eis, quæ ad marginem scripturæ Cardinalis Bellarmini* mox alleganda proprio notauit calamo; Cùm itaq. Pontifex Bellarmino admonenti, ac roganti, nè diutiùs Ecclesiarum viduitas protraheretur, satisfacere contenderet. *In hac prima te (ait) siue in hoc primo capite fatemur nos peccasse, ac peccare, sed plerumq. in causa difficultas inueniendi viros idoneos, & quamuis sæpè multi nobis proponantur, cum per nos ipsi nequeamus sumere informationes, & cùm aliquando experti simus illos, quibus hanc curam demandauimus nos decepisse, vel ipsos ab alijs deceptos fuisse, tutiùs interdum putauimus memores sententiæ S. Pauli manus citò nemini imposuerit.* Hęc summus dignitate, ac prudentia, summo doctrina, ac sapientia viro. Vel si differatur vlteriùs. *Nè pro defectu Pastoris gregem Dominicum lupus rapax inuadat, aut in facultatibus suis Ecclesia viduata graue dispendium patiatur, vt habet citatus textus. Neue cadente Pastore Dominicum gregem antiquus (quod absit) hostis insidiando dilaniet dist. 50. postquàm.* Et sanet rectè monet *Glossa primi supra citati textus*, & ib. temporalibus, & in spiritualibus frequenter lęsionem Ecclesiam viduatam substinere, quę duo pessima sunt mala, summumq. periculum, & animabus, & Ecclesiæ facultatibus, vt scribit *Abbas ibi num. 1. ad finem*, fauetq. *cap. Quia sæpè de elect. in sexto*, ad quæ detrimenta declinanda, ius condendum erat, *ff. de legibus, nam ad ea, & de rest. spol. frequens.*

5 Accedit *D. Leo Papa Epist. 84. ad Anastasiũ Thessalonicensem Episcopum capit. 6. Vt ordinationem ritè celebrandam sua quoquè firmet Auctoritas, quæ rectis dispositionibus nihil moræ, aut difficultatis debet adferre, nè gregibus Domini diù desit cura Pastorum, sicut enim iustas electiones nullis dilationibus volumus fatigari, ità nihil permittimus, te ignorante præsumi. Et S. Gregorius epist. 58. Clero, & ordini, & plebi Perusiæ consistenti Miramur charissimi fratres in Christo, quare Ecclesiã Dei tanto tẽpore absq. Rectore conspicitis, ac de vestro, totiusq. plebis*

regi-

Digitized by Google

regimine minimè cogitatis; notum est enim, quod grex si Pastoris cura defuerit per auia gradiatur, & ob hoc familiarius inimici laqueos insidiantes incurrat.

6 Insuper si *Tridentinum sess. 26. cap. 5. de reformat.* meritò omnes Ecclesiæ Dei Prælatos, *monitos esse vult, vt attendentes sibi, & vniuerso gregi, in quo Spiritus Sanctus posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, vigilent, sicut Apostolus præcipit, in omnibus laborent, & ministerium suum impleant. Implere autem illud se nequaquam posse sciunt, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant, atq. ouium suarum, quarum sanguis de eorum est manibus à Supremo Iudice requirendus, custodiæ minimè incumbant. Quapropter placuit Sanctæ Synodo, antiquos omnes Canones aduersus non residentes promulgatos innouare.* Asserta q. residentiam, ita serio commendat etiam *sess. 24. de reform. cap. 1.* vt Auctorum nonnulli diuini esse iuris eam censuerint, quanto maiori optandum est desiderio, maioriq. contendendum conatu, seueraq. lege statuendum, vt viduatis Ecclesijs sponsus, ac Pastor, quàm primum detur; cuius viduitas, atq. priuatio maioris quidem est dispendij, quàm absentia, cùm siue Vicarios, siue alios ministros Episcopi viuentis, ac mox ad futuri, vel timor, vel debitũ magis absq. dubio vrgeat, quàm non superstitis Antistitis, vel successoris, cuius nomine quemadmodum illi non funguntur officio, ità neq. eius poterunt frenari, aut vrgeri auctoritate. Eo vel maximè quòd impropriè dicitur vidua mulier, absente viro, propriè autem mortuo ex *Glossa in l. finali ad verbum orbitates, C. ad leg. flau. de plag. vbi Baldus, & habetur per Alexandrum in l. eleganter, §. quod reprobos, ff. pi. act.*

7 Hinc *Eminentissimus Bellarminus in ea, quam expressit scriptura Clementi VIII. Pontifici Max. ex eiusdem præscripto danda, exarata, cap. 5. lib. 3* vitæ eiusdem à Syluestro Petrasancta viro eruditissimo, mihiq. amicissimo, latinitati datæ, rerum, quæ reformatione in Ecclesia indigebat principem tribuit locum huic, quæ præ manibus est. *Prima (inquit Bellarminus) res est diuturna vacatio Ecclesiarum*, & post multa. *Difficile enim esset paucis explicare quantum detrimenti capiant Ecclesiæ viduatæ: in quæ vitiorum abrupta se grex præcipitet, dũ caret Pastore; quantum siluescat vinea Domini,*
8 *dum caret agricola.* Reliquum esset de pena priuationis potestatis contra transgressores pro ea vice imposita disputare; verùm cum similis à *cap. Cùm in cunctis de elect.* infligatur ob electionem Indigni à nobis *super disp. c. 2. exposita*, neq. præterea quidquam habeamus addendum non est, cur agamus.

9 Hæc de singulis Episcoporum electionibus, in Summi Pontificis electione arctiùs vrgent, de qua seruandæ sunt constitutiones allegandæ *seq. cap.* atquè ex his quanti sint momenti euidenter constabit expedita, & quamprimum habita Pontificis Maximi assumptio; apprimè præ oculis à *Gregorio X.* exposita in *sexto cap. Vbi periculum maius intenditur, ibi procul dubio est plenius consulendum. Quàm grauibus autem sit onusta dispendijs, quot, & quanta sit plena periculis Ecclesiæ Romanæ prolixa vacatio exacti consideratio temporis edocet, & consideratа illius temporis detrimenta manifestant.* Quæ quidem vltra quàm dici possunt pericula, manifestaq. damna tùm prædecessores, tùm Gregorij compulerunt successores ad tot, tantaq. prudenter statuenda remedia, nè diù protrahatur Christi Vicarij electio, qui vt caput in membra sua vitaliter, ac spiritualiter influat.

10 Ad secundum punctum propositum secunda sit assertio *ex cap. Nullus deducta 79. distin. Nullus Pontifice Romano viuente, aut Episcopo Ciuitatis suæ præsumat loqui, aut partes ibi facere, nisi tertio die depositionis eius, adunato Clero, & filijs Ecclesiæ, et tunc electio fiat.* Quæ seruanda circa electionem Antistitis Papa inferioris; de summo autem Pontifice dicam infra. Hæc etiam statuuntur *cap. Bonæ il secondo de elect.* non quod per se, & ratione quasi ab intrinseco repugnantiam inuoluant, aut nefas sint; cum mortuo viro soluta sit vxor à lege matrimonij, *cap. vlt. & penult. de secundis nupt. & 7. quæst. 1.* sicut alterius vxor, verùm ad nonnulla absurda vitanda, vt enim *Glossa citati textus nullus* notat per ea. *Mortuo Apostolico, vel Episcopo aliquo Cardinales, Canonici in tantum festinabant, quòd nihil curabant de sepultura Defuncti, quod minimè rationi, atq. Ecclesiasticæ disciplinæ, ac decori congruum erat.*

11 Et esto, Rege mortuo, coronam continuatione descendere notat *Baldus cap. Bonæ il secondo de elect. atq. instituta de hæred. quæ ab intest. §. tui*, de honestate tamèn post triduum debet coronari corona exteriori, manus impositionem requirente, officiorumq. celebritate *cap. Venerabilem de elect.*

12 Hinc fit illicitam solùm, atquè inhonestam futuram fuisse huiusmodi electionem ante sepulturam Prælati demortui, vt in *cap. Obeuntibus dist. 63*, non verò nullam ex *Glossa 2. citat. cap. bonæ*, cui accedo cùm *Innoc. Compost. Io. And. apud Abbatem ibi num. 11. Baldo num. 2. Immola num. 7.* quamquam *Hostiensis Vincentius, & alij*, contrarium senserint contra quos facit *cap. Episcopo 8. quæst. 1.* per ea. Qui post exitum prædecessoris potestatem habent dignum eligere, *& cap. Nullus 79 dist. nec non cap. si compromissarius de elect. in sexto adiuncta glossa, & notis ad eam sub initio.* Neq. ratio cessationis sufficiens per *cap. Bonæ* fuit tractatus ante sepulturam Antistitis defuncti, sed contemptus potiùs Canonici cuiusdam sicut igitur vxor mortuo viro carnali, honestum, rationiq. congruum est, nè intra annum nubat, luctumq. seruet; nõ est tamen necesse per *cap. vlt. & penult. de secund. nupt.* ità in matrimo-
13 nio spirituali *argument. cap sicut 7. quæst. 1.* Ex quo textu *Innocent. cap. Bonæ il secondo sæpè citat. ad finem numer. 4.* licèt olim propter exequiarum solemnia, differebatur (ait) tractatus vsq. ad tertiam diem post mortem, hodie tamèn post mortem fieri potest, hæc ille. Ex quibus cessante scandalo, vel periculo absurdi su-

per

Digitized by Google

per à *Glossa* indicati, non videtur improbabile etiam licere, statim mortuo Præsule de altero prouidere; à quo non dissentit *Baldus*.

14 Dixi hæc seruanda in electione cuiuscumq. alterius Episcopi inferioris Papa, nàm de Summi Pontificis electione breui tantùm indicare habeo, seruandum esse cęremoniale *Gregorij XV. fel. record.* auctoritate editum anno Domini 1621. cuius, decreto firmatum incipiente *Gregorius Episcopus*, &c. *Decet Romanum Pontificem*. Et confirmatum sub anno 1525, auctoritate *Vrbani VIII. const. 45. incipiente ad Romani Pontificis prouidentiam*. In hoc etiam rituali exequiæ decernuntur per nouem dies defuncto Pontifice, quibus completis iuxtà prudentissimè, ac sanctissimè statutas cęremonias ibi expressas, multa præscribuntur ad electionem spectantia. Nùm autem illicita, vel inualida etiã foret electio ante illas exequias, mea non interest dicere.

CAPVT SECVNDVM.

Quomodo computandum sit trimestre statũtum.

SVMMA.

Quæstiones dilucidandæ. n. 1.
Trimestre computandum est ex obitus die Prælati vita functi. n. 2.
Ab horæ mortis Antistitis defuncti currit tempus trimestris. n. 3.
Vltimus Trimestris dies est illius vltimus terminus, ac finis. n. 4.
Menses computandi ratione, qua currunt in Kalendario. n. 5.
Exemplum Lamberti reijcitur. n. 6.
Quomodo computandum trimestre, quod finitur in bisextili anno ex speciali Auctoris opinione. n. 7.
Ad decimum sextum annum nouitiatus, & ad vigesimum quintum minoris ætatis, qui finiretur sexto Kalendas Martij intercalaris anni, desideratur vigesimus quintus Februarij dies, qui repetitus in hoc ipso anno sextus etiã dicitur Kal. Martij. n. 8.
Quid sentiendum sit de anno Nouitiatus Religiosorum si bisextilis fuerit, cuius finis sextus Kalen. Martij dies erit ex peculiari Auctoris doctrina. n. 9.
Tempus ad electionem faciendam datum, est quidem vtile, & dierum efficacium. n. 10.
Intercedente iusto impedimento in hoc trimestri non est petenda restitutio in integrum ab Electoribus. n. 11.
Siue à principio, siue inchoato iam trimestri proueniens impedimentum cursum semper impedit. n. 12.

1 DE numero singulorum mensium vniuersim disputare, quod tùm ab antiquioribus vtriusque iuris DD. tùm à recentioribus, *Menochio præsertim lib. 2. de arb. iud. quæst. cent. 1. casu* 50. eruditè tractatum sit, actum profectò esset agere: ad rem tamèn nostram tria mihi præstanda sunt. Primùm assignare terminum à quo horum trium mensium: secundum terminum ad quem, idest finem trium mensium, & quot dies singuli habeant menses; tertium quid censendum sit de impedimentis.

2 Circa primum licet post triduum fieri possit, neq. anteà licitè, vti probabiliter dictum *sup. cap.* trium tamen mensium initium ex die deducendum est mortis Episcopi. Sic *Glossa cap. postquam dist.* 50. *verbo tres menses, & glossa cap. quam sit de elect. in 6. verbo mensem*, & patet ex textibus à nobis *sup. cap. num.* 11. & 12. allegatis; quibus addo *cap. obeuntibus dist.* 63. *vbi Innocentius per ea. Obeuntibus sanè Episcopis, quoniam vltra tres menses vacare Ecclesiam Sanctorum PP. prohibent sanctiones sub anathematis vinculo, &c.* atqui si non à die obitus, sed à triduo finito exequiarum initium sumendum esset trimestris, vltra tres menses vacarent sanè Ecclesiæ viduatæ, igitur, &c. idé argumentum duci potest ex *cap. Ne pro defectu de elect. sic etiam communiter DD. scribunt sequentes Glossam secundam cap. Bonæ il secondo de elect. apud Abbatem ibi numer.* 11. Quamobrem malè *Azor. 1 part. lib. 3. cap. 28. quæst. 6.* dicens à die notitiæ à Canonicis habitæ concurrere tempus horum mensium eo, vel maximè, quòd esset incertus eius terminus à quo, posset q. electio haberi Præsulis nonnullos etiam post dies trimestris, quod Deo dante illustrabimus *lib. 8. disput. 2. cap. 4.*

3 Dico præterea etiam ab hora mortis computandum hoc esse tempus, ità vt dies illa cõputetur in termino, sic *Ioannes Andreas, qui si Glossa citat. cap. Obeuntibus dist.* 50. dixisset tres menses ab hora mortis computandos esse, melius profectò dixisset, scribit. Confirmatur, quia quemadmodum tradidimus *tomo 1. lib. 2. disp. 7. cap. 1. num. 7.* omne tempus currit de momento in momentum, vbi aliter à iure non exprimitur, saltèm respectu eius, in cuius fauorem datur, vel exigitur, sed nè vltra tres menses Ecclesia viduata Prælato vacet, dispositum est per Sacros Canones in eius fauorem, vt de optimo prouideatur Pastore; ergo debet currere de momento in momentum. Confirmatur, quia tempus incipiens ab aliqua præscripta die determinata currit de momento in momentum *l. 3. §. minorum, ff. de minor.*

4 Hinc gradum ad secundum facio punctum, assignando terminum horum mensium vltimum, qui vltimus erit tertij mensis dies, ob eandem rationem paulò ante allegatam, tùm quia si ex parte perpendatur electorum hoc trimestre odibile quidem est, ac proinde dies incepta non est habenda pro completa argumento à contrario, *l. qua ætate, ff. de testam.* & patet ex multis, quæ loco citato 1. *tom. à num. præsentim* 13. *adduxi.* Men-

Digitized by Google

1 Menses autèm ea computandi sunt ratione, vt quod vni deest, suppleatur ex altero, ad integrum numerum dierum anni complendi. Sic *Glossa cap. Quam sit de elect. in sexto verbo mensem, Abbas cap. licet de supplenda num. 6. Baldus cap. nè pro defectu num. 3. & 6. Bartolus, l. cum bisextus num. 1. ff. de verb. signif.* alioquin non integrarent annum constantem trecentis sexagintaquinquè diebus; cum singulis mensibus triginta, vel triginta, & vnus, vel viginti octo assignentur dies.

6 Concinit *Lambertin. art. 14. 1. quæst. princ. 3. part. libr. 2. atq. ex eo Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 24. à nu. 14.* Verum exemplum ab vtroq. allatum in casu nostro non placet. Aiunt enim, cum electio debeat fieri intra tres menses à die vacationis, seù mortis, &c. talisq. dies fuerit v. g. octauus Ianuarij deficiunt vsq. ad numerum trigesimi primi diei, ex quibus constat mensis Ianuarius, septem dies, septima igitur dies mensis Aprilis erit vltima dies trimestris, quia Ianuarius accipit à Februario septē dies, & totidem Februarius à Martio, & hic ab Aprili. Cęterum fateor me quidem assequi hanc supputationem, at patere æquiuocationi, vt *lib. 4. disp. 12. cap. vnico num. 9. aliàs indicaui*; etenim non septem quis dicet, sed viginti tres deficere ad explendum numerum dierum ab octauo inclusiuè vsquè ad trigesimum primum, qui est vltimus Ianuarij. Quamobrem cum tempus hoc de momento in momentum currat, si octauus Ianuarij fuit principium trimestris, septem Ianuarij dies dicendi sunt excurrisse, profecto sufficiendi ex diebus Februarij; quamobrem septimus Februarij iam perfectus computabitur, eritquè complementum vnius mensis: secundi autem septimus Martij, trimestris verò finis, septimus Aprilis expletus profectò censēndus erit. Et hoc ipsum est, quod habet *Glossa ab his Auctoribus citata, cap. Quam sit de elect. in sexto, verbo mensem* dicens, si dies aliqui lapsi erunt supplendos ex mense sequenti, *Baldus, & Bartolus citati Io. And. Socinus senior in cap. Sacro num. 240. hoc idem volunt, & alij, quos eruditè refert, ac sequitur Menochius lib. 2. de arb. iud. quæst. cent. 1. casu 50. n. 21.* vbi quam amplexi sumus communem dicit esse opinionem, ex qua sequitur nonnunquam triginta, & vnum habere dies mensem. Ex his contra nonnullos, dicimus nō modo mensis dies numerandas hoc pacto esse, quando fit mentio termini à qno v.g. in casu nostro à morte Præsulis, sed etiam cum non fiat, cum eadem vtriusquè quoad hoc sit ratio.

7 Ex his etiam præterea fit, vt si trimestre hoc assignatum finiretur in bisextili anno 24. mensis Februarij, quæ dicitur sexto Kal. Martij, censeretur completa non eadem hora, qua vigesimus quartus dies Februarij in media nocte, sed præterea circitet sexquihora desideraretur ad complementum trimestris, quo dato pœnas incurrerent Electores: ratio, qua moueor est, quod cum singuli anni constent trecentis sexagintaquiaque diebus, & ferè sex horis; quæ quidem quatèr ductæ singulis quaternis diem constituunt, idcirco intercalari anno adiungitur, ita vt & vigesima quarta, & vigesima quinta Februarij tanquam si fuisset vnus dies, sextus dicitur. Kal. Martij; incedente trimestris fine in dicta vigesima quarta, non censebitur illud completum, nisi addatur sexquihora, cum singuli menses præter spatium viginti quatuor horarum vltimi diei (ad quam horam, & punctum spectandum esse docent omnes, qui hoc tempus de momento in momentum currere sentiunt, ex quibus *Abbas citatus num. 5.*) semihoram sibi vendicent, quę duodecies replicata sex illas integrant horas, quas diximus ab anno contineri. Qua propter cum vigesimus quintus Februarij dies quarti cuiuscumq. anni spectet ad complementum quatriennij secundum *Gregorij XIII.* reformationem; idcircò dicimus trimestre hoc ad illius quadriennij, & ad sui complementum desiderare sexquihoram alterius diei, vigesimi quinti nimirùm, qui secundo, atq. iterato dicitur sextus kal. Martij. Dices hoc idem asserendum in singulis alijs trimestribus singulorum annorum. Respondeo concedendo hoc quidem de tribus alijs trimestribus anni bisextilis, non autèm aliorum. Ratio disparitatis est, quod, & si menses singuli præter deputatos dies semihoram habeant, singulaq. trimestria circiter sexquihoram; verùm cum pœnès computum Ecclesiasticum in anno bisextili, destinetur dies vnus, qui numerum, tempusq. decursum penitùs adimpleat, de semestribus anni bisextilis ad hoc ab Ecclesia destinati ad pœnas, vel alia Ecclesiastica munera, peculiaris habenda est ratio. Quod si de cæteris annis probaret Amicissimus Lector ratiocinationē supra factam nulla meæ habita ratione Auctoritatis, eius iudicium relinquo integrum, ac liberum. Quæ cùm ità sint, quàm à veritate aberret *Lambertinus num. 3.* patet, qui quidem fœnore quodam, seù mutuo dierum ab vno alteri mensi dato sic implicatur, vt nullum emiserit fœtum solidæ doctrinæ.

8 Deducitur præterea ex his ad sexdecim annos præscriptos à *Tridentino sess. 25. de regul. cap. 15.* ad professionem validam, atq. ad ætatem minoris 25. annos requisitos *l. 3. §. minorem, ff. de minor.* diem desiderari vigesimum quintum Februarij, qui repetitus sextus etiam dicitur Kal. Martij, cū omnes hi anni currant de momento in momentū, & ratione indicata cōplendi, computandiq. sint, vti probè *Molin. tomo 2. de iust. tract. 2. disp. 573. §. atq. Sanchez lib. 2. de matrimon. disput. 24. num. 22. §. similiter credo.* Præterea, Nouitiatus annum statutum à Tridentino ante professionem Regularium currere de momento in momentum; & quia in fauorem Religionis institutum est, & quia ponitur eius initium computationis, ac terminus, à quo computandus est, à die nimirū habitus assumpti, & vbicumquè decretum requirit certum tempus, cuius indicat terminū à quo, debet illud computari de momento in momentum, quemadmodum supra diximus, ostenditq. *Sanchez ex multis n. 16.*

9 Verùm, quod non inuenio rectè decisum

ab

Digitized by Google

ab Auctoribus illud est, si annus Nouitiatus fuerit biſextilis, & perficiatur ſexto Kal. Martij, nùm vigeſima quarta die Februarij, vel vigeſimaquinta cenſendus ſit compleri: Nàm omnes, vel expreſsè dicere, vel ſupponere ſanè videntur expectandam eſſe vigeſimamquintã diem Februarij, quo vltimum dari complemẽtum anno Nouitiatus putant, quemadmodum de trigeſimo ætatis Epiſcopi, ſextodecimo profeſſionis, vigeſimoquinto minoris ætatis dictum eſt. Cæterum ob proprium fundamentum *n.7.* iactum, ſecus mihi dicendum videtur. Itaq. vel habitum Nouitius ſumpſit die vigeſimaquarta Februarij anni biſextilem antecedentis, vel vigeſimaquinta: Si annus Nouitiatus per aſſumptum habitum inceptus eſt vigeſimoquinto Februarij, qui dicebatur quinto Kal. Martij hora meridiana, v. g. tunc aio vigeſimaquinta die Februarij huius anni biſextilis, ſexta hora poſt meridiem, completum eſſe annum ob rationem, quam mox ſubijciemus. At ſi vigeſimaquarta Februarij die aſſũptus fuerit habitus, vel Nouitiatus aliàs inceptus in meridie vigeſimoquarto die Februarij huius anni biſextilis pariter cẽſebitur perfectus hora ſexta poſt meridiana. Quæ ſex horæ deſumendę ſunt ex die vigeſimoquinto Februarij, qui repetita vice dicitur ſextus Kal. Martij, & ratio eſt eadem, quam ſuperindicaui, quia ſinguli anni præter trecentos, & ſexagintaquinque dies, ſex circitèr ſibi vendicant horas ad circuli ſolaris complementum, ex quibus quatenus repetitis integer naturalis ſit dies, qui in anno intercalari, ſeù biſextili ſimul cum antecedẽti quoad computationem, vnum quaſi diem quadraginta, & octo horarum conficit ex quo fit, vt vterquè quatenus naturalis, biſextus appelletur Kal. Martij; cùm itaq; annus biſextus ſecundum computum Eccleſiaſticum in Chriſtiana Republi. in rebus præſertim Eccleſiaſticis ſetuandum, deſtinatus ſit ad æquandum dictum numerum, ex quibus ſingula cõſtant quadriẽnia, vt incidẽs hic tirocinij annus in biſextili ab Eccleſia deſignato, vt per vnum ipſius diem conflatum ex ſenis horis, quas vnuſquiſque annus quadriẽnij ſibi aſciſcit, ſuum habeat complementum, deſumptum ex illo die biſexto Kal. Martij pro rata ſex horarum, cùm decem, & octo cæteræ horæ illius diei naturalis biſextilis non ad præſentem annum, ſed ad tres alios antecedẽtes ſpectent. Quæ omnia ad ſpeculationem tantum dicta ſint; quòd in praxi cum communi ſententia ſentiendum ſit ad ſcrupulos ſaltẽ declarãdos; Cur aũt hoc idẽ, vt ſupra in reliquis annis dicendum non ſit, cum ad ſingulos ſex horæ ſpectent, colligi facilè poteſt ex his, quæ de trimeſtri diximus eo, vel maximè, quod ad confuſionem euitandam biſextus inſtitutus eſt annus, in quo ſingulorum defectus ab vno ſuppleatur die, & vnuſquiſque annus certa eſſet hoc pacto menſura, de cuius ratione eſt, *Auctore Ariſtotele* 10. *metaphiſices tom.* 3. quod ſit indiuiſibilis, certa; & firma, traditurquè à *Simplicio*, qui quidem excepit à *Ptolomæo lib. de dimens.*

10 Ex textibus autem citatis *cùm Baldo capit. Nè pro defectu de elect. num.* 1. colligo tempus, quod ad electionem faciendam datur eſſe vtile id eſt dierum efficacium ſecundum *Innoc. ibid. n.* 2.

11 Deduco ſecundum ex eodem *Innocentio Abbate num.* 4. *& Baldo* non opus eſſe petere reſtitutionem in integrum, intercedente iuſto impedimento Electoribus, vt euitetur circuitus etiam ſi vltra tres menſes impedimentum durauerit. Neq. opus eſſe diſtinguere de impedimento à principio proueniente, ſiue inchoato trimeſtri, cùm ſemper curſum illud impediat per *cap. Quod diuerſitatem de conceſſ. præb.* & cùm textus non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus, *ff. de public. l. de præt. ff. de teſt. mil. in fraud. l. finali, ff. de bon. Auctor. in poſſ.* Quomodo autem inter hæc impedimenta defectus computandus ſit notitiæ *lib. 8. diſp. 2. cap. 4.* dicemus.

CAPVT TERTIVM.

Nùm ante mortem Prælati de alterius electioni licitè, ac validè tractari poſſit ab Electoribus, vel Promotoribus.

SVMMA.

Quicumq. definitorius tractatus, cùm de fine, tùm de medijs electionis ſucceſſoris ante mortem Antiſtitis eſt illicitus. n. 1.

Conſultationis tractatus de Epiſcopo ſucceſſore eligendo licet, adhuc non vita functo Præſule num. 2.

Quid ſit tractatus. n. 3.

Super allata concluſio videtur poſſe locum habere in electione Summi Pontificis. n. 4.

Multa fugienda in tractatu de Summo Pontifice eligendo. numer. 5.

Quomodo ſocius criminis admittendus ad cætera delicta non ſit, ad ſimoniam tamen, hæreſim, crimenque læſæ maieſtatis admittatur. num. 6.

Non licet, quæ de eligendo Antiſtite tractatio aliàs licita, de Summo Pontifice ſucceſſore eligendo, vno altero, atque inconſulto numer. 7.

Digitized by Google

Multa, quæ mortuo Pontifice licerent de electione successoris, sunt eo superstite illicita. numer. 8.

Consulto Summo Pontifice, de eius licentia potest haberi tractatus consultiuus eligendi successorem. n. 9.

Tales possent intercedere circumstãtiæ, vt necessarius, nè dũ licitus esset tractatus consultiuus de electione Pontificis successoris, de consilio tamèn, & licentia superstitis. n. 10.

Quid consilij capiendum, vbi Summus Pontifex ob grauem infirmitatem, neq. consuli, neq. facultatem facere posset ad tractatum ineundũ, num. 11.

Electio facta alicuius Episcopi, de quo viuente Prædecessore, fuit habitus tractatus definitiuus, non est nulla, sed irritanda n. 12.

Electores tractatum habentes in vita Præsulis definitiuum non sunt de facto priuati, sed puniendi ob rem illicitam. n. 13.

Electio successoris, de quo prius habitus est tractatus, viuente Papa, iuxta supradicta, non est in præsentia nulla, vno excepto casu. num. 14. & 15.

Quid censendum sit de occupante, vel aucupante papalem dignitatem. n. 16. remissiuè.

De Pœnis. n. 17.

Noctu non est facienda electio, neq. clandestinè, n. 18.

Electio denunciandæ electo intra octo dies. numer. 19.

Hi dies currunt de momento in momentum. numer. 20.

Ex proœmio legis mens, & propositum legislatoris deducitur. n. 21.

Non sufficit præsentatio facta Procuratori generali electi, dummodo ab illo rata non haberetur electio. n. 22.

De loco electionis Præsulis. n. 23. remissiuè.

De loco electionis Papæ. n. 24.

MIhi propositum non est hoc cap. quæstionem explicandi, nùm possit Prælatus, quicumq. sit, sibi successorem nominare, vel eligere, quam in nonum librum acturus de causa efficienti, vt in proprium locum libens reijcio, verùm de tractatu aliorum hic est futurus sermo. Huic itaq. quæstioni tria videntur esse membra: Primùm numquid licitus sit tractatus de successore, viuo Antistite, eligendo: Secundum, an validus sit, & nùm ipso facto nulla electio, vel annullanda: Tertiũ, an Canonici, vel quicumq. eligentes, & præsertim se obligantes ad certæ personæ electionem, priuati sint eligendi potestate.

1 Sit assertio prima, quicumq. tractatus definitorius siuè quoad finem electionis peragendæ, siuè quoad media ad eundem ordinata finem, illicitus est omnino ex se, ante mortem, siuè Pontificis Maximi, siuè cuiuscumq. Habetur expresè conclusio *in cap. Nullus 79. dist.* cuius verba *ad secundam 1. cap. assertionem nu.* 10. *retulimus*, & speciatim de Summo Pontifice *cap. si quis Papa dist. 79. & cap. 1. dist. 23. cap. vbi periculum de elect. in 6. §. hoc Sacro cõcilio constit. 38. Pauli IV. cuius initium, cum secundum Apostolum, edita anno 1558. constitut. Gregorij XV. edita anno 1621. confirmata ab Vrbano VIII. per suam constitutionem 45. editam anno 1625.* Atq. ex his, quæ scribam intra, expendens nùm assertio secunda in electione Summi Pontificis locum habeat, clariùs ista constabunt. De nostro autèm Episcopo patet *ex cap. Bonæ il secondo de electione per ea. Nec prædicta debet dici citatio valuisse, quia cum Episcopi mortem præuenerint, temeraria nimis extitit, &c. Sic docet etiam Innocentius* hic & *n. 4. Abbas n. 12. Baldus nu. 1. & 2. & alij.* Itaq. non modo non licet personam successoris eligere, sed neq. ad illam electionem alia decernere, vti præscribere locum electionis, iuridicè vocare vocandos absentes, aliaq. huiusmodi facere ad illam spectantia, enumerata ab *Innocentio citato*; maximè ambitionem si saperent, conuentionem, simoniam, vel aliam turpem rationem, *ex cap. Nulla de concess. præb.* Ratio autèm huius canonicæ, ac prudentissimæ prohibitionis esse videtur, nè pateat ostiũ ambitioni, neuè simoniæ, alijsq. cupiditatibus sit locus, quæ à tàm sancta electione longè distare debent, & quod caput est, vt absit occasio, vel votum caprandæ mortis Pastorum Ecclesiasticorum, vt infrà ex *Paulo IV.* dicam, habetq. citatum *cap. Nulla de concess. præb.* generaliter loquens de omnibus beneficijs.

2 Sit assertio secunda. Consultationis tractatus de successore Præsule eligendo licet, adhuc non vita functo Episcopo. Hæc assertio communis est DD. quidquid in contrarium scripserit *Azor. 2. part. lib. 3. cap. 28. quæst. 19.* Et quidem Episcopo viuente, de ipsius licentia hoc fas esse sentiunt omnes. Vt enim ait *Innocentius num. 3. circa medium citatus*, potest Episcopus laborans Canonicos accersere, ad concordiam hortari, ac de certa persona sufficienda consulere, quæ prudenter fieri maximè possunt, atq. *ex cap. si transitus distin. 79.* à fortiori probatur de Episcopo. De Canonicis autèm etiam non coram Antistite ægrè laborante, sed inter se negotium agitantibus, totum hoc idem exploratum videtur Auctoribus, dummodò non decernerent, definirétq. personam, sed solum ad modum consultationis etiam in capitulo habitæ, vt scribit *Innocentius laudatus*, præsertim si non primariò Capitulum, sed secundariò fiat, vt *addit num. 4* cui subscribit *Bald. ad finem nu. 1.* qui quidem
3 quærẽs. Quid sit tractatus, ait esse, qui fit capitulariter, & solemniter non ille, qui fit perfunctoriè, ac difformiter ex eodem *Innoc.* Omnis tamèn debet abesse promissio, nullaq. intercedere obligatio, quæ prorsus illicita esse patet *ex c. 2. dist. 79. supra citato, & sequent.* nullaq. interueniente citatione, vt in *cap. Bona il secondo de elect.* nullo scrutinio, nullo compromisso, aut alio aliquo actu, qui ad solemnitatẽ, ordi-

Digitized by Google

ordinetur electionis. Addit *Abbas in cap. Bonæ il secondo de elect. num. 12. circa medium*, 2 fas etiam esse personam laudare aliquam, cæterisquè persuadere optimam esse ad Prælaturam, de qua tractatur; dummodo ij non deliberent. Ratio autèm esse potest, tùm quia ab intrinseco hæc mala minimè sunt, neq. ex se periculosa, possuntquè ex bono fine ad varias etiam spectare virtutes, vt infici turpitudine ex malo; & alioquin non sunt per ius positiuũ prohibita; ergo licita.

4 Dixi de priuatis Episcopis tantùm, nam de Summo Pontifice, quòd hæc etiam vera sint fauere videtur *cap. si transitus dist. 79. ab Innocentio, cap. Bonæ il secondo relatum num. 3. consentit Abbas ibid. num. 12. nec non Immola. num. 10. aliq. quos sequitur Turrecremata in citatum cap. si transitus, & in capit. Nullus ead. dist. n. 2. & passim alij*, asserentes licere Summo Pontifici cum Cardinalibus agere consultiuè de successore iuxta dicta sub initio nostræ cõclusionis, & quæ *lib. 8.* disputanda sunt; imò absolutè ab *Innocentio, & Panormitano* dicitur posse hunc tractatum consultiuum haberi, atq. ex sententia *Panormitani*, fauet *cap. In nomine Domini 23. dist.* in quo de modo successoris eligendi statuitur à *Nicolao Papa, et cap. licet de elect. aliæq. etiam recentiores constitutiones de electione Sũmi futuri Pontificis editę*.

5 *V*erùm cùm in citatis textibus, & constitutionibus non de certa peragatur persona, sed de virtutibus, atq. ornamentis personæ in genere eligendæ, nec non de modo, ac ratione canonica seruanda in electione Pontificis. In primis seruanda censeo, quæ diximus præscripta, seruandaq. in cuiuscumq. electione Antistitis, ac turpia à fortiori in hac Summi Pontificis fugienda iuxta *cap. si quis Papa dist. 79.* Nec pyctacia promittere, id est scriptura obligatoria, vt habet *Glossa verbo pyctacium 30. quæst. cap. Pyctacium*, vel me quidem iudice pyctacium est album, in quo, & dies, quandò, cum aliquo quispiam de promotione tractauerit, & ipsemet tractatus exaratus fuisset; hoc autèm pyctacium esse latinè censeo; ait enim *Lampridius in Alexandri vita. Deniq. cum inter militares aliquid ageretur multorum dicebat nomina: de promouendis etiam sibi annotabat, & perlegebat pyctacium, & sic faciebat diebus pariter adnotatis, & quis, & qualis esset promotus.* Munera fugienda sunt præterea, vel tractatus per Sacramentum, aut iuramentum, coniurationes, in eis consensum, vel suffragium polliceri, aut hac de causa in priuatis conuenticulis factis deliberare, siuè decernere, quæ omnia tùm ad simoniam, tùm ad crimen læsæ maiestatis facta, viuo Pontifice pertinent, imò etiam eo consulto, vt scribit *Turrecremata citatus num. 3. & 4.* quamuis textus contrarium indicare videatur; nimirùm enumerata dummodo intrinsecè mala nõ sint, vetita non esse, consulto ipso Papa, de quibus *lib. 8.* vberiùs agemus; Igitur relata mortuo Pontifice ad simoniam saltem spectabunt, vetita sub pœna priuationis dignitatis, proprij loci, & communionis per citatum textum *cap. si quis*, vbi & præmium socio criminis accusãti promittitur. Qui quæ ratione cum in cæteris non sit admittendus, in crimine tamèn simoniæ, læsæ maiestatis, atq. hæresis admitti possit, leges apud *Glossam ibi verbo pertulerit, ac Turrecrematam n. 6.*

7 Ad propositum autem rediens, cùm in textu habeatur. *Si quis Papa superstite pio Romano Pontificatu cuiquam, quolibet modo, sanctam rem præstare conuincitur loci sui honore, vel cõmunione priuetur.* Si id tamèn fiat inconsulto Papa ob clausulam, quæ infrà ponitur, atq. eadem vrgente ratione ad quæcumq. dispositionis membra referenda est, vt sæpè dixi tùm *primo tomo lib. 2. disp. 7. cap. 2. nu. 4. & 5. tùm in hoc tomo disp. 14. c. 4. num. 22. & alibi*; idcirco q. superiùs ex *Abbate* retuli, posse Canonicũ v.g. viuo Præsule, laudare quempium eligendum, alijsq. proponere, vt optimum ad Prælaturam, de qua mox erit agendum, dùm tractatur de Summmo Pontificatu, videtur vetitũ per adductum textum; ni quis aliquem laudaret, alijsq. proponeret, tanquam optimum ad quodcumq. regimen in genere, non vt ei consulat, aut faueat, sed solum ad bonum Ecclesiæ, catholicæ; neq. speciatim persuadendo alteri, vt ei, quem laudat, ad Papatum suffragetur, sed potiùs, vt alterius virtutes, illustria dona, atq. ornamẽta ad bonum Christianæ Reipublicæ cognoscat. Quamquam tutiùs esset ab hoc tractatu etiam sub his formalitatibus abstinere.

8 A fortiori præterea viuo Pontifice, multa, quæ nec mortuo, licent, vitanda profectò sunt: sic esset tractatus ambitiosus *cap. Qualiter de elect. & cap. cum post eod.* tractatus simoniacus *cap si quis pecuniam de elect. cap per inquisitionem.* Item tractatus conditionalis, siuè conuẽtionalis, *cap. 2. de elect. & 1. q 2. quam piè, nec non de pactis cap. vlt.* tractatus incongruus, inhonestus, ac præposterus, vt *cap. nullus dist. 79. cap. Bonæ il secondo de elect.* Quæ omnia confirmantur, & certis pœnis contra transgressores præterea corroborantur per *cap. Vbi periculum in sexto, & per constitut. 38. Pauli IV. qui quidem*, cùm *cap. si quis Papa* retulisset, & confirmasset pœnas, rationes, tùm prohibitionis, tùm pœnarum his addit. *Exindè non modo Sacrorum Canonum sed etiam secularium legum interpretes peritissimi, & probatissimi ambientes Papatum, aut super eo Papa viuente, & inconsulto tractantes, seù conuenticulas facientes crimen læsæ maiestatis in primo capite, & simoniacè hæreseos incurrere decreuerint, nõ sine clara, & aperta ratione, cùm omnis tractatus de loco, dignitate, & bonis alicuius viuentis non consentiente ab vtroq. iure prohibeatur, & reprobetur, præsertim cum indè præsletur votè captandæ mortis, quod Sacri Canones, & venerandæ leges passim abhorrent, ac detestãtur. Accedit, quod cùm inter Pontificem, & Ecclesiam contrahatur spirituale coniugium, quod fortius est carnale, grauissimæ pœnæ ex vtriusq. iuris cẽsura imponitur ijs, qui constanti matrimonio de alio coniuge tractare præsumunt*, & infra prohibitionem extẽdit ad quoscumq. qui, Ponti-

Digitized by Google

sice viuente, atq. inconsulto *verbis, vel scriptis, aut nuncys cum aliquo de futuro Pontifice eligendo hactenus tractarunt, vel tractabunt, & tentabunt*. Quibus omnibus pœnas adiungit grauissimas.

9 Deindè dicendum est, consulto Summo Pontifice de illius consilio, & licentia (quidquid sit de alijs modis, de quibus Deo dante *lib.* 8.) veram nos cènseri secundam assertionē nostram, etiam de summi Pontificis electione. Quamobrem consultiuus de illa tractatus sanè licebit, poteritq. Sanctissimus Cardinales vocare, ad pacem, concordiam, electionemq. optimi successoris, faciendam suadere, atquè ad cętera ibi asserta. Est autem hæc doctrina *DD. in ratione dubitandi de Pontificis electione n. 4. laudatorum, aliorumq. communiter*. Et probatur ex textibus ibi per illos Auctores allegatis, ac dilucidatis; & ratio esse potest, quia cessant allegata momenta per *cap. Nulla de concess. præb.* & per *Paulum IV.* vt patet, qui quidem per exceptionem illis verbis expressam, ex cuius constitutione paulò antè relatis (*eo non consentiente*) firmare regulam videtur in contrarium, vt sæpè sæpius diximus, quam nos amplectimur, eo nimirum consentiente.

10 Et quidèm tales incidere possent circumstantiæ, vt opus omninò esset tractatu consultiuo ad successorem postea eligendum, cùm ex *Philosopho 3. ethicor.* consilium, ac tractatus deliberatiuus in rebus arduis semper prehabendus sit; & quænam magis ardua Pontificis electione? *cap. licet de elect. capit. Vbi maius eodem in sexto, demùm cap. in Nomine Domini dist. 23.*

11 Quæres quid consilij capiendum sit, quando Summus Pontifex, vel morbo graui, ac diuturno teneretur, quo nec regere posset Ecclesiam Dei, neq. consuli, vt haberetur tractatus, vel si morbus non esset diuturnus, vrgentissimæ tamen essent causæ ad consultiuum habendum tractatum, de quo Papa non potest consuli, nec ob vim morbi licentiam dare. Verùm si primam expedire vellem quæstionē in alienam profectò messem falcem immitterem. Pro secunda vero est opinio Panormitani absolutè dicentis, vt indicaui, posse tractatum consultiuum haberi, quippè qui sub circumstantijs in quæsito expositis probabilior videtur. Et sanè absurda *à cap. Nulla de concess. prębendæ, & à Paulo IV.* indicata procul esse deberent, atq. damna Ecclesiæ Catholicæ, nisi de successore tractaretur, imminere maiora, quā timeri possent ex tractatione. Cœterùm *bullis, & constitutionibus à me allegatis præcipuè Pauli IV.* standum omnino censeo, quousquè aliquid à Sancta Sede de hoc casu decernatur, à cuius nutu nunquam discedere fas est.

12 Sit assertio tertia; electio facta alicuius peculiaris Episcopi post mortem prædecessoris habito tractatu illicito de illomet electo, ante mortem Episcopi vita functi, non est ipso facto nulla, sed nulla decidenda, sic *Innocentius cap. Bonæ suprà citato il secondo de elect. & Abbas ibid. n. 12. §. ad secundum*, ratio est, quod nullibi legitur sancita hæc electio, ipso facto, esse nulla, sed nulla tantummodo reddenda, *cap. Bonæ citato*. Imò si recessissent Electores à pristino tractatu in vita Prælulis habito, atq. alterum eligerent, neq. cassanda esset electio, vt rectè *Innoc. & Panorm. citati.*

13 Hinc fit, non esse priuatos electores ob tractatum illum, viuente Præsule habitum, quāuis illicitum; quod iure cautum minimè hoc fit, sed puniendos esse ob tem illicitè factam, etiam si retractauissent electionem, quam cōtra ius habuere per *cap. 2. de maior. & obed.*

14 Electio autem Summi Pontificis, quæ de eadem persona habita, de qua tractatus initus fuit, viuente, atq. inconsulto Papa, censenda esset nulla, per allegatam *constitutionem Pauli IV. incipientem Paulus, &c.* Cùm similem habentes tractatus, ipso facto priuationem subeant cuiuscumque dignitatis, atque honoris Cardinalatus, atque iurisdictionum quarumcumq. nec non voce actiua, & passiua, idq. ipso facto: per ea. *Quodq. similes sententias, censuras, & pœnas respectiuè incurrerint, & incurrant ipso iure, & facto, ac sine alicuius sententiæ prolatione.* Et consequentèr inhabiles ad electionem validam faciendam. Verùm cùm *in bulla Gregorij XV. §. 22.* hęc habeantur. *Volumus etiam, & decernimus censurarum, & excommunicationem prædictarum, & aliarum quarumcumq. prætextu, vel causa Cardinales à Summi Pontificis electione activa, & passiua excludi nullo modo posse, quas quidèm censuras, & excommunicationes ad effectum huiusmodi electionis tantum illis aliàs in suo robore permansuris suspendimus, &c.* Electio personæ eiusdem, vel alterius post tractatum habitum, viuo Pontifice, censenda non erit nulla, ex vi dictarum censurarum, vel pœnarum à prædecessoribus *Gregorij XV.* impositarum, vno excepto euentu, sic *ab eadem bulla Gregorij expressa §. 19. Quod si electio huiusmoni aliter celebrata fuerit, quam in conclaui, &c. vel quasi per inspirationem nullo præcedente de persona speciali tractatu, omniumq. pariter Cardinalium præsentium in conclaui communiter, nemine itidem dissentiente, per verbum eligo intelligibili voce prolatum, aut scripto, si voce non potuerit expressum, nulla sit, & inualida eo ipso, &c.* Quibus neq. inualidam videtur reddere electionem factam quasi ex inspiratione, cui præcessit generalis tractatus, quandocumquè fuerit habitus, cùm eam irritam solum facere videatur præcedente speciali, quandocumq. prius habito: quod tamen mea tantùm auctoritate nolo assertum.

15

16 Quòd autem de electione facta de illo, qui Papalem aucupatus est dignitatem per ambitionem, seù seditionem dicendum sit, docet *cap. In nomine Domine 23. dist. nec non Abbas, cap. Bonæ il seconda de elect. n. 13.*

17 Superest de pœnis agamus, de quibus vltimo loco disputandum proposuimus. Et quidèm nullas inuenio de facto incurri per electionem personæ, de qua illicitus habitus erat ad Episcopatum tractatus definitiuus, nequè per ipsummet tractatum, *vt nu. 13. indicamus*, sed puniendos esse prò qualitate delicti. Prætereà

Digitized by Google

cereà siue de electione facta post tractatum, siuè de ipso tractatu ad electionē Summi Pontificis, pœnas expendere, nostra non interest, ac deducuntur ex textibus citatis.

18 Itaq. satis dixisse videor de tempore faciendæ electionis, siuè promotionis ad Episcopatum, si meum monuerim Lectorem, neq. decere noctu electionem haberi, nisi aliqua vrgente necessitate, nè clandestinè facta censeatur, contra *cap. Quia propter de elect. Electiones, vbi Abbas*. Dicitur autèm clandestinè fieri electionem, quando singulariter habetur, atque occultè per occulta conuenticula, vel quando non publicatur, vt ibi *Glossa, & 79. dist. cap. 2. & 3. Abbas in capit. 1. de clandestinis desponsat. Felinus in capit. Consulsisti colum. 6. de officio deleg. & alij*. Quod si ex rationabili causa noctu fiat electio, non sine tribus luminaribus, est celebranda sic *Ripa libr. 2. respon. de rescript. cap. 13. num. 4. apud quem*
19 *alij*. Si commune fecerim prætereà per Canonicos electionem factam, electo denunciandā esse, octo intra dies ex *cap. Cupientes de elect. §. ceterum, vbi Glossa verbo octo dies*. Quod
20 quidem tempus ab electione peracta videtur etiam cutrere de momento in momentum, atq. ita computandum ob rationem indicatā *cap. 2.* & quia in fauorem Ecclesiæ viduatæ est decretus hic dierum terminus, vt colligitur
21 ex *initio citati textus*. Ex prœmio enim legis mens, & propositum deducitur legislatoris, quemadmodum *1. tomo lib. 4. disp. 1. cap. 4. nu. 4.* docuimus. Neq. in contrarium vrget, quod vtatur textus aduerbio commodè *infrà octo dies*, (nimirùm) *postquam commodè poterunt, electis præsentare distulerint, ipsos, qui culpabiles extiterint, &c.* nam id aliud non significare puto, quam nullo intercedente impedimēto, quo legitimè censerentur Electores impediti; sicuti de trimestri electionis habetur in *textu nè pro defectu de elect.* nosq. exposuimus *c. 1.* indicatquè *Glossa huius textus verbo, qui*
22 *culpabiles*: Et probè monet *verbo electis*, non sufficere præsentationem huius electionis generali procuratori ipsius electi exhiberi, vt ad matrimonium carnale, neq. ante Tridentinū satis erat, etiam si aliqui casus speciale petentes mandatum in illo mandato exprimerentur à quibus ad matrimonium non datur extensio, vt probè *Sanchez ex mutis lib. 2. disput. 11. num. 3.* igitur à fortiori, vt argumentatur *Glossa* in casu nostro, in quo de matrimonio spirituali tractatur. Dummodò ratam non haberet Electus illam electionem intra tempus, intra quod ei debebat præsentari, *ff. rem rati hab. l. penult.* A cōtrario autem colligit eadem Glossa, satis esse præsentationem electionis factam Procuratori ad hanc specialiter deputato per eadem iura, *& de concess. præb. Accedens 32. q. 2. Honorantur, C. de acquir. possess. l. 1. cum similibus*. Imponatur deinceps pœna suspensionis triennalis à beneficis in ipsa Ecclesia possessis, de qua textus, & glossa.

23 De loco autèm scribere, quod mihi reliquū erat, superuacaneum cēsui; cùm vix in vsu huiusmodi electione Antistitum, vt sæpè dixi, sint; Neq. ex loci disputatione aliquid scitu dignum pendeat, quod luculenter, vt commune ad alias etiam aliorum beneficiorum electiones, à Canonistis nō sit dilucidatum, apud quos præsertim *Abbatem cap. 1. de poss. num. 33.* de validitate electionis in loco interdicto legendum est.

24 Quod autèm spectat ad locum, vbi Pontificis Ma. electio facienda sit, satis per *auream constitutionem de elect. Papæ Gregorij XV. sæpè citatam* declaratum est *§. 19.* per ea. *Si alibi celebrata fuerit, quam in conclaui clauso, &c. nulla sit, et inualida*. Quidquid sit de alijs aliorum Antistitum electionibus, quarum validitas vnico verbo expensa tantùm à loco pendere non videtur, & si tutius sit ab vsitato non recedere, vt de Episcopi electione in Cathedrali Ecclesia *cap. Quod sicut de elect. vbi Abbas, Baldus cap. Ad hæc de post. num. 2. Decius num. 3, & colligitur prætereà ex cap. cum Terra de elect. vbi Hostiensis* scribit consuetudinem, si alicubi in vsu esset, vt in alio loco, decēti tamen, ac decoro fieret, esse seruandam. Imo etiam absquè tali consuetudine si ad decorem requisitus, qualitatemquè negotij, alius esset locus, in eo fieri posset: cùm in dicto *cap. Quod sicut*, Cathedralis absolutè nō assignatur, quibus subsubscribit *Azor 3. par. lib. 3. c. 28. q. 16.* qui posse locū mutari electionis ex iusta causa, etiam ad Episcopatum contra Panormitanum docet *ibid. §. quæres, Accedit Marcus Antonius Cucchus instit. maiorum lib. 4. tit. 1. n. 23.* à quo dilucide de reliquis ad electiones etiam aliàs facientibus scribitur *vsq. ad finem cap.*

Digitized by Google

DISPVTATIO XVI.

De consensu, & iure per electionem acquisito.

HActenus disputatis quæstionibus ipsum, *quid esse* dilucidatum est electionis, nec non circumstantia *circa quid*, conditio nimirùm personæ, siuè digne, siuè dignioris, ex qua maximopere illa pendet. Circumstantiæ etiam *temporis, & loci* prò ratione nostri instituti declaratæ sunt: reliquum huius libri exposcit, vt illustretur ipsa circumstantia, *cuius gratia*, ea nimirùm ratione, qua sumpta est ab *Aristotele, atque à nobis lib. 5. disput. 1. cap. 3. num. 8. declarata*, quæ quidem est, id, ad quod dirigitur actio electionis, ad ius videlicet Electo conferendum. Primo igitur capite de consensu electi desiderato ad electionis complendum ius disputabimus, deinceps verò de ipso iure.

In dubio non præsumitur fraus. n. 16.
Maximè cessat præsumptio oblatis in contrarium probationibus. n. 17.

CAPVT PRIMVM.

De consensu electi.

SVMMA.

Quot quæstiones dilucidandæ. n. 1.
Consensus Electi necessarius est ad complementum electionis, atquè ad ius deriuandum in electum ipsum aliqua ratione perfectum. num. 2.
Consensus electi necessarius ad electionis vim signis externis sufficienter debet innotescere. num. 3.
Consensus hic electi consideratus satis erit implicitus. n. 4.
Consensus præstandus est ab electo intra mensem num. 5.
Mensis tot dierum sit, quot habet ille, in quo præsentata est electio. n. 6.
Ni consentiat intra mensem electio, qualecūq. per electionem quæsiuit ius perdit, ni ex propria conditione excusaretur, vel legitimè fuerit impeditus. n. 7.
Sufficit consensus hic electi etiam non simultaneus cum altero electorum habitus. n. 8.
In omni contractu satis est consensus diuerso tempore præstitus. n. 9.
Si electio non sortiatur effectum iustis de causis integrum tempus erit Electoribus iterum eligendi. n. 10.
Ante confirmationem, etiam post consensum, renunciatio valet quoad Renunciantem. num. 11.
In summam omnes temporis termini ad prouisionem Ecclesiarum, & beneficiorum rediguntur. n. 12.
Quid sibi vult clausula dummodò in his non sit fraudulenter adductum. n. 13.
Alleganti fraudem incumbit probare. n. 14.
Per coniecturas fraus probatur. n. 15.

1 SEptem sunt mihi declaranda ad perfectam huius quæstionis dilucidationē. Primùm an Electi consensus necessarius sit ad electionis complementum, vt ex ea qualecumquè sit, quod deriuat ius in electum vim habeat. Secundum an externis exprimi signis necessariò debeat. Tertium, an tacitus sufficiat, vel expressus semper necessariò requiratur. Quartùm, tempus, iuxta quod consensus præstandus est, & qua ratione computandum. Quintùm, nùm per Procuratorem dari possit. Sextùm, quid iuris, si non possit consensus haberi. Septimùm denique quid si non sit eodem tempore vterq. consensus eligentium, & electi, vel si hic dissentiat. Verum antequam primum aggrediar punctū, admonere habeo, non esse quæstionem de cōsensu ante electionem à Præsentando dato, quippè qui, & illicitus est, & electionem subsequutam aliquando vitiat, vt probè tradit *Firman. de Episcopo lib. 2. par. 1. quæst. 61. n. 100.* Quando autem illicitus non esset, diximus *lib. 4. disp. 12. c. 1.*

2 Assertio prima. Consensus electi necessarius est ad electionis complementum, & ad ius aliqua ratione perfectum, quod *sequent. cap.* dicendum est deriuari ad electum. Quam conclusionem supponere videntur Auctores. Ratio est, quod inter Electores loco Ecclesiæ sponsæ, atq. Electum, matrimonium quasi cōtrahitur spirituale, vt deducitur ex *cap. Inter corporalia de translat. vbi num. 9. id notat Abbas*; atqui coniugium absq. consensu stare non potest, ergo &c. Hinc *cap. Inter Canonicos de elect. §. discretioni vestræ mandamus*, dicitur *si dictus Præpositus eidem electioni consenserit, vt per mutuum consensum eligentium, & electi, quasi coniugale vinculum spiritualiter sit contractum; vbi Glossa ad verbum, quasi coniugale* notat consultò id dictum, quia requiritur præterea confirmatio ad perfectam vinculi rationem; quæ quidem confirmatio necessariò consensum supponit, sine quo merito dicimus, illud coniugium stare non posse. Imò ad

vin-

Digitized by Google

vinculum absolutè contrahendum, docet *Abbas in cap. Cum inter Canonicos de electione citatum num.* 4. non requiri confirmationem, quę quidem illud matrimonium facit ratum, à quo absq. facultate superioris recedi non potest, vt in *cap. 2. de renunc. Episcopi.*, & vt dicitur ex consensu viri, & vxoris stat matrimonium carnale, ita suo modo spirituale. Secundo, quia confirmatione nullus tribuitur consensus, sine quo coniugium, neq. de potentia Dei absoluta stare potest, non solum in ratione contractus, à propria contrahentium voluntate tanquam à causa deriuatus, vt docet *Palatius 4. d. 27. disput. 1. fol. 153. Ledesma in 4. part. 2. quæstion. 47. art. 1.* nec discrepat *Sanchez disp. 26. de matr. num. 1.* verùm etiam essentialiter consideratum, quippè quod non in mutua corporum traditione, quæ, matrimonio permanente, transit, neq. in mutua obligatione, & subiectione ad reddendum debitum, quæ quidem, vel alterius coniugis adulterio, vel religionis ingressu, communi paritèr consensu, perseuerante matrimonij consumati vinculo cessat, sed in ligamine, & vinculo, quo formaliter sunt coniuges vniti, orto ex mutua traditione, & reali relatione fundata in consensu, & contractu, aliqua ratione externo, vti docet *Petrus de Ledesma citatus de matrim. quæst. 4. art. 3. fol. 128. col. 2. Enriquez de matr. lib. 11. cap. 8. num 2. ac deducitur ex D. Thoma 4. dist. 27. quæst. 1. art. 2.* Hoc autem vinculum, siue coniunctio, cum relatio sit realis, absquè fundamento, ac termino esse non potest, quippè quæ cùm fundamento identificatur, mea quidem sententia, & à termino essentialiter pendet. Et sicut neq. coniunctio effectiua mutuæ dilectionis absquè amore mutuo, qui quidem etiam aliquo pacto in genere causæ formalis, ad illum vinculum se habet, sic etiam copulatio animorum coniugum à voluntate mutua consentiente: in quo sensu *Gabriel 4. dist. 27. quæst. 1. art. 1. Adrianus ibid. quæst. 2. de matr.* de essentia ipsius matrimonij consensum esse dixerunt. Sed ex matrimonio carnali ad spirituale per *cap. Inter corporalia de transl.* aliaq. iura sæpiùs citata, valet argumentum, vt sæpè dixi, ergo, &c. Et licet inferiùs asserendum sit electum posse cedere electioni etiam post consensum, ac posse Electo, qui semel cõsensum præstitit, reiecto, alterum eligere Electores, hoc tamen non obstat necessitati consensus; ad positiuam rationem coniugij spiritualis inundi, qui tamen perficitur, vltimúq. robur à confirmatione recipit, à qua necessariò supponitur.

2 Secunda assertio. Consensus electi sufficientibus ad sui manifestationem debet signis innotescere. Nam de ratione huius coniugij spiritualis, quod quidem inter homines celebratur cordis intima ignorantes, est, vt externo signo patefiat. Et paritate coniugij carnalis confirmatur, de cuius natura est siue in ratione contractus, siue Sacramenti, vt signis externis animus, & consensus aperiatur internus. A qua veritate cœnum illud, & labes *Vuicleph* ausus est dissentire, quem eruditè *Vualdensis de Sacram. cap. 132.* reiecit, siue autèm hæc signa se habeant instar conditionis, vt volunt nonnulli, siue vt ratio intrinseca illius, vt de carnali in ratione contractus, & Sacramenti, sicut censent alij, nostra non interest; cum hoc, de quo loquimur, matrimonium, similitudine quadam, non autem ad vnguem cum carnali conueniant. Atq. ab hac assertione, sic explicata neminem arbitror dissentire.

3 Assertio tertia. Consensus hic desideratus satis erit implicitus. Moueor quia hic consensus ad multa sufficere constat, vt videre est apud *Abbatem cap. Dilecti de fõro compet. nu. 4. & cap. Inter corporalia de transl. nu.* 28. neq. est, cur hanc ei vim in hoc casu denegemus. Secundò quia hic idem consensus sufficit ad sponsalia, vt definitur *cap. Litteras cap. Acceptas de desp. impub. & cap. vnico in princip. & §. porrò eod. tit. in sexto, vti ex DD. consensu probat Sanchez lib. 1. de spensalibos disp. 16. à nu. 5.* Quo autèm pacto cognosci possit hic implicitus assensus deducetur ex his, quæ scripsimus *lib. 1. disput. 5. cap. 6. num. 24. & cap. 7.* Nùm autèm consensus electi virtualiter contentus ipsius præsẽtia, sufficiat, & nùm validè dari posset per Procuratorem, litteraſq. dicemus *lib. 8. disp. 4. c. 1.*

4 Assertio quarta. Consensus assertus probandus est ab electo intra mensem, sic in *cap. Quàm sit de elect. in sexto adiuncta Glossa verbo Mensem.*

5 Assertio quinta: Hic mensis ita computãdus est, vt dies tot habeat, quot hic ipse, in quo præsentata est electio, cuius si dies aliqui lapsi fuerint, suppleantur ex sequẽti, vt probè Glossa citata, & nos *superiori disput. c. 2.* probauimus. Eius autèm initium à tempore ait Textus præsentationis esse ducendum, ideſt ab hora præsentationis, cùm debeat currere de momento in momentum, & quia assignatur terminus à quo, & quia in fauorem videtur concessus Ecclesiæ viduatæ, atque electi, vt maturè boni, rectiq. consulens tãtũ, vel subeat vel refugiat onus. Neq. vti rectè monet *citata Glossa notando secundo* post expressionem casus tenetur electus illicò consentire; neq. expedit, nè dignitatem ambire videatur; poterit ramèn absolutè, si voluerit.

7 Assertio sexta. Ni consentiat intra mensem assertum Electus, qualecumq. ius quæsierit per electionem, perdit, nisi fortè conditio personæ aliquo pacto impedimento esset, vt in Religioso, sic *citatus textus adiuncta Glossa.* Cùm autem nos de conditione personę religiosæ, cui licentia petenda est, ac de reliquis ad Regularis electionem expenderimus *tomo 1. lib. 4. disp. 1. per nonnulla capita*, non est cur immoremur. Præterea si legitimè impeditus fuerit: Electus ad consensum præstandum non ei currit tempus, quod impeditus minimè differt, *de concess. præb. cap. Quia diuersitatem, & nos supra disputat. cap. 1. & 2.* diximus. Quamobrem solam negligentiam notat *Textus secundum additionem ad Glossam citati cap. quam sit, verbo distulerint*, & causam iustã, siue impedimentum excludit. Adderem ipse à for-

Digitized by Google

à fortiori, & contemptum etiam, qui procul dubio magis offenderet.

8 Assertio septima. Ex se videtur sufficere consensus etiam non simultaneus. Pendet hęc assertio ab altera simili de matrimonio carnali, nùm ad illud requirantur consensus simul præstiti, & vt probabilior est pars negans, dùmodò consensus alterutrius perseueret, ita in matrimonio hoc spirituali; cum ex vno ad aliud valere sæpè probauerimus argumẽtum. Itaq. non obest aliquam intercedere moram, 9 cùm in omni contractu satis sit consensus diuerso tempore præstitus *l.1.§.1.ff. de verb. oblig. & l.1.§. sed verior, ff de contrab. empt.* sic in omnibus contractibus per nuncium, litteras, vel Procuratorem; & matrimoniũ etiam hoc pacto contrahitur, vt eruditè *Sanchez libr.2. disput.11.& 12.* quando consensus simul non adhibeatur. At non adeo religione teneor, vt moralem, etiam arctissimam horum consensuum eligentium, atq. electi expetam simultaneitatem; sed vel esse satis alterum alterius persistere; nec reuocatum esse, vt ad matrimonium carnale sufficere docuit *Maior in 4. distin. 27. quæst.1 Nauarrus summa cap. 22. nu. 80, & alij*, vel moralem hanc simultaneitatem lato modo acceptam, vt Auctore *Soto 4. dist. 27. quæst.1. art.3. & Ludouico Lopez 2. part. instruct. de matr. fol.* 1056. quæ tamẽn post septennium intelligatur non satis esse ad carnale matrimonium, vel ad summum, vt ait *Enriquez libr.11. de matrim. cap.3. num.6.* biennio intercedente. Hinc ad rem nostram *Abbas cap. Cùm inter Canonicos* scripsit necesse non esse, vt tempore consensus præstiti ab electo, perseuerent Electores in formali assensu. Imo etiam si dissentirent nunc; nàm cùm de iure non possint recedere, vel publicato scrutinio, vel præstito electi consensu, quemadmodum *seq.* dicemus *disputat.* perinde est, ac si permanerent in illo consensu: quidquid nescio quis Auctor contrarium dixerit ab eodem reiectus *Panormitano per cap. citatum, cùm inter Canonicos*, vbi & consentire videtur, idest in vnum simul ire consensum Canonici, ex quo nequeunt resilire; & fauet *cap. finale de procur. in sexto*, ideoq. matrimonium spirituale *in dicto cap. cùm inter*, contrahi censetur; Neq. obstat *cap. cùm posi de elect.* quod de electione, publicato scrutinio, statim non habita loquatur. Et licet *Glossa* dicat etiam propter vitium Electi electionem illam fuisse cassatam; quòd eius consensus fuerit requisitus, atq. ante electionem præstitus, hanc verò interpretationẽ illa non defendit, vt notat *Abbas num.2.* Addo requisitum non fuisse huius electi consensum, antequam scrutinium, & factum, atq. in scriptis redactum, & publicatum esset, quãdo notari vitio posset ambitionis, sed solum antequam fuisset electus electione nimirùm cõmuni. Quarè non peccauit in formam electionis iure naturali constantis ex suffragijs tantum, vt ibi probè *Io. Andreas, & Abbas nu.3.* Neq. ex qualicumq. culpa deducitur ambitio, neq. necessitas simultanei consensus.

10 Vltima de hac quæstione assertio deducenda est *cap. si electio de elect. in sexto. Si electio ex eo non sortiatur effectum, quia Electus consentire recusat, vel post consensum renunciat iuri suo, aut fortè diem claudit extremum, seù propter occultum eius vitium irritatur, Electores, (qui iam fecerant, quod spectabat ad ipsos intra iuris terminum eligendo) habebunt à discensu, renunciatione, morte, vel irritatione prædictis, ac si vacatio noua esset, tempus integrum ad electionem aliam celebrandam, dummodò nil fraudulenter egerint in præmissis.*

11 Ad quem Textum illud notatu dignum puto ante confirmationem etiam post consensum in omni casu renunciationem valere, libetè ab Electo habitam quoad ipsum Electũ: in nullo tamẽn quoad superiorem, cui non fieri debet præiudicium. *Sic Glossa post multa, verbo renunciat.* Etenim si ad Superiorem res delata sit, & contrà Electum obijciatur, quod electionem valet annullare, poterit ille de veritate inquirere, *de supplenda negligentia Prælatorũ. c. licèt*, Aliàs illudi posset. *de postul. cap. Bonæ il fecondo, §. Nec nocebat.* Et sicut de iure defuncti, quandoq. quęritur, vt ius innotescat superstitis. *De arbitrio, ex parte*; sic & in casu proposito. Quod si res delata non fuerit adhuc ad Superiorem, nec tenebit renunciatio in eius præiudicium; qui quidẽm ex officio habet prouidere per *cap. Quamquam de elect. in 6.* At si ex morte suum sortita non fuerit effectum electio, vel ob delictum occultum, de quo nos tùm *supreriori disp. tùm tomo* 1. ex instituto egimus, integrum erit ad aliam celebrandam electionem, siuè tertiam, & quartã, ac deinceps; sic rectè *Glossa verbo alium*, si secundus, vel tertius dissentit, renunciat, vel moriatur, vel suo occulto vitio cassetur.

12 Ex his in breuiarium redigo tempora ad expeditionem Ecclesiarum vacantium assignata; nàm primò dantur tres menses Electoribus ad eligendum ad Cathedralem, vel regularem Ecclesiam, vel sex ad alia, secundum distinctionem *cap. Nulla de conceff. præb. adiuncta glossa verbo infra sex menses*: ad præsentandum autẽm datur tempus, quàm citiùs fieri possit, & adhuc octo dies *cap. Quàm sit de elect. in sexto, & cupientes in princip. & §. cæterùm eodem.* Ad consentiendum vnus conceditur mensis Electo, si libertatem habeat, aliàs arbitrio Iudicis, quæ omnia super expendimus. Præterea ut *seq. libr.* dicturi sumus ad petendam confirmationem tres assignantur mẽses *cap. Quàm sit de elect. in sexto*. Ad consecrationem autẽm alij tres 100. *dist. Quoniam, & 72. dist. cap.2.* & si pallium petendum sit, hoc faciat à tempore cõsecrationis intra tres alios menses 100. *dist. cap.1.* In causis autẽm Regularium, vel Cathedralium, quæ ex immediata subiectione, vel appellatione deuoluuntur ad Papam, seruandum est decretum *Nicolai Papæ eod. titul. de elect. in sexto Cupientes*. Nùm autẽm possit hic consensus reuocari *seq.* dicemus *cap.* Cùm pendeat ex iure, quod acquiritur Electo. Insuper, vt cum *Trident. sess. 24. cap. 18. de reform.* loquar. *Episcopus, & qui*

ius

Ius patronatus habet infra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum, idoneos aliquot Clericos ad regendam Ecclesiam coram deputandis examinatoribus nominet. Legenda præterea est *constitutio Pij IV. 108.* seruandum *decretum Trident. de elect. sup. reg. sect. 25. cap. 6.* Nec non decreta *Clementis VIII. de reformat. Regul. edituum anno 1598. & 1601. n. 36. confirmata ab Vrbano VIII. decreto 26.* Quoad Abbatissas autèm seruandum est decretum *Trident. laudati c. 7. & Gregorij XV. const. 18.* cum suis declarationibus.

13 Demùm quid clausula vltima velit, dummodò non fraudulenter egerint, &c. *Glossa*
14 *verbo fraudulenter* exemplo rectè declaratur; quæ etiam notat eius interesse fraudem pro-
15 bare, qui eam allegat. Probatur autèm fraus per coniecturas, sic *Abbas in cap. Nobis fidt nu. 4. de sim. & Menoch præs. 3. nu. 45.* Neq. præsu-
16 mitur, nisi probetur, vt idem *præsump. 78. lib. 6. n. 3.* In dubio autèm minimè præsumitur, *idem præsump. 82. nu. 10. & præsumpt. 81. eiusdem lib.*
17 *n. 29.* Et maxime cessat omnis præsumptio probationis in continenti oblata *præsumpt. 47. lib. 2. n. 1.*

CAPVT SECVNDVM.

Vtrum ex electione, & consensu electi ius ei comparetur ad Episcopatum: Duæ referuntur sententiæ.

SVMMA.

Quæstionis vtilitas. n. 1.
Sensus quæstionis. n. 2.
Prima sententia docet nullum ius electo per electionem etiam acceptatam conferri. n. 3.
Secunda sententia ius Electo consentienti comparari scribit. n. 4.

1 INscripsi hanc quæstionem ad Præsulatũ contractam, ad alia beneficia ne vagetur oratio, quæ quidem ex his disputandis facili negotio dilucidari poterunt. Et quidèm satis superq. apud Auctores disputata nostram iure suo requirit industriam, cùm ex ea non explicatio solum causæ efficiẽtis Prælaturæ, vti suo loco videbimus, verùm etiam exercitium, imò facultas ad munera Præsulatus obeunda ex parte pendeant.

2 Nosse autèm ad hoc oportet, sermonem hic non esse de iure, quod supposita institutione beneficiorum vnusquisq. Candidatorum pro ratione meritorum, superioribus disputatum est disceptionibus, verùm de proximo, & formali per ipsam electionem competenti electo, de quo.

3 Prima sententia docet per electionem etiam acceptatam, consensuq. electi firmatam, nullum ius ei comparari; quæ quidèm sententia maximum sui cognoscit defensorem *Turrecremata, cap. Quanto dist. 63. num. 4. a quo citantur Hostiensis, Innocentius, Vincentius, & alij.*

Et probatur primò, ex electione non contrahitur plenè matrimonium spirituale inter electum, & Ecclesiam; igitur sola electione etiam acceptata, non acquiritur ius administrandi res Ecclesiæ Electo; quippè qui adhuc sponsus non est. Antecedens probatur, tùm quia renunciare potest Electus electioni, & Præsulatui ante confirmationem absq. Pontificis facultatẽ, tùm ex *cap. 2. de transl. per ea*; *Sicut autèm Episcopus consecratus sine licentia Romani Pontificis non potest Ecclesiam relinquere, sic, & electus confirmatus*; circà quod verbum *Glossa* inquit, ergò ante confirmationem potest, quod verum est, quod adhuc habeat tenue ius, cùm possit repelli per exceptionem ex *cap. super his de actu sat. ergò.*

Secundò si Præsul electus ius haberet ex electione, posset absolutè dici Episcopus; cum vnusquisq. rectè à formis, & habitibus, qui ei insunt, denominetur: atqui nominati talis minimè potest, ergo.

Tertiò Electus ante confirmationem administrans punitur ex *cap. Qualitè, & cap. Bonę de electione, nec non de præb. Qudum*; cum eius electio irritatur; ergò potestatem administrandi non acquirit, nàm teste *Aristotele lib. de somno, & vigilia*, cuius est actus, eius est potentia; imo è conuerso, cuius est potentia, eius est actus; & iniuria prorsus esset electi, si potestatem haberet per electionem priuari eius exercitio.

4 Quartò ex *Apostolo ad Hebræos. Nemo sibi honorem assumat, sed qui vocatus tanquam Aaron*; per electionem igitur, propriumque consensum non comparat sibi quispiam administrãdi potestatem; alioquin assumeret sibi honorem, nec tanquam Aaron. Quod rationis momentum magnificat *Turrecremata*, aitquè *esse Innocentij cap. Qualitèr*, vbi reprehendens quemdam electum, quod se ingessisset in administrationem Episcopatus, addit. Non attendens, quod secundum Apostolum nemo debet assumere sibi honorem, &c. Quo circa Papa irritat illius electionem.

Quintò; nulla potestas spiritualis ab alio quàm à Deo, vel eius vices gerente in terris dari potest hominibus, supra cuius naturalem captum est; atqui potestas prælationis Ecclesiasticæ spiritualis est, vt per se patet; ergò à vices Dei Gerente, Summo Pontifice, per confirmationem dari poterit, & non ab Eligentibus & ipso electo consentiente.

Sextò, Omnis potestas Ecclesiastica, post Christum Dominum, à Petro dominium accepit, cui primò Pontificatus datus est in Ecclesia, vt ait *S. Anacletus*, & habetur *in cap. Innoua dist. 21.* igitur ex sola electione, & consensu absq. confirmatione Sedis Apostolicæ mediatè, vel immediatè, non acquiritur alicui potestas Prælationis Ecclesiasticæ.

Septimò si acquireretur potestas Ecclesia-

Digitized by Google

stice Prælationis electione, consensu firmata electi, sequeretur non omnem Ecclesiasticam potestatem à Sede deriuari Apostolica, contra cap. ità Dominus dist. 19. Sequeretur præterea non omnes Ecclesiasticas dignitates, & iura Prelationum institui à Sancta Romana Ecclesia contra cap. Omnes dist. 22.

Octauò sola electione ius administrandi cõparatur soli Papæ cap. in nomine Domini 22. distin. per ea: *Electus in Papam auctoritatem teneat regendi Romanam Ecclesiam, & disponendi, &c.* vbi Glossa secùs esse in alijs Prelatis notat, qui non habent ante confirmationem administrandi potestatem cap. Nosti de elect.

§ Secunda sententia docet electo consentienti purum esse ius ad rem, sic *Abbas moxcitandus*, & nonnulli pro prima parte nostræ conclusionis allegandi.

CAPVT TERTIVM.

Vera sententia de iure ad electum consentientem deriuato ex electione.

SVMMA.

Ius alterum ad rem, alterum in re, & quodnam sit. n. 1.

E Romana Sede, ac Pontifice omne ius eligendi ad Episcopos manat. n. 2.

Electio etiam acceptata per se, non confert expeditam administrationem Electo consentienti. n. 3.

Quodcumq. ius, quod ex electione in electum cõsentientem promanat, deriuatur ex Apostolica Sede, Christiq. Vicario. n. 4.

Ius proximum ad Episcopatum à Romano Pontifice promanans aptari debet naturæ beneficiorum. n. 5.

Per electionem Electo confertur immediatum ius ad rem, & mediatum in re ad beneficium Episcopatus. n. 6.

Expenditur vis dictionis donec *n. 7. & 8.*

Ex mala huius dictionis donec *intelligentia notam illibatæ Deiparæ virginitati scelestissimi mortalium hæretici inurere, conati sunt. num. 8.*

Quanti sit facienda Glossæ sententia. n. 9.

Confirmatio non tribuit, sed supponit ius electo quæsitum. n. 10.

Declaratur ius in re mediatum, & immediatum ad rem, quod est electo consentienti. numer. 11.

Potest electus consensum iam præstitum absq. licentia Pontificis reuocare. n. 12.

Quare ex coniugio carnali acceptans quis promissionem per verba de præsenti, non potest resilire, potest tamen è spirituali. n. 13.

In dubio non asserenda est obligatio. n. 14.

Iacens in re sibi, fauorabili consentire videtur. num. 15.

Ratio cur Eligentes resilire non possunt post consensum, vel publicationem scrutinij, potest autem Electus etiam post consensum. n. 16.

1 NOrandum habeo ius alterum esse in re, alterum ad rem, vt *libr. 5. disp. 2. num. 4. cap. 3.* scripsi. Illud autem pro præsenti instituto (quod à doctrina eloci citati non discrepat) est ius circa rem aliquam, ad quod res ipsa deuincta est. Ius verò ad rem est ius circa rem aliquam, ad quod res ipsa non dum est alligata. Et quidem rem iuri esse deuinctam, vel non deuinctam, maximoperè pendet ex iuris humani, aç positiui, dispositione, quod rectè notauit *Molina tom. 2. de iust. & iur. disp. 2. sub initio*; quæ iura, & magis expendam, & vt nunc distincta dicam *sequenti lib. disp. 3. c. 1. n. 3.*

2 Notandum secundo, & extremis tantum, vt dicitur digitis, tunc attingendum, quod è dignitate *lib. 9* nobis explicandum est, ab electis à Christo Domino Apostolis in Episcopos, quibus omnis auctoritas Dominicum pascendi gregem, Ecclesiamq. regendi concessa est, cæteros creatos esse Episcopos, eis succedentes, eorumq. vices gerentes *cap. Bonum vites distin. 78.* His autem vita functis in Summo Pontifice omnis potestas, Episcopatus conferendi, sita tantùm est: nimirum vt in legitimo D. Petri successore, Christiq. Vicario, super quam petram ædificata est Ecclesia Dei, è cuius Apostolica Sede omnis Patriarchatus, siue Metropolitani, siue Primatus, siue Præsulatus dignitas emanauit *cap. Omnes 22.* Ex Vicario Christi ergò deinceps, cui vniuersalis Ecclesiæ cura incumbit siue per expressum, siue per tacitum consensum Clericis, & Canonicis, seu Populo simul, seu alijs quomodolibet ad certas Ecclesias Cathedrales Episcopos designãdi, nominandi, eligendi, vel præsentandi facultas facta est, vt deducitur ex *cap. factus est, 7. q. 1. cap. Plebs, cap. Nosse, cap. Episcopus, cap. litteras dist 73. probeq. docuit Cardinalis Bellarm. libr. 4. de notis Ecclesiæ cap. 8. §. nota secundo, Necnon Azorius 2. part. lib. 3. cap. 28. aliique passim.*

3 His primoribus labijs gustatis, Prima sit assertio Electio etiam acceptata per se, non confert exercitium, atq. expeditam Episcopatus administrationem Electo consentienti; Est communis omnium pro quacumque sententia citatorum Auctorum sensus, estque expressus *cap. auaritiæ de elect. in sexto*, in quo cauetur nè per se, nequè per alium possit Electus ministrare; primisquè etiam à Turrecremata argumentis factis probatur. Addo neq. consuetudine contrarium induci posse, quod *Abbas* docuit *capit. transmissam, versicul. tertio casu, de elect. & capit. Qualiter eodem numer. 2.* quem sequuntur alij. Nisi daretur casus, in quo electo per solam electionem habentem vim etiam confirmationis tribueretur perfectum ius, quod possent Electores præscribere argumento, *cap. cum dilectus de consuetudine*,

&

Digitized by Google

& docet idemmet *Abbas cap. nihil de elect.* Dixi per se, nàm si quis in concordia fuerit electus, atq. in Prouincia valdè remota, & exemptus, soliq. Pontifici subiectus; indicatur quidèm posse administrare per *idem cap. Nihil de elect.* qui quidèm textus citatur ab *Abbate nu. 4.* Penas autem administrantis ante confirmationem expendemus infra *disp. 3. cap. 2.*

4 Assertio secunda. Quodcumq. ius siue ad rem, siue in re, quod per electionem, & consensum comparat Electus ad Episcopatum, tanquam à fonte, promanat à Sede Apostolica, & Christi Vicario, Romano scilicet Pontifice, modo explicando in 8. *lib.* Catholicis Auctoribus hæc assertio certa prorsus est, vt liquet, tùm *ex 2. notando*, tùm ex vltimis argumentis pro prima opione relatis; & si quæ rationum momenta in contrarium à blateronibus afferuntur hæreticis, eruditè ab *Eminentissimo Bellarmino reijciuntur lib. 1. de Clericis per decem capita.* Confirmatur, quòd institutio nouorum Episcopatuum in primis ad nullum etiam Ecclesiasticum competere potest, cui præscripta vna est regio, vel Diœcesis, cuiusmodi singuli sunt Episcopi, sed ad eum spectat, qui vniuersæ præest Ecclesiæ, cuius propriè interest illius protendere fines. Hæc autem facultas tùm instituendi, tùm prouidendi Ecclesijs, licet ad reliquos spectasset Apostolos ex delegatione, ad Petrum tamèn, suosq. legitimos successores ex officio, iureq. ordinario; igitur omnis potestas in præsentia, Romana manat ex Sede Apostolica. Confirmatur à fortiori ex iure Imperatorem eligendi, quod ad Principes electores à Romana deriuatum esse Sede, constat *cap. Venerabilem de elect.* ergo potiori titulo hoc merè spirituale ad Episcopatum.

1 Cæterum aduertere necesse quidèm est ius, quod fluere à Summo Pontifice dicimus, aptari debere naturæ beneficiorum, eorumq; institutionibus, ità vt siuè simplex, siuè curatum, vel Episcopatus secundum vniuscuiusq. naturam conferatur iuxta ea, quæ *superioribus disp.* dilucidata sunt; quia summus, ac præcipuus administrator beneficiorum est Papa, vt sæpè dictum est. Hinc consultò dixi proximè, ac formaliter, cum remotum sit dignè, vel Digniori hìc, & nunc expedito ius, supposita institutione beneficij, vt ad illud eligatur iuxta superiùs disputata.

6 Assertio tertia. Per electionem validam, acceptatam à Romana Sede radicitus, vti scriptum est, deriuatam, probabiliùs videtur Electo consentienti proximum immediatum, ac formale ius conferri ad rem, ac mediatum in re. Et quidèm quoad primam partem negantè ius in re immediatum, cùm Auctoribus primæ sententiæ absq. dubio sentire videor, qui quidem omne ius negantes electo, etiam consentienti, potiori nomine ab eo, fortiùs nempè in te, immediatè ab legabunt. Secunda nostræ conclusionis pars ius tribuens in re mediatũ, & est *Hugonis, & Goffredi apud adductum Turrecremat. & ab Abbate docetur cap Nobis de iure Patr. cap. Exhibita de iud. nu. 1. cap. Postulationem de postul. num. 4. & post quam de elect. nu. 2.* vbi non plenum ius hoc appellatur electi ante confirmationem, docent *Antonius de Entr. in cap. Nostra column. final. vers. non hoc scriptum de Rescrip. in cap. si electus de elect. num. 6. Philippus Franca in cap. 1. in principio, vt lite pendent. lib. 9. Stephanus Beltranus cons. 2. lib. 3. Felinus in cap. Quoad consultationem de re iud. & cap. super bis de accus. Decius cap. Postquam de elect. num. 10. & in l. mare, ff. de iure omn. iud. cap. 1. de confirm. vtil. vel inut. à fortiori, vt infra videbimus, sauet l. priuatorũ C. de iure omn. iudic. Baldus ibi post Cynum, & Glossa idem concludit in elect. facta per Collegia secularia, Albericus clem. vnic. de iur. iurando num. 4. & è Theologis est Molina tract. 2. de iust. & iure disp. 2. §. dixi à fortiori, vt mox indicabimus, Lessius de iust. & iure lib. 2. cap. 2. dub. 2. nu. 11. Azorius 2. part. lib. 6. cap. 14. quæst. 4. Laymann. lib. 4. tract. 2. cap. 12. num. 2. apud quos alij.* Probatur primo *ex textu*, me quidèm iudice, satis euidenti *cap. si tibi de præb. in sexto, si tibi absenti per tuum Episcopum conferatur beneficium licet per collationem huiusmodi (donec eam rata habueris) ius in ipso beneficio, vt tuum dici valeat, non acquires, &c.* Postquam igitur rãtam huiusmodi collationem beneficij habueris, ius in ipso beneficio acquires, vt tuum dici valeat; hoc itaq. vel in re, vel ad rem erit: non in re dicent aduersarij, nè desipiant; ergò saltèm ad rem.

7 Et quamuis non ignorem dictionem *donec* non semper implicare, imò nunquam, vbi sequitur absurdum, & licet huiusmodi particulę negent actum certo tempore factum; non tamen necessariò inferunt, vel asserunt alio tempore faciendum.

8 Ex qua minimè percepta doctrina impiè, atq. imprudenter Florem Virginitatis in Beata semper Deipara illibatum non semper fuisse amentissimi, profligatissimiq. Hostes pudoris, & pudicitiæ audent pronunciare in locum *Matth. 1. ad finem, & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum*; *Helui dius apud Hieronymum in lib. aduersus eumdẽ, Iouinianus apud Augustinum in libro de hæres. Ebionei, & cæteri q. Antidicomarianitæ, quos fregit S. Epiphanius hæresi 38. atq. eruditè, sapienterq. S. Hieronymus ac D. Augustin. citat.* alijq. quippè qui non quod deinceps; verùm quod antea factum non erat per Tò *donec* dumtaxat significatum doctè scribunt. Et habetur *cap. Quod dicitur de verb. signif.* Itaq. omnes hæ particulæ *donec, antequam, priusquam, & vsque*, & si quæ sunt aliæ similes, non semper affirmationem significant post tempus adnotatum, si negatio præcesserit; nec semper negationem, cum præcessit affirmatio, vt rectè *Hieronymus citatus, & Chrisostomus in 1. cap. Matth. ad finem, atq. indicatur cap. Ioseph de verb. signif.* Sed absolutè, ac remotis absurdis è contrario sensu prouenientibus, & dum non ad dubium explicandum, & certum tacendum, vt loquitur de Virgine *Hieronymus* asseruntur, tempus limitatum significant. Sic si maritus leget vxori vsum fructum, donec dotem non peterit, animo differendi dotis exactionem,

Digitized by Google

regimine minimè cogitatis; notum est enim, quod grex si Pastoris cura defuerit per auia gradiatur, & ob hoc familiarius inimici laqueos insidiantes incurrat.

6 Insuper si *Tridentinum sess. 16. cap. 5. de reformat.* meritò omnes Ecclesiæ Dei Prælatos, *monitos esse vult, vt attendentes sibi, & vniuerso gregi, in quo Spiritus Sanctus posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, vigilent, sicut Apostolus præcipit, in omnibus laborent, & ministerium suum impleant. Implere autem illud se nequaquam posse sciunt, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant, atq. ouium suarum, quarum sanguis de eorum est manibus à Supremo Iudice requirendus, custodiæ minimè incumbant. Quapropter placuit Sanctæ Synodo, antiquos omnes Canones aduersus non residentes promulgatos innouare.* Assertaq. residentiam, ità serio commendat etiam *sess. 24. de reform. cap. 1.* vt Auctorum nonnulli diuini esse iuris eam censuerint, quanto maiori optandum est desiderio, maioriq. contendendum conatu, seueraq. lege statuendum, vt viduatis Ecclesijs sponsus, ac Pastor, quàm primum detur; cuius viduitas, atq. priuatio maioris quidem est dispendij, quàm absentia, cùm siue Vicarios, siue alios ministros Episcopi viuentis, ac mox ad futuri, vel timor, vel debitū magis absq. dubio vrgeat, quàm non superstitis Antistitis, vel successoris, cuius nomine quemadmodum illi non funguntur officio, ità neq. eius poterunt frenari, aut vrgeri auctoritate. Eo vel maximè quòd impropriè dicitur vidua mulier, absente viro, propriè autem mortuo ex *Glossa in l. finali ad verbum orbitates, C. ad leg. Iul. de plag. vbi Baldus, & habetur per Alexandrum in l. eleganter, §. quod reprobos, ff. pi. act.*

7 Hinc *Eminentissimus Bellarminus in ea, quam expressit scriptura Clementi VIII. Pontifici Max. ex eiusdem præscripto danda, exarata, cap. 5. lib. 3* vitę eiusdem à Syluestro Petrasancta viro eruditissimo, mihiq. amicissimo, latinitati datæ, rerum, quæ reformatione in Ecclesia indigebat principem tribuit locum huic, quæ præ manibus est. *Prima (inquit Bellarminus) res est diuturna vacatio Ecclesiarum*, & post multa. *Difficile enim esset paucis explicare quantum detrimenti capiant Ecclesiæ viduatæ: in quæ vitiorum abrupta se grex præcipitet, dū caret Pastore; quantum sileſcat vinea Domini,*

8 *dum caret agricola.* Reliquum esset de pena priuationis potestatis contra transgressores pro ea vice imposita disputare; verùm cum similis à *cap. Cùm in cunctis de elect.* infligatur ob electionem Indigni à nobis *super disp. c. 2. exposita*, neq. prætereà quidquam habeamus addendum non est, cur agamus.

9 Hæc de singulis Episcoporum electionibus, in Summi Pontificis electione arctiùs vrgènt, de qua seruandæ sunt constitutiones allegandæ *seq. cap.* atquè ex his quanti sint momenti euidenter constabit expedita, & quam primum habita Pontificis Maximi assumptio: apprimè præ oculis à *Gregorio X.* exposita *in sexto cap. Vbi periculum maius intenditur, ibi proculdubio est plenius consulendum. Quàm grauibus autem sit onusta dispendijs, quot, & quanta sit plena periculis Ecclesiæ Romanæ prolixa vacatio exacti consideratio temporis edocet, & consideratа illius temporis detrimenta manifestant.* Quæ quidem vltra quàm dici possunt pericula, manifestaq. damna tùm prædecessores, tùm Gregorij compulerunt successores ad tot, tantaq. prudenter statuenda remedia, nè diù protrahatur Christi Vicarij electio, qui vt caput in membra sua vitaliter, ac spiritualiter influat.

10 Ad secundum punctum propositum secunda sit assertio *ex cap. Nullus deducta 79. distin. Nullus Pontifice Romano viuente, aut Episcopo Ciuitatis suæ præsumat loqui, aut partes ibi facere, nisi tertio die depositionis eius, adunato Clero, & filijs Ecclesiæ, et tunc electio fiat.* Quæ seruanda circa electionem Antistitis Papa inferioris; de summo autem Pontifice dicam infra. Hæc etiam statuuntur *cap. Bonæ il secondo de elect.* non quod per se, & ratione quasi ab intrinseco repugnantiam inuoluant, aut nefas sint; cum mortuo viro soluta sit vxor à lege matrimonij, *cap. vlt. & penult. de secundis nupt. & 7. quæst. 1.* sicut alterius vxor, verùm ad nonnulla absurda vitanda, vt enim *Glossa citati textus nullus* notat per ea. *Mortuo Apostolico, vel Episcopo aliquo Cardinales, Canonici in tantum festinabant, quòd nihil curabant de sepultura Defuncti, quod minimè rationi, atq. Ecclesiasticę disciplinæ, ac decori congruum erat.*

11 Et esto, Rege mortuo, coronam continuatione descendere notat *Baldus cap. Bonæ il secondo de elect. atq. instituta de hæred. quæ ab intest. §. tui*, de honestate tamèn post triduum debet coronari corona exteriori, manus impositionem requirente, officiorumq. celebritate *cap. Venerabilem de elect.*

12 Hinc fit illicitam solùm, atquè inhonestam futuram fuisse huiusmodi electionem ante sepulturam Prælati demortui, vt in *cap. Obeuntibus dist. 63.* non verò nullam ex *Glossa 2. citat. cap. bonæ*, cui accedo cùm *Innoc. Compost. Io. And. apud Abbatem ibi num. 11. Baldo num. 2. Immola num. 7.* quamquam *Hostiensis Vincentius, & alij*, contrarium senserint contra quos facit *cap. Episcopo 8. quæst. 1.* per ea. Qui post exitum prædecessoris potestatem habent dignum eligere, *& cap. Nullus 79 dist. nec non cap. si compromissarius de elect. in sexto adiuncta glossa, & notis ad eam sub initio.* Neq. ratio cessationis sufficiens per *cap. Bonæ* fuit tractatus ante sepulturam Antistitis defuncti, sed contemptus potiùs Canonici cuiusdam sicut igitur vxor mortuo viro carnali, honestum, rationiq. congruum est, nè intra annum nubat, luctumq. seruet; nō est tamen necesse per *cap. vlt. & penult. de secund. nupt.* ità in matrimo-

13 nio spirituali *argument. cap sicut 7. quæst. 1.* Ex quo textu *Innocent. cap. Bonæ il secondo sępè citat. ad finem numer. 4.* licèt olim propter exequiarum solemnia, differebatur (ait) tractatus vsq. ad tertiam diem post mortem, hodie tamèn post mortem fieri potest, hæc ille. Ex quibus cessante scandalo, vel periculo absurdi super

Digitized by Google

per à *Glossa* indicati, non videtur improbabile etiam licere, statim mortuo Præsule de altero prouidere; à quo non dissentit *Baldus*.

14 Dixi hæc seruanda in electione cuiuscumq. alterius Episcopi inferioris Papa, nàm de Summi Pontificis electione breui tantùm indicare habeo, seruandum esse cęremoniale *Gregorij XV. fel. record.* auctoritate editum anno Domini 1621. eiusq. decreto firmatum incipiente *Gregorius Episcopus*, &c. *Decet Romanum Pontificem*. Et confirmatum sub anno 1525. auctoritate *Vrbani VIII. const.* 45. *incipiente ad Romani Pontificis prouidentiam*. In hoc etiam rituali exequiæ decernuntur per nouem dies defuncto Pontifice, quibus completis iuxtà prudentissimè, ac sanctissimè statutas cęremonias ibi expressas, multa præscribuntur ad electionem spectantia. Nùm autem illicita, vel inualida etiã foret electio ante illas exequias, mea non interest dicere.

CAPVT SECVNDVM.

Quomodo computandum sit trimestre statutum.

SVMMA.

Quæstiones dilucidandæ. n. 1.
Trimestre computandum est ex obitus die Prælati vita functi. n. 2.
Ab hora mortis Antistitis defuncti currit tempus trimestris. n. 3.
Vltimus Trimestris dies est illius vltimus terminus, ac finis. n. 4.
Menses computandi ratione, qua currunt in Kalendario. n. 5.
Exemplum Lamberti reijcitur. n. 6.
Quomodo computandum trimestre, quod finitur in bisextili anno ex speciali Auctoris opinione. n. 7.
Ad decimum sextum annum nouitiatus, & ad vigesimum quintum minoris ætatis, qui finiretur sexto Kalendas Martij intercalaris anni, desideratur vigesimus quintus Februarij dies, qui repetitus in hoc ipso anno sextus etiã dicitur Kal Martij. n. 8.
Quid sentiendum sit de anno Nouitiatus Religiosorum si bisextilis fuerit, cuius finis sextus Kalen. Martij dies erit ex peculiari Auctoris doctrina. n. 9.
Tempus ad electionem faciendam datum, est quidem vtile, & dierum efficacium. n. 10.
Intercedente iusto impedimento in hoc trimestri non est petenda restitutio in integrum ab Electoribus. n. 11.
Siue à principio, siue inchoato iam trimestri proueniens impedimentum cursum semper impedit. n. 12.

1 DE numero singulorum mensium vniuersim disputare, quod tùm ab antiquioribus vtriusquè iuris DD. tùm à recentioribus, *Menochio præsertim lib.* 2. *de arb. iud. quæst. cent.* 1. *casu* 50. eruditè tractatum sit, actum profectò esset agere: ad rem tamèn nostram tria mihi præstanda sunt. Primùm assignare terminum à quo horum trium mensium: secundum terminum ad quem, ideſt finem trium mensium, & quot dies singuli habeant menses; tertium quid censendum sit de impedimentis.

2 Circa primum licet post triduum fieri possit, neq. anteà licitè, vti probabiliter dictum *sup. cap.* trium tamen mensium initium ex die deducendum est mortis Episcopi. Sic *Glossa cap. postquam dist.* 50. *verbo tres menses, & glossa cap. quam sit de elect. in* 6. *verbo mensem*, & patet ex textibus à nobis *sup. cap. num.* 11. & 12. allegatis; quibus addo *cap. obeuntibus dist.* 63. *vbi Innocentius per ea. Obeuntibus sanè Episcopis, quoniam vltra tres menses vacare Ecclesiam Sanctorum PP. prohibent sanctiones sub anathematis vinculo, &c.* atqui si non à die obitus, sed à triduo finito exequiarum initium sumendum esset trimestris, vltra tres menses vacarent sanè Ecclesiæ viduatæ, igitur, &c. idé argumentum duci potest ex *cap. Ne pro defectu de elect. sic etiam communiter DD. scribunt sequentes Glossam secundam cap. Bonæ il secondo de elect. apud Abbatem ibi numer.* 11. Quamobrem malè *Azor.* 1 *part. lib.* 3. *cap.* 28. *quæst.* 6. dicens à die notitiæ à Canonicis habitæ concurrere tempus horum mensium eo, vel maximè, quòd esset incertus eius terminus à quo, possetq. electio haberi Præsulis nonnullos etiam post dies trimestris, quod Deo dante illustrabimus *lib.* 8. *disput.* 2. *cap.* 4.

3 Dico præterea etiam ab hora mortis computandum hoc esse tempus, ità vt dies illa cõputetur in termino, sic *Ioannes Andræas, qui si Glossa citat. cap. Obeuntibus dist.* 50. dixisset tres menses ab hora mortis computandos esse, meliùs profectò dixisset, scribit. Confirmatur, quia quemadmodum tradidimus *tomo* 1. *lib.* 2. *disp.* 7. *cap.* 1. *num.* 7. omne tempus currit de momento in momentum, vbi aliter à iure non exprimitur, saltèm respectu eius, in cuius fauorem datur, vel exigitur, sed nè vltra tres menses Ecclesia viduata Prælato vacet, dispositum est per Sacros Canones in eius fauorem, vt de optimo prouideatur Pastore; ergo debet currere de momento in momentum. Confirmatur, quia tempus incipiens ab aliqua præscripta die determinata currit de momento in momentum ex *l.* 3. *§. minorum, ff. de minor.*

4 Hinc gradum ad secundum facio punctum, assignando terminum horum mensium vltimum, qui vltimus erit tertij mensis dies, ob eandem rationem paulò ante allegatam, tùm quia si ex parte perpendatur electorum hoc trimestre odibile quidem est, ac proinde dies incepta non est habenda pro completa argumento à contrario, *l. qua ætate, ff. de testam.* & patet ex multis, quæ loco citato 1. *tom. à num. præsertim* 13. *adduxi.* Men-

Digitized by Google

1 Menses autèm ea computandi sunt ratione, vt quod vni deest, suppleatur ex altero, ad integrum numerum dierum anni complendi. Sic *Glossa cap. Quam sit de elect. in sexto verbo mensem*, *Abbas cap. licet de supplenda num. 6.* *Baldus cap. nè pro defectu num. 3. & 6. Bartolus*, *l. cum bisextus num. 1. ff. de verb. signif.* alioquin non integrarent annum constantem trecentis sexagintaquinquè diebus; cum singulis mensibus triginta, vel triginta, & vnus, vel viginti octo assignentur dies.

6 Concinit *Lambertin. art. 14. 1. quæst. princ. 2. part. libr. 2. atq. ex eo Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 24. d nu. 14.* Verum exemplum ab vtroq. allatum in casu nostro non placet. Aiunt enim, cum electio debeat fieri intra tres menses à die vacationis, seù mortis, &c. talisq. dies fuerit v. g. octauus Ianuarij deficiunt vsq. ad numerum trigesimi primi diei, ex quibus constat mensis Ianuarius, septem dies; septima igitur dies mensis Aprilis erit vltima dies trimestris, quia Ianuarius accipit à Februario septē dies, & totidem Februarius à Martio, & hic ab Aprili. Cęterum fateor me quidem assequi hanc supputationem, at patere æquiuocationi, vt *lib. 4. disp. 12. cap. vnico num. 9. aliàs indicaui*; etenim non septem quis dicet, sed viginti tres deficere ad explendum numerum dierum ab octauo inclusiuè vsquè ad trigesimum primum, qui est vltimus Ianuarij. Quamobrem cum tempus hoc de momento in momentum currat, si octauus Ianuarij fuit principium trimestris, septem Ianuarij dies dicendi sunt excurrisse, profectò sufficiendi ex diebus Februarij; quamobrem septimus Februarij iam perfectus computabitur, eritquè complementum vnius mensis: secundi autem septimus Martij, trimestris verò finis, septimus Aprilis expletus profectò censēndus erit. Et hoc ipsum est, quod habet *Glossa ab his Auctoribus citata*, *cap. Quam sit de elect. in sexto*, *verbo mensem* dicens, si dies aliqui lapsi erunt supplendos ex mense sequenti, *Baldus*, *& Bartolus citati Io. And. Socinus senior in cap. Sacro num. 240. hoc idem volunt, & alij, quos eruditè refert, ac sequitur Menochius lib. 2. de arb. iud. quæst. cent. 1. casu 50. n. 21.* vbi quam amplexi sumus communem dicit esse opinionem, ex qua sequitur nonnunquam triginta, & vnum habere dies mensem. Ex his contra nonnullos, dicimus nō modo mensis dies numerandas hoc pacto esse, quando fit mentio termini à qno v. g. in casu nostro à morte Præsulis, sed etiam cum non fiat, cum eadem vtriusquè quoad hoc sit ratio.

7 Ex his etiam præterea fit, vt si trimestre hoc assignatum finiretur in bisextili anno 24. mensis Februarij, quæ dicitur sexto Kal. Martij, censeretur completa non eadem hora, qua vigesimus quartus dies Februarij in media nocte, sed præterea circitet sexquihora desideraretur ad complementum trimestris, quo dato pœnas incurrerent Electores: ratio, qua moueor est, quod cum singuli anni constent trecentis sexagintaquiaque diebus, & ferè sex horis; quæ quidem quater ductæ singulis quaternis diem constituunt, idcirco intercalari anno adiungitur, ita vt & vigesima quarta, & vigesima quinta Februarij tanquam si fuisset vnus dies, sextus dicitur. Kal. Martij; incedente trimestris fine in dicta vigesima quarta, non censebitur illud completum, nisi addatur sexquihora, cum singuli menses præter spatium viginti quatuor horarum vltimi diei (ad quam horam, & punctum spectandum esse docent omnes, qui hoc tempus de momento in momentum currere sentiunt, ex quibus *Abbas citatus num. 5.*) semihoram sibi vendicent, quę duodecies replicata sex illas integrant horas, quas diximus ab anno contineri. Qua propter cum vigesimus quintus Februarij dies quarti cuiuscumq. anni spectet ad complementum quatriennij secundum *Gregorij XIII.* reformationem; idcircò dicimus trimestre hoc ad illius quadriennij, & ad sui complementum desiderare sexquihoram alterius diei, vigesimi quinti nimirùm, qui secundo, atq. iterato dicitur sextus kal. Martij. Dices hoc idem asserendum in singulis alijs trimestribus singulorum annorum. Respondeo concedendo hoc quidem de tribus alijs trimestribus anni bisextilis, non autèm aliorum. Ratio disparitatis est, quod, & si menses singuli præter deputatos dies semihoram habeant, singulaq. trimestria circiter sexquihoram; verùm cum pœnès computum Ecclesiasticum in anno bisextili, destinetur dies vnus, qui numerum, tempusq. decursum penitùs adimpleat, de semestribus anni bisextilis ad hoc ab Ecclesia destinati ad pœnas, vel alia Ecclesiastica munera, peculiaris habenda est ratio. Quod si de cæteris annis probaret Amicissimus Lector ratiocinationē supra factam nulla meæ habita ratione Auctoritatis, eius iudicium relinquo integrum, ac liberum. Quæ cùm ità sint, quàm à veritate aberret *Lambertinus num. 3.* patet, qui quidem fœnore quodam, seù mutuo dierum ab vno alteri menſi dato sic implicatur, vt nullum emiserit fœtum solidæ doctrinæ.

8 Deducitur præterea ex his ad sexdecim annos præscriptos à *Tridentino sess. 25. de regul. cap. 15.* ad professionem validam, atq. ad ætatem minoris 25. annos requisitos *l. 3. §. minorem, ff. de minor.* diem desiderari vigesimum quintum Februarij, qui repetitus sextus etiam dicitur Kal. Martij, cū omnes hi anni currant de momento in momentū, & ratione indicata cōplendi, computandiq. sint, vti probè *Molin. tomo 2. de iust. tract. 2. disp. 573. §. atq. Sanchez lib. 2. de matrimon. disput. 24. num. 22. §. similiter credo*. Præterea, Nouitiatus annum statutum à Tridentino ante professionem Regularium currere de momento in momentum; & quia in fauorem Religionis institutum est, & quia ponitur eius initium computationis, ac terminus, à quo computandus est, à die nimirū habitus assumpti, & vbicumquè decretum requirit certum tempus, cuius indicat terminū à quo, debet illud computari de momento in momentum, quemadmodum supra diximus, ostenditq. *Sanchez ex multis n. 16.*

9 Verùm, quod non inuenio rectè decisum

ab

Digitized by Google

ab Auctoribus illud est, si annus Nouitiatus fuerit bisextilis,& perficiatur sexto Kal.Martij,nùm vigesima quarta die Februarij, vel vigesimaquinta censendus sit compleri: Nàm omnes,vel expressè dicere,vel supponere sanè videntur expectandam esse vigesimamquintâ diem Februarij,quo vltimum dari complemẽtum anno Nouitiatus putant,quemadmodum de trigesimo ætatis Episcopi, sextodecimo professionis, vigesimoquinto minoris ætatis dictum est.Cæterum ob proprium fundamentum *n.7.*iactum,secus mihi dicendum videtur. Itaq.vel habitum Nouitius sumpsit die vigesimaquarta Februarij anni bisextilem antecedentis,vel vigesimaquinta: Si annus Nouitiatus per assumptum habitum inceptus est vigesimoquinto Februarij, qui dicebatur quinto Kal.Martij hora meridiana, v. g. tunc aio vigesimaquinta die Februarij huius anni bisextilis,sexta hora post meridiem,completum esse annum ob rationem, quam mox subijciemus. At si vigesimaquarta Februarij die assũptus fuerit habitus, vel Nouitiatus aliàs inceptus in meridie vigesimoquarto die Februarij huius anni bisextilis pariter cẽsebitur perfectus hora sexta post meridiana.Quæ sex horæ desumendę sunt ex die vigesimoquinto Februarij, qui repetita vice dicitur sextus Kal. Martij,& ratio est eadem, quam super indicaui,quia singuli anni præter trecentos,& sexagintaquinque dies, sex circitèr sibi vendicant horas ad circuli solaris complementum, ex quibus quatenus repetitis integer naturalis fit dies,qui in anno intercalari, seù bisextili simul cum antecedẽti quoad computationem, vnum quasi diem quadraginta, & octo horarum conficit ex quo fit, vt vterquè quatenus naturalis,bisextus appelletur Kal.Martij;cùm itaq; annus bisextus secundum computum Ecclesiasticum in Christiana Republi. in rebus præsertim Ecclesiasticis seruandum,destinatus sit ad æquandum dictum numerum, ex quibus singula cõstant quadriẽnia,vt incidẽs hic tirocinij annus in bisextili ab Ecclesia designato,vt per vnum ipsius diem conflatum ex senis horis, quas vnusquisque annus quadriẽnij sibi asciscit,suum habeat complementum, desumptum ex illo die bisexto Kal.Martij pro rata sex horarum,cùm decem, & octo cæteræ horæ illius diei naturalis bisextilis non ad præsentem annum,sed ad tres alios antecedẽtes spectent. Quæ omnia ad speculationem tantum dicta sint;quòd in praxi cum communi sententia sentiendum sit ad scrupulos saltẽ declarãdos; Cur aũt hoc idẽ,vt supra in reliquis annis dicendum non sit, cum ad singulos sex horæ spectent, colligi facilè potest ex his,quæ de trimestri diximus eo,vel maximè, quod ad confusionem euitandam bisextus institutus est annus, in quo singulorum defectus ab vno suppleatur die, & vnusquisque annus certa esset hoc pacto mensura, de cuius ratione est,*Auctore Aristotele* 10.*metaphisicestom.*3.quod sit indiuisibilis,certa; & firma, traditurquè à *Simplicio*, qui quidem excepit à *Ptolomæo lib.de dimens.*

10 Ex textibus autem citatis *cùm Baldo capit. Nè pro defectu de elect.num.*1.colligo tempus, quod ad electionem faciendam datur esse vtile id est dierum efficacium secundum *Innoc. ibid.n.*2.

11 Deduco secundum ex eodem *Innocentio Abbate num.*4.*& Baldo* non opus esse petere restitutionem in integrum, intercedente iusto impedimento Electoribus, vt euitetur circuitus etiam si vltra tres menses impedimentum durauerit. Neq. opus esse distinguere de impedimento à principio prouenient, siue inchoato trimestri, cùm semper cursum illud impediat per *cap. Quod diuersitatem de concess.præb.*& cùm textus non distinguat, nec nos distinguere debemus, *ff. de public.l.de præt.ff.de test.mil.in fraud.l.finali,ff.de bon.Auctor.in poss.* Quomodo autem inter hæc impedimenta defectus computandus sit notitiæ *lib.*8.*disp.*2.*cap.*4.dicemus.

CAPVT TERTIVM.

Nùm ante mortem Prælati de alterius electioni licitè, ac validè tractari possit ab Electoribus, vel Promotoribus.

SVMMA.

*Quicumq. definitorius tractatus.cùm de fine, tùm de medijs electionis successoris ante mortem Antistitis est illicitus.n.*1.

*Consultationis tractatus de Episcopo successore eligendo licet,adhuc.non vita functo Præsule num.*2.

*Quid sit tractatus.n.*3.

*Super allata conclusio videtur posse locum habere in electione Summi Pontificis.n.*4.

*Multa fugienda in tractatu de Summo Pontifice eligendo.numer.*5.

*Quomodo socius criminis admittendus ad cætera delicta non sit, ad simoniam tamen, hæresim,crimenque læsæ maiestatis admittatur. num.*6.

*Non licet, quæ de eligendo Antistite tractatio aliàs licita,de Summo Pontifice successore eligendo, viuo altero, atque inconsulto .numer.*7.

Digitized by Google

Multa, quæ mortuo Pontifice licerent de electione successoris, sunt eo superstite illicita. numer. 8.
Consulto Summo Pontifice, de eius licentia potest haberi tractatus consultiuus eligendi successorem. n. 9.
Tales possent intercedere circumstãtiæ, vt necessarius, nè dũ licitus esset tractatus consultiuus de electione Pontificis successoris, de consilio tamèn, & licentia superstitis. n. 10.
Quid consilij capiendum, vbi Summus Pontifex ob grauem infirmitatem, neq. consuli, neq. facultatem facere posset ad tractatum ineundũ. num. 11.
Electio facta alicuius Episcopi, de quo viuente Prædecessore, fuit habitus tractatus definitiuus, non est nulla, sed irritanda n. 12.
Electores tractatum habentes in vita Præsulis definitiuum non sunt de facto priuati, sed puniendi ob rem illicitam. n. 13.
Electio successoris, de quo prius habitus est tractatus, viuente Papa, sua ta supradicta, non est in præsentia nulla, vno excepto casu. num. 14. & 15.
Quid censendum sit de occupante, vel aucupante papalem dignitatem. n. 16. remissiuè.
De Pœnis. n. 17.
Noctu non est facienda electio, neq. clandestinè. n. 18.
Electio denunciandæ electo intra octo dies. numer. 19.
Hi dies currunt de momento in momentum. numer. 20.
Ex proœmio legis mens, & propositum legislatoris deducitur. n. 21.
Non sufficit præsentatio facta Procuratori generali electi, dummodo ab illo rata non haberetur electio. n. 22.
De loco electionis Præsulis. n. 23. remissiuè.
De loco electionis Papæ. n. 24.

MIhi propositum non est hoc cap. quæstionem explicandi, nùm possit Prælatus, quicumq. sit, sibi successorem nominare, vel eligere, quam in nonum librum acturus de causa efficienti, vt in proprium locum libens reijcio, verùm de tractatu aliorum hic est futurus sermo. Huic itaq. quæstioni tria videntur esse membra: Primùm numquid licitus sit tractatus de successore, viuo Antistite, eligendo: Secundum, an validus sit, & nùm ipso facto nulla electio, vel annullanda: Tertiũ, an Canonici, vel quicumq. eligentes, & præsertim se obligantes ad certæ personæ electionem, priuati sint eligendi potestate.

1 Sit assertio prima, quicumq. tractatus definitorius siuè quoad finem electionis peragendæ, siuè quoad media ad eundem ordinata finem, illicitus est omnino ex se, ante mortem, siuè Pontificis Maximi, siuè cuiuscumq. Habetur expressè conclusio *in cap. Nullus 79. dist.* cuius verba *ad secundam 1. cap. assertionem nu.* 10. *retulimus*, & speciatim de Summo Pontifice *cap. si quis Papa dist. 79. & cap. 1. dist. 23. cap. vbi periculum de elect. in 6. §. hoc Sacro cõcilio constit. 38. Pauli IV. cuius initium, cum secundum Apostolum, edita anno 1558. constitut. Gregorij XV. edita anno 1621. confirmata ab Vrbano VIII. per suam constitutionem 45. editam anno 1625.* Atq. ex his, quæ scribam infra, expendens nùm assertio secunda in electione Summi Pontificis locum habeat, clariùs ista constabunt. De nostro autèm Episcopo patet *ex cap. Bonæ il secondo de electione per ea. Nec prædicta debet dici citatio valuisse, quia cum Episcopi mortem præuenerint, temeraria nimis extitit, &c. Sic docet etiam Innocentius* hic *à n. 4. Abbas n. 12. Baldus nu. 1. & 2. & alij.* Itaq. non modo non licet personam successoris eligere, sed neq. ad illam electionem alia decernere, vti præscribere locum electionis, iuridicè vocare vocandos absentes, aliaq. huiusmodi facere ad illam spectantia, enumerata ab *Innocentio citato*; maximè ambitionem si saperent, conuentionem, simoniam, vel aliam turpem rationem, *ex cap. Nulla de concess. præb.* Ratio autèm huius canonicæ, ac prudentissimæ prohibitionis esse videtur, nè pateat ostiũ ambitioni, neuè simoniæ, alijsq. cupiditatibus sit locus, quæ à tàm sancta electione longè distare debent, & quod caput est, vt absit occasio, vel votum captandæ mortis Pastorum Ecclesiasticorum, vt infrà ex *Paulo IV.* dicam, habetq. citatum *cap. Nulla de concess. præb.* generaliter loquens de omnibus beneficijs.

2 Sit assertio secunda. Consultationis tractatus de successore Præsule eligendo licet, adhuc non vita functo Episcopo. Hæc assertio communis est DD. quidquid in contrarium scripserit *Azor. 2. part. lib. 3. cap. 28. quæst. 19.* Et quidem Episcopo viuente, de ipsius licentia hoc fas esse sentiunt omnes. Vt enim ait *Innocentius num. 3. circa medium citatus*, potest Episcopus laborans Canonicos accersere, ad concordiam hortari, ac de certa persona sufficienda consulere, quæ prudenter fieri maximè possunt, atq. *ex cap. si transitus dist. 79.* à fortiori probatur de Episcopo. De Canonicis autèm etiam non coram Antistite ægrè laborante, sed inter se negotium agitantibus, totum hoc idem exploratum videtur Auctoribus, dummodò non decernerent, definirètq. personam, sed solum ad modum consultationis etiam in capitulo habitæ, vt scribit *Innocentius laudatus*, præsertim si non primariò Capitulum, sed secundariò fiat, vt *addit num. 4* cui subscribit *Bald. ad finem nu. 1.* qui quidèm

3 quærès. Quid sit tractatus, ait esse, qui fit capitulariter, & solemniter non ille, qui fit perfunctoriè, ac difformiter ex eodem *Innoc.* Omnis tamèn debet abesse promissio, nullaq. intercedere obligatio, quæ prorsus illicita esse patet *ex c. 2. dist. 79. supra citato, & sequent.* nullaq. interueniente citatione, vt in *cap. Bona il secondo de elect.* nullo scrutinio, nullo compromisso, aut alio aliquo actu, qui ad solemnitatẽ, ordi-

Digitized by Google

ordinetur electionis. Addit *Abbas in cap. Bonæ il secondo de elect. num. 12. circa medium*, 2 fas etiam esse personam laudare aliquam, cæterisquè persuadere optimam esse ad Prælaturam, de qua tractatur; dummodo ij non deliberent. Ratio autèm esse potest, tùm quia ab intrinseco hæc mala minimè sunt, neq. ex se periculosa, possuntquè ex bono fine ad varias etiam spectare virtutes, vt infici turpitudine ex malo; & alioquin non sunt per ius positiuũ prohibita; ergo licita.

4 Dixi de priuatis Episcopis tantùm, nam de Summo Pontifice, quòd hæc etiam vera sint fauere videtur *cap. si transitus dist. 79. ab Innocentio, cap. Bonæ il secondo relatum num. 3. consentit Abbas ibid. num. 12. nec non Immola. num. 10. alijq. quos sequitur Turrecremata in citatum cap. si transitus, & in capit. Nullus ead. dist. n. 2. & passim alij*, asserentes licere Summo Pontifici cum Cardinalibus agere consultiuè de successore iuxta dicta sub initio nostræ cõclusionis, & quæ *lib. 8.* disputanda sunt; imò absolutè ab *Innocentio, & Panormitano* dicitur posse hunc tractatum consultiuum haberi, atq. ex sententia *Panormitani*, fauet *cap. In nomine Domini 23. dist.* in quo de modo successoris eligendi statuitur à *Nicolao Papa, et cap. licet de elect. aliæq. etiam recentiores constitutiones de electione Sũmi futuri Pontificis editę*.

5 *V*erùm cùm in citatis textibus, & constitutionibus non de certa peragatur persona, sed de virtutibus, atq. ornamentis personæ in genere eligendæ, nec non de modo, ac ratione canonica seruanda in electione Pontificis. In primis seruanda censeo, quæ diximus præscripta, seruandaq. in cuiuscumq. electione Antistitis, ac turpia à fortiori in hac Summi Pontificis fugienda iuxta *cap. si quis Papa dist. 79.* Nec pyctacia promittere, id est scriptura obligatoria, vt habet *Glossa verbo pyctacium 30. quæst. cap. Pyctacium*, vel ne quidem iudice pyctacium est album, in quo, & dies, quandò, cum aliquo quispiam de promotione tractauerit, & ipsemet tractatus exaratus fuisset; hoc autèm pyctacium esse latinè censeo; ait enim *Lampridius in Alexandri vita. Deniq. cum inter militares aliquid ageretur multorum dicebat nomina: de promouendis etiam sibi annotabat, & perlegebat pyctacium, & sic faciebat diebus pariter adnotatis, & quis, & qualis esset promotus*. Munera fugienda sunt præterea, vel tractatus per Sacramentum, aut iuramentum, coniurationes, in eis consensum, vel suffragium polliceri, aut hac de causa in priuatis conuenticulis factis deliberare, siuè decernere, quæ omnia tùm ad simoniam, tùm ad crimen læsæ maiestatis facta, viuo Pontifice pertinent, imò etiam eo consulto, vt scribit *Turrecremata citatus num. 3. & 4.* quamuis textus contrarium indicare videatur; nimirùm enumerata dummodo intrinsecè mala nõ sint, vetita non esse, consulto ipso Papa, de quibus *lib. 8.* vberiùs agemus. Igitur relata mortuo Pontifice ad simoniam saltem spectabunt, vetita sub pœna priuationis dignitatis, proprij loci, & communionis per citatum textum *cap. si quis*, vbi & præmium socio criminis accusãti promittitur. Qui quæ ratione cum in cæteris non sit admittendus, in crimine tamèn simoniæ, læsæ maiestatis, atq. hæresis admitti possit, leges apud *Glossam ibi verbo pertulerit, ad Turrecrematam n. 6.*

6

7 Ad propositum autem rediens, cùm in textu habeatur. *Si quis Papa superstite pio Romano Pontificatu cuiquam, quolibet modo, fauorem præstare conuincitur loci sui honore, vel cõmunione priuetur*. Si id tamèn fiat inconsulto Papa ob clausulam, quæ infrà ponitur, atq. eadem vrgente ratione ad quæcumq. dispositionis membra referenda est, vt sæpè dixi tùm *primo tomo lib. 2. disp. 7. cap. 2. nu. 4. & 5. tùm in hoc tomo disp. 14. c. 4. num. 22. & alibi*; idcirco q. superiùs ex *Abbate* retuli, posse Canonicũ v.g. viuo Præsule, laudare quempium eligendum, alijsq. proponere, vt optimum ad Prælaturam, de qua mox erit agendum, dùm tractatur de Summmo Pontificatu, videtur vetitũ per adductum textum; ni quis aliquem laudaret, alijsq. proponeret, tanquam optimum ad quodcumq. regimen in genere, non vt ei consulat, aut faueat, sed solum ad bonum Ecclesiæ, catholicæ; noq. speciatim persuadendo alteri, vt ei, quem laudat, ad Papatum suffragetur, sed potiùs, vt alterius virtutes, illustria dona, atq. ornamẽta ad bonum Christianæ Reipublicæ cognoscat. Quamquam tutiùs esset ab hoc tractatu etiam sub his formalitatibus abstinere.

8 A fortiori præterea viuo Pontifice, multa, quæ nec mortuo, licent, vitanda profectò sunt: sic esset tractatus ambitiosus *cap. Qualiter de elect. & cap. cum post eod.* tractatus simoniacus *cap si quis pecuniam de elect. cap per inquisitionem*. Item tractatus conditionalis, siuè conuẽtionalis, *cap. 2. de elect. & 1. q 2. quam piè, nec non de pactis cap. vlt.* tractatus incongruus, inhonestus, ac præposterus, vt *cap. nullus dist. 79. cap. Bonæ il secondo de elect.* Quæ omnia confirmantur, & certis pœnis contra transgressores præterea corroborantur per *cap. Vbi periculum in sexto, & per constitut. 38. Pauli IV. qui quidem*, cùm *cap. si quis Papa* retulisset, & confirmasset pœnas, rationes, tùm prohibitionis, tùm pœnarum his addit. *Extendè non modo Sacrorum Canonum sed etiam secularium legum interpretes peritissimi, & probatissimi ambientes Papatum, aut super eo Papa viuente, & inconsulto tractantes, seù conuenticulas facientes crimen lesæ maiestatis in primo capite, & simoniacæ hæreseos incurrere decreuerint, nõ sine clara, & aperta ratione, cùm omnis tractatus de loco, dignitate, & bonis alicuius viuentis non consentiente ab vtroq. iure prohibeatur, & reprobetur, præsertim cum indè præsletur votũ captandæ mortis, quod Sacri Canones, & venerandæ leges passim abhorrent, ac detestãtur. Accedit, quod cùm inter Pontificem, & Ecclesiam contrahatur spirituale coniugium, quod fortiùs est carnale, grauissimæ pœnæ ex vtriusq. iuris cẽsura imponitur ijs, qui constanti matrimonio de alio coniuge tractare præsumunt*, & infra prohibitionem extẽdit ad quoscumq. qui Ponti-

Digitized by Google

sice viuente, atq. inconsulto *verbis, vel scriptis, aut nuncys cum aliquo de futuro Pontifice eligendo hactenus tractarunt, vel tractabunt, & tentabunt*. Quibus omnibus pœnas adiungit grauissimas.

9 Deindè dicendum est, consulto Summo Pontifice de illius consilio, & licentia (quidquid sit de alijs modis, de quibus Deo dante *lib. 8.*) veram nos cènseri secundam assertionē nostram, etiam de summi Pontificis electione. Quamobrem consultiuus de illa tractatus sanè licebit, poteritq. Sanctissimus Cardinales vocare, ad pacem, concordiam, electionemq. optimi successoris, faciendam suadere, atquè ad cętera ibi asserta. Est autem hæc doctrina *DD. in ratione dubitandi de Pontificis electione n. 4. laudatorum, aliorumq. communiter*. Et probatur ex textibus ibi per illos Auctores allegatis, ac dilucidatis; & ratio esse potest, quia cessant allegata momenta per *cap. Nulla de concess. præb.* &. per *Paulum IV.* vt patet, qui quidem per exceptionem illis verbis expressam, ex cuius constitutione paulò antè relatis (*eo non consentiente*) firmare regulam videtur in contrarium, vt sæpè sæpius diximus, quam nos amplectimur, eo nimirum consentiente.

10 Et quidèm tales incidere possent circumstantiæ, vt opus omninò esset tractatu consultiuo ad successorem postea eligendum, cùm ex *Philosopho 3. ethicor.* consilium, ac tractatus deliberatiuus in rebus arduis semper prehabendus sit; & quænam magis ardua Pontificis electione? *cap. licet de elect. capit. Vbi maius eodem in sexto, demùm cap. in Nomine Domini dist. 23.*

11 Quæres quid consilij capiendum sit, quando Summus Pontifex, vel morbo graui, ac diuturno teneretur, quo nec regere posset Ecclesiam Dei, neq. consuli, vt haberetur tractatus, vel si morbus non esset diuturnus, vrgentissimæ tamen essent causæ ad consultiuum habendum tractatum, de quo Papa non potest consuli, nec ob vim morbi licentiam dare. Verùm si primam expedire vellem quæstionē in alienam profectò messem falcem immitterem. Pro secunda vero est opinio Panormitani absolutè dicentis, vt indicaui, posse tractatum consultiuum haberi, quippè qui sub circumstantijs in quæsito expositis probabilior videtur. Et sanè absurda *à cap. Nulla de concess. prębendæ, & à Paulo IV.* indicata procul esse deberent, atq. damna Ecclesiæ Catholicæ, nisi de successore tractaretur, imminere maiora, quā timeri possent ex tractatione. Cœterùm *bullis, & constitutitionibus à me allegatis præcipuè Pauli IV.* standum omnino censeo, quousquè aliquid à Sancta Sede de hoc casu decernatur, à cuius nutu nunquam discedere fas est.

12 Sit assertio tertia; electio facta alicuius peculiaris Episcopi post mortem prædecessoris habito tractatu illicito de illomet electo, ante mortem Episcopi vita functi, non est ipso facto nulla, sed nulla decidenda, sic *Innocentius cap. Bonæ suprà citato il secondo de elect. & Abbas ibid. n. 12. §. ad secundum*, ratio est, quod nullibi legitur sancita hæc electio, ipso facto, esse nulla, sed nulla tantummodo reddenda, *cap. Bona citato*. Imò si recessissent Electores à pristino tractatu in vita Prælulis habito, atq. alterum eligerent, neq. cassanda esset electio, vt rectè *Innoc. & Panorm. citati.*

13 Hinc fit, non esse priuatos electores ob tractatum illum, viuente Præsule habitum, quāuis illicitum; quod iure cautum minimè hoc sit, sed puniendos esse ob rem illicitè factam, etiam si retractauissent electionem, quam cōtra ius habuere per *cap. 2. de maior. & obed.*

14 Electio autem Summi Pontificis, quæ de eadem persona habita, de qua tractatus initus fuit, viuente, atq. inconsulto Papa, censenda esset nulla, per allegatam *constitutionem Pauli IV. incipientem Paulus, &c.* Cùm similem habentes tractatus, ipso facto priuationem subeant cuiuscumque dignitatis, atque honoris Cardinalatus, atque iurisdictionum quarumcumq. nec non voce actiua, & passiua, idq. ipso facto: per ea. *Quodq. similes sententias, censuras, & pœnas respectiuè incurrerint, & incurrant ipso iure, & facto, ac sine alicuius sententiæ prolatione.* Et consequentèr inhabiles ad electionem validam faciendam. Verùm cùm *in bulla Gregorij XV. §. 22.* hęc habeantur. *Volumus etiam, & decernimus censurarum, & excommunicationem prædictarum, & aliarum quarumcumq. prætextu, vel causa Cardinales à Summi Pontificis electione activa, & passiua excludi nullo modo posse, quas quidèm censuras, & excommunicationes ad effectum huiusmodi electionis tantum illis aliàs in suo robore permansuris suspendimus, &c.* Electio personæ eiusdem, vel alterius post tractatum habitum, viuo Pontifice, censenda non erit nulla, ex vi dictarum censurarum, vel pœnarum à prædecessoribus *Gregorij XV.* impositarum, vno excepto euentu, sic *ab eadem bulla Gregorij expressa §. 19. Quod si electio huiusmodi aliter celebrata fuerit, quam in conclaui, &c. vel quasi per inspirationem nullo precedente de persona speciali tractatu, omniumq. pariter Cardinalium præsentium in conclaui communiter, nemine itidem dissentiente, per verbum eligo intelligibili voce prolatum, aut scripto, si voce non potuerit expressum, nulla sit, & inualida eo ipso, &c.* Quibus neq. inualidam videtur reddere electionem factam quasi ex inspiratione, cui præcessit generalis tractatus, quandocumquè fuerit habitus, cùm eam irritam solum facere videatur præcedente speciali, quandocumq. prius habito; quod tamen mea tantùm auctoritate nolo assertum.

15

16 Quòd autem de electione facta de illo, qui Papalem aucupatus est dignitatem per ambitionem, seù seditionem dicendum sit, docet *cap. In nomine Domine 23. dist. nec non Abbas, cap. Bonæ il seconda de elect. n. 13.*

17 Superest de pœnis agamus, de quibus vltimo loco disputandum proposuimus. Et quidèm nullas inuenio de facto incurri per electionem personæ, de qua illicitus habitus erat ad Episcopatum tractatus definitiuus, neque per ipsummet tractatum, *vt nu. 13. indicamus*, sed puniendos esse prò qualitate delicti. Præterea

cereà siue de electione facta post tractatum, siuè de ipso tractatu ad electionē Summi Pontificis,pœnas expendere,nostra non interest,ac deducuntur ex textibus citatis.

18 Itaq. satis dixisse videor de tempore faciendæ electionis, siuè promotionis ad Episcopatum,si meum monuerim Lectorem, neq. decere noctu electionem haberi, nisi aliqua vrgente necessitate,nè clandestinè facta censeatur,contra *cap. Quia propter de elect. Electiones, vbi Abbas*. Dicitur autèm clandestinè fieri electionem, quando singulariter habetur, atque occultè per occulta conuenticula,vel quando non publicatur,vt ibi *Glossa,& 79.dist.cap.2.& 3.Abbas in capit.1. de clandestinis desponsat.Felinus in capit.Consuluisti colum.6.de officio deleg.& alij*. Quod si ex rationabili causa noctu fiat electio, non sine tribus luminaribus, est celebranda sic *Ripa libr. 2.respon.de rescript.cap.13.num.4. apud quem*
19 *alij*.Si commune fecerim prætereà per Canonicos electionem factam,electo denunciandā esse,octo intra dies ex *cap. Cupientes de elect. §.ceterum, vbi Glossa verbo octo dies*. Quod
20quidem tempus ab electione peracta videtur etiam currere de momento in momentum, atq. ita computandum ob rationem indicatā *cap.2.*& quia in fauorem Ecclesiæ viduatæ est decretus hic dierum terminus, vt colligitur
21ex *initio citati textus*. Ex prœmio enim legis mens,& propositum deducitur legislatoris, quemadmodum *1.tomo lib.4.disp.1.cap.4. nu.* 4.docuimus.Neq. in contrarium vrget, quod vratur textus aduerbio commodè *infrà octo dies*, (nimirùm) *postquam commodè poterunt, electis præsentare distulerint,ipsos, qui culpabiles extiterint,&c.* nam id aliud non significare puto,quam nullo intercedente impedimēto,quo legitimè censerentur Electores impediti; sicuti de trimestri electionis habetur in *textu nè pro defectu de elect.* nosq. exposuimus *c.1.*indicatquè *Glossa huius textus verbo, qui*
22*culpabiles*: Et probè monet *verbo electis*,non sufficere præsentationem huius electionis generali procuratori ipsius electi exhiberi,vt ad matrimonium carnale, neq. ante Tridentinū satis erat,etiam si aliqui casus speciale petentes mandatum in illo mandato exprimerentur à quibus ad matrimonium non datur extensio,vt probè *Sanchez ex mutis lib.2. disput.* 11.*num.3.* igitur à fortiōri, vt argumentatur *Glossa* in casu nostro, in quo de matrimonio spirituali tractatur.Dummodò ratam non haberet Electus illam electionem intra tempus, intra quod ei debebat præsentari, *ff.rem ratihab.l.penult.* A cōtrario autem colligit eadem Glossa, satis esse præsentationem electionis factam Procuratori ad hanc specialiter deputato per eadem iura,*& de concess.præb. Accedens 32.q.2.Honorantur,C.de acquir.possess.l.1. cum similibus*. Imponatur deinceps pœna suspensionis triennalis à beneficis in ipsa Ecclesia possessis,de qua textus,& glossa.

23 De loco autèm scribere,quod mihi reliquū erat,superuacaneum cēsui; cùm vix in vsu huiusmodi electione Antistitum, vt sæpè dixi, sint: Neq. ex loci disputatione aliquid scitu dignum pendeat,quod luculenter,vt commune ad alias etiam aliorum beneficiorum electiones,à Canonistis nō sit dilucidatum, apud quos præsertim *Abbatem cap.1. de pass. num.* 33. de validitate electionis in loco interdicto legendum est.

24 Quod autèm spectat ad locum, vbi Pontificis Ma .electio facienda sit, satis per *auream constitutionem de elect.Papæ Gregorij XV. sæpè citatam* declaratum est *§.19.*per ea. *Si alibi celebrata fuerit, quam in conclaui clausq, &c. nulla sit,et inualida*. Quidquid sit de alijs aliorum Antistitum electionibus, quarum validitas vnico verbo expensa tantùm à loco pendere non videtur,& si tutiùs sit ab vsitato non recedere, vt de Episcopi electione in Cathedrali Ecclesia *cap.Quod sicut de elect. vbi Abbas,Baldus cap.Ad hæc de post. num.2. Decius num.3,& colligitur prætered ex cap.cum Terra de elect.vbi Hostiensis* scribit consuetudinem, si alicubi in vsu esset,vt in alio loco, decēti tamen,ac decoro fieret, esse seruandam. Imo etiam absquè tali consuetudine si ad decorem requisitus, qualitatemquè negotij, alius esset locus,in eo fieri posset:cùm in dicto *cap.Quod sicut*,Cathedralis absolutè nō assignatur, quibus subsubscribit *Azor 3.par.lib.3. c.28.q.16.* qui posse locū mutari electionis ex iusta causa,etiam ad Episcoparum contra Panormitanum docet *ibid.§. quæres, Accedit Marcus Antonius Cucchus instit.maiorum lib.4 tit.1. n.23.* à quo dilucide de reliquis ad elec tiones etiam aliàs facientibus scribitur *vsq. ad finem cap.*

Digitized by Google

DISPVTATIO XVI.

De consensu, & iure per electionem acquisito.

HActenus disputatis quæstionibus ipsum, *quid esse* dilucidatum est electionis, nec non circumstantia *circa quid*, conditio nimirùm personæ, siuè digne, siuè dignioris, ex qua maximopere illa pendet. Circumstantiæ eriam *temporis, & loci* prò ratione nostri instituti declaratæ sunt: reliquum huius libri exposcit, vt illustretur ipsa circumstantia, *cuius gratia*, ea nimirùm ratione, qua sumpta est ab *Aristotele, atquè à nobis lib. 5. disput. 1. cap. 3. num. 8. declarata*, quæ quidem est, id, ad quod dirigitur actio electionis, ad ius videlicet Electo conferendum. Primo igitur capite de consensu electi desiderato ad electionis complendum ius disputabimus, deinceps verò de ipso iure.

In dubio non præsumitur fraus. n. 16.
Maximè cessat præsumptio oblatis in contentè probationibus. n. 17.

CAPVT PRIMVM.

De consensu electi.

SVMMA.

Quot quæstiones dilucidandæ. n. 1.
Consensus Electi necessarius est ad complementum electionis, atquè ad ius deriuandum in electum ipsum aliqua ratione perfectum. num. 2.
Consensus electi necessarius ad electionis vim signis externis sufficienter debet innotescere. num. 3.
Consensus hic electi consideratus satis erit implicitus. n. 4.
Consensus præstandus est ab electo intra mensem num. 5.
Mensis tot dierum sit, quot habet ille, in quo præsentata est electio. n. 6.
Ni consentiat intra mensem electio, qualecūq. per electionem quæsiuit ius perdit, ni ex propria conditione excusaretur, vel legitimè fuerit impeditus. n. 7.
Sufficit consensus hic electi etiam non simultaneus cum altero electorum habitus. n. 8.
In omni contractu satis est consensus diuerso tempore præstitus. n. 9.
Si electio non sortiatur effectum iustis de causis integrum tempus erit Electoribus iterum eligendi. n. 10.
Ante confirmationem, etiam post consensum, renunciatio valet quoad Renunciantem. num. 11.
In summam omnes temporis termini ad prouisionem Ecclesiarum, & beneficiorum rediguntur. n. 12.
Quid sibi vult clausula dummodò in his non sit fraudulenter adductum. n. 13.
Alleganti fraudem incumbit probare. n. 14.
Per coniecturas fraus probatur. n. 15.

1 SEptem sunt mihi declaranda ad perfectam huius quæstionis dilucidationē. Primùm an Electi consensus necessarius sit ad electionis complementum, vt ex ea qualecumquè sit, quod deriuat ius in electum vim habeat. Secundum an externis exprimi signis necessariò debeat. Tertium, an tacitus sufficiat, vel expressus semper necessariò requiratur. Quartùm, tempus, iuxta quod consensus præstandus est, & qua ratione computandum. Quintùm, nùm per Procuratorem dari possit. Sextùm, quid iuris, si non possit consensus haberi. Septimùm deniquè quid si non sit eodem tempore vterq. consensus eligentium, & electi, vel si hic dissentiat. Verum antequam primum aggrediar punctū, admonere habeo, non esse quæstionem de cōsensu ante electionem à Præsentando dato, quippè qui, & illicitus est, & electionem subsequutam aliquando vitiat, vt probè tradit *Firman. de Episcopo lib. 2. par. 1. quæst. 61. n. 100.* Quando autem illicitus non esset, diximus *lib. 4. disp. 12. c. 1.*

2 Assertio prima. Consensus electi necessarius est ad electionis complementum, & ad ius aliqua ratione perfectum, quod *sequent. cap.* dicendum est deriuari ad electum. Quam conclusionem supponere videntur Auctores. Ratio est, quod inter Electores loco Ecclesiæ sponsæ, atq. Electum, matrimonium quasi cōtrahitur spirituale, vt deducitur ex *cap. Inter corporalia de translat. vbi num. 9. id notat Abbas*; atqui coniugium absq. consensu stare non potest, ergo &c. *Hinc cap. Inter Canonicos de elect. §. discretioni vestræ mandamus*, dicitur *si dictus Præpositus eidem electioni consenserit, vt per mutuum consensum eligentium, & electi, quasi coniugale vinculum spiritualiter sit contractum; vbi Glossa ad verbum, quasi coniugale* notat consultò id dictum, quia requiritur præterea confirmatio ad perfectam vinculi rationem; quæ quidem confirmatio necessariò consensum supponit, sine quo merito dicimus, illud coniugium stare non posse. Imò ad

vin-

Digitized by Google

vinculum absolutè contrahendum, docet *Abbas in cap. Cum inter Canonicos de electione citatum num.* 4. non requiri confirmationem, quę quidem illud matrimonium facit ratum, à quo absq. facultate superioris recedi non potest, vt in *cap. 2. de renunc. Episcopi*, & vt dicitur ex consensu viri, & vxoris stat matrimonium carnale, ita suo modo spirituale. Secundo, quia confirmatione nullus tribuitur consensus, sine quo coniugium, neq. de potentia Dei absoluta stare potest, non solum in ratione contractus, à propria contrahentium voluntate tanquam à causa deriuatus, vt docet *Palatius 4. d. st. 27. disput. 1. fol. 153. Ledesma in 4. part. 2. qnæstion. 47. art. 3.* nec discrepat *Sanchez disp. 26. de matr. num. 1.* verùm etiam essentialiter consideratum, quippè quod non in mutua corporum traditione, quæ, matrimonio permanente, transit, neq. in mutua obligatione, & subiectione ad reddendum debitum, quæ quidem, vel alterius coniugis adulterio, vel religionis ingressu, communi paritèr consensu, perseuerante matrimonij consumati vinculo cessat, sed in ligamine, & vinculo, quo formaliter sunt coniuges vniti, orto ex mutua traditione, & reali relatione fundata in consensu, & contractu, aliqua ratione externo, vti docet *Petrus de Ledesma citatus de matrim. quæst. 4. art. 3. fol. 128. col. 2. Enriquez de matr. lib. 11. cap. 8. num 2. ac deducitur ex D. Thoma 4. dist. 27. quæst. 1. art. 2.* Hoc autem vinculum, siue coniunctio, cum relatio sit realis, absquè fundamento, ac termino esse non potest, quippè quæ cùm fundamento identificatur, mea quidèm sententia, & à termino essentialitèr pendet. Et sicut neq. coniunctio effectiua mutuæ dilectionis absquè amore mutuo, qui quidèm etiam aliquo pacto in genere causæ formalis, ad illum vinculum se habet, sic etiam copulatio animorum coniugum à voluntate mutua consentiente: in quo sensu *Gabriel 4. dist. 27. quæst. 1. art. 1. Adrianus ibid. quæst. 2. de matr.* de essentia ipsius matrimonij consensum esse dixerunt. Sed ex matrimonio carnali ad spirituale per *cap. Inter corporalia de transl.* aliaq. iura sæpiùs citata, valet argumentum, vt sæpè dixi, ergo, &c. Et licet inferiùs asserèdum sit electum posse cedere electioni etiam post consensum, ac posse Electo, qui semel cõsensum præstitit, reiecto, alterum eligere Electores, hoc tamen non obstat necessitati consensus; ad positiuam rationem coniugij spiritualis inundi, qui tamen perficitur, vltimúq. robur à confirmatione recipit, à qua necessariò supponitur.

2 Secunda assertio. Consensus electi sufficientibus ad sui manifestationem debet signis innotescere. Nam de ratione huius coniugij spiritualis, quod quidèm inter homines celebratur cordis intima ignorantes, est, vt externo signo patefiat. Et paritate coniugij carnalis confirmatur, de cuius natura est siue in ratione contractus, siue Sacramenti, vt signis externis animus, & consensus aperiatur internus. A qua veritate cœnum illud, & labes *Wicleph* ausus est dissentire, quem eruditè *Waldensis de Sacram. cap. 132.* reiecit, siue autèm hæc signa se habeant instar conditionis, vt volunt nonnulli, siue vt ratio intrinseca illius, vt de carnali in ratione contractus, & Sacramenti, sicut censent alij, nostra non interest; cum hoc, de quo loquimur, matrimonium, similitudine quadam, non autem ad vnguem cum carnali conueniant. Atq. ab hac assertione, sic explicata neminem arbitror dissentire.

3 Assertio tertia. Consensus hic desideratus satis erit implicitus. Moueor quia hic consensus ad multa sufficere constat, vt videre est apud *Abbatem cap. Dilecti de fõro compet. nu. 4. & cap. Inter corporalia de transl. nu. 28.* neq. est, cur hanc ei vim in hoc casu denegemus. Secundò quia hic idem consensus sufficit ad sponsalia, vt definitur *cap. Litteras cap. Acceptas de desp. impub. & cap. vnico in princip. & §. porrò eod. tit. in sexto, vti ex DD. consensu probat Sanchez lib. 1. de sponsalibus disp. 16. à nu. 5.* Quo autèm pacto cognosci possit hic implicitus assensus deducetur ex his, quæ scripsimus *lib. 2. disput. 5. cap. 6. num. 24. & cap. 7.* Nùm autèm consensus electi virtualiter contentus ipsius præsẽtia, sufficiat, & nùm validè dari possit per Procuratorem, litteraſq. dicemus *lib. 8. disp. 4. c. 1.*

4 Assertio quarta. Consensus assertus probandus est ab electo intra mensem, sic in *cap. Quàm sit de elect. in sexto adiuncta Glossa verbo Mensem.*

5 Assertio quinta. Hic mensis ita computãdus est, vt dies tot habeat, quot hic ipse, in quo præsentata est electio, cuius si dies aliqui lapsi fuerint, suppleantur ex sequẽti, vt probè Glossa citata, & nos *superiori disput. c. 2.* probauimus. Ejus autèm initium à tempore ait Textus præsentationis esse ducendum, ideſt ab hora præsentationis, cùm debeat currere de momento in momentum, & quia assignatur terminus à quo, & quia in fauorem videtur concessus Ecclesiæ viduatæ, atque electi, vt maturè boni, rectiq. consulens tãtũ, vel subeat vel refugiat onus. Neq. vti rectè monet *citata Glossa notando secundo* post expressionem casus tenetur electus illicò consentire; neq. expedit, nè dignitatem ambire videatur; poterit tamèn absolutè, si voluerit.

7 Assertio sexta. Ni consentiat intra mensem assertum Electus, qualecumq. ius quæsierit per electionem, perdit, nisi fortè conditio personæ aliquo pacto impedimento esset, vt in Religioso, sic *citatus textus adiuncta Glossa.* Cùm autem nos de conditione personę religiosæ, cui licentia petenda est, ac de reliquis ad Regularis electionem expenderimus *tomo 1. lib. 4. disp. 1. per nonnulla capita*, non est cur immoremur. Præterea si legitimè impeditus fuerit: Electus ad consensum præstandum non ei currit tempus, quod impeditus minimè differt, *de concess. præb. cap. Quia diuersitatem, & nos supra disputat. cap. 1. & 2.* diximus. Quamobrem solam negligentiam notat *Textus secundum additionem ad Glossam citati cap. quam sit, verbo distulerint*, & causam iustã, siue impedimentum excludit. Adderem ipse

à for-

Digitized by Google

à fortiori, & contemptum etiam, qui procul dubio magis offenderet.

8 Assertio septima. Ex se videtur sufficere consensus etiam non simultaneus. Pendet hęc assertio ab altera simili de matrimonio carnali, nùm ad illud requirantur consensus simul præstiti, & vt probabilior est pars negans, dùmodò consensus alterutrius perseueret, ita in matrimonio hoc spirituali; cum ex vno ad aliud valere sæpè probauerimus argumẽtum. Itaq. non obest aliquam intercedere moram, cùm in omni contractu satis sit consensus diuerso tempore præstitus *l.1.§.1. ff. de verb. oblig. & l.1.§.sed verior, ff de contrah. empt.* sic in omnibus contractibus per nuncium, litteras, vel Procuratorem; & matrimonũ etiam hoc pacto contrahitur, vt eruditè *Sanchez libr.2. disput.11.& 12.* quando consensus simul non adhibeatur. At non adeo religione teneor, vt moralem, etiam arctissimam horum consensuum eligentium, atq. electi expetam simultaneitatem; sed vel esse satis alterum alterius persistere; nec reuocatum esse, vt ad matrimonium carnale sufficere docuit *Maior in 4. distin. 27. quæst.1 Nauarrus summa cap. 22. nu. 80. & alij*, vel moralem hanc simultaneitatem lato modo acceptam, vt Auctore *Soto 4. dist. 27. quæst.1. art.3. & Ludouico Lopez 2. part. instruct. de matr. fol. 1056.* quæ tamẽn post septemnium intelligatur non satis esse ad carnale matrimonium, vel ad summum, vt ait *Enriquez libr.11. de matrim. cap.3. num.6.* biennio intercedente. Hinc ad rem nostram *Abbas cap. Cùm inter Canonicos* scripsit necesse non esse, vt tempore consensus præstiti ab electo, perseuerent Electores in formali assensu. Imo etiam si dissentirent nunc; nàm cùm de iure non possint recedere, vel publicato scrutinio, vel præstito electi consensu, quemadmodum *seq.* dicemus *disputat.* perinde est, ac si permanerent in illo consensu: quidquid nescio quis Auctor contrarium dixerit ab eodem reiectus *Panormitano per cap. citatum, cùm inter Canonicos*, vbi & consentire videtur, idest in vnum simul ire consensum Canonici, ex quo nequeunt resilire; & fauet *cap. finale de procur. in sexto*, ideoq. matrimonium spirituale *in dicto cap. cùm inter*, contrahi censetur; Neq. obstat *cap. cùm post de elect.* quod de electione, publicato scrutinio, statim non habita loquatur. Et licet *Glossa* dicat etiam propter vitium Electi electionem illam fuisse cassatam; quòd eius consensus fuerit requisitus, atq. ante electionem præstitus, hanc verò interpretationẽ illa non defendit, vt notat *Abbas num.2.* Addo requisitum non fuisse huius electi consensum, antequam scrutinium, & factum, atq. in scriptis redactum, & publicatum esset, quàdo notari vitio posset ambitionis, sed solum antequam fuisset electus electione nimirùm cõmuni. Quarè non peccauit in formam electionis iure naturali constantis ex suffragijs tantum, vt ibi probè *Io. Andræas, & Abbas nu.3.* Neq. ex qualicumq. culpa deducitur ambitio, neq. necessitas simultanei consensus.

9

10 Vltima de hac quæstione assertio deducenda est *cap. si electio de elect. in sexto. Si electio ex eo non sortiatur effectum, quia Electus consentire recusat, vel post consensum renunciat iuri suo, aut fortè diem claudit extremum, seù propter occultum eius vitium irritatur, Electores, (qui iam fecerant, quod spectabat ad ipsos intra iuris terminum eligendo) habebunt à discensu, renunciatione, morte, vel irritatione prædictis, ac si vacatio noua esset, tempus integrum ad electionem aliam celebrandam, dummodò nil fraudulenter egerint in præmissis.*

11 Ad quem Textum illud notatu dignum puto ante confirmationem etiam post consensum in omni casu renunciationem valere, libetè ab Electo habitam quoad ipsum Electũ; in nullo tamẽn quoad superiorem, cui non fieri debet præiudicium. *Sic Glossa post multa, verbo renunciat.* Etenim si ad Superiorem res delata sit, & contrà Electum obijciatur, quod electionem valet annullare, poterit ille de veritate inquirere, *de supplenda negligentia Prælatorũ. c. licèt*, Aliàs illudi posset. *de postul. cap. Bonæ il secondo, §. Nec nocebat.* Et sicut de iure defuncti, quandoq. quæritur, vt ius innoresceat superstitis. *De arbitrio, ex parte*: sic & in casu proposito. Quod si res delata non fuerit adhuc ad Superiorem, nec tenebit renunciatio in eius præiudicium; qui quidem ex officio habet prouidere per *cap. Quamquam de elect. in 6.* At si ex morte suum sortita non fuerit effectum electio, vel ob delictum occultum, de quo nos tùm *supreriori disp. tùm tomo* 1. ex instituto egimus, integrum erit ad aliam celebrandam electionem, siuè tertiam, & quartã, ac deinceps; sic rectè *Glossa verbo alium*, si secundus, vel tertius dissentit, renunciat, vel moriatur, vel suo occulto vitio cassetur.

12 Ex his in breuiarium redigo tempora ad expeditionem Ecclesiarum vacantium assignata; nàm primò dantur tres menses Electoribus ad eligendum ad Cathedralem, vel regularem Ecclesiam, vel sex ad alia, secundum distinctionem *cap. Nulla de conceff. præb. adiuncta glossa verbo infra sex menses*: ad præsentandum autèm datur tempus, quàm citiùs fieri possit, & adhuc octo dies *cap. Quàm sit de elect. in sexto, & cupientes in princip. & §. cæterùm eodem.* Ad consentiendum vnus conceditur mensis Electo, si libertatem habeat, aliàs arbitrio Iudicis, quæ omnia super expendimus. Præterea ut *seq. libr.* dicturi sumus ad petendam confirmationem tres assignantur mẽses *cap. Quàm sit de elect. in sexto*. Ad consecrationem autèm alij tres *100. dist. Quoniam, & 72. dist. cap.2.* & si pallium petendum sit, hoc faciat à tempore cõsecrationis intra tres alios menses *100. dist cap.1.* In causis autèm Regularium, vel Cathedralium, quæ ex immediata subiectione, vel appellatione deuoluuntur ad Papam, seruandum est decretum *Nicolai Papæ eod. titul. de elect. in sexto Cupientes*: Nùm autèm possit hic consensus reuocari *seq.* dicemus *cap.* Cùm pendeat ex iure, quod acquiritur Electo. Insuper, vt cum *Trident. sess. 24. cap. 18. de reform.* loquar. *Episcopus, & qui*

ius

Ius patronatus habet infra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum, idoneos aliquot Clericos ad regendam Ecclesiam coram deputandis examinatoribus nominet. Legenda præterea est *constitutio Pij IV. 108.* seruandum *decretum Trident. de elect. sup. reg. sect. 25. cap. 6.* Nec non decreta *Clementis VIII. de reformat. Regul. edituum anno 1558. & 1601. n. 36. confirmata ab Vrbano VIII. decreto 26.* Quoad Abbatissas autèm seruandum est decretum *Trident. laudati c. 7. & Gregorij XV. const. 18.* cum suis declarationibus.

13 Demùm quid clausula vltima velit, dummodò non fraudulenter egerint, &c. *Glossa*
14 *verbo fraudulenter* exemplo rectè declaratur; quæ etiam notat eius interesse fraudem pro-
15 bare, qui eam allegat. Probatur autèm fraus per coniecturas, sic *Abbas in cap. Nobis fuit nu. 4. de sim. & Menoch. præs. 3. nu. 45.* Neq. præsu-
16 mitur, nisi probetur, vt idem *præsump. 78. lib. 6. n. 3.* In dubio autèm minimè præsumitur, *idem præsump. 82. nu. 10. & præsumpt. 81. eiusdem lib.*
17 *n. 29.* Et maximè cessat omnis præsumptio probationis in continenti oblata *præsumpt. 47. lib. 2. n. 1.*

CAPVT SECVNDVM.

Vtrum ex electione, & consensu electi ius ei comparetur ad Episcopatum: Duæ referuntur sententiæ.

SVMMA.

Quæstionis vtilitas. n. 1.
Sensus quæstionis. n. 2.
Prima sententia docet nullum ius electo per electionem etiam acceptatam conferri. n. 3.
Secunda sententia ius Electo consentienti comparari scribit. n. 4.

1 IInscripsi hanc quæstionem ad Præsulatũ contractam, ad alia beneficia ne vagetur oratio, quæ quidem ex his disputandis facili negotio dilucidari poterunt. Et quidèm satis superq. apud Auctores disputata nostram iure suo requirit industriam, cùm ex ea non explicatio solum causæ efficiẽtis Prælaturæ, vti suo loco videbimus, verùm etiam exercitium, imò facultas ad munera Præsulatus obeunda ex parte pendeant.

2 Nosse autèm ad hoc oportet, sermonem hic non esse de iure, quod supposita institutione beneficiorum vnusquisq. Candidatorum pro ratione meritorum, superioribus disputatum est disceptionibus, verùm de proximo, & formali per ipsam electionem competenti electo, de quo.

3 Prima sententia docet per electionem etiam acceptatam, consensuq. electi firmatam, nullum ius ei comparari; quæ quidèm sententia maximum sui cognoscit defensorem *Turrecrematam, cap. Quanto dist. 63. num. 4. à quo citantur Hostiensis, Innocentius, Vincentius, & alij.*

Et probatur primò, ex electione non contrahitur plenè matrimonium spirituale inter electum, & Ecclesiam; igitur sola electione etiam acceptata, non acquiritur ius administraudi res Ecclesiæ Electo; quippè qui adhuc sponsus non est. Antecedens probatur, tùm quia renunciare potest Electus electioni, & Præsulatui ante confirmationem absq. Pontificis facultatẽ, tùm ex *cap. 2. de transl. per ea*; *Sicut autèm Episcopus consecratus sine licentia Romani Pontificis non potest Ecclesiam relinquere, sic, & electus confirmatus*; circà quod verbum *Glossa* inquit, ergò ante confirmationem potest, quod verum est, quod adhuc habeat tenue ius, cùm possit repelli per exceptionem ex *cap. super his de actu sat.* ergò.

Secundò si Præsul electus ius haberet ex electione, posset absolutè dici Episcopus; cum vnusquisq. rectè à formis, & habitibus, qui ei insunt, denominetur: atqui nominati talis minimè potest, ergo.

Tertiò Electus ante confirmationem administrans punitur ex *cap. Qualitè, & cap. Bonę de electione, nec non de præb. Dudum*; cum eius electio irritatur; ergò potestatem administrandi non acquirit, nàm teste *Aristotele lib. de somno, & vigilia*, cuius est actus, eius est potentia; imo è conuerso, cuius est potentia, eius est actus; & iniuria prorsus esset electi, si potestatem habeat per electionem priuari eius exercitio.

4 Quartò ex *Apostolo ad Hebræos. Nemo sibi honorem assumat, sed qui vocatus tanquam Aaron*; per electionem igitur, propriumque consensum non comparat sibi quispiam administrãdi potestatem; alioquin assumeret sibi honorem, nec tanquam Aaron. Quod rationis momentum magnificat *Turrecremata*, aitquè *esse Innocentij cap. Qualiter*, vbi reprehendens quemdam electum, quod se ingessisset in administrationem Episcopatus, addit. Non attendens, quod secundum Apostolum nemo debet assumere sibi honorem, &c. Quo circa Papa irritat illius electionem.

Quintò; nulla potestas spiritualis ab alio quàm à Deo, vel eius vices gerente in terris dari potest hominibus, supra cuius naturalem captum est; atqui potestas prælationis Ecclesiasticæ spiritualis est, vt per se patet; ergò à vices Dei Gerente, Summo Pontifice, per confirmationem dari poterit, & non ab Eligentibus & ipso electo consentiente.

Sextò, Omnis potestas Ecclesiastica, post Christum Dominum, à Petro dominium accepit, cui primò Pontificatus datus est in Ecclesia, vt ait *S. Anacletus*, & habetur *in cap. Innoua dist. 21.* igitur ex sola electione, & consensu absq. confirmatione Sedis Apostolicæ mediatè, vel immediatè, non acquiritur alicui potestas Prælationis Ecclesiasticæ.

Septimò si acquireretur potestas Ecclesia-

Digitized by Google

stica Prælationis electione, consensu firmata electi, sequeretur non omnem Ecclesiasticam potestatem à Sede deriuari Apostolica, contra cap. ità Dominus dist. 19. Sequeretur præterea non omnes Ecclesiasticas dignitates, & iura Prælationum institui à Sancta Romana Ecclesia contra cap. Omnes dist. 22.

Octauò sola electione ius administrandi cõparatur soli Papæ cap. in nomine Domini 22. distin. per ea: *Electus in Papam auctoritatem teneat regendi Romanam Ecclesiam, & disponendi, &c.* vb. *Glossa* secùs esse in alijs Prælatis notat, qui non habent ante confirmationem administrandi potestatem cap. Nosti de elect.

5 Secunda sententia docet electo consentienti purum esse ius ad rem, sic *Abbas moscitanus*, & nonnulli pro prima parte nostræ conclusionis allegandi.

CAPVT TERTIVM.

Vera sententia de iure ad electum consentientem deriuato ex electione.

SVMMA.

Ius alterum ad rem, alterum in re, & quodnam sit. n. 1.

E Romana Sede, ac Pontifice omne ius eligendi ad Episcopos manat. n. 2.

Electio etiam acceptata per se, non confert expeditam administrationem Electo consentienti. n. 3.

Quodcumq. ius, quod ex electione in electum cõsentientem promanat, deriuatur ex Apostolica Sede, Christiq. Vicario. n. 4.

Ius proximum ad Episcopatum à Romano Pontifice promanans aptari debet naturæ beneficiorum. n. 5.

Per electionem Electo confertur immediatum ius ad rem, & mediatum in re ad beneficium Episcopatus. n. 6.

Expenditur vis dictionis donec *n. 7. & 8.*

Ex mala huius dictionis donec *intelligentia notam illibatæ Deiparæ virginitati scelestissimi mortalium hæretici inurere, conati sunt. num. 8.*

Quanti sit facienda Glossæ sententia. n. 9.

Confirmatio non tribuit, sed supponit ius electo quæsitum. n. 10.

Declaratur ius in re mediatum, & immediatum ad rem, quod est electo consentienti. numer. 11.

Potest electus consensum iam præstitum absq. licentia Pontificis reuocare. n. 12.

Quare ex coniugio carnali acceptans quis promissionem per verba de præsenti, non potest resilire, potest tamen è spirituali. n. 13.

In dubio non asserenda est obligatio. n. 14.

Iacens in re sibi, fauorabili consentire videtur. num. 15.

Ratio cur Eligentes resilire non possunt post consensum, vel publicationem scrutinij, potest autem Electus etiam post consensum. n. 16.

1 NOrandum habeo ius alterum esse in re, alterum ad rem, vt *libr. 5. disp. 2. num. 4. cap. 3.* scripsi. Illud autem pro præsenti instituto (quod à doctrina eloci citati non discrepat) est ius circa rem aliquam, ad quod res ipsa deuincta est. Ius verò ad rem est ius circa rem aliquam, ad quod res ipsa non dum est alligata. Et quidem rem iuri esse deuinctam, vel non deuinctam, maximoperè pendet ex iuris humani, ac positiui, dispositione, quod rectè norauit *Molina tom. 2. de iust. & iur. disp. 2. sub initio*; quæ iura, & magis expendam, & vt nunc distincta dicam *sequenti lib. disp. 3. c. 1. n. 3.*

2 Notandum secundo, & extremis tantum, vt dicitur digitis, tangendum, quod è dignitate *lib. 9* nobis explicandum est, ab electis à Christo Domino Apostolis in Episcopos, quibus omnis auctoritas Dominicum pascendi gregem, Ecclesiamq. regendi concessa est, cæteros creatos esse Episcopos, eis succedentes, eorumq. vices gerentes *cap. Bonum vites distin. 78.* His autem vita functis in Summo Pontifice omnis potestas, Episcopatus conferendi, sita tantùm est: nimirum vt in legitimo D. Petri successore, Christiq. Vicario, super quam petram ædificata est Ecclesia Dei, è cuius Apostolica Sede omnis Patriarchatus, siue Metropolitani, siue Primatus, siue Præsularus dignitas emanauit *cap. Omnes 22.* Ex Vicario Christi ergò deinceps, cui vniuersalis Ecclesiæ cura incumbit siue per expressum, siue per tacitum consensum Clericis, & Canonicis, seu Populo simul, seu alijs quomodòlibet ad certas Ecclesias Cathedrales Episcopos designãdi, nominandi, eligendi, vel præsentandi facultas facta est, vt deducitur ex *cap. factus est, 7. q. 1. cap. Plebs, cap. Nosse, cap. Episcopus, cap. litteras dist 73. probeq. docuit Cardinalis Bellarm. libr. 4. de notis Ecclesiæ cap. 8. §. nota secundo, Necnon Azorius 2. part. lib. 3. cap. 28. aliique passim.*

3 His primoribus labijs gustatis, Prima sit assertio Electio etiam acceptata per se, non confert exercitium, atq. expeditam Episcopatus administrationem Electo consentienti; Est communis omnium pro quacumque sententia citatorum Auctorum sensus, estque expressus *cap. auaritiæ de elect. in sexto*, in quo cauetur nè per se, nequè per alium possit Electus ministrare; primisque etiam à Turrecremata argumentis factis probatur. Addo neq. consuetudine contrarium induci posse, quod *Abbas* docuit *capit. transmissam, versicul. tertio casu, de elect. & capit. Qualiter eodem numer. 2.* quem sequuntur alij. Nisi daretur casus, in quo electo per solam electionem habentem vim etiam confirmationis tribueretur perfectum ius, quod possent Electores præscribere argumento, *cap. cum dilectus de consuetudine*,

&

Digitized by Google

& docet idemmet *Abbas cap. nihil de elect.* Dixi per se, nàm si quis in concordia fuerit electus, atq. in Prouincia valdè remota, & exemptus, soliq. Pontifici subiectus; indicatur quidem posse administrare per *idem cap. Nihil de elect.* qui quidem textus citatur ab *Abbate nu. 4.* Poenas autem administrantis ante confirmationem expendemus infra *disp. 3. cap. 2.*

4 Assertio secunda. Quodcumq. ius siue ad rem, siue in re, quod per electionem, & consensum comparat Electus ad Episcopatum, tanquam à fonte, promanat à Sede Apostolica, & Christi Vicario, Romano scilicet Pontifice, modo explicando in 8. *lib.* Catholicis Auctoribus haec assertio certa prorsus est, vt liquet; tùm *ex 2. notando*, tùm ex vltimis argumentis pro prima opione relatis; & si quae rationum momenta in contrarium à blateronibus afferuntur haereticis, eruditè ab *Eminentissimo Bellarmino reijciuntur lib. 1. de Clericis per decem capita.* Confirmatur, quòd institutio nouorum Episcopatuum in primis ad nullum etiam Ecclesiasticum competere potest, cui praescripta vna est regio, vel Diœcesis, cuiusmodi singuli sunt Episcopi, sed ad eum spectat, qui vniuersae praest Ecclesiae, cuius propriè interest illius protendere fines. Haec autem facultas tùm instituendi, tùm prouidendi Ecclesijs, licet ad reliquos spectasset Apostolos ex delegatione, ad Petrum tamen, suosq. legitimos successores ex officio, iureq. ordinario; igitur omnis potestas in praesentia, Romana manat ex Sede Apostolica. Confirmatur à fortiori ex iure Imperatorem eligendi, quod ad Principes electores à Romana deriuatum esse Sede, constat *cap. Venerabilem de elect.* ergo potiori titulo hoc merè spirituale ad Episcopatum.

1 Ceterum aduertere necesse quidèm est ius, quod fluere à Summo Pontifice diximus, aptari debere naturae beneficiorum, eorumq; institutionibus, ità vt siue simplex, siue curatum, vel Episcopatus secundum vniuscuiusq. naturam conferatur iuxta ea, quae *superioribus disp.* diiucidata sunt; quia summus, ac praecipuus administrator beneficiorum est Papa, vt saepè dictum est. Hinc consultò dixi proximè, ac formaliter, cum remorum sit digno, vel Digniori hìc, & nunc expedito ius, suppositа institutione beneficij, vt ad illud eligatur iuxta superiùs disputata.

6 Assertio tertia. Per electionem validam, acceptatam à Romana Sede radicitus, vti scriptum est, deriuatam, probabiliùs videtur Electo consentienti proximum immediatum, ac formale ius conferri ad rem, ac mediatum in re. Et quidèm quoad primam partem negantè ius in re immediatum, cùm Auctoribus primè sententiae absq. dubio sentire videor, qui quidem omne ius negantes electo, etiam consentienti, potiori nomine ab eo, fortiùs nempè in te, immediatè ab legabunt. Secunda nostrae conclusionis pars ius tribuens in re mediatū, & est *Hugonis, et Goffredi apud adductum Turrecrematam, & ab Abbate docetur cap Nobis de iure Patr. cap. Exhibita de iud. nu. 1. cap. Postulationem de postul. num. 4. & post quam de elect. nu. 2.* vbi non plenum ius hoc appellatur electi ante confirmationem, docent *Antonius de Butr. in cap. Nostra colum. final. vers. non hoc scriptum de Rescrip. in cap. si electus de elect. num. 6. Philippus Franca in cap. 1. in principio, vt lite pendent. lib. 9. Stephanus Beltranus cons. 2. lib. 3. Felinus in cap. Quoad consultationem de re iud. & cap. super bis de accus. Decius cap. Postquam de elect. num. 10. & in l. mare, ff. de iure omn. iud. cap. 1. de confirm. vtil. vel inut. à fortiori, vt infra videbimus, fauet l. priuatorū C. de iure omn. iudic. Baldus ibi post Cynum, & Glossa idem concludit in elect. facta per Collegia secularia, Albericus clem. vnic. de iur. iurando num. 4. & è Theologis est Molina tract. 2. de iust. & iure disp. 2. §. dixi à fortiori, vt mox indicabimus, Lessij de iust. & iure lib. 2. cap. 2. dub. 2. nu. 11. Azorij 2. part. lib. 6. cap. 14. quaest. 4. Layman. lib. 4. tract. 2. cap. 12 num. 2. apud quos alij.* Probatur primo *ex textu*, me quidèm iudice, satis euidenti *cap. si tibi de praeb. in sexto, si tibi absenti per tuum Episcopum conferatur beneficium licet per collationem huiusmodi (donec eam ratam habueris) ius in ipso beneficio, vt tuum dici valeat, non acquires, &c.* Postquam igitur ratam huiusmodi collationem beneficij habueris, ius in ipso beneficio acquires, vt tuum dici valeat; hoc itaq. vel in re, vel ad rem erit, non in re dicent aduersarij, nè desipiant; ergò saltèm ad rem.

7 Et quamuis non ignorem dictionem *donec* non semper implicare, imò nunquam, vbi sequitur absurdum, & licet huiusmodi particulę negent actum certo tempore factum; non tamen necessariò inferunt, vel asserunt alio tempore faciendum.

8 Ex qua minimè percepta doctrina impiè, atq. imprudenter Florem Virginitatis in Beata semper Deipara illibatum non semper fuisse amentissimi, profligatissimiq. Hostes pudoris, & pudicitiae audent pronunciare in locum *Matth. 1. ad finem, & non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum*; Heluidius apud Hieronymum in lib. aduersus eumdē, Iouinianus apud Augustinum in libro de haeres. Ebionei, & cęteri. Antidicomariani, quos fregit S. Epiphanius haeresi 38. atq. eruditè, sapienterq. S. Hieronymus ac D. Augustin. citat. alijq. quippè qui non quod deinceps; verùm quod antea factum non erat per Tò *donec* dumtaxat significatum doctè scribunt. Et habetur *cap. Quod dicitur de verb. signif.* Itaq. omnes hae particulae *donec, antequam, priusquam, & vsque*, & si quae sunt aliae similes, non semper affirmationem significant post tempus adnotatum, si negatio praecesserit; nec semper negationem, cum praecesserit affirmatio, vt rectè *Hieronymus citatus, & Chrisostomus in 1. cap. Matth. ad finem, atq. indicatur cap. Ioseph de verb. signif.* Sed absolutè, ac remotis absurdis è contrario sensu prouenientibus, & dum non ad dubium explicandum, & certum tacendum, vt loquitur de Virgine *Hieronymus* afferuntur, tempus limitatum significant. Sic si maritus leget vxori vsum fructum, donec dotem non peperit, animo differendi dotis exactionem,

Digitized by Google

nem, id præstitisse dicendus est *l. credit. de leg.* 2. vt quousq. non repetat dotem vxor, consequatur vsumfructum. Sic in casu textus à me allati *donec*, id est vsq. dum non det consensum electus non habeat ius; quo quidem dato habeat, vt probè prosequitur de dictione hac *donec Menoch. lib. 4. de præsumpt. præsump.* 110. *num.* 17. Deindè, vt ad eam partem assertionis, ex qua degressi sumus, teuertamur, illam docent, quam plures *Glossæ*, & speciali quidem nomine *cap. Quantò dist.* 63. *sub initio, nec non Glossa cap. contra Sanctorum* 16. *q.* 7. quę ad verbum *nominationem* addit; ergò sola nominatione acquiritur ius. Idem habet *Glossa cap. Placuit* 72. *dist. ad verbum eligitur.* Et quidem primæ Glossæ, cuiusq. doctrinæ in expositione textus *cap. Quantò* videtur *Turrecremata* succumbere: cui nihil sanè respondet. Sin autem, vt secundæ allatæ *cap. contra Sanctorum* satisfacere contendat immerito quidem asserens non esse de *Glossa* curandum. Cùm opinio
2 *Glossę* ex se omnes aliorum antecellat, vt habet *Bald. in l. cùm hæred. C. de Episcop. aud. Innocentij* prævaleat opinioni, vt ait *Immol. in cap. Pastoralis de offic. ordinar.* quem refert *Andr. Siculus cons.* 19. *col.* 5. *lib.* 11. *accedit Iacob. Butr. in l.* 1. *C. quod per sua iura*, vbi scribit non esse recedendum ab opinione Glossæ, quando firmat pedes: & quandò non esset communis opinio in contrarium, vt ait in *cap. Cappellanus in* 4. *not. de fer.* vel quando nō afferret textum, vel legem, vt supèr indicaui ex *Bald. in l. Resp. C. ex qua cau. ma.* Optimi autèm allegantur textus per *Glossam* 1. *allegatam ab Abbate in cap. Nobis de iure Patr. nu.* 4. *quàm ferè omnes sequuntur, tùm cap. Postquàm: tùm transmissam de elect.* Et plura, quæ referre necesse non est, afferuntur ab *Andr. Siculo in cap. Ne innitaris de const. & in cons. suo primo libr.* 1. *& cons.* 39. *colum. ante penult. & cons.* 49. *col. vlt. Alexand. cons.* 66. *Consideratis lib.* 1. *&* 122. *videtur prima facie col.* 2. *eod. lib. Bald. cons.* 251. *Nonnulli ad finem lib.* 1. *& cons.* 351. *in bonis eod. lib.* 1.

10 Argumento secundo. Respondemus omniū calculis, Electo confirmato ius esse; atquì per confirmationem ius non confertur, igitur ex electione, & consensu electi, hoc illi competit. Minor, siuè subsumpta propositio adeo videtur nonnullis clara, vt *Dec. cap. Postquam de elect. nu.* 17. asserat, non modo ius ad rem esse electo post ipsius consensum præstitum, sed etiam in re; quòd eligentes variare non possunt, vt nos *seq. disp.* dicemus ex DD. consensu. Verum hoc saltem ius imperfectum, seù in potentia, & habitū, quemadmodum à multis appellatur, electo consentienti conuenire videtur exploratum, vel quia sicut habet *Petrus de Anchar. in clem.* 1. *in vlt. not. de iur. iuran.* cōfirmatio est declaratio iuris, priùs electo quæsiti, solumq. tribuit illius exercitium; quod etiam docuit *Oldrad. cons.* 146. *col. final.* Sicut Iudicis decrètum, quod administrationem tutori decernit *l. final. C. arb. tut.* vel quia, qui cōfirmat, non dat *l. & quia ff. de iur. omn. Iud. & cap. Inter dilectos de fid. instr.* Quo circa si electio non valet, confirmatio minimè per se prodest, vt paulò antè indicauimus. Atq. de confirmatione disputantes explicabimus *sequenti lib. disp.* 1. *c.* 2. 8. *ac penult.* notatq; *glossa c.* 1. *verbo irritum de post. Præl. in sexto, & Abb. in cap. Quod sicut col. final. eodem*, & hoc idem habet *Bart. sequuta accessione in l. absenti, ff. de donat. allegans cap. si tibi absenti de præb. in sexto.*

11 Ex his autèm in hunc modum disputatis, tertia nostræ conclusionis pars declaratur, nā hoc ius Electo consentienti competens cùm ex concessione Papæ, vt beneficium ei sit deuinctum, sitq. in re, maximè pendeat; quemadmodum constat ex 1. *not.* reliquisq. hactenus agitatis, neq. purum videtur ad rem, cui res deuincta non sit, neq. purum in re, quasi alio non indigens adminiculo; verùm immediatè ad rem, & mediante confirmatione in re: quā quidem confirmationem, idcircò facit aliquo pacto necessariam, vt de illa agentes dicemus; quodquè subindicasse videtur *Dec. citat. ad finem n.* 18. Declarati hoc quidèm potest per ius, quod quispiam habet in re propria, cuius possessionem amisit, & in re, collatum cum re ipsa; non tamen cum possessione hactenus non comparata; ad quam comparandam possessionem ius etiam hoc latè patet, qua ipsum perficietur. Itaq. immediatè hac ex parte erit ius ad rem ad ipsam confirmationem adhuc non habitam electo consentienti, per eam autèm, quam sibi necessario vendicat, dicetur esse ius in re ad beneficium, & videtur ei deuinctum, dependenter quoad esse completum stabilitatis, expeditæq. administrationis ab ipsa cōfirmatione; in quo sensu *Dec.* ob rationes factas summopere placet, cuius opinionem videtur sequutus *Molina supra citatus, §. dixi superius ad comparandum ius in re circa res incorporales præter titulum esse regulariter necessariam traditionem, quoniam aliquando id non est necessarium, quando scilicet id peculiariter iure aliquo sanctum est: Hac ratione ad comparādum ius in re in beneficio Ecclesiastico, illudq; efficiendum suum necessaria non est traditio, sed satis est præcedat collatio, & sequatur acceptatio, ratane habeatur collatio, efficitur acceptantis, comparatq. proindè ius in re, cùm tamèn ante acceptationem solum haberet ius ad rem.* Quæ quidèm vltima verba maximè fauent huic sententiæ. In hoc etiam sensu loquutus est *Cæsar Lambertinus art.* 8. *quæst.* 5. *part.* 2. *lib.* 3. *num.* 2. vbi scribit Præsentatum per præsentationem non habere ius in re, alioquin directè ageret ad institutionem, sicut electus ad confirmationem, cui est ius in re. Neq. alia opus est probatione, cùm res, quoad hoc ex voluntate pendeat Pontificis Max. Dicta tamèn maximè vera esse, in digniore Electo ad beneficia, non ambigo, vti ex *sup. disp.* constare potest. Hæc autèm clarius ex *disp.* 3. *lib.* 7. *c.* 8. innotescent.

12 Assertio quarta. Potest Electus consensum iam præstitum absq. licentia Papæ reuocare. Est commmunis, tùm *Theologorum*, tū *vtriusq. iuris Peritorum* sententia, estq. à nobis indicata præsertim *superiori cap.* est etiam exarata in *cap. Cùm inter Canonicos de elect. cap. & si*

vna-

Digitized by Google

vnanimiter eodem, cap. licet de transl. cap. si electio de elect. in sexto, & eod. cap. si compromissarius adiunctis glossis illius verbo si electio, & renunciare huius verbo consentire. Ratio autem, quę ex Canonibus, & Glossis citatis deducitur est, quòd non perfectum, sed quasi, coniugium spirituale contractum videtur inter Electores, & electum. Quamobrem non tenetur Electus ob defectum dicti coniugij nequaquam perfecti absolutè illi stare. Neq. eadem est ratio de Electoribus, vt mox subijciam.

13 Obijcies, altero dicente coniugum per verba de præsenti. Te accipio in meam, si respondeat mulier, placet, factum censetur matrimonium, vt deducitur *ex cap. vlt. de sponsalib. docentq. Paludanus 4. dist. 27. q. 2. art. 4. n. 25. Hostiensis, cap. Si inter in princip. de spons. vbi Abbas antiquus Panormitanus n. 7. atq. alij*; ergo hoc idem erit in coniugio spirituali; igitur sicut à coniugio carnali non potest quis acceptans promissionem resilire, ita neq. in spirituali. Quod si respondeas per electionem, atq. acceptationem non propriè coniugium resultare, sed quasi coniugium, quod confirmatione ratum verè dicitur *ex cap. cum inter Canonicos: Inter corporalia*; Licet alijsq. suprà citatis; argumentum adhuc vigebit, nam alteri parti dicenti per verba de præsenti, accipio te in vxorem, sicuti si respondeat altera, placet, est matrimonium, ita dicente alio, accipiam te in vxorem per verba de futuro, si respondeat altera, placet, erunt sponsalia; atq. à paritate censebuntur hæc sponsalia spiritualia ad minimum contracta inter Electores, atq. Electũ, quæ quidèm per promissionem alterius, atq. alterius acceptationem absq. causa solui minimè possunt.

Respondeo tametsi nouerim *Paludanum 4. dist. 27. q. 1. art. 1. n. 4. Enriquez libr. 11. de matr. cap. 13. n. 2. ad 2.* alioſq. nonnullos sentire acceptationem alterius esse repromissionem. Quamobrem intercedente promissione ex vna parte, ex altera verò acceptione, ideſt repromissione constitui sponsalia, quibus vterq. contrahentium deuincitur; nihilò tamèn minùs certiùs arbitror contrarium in sponsalibus carnalibus, quæ resultare quidèm possent argumento à matrimonio carnali ad spirituale, quod aliquo pacto valere, tùm hic, tùm 1. *tomo lib. 1. disp. 1. c. 4.* & agentes *lib. seq. de postulatione*, dicemus. Verùm enim verò non sufficere, contendemus acceptationem ex parte alterutrius coniugis. Et ratio est, quod acceptans potest promissionem acceptare in sui fauorem tantùm, vt videlicet promittens ipsi solùm obligetur, igitur alio obligationis mutuæ signo non interueniente minimè dicendus est ex illa acceptatione acceptans repro-
14 mittere, atq. obligari. Nam ad summum res cum sit dubia, in ea non est asserenda obligatio, quippè quæ contra voluntatis esset possessionem, suam libertatem possidentis. Confir-
15 matur, quia ex regula vniuersali, quam 1. *tom. lib. 2. disp. 5. c. 7. n. 9.* tradidimus. *Tacens cõsentire censendus est de re in sui fauore per reg. iuris in sexto. Qui tacet, &c.* Quam in hoc casu verificari docent *Innocentius cap. in Genes. de elect. n. 4. Abbas cap. Nonnè de præsumpt. nu. 1. & alij quam plures, quos citat, ac sequitur Sanchez lib. 1. de spons. disp. 8. n. 5.* A fortiori igitur in re nostra, in qua per tot constat Canones, sola acceptatione non manere ita ligatum consentientem in sui electionem, vt resilire non possit. At si alijs signis compertum esset illum etiam promisisse, consequenter asserendum esset, nõ posse recedere, atq. ab intrinseco ex præcepto naturali carnalium instar sponsalium obligari.

16 Hinc rationem deduco discriminis inter electores, & electum vnam ab extrinseco, alteram ab intrinseco. Ab extrinseco, quia cum secundum formam per Sacros Canones Electoribus præscriptam hi eligant, prohibentibus illis variationem non modo post consensum electi, sed publicato scrutinio, vt mox expendemus, hoc pacto, nec aliàs ab illis electio facienda est. E contra vero permittentibus Electo variationem etiam post consensum, poterit hic variare, ac resilire ex horum vi. Ab intrinseco autem quòd ex variatione electi post consensum, nullum perfringitur ius, nulliq. fit iniuria; at si recederent Electores non solum post electi consensum, sed publicato etiam scrutinio, & contra ius fieret electi, eiq. iniuria inureretur, vt vberiùs *seq. disp.*

CAPVT QVARTVM.

Deducuntur ad Praxim aliqua ex disputatis.

SVMMA.

Quando penès varias rationes habet electus post consensum, & ius ad rem, & ius in re respectu beneficij. n. 1.

Potest Electus, qui consensit confirmationem suæ electionis petere absq. ambitionis nota, imò sui electionem defendere. n. 2.

Differentia inter Electum, Postulatum, & Præsentatum in ordine ad confirmationem electionis, postulationis admissionem, & institutionem præsentationis. n. 3.

Cùm agatur de confirmatione electionis ad Episcopatum danda quidèm à Summo Pontifice, semper illius innititur gratiæ, cui integrum est omnem electionem reuocare, vel confirmationem impedire. n. 4.

Ante confirmationem Electus etiam post consensum non dicitur promotus, sed promouendus. n. 5.

Ante confirmationem beneficium non dicitur electi. n. 6.

Lite pendente ante confirmationem beneficium dicitur vacare morte primi, non autèm morte electi non confirmati. n. 7.

Ex

Digitized by Google

EX dictis colligo primùm, electum consentientem ius habere absolutè ad rem immediatũ ad ipsam confirmationem, quæ adhuc non existit, & consequenter ius etiam ad rem ad beneficium cuius exoptat cõfirmationem. Ex alia verò ratione habere ius in re ad illud idem beneficium, quod quidèm, & quoad stabilitatem, & quoad expeditam administrationem ex confirmatione pendet, quam id circò facit aliquo pacto necessariam.

2 Colligo secundò cum *Abb. cap. exhibita n. 1.* Electum posse absq. ambitionis nota, & suæ confirmationem electionis petere ex *cap. quæ sit, & cap. cupiens de elect. lib. 6.* & ipsius electionem defendere, si ab alijs fortè fortuna impugnaretur *de consuetudine, cap. cum dilectus, & de integ. rest. c. 2. cùm si.* Adhibenda tamèn aliquatenus est cautio, non tamèn tanta, quantam *coroll. §. cap. vlt. seq. disp.* afferemus.

3 Colligo tertiò ex eodem *Abb. cap. Postquam de postul. præb. n. 4.* differentiam inter Postulatum, vel Præsentatum à Patrono, & Electum ad beneficium, nàm electus pleno nititur iuri, confirmationemq. petendo ab alio, quam à Papa, re vera nullam gratiam petit. Quamobrem, vt *Ioannes Andreas* loquitur, superbè potest accedere ante superiorem, & capucio, seù bireto non eleuato, si confidat de idoneitate personæ propriæ, & comminari de recursu ad communem superiorem habendo, ni confirmetur. Postulatus autèm à gratia pẽdet, *vt seq.* dicemus *lib. primis disp.* quare genibus potiùs innixus rogare debet, vt de illo habita postulatio admittatur, per quam nullum, vt loco citato dicemus ei confertur ius, secluso stylo Curiæ. At præsentatus, vt infrà aliquale ius, si habeat, imperfectum ad modũ est *cap. cùm Bertoldus de re iud. Innoc. in cap. dilectus de officio legati.* Et cùm Patronus absolutè possit variari præsentando alium, modo infrà declarando, ex *cap. quod autem de iure Patronatus*, humilitèr debet institutionem petere, & vt citò fiat, nè recedat Patronus. Quapropter, vt ex *Ioanne Andr.* ait *Abb.* debet capucium leuare, & se curuare. Dixi electum confirmationem petendo gratiam non exposcere ab alio superiore, præter quã à Papa; nàm cum de Præsulatu sermo fit, ad cuius electionem confirmatio Summi desideratur Pontificis, vel de quocumq. alio à simili pendente confirmatione, censendum est aliter. Si quidem Papa de plenitudine potestatis, confirmationem valet impedire *9. q. 3. principalè, & cap. cuncta per mundum eod.* cui sanè superior non est *cap. licet de elect.*

4 Colligo quartò, ante confirmationem electum etiamsi consenserit, nec dici promotum, sed potiùs promouendum, sic *Dec. cap. postquã de elect. n. 12. & cap. Eam te not. 1. de rescrip. ex cap. super his de accus. vbi Abbas.*

5 Colligo quintò, ante confirmationem non dici beneficium electi etiam consentientis, sic *Dominicus in cap. si Electio, & Glossa verbo renunciare de elect. in sexto*, vel quia solum ius ad rem sola habet electione, vel in re non immediatè, sed mediante, quam necessariò sibi vendicat, confirmatione. Penès quam explicationem dò manum *Ant. de Butrio in cap. nostra, colum. final. vers. cum hoc scriptum de rescript.*

7 Hinc probè notat *Glossa in clem. 1. verbo collato*, ante confirmationem lite pendente, beneficium vacare dicendum esse potiùs morte primi, cui successit electus, non confirmatus; quã morte huius electi, & non confirmati. Quæ non ex eo, quod ius non sit quæsitum Electo non confirmato vera sunt, sed quòd vel perfectum illud non est, vel pendens quoad complementum per ordinem ad administrationẽ ex confirmatione. Quamobrem neq. ipse *Dec.* cui maximoperè in hoc coroll. subscribimus, dissentit.

CAPVT QVINTVM.

Soluuntur argumenta capit. 1. relata.

SVMMA.

Satis sit primo, & secundo argumento. num. 1.

A potentia non rectè ducitur argumentum ad actum positiuè. n. 2.

Falsum est eos non vocari tanquàm Aaron, quì legitimè, & canonicè eliguntur. n. 3.

1 SVpereſt argumentis Turrecrematæ, vt faciamus satis, quatenus nostræ vltimæ contraria videntur conclusioni.

Respondeo itaquè primò inter eligentes, atque electum initiatiuè matrimonium contrahi, atquè in ratione contractus alium præterea consensum inter eos non requiri. Quamobrem *cap. Inter corporalia de transl. §. vnde*, meritò dicitur *vndè cum non sit maius vinculum Episcopi ad Ecclesiam, quàm electi maximè si fuerit confirmatus*, vbi perpendo, non denegari absolutè aliquod vinculum inter Electores, atq. Electum, sed maius esse; cùm Electus fuerit confirmatus, neq. hoc ius, qualecumq. sit, *glossa. vlt. loco à Turrecremata citata* negat.

Ad secundum dico satis esse, si dicatur Episcopus electus post consensum præstitum.

Ad tertium. Non posse administrare Præsulem electum *conclusion. 1.* dictum est. Cæterùm, &

2 si probè Philosophus doceat cuius est actus, eiusdem esse potentiæ, verùm mirot hominem, cætera doctum, deducere ex potẽtia necessariò actum, quod argumentum, quã imbecille sit, demonstrauimus supra *disput. 13. c. 8. n. 13.*

3 Quarti admittimus antecedens, negamus tamèn electum excipientem ius electione, et

se

se accipere, & non vocari, tanquam Aaron, cum vt *asserit. 2. & not. pariter* 2. exposuimus, omnis iurisdictio, ac potestas Ecclesiastica à Sancta Romana Sede, ac Vicario Christi manet, concessumquè Electoribus sit quodcumquè huiusmodi ius. Sic pariter satisfaciemus quinto, sexto, & septimo argumento, quibus nil amplius est virium, quam quarto soluto.

DISPVTATIO XVII.

Electores habito scrutinio possint nè ab electione resilire.

EX hac quæstione, cùm electi, vel eligendi notio iuris, maximoperè pendeat ad eam dilucidandam Canonistarum, meritò desudarunt ingenia. Verùm in illa minimè sermo est de reuocatione electionis, vel defectu materiæ, quando nimirum Electores indignum ignoranter elegerint, tunc enim, & possunt, & debent alium eligere ex *cap. Innotuit, & cap. Cũ terra de elect. probeq. tradit Abb. cap. cùm in terra ad finem*, & si scienter id præstiterint, nõ poterunt Electores eligere, quod ex hoc priuati sunt potestate, quę translata est in alium, vt docui *disp. 14. cap. 2. & cap. cùm in cunctis, §. finali, & cap. Gratum de post.* De electione, itaquè ritè habita quæstio tota est, cuius, quo prima fronte clarior videtur solutio *ex cap. Publicato scrutinio de electione per ea*: *Publicato scrutinio variare nequeunt Electores, cum sit facienda collatio, & electio celebranda, ad quod per Superiorem, si oportuerit, compellantur*: difficiliores habet explicatus, si rationem inuestigemus, qua motus sit textus, ad quam assignandam omnibus cõtendere viribus Auctores; quippèquæ in legibus, ac dispositionibus, tanquam verum consideratur fundamentum *ff. de hæred. inst. l. finali, & ff. de leg. 11. l. cũ pater, §. dulcissim.* & est anima legis, vt habet *Bald. in l. si quis seruo, C. de furt.*

CAPVT PRIMVM.

Principes afferuntur, ac reicijũtur hac de re sententiæ.

SVMMA.

Prima ratio Glossæ *ex eo, quod res non sit integra, non posse Electores variare, reijcitur, num. 1.*

Ius eligendi ad Præsulatum non est instar mandati, à quo rectum duci non potest argumentum. n. 2.

Reijcitur secunda Glossæ *ratio de reuocatione, in damnum tertij. n. 3.*

Refellitur tertia ratio Glossæ *petita ex Ecclesiæ damno. n. 4.*

Quarta Glossæ *respuitur ratio, deducta ex initiato iam negotio. n. 5.*

Expungitur ratio Baldi, *quia publicatio sit potior electionis pars, & quia inchoatum debet ad perfectionem perduci, nec liceat variatio, vel quia electo est ius per officium Iudicis, vel quia desiderium in actis publicatum non potest corrigi. n. 6.*

Nulla est ratio Antonij, *contendentis electionẽ solis perfici suffragijs, & publicationem esse quid accidentale. n. 7.*

Ad quod officiorum genus non requiritur consensus electi, non possunt variare Electores. num. 8.

Ad officia, ad quorum electiones requiritur electi consensus, ante hunc non acquiritur ius per Abbatem, & ab his electionibus, nomine proprio factis, possunt Electores resilire, non autè præstito consensu. n. 9.

Non possunt Electores variare secundum Abbatem, si proprio nomine non eligunt, ad officium etiam ante consensum Electi. n. 10.

Ratio Panormitani ex eo, quod Electores proprio functi sint officio affertur, & reijcitur. nu. 11. & 12.

Episcopus iure proprio confert beneficia propriè intra Diœcesim. n. 3.

VT opiniones retineam, in quas abire DD. antequam allegatus emanaret *textus cap. Publicato scrutinio de elect.* quas *Panormitanus ibi num. 1. refert* proximius *ad ad rem* accedo.

Primo itaq. loco *Glossa secunda citati Textus* rationem ait esse, qua non possunt Electores publicato scrutinio resilire, res quia nõ est integra *ex cap. in causis de elect.* ex quo eo, vel ipso, quod ad electionis tractatum proceditur desinat esse res integra per ea in §. *quia quam cùm res non esset integra, quia in tractatu*

iam

Multa, quæ mortuo Pontifice licerent de electione successoris, sunt eo superstite illicita. numer. 8.

Consulto Summo Pontifice, de eius licentia potest haberi tractatus consultiuus eligendi successorem. n. 9.

Tales possent intercedere circumstãtiæ, vt necessarius, nè dũ licitus esset tractatus consultiuus de electione Pontificis successoris, de consilio tamèn, & licentia superstitis. n. 10.

Quid consilij capiendum, vbi Summus Pontifex ob grauem infirmitatem, neq. consuli, neq. facultatem facere posset ad tractatum ineundũ. num. 11.

Electio facta alicuius Episcopi, de quo viuente Prædecessore, fuit habitus tractatus definitiuus, non est nulla, sed irritanda n. 12.

Electores tractatum habentes in vita Præsulis definitiuum non sunt de facto priuati, sed puniendi ob rem illicitam. n. 13.

Electio successoris, de quo prius habitus est tractatus, viuente Papa, iuxta supradicta, non est in præsentia nulla, vno excepto casu. num. 14. & 15.

Quid censendum sit de occupante, vel aucupante papalem dignitatem. n. 16. remissiuè.

De Pœnis. n. 17.

Noctu non est facienda electio, neq. clandestinè. n. 18.

Electio denunciandæ electo intra octo dies. numer. 19.

Hi dies currunt de momento in momentum. numer. 20.

Ex proœmio legis mens, & propositum legislatoris deducitur. n. 21.

Non sufficit præsentatio facta Procuratori generali electi, dummodo ab illo rata non haberetur electio. n. 22.

De loco electionis Præsulis. n. 23. remissiuè.

De loco electionis Papæ. n. 24.

MIhi propositum non est hoc cap. quæstionem explicandi, nùm possit Prælatus, quicumq. sit, sibi successorem nominare, vel eligere, quam in nonum librum acturus de causa efficienti, vt in proprium locum libens reijcio, verùm de tractatu aliorum hic est futurus sermo. Huic itaq. quæstioni tria videntur esse membra: Primùm numquid licitus sit tractatus de successore, viuo Antistite, eligendo: Secundum, an validus sit, & nùm ipso facto nulla electio, vel annullanda: Tertiũ, an Canonici, vel quicumq. eligentes, & præsertim se obligantes ad certæ personæ electionem, priuati sint eligendi potestate.

1 Sit assertio prima, quicumq. tractatus definitorius siuè quoad finem electionis peragendæ, siuè quoad media ad eundem ordinata finem, illicitus est omnino ex se, ante mortem siuè Pontificis Maximi, siuè cuiuscumq. Habetur expressè conclusio *in cap. Nullus 79. dist.* cuius verba *ad secundam 1 cap. assertionem nu.* 10. *retulimus*, & speciatim de Summo Pontifice *cap. si quis Papa dist. 79. & cap. 1. dist. 23. cap. vbi periculum de elect. in 6. §. hoc Sacro cõcilio constit. 38. Pauli IV. cuius initium, cum secundum Apostolum, edita anno 1558. constitut. Gregorij XV. edita anno 1621. confirmata ab Vrbano VIII. per suam constitutionem 45. editam anno 1625.* Atq. ex his, quæ scribam intra, expendens nùm assertio secunda in electione Summi Pontificis locum habeat, clariùs ista constabunt. De nostro autèm Episcopo patet *ex cap. Bonæ il secondo de electione per ea. Nec prædicta debet dici citatio valuisse, quia cum Episcopi mortem præuenerint, temeraria nimis extitit, &c. Sic docet etiam Innocentius* hic *à n. 4. Abbas n. 12. Baldus nu. 1. & 2. & alij.* Itaq. non modo non licet personam successoris eligere, sed neq. ad illam electionem alia decernere, vti præscribere locum electionis, iuridicè vocare vocandos absentes, aliaq. huiusmodi facere ad illam spectantia, enumerata ab *Innocentio citato*; maximè ambitionem si saperent, conuentionem, simoniam, vel aliam turpem rationem, *ex cap. Nulla de concess. præb.* Ratio autèm huius canonicæ, ac prudentissimæ prohibitionis esse videtur, nè pateat ostiũ ambitioni, neuè simoniæ, alijsq. cupiditatibus sit locus, quæ à tàm sancta electione longè distare debent, & quod caput est, vt absit occasio, vel votum captandæ mortis Pastorum Ecclesiasticorum, vt infrà ex *Paulo IV.* dicam, habetq. citatum *cap. Nulla de concess. præb.* generaliter loquens de omnibus beneficijs.

2 Sit assertio secunda. Consultationis tractatus de successore Præsule eligendo licet, adhuc non vita functo Episcopo. Hæc assertio communis est DD. quidquid in contrarium scripserit *Azor. 2. part. lib. 3. cap. 28. quæst. 19.* Et quidem Episcopo viuente, de ipsius licentia hoc fas esse sentiunt omnes. Vt enim ait *Innocentius num. 3. circa medium citatus*, potest Episcopus laborans Canonicos accersere, ad concordiam hortari, ac de certa persona sufficienda consulere, quæ prudenter fieri maximè possunt, atq. *ex cap. si transitus distin. 79.* à fortiori probatur de Episcopo. De Canonicis autèm etiam non coram Antistite ægrè laborante, sed inter se negotium agitantibus, totum hoc idem exploratum videtur Auctoribus, dummodò non decernerent, definirètq. personam, sed solum ad modum consultationis etiam in capitulo habitæ, vt scribit *Innocentius laudatus*, præsertim si non primariò Capitulum, sed secundariò fiat, vt *addit num. 4* cui subscribit *Bald. ad finem nu. 1.* qui quidèm

3 quærès. Quid sit tractatus, ait esse, qui fit capitulariter, & solemniter non ille, qui fit perfunctoriè, ac difformiter ex eodem *Innoc.* Omnis tamèn debet abesse promissio, nullaq. intercedere obligatio, quæ prorsus illicita esse patet *ex c. 2. dist. 79. supra citato, & sequent.* nullaq. interueniente citatione, vt in *cap. Bonail secondo de elect.* nullo scrutinio, nullo compromisso, aut alio aliquo actu, qui ad solemnitatẽ ordi-

Digitized by Google

ordinetur electionis. Addit *Abbas in cap. Bonæ il secondo de elect. num. 12. circa medium*, 3 fas etiam esse personam laudare aliquam, cæterisquè persuadere optimam esse ad Prælaturam, de qua tractatur; dummodo ij non deliberent. Ratio autèm esse potest, tùm quia ab intrinseco hæc mala minimè sunt, neq. ex se periculosa, possuntquè ex bono fine ad varias etiam spectare virtutes, vt infici turpitudine ex malo; & alioquin non sunt per ius positiuũ prohibita; ergo licita.

4 Dixi de priuatis Episcopis tantùm, nam de Summo Pontifice, quòd hæc etiam vera sint fauere videtur *cap. si transitus distin. 79. ab Innocentio, cap. Bonæ il secondo relatum num. 3. consentit Abbas ibid. num. 12. nec non Immola. num. 10. aliq. quos sequitur Turrecremata in citatum cap. si transitus, & in capit. Nullus ead. dist. n. 2. & passim alij*, asserentes licere Summo Pontifici cum Cardinalibus agere consultiuè de successore iuxta dicta sub initio nostræ cõclusionis, & quæ *lib. 8.* disputanda sunt; imò absolutè ab *Innocentio, & Panormitano* dicitur posse hunc tractatum consultiuum haberi, atq. ex sententia *Panormitani*, fauet *cap. In nomine Domini 23. dist.* in quo de modo successoris eligendi statuitur à *Nicolao Papa, et cap. licet de elect. aliæq. etiam recentiores constitutiones de electione Sũmi futuri Pontificis editę*.

5 *V*erùm cùm in citatis textibus, & constitutionibus non de certa peragatur persona, sed de virtutibus, atq. ornamentis personæ in genere eligendæ, nec non de modo, ac ratione canonica seruanda in electione Pontificis. In primis seruanda censeo, quæ diximus præscripta, seruandaq. in cuiuscumq. electione Antistitis, ac turpia à fortiori in hac Summi Pontificis fugienda iuxta *cap. si quis Papa dist. 79.* Nec pyctacia promittere, id est scriptura obligatoria, vt habet *Glossa verbo pyctacium 30. quæst. cap. Pyctacium*, vel me quidem iudice pyctacium est album, in quo, & dies, quando, cum aliquo quispiam de promotione tractauerit, & ipsemet tractatus exaratus fuisset; hoc autèm pyctacium esse latinè censeo; ait enim *Lampridius in Alexandri vita. Deniq. cum inter militares aliquid ageretur multorum dicebat nomina: de promouendis etiam sibi annotabat, & perlegebat pyctacium, & sic faciebat diebus pariter adnotatis, & quis, & qualis esset promotus*. Munera fugienda sunt præterea, vel tractatus per Sacramentum, aut iuramentum, coniurationes, in eis consensum, vel suffragium polliceri, aut hac de causa in priuatis conuenticulis factis deliberare, siuè decernere, quæ omnia tùm ad simoniam, tùm ad crimen læsæ maiestatis facta, viuo Pontifice pertinent, imò etiam eo consulto, vt scribit *Turrecremata citatus num. 3. & 4.* quamuis textus contrarium indicare videatur; nimirùm enumerata dummodo intrinsecè mala nõ sint, vetita non esse, consulto ipso Papa, de quibus *lib. 8.* vberiùs agemus; Igitur relata mortuo Pontifice ad simoniam saltem spectabunt, vetita sub pœna priuationis dignitatis, proprij loci, & communionis per citatum textum *cap. si quis*, vbi & præmium socio criminis accusãti promittitur. Qui qua ratione cum in cæteris non sit admittendus, in crimine tamèn simoniæ, læsæ maiestatis, atq. hæresis admitti possit, leges apud *Glossam ibi verbo pertulerit, ad Turrecrematam n. 6.*

7 Ad propositum autem rediens, cùm in textu habeatur. *Si quis Papa superstite pro Romano Pontificatu cuiquam, quolibet modo, fauorem præstare conuincitur loci sui honore, vel cõmunione priuetur*. Si id tamèn fiat inconsulto Papa ob clausulam, quæ infrà ponitur, atq. eadem vrgente ratione ad quæcumq. dispositionis membra referenda est, vt sæpè dixi tùm *primo toma lib. 2. disp. 7. cap. 2. nu. 4. & 5. tùm in hoc tomo disp. 14. c. 4. num. 22. & alibi*; idcirco q. superiùs ex *Abbate* retuli, posse Canonicũ v. g. viuo Præsule, laudare quempium eligendum, aliisq. proponere, vt optimum ad Prælaturam, de qua mox erit agendum, dùm tractatur de Summo Pontificatu, videtur vetitũ per adductum textum; ni quis aliquem laudaret, aliisq. proponeret, tanquam optimum ad quodcumq. regimen in genere, non vt ei consulat, aut faueat, sed solum ad bonum Ecclesiæ, catholicæ; neq. speciatim persuadendo alteri, vt ei, quem laudat, ad Papatum suffragetur, sed potiùs, vt alterius virtutes, illustria dona, atq. ornamẽta ad bonum Christianæ Reipublicæ cognoscat. Quamquam tutiùs esset ab hoc tractatu etiam sub his formalitatibus abstinere.

8 A fortiori præterea viuo Pontifice, multa, quæ nec mortuo, licent, vitanda profectò sunt; sic esset tractatus ambitiosus *cap. Qualiter de elect. & cap. cum post eod.* tractatus simoniacus *cap si quis pecuniam de elect. cap per inquisitionem.* Item tractatus conditionalis, siuè conuẽtionalis, *cap. 2. de elect. & 1. q 2. quam pie, nec non de pactis cap. vlt.* tractatus incongruus, inhonestus, ac præposterus, vt *cap. nullus dist. 79. cap. Bonæ il secondo de elect.* Quæ omnia confirmantur, & certis pœnis contra transgressores præterea corroborantur per *cap. Vbi periculum in sexto, & per constitut. 38. Pauli IV. qui quidem*, cùm *cap. si quis Papa* retulisset, & confirmasset pœnas, rationes, tùm prohibitionis, tùm pœnarum his addit. *Exindè non modo Sacrorum Canonum sed etiam secularium legum interpretes peritissimi, & probatissimi ambientes Papatum, aut super eo Papa viuente, & inconsulto tractantes, seù conuenticulas facientes crimen læsæ maiestatis in primo capite, & simoniacæ hæreseos incurrere decreuerint, nõ sine clara, & aperta ratione, cùm omnis tractatus de loco, dignitate, & bonis alicuius viuentis non consentiente ab vtroq. iure prohibeatur, & reprobetur, præsertim cum indè præstetur votũ captandæ mortis, quod Sacri Canones, & venerandæ leges passim abhorrent, ac detestãtur. Accedit, quod cùm inter Pontificem, & Ecclesiam contrahatur spirituale coniugium, quod fortiùs est carnale grauissimæ pœnæ ex vtriusq. iuris cẽsura imponitur ijs, qui constanti matrimonio de alio coniuge tractare præsumunt*, & infra prohibitionem extẽdit ad quoscumq. qui, Ponti-

Digitized by Google

Multa, quæ mortuo Pontifice licerent de electione successoris, sunt eo superstite illicita. numer. 8.

Consulto Summo Pontifice, de eius licentia potest haberi tractatus consultiuus eligendi successorem. n. 9.

Tales possent intercedere circumstãtiæ, vt necessarius, nè dũ licitus esset tractatus consultiuus de electione Pontificis successoris, de consilio tamèn, & licentia superstitis. n. 10.

Quid consilij capiendum, vbi Summus Pontifex ob grauem infirmitatem, neq. consuli, neq. facultatem facere posset ad tractatum ineundũ. num. 11.

Electio facta alicuius Episcopi, de quo viuente Prædecessore, fuit habitus tractatus definitiuus, non est nulla, sed irritanda. n. 12.

Electores tractatum habentes in vita Præsulis definitiuum non sunt de facto priuati, sed puniendi ob rem illicitam. n. 13.

Electio successoris, de quo prius habitus est tractatus, viuente Papa, iuxta suprædicta, non est in præsentia nulla, vno excepto casu. num. 14. & 15.

Quid censendum sit de occupante, vel aucupante papalem dignitatem. n. 16. remissiuè.

De Pœnis. n. 17.

Noctu non est facienda electio, neq. clandestinè. n. 18.

Electio denunciandæ electo intra octo dies. numer. 19.

Hi dies currunt de momento in momentum. numer. 20.

Ex proœmio legis mens, & propositum legislatoris deducitur. n. 21.

Non sufficit præsentatio facta Procuratori generali electi, dummodo ab illo rata non haberetur electio. n. 22.

De loco electionis Præsulis. n. 23. remissiuè.

De loco electionis Papæ. n. 24.

MIhi propositum non est hoc cap. quæstionem explicandi, nùm possit Prælatus, quicumq. sit, sibi successorem nominare, vel eligere, quam in nonum librum acturus de causa efficienti, vt in proprium locum libens reijcio, verùm de tractatu aliorum hic est futurus sermo. Huic itaq. quæstioni tria videntur esse membra: Primùm numquid licitus sit tractatus de successore, viuo Antistite, eligendo: Secundum, an validus sit, & nùm ipso facto nulla electio, vel annullanda: Tertiũ, an Canonici, vel quicumq. eligentes, & præsertim se obligantes ad certæ personæ electionem, priuati sint eligendi potestate.

1 Sit assertio prima, quicumq. tractatus definitorius siuè quoad finem electionis petagendæ, siuè quoad media ad eundem ordinata finem, illicitus est omnino ex se, ante mortem, siuè Pontificis Maximi, siuè cuiuscumq. Habetur expressè conclusio *in cap. Nullus 79. dist.* cuius verba *ad secundam 1. cap. assertionem nu.* 10. *retulimus*, & speciatim de Summo Pontifice *cap. si quis Papa dist. 79. & cap. 1. dist. 23. cap. vbi periculum de elect. in 6. §. hoc Sacro cõcilio constit. 38. Pauli IV. cuius initium, cum secundum Apostolum, edita anno 1558. constitut. Gregorij XV. edita anno 1621. confirmata ab Vrbano VIII. per suam constitutionem 45. editam anno 1625.* Atq. ex his, quæ scribam infra, expendens nùm assertio secunda in electione Summi Pontificis locum habeat, clariùs ista constabunt. De nostro autèm Episcopo patet *ex cap. Bonæ il secondo de electione per ea. Nec prædicta debet dici citatio valuisse, quia cum Episcopi mortem præuenerint, temeraria nimis extitit, &c. Sic docet etiam Innocentius* hic à *n. 4. Abbas n. 12. Baldus nu. 1. & 2. & alij.* Itaq. non modo non licet personam successoris eligere, sed neq. ad illam electionem alia decernere, vti præscribere locum electionis, iuridicè vocare vocandos absentes, aliaq. huiusmodi facere ad illam spectantia, enumerata ab *Innocentio citato*; maximè ambitionem si saperent, conuentionem, simoniam, vel aliam turpem rationem, *ex cap. Nulla de concess. præb.* Ratio autèm huius canonicæ, ac prudentissimæ prohibitionis esse videtur, nè pateat ostiũ ambitioni, neuè simoniæ, alijsq. cupiditatibus sit locus, quæ à tàm sancta electione longè distare debent, & quod caput est, vt absit occasio, vel votum captandæ mortis Pastorum Ecclesiasticorum, vt infrà ex *Paulo IV.* dicam, habetq. citatum *cap. Nulla de concess. præb.* generaliter loquens de omnibus beneficijs.

2 Sit assertio secunda. Consultationis tractatus de successore Præsule eligendo licet, adhuc non vita functo Episcopo. Hæc assertio communis est DD. quidquid in contrarium scripserit *Azor. 2. part. lib. 3. cap. 28. quæst. 19.* Et quidem Episcopo viuente, de ipsius licentia hoc fas esse sentiunt omnes. Vt enim ait *Innocentius num. 3. circa medium citatus*, potest Episcopus laborans Canonicos accersere, ad concordiam hortari, ac de certa persona sufficienda consulere, quæ prudenter fieri maximè possunt, atq. *ex cap. si transitus dist. in. 79.* à fortiori probatur de Episcopo. De Canonicis autèm etiam non coram Antistite ægrè laborante, sed inter se negotium agitantibus, totum hoc idem exploratum videtur Auctoribus, dummodò non decernerent, definirétq. personam, sed solum ad modum consultationis etiam in capitulo habitæ, vt scribit *Innocentius laudatus*, præsertim si non primariò Capitulum, sed secundariò fiat, vt *addit num. 4* cui subscribit *Bald. ad finem nu. 1.* qui quidèm

3 quærès. Quid sit tractatus, ait esse, qui fit capitulariter, & solemniter non ille, qui fit perfunctoriè, ac difformiter ex eodem *Innoc.* Omnis tamèn debet abesse promissio, nullaq. intercedere obligatio, quæ prorsus illicita esse patet *ex c. 2. dist. 79. supra citato, & sequent.* nullaq. interueniente citatione, vt in *cap. Bona il secondo de elect.* nullo scrutinio, nullo compromisso, aut alio aliquo actu, qui ad solemnitatẽ, ordi-

Digitized by Google

ordinetur electionis. Addit *Abbas in cap. Bona il secondo de elect. num. 12. circa medium*, 2 fas etiam esse personam laudare aliquam, cæterisquè persuadere optimam esse ad Prælaturam, de qua tractatur; dummodo ij non deliberent. Ratio autèm esse potest, tùm quia ab intrinseco hæc mala minimè sunt, neq. ex se periculosa, possuntquè ex bono fine ad varias etiam spectare virtutes, vt infici turpitudine ex malo; & alioquin non sunt per ius positiuũ prohibita; ergo licita.

4 Dixi de priuatis Episcopis tantùm, nam de Summo Pontifice, quòd hæc etiam vera sint fauere videtur *cap. si transitus distin. 79. ab Innocentio, cap. Bonæ il secondo relatum num. 3. consentit Abbas ibid. num. 12. nec non Immola. num. 10. aliq. quos sequitur Turrecremata in citatum cap. si transitus, & in capit. Nullus ead. dist. n. 2. & passim alij*, asserentes licere Summo Pontifici cum Cardinalibus agere consultiuè de successore iuxta dicta sub initio nostræ cõclusionis, & quæ *lib. 8.* disputanda sunt; imò absolutè ab *Innocentio, & Panormitano* dicitur posse hunc tractatum consultiuum haberi, atq. ex sententia *Panormitani*, fauet *cap. In nomine Domini 23. dist.* in quo de modo successoris eligendi statuitur à *Nicolao Papa, et cap. licet de elect. aliæq. etiam recentiores constitutiones de electione Sũmi futuri Pontificis editę*.

5 *V*erùm cùm in citatis textibus, & constitutionibus non de certa peragatur persona, sed de virtutibus, atq. ornamentis personæ in genere eligendæ, nec non de modo, ac ratione canonica seruanda in electione Pontificis. In primis seruanda censeo, quæ diximus præscripta, seruandaq. in cuiuscumq. electione Antistitis, ac turpia à fortiori in hac Summi Pontificis fugienda iuxta *cap. si quis Papa dist. 79.* Nec pyctacia promittere, id est scriptura obligatoria, vt habet *Glossa verbo pyctacium 30. quæst. cap. Pyctacium*, vel nè quidem iudice pyctacium est album, in quo, & dies, quandò, cum aliquo quispiam de promotione tractauerit, & ipsemet tractatus exaratus fuisset; hoc autèm pyctacium esse latinè censeo; ait enim *Lampridius in Alexandri vita. Deniq. eum inter militares aliquid ageretur multorum dicebat nomina: de promouendis etiam sibi annotabat, & perlegebat pyctacium, & sic faciebat diebus pariter adnotatis, & quis, & qualis esset promotus*. Munera fugienda sunt præterea, vel tractatus per Sacramentum, aut iuramentum, coniurationes, in eis consensum, vel suffragium polliceri, aut hac de causa in priuatis conuenticulis factis deliberare, siuè decernere, quæ omnia tùm ad simoniam, tùm ad crimen læsæ maiestatis facta, viuo Pontifice pertinent, imò etiam eo consulto, vt scribit *Turrecremata citatus num. 3. & 4.* quamuis textus contrarium indicare videatur; nimirùm enumerata dummodo intrinsecè mala nõ sint, vetita non esse, consulto ipso Papa, de quibus *lib. 8.* vberiùs agemus; Igitur relata mortuo Pontifice ad simoniam saltem spectabunt, vetita sub pœna priuationis dignitatis, proprij loci, & communionis per citatum textum *cap. si quis*, vbi & præmium socio criminis accusãti promittitur. Qui qua ratione cum in cæteris non sit admittendus, in crimine tamèn simoniæ, læsæ maiestatis, atq. hæresis admitti possit, leges apud *Glossam ibi verbo pertulerit, ad Turrecrematam n. 6.*

6

7 Ad propositum autem rediens, cùm in textu habeatur. *Si quis Papa superstite pio Romano Pontificatu cuiquam, quolibet modo, fauorem præstare conuincitur loci sui honore, vel cõmunione priuetur*. Si id tamèn fiat inconsulto Papa ob clausulam, quæ infrà ponitur, atq. eadem vrgente ratione ad quæcumq. dispositionis membra referenda est, vt sæpè dixi tùm *primo tomo lib. 2. disp. 7. cap. 2. nu. 4. & 5. tùm in hoc tomo disp. 14. c. 4. num. 22. & alibi*; idcirco q. superiùs ex *Abbate* retuli, posse Canonicũ v.g. viuo Præsule, laudare quempium eligendum, alijsq. proponere, vt optimum ad Prælaturam, de qua mox erit agendum, dùm tractatur de Summmo Pontificatu, videtur vetitũ per adductum textum; ni quis aliquem laudaret, alijsq. proponeret, tanquam optimum ad quodcumq. regimen in genere, non vt ei consulat, aut faueat, sed solum ad bonum Ecclesiæ, catholicæ; neq. speciatim persuadendo alteri, vt ei, quem laudat, ad Papatum suffragetur, sed potiùs, vt alterius virtutes, illustria dona, atq. ornamẽta ad bonum Christianæ Reipublicæ cognoscat. Quamquam tutiùs esset ab hoc tractatu etiam sub his formalitatibus abstinere.

8 A fortiori præterea viuo Pontifice, multa, quæ nec mortuo, licent, vitanda profectò sunt; sic esset tractatus ambitiosus *cap. Qualiter de elect. & cap. cum post eod.* tractatus simoniacus *cap si quis pecuniam de elect. cap per inquisitionem*. Item tractatus conditionalis, siuè conuẽtionalis, *cap. 2. de elect. & 1. q 2. quam pie, nec non de pactis cap. vlt.* tractatus incongruus, inhonestus, ac præposterus, vt *cap. nullus dist. 79. cap. Bonæ il secondo de elect.* Quæ omnia confirmantur, & certis pœnis contra transgressores præterea corroborantur per *cap. Vbi periculum in sexto, & per constitut. 38. Pauli IV. qui quidem*, cùm *cap. si quis Papa* retulisset, & confirmasset pœnas, rationes, tùm prohibitionis, tùm pœnarum his addit. *Extendè non modo Sacrorum Canonum sed etiam secularium legum interpretes peritissimi, & probatissimi ambientes Papatum, aut super eo Papa viuente, & inconsulto tractantes, seù conuenticulas facientes crimen læsæ maiestatis in primo capite, & simoniacè hæreseos incurrere decreuerint, nõ sine clara, & aperta ratione, cùm omnis tractatus de loco, dignitate, & bonis alicuius viuentis non consentiente ab vtroq. iure prohibeatur, & reprobetur, præsertim cum indè præsetur votũ captandæ mortis, quod Sacri Canones, & venerandæ leges passim abhorrent, ac detestãtur. Accedit, quod cùm inter Pontificem, & Ecclesiam contrahatur spirituale coniugium, quod fortius est carnale, grauissimæ pœnæ ex vtriusq. iuris cẽsura imponitur ys, qui constanti matrimonio de alio coniuge tractare præsumunt*, & infra prohibitionem extẽdit ad quoscumq. qui Ponti-

sit per triennium ab omnibus, quæ opponens beneficijs habet. Respondeo tantum ab hisce suspendi beneficijs, quæ illi sunt in illa Ecclesia. Sic expressè sancitur *in cap. si compromissarius de elect. ad finem per ea*. Restringitur etiam dicta pœna solùm ad ea beneficia, quæ sic peccans obtinet in Ecclesia, &c. & idem in illius beneficium est censendum, qui alicuius electionem, aut prouisionem impugnans, in probatione deficit ejus, quod obijcit in personam. Confirmatur ex his, quæ in simili *cap. 2. assert. 3. n. 7.* diximus.

10 Quæres sexto. Quid si opponens beneficijs non potiatur in Ecclesia; quam offendit?

Respondeo, pœna extraordinaria puniendum esse, vt loco modo citato tradidimus.

11 Quæres septimo. Contra quam functionem Promouentium debeat quis perperam opponere ad has pœnas incurrendas?

Respondeo non solum contra electionem, vel personam electam, verum etiam contra postulationem, ac prouisionem personæ postulatæ, vel prouisæ. Habetur expressè tùm in *principio textus*, quem expendimus, tùm ad finem *cap. si compromissarius eod. tit. de elect.* atq. *ex glossa verbo electi:*

12 Quæres octauò. Ad quæ beneficia debeat esse electio, postulatio, vel prouisio, contra quam opponitur. Exploratum mihi est, hic mentionem non esse de quibuscumq. beneficijs, sed de electione, postulatione, vel prouisione ad dignitates, Personatus, & Canonicas. vt expressè in nostro habetur *textu ad finem*, *§. sed si. pars*: cui subscribit *Soarius de cens. disp. 31. sect. 3. n. 12.* Neq. de his omnibus, sed de ijs dumtaxat Cathedralium Ecclesiarum, quarũ confirmatio, vel ex immediata subiectione, ad Papam spectat, vt notat *glossa hic verbo dignitatibus, laudat q. cap. Cupiens eod.* etiamsi ad Summum Pontificem non appellaretur, vt eadem probè notat *glossa verbo ad nos*, vel ex appellatione interiecta. Quamobrem in *cap. Cupientes citato* dicitur, *quorum electiones, confirmationes, vel informationes ad ipsius Sed. examen deducit immediata subiectio, vel appellatio interiecta deuoluit.* Vtrùm autèm, & quando sufficiat adire Legatum, mei nõ est instituti, videatur *glossa cap. Cupientes, verbo immediata subiectio, & verbo appellatio.*

13 Quæres nono. Nùm horum nomine beneficiorum, Episcopatus comprehendatur: ità vt si calumniosè quis opponat in formam electionis, vel personam ad Præsulatum electum, hac, quam expendimus, censura plectendus sit. Asserit *Soarius cit.* deducitq. *ex cap. si compromissarius de elect. in sexto ad finem*, ex vniuersali fortasse modo loquendi, quo Canon vtitur per ea. *Et idem in illius beneficijs est censendus, qui alicuius electionem, postulationem, aut promissionem impugnans in probatione deficit eius, quod obijcit in personam.* Imò cum initio capitis de Præsule sermo sit de ipsius persona speciali nomine lex hæc intelligenda est. Addo nomine dignitatis in fauorabilibus, vt est res nostra ad auertendas Reip. pestes, homuncionesq. malignos ab adornandis calumnijs in Christos Domini, comprehendi Episcopos, vti *tomo lib. disp. cap. primis nu. 13.* demonstrauimus.

14 Quæres decimò. Quæ actiones propriè ab hac puniantur lege. Aio, primam actionem, contrà quam primà pariter est lata pœna, esse non plenam probationem oppositi defectus contrà formam. Secundam defectionem probationis defectus in personem obiecti. Tertiam si quis Electorum, vel Promotorum triẽnio quo à beneficijs suspensus est, in ea temerè se ingesserit.

15 Quæres vndecimò. Quid sit plenè aliquid non probare. Respondeo ex communi DD. sententia; cùm probare propriè sit, rei controuersæ, testibus, aut tabulis Iudici fidem facere, eam plenam dici probationem, quæ tantã facit fidem, quanta ad controuersiam, de qua agitur, definiendam sufficit, cuius sex affert *Oldeador.* species. Prima per duos saltem testes omni exceptione maiores, de quibus *Modestinus l. 2. & Calistratus, l. 3. ff. de test.* Hinc ad rem nostram concludit *Innocentius apud Felynum cap. Cùm dilectus de calumniat. nu. 1. lit. B.* Accusatore probante per duos testes, omni exceptione maiores, reum accusatum condẽnandum esse *cap. In omni de testib. & l. Iulia, ff. de test.* docent hoc idem *Antonius, & Baldus apud eundem*, quidquid in contrarium insinuet *Cynus in l. fin. C. de probat.* Secunda species probationis est per instrumenta, scripturasq. fide dignas, de quibus *Nouella de instrum. caut. & fide.* Tertia confessionis factæ in iure, hoc est in loco, vbi redditur ius. Vt enim rectè *Paulus l. 1. ff. de confess. Confessus, inquit, pro iudicato est, qui a quodammodo sua sententia dãnatur.* Quarta per euidentiam facti, vt si quis vulnus atrox asserat esse, atq. indicet locum ex *Paulo l. vulneris, ff. de iniurijs, & Vlpianus, l. si irruptione, ff. finium reg.* Quinta ex iure iurãdo, quod Iudex decernit in supplementum semiplenæ probationis, vel quod ab altero litigatorum defertur alteri *ex Caio l. 1. ff. de iure iurando, & Paulo, l. non erit eod. vbi Vlpianus.* Sexta deinq. ex legitima præsumptione, seù coniectura, nàm cùm ex apertis rerum indicijs potest conijci aliquid esse factum, vel non factum, accedente necessaria iuris ratione, tũc censetur satis probari; sed maximè curandum est, vt sint indicia aperta, quæ sint signa facti animum vrgentia boni viri, & constantis ad plenè credendum. Hinc *Imperator l. vlt. C. de probat. sciant*, inquit, *cuncti Accusatores eam se rem deferre debere in publicam notionem, quæ munita sit idoneis, vel instructa apertissimis documentis, vel inditijs ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita*; maior enim debet esse probatio, vbi maior est condemnatio, *l. in bonæ fidei, C. de rebus creditis*. Neq. discrepant ab his, modi relati *cap. Cùm ad sedem de rest. spol.*

16 Quæres duodecimo. Quid sit deficere in probatione, quæ secunda est actio affecta secunda pœna. *Glossa verbo qui verò*, vult subintelligendum esse in *plena* probatione, probariq. potest ex regula clausulæ, quam positam

etiam

Digitized by Google

etiam in principio diſpoſitionis applicandam ſingulis eſſe membris ſæpè, tùm hic, tùm primo tomo diximus; quando eadem militat ratio, quæ hic, & cùm contra perſonã obijcitur, videtur potior, & cum contra formam opponitur. Scio *ab eadem gloſſa* citari Hoſtienſem indicantem requiri defectum in ſemiplena, ſaltèm probatione; ſed primùm videtur probabilius. Modus autèm opponendi cum onere probationis, de quo hic agitur, traditur *cap. ſuper his de accuſat.* Qui autem in probatione vnius defectus oppoſiti defecit, non audietur in reliquis appoſitionibuc, puniturq. ac ſi in omnibus defeciſſet per *cap. ſi forte de elect. in 6.* vbi quod de manifeſtis defectibus oppoſitis loquitur. Neq. qui huiuſmodi defectum inter alios oppoſuit poteſt ab hoc probando deſiſtere, & ſolum alios proſequi, vt decernitur *in cap. ab eo de elect. in 6.*

17 Quæres decimotertiò; Nùm requiratur, vt qui deficit in probatione, appellauerit. Reſpondeo *ex gloſſa in verbo defecerit*, non ex vi appellationis à qua licet recedere, verùm defectu plenæ probationis hanc incurri pœnam.

Quæres decimoquartò. Si plura quis obiecter, opponatq. crimina; quorum vnum tantũ ſufficienter, vt par eſt, probet; ſecus alia, nunquid in probatione defeciſſe dicendus ſit, atq. hac pœna puniendus? Reſpondet *gloſſa* negando abſolutè, quando quis vnum probauerit ex multis oppoſitis, ſufficiens ad caſſationem. Probat primò per *textum ex cap. inter cæteras de reſcriptis*. Secundò quia hæc pœna ſancita eſt in odium eorum, qui ordinationem impediunt.

18 Cæterum exploratum mihi eſt, eum ligari hac pœna, qui opponit, & probat defectum inſufficientem ad caſſationem, cum reliqua, quas non probauit fuerint inſufficientes. Nec diſcrepat *gloſſa*.

19 Deindè ſi quis ſub clauſula alternatiua duo crimina oppoſuerit electo, quorum alterum probauit, Dò *gloſſæ* manum, iuxtà doctrinam traditam ab *Abbate, & Felyno*.

20 Verùm ſi non per particulam alternatiuam, ſed abſolutè, & per copulatiuam, quis decem obiecerit delicta, & tãtùm vnum probauerit, exiſtimo probabilius diſcedere ab *hac gloſſa*, atq. hunc hac affici pœna. Moueor, quod hæc lex non ſit odioſa, vt malè putatur à *gloſſa*, etenim ſancitam arbitror in fauorem ipſorum ordinandorum, ac virorum beneficijs dignorum, & cum lata ſit ad auertendos homines malignos à calumnijs, in bonum videtur ſancita animatum, & per conſequens ampliandа, vt probaui *tom. 1. lib. 2. diſput. 3. cap. 3. num. 6.*

21 Quæres decimoquintò. De tertia actione, contra quam tertia impoſita eſt pœna quid ſignificet *propria temeritate ſe ingerere*. Reſpondeo temerè aliquid facere varias ſortiri ſignificationes, quemadmodum apud Principes latini ſermonis Auctores videre eſt. Verùm in iure plerumq. non ſecùs atq. in hoc, quem explicamus, textu ille temerè ſe ingeret, qui ex lex, abſq. conſilio, propria quaſi voluntate, nullo rationis freno recta aliquid faceret. quod videtur indicaſſe *gloſſa hic verbo temeritate*; cum opponat hunc agendi modũ modò id præſtandi Superioris auctoritate, vel ſi quis iam reſtitutus fuiſſet.

22 Cæterùm illud notatu dignum arbitror præter dicta tùm in iure, tùm probatos apud Auctores æquiparari, ac terè pro eodem ſumi caſu, in quo quis aliquid præſumit, atq. ex præſumptione, & ſcienter hoc idem aggreditur, & per dolum, vel temeritatem præſtat, vti docent *Cardinalis clem. 1. quæſt. 39. de priuileg. D. Antoninus 3. part. titul. 24. cap. 54. colum. 3. verſ. quærit; idem Roſella ſolutio prima, Angelus excommunicatio 3. caſu 12. num. 15. Sylueſter excommunicatio 7. caſu, 14. dub. 5. num. 34. Caietanus ſumma verbo excommunicatio cap. 82. Nauarrus ſumma latina cap. 27. num. 155. Sanchez lib. 3. de matrim. diſput. 48. num. 7. & lib. 9. diſput. 32. num. 26.* Quamquam in rigore temerarius non dicitur, qui plus audet, quàm oportet, vt notauit *Auctor Martianus l. 1. C. ad Senatus Conſult. Turp.*

23 Hinc etiam fit ab hac pœna eam excuſari ignorantiam, quæ excuſat, quotiès pœna imponitur in præſumentes, in auſu temerario, vel ſcienter facientes, in audentes, &c. Sicut igitur *tom. 1. lib. 2. diſp. 3. cap. 4. num. 20. & 21.* ignorãtiam craſſam, etiam ex lata culpa excuſare docuimus à cenſura lata in audentes, ac præſumentes, ità in præſentia arbitramur, cùm Auctoribus ibi, ac modo hic citatis. Itaq. is, qui ira ſe ingeſſerit, priuatus ipſo iure cenſendus eſt in perpetuum, abſq. ſpe miſericordiæ, &c. Poſt quæ adhibetur à textu exceptio, quæ in caſu per illum expreſſo, vt paulò ante dixi, firmat profectò regulam in contrarium, circà quam exceptionem.

24 Quæres decimoſextò. Quid ſit calumnia? Omiſſis alijs calumniæ ſignificationibus, quæ quidem ad noſtrum non faciunt inſtitutum, in noſtro textu bifariam explicari poterit. Primùm, vt ſignificet malitioſam, ac mendacem infamationem iuxta *Marciani* ſententiam *l. 1. §. 1. ff. ad 5. C. Turp. & cap. Notandum 2. quæſt. 3.* Cùm enim quis crimen, delictum, vel alium adornatum, ac falsò in alterum obijcit, profectò illum calumniatur ex citata, *l. 1. § calumniari, ff. ad S. C. Turp.* à verbo caluor antiquo, quo vſi ſunt decemuiri *in l. duob. Tabu.* quam explicat *Guias in l. ſi caluitur, ff. de verb. ſignif. atq. ex cap. ſi quem 2. quæſt. 3.* Deinde calumnia ſignificare ad rem noſtram poterit, cum quis ex certa ſcientia, doloq. iniuſtè agit, aut excipit. Sic *Azo in ſumma C. de iurãm. propter calumn. dando*, itaq. ſumitur ex *l. 1. §.* per calũniam, *ff. ſi mulier vent. non in poſſeſſ. cal. & l. 2. in princip. C. de iure iurando propter calũniam dando.*

25 Cæterùm hic non de calumnia, ſed de calumniæ vitio, textus loquitur, quod re penitùs inſpecta; quid amplius videtur addere, vt enim ſcripſi *tom. 1. lib. 3. diſput. 7. cap. 3.* longè turpiùs eſt aſſerere quempiam mendacem eſſe, ac mendacium diuiſſe; iracundum, quàm ira-

Digitized by Google

iratum; quod illud habitum, hoc actum indicet: illud, quod altiùs radices iam emiserit, diuturnum, ac penè perpetuum videatur, ità vt ad res inanimatas applicatum, vitium à morbo ex hoc ipso distinguatur, & Luscus vitio laborans oculi dicatur ex perpetuo impedimento per *l.1.in princip. & §. sciendum, ff. de æd. ædictis, l.101. §. verum est, ff. de verborum sign.* Verùm his minimè officientibus arbitror in nostro textu, non sub hac significatione vitij nomen vsurpatum esse, sed planè pro culpa, sic dicere solemus, vitio suo quempiam causa cecidisse; eiusq; vitio, idest culpa quid accidisse. Quamobrem à calumniæ vitio idem erit, atq. à calumniæ culpa, fauet *l.23.in fine, ff. de neg.ges. l.95. §. vlt ff. de solut. l.7.in fine, ff. de conditionibus, & demonstrat.*

26 Præterea notandum est, licet opiniones sint apud DD. *ad l.1.C. de aduoc. diuer. iudicijs, & ad 1.l. ad Turp. atq. in Canonico Iure ad capitula mox citanda*, Nihilominus tamèn, non probare obiectum crimen, ex se calumniare propriè non esse constat ex eodem, quem declaramus textu, & vt habetur *capit. si quem 2.q.3. §. accusat. calumniatoribus pœna legitimè irrogatur; sed non vtiq. qui non probat, quod intendit, protinùs calumniari videtur, nàm eius rei inquisito arbitrio cognoscentis committitur, qui Reo absoluto de accusatoris incipiat consilio quærere, qua mente ductus, ad accusationem processerit, & siquidèm iustum eius errorem reperit, absoluit eum; si verò in euidenti calumnia eum deprehendit, legitimam pœnam ei irrogat, &c.* Quæ quidem verba habentur à *Marcello etiã dicto citata l.1. §. sed non vtiq. ff. ad S.C. Turp.* in euidenti autèm calumnia deprehensus dicetur, qui, duobus declaratis modis crimen in alterum obiecerit. Concinit *cap. cùm dilectus de calumn.* quod quidem eo ad rem nostram efficaciùs probat, quò de calumniatore Præsulis sermonem habet. *Cùm autèm processum negotij examinaremus, diligenter (ait Papa) nec intelligere potuerimus probatum esse sufficienter aliquid de prædictis eundem Episcopum absoluendum decernimus ab obiectis, vobis mandantes, quatenus memoratum magistrum scholarũ, donec canonicè suam purgauerit innocentiam; scilicet, quod non calumniandi animo ad huiusmodi crimina proponenda processit, ab officio, & beneficio suspendatis, vt cæteris simili pœna perterriti ad infamiam suorum non prosiliant Prælatorum.* Et in hoc sensu *de calumnijs scribens Baldus in l.3, num.5. C. de calumn.* non dixi statim ait calumniatorem, qui accusationem non probauit; calumniatorem scilicet cum effectu, vt probè *Menochius de arbitr. iud. quæst.9. casu 321. nu.5.* cum enim causa dirimenda sit, adhoc eo ipso calumniator dicendus non est.

27 Non modo probandi onus incumbere Accusanti, vt probet immunem se à calumnia, verùm animaduertit *Abbas num.6.* ex hoc textu pœna afficiendum esse Accusantem, neq.

28 probantem, etiam antequam audiatur, ac se purget; meritoq. dicitur admirabilis hoc textus à laudato Abbate: ex quo priùs suspensione punitur calumniator Episcopi, quã eius recipiantur probationes, seù purgationes. Scio hac in re sentire Bartolum, Iudicem teneri ad constituendum terminum accusatori, intrà quem propriam probet innocentiam, verũ Astensis contrarium iudicat eo in euentu, quo totalitèr defecerit Accusator in probatione, quando pœna calumniæ puniendum esse docet.

29 Cæterùm Abbatis sententia prò viribus hos Auctores in concordiam reuocantis arridet; qui quidèm duas distinguit pœnas, alteram momentaneam, quæ statim videlicet in momento potest imponi, & est permanens: alteram verò successiuam, ac transeuntem, eoq. temporis spatio durantem, quo se non purgauerit Accusator; & antequam prima imponatur Accusatori ex toto in probatione deficienti, vel vti diximus, *quæstiuncula 13.num.20.* decem copulatiuè obijcienti, & vnum, vel alterum tantum probanti eius admittendas esse probationes, quas non priùs excipere, inhumanum prorsus esset, & contra textum *cap. cùm dilectus supra citatum, & nostrum* per ea, *nisi manifestissimis constiterit documentis, quod ipsum à calumniæ vitio causa probabilis, & sufficiens excusaret.*

30 Ex his sequitur scitu digna regula generalis, quæ habetur ex *glossa cap. cùm dilectus sæpè citatis verbo calumniandi.* Denunciatorem, seù Accusatorem non probantem, quod intendit, præsumi calumniari, licet, vt *num.26.* dictum est, non probare, calumniari non sit, fauent *textus cap. qui non probauerit 2.quæst.3. & l.1.C de aduo. diuer. iud.* quam regulam communis opinio comprobat apud *Felinum in*

31 *idem capitul. cùm dilectus numer.4.* Addit præterea *Panormitanus num.5. ad finem*, posse Accusatorem eo ipso, quod non probauerit, alijs absq. indicijs puniri de calumnia ob præsumptionem, pœna nimirum transitoria, donec se purgauerit, vt *num.29. ex eod. Abbate*

32 indicaui. Qua autèm pœna Denunciator afficiendus est, ne longus sim, videri potest apud *Abbatem citatum num.8.* ex quo Innocentij doctrinam adiectam tacitus minimè præteribo asserentis, grauiori quidèm pœna afficiendum esse Denunciatorem calumniosum, quàm Denunciatum conuictum; qui solum compellendus esset ad pœnitentiam peragendam; at verò calumniosus Denunciator suspendendus ab officio, & beneficio, subscribit idem *Abbas etiam num.9.*

33 Hinc fit secundò. Quoad secundam pœnam transeuntem, hanc præsumptionem posse dici iuris, ac de iure; cùm contra eam nulla admittatur probatio, antequam infligatur pœna iam dicta, vt *num.29.* scripsimus. Hanc verò esse præsumptionem iuris, & de iure liquet apud Auctores, relatos à *Menoch. de præsumpt. lib.1. quæst.3. à num.16. & quæst.4. à num.3. & q.5. à num.15.*

34 Fit tertiò Iudicem in dubio, nùm, quis, quod obiecit, probauerit, nec nè, teneri eum iudicare, & condemnare, vt calumniatorem; quòd contrà illum obstet iuris præsumptio, ità *Bartol. l.1. in princip. nu.6. ff. ad Senat. Consult. Turp.*

An-

Digitized by Google

Angelus in l. Athletas, §. calumniator, ff. de ijs, qui not. infam. Felinus, & alij apud Menochium de arbitrar. iudic. quæstion. casu 321. num. 4. & 5. Et hoc idem iudicauerim de quocumq. calumniæ dubio.

35 Vtrùm autèm arbitrio sit commissum Iudicis, hac de re agendi, vt patet ex dictis, absolutè non est dicendum. Quoad excusantem verò causam allatam ab Accusatore non probante, arbitrariam Iudici facultatem esse, non abnuo, ex *Menochio citato casu 321. num. 3.* & liquet ex verbis *l. 1. §. sed non vtiquè, ff. ad Senat. Consult. Turp.* Ex quibus probè *Panormitanus in cap. cùm dilectus de calumniat. num. 5.* docet in casibus, quos mox expendemus, similibusquè excusantibus à calumnia, Iudicis versari arbitrium, intercedente dubio, quando nimirùm non statim Accusator non probans in hisce casibus, censendus calumniator sit; secùs verò in alijs: vel vti etiam in ijs euidenter de calumnia constaret, quando puniendus absquè arbitrio, sed necessariò reus erit.

36 Calumnia verò euidens illa dici potest, cui nullum præcedit indicium, quemadmodum sentire videtur *Angelus d. §. calumn. & Barb. cons. 47. column. 2. lib. 1. Menoch. modo citatus, casu 321. num. 23.*

37 Itaq. vel est euidens Accusatorem calumnia laborare, & nullum Iudex habet arbitriũ in quibuscumq. casibus: vel est res dubia, atq. extra casus *seq. cap.* disputandos, quando præsumendus ex communi DD. opinione calumniator', neq. Iudex pro arbitratu poterit iudicare, vel intercedente dubio versamur in casibus, mox exponendis, similibusq. ac tunc erit quidem Iudici facultas arbitraria. In re autẽ, ac textu nostro præterea Iudicis intererit iudicare, quæ nam erit causa censenda probabilis, satisq. à calumnia excusans, quemadmodũ à Canone desideratur.

CAPVT SEXTVM.

In quibus casibus Accusator non probans non est habendus calumniator.

SVMMA.

Primus casus, in quo Accusator non probans excusatur à calumnia est, si ex officio accusauerit, n. 1.

Qui ex officio aliquid in formam, vel electum, obiecerit, quod non probauit, non est dicendus calumniator. n. 2.

Secundus casus ex necessitate, vt quando hæres occisi accusat, vel accusatio ortum habet ab occiso testante. n. 3.

Tertius ex iusto dolore quando procedit accusatio. n. 4.

Dignus, vel Dignior post habitus non probans nõ esset habendus calumniator, ni alias euidenter id constaret. n. 5.

Quartus casus, ob criminis atrocitatem, non probans non est ex eo habendus, vt calumniator. num. 6.

Si simoniacè, vel per summum scelus beneficiũ quis occupasset, eius Accusator non probans, statim habendus non esset calumniator. num. 6

Quintus casus; si accusatus alias esset de hoc infamatus crimine secundum probabilem opinionem. n. 8.

Secundum assertam opinionem, requiritur primò, vt fama probetur ex viris fide dignis ab Accusatore. n. 9.

Fama ab Accusatore probanda, longo temporis spatio adulta esse debet, ni delictum nuper esset commissum. n. 10.

Quæ fama dicenda sit longo tempore durasse. ibid.

Probabile satis, superquè est, nequè ex fama probata excusari à calumnia Accusatorem. num. 11.

Nostræ rei aptantur duæ allatæ doctrinæ. nu. 12.

Accusator semiplenè probans, ni solitus esset calumniare, vel in eum aliquid accusatus in sui defensionem probaret, excusaretur à calumnia. n. 13.

Excusaretur septimò Accusator, si constat à testibus fuisse deceptum, n. 14.

Excusaretur præterea Accusator, si per testes probauerit ex qualitate, vel defectu ab Accusato reiectos infames, vel reiciendi, vel corrupti dolo contra Accusatum ab Accusatore essent. n. 15.

Ex eo solum, quod accusatus liberatur censendus non est accusans calumniator. n. 16.

1 PRimus annumerandus est casus, in quo non probans Accusator censendus non est calumniator, quando nimirùm id præstiterit, ratione officij. Exemplum autèm, quo à DD. id explicari solet, est tutoris eos accusantis, qui dicuntur pupillorum patrem occidisse, *l. tutorẽ, ff. de his, quib. vt indic. l. polla, C. eod. tit. l. 2. C. de his, qui accus. non poss. glossa l. Athletas, §. calumnia, & ibi Bald. n. 4. ff. de his, qui not. infa. Abbas cap. sæpè citato cùm dilectus de cal. nu. 5. Felinus ibid. num. 6. alijq. apud Menochium de arb. iud. quæst. casu 321. n. 21.* Ratio autem huius fallentiæ est, quod ex officio procedens excusatur à maleficio, vt probè *Baldus apud Felinum cit.* inferens ex eo, quod Iudex processerit ad inquirendum ex officio, quando nimirum licitè potest, nõ præsumi de dolo, neq. de calumnia.

2 Hinc fit non censendum esse calumniatorem, qui ex officij ratione aliquod in formam, vel electum obiecerit, quod sufficienter minimè probauerit, iuxta supra dicta, vel si Superior Prælatus, cui facultas esset, quando posset inquireret.

3 Secundus casus est à necesitate, vt in hærede, qui aliàs hereditate priuaretur, ni accusaret occisorem defuncti, *l. cum patrem de his,*

Digitized by Google

qui vt indig. censetur enim hæres indignus hereditate aliter faciens, sic *Doctores apud Abbatem citat. numer. 5. Felinum pariter laudatum n. 7. §. fallit tertio, Menoch. n. 21.* Huc reduci poterit alius, quando nimirum accusatio ab antecessore defuncto habet originem, vt si Titius se à Sempronio ad necem petitum esse asserat, si Sempronius accusetur ab aliquo, qui in accusatione deficiat, à præsumpta calumnia excusabitur. *Glossa in cap. Athletas, §. calumniator, & ibi Bald. n. 5. Felin. nu. 8. & alij apud Menochium nu. 30.* in textu autem nostro, si similis daretur necessitas par esset ius, probatur *ex l. qui cum sumitur, §. finali, ff. de bonis liberorum*, & ratio est, quòd potiùs ex necessitate, quàm ex voluntate viderentur hi accusare.

4 Tertius casus ratione iusti, nimijquè doloris, vt quando maritus vxorem accusat de adulterio *ex l. quamuis la seconda, C. de adulterijs*, quibus personis ibi enumeratis permittitur, vt absolutionem facere possint, hoc est ab accusatione desistere; dolore enim vrgente videntur potius necessariò aliquo pacto, quàm sponte, ac liberè accusasse, sic *Abbas citatus n. 5. & Felinus n. 9.* qui ait, eodem modo exceptionem subire dictam regulam, quando pater, vel mater occisorem accusat filij, vel è contra, *l. mater secundo responso, & calumniæ, C. de calumniat. & Glossa apud Menoch. de arbitrar. iudic. quæstion. casu 321. num. 25. Baldus in l. si possidetis, C. de probationibus*. Ratio autem est, quòd generalis illa præsumptio calumniæ expungitur per specialem affectus nimij præsumptionem, fauet *regula generi in sexto.*

5 Ex his fit in re nostra iusto tactum dolore vnum, verbi gratia, è concurrentibus, ad accusandum prolapsum, qui videretur iniuria affectus ab examinatoribus synodalibus; aut alijs Promotoribus ad beneficium parochiale, vel quia ipse æquè idoneus esset, ac promotus, vel quia dignior, posse excusari à calumnia, etiamsi intentum non probaret, ni aliàs de eius calumnia, vt supra dixi in cæteris, manifestò constaret.

6 Quartus casus; ob summam delicti turpitudinem, atquè atrocitatem; sic in accusatione falsæ monetæ, vt enim faciliùs huiusmodi tenerentur delicta, ius tanquam calumniatorem statim non habet accusatorem non probantem, vel deficientem in probatione ex *l. 1. C. de falsis monet.* Publicæ enim vtilitati hoc, & expedit, & conceditur, sic *Abbas citatus nu. 5. Felinus n. 6. Menochius n. 26. qui num. 27. & 28.* quod ex citatis Auctoribus exèplo attuli monetarij probè perpendit.

7 Posset huic fallentiæ locum esse in re nostra, vbi aliquis putaret, quempiam simoniacè promotum esse; quippè quæ labes in iure sæpè hæresi, vel crimini læsæ maiestatis æquiparatur.

8 Quintus casus, quandò accusatus, alias esset de eodem infamatus delicto ex *l. miles, §. mulier, ff. d adulter. & est sententia Bartoli in l. Athletas, §. calumniat. num. 3. de ijs, qui not. sunt infam. & l. 1. §. 1. ad Turpil. communisquè videtur DD. sensus, vt Abbas tradit num. 5. nec non Felinus num. 3. & Menoch. num. 19.* Quamuis in contrariam abire videantur sententiam *Cynus apud Socinum senior, consil. 118. column. penul. versic. nec obstat libr. 1. & alij quos citat*

9 *laudatus Felinus num. 2.* Cæterùm, vt vera Bartoli sit sententia, quemadmodum ipsemet indicat, docentquè *Ioannes Andræas reuocans ad concordiam has sententias, necnon Ioannes Immola apud eundem Felinum*, Accusatori probanda est hæc fama, quæ quidèm fide dignis personis inniti debet, vt indicatur *in l. Athletas, §. seruus. ff. de falsis*, vbi serui ad accusandum instigatio accusatorem haud excusat, vt excusaret, si habita profectò fuisset à viris fide dignis, per ea, quæ habentur in *l. qui cùm aio, §. finali de bonis liber.* & fauet, quòd quælibet causa aliqualiter colorata, habet à dolo excusare, & necessaria consequentia, etiam à calumnia, ex *l. igitur, §. finali de liber. caus. & notat Glossa in l. plagi, C. ad l. Flaui de plagia, & fauet capitul. Inquisitionis de sentent. excommunic.* Dummodò ex hoc maior non pateat aditus calumniatoribus, qui satis obstruetur, si dicta, dicendaquè præ oculis habebuntur.

10 Secundò requiritur, vt fama, quam probare tenebitur Accusator, longo antea tempore durauerit; ni delictum paulò antè contigisset, atquè ex reliquis circumstantijs, coniecturis, manifestisquè indicijs, fama recens nata, atquè adulta, meritò censeretur æquipollere antiquitus firmatæ. Quo pacto nequè aliàs subscribo *Ananiæ citato à Felino*. Qua etiam ratione Bartolus, cæteriq. inter se discrepantes possent ad concordiam reuocari. Quando autem fama longo sit censenda tempore durasse traditur à *Glossa, §. mulier, l. miles initio huius fallentiæ citata, nec non Bartolus, ibid.*

Tertiò requiritur, vt probans publicam famam accusati modò iam declarato excusetur tantùm ad summum à calumnia præsumpta, non autem à vera, vt probè monet *Baldus, & Salycetus, l. mater, C. de calumniat.* His itaquè adhibitis satis probabilem arbitror Bartoli sententiam, etenim qui ad accusandum fama expensis roborata conditionibus, mouetur, non iniustè, nequè imprudenter mouetur, *l. cùm quidam, §. quid dicitur, ff. de acq. hæred. &*

11 *l. finali de hæred. institut.* Non tamen inficior contrariam opinionem sua non destitui probabilitate, momento præsertim *Baldi* firmata in *l. qui non prob. C. de calumniat.* asserentis aut quæstionem esse de personis, quibus accusare fas est è sola suspicione, & hos probantes tantùm famam, excusandos vtiquè esse, quoniam fama suspicionem parit, *l. iustissimos, C. de off. rect. proum.* Aut est de illis, quibus non licet accusare è sola suspicione, vti regulariter euenit, & sola tunc fama accusantem non excusari. Addit *Angelus in dictum, §. calumniator l. Athletas, ff. de ijs, qui not. infam.* absolutè non posse solam famam accusatorem à calumnia releuare, quoniam à iure, ac lege monetur, nè accuset,

ni

ni sufficientem habeat probationem, *l. final. C. de accusat. cap. cùm dilectus de calumniation. sæpè citato. capit. Quisquis 2. quæst. 8. & sciant, qui crimen 2. pariter quæst. 8.* Ex qua ratiocinatione Bartoli fundamentum euertitur, cùm neq. iustè, neq. prudenter nullus accusare censeatur, qui talitèr à lege præmonitus soli famæ velit inniti.

12 Ad rem autem nostram allata poterit aptari doctrina, quando accusator mala Promoti fama tantum inductus, quod aliàs pecunia, verbi gratia, corrumpere solitus fuisset Promotores, eum accusasset, vel aliquo alio simili modo, vt si malam posteà probaret famam, à præsumptione, iuxta probabiles allatas opiniones, excusandus, vel non excusandus esset.

Sextus casus de semiplena probatione, nam si accusator, quod obiecerat in formam, vel personam electam, in re nostra, semiplenè tantùm probauerit per vnum etiam testem idoneum, excusabitur à calumnia.

13 Assentiuntur *Abbas capit. Cùm dilectus de calumniation. num. 5. Felinus eodem capitulo num. 1. & Menoch. de arbitrar. iudic. casu 321. num. 7.* reijcientes contrariam sententiam, quæ fertur esse *Soccini.* Cæterùm sententiam hanc *Abbatis, Felini, ac Menochij* tunc arbitror veram, cùm Accusator calumniari non consueuerit, vt probè notat *Speculator titul. de accusat. in fine, & in titul. de calumniat. in fine, argument. legis non omnes, §. à barbaris, ff. de re militari, atquè expressè docet Antonius, Vincentij sententiam explicans apud Felinum citat. num. 1. & est videre apud Baldum, l. final. C. de probation. Berardinum Dias in practic. canon. cap. 39. num. 10.* & hac etiam sub limitatione admittit illam *Menochius laudatus num. 17.* Etenim si hoc vitio Accusator laboraret; imò si aliàs tantum compertum esset, calumniam alteri machinatũ esse, profectò non excusandus, etiam si per vnum probauisset in præsentia testem, vel quomodolibet semiplenè, nam semel malus semper præsumitur malus in eodem genere *per 8. reg. iuris in sexto adiuncta glossa*, cum semiplena probatio, cui vis alioquin esset expungendi præsumptionem calumniæ à contraria calumnioſi genij, vel habitus meritò elidatur præsumptione. Deindè nec etiam vera erit asserta sententia, vbi reus ad sui defensionem aliquid contra oppositum Accusatorem probasset alicuius momenti; nam hoc ipso, semiplena probatio Accusatoris suum amittere robur censeretur; sic *Felinus sæpè citat. num. 1. not. 3. Benintend. cens. 46. ad finem, Menochius num. 18.* Addo demùm etiam, quando crimen, vel delictum, vel defectus oppositus probari aliàs, vel magna cum difficultate non posset, quàm per vnum idoneum testem, probabilem satis esse assertam opinionem.

14 Septimus casus; Si testes Accusatorem decepere, cui veritatem anteà dicturos extra iudicium promiserant, nec stare voluerunt posteà dictis, in iudicium vocati; sic deducitur *ex capit. Paulum itaquè 2. quæst. 3.* qui deceptus à testibus ab accusatione contra Episcopum desitit. Subscribunt *Abbas laudatus num. 5. Felinus num. 1. not. 3. Iulius Clarus lib. 3. sentent. iur. §. finali quæst. 62. vers. sed pone, Menochius de arbitr. iudic. & casu 177. versic. sexta causa, & casu 321. n. 19.* Nec alia indiget explicatione res nostra de opponente in formam, vel electionem.

15 Octauus casus; causam imbibens excusandi à calumnia est, quando suam Accusator probauit accusationem testibus, qui deinde ex qualitate, vel defectu propriarum personarum reiecti ab Accusato fuerunt. Sic *Speculator in titul. de calumniat. ad finem, Baldus in l. non ignorat in fine, C. de fruct. & liter. expens. Marsilius singul. 444. Socinus senior consil. 118. Felinus supra citatus num. 1. litter. B. Bernardinus Dias in practic. canonica capit. 6. num. 14. versic. quando verò, Menochius citatus casu 321. num. 31.* Hanc autem causam veram arbitror non modo, cùm accusatus probat testes ab accusatore allatos esse infames, vt vult *Antonius apud Felinum capit. cùm dilectus de calumniat. num. 1. litter. B.* Verum etiam suo modo si falsum dixisse, vel corruptos fuisse probauerit. Nam aut probaretur falsum dixisse, corruptosquè fuisse in hac eadem quæ peragitur causa, aut in alia; si in hac nullius ergò roboris horum erit testimonium testium, falsa hic, & nunc, in hoc, de quo quæstio est negotio proferentium. Si in alia hi testes minùs saltem idonei censendi essent præsertim, aliàs si peierarint *per reg. 8. in sexto*, vbi *de peiur. ad rem exponitur casus à Glossa paulò ante citata semel malus, ex capit. paruuli 22. quæst. 5.* & per consequens, nec semiplenè per vnum eorum probabilis erit accusatio. Quod si per plures notæ similis Accusator intentum probauerit, attendenda est reiectio accusati, an sufficiens ad reprobandum fuerit, aliis de causis, vsu apud DD. tritis, ab infamia, distinctis à corruptione, atquè ab assertione falsi aliàs habita; nam esto si omnes hi testes aliàs peierauerint, ac præsumptio contra eos sit, hæc tamèn, cum non habeatur iuris, & de iure, probationes admittit in contrarium, quia nimirum eos pœnituerit, &c. quemadmodum notat *Glossa in capitul. agitata, verbo semel malus ex capitul. ferrum 5*, eiusquè *Glossa verbo incipit. capit. etiam te de rescription. capitul. testimonium de testimon. aliisquè apud citatam Glossam.* Addo hanc excusationis causam, me quidèm Iudice, nullius esse roboris, si Accusatus probauerit ab Accusatore accusationem probatam per testes, quos probè sciebat infames, vel periuros, aut ad hunc finè contra accusatum corruperit, cum hoc ipsum sit calumniari.

16 Demùm adnotasse operæ pretium erit, *l. qui non probasse de calumnia*, vbi hæc habentur. *Qui non probasse crimen, quod intendit, pronunciatur, si calumniæ non damnetur, detrimentum existimationis non patitur, non enim si reus*

Digitized by Google

absolutus est ex eo solum etiam accusator, qui potest iustam habuisse accusandi ad crimen rationem, calumniator credendus est.

CAPVT SEPTIMVM.

Quomodo constare debeat nõ probantem, calumnia vacare ad excusationem ab hac censura.

SVMMA.

Quæ sunt manifestissima documenta. n. 1.
Quid sit manifestum à notorio distinctum. n. 2.
Quæ est causa probabilis, & quæ sufficiens. num. 3.
Quam rationi consentaneæ sint pœnæ contra calumniatores sancitæ. num. 4.

1 IPsissima verba Textus, quæ hic exarabo, quæstionis nodum ferè soluent. *Nisi (ait) manifestissimis constiterit documentis, quod ipsum à calumniæ vitio causa probabilis, & sufficiens excusat.* Quæ autèm hæc manifestissima sint documenta, notantur 2. *quæst. 8. cap. sciant.* Documentum enim licèt grammaticaliter id sit, quo docemur; nam à docto deriuatur documentum, vt à moneo monumentum; in iure tamèn, vel pro litteris, atquè instrumentis, cæterisquè scripturis authenticis desumitur, vel pro omnibus his, quibus ad eruendam veritatem debere Iudicem vti, præscribit *cap. Quoniam de probat.*

2 Manifestum autèm, quatenus distinguitur à notorio, vti tradit ad rem *Bartolus in l. scriptus hæres, ff. de religios. sump. funer.* est clarum, & apertum, vt offensa manifesta intelligitur, quæ vel per confessionem, vel per euidentiam rei, vel per probationem legitimam nota fuerit *capit. cùm olim de verbor. signific.*

3 Demùm quid sit causa probabilis superest explicandum; quæ quidem ex disputatis *tomo 1. libr. 3. disput. 3. capit. 3. à num. 27. ac deinceps*, facili negotio deduci poterit. Ex quibus quid sufficiens erit, etiam patet; esse nimirùm causam illam, quæ satis prudentis iudicio, existimetur.

4 Quàm autèm rationi consentaneę sint impositæ pœnæ calumniatoribus, seù Reipublicæ euersoribus, dixi *tomo 1. lib. 3. disputat. 8. capit. vltim. num. 11. & capitul. 6. num. 37. 52. & 53.* Constat etiam ex *l. 1. §. calumniatores, ff. ad Senat. Consult. Turpil. atq. ex l. vltim. §. 1. C. de accusat.* de quibus omnibus legendus est *Menochius de arb. iud. quæst. casu 322.*

DISPVTATIO XV.

De Nonnullis electionis ad Episcopatum circumstantijs.

PRoperantem ad illustriora, vsuquè frequentiora orationem abs re prorsus esset quæstiunculis, quæ supersunt electionis, inhibere, cùm vti *sub initio primæ disput. libr. mox instituendi*, scribemus, non a curia modò, verum à ferè omnibus Prouincijs propemodum est electio Episcoporum, longè amandata. Cum itaquè *tùm §. lib. tùm hoc 6.* circumstantias quid, & circà quid electionis substantialiter acceptas more philosophico expenderimus, hac disputatione temporis, & loci, quas non tradidit *Aristoteles*, vt indicaui *libr. 5. disput. 1. capit. 3. num. 8. ex D. Thoma 1. 2. quæst. 6. articul. 3.* deriuatas, Ideoquè Theologicè, vti accidentarias potius enucleandas aggredimur.

CA-

Digitized by Google

CAPVT PRIMVM.

De tempore, quo non est facienda, vel necessariò Præsulis habenda, electio.

SVMMA.

Quæstiones proponuntur disputandæ. n. 1.
Electio ad regulares, & cathedrales Ecclesias vltra trimestre, cessante impedimento, nè protrahatur. n. 2.
Quàm prudenter statutum sit hoc temporis spatium. n. 3.
Frequenter in spiritualibus, ac temporalibus bonis Ecclesia viduata subit detrimentum. ibid.
Clementis VIII. responsio ad rogationem, monitionemquè Cardinalis Bellarmini de non protrahenda Ecclesiarum viduitate. n. 4.
Quid D. Leo, quid S. Gregorius senserit hac in re. num. 5.
Argumentum ab absentia ad viduitatem probat, quam citò Ecclesiæ viduæ consulèdum esse. n. 6.
Quanti momenti sit non dilata promotio ad regimen Ecclesiarum, optimè Bellarminus Clementi VIII. exposuit. n. 7.
De pœna priuationis contra differentem promotionem. n. 8. remissiuè.
Quàm arctius premant rationes allatæ, atquè necessitas citò prospiciendi Ecclesiæ Romanæ, atquè vniuersali per Pastorem. n. 9.
Ante tertium depositionis diem, nùm possit electio fieri successoris Episcopi. num. 10. 12. & 13.
Nonnisi post triduum etiam Rex coronandus corona, exteriori manus impositionem requirente. n. 11.
Si ante sepulturam defuncti Prælati fiat electio successoris olim illicita, non tamèn erat nulla. num. 12.
Imo post mortem habita electio in præsentia poterit dici licita. n. 13.
Quid circa hoc seruandum sit in electione Papæ. num. 14.

1 DVO dilucidanda proposui: primum tempus, quod intercedere debet, antequam ad electionem deueniendum sit Antistitis; alterum tempus scilicet, quo transacto necessariò facienda, neq. vltra illud differenda, à quo faciemus initium Dein dè Pontificis electione consultò quæstionem inscripsi, ne maximi excluderem, quàm vt ex professo si tractarem, extra meum esset institutum, sic omnino ieiunè, si prætermitterem, proprijs deessem partibus. Et quidem de Episcopis.

2 Sit assertio prima, deducta ex *Canone Nè pro defectu de election. §. statuimus ibi. Statuimus, vt vltra tres menses cathedralis, vel regularis Ecclesia Prælato non vacet infra quos (iusto impedimento cessante) si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerunt eligendi potestate careant ea vice.* Et infrà. *Is verò, ad quem fuerit deuoluta potestas, Deum præ oculis habens, non differat vltra tres menses, &c. Si canonicam effugere voluerit vltionem.* Hoc idem statuitur, *cap. Postquam, & 63. obeuntibus, cap. si compromissarius de elect. in sexto.* Si ad compromissarium res dilata sit.

3 Est autèm hoc temporis spatium prudenter statutum ad Ecclesias Cathedrales, & regulares, cum sex menses statuantur ad cæteras. Nè siue ad electionem, siue ad nominationem, & præsentationem, siue ad quemcumq. alium modum Ecclesijs prouidendi, vel citius, quàm par esset, si fieret electio, Dignior exacta perquiri non posset diligentia.

4 Vt *Clemens VIII. P. M. confirmauit in eis, quæ ad marginem scripturæ Cardinalis Bellarmini* mox allegandæ proprio notauit calamo; Cùm itaq. Pontifex Bellarmino admonenti, ac roganti, nè diutiùs Ecclesiarum viduitas protraheretur, satisfacere contenderet. *In hac prima te (ait) siue in hoc primo capite fatemur nos peccasse, ac peccare, sed plerumq. in causa difficultas inueniendi viros idoneos, & quamuis sæpè multi nobis proponantur, cum per nos ipsi nequeamus sumere informationes, & cùm aliquando experti simus illos, quibus hanc curam demandauimus nos decepisse, vel ipsos ab alijs deceptos fuisse, tutiùs interdum putauimus memores sententiæ S. Pauli manus citò nemini imposuerit.* Hęc summus dignitate, ac prudentia, summo doctrina, ac sapientia viro. Vel si differatur vlteriùs. *Nè pro defectu Pastoris gregem Dominicum lupus rapax inuadat, aut in facultatibus suis Ecclesia viduata graue dispendium patiatur, vt habet citatus textus. Neuè cadente Pastore Dominicum gregem antiquus (quod absit) hostis insidiando dilaniet dist. 50. postquàm.* Et sanet rectè monet *Glossa primi suprà citati textus*, & in temporalibus, & in spiritualibus frequenter lesionem Ecclesiam viduatam substinere, quę duo pessima sunt mala, summumq. periculum, & animabus, & Ecclesiæ facultatibus, vt scribit *Abbas ibi num. 1. ad finem*, fauetq. *cap. Quia sæpè de elect. in sexto*, ad quæ detrimenta declinanda, ius condendum erat, *ff. de legibus, nam ad ea, & de rest. spol. frequens.*

5 Accedit *D. Leo Papa Epist. 84. ad Anastasiũ Thessalonicensem Episcopum capit. 6. Vt ordinationem ritè celebrandam sua quoquè firmet Auctoritas, quæ rectis dispositionibus nihil moræ, aut difficultatis debet adferre, nè gregibus Domini diù desit cura Pastorum, sicut enim iustas electiones nullis dilationibus volumus fatigari, ità nihil permittimus, te ignorante præsumi. Et S. Gregorius epist. 58. Clero, & ordini, & plebi Perusiæ consistenti Miramur charissimi fratres in Christo, quare Ecclesiã Dei tanto tẽpore absq. Rectore conspicitis, ac de vestro, totiusq. plebis*

regi-

Digitized by Google

regimine minimè cogitatis; notum est enim, quod grex si Pastoris cura defuerit per auia gradiatur, & ob hoc familiarius inimici laqueos insidiantes incurrat.

6 Insuper si *Tridentinum sess. 26. cap. 5. de reformat.* meritò omnes Ecclesiæ Dei Prælatos, *monitos esse vult, vt attendentes sibi, & vniuerso gregi, in quo Spiritus Sanctus posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, vigilent, sicut Apostolus præcipit, in omnibus laborent, & ministerium suum impleant. Implere autem illud se nequaquam posse sciunt, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant, atq. ouium suarum, quarum sanguis de eorum est manibus à Supremo Iudice requirendus, custodiæ minimè incumbant. Quapropter placuit Sanctæ Synodo, antiquos omnes Canones aduersus non residentes promulgatos innouare.* Assertãq. residentiam, ità serio commendat etiam *sess. 24. de reform. cap. 1.* vt Auctorum nonnulli diuini esse iuris eam censuerint, quanto maiori optandum est desiderio, maioriq. contendendum conatu, seueraq. lege statuendum, vt viduatis Ecclesijs sponsus, ac Pastor, quàm primum detur; cuius viduitas, atq. priuatio maioris quidem est dispendij, quàm absentia, cùm siue Vicarios, siue alios ministros Episcopi viuentis, ac mox ad futuri, vel timor, vel debitũ magis absq. dubio vrgeat, quàm non superstitis Antistitis, vel successoris, cuius nomine quemadmodum illi non funguntur officio, ità neq. eius poterunt frenari, aut vrgeri auctoritate. Eo vel maximè quòd impropriè dicitur vidua mulier, absente viro, propriè autem mortuo ex *Glossa in l. finali ad verbum orbitates, C. ad leg. Iul. de plag. vbi Baldus, & habetur per Alexandrum in l. eleganter, §. quod reprobos, ff. pi. act.*

7 Hinc *Eminentissimus Bellarminus in ea, quam expressit scriptura Clementi VIII. Pontifici Max. ex eiusdem præscripto danda, exarata, cap. 5. lib. 3* vitę eiusdem à Syluestro Petrasancta viro eruditissimo, mihiq. amicissimo, latinitati datæ, rerum, quæ reformatione in Ecclesia indigebat principem tribuit locum huic, quæ præ manibus est. *Prima (inquit Bellarminus) res est diuturna vacatio Ecclesiarum*, & post multa. *Difficile enim esset paucis explicare quantum detrimenti capiant Ecclesiæ viduatæ: in quæ vitiorum abrupta se grex præcipitet, dũ caret Pastore; quantum siluescat vinea Domini,*

8 *dum caret agricola.* Reliquum esset de pena priuationis potestatis contra transgressores pro ea vice imposita disputare; verùm cum similis à *cap. Cùm in cunctis de elect.* infligatur ob electionem Indigni à nobis *super disp. c. 2. exposita*, neq. præterea quidquam habeamus addendum non est, cur agamus.

9 Hæc de singulis Episcoporum electionibus, in Summi Pontificis electione arctiùs vrgènt, de qua seruandæ sunt constitutiones allegandæ *seq. cap.* atquè ex his quanti sint momenti euidenter constabit expedita, & quamprimum habita Pontificis Maximi assumptio: apprimè præ oculis à *Gregorio X.* exposita in *sexto cap. Vbi periculum maius intenditur, ibi procul dubio est plenius consulendum. Quàm grauibus autem sit onusta dispendijs, quot, & quanta sit plena periculis Ecclesiæ Romanæ prolixa vacatio exacti consideratio temporis edocet, & considerata illius temporis detrimenta manifestant.* Quæ quidem vltra quàm dici possunt pericula, manifestaq. damna tùm prædecessores, tùm Gregorij compulerunt successores ad tot, tantaq. prudenter statuenda remedia, nè diù protrahatur Christi Vicarij electio, qui vt caput in membra sua vitaliter, ac spiritualiter influat.

10 Ad secundum punctum propositum secunda sit assertio *ex cap. Nullus deducta 79. distin. Nullus Pontifice Romano viuente, aut Episcopo Ciuitatis suæ præsumat loqui, aut partes ibi facere, nisi tertio die depositionis eius, adunato Clero, & filijs Ecclesiæ, et tunc electio fiat.* Quæ seruanda circa electionem Antistitis Papa inferioris; de summo autem Pontifice dicam infra. Hæc etiam statuuntur *cap. Bonæ il secondo de elect.* non quod per se, & ratione quasi ab intrinseco repugnantiam inuoluant, aut nefas sint; cum mortuo viro soluta sit vxor à lege matrimonij, *cap. vlt. & penult. de secundis nupt. & 7. quæst. 1.* sicut alterius vxor, verùm ad nõnulla absurda vitanda, vt enim *Glossa citati textus nullus* notat per ea. *Mortuo Apostolico, vel Episcopo aliquo Cardinales, Canonici in tantum festinabant, quòd nihil curabant de sepultura Defuncti, quod minimè rationi, atq. Ecclesiasticę disciplinæ, ac decori congruum erat.*

11 Et esto, Rege mortuo, coronam continuatione descendere notat *Baldus cap. Bonæ il secondo de elect. atq. instituta de hæred. quæ ab intest. §. tui*, de honestate tamèn post triduum debet coronari corona exteriori, manus impositionem requirente, officiorumq. celebritate *cap. Venerabilem de elect.*

12 Hinc fit illicitam solùm, atquè inhonestam futuram fuisse huiusmodi electionem ante sepulturam Prælati demortui, vt in *cap. Obeuntibus dist. 63.* non verò nullam ex *Glossa 2. citat. cap. bonæ*, cui accedo cùm *Innoc. Compost. Io. And. apud Abbatem ibi num. 11. Baldo num. 2. Immola num. 7.* quamquam *Hostiensis Vincentius, & alij*, contrarium senserint contra quos facit *cap. Episcopo 8. quæst. 1.* per ea. Qui post exitum prædecessoris potestatem habent dignum eligere, *& cap. Nullus 79 dist. nec non, cap. si compromissarius de elect. in sexto adiuncta glossa, & notis ad eam sub initio.* Neq. ratio cessationis sufficiens per *cap. Bonæ* fuit tractatus ante sepulturam Antistitis defuncti, sed contemptus potiùs Canonici cuiusdam sicut igitur vxor mortuo viro carnali, honestum, rationiq. congruum est, nè intra annum nubat, luctumq. seruet; nõ est tamen necesse per *cap. vlt. & penult. de secund. nupt.* ità in matrimo-

13 nio spirituali *argument. cap sicut 7. quæst. 1.* Ex quo textu *Innocent. cap. Bonæ il secondo sæpè citat. ad finem numer. 4.* licèt olim propter exequiarum solemnia, differebatur (ait) tractatus vsq. ad tertiam diem post mortem, hodie tamèn post mortem fieri potest, hæc ille. Ex quibus cessante scandalo, vel periculo absurdi super

Digitized by Google

per à *Glossa* indicati, non videtur improbabile etiam licere, statim mortuo Præsule de altero prouidere; à quo non dissentit *Baldus*.

14 Dixi hæc seruanda in electione cuiuscumq. alterius Episcopi inferioris Papa, nàm de Summi Pontificis electione breui tantùm indicare habeo, seruandum esse cęremoniale *Gregorij XV. fel. record.* auctoritate editum anno Domini 1621. cuius decreto firmatum incipiente *Gregorius Episcopus*, &c. *Decet Romanum Pontificem*. Et confirmatum sub anno 1525. auctoritate *Vrbani VIII. const. 45. incipiente ad Romani Pontificis prouidentiam*. In hoc etiam rituali exequiæ decernuntur per nouem dies defuncto Pontifice, quibus completis iuxtà prudentissimè, ac sanctissimè statutas cęremonias ibi expressas, multa præscribuntur ad electionem spectantia. Nùm autem illicita, vel inualida etiã foret electio ante illas exequias, mea non interest dicere.

CAPVT SECVNDVM.

Quomodo computandum sit trimestre statutum.

SVMMA.

Quæstiones dilucidandæ n. 1.
Trimestre computandum est ex obitus die Prælati vita functi. n. 2.
Ab hora mortis Antistitis defuncti currit tempus trimestris. n. 3.
Vltimus Trimestris dies est illius vltimus terminus, ac finis. n. 4.
Menses computandi ratione, qua currunt in Kalendario. n. 5.
Exemplum Lamberti, reijcitur. n. 6.
Quomodo computandum trimestre, quod finitur in bisextili anno ex speciali Auctoris opinione. n. 7.
Ad decimum sextum annum nouitiatus, & ad vigesimum quintum minoris ætatis, qui finiretur sexto Kalendas Martij intercalaris anni, desideratur vigesimus quintus Februarij dies, qui repetitus in hoc ipso anno sextus etiã dicitur Kal. Martij. n. 8.
Quid sentiendum sit de anno Nouitiatus Religiosorum si bisextilis fuerit, cuius finis sextus Kalen. Martij dies erit ex peculiari Auctoris doctrina. n. 9.
Tempus ad electionem faciendam datum, est quidem vtile, & dierum efficacium. n. 10.
Intercedente iusto impedimento in hoc trimestri non est petenda restitutio in integrum ab Electoribus. n. 11.
Siue à principio, siue inchoato iam trimestri proueniens impedimentum cursum semper impedit. n. 12.

1 DE numero singulorum mensium vniuersim disputare, quod tùm ab antiquioribus vtriusquè iuris DD. tùm à recentioribus, *Menochio præsertim lib. 2. de arb. iud. quæst. cent. 1. casu* 50. eruditè tractatum sit, actum profectò esset agere: ad rem tamèn nostram tria mihi præstanda sunt. Primùm assignare terminum à quo horum trium mensium: secundum terminum ad quem, ideſt finem trium mensium, & quot dies singuli habeant menses; tertium quid censendum sit de impedimentis.

2 Circa primum licet post triduum fieri possit, neq. anteà licitè, vti probabiliter dictum *sup. cap.* trium tamen mensium initium ex die deducendum est mortis Episcopi. Sic *Glossa cap. postquam dist. 50. verbo tres menses, & glossa cap. quam sit de elect. in 6. verbo mensem*, & patet ex textibus à nobis *sup. cap. num. 11. & 12.* allegatis; quibus addo *cap. obeuntibus dist. 63. vbi Innocentius per ea. Obeuntibus sanè Episcopis, quoniam vltra tres menses vacare Ecclesiam Sanctorum PP. prohibent sanctiones sub anathematis vinculo, &c.* atqui si non à die obitus, sed à triduo finito exequiarum initium sumendum esset trimestris, vltra tres menses vacarent sanè Ecclesiæ viduatæ, igitur, &c. idé argumentum duci potest ex *cap. Ne pro defectu de elect. sic etiam communiter DD. scribunt sequentes Glossam secundam cap. Bonæ il secondo de elect. apud Abbatem ibi numer. 11.* Quamobrem malè *Azor. 1. part. lib. 3. cap. 28. quæst. 6.* dicens à die notitiæ à Canonicis habitæ concurrere tempus horum mensium eo, vel maximè, quòd esset incertus eius terminus à quo, possetq. electio haberi Præsulis nonnullos etiam post dies trimestris, quod Deo dante illustrabimus *lib. 8. disput. 2. cap. 4.*

3 Dico præterea etiam ab hora mortis computandum hoc esse tempus, ità vt dies illa cõputetur in termino, sic *Ioannes Andreas, qui si Glossa citat. cap. Obeuntibus dist. 50.* dixisset tres menses ab hora mortis computandos esse, melius profectò dixisset, scribit. Confirmatur, quia quemadmodum tradidimus *tomo 1. lib. 2. disp. 7. cap. 1. num. 7.* omne tempus currit de momento in momentum, vbi aliter à iure non exprimitur, saltèm respectu eius, in cuius fauorem datur, vel exigitur, sed nè vltra tres menses Ecclesia viduata Prælato vacet, dispositum est per Sacros Canones in eius fauorem, vt de optimo prouideatur Pastore; ergo debet currere de momento in momentum. Confirmatur, quia tempus incipiens ab aliqua præscripta die determinata currit de momento in momentum ex *l. 3. §. minorum, ff. de minor.*

4 Hinc gradum ad secundum facio punctum, assignando terminum horum mensium vltimum, qui vltimus erit tertij mensis dies, ob eandem rationem paulò ante allegatam, tùm quia si ex parte perpendatur electorum hoc trimestre odibile quidem est, ac proinde dies incepta non est habenda pro completa argumento à contrario, *l. qua ætate, ff. de testam.* & patet ex multis, quæ loco citato 1. *tom. à num. præsentim 13. adduxi.* Men-

Digitized by Google

5 Menses autem ea computandi sunt ratione, vt quod vni deest, suppleatur ex altero, ad integrum numerum dierum anni complendi. Sic *Glossa cap. Quam sit de elect. in sexto verbo mensem*, *Abbas cap. licet de supplenda num.6. Baldus cap.nè pro defectu num.3.& 6.Bartolus, l.cum bisextus num.1.ff.de verb.signif.* alioquin non integrarent annum constantem trecentis sexaginta quinquè diebus; cum singulis mensibus triginta, vel triginta, & vnus, vel viginti octo assignentur dies.

6 Concinit *Lambertin. art.14. 1.quæst.princ. 2.part.libr.2. atq. ex eo Sanchez de matrim.lib. 2.disp.24.à nu.14.* Verum exemplum ab vtroq. allatum in casu nostro non placet. Aiunt enim, cum electio debeat fieri intra tres menses à die vacationis, seù mortis, &c. taliſq. dies fierit v. g. octauus Ianuarij deficiunt vsq. ad numerum trigesimi primi diei, ex quibus constat mensis Ianuarius, septem dies; septima igitur dies mensis Aprilis erit vltima dies trimestris, quia Ianuarius accipit à Februario septē dies, & totidem Februarius à Martio, & hic ab Aprili. Cęterum fateor me quidem assequi hanc supputationem, at patere æquiuocationi, vt *lib.4.disp.12.cap. vnico num.9. aliàs indicaui*; etenim non septem quis dicet, sed viginti tres deficere ad explendum numerum dierum ab octauo inclusiuè vsquè ad trigesimum primum, qui est vltimus Ianuarij. Quamobrem cum tempus hoc de momento in momentum currat, si octauus Ianuarij fuit principium trimestris, septem Ianuarij dies dicendi sunt excurrisse, profectò sufficiendi ex diebus Februarij; quamobrem septimus Februarij iam perfectus computabitur, eritquè complementum vnius mensis: secundi autem septimus Martij, trimestris verò finis, septimus Aprilis expletus profectò censēndus erit. Et hoc ipsum est, quod habet *Glossa ab his Auctoribus citata*, *cap. Quam sit de elect. in sexto*, *verbo mensem* dicens, si dies aliqui lapsi erunt supplendos ex mense sequenti, *Baldus*, *& Bartolus citati Io. And. Socinus senior in cap. Sacro num.240. hoc idem volunt, & alij, quos eruditè refert, ac sequitur Menochius lib.2.de arb.iud.quæst.cent.1. casu 50.n.21.* vbi quam amplexi sumus communem dicit esse opinionem, ex qua sequitur nonnunquam triginta, & vnum habere dies mensem. Et his contra nonnullos, dicimus nō modo mensis dies numerandas hoc pacto esse, quando fit mentio termini à qno v.g. in casu nostro à morte Præsulis, sed etiam cum non fiat, cum eadem vtriusquè quoad hoc sit ratio.

7 Ex his etiam præterea fit, vt si trimestre hoc assignatum finiretur in bisextili anno 24. mensis Februarij, quæ dicitur sexto Kal. Martij, censeretur completa non eadem hora, qua vigesimus quartus dies Februarij in media nocte, sed præterea circitet sexquihora desideraretur ad complementum trimestris, quo dato pœnas incurrerent Electores: ratio, qua moueor est, quod cum singuli anni constent trecentis sexaginta quiaque diebus, & ferè sex horis; quæ quidem quater ductæ singulis quaternis diem constituunt, idcirco intercalari anno adiungitur, ita vt & vigesima quarta, & vigesima quinta Februarij tanquam si fuisset vnus dies, sextus dicitur. Kal. Martij; incedente trimestris fine in dicta vigesima quarta, non censebitur illud completum, nisi addatur sexquihora, cum singuli menses præter spatium viginti quatuor horarum vltimi diei (ad quam horam, & punctum spectandum esse docent omnes, qui hoc tempus de momento in momentum currere sentiunt, ex quibus *Abbas citatus num.5.*) semihoram sibi vendicent, quę duodecies replicata sex illas integrant horas, quas diximus ab anno contineri. Qua propter cum vigesimus quintus Februarij dies quarti cuiuscumq. anni spectet ad complementum quatriennij secundum *Gregorij XIII.* reformationem; idcircò dicimus trimestre hoc ad illius quadriennij, & ad sui complementum desiderare sexquihoram alterius diei, vigesimi quinti nimirùm, qui secundo, atq. iterato dicitur sextus kal. Martij. Dices hoc idem asserendum in singulis alijs trimestribus singulorum annorum. Respondeo concedendo hoc quidem de tribus alijs trimestribus anni bisextilis, non autèm aliorum. Ratio disparitatis est, quod, & si menses singuli præter deputatos dies semihoram habeant, singulaq. trimestria circiter sexquihoram; verùm cum pœnès computum Ecclesiasticum in anno bisextili, destinetur dies vnus, qui numerum, tempusq. decursum penitùs adimpleat, de semestribus anni bisextilis ad hoc ab Ecclesia destinati ad pœnas, vel alia Ecclesiastica munera, peculiaris habenda est ratio. Quod si de cæteris annis probaret Amicissimus Lector ratiocinationē supra factam nulla meæ habita ratione Auctoritatis, eius iudicium relinquo integrum, ac liberum. Quæ cùm ità sint, quàm à veritate aberret *Lambertinus num.3.* patet, qui quidem fœnore quodam, seù mutuo dierum ab vno alteri mensi dato sic implicatur, vt nullum emiserit fœtum solidæ doctrinæ.

8 Deducitur præterea ex his ad sexdecim annos præscriptos à *Tridentino sess.25.de regul. cap.15.* ad professionem validam, atq. ad ætatem minoris 25. annos requisitos *l.3. §.minorem, ff.de minor.* diem desiderari vigesimum quintum Februarij, qui repetitus sextus etiam dicitur Kal. Martij, cū omnes hi anni currant de momento in momentū, & ratione indicata cōplendi, computandiq. sint, vti probè *Molin. tomo 2.de iust.tract.2. disp.573. §.atq. Sanchez lib.2.de matrimon.disput.24.num.22. §.similiter credo*. Præterea, Nouitiatus annum statutum à Tridentino ante professionem Regularium currere de momento in momentum; & quia in fauorem Religionis institutum est, & quia ponitur eius initium computationis, ac terminus, à quo computandus est, à die nimirū habitus assumpti, & vbicumquè decretum requirit certum tempus, cuius indicat terminū à quo, debet illud computari de momento in momentum, quemadmodum supra diximus, ostenditq. *Sanchez ex multis n.16.*

9 Verùm, quod non inuenio rectè decisum

ab

Digitized by Google

ab Auctoribus illud est, si annus Nouitiatus fuerit bisextilis, & perficiatur sexto Kal. Martij, nùm vigesima quarta die Februarij, vel vigesimaquinta censendus sit compleri: Nàm omnes, vel expresè dicere, vel supponere sanè videntur expectandam esse vigesimamquintã diem Februarij, quo vltimum dari complemẽtum anno Nouitiatus putant, quemadmodum de trigesimo ætatis Episcopi, sextodecimo professionis, vigesimoquinto minoris ætatis dictum est. Cæterum ob proprium fundamentum *n.*7. iactum, secus mihi dicendum videtur. Itaq. vel habitum Nouitius sumpsit die vigesimaquarta Februarij anni bisextilem antecedentis, vel vigesimaquinta: Si annus Nouitiatus per assumptum habitum inceptus est vigesimoquinto Februarij, qui dicebatur quinto Kal. Martij hora meridiana, v. g. tunc aio vigesimaquinta die Februarij huius anni bisextilis, sexta hora post meridiem, completum esse annum ob rationem, quam mox subijciemus. At si vigesimaquarta Februarij die assũptus fuerit habitus, vel Nouitiatus aliàs inceptus in meridie vigesimoquarto die Februarij huius anni bisextilis pariter cẽsebitur perfectus hora sexta post meridiana. Quæ sex horæ desumendę sunt ex die vigesimoquinto Februarij, qui repetita vice dicitur sextus Kal. Martij, & ratio est eadem, quam super indicaui, quia singuli anni præter trecentos, & sexaginta quinque dies, sex circitèr sibi vendicant horas ad circuli solaris complementum, ex quibus quatenus repetitis integer naturalis fit dies, qui in anno intercalari, seù bisextili simul cum antecedẽti quoad computationem, vnum quasi diem quadraginta, & octo horarum conficit ex quo fit, vt vterquè quatenus naturalis, bisextus appelletur Kal. Martij; cùm itaq; annus bisextus secundum computum Ecclesiasticum in Christiana Republi. in rebus præsertim Ecclesiasticis seruandum, destinatus sit ad æquandum dictum numerum, ex quibus singula cõstant quadriẽnia, vt incidẽs hic tirocinij annus in bisextili ab Ecclesia designato, vt per vnum ipsius diem conflatum ex senis horis, quas vnusquisque annus quadriẽnij sibi ascisçit, suum habeat complementum, desumptum ex illo die bisexto Kal. Martij pro rata sex horarum, cùm decem, & octo cæteræ horæ illius diei naturalis bisextilis non ad præsentem annum, sed ad tres alios antecedẽtes spectent. Quæ omnia ad speculationem tantum dicta sint; quòd in praxi cum communi sententia sentiendum sit ad scrupulos saltè declarãdos; Cur aũt hoc idẽ, vt supra in reliquis annis dicendum non sit, cum ad singulos sex horæ spectent, colligi facilè potest ex his, quæ de trimestri diximus eo, vel maximè, quod ad confusionem euitandam bisextus institutus est annus, in quo singulorum defectus ab vno suppleatur die, & vnusquisque annus certa esset hoc pacto mensura, de cuius ratione est, *Auctore Aristotele* 10. *metaphisices tom.*3. quod sit indiuisibilis, certa; & firma, traditurquè à *Simplicio*, qui quidem excepit à *Ptolomæo lib. de dimens.*

10 Ex textibus autem citatis *cùm Baldo capit. Nè pro defectu de elect. num.*1. colligo tempus, quod ad electionem faciendam datur esse vtile id est dierum efficacium secundum *Innoc. ibid. n.*2.

11 Deduco secundum ex eodem *Innocentio Abbate num.*4. *& Baldo* non opus esse petere restitutionem in integrum, intercedente iusto impedimento Electoribus, vt euitetur circuitus etiam si vltra tres menses impedimentum durauerit. Neq. opus esse distinguere de impedimento à principio proueniente, siue inchoato trimestri, cùm semper cursum illud impediat per *cap. Quod diuersitatem de concess. præb.* & cùm textus non distinguat, nec nos distinguere debemus, *ff. de public. l. de præt. ff. de test. mil. in fraud. l. finali, ff. de bon. Auctor. in poss.* Quomodo autem inter hæc impedimenta defectus computandus sit notitiæ *lib.*8. *disp.*2. *cap.*4. dicemus.

CAPVT TERTIVM.

Nùm ante mortem Prælati de alterius electioni licitè, ac validè tractari possit ab Electoribus, vel Promotoribus.

SVMMA.

*Quicumq. definitorius tractatus. cùm de fine, tùm de medijs electionis successoris ante mortem Antistitis est illicitus. n.*1.

*Consultationis tractatus de Episcopo successore eligendo licet, adhuc non vita functo Præsule num.*2.

*Quid sit tractatus. n.*3.

*Super allata conclusio videtur posse locum habere in electione Summi Pontificis. n.*4.

*Multa fugienda in tractatu de Summo Pontifice eligendo. numer.*5.

*Quomodo socius criminis admittendus ad cætera delicta non sit, ad simoniam tamen, hæresim, crimenque læsæ maiestatis admittatur. num.*6.

*Non licet, quæ de eligendo Antistite tractatio aliàs licita de Summo Pontifice successore eligendo, viuo altero, atque inconsulto. numer.*7.

Digitized by Google

Multa, quæ mortuo Pontifice licerent de electione successoris, sunt eo superstite illicita. numer. 8.
Consulto Summo Pontifice, de eius licentia potest haberi tractatus consultiuus eligendi successorem. n. 9.
Tales possent intercedere circumstãtiæ, vt necessarius, nè dũ licitus esset tractatus consultiuus de electione Pontificis successoris, de consilio tamẽn, & licentia superstitis. n. 10.
Quid consilij capiendum, vbi Summus Pontifex ob grauem infirmitatem, neq. consuli, neq. facultatem facere posset ad tractatum ineundũ. num. 11.
Electio facta alicuius Episcopi, de quo viuente Prædecessore, fuit habitus tractatus definitiuus, non est nulla, sed irritanda n. 12.
Electores tractatum habentes in vita Præsulis definitiuum non sunt de facto priuati, sed puniendi ob rem illicitam. n. 13.
Electio successoris, de quo prius habitus est tractatus, viuente Papa, iuxta supradicta, non est in præsentia nulla, vno excepto casu. num. 14. & 15.
Quid censendum sit de occupante, vel aucupante papalem dignitatem. n. 16. remissiuè.
De Pœnis. n. 17.
Noctu non est facienda electio, neq. clandestinè, n. 18.
Electio denunciandæ electo intra octo dies. numer. 19.
Hi dies currunt de momento in momentum. numer. 20.
Ex proœmio legis mens, & propositum legislatoris deducitur. n. 21.
Non sufficit præsentatio facta Procuratori generali electi, dummodo ab illo rata non haberetur electio. n. 22.
De loco electionis Præsulis. n. 23. remissiuè.
De loco electionis Papæ. n. 24.

MIhi propositum non est hoc cap. quæstionem explicandi, nùm possit Prælatus, quicumq. sit, sibi successorem nominare, vel eligere, quam in nonum librum acturus de causa efficienti, vt in proprium locum libens reijcio, verùm de tractatu aliorum hic est futurus sermo. Huic itaq. quæstioni tria videntur esse membra: Primùm numquid licitus sit tractatus de successore, viuo Antistite, eligendo: Secundum, an validus sit, & nùm ipso facto nulla electio, vel annullanda: Tertiũ, an Canonici, vel quicumq. eligentes, & præsertim se obligantes ad certæ personæ electionem, priuati sint eligendi potestate.

1 Sit assertio prima, quicumq. tractatus definitorius siuè quoad finem electionis peragendæ, siuè quoad media ad eundem ordinata finem, illicitus est omnino ex se, ante mortem siuè Pontificis Maximi, siuè cuiuscumq. Habetur expressè conclusio *in cap. Nullus 79. dist.* cuius verba *ad secundam 1. cap. assertionem nu.* 10. *retulimus*, & speciatim de Summo Pontifice *cap. si quis Papa dist. 79. & cap. 1. dist. 23. cap. vbi periculum de elect. in 6. §. hoc Sacro cõcilio constit. 38. Pauli IV. cuius initium, cum secundum Apostolum, edita anno 1558. constitut. Gregorij XV. edita anno 1621. confirmata ab Vrbano VIII. per suam constitutionem 45. editam anno 1625.* Atq. ex his, quæ scribam intra, expendens nùm assertio secunda in electione Summi Pontificis locum habeat, clariùs ista constabunt. De nostro autèm Episcopo patet *ex cap. Bonæ il secondo de electione per ea. Nec prædicta debet dici citatio valuisse, quia cum Episcopi mortem præuenerint, temeraria nimis extitit, &c. Sic docet etiam Innocentius* hic *à n. 4. Abbas n. 12. Baldus nu. 1. & 2. & alij.* Itaq. non modo non licet personam successoris eligere, sed neq. ad illam electionem alia decernere, vti præscribere locum electionis, iuridicè vocare vocandos absentes, aliaq. huiusmodi facere ad illam spectantia, enumerata ab *Innocentio citato*; maximè ambitionem si saperent, conuentionem, simoniam, vel aliam turpem rationem, *ex cap. Nulla de concess. præb.* Ratio autèm huius canonicæ, ac prudentissimæ prohibitionis esse videtur, nè pateat ostiũ ambitioni, neuè simoniæ, alijsq. cupiditatibus sit locus, quæ à tàm sancta electione longè distare debent, & quod caput est, vt absit occasio, vel votum captandæ mortis Pastorum Ecclesiasticorum, vt infrà ex *Paulo IV.* dicam, habetq. citatum *cap. Nulla de concess. præb.* generaliter loquens de omnibus beneficijs.

2 Sit assertio secunda. Consultationis tractatus de successore Præsule eligendo licet, adhuc non vita functo Episcopo. Hæc assertio communis est DD. quidquid in contrarium scripserit *Azor. 2. part. lib. 3. cap. 28. quæst. 19.* Et quidem Episcopo viuente, de ipsius licentia hoc fas esse sentiunt omnes. Vt enim ait *Innocentius num. 3. circa medium citatus*, potest Episcopus laborans Canonicos accersere, ad concordiam hortari, ac de certa persona sufficienda consulere, quæ prudenter fieri maximè possunt, atq. *ex cap. si transitus distin. 79.* à fortiori probatur de Episcopo. De Canonicis autèm etiam non coram Antistite ægrè laborante, sed inter se negotium agitantibus, totum hoc idem exploratum videtur Auctoribus, dummodò non decernerent, definirétq. personam, sed solum ad modum consultationis etiam in capitulo habitæ, vt scribit *Innocentius laudatus*, præsertim si non primariò Capitulum, sed secundariò fiat, vt *addit num. 4* cui subscribit *Bald. ad finem nu. 1.* qui quidèm
3 quærẽs. Quid sit tractatus, ait esse, qui fit capitulariter, & solemniter non ille, qui fit perfunctoriè, ac difformiter ex eodem *Innoc.* Omnis tamẽn debet abesse promissio, nullaq. intercedere obligatio, quæ prorsus illicita esse patet *ex c. 2. dist. 79. supra citato, & sequent.* nullaq. interueniente citatione, vt in *cap. Bona il secondo de elect.* nullo scrutinio, nullo compromisso, aut alio aliquo actu, qui ad solemnitatẽ, ordi-

Digitized by Google

ordinetur electionis. Addit *Abbas in cap. Bonæ il secondo de elect. num. 12. circa medium*, 3 fas etiam esse personam laudare aliquam, cæterisquè persuadere optimam esse ad Prælaturam, de qua tractatur; dummodo ij non deliberent. Ratio autèm esse potest, tùm quia ab intrinseco hæc mala minimè sunt, neq. ex se periculosa, possuntquè ex bono fine ad varias etiam spectare virtutes, vt infici turpitudine ex malo; & alioquin non sunt per ius positiuũ prohibita; ergo licita.

4 Dixi de priuatis Episcopis tantùm, nam de Summo Pontifice, quòd hæc etiam vera sint fauere videtur *cap. si transitus dist. 79. ab Innocentio, cap. Bonæ il secondo relatum num. 3. consentit Abbas ibid. num. 12. nec non Immola. num. 10. aliq. quos sequitur Turrecremata in citatum cap. si transitus, & in capit. Nullus eod. dist. n. 2. & passim alij*, asserentes licere Summo Pontifici cum Cardinalibus agere consultiuè de successore iuxta dicta sub initio nostræ cõclusionis, & quæ *lib. 8.* disputanda sunt; imò absolutè ab *Innocentio, & Panormitano* dicitur posse hunc tractatum consultiuum haberi, atq. ex sententia *Panormitani*, fauet *cap. In nomine Domini 23. dist.* in quo de modo successoris eligendi statuitur à *Nicolao Papa, et cap. licet de elect. aliæq. etiam recentiores constitutiones de electione Sũmi futuri Pontificis editę*.

5 *V*erùm cùm in citatis textibus, & constitutionibus non de certa peragatur persona, sed de virtutibus, atq. ornamentis personæ in genere eligendæ, nec non de modo, ac ratione canonica seruanda in electione Pontificis. In primis seruanda censeo, quæ diximus præscripta, seruandaq. in cuiuscumq. electione Antistitis, ac turpia à fortiori in hac Summi Pontificis fugienda iuxta *cap. si quis Papa dist. 79.* Nec pyctacia promittere, id est scriptura obligatoria, vt habet *Glossa verbo pyctacium 30. quæst. cap. Pyctacium*, vel me quidem iudice pyctacium est album, in quo, & dies, quandò, cum aliquo quispiam de promotione tractauerit, & ipsemet tractatus exaratus fuisset; hoc autèm pyctacium esse latinè censeo; ait enim *Lampridius in Alexandri vita. Deniq. cum inter militares aliquid ageretur multorum dicebat nomina: de promouendis etiam sibi annotabat, & perlegebat pyctacium, & sic faciebat diebus pariter adnotatis, & quis, & qualis esset promotus*. Munera fugienda sunt præterea, vel tractatus per Sacramenrum, aut iuramentum, coniurationes, in eis consensum, vel suffragium polliceri, aut hac de causa in priuatis conuenticulis factis delibèrare, siuè decernere, quæ omnia tùm ad simoniam, tùm ad crimen læsæ maiestatis facta, viuo Pontifice pertinent, imò etiam eo consulto, vt scribit *Turrecremata citatus num. 3. & 4.* quamuis textus contrarium indicare videatur; nimirùm enumerata dummodo intrinsecè mala nõ sint, verita non esse, consulto ipso Papa, de quibus *lib. 8.* vberiùs agemus; Igitur relata mortuo Pontifice ad simoniam saltem spectabunt, vetita sub pœna priuationis dignitatis, proprij loci, & communionis per citatum textum *cap. si quis*, vbi & præmium socio criminis accusãti promittitur. Qui qua ratione cum in cæteris non sit admittendus, in crimine tamèn simoniæ, læsæ maiestatis, atq. hæresis admitti possit, leges apud *Glossam ibi verbo pertulerit, ac Turrecrematam n. 6.*

7 Ad propositum autem rediens, cùm in textu habeatur. *Si quis Papa superstite pro Romano Pontificatu cuiquam, quolibet modo, fauorem præstare conuincitur loci sui honore, vel cõmunione priuetur*. Si id tamèn fiat inconsulto Papa ob clausulam, quæ infrà ponitur, atq. eadem vrgente ratione ad quæcumq. dispositionis membra referenda est, vt sæpè dixi tùm *primo tomo lib. 2. disp. 7. cap. 2. nu. 4. & 5. tùm in hoc tomo disp. 14. c. 4. num. 22. & alibi*; idcirco q. superiùs ex *Abbate* retuli, posse Canonicũ v.g. viuo Præsule, laudare quempium eligendum, aliisq. proponere, vt optimum ad Prælaturam, de qua mox erit agendum, dùm tractatur de Summo Pontificatu, videtur vetitũ per adductum textum; ni quis aliquem laudaret, aliisq. proponeret, tanquam optimum ad quodcumq. regimen in genere, non vt ei consulat, aut faueat, sed solum ad bonum Ecclesiæ, catholicæ; neq. speciatim persuadendo alteri, vt ei, quem laudat, ad Papatum suffragetur, sed potiùs, vt alterius virtutes, illustria dona, atq. ornamẽta ad bonum Christianæ Reipublicæ cognoscat. Quamquam tutiùs esset ab hoc tractatu etiam sub his formalitatibus abstinere.

8 A fortiori præterea, viuo Pontifice, multa, quæ nec mortuo, licent, vitanda profectò sunt: sic esset tractatus ambitiosus *cap. Qualiter de elect. & cap. cum post eod.* tractatus simoniacus *cap si quis pecuniam de elect. cap per inquisitionem.* Item tractatus conditionalis, siuè conuẽtionalis, *cap. 2. de elect. & 1. q. 2. quam pie, nec non de pactis cap. vlt.* tractatus incongruus, inhonestus, ac præposterus, vt *cap. nullus dist. 79. cap. Bonæ il secondo de elect.* Quæ omnia confirmantur, & certis pœnis contra transgressores præterea corroborantur per *cap. Vbi periculum in sexto, & per constitut. 38. Pauli IV. qui quidem*, cùm *cap. si quis Papa* retulisset, & confirmasset pœnas, rationes, tùm prohibitionis, tùm pœnarum his addit. *Exindè non modo Sacrorum Canonum sed etiam secularium legum interpretes peritissimi, & probatissimi ambientes Papatum, aut super eo Papa viuente, & inconsulto tractantes, seù conuenticulas facientes crimen læsæ maiestatis in primo capite, & simoniacè hæreseos incurrere decreuerint, nõ sine clara, & aperta ratione, cùm omnis tractatus de loco, dignitate, & bonis alicuius viuentis non consentiente ab vtroq. iure prohibeatur, & reprobetur, præsertim cum indè præsletur votũ captandæ mortis, quod Sacri Canones, & venerandæ leges passim abhorrent, ac detestãtur. Accedit, quod cùm inter Pontificem, & Ecclesiam contrahatur spirituale coniugium, quod fortius est carnale grauissimæ pœnæ ex vtriusq. iuris cẽsura imponitur ijs, qui constanti matrimonio de alio coniuge tractare præsumunt*, & infra prohibitionem extẽdit ad quoscumq. qui Ponti-

Digitized by Google

sice viuente, atq. inconsulto *verbis, vel scriptis, aut nuncijs cum aliquo de futuro Pontifice eligendo hactenus tractarunt, vel tractabunt, & tentabunt*. Quibus omnibus pœnas adiungit grauissimas.

9 Deindè dicendum est, consulto Summo Pontifice de illius consilio, & licentia (quidquid sit de alijs modis, de quibus Deo dante, *lib. 8.*) veram nos cènseri secundam assertionē nostram, etiam de summi Pontificis electione. Quamobrem consultiuus de illa tractatus sanè licebit, poteritq. Sanctissimus Cardinales vocare, ad pacem, concordiam, electionemq. optimi successoris, faciendam suadere, atquè ad cętera ibi asserta. Est autem hæc doctrina *DD. in ratione dubitandi de Pontificis electione n. 4. laudatorum, aliorumq. communiter*. Et probatur ex textibus ibi per illos Auctores allegatis, ac dilucidatis; & ratio esse potest, quia cessant allegata momenta per *cap. Nulla de concess. præb.* & per *Paulum IV.* vt patet, qui quidem per exceptionem illis verbis expressam, ex cuius constitutione paulò antè relatis (*eo non consentiente*) firmare regulam videtur in contrarium, vt sæpè sæpius diximus, quam nos amplectimur, eo nimirum consentiente.

10 Et quidèm tales incidere possent circumstantiæ, vt opus omninò esset tractatu consultiuo ad successorem postea eligendum, cùm ex *Philosopho 3. ethicor.* consilium, ac tractatus deliberatiuus in rebus arduis semper prehabendus sit; & quænam magis ardua Pontificis electione? *cap. licet de elect. capit. Vbi maius eodem in sexto, demùm cap. in Nomine Domini dist. 23.*

11 Quæres quid consilij capiendum sit, quando Summus Pontifex, vel morbo graui, ac diuturno teneretur, quo nec regere posset Ecclesiam Dei, neq. consuli, vt haberetur tractatus, vel si morbus non esset diuturnus, vrgentissimæ tamen essent causæ ad consultiuum habendum tractatum, de quo Papa non potest consuli, nec ob vim morbi licentiam dare. Verùm si primam expedire vellem quæstionē in alienam profectò messem falcem immitterem. Pro secunda vero est opinio Panormitani absolutè dicentis, vt indicaui, posse tractatum consultiuum haberi, quippè qui sub circumstantijs in quæsito expositis probabilior videtur. Et sanè absurda *à cap. Nulla de concess. prębendæ, & à Paulo IV.* indicata procul esse deberent, atq. damna Ecclesiæ Catholicæ, nisi de successore tractaretur, imminere maiora, quā timeri possent ex tractatione. Cœterùm *bullis, & constitutionibus à me allegatis præcipuè Pauli IV.* standum omnino censeo, quousquè aliquid à Sancta Sede de hoc casu decernatur, à cuius nutu nunquam discedere fas est.

12 Sit assertio tertia; electio facta alicuius peculiaris Episcopi post mortem prædecessoris habito tractatu illicito de illomet electo, ante mortem Episcopi vita functi, non est ipso facto nulla, sed nulla decidenda, sic *Innocentius cap. Bonæ suprà citato il secondo de elect. & Abbas ibid. n. 12. §. ad secundum*, ratio est, quod nullibi legitur sancita hæc electio, ipso facto, esse nulla, sed nulla tantummodo reddenda, *cap. Bonæ citato*. Imò si recessissent Electores à pristino tractatu in vita Prælatis habito, atq. alterum eligerent, neq. cassanda esset electio, vt rectè *Innoc. & Panorm. citati.*

13 Hinc fit, non esse priuatos electores ob tractatum illum, viuente Præsule habitum, quāuis illicitum; quod iure cautum minimè hoc sit, sed puniendos esse ob rem illicitè factam, etiam si retractauissent electionem, quam cōtra ius habuere per *cap. 2. de maior. & obed.*

14 Electio autem Summi Pontificis, quæ de eadem persona habita, de qua tractatus initus fuit, viuente, atq. inconsulto Papa, censenda esset nulla, per allegatam *constitutionem Pauli IV. incipientem Paulus, &c.* Cùm similem habentes tractatus, ipso facto priuationem subeant cuiuscumque dignitatis, atque honoris Cardinalatus, atque iurisdictionum quarumcumq. nec non voce activa, & passiua, idq. ipso facto: per ea. *Quodq. similes sententias, censuras, & pœnas respectiuè incurrerint, & incurrant ipso iure, & facto, ac sine alicuius sententiæ prolatione.* Et consequentèr inhabiles ad electionem validam faciendam. Verùm cùm *in bulla Gregorij XV. §. 22.* hęc habeantur. *Volumus etiam, & decernimus censurarum, & excommunicationem prædictarum, & aliarum quarumcumq. prætextu, vel causa Cardinales à Summi Pontificis electione activa, & passiua excludi nullo modo posse, quas quidèm censuras, & excommunicationes ad effectum huiusmodi electionis tantum illis aliàs in suo robore permansuris suspendimus, &c.* Electio personæ eiusdem, vel alterius post tractatum habitum, viuo Pontifice, censenda non erit nulla, ex vi dictarum censurarum, vel pœnarum à prædecessoribus *Gregorij XV.* impositarum, vno excepto euentu, sic *ab eadem bulla Gregorij expressa §. 19. Quod si electio huiusmoni aliter celebrata fuerit, quam in conclaui, &c. vel quasi per inspirationem nullo precedente de persona speciali tractatu, omniumq. paritèr Cardinaliū præsentium in conclaui communiter, nemine itidem dissentiente, per verbum eligo intelligibili voce prolatum, aut scripto, si voce non potuerit expressum, nulla sit, & inualida eo ipso, &c.* Quibus neq. inualidam videtur reddere electionem factam quasi ex inspiratione, cui præcessit generalis tractatus, quandocumquè fuerit habitus, cùm eam irritam solum facere videatur præcedente speciali, quandocumq. prius habito; quod tamen mea tantùm auctoritate nolo assertum.

15

16 Quòd autem de electione facta de illo, qui Papalem aucupatus est dignitatem per ambitionem, seù seditionem dicendum sit, docet *cap. In nomine Domine 23. dist. nec non Abbas, cap. Bonæ il seconda de elect. n. 13.*

17 Superest de pœnis agamus, de quibus vltimo loco disputandum proposuimus. Et quidèm nullas inuenio de facto incurri per electionem personæ, de qua illicitus habitus erat ad Episcopatum tractatus definitiuus, nequè per ipsummet tractatum, *vt nu. 13. indicamus*, sed puniendos esse prò qualitate delicti. Prætereà

Digitized by Google

cereà siue de electione facta post tractatum, siuè de ipso tractatu ad electionē Summi Pontificis, pœnas expendere, nostra non interest, ac deducuntur ex textibus citatis.

18 Itaq. satis dixisse videor de tempore faciendæ electionis, siuè promotionis ad Episcopatum, si meum monuerim Lectorem, neq. decere noctu electionem haberi, nisi aliqua vrgente necessitate, nè clandestinè facta censeatur, contra *cap. Quia propter de elect. Electiones, vbi Abbas*. Dicitur autèm clandestinè fieri electionem, quando singulariter habetur, atque occultè per occulta conuenticula, vel quando non publicatur, vt ibi *Glossa, & 79. dist. cap. 2. & 3. Abbas in capit. 1. de clandestinis desponsat. Felinus in capit. Consulisti colum. 6. de officio deleg. & alij*. Quod si ex rationabili causa noctu fiat electio, non sine tribus luminaribus, est celebranda sic *Ripa tibr. 2. respon. de rescript. cap. 13. num. 4. apud quem*
19 *alij*. Si commune fecerim prætereà per Canonicos electionem factam, electo denunciandā esse, octo intra dies ex *cap. Cupientes de elect. §. ceterum, vbi Glossa verbo octo dies*. Quod
20 quidem tempus ab electione peracta videtur etiam cutrere de momento in momentum, atq. ita computandum ob rationem indicatā *cap. 2.* & quia in fauorem Ecclesiæ viduatæ est decretus hic dierum terminus, vt colligitur
21 ex *initio citati textus*. Ex proœmio enim legis mens, & propositum deducitur legislatoris, quemadmodum *1. tomo lib. 4. disp. 1. cap. 4. nu. 4.* docuimus. Neq. in contrarium vrget, quod vtatur textus aduerbio commodè *infrà octo dies*, (nimirùm) *postquam commodè poterunt, electis præsentare distulerint, ipsos, qui culpabiles extiterint, &c.* nam id aliud non significare puto, quam nullo intercedente impedimēto, quo legitimè censerentur Electores impediti; sicuti de trimestri electionis habetur in *textu nè pro defectu de elect.* nosq. exposuimus
22 *c. 1.* indicatquè *Glossa huius textus verbo, qui culpabiles*: Et probè monet *verbo electis*, non sufficere præsentationem huius electionis generali procuratori ipsius electi exhiberi, vt ad matrimonium carnale, neq. ante Tridentinū satis erat, etiam si aliqui casus speciale petentes mandatum in illo mandato exprimerentur à quibus ad matrimonium non datur extensio, vt probè *Sanchez ex mutis lib. 2. disput. 11. num. 3.* igitur à fortiōri, vt argumentatur *Glossa* in casu nostro, in quo de matrimonio spirituali tractatur. Dummodò ratam non haberet Electus illam electionem intra tempus, intra quod ei debebat præsentari, *ff. rem ratihab. l. penult.* A cōtrario autem colligit eadem Glossa, satis esse præsentationem electionis factam Procuratori ad hanc specialiter deputato per eadem iura, *& de concess. præb. Accedens 32. q. 2. Honorantur. C. de acquir. possess. l. 1. cum similibus*. Imponatur deinceps pœna suspensionis triennalis à beneficis in ipsa Ecclesia possessis, de qua textus, & glossa.

23 De loco autèm scribere, quod mihi reliquū erat, superuacaneum cēsui; cùm vix in vsu huiusmodi electione Antistitum, vt sæpè dixi, sint; Neq. ex loci disputatione aliquid scitu dignum pendeat, quod luculenter, vt commune ad alias etiam aliorum beneficiorum electiones, à Canonistis nō sit dilucidatum, apud quos præsertim *Abbatem cap. 1. de poss. num. 33.* de validitate electionis in loco interdicto legendum est.

24 Quod autèm spectat ad locum, vbi Pontificis Ma. electio facienda sit, satis per *auream constitutionem de elect. Papæ Gregorij XV. sæpè citatam* declaratum est *§. 19.* per ea. *Si alibi celebrata fuerit, quam in conclaui clausō, &c. nulla sit, et inualida*. Quidquid sit de alijs aliorum Antistitum electionibus, quarum validitas vnico verbo expensa tantùm à loco pendere non videtur, & si tutiùs sit ab vsitato non recedere, vt de Episcopi electione in Cathedrali Ecclesia *cap. Quod sicut de elect. vbi Abbas, Baldus cap. Ad hæc de post. num. 2. Decius num. 3, & colligitur prætereà ex cap. cum Terra de elect. vbi Hostiensis* scribit consuetudinem, si alicubi in vsu esset, vt in alio loco, decēti tamen, ac decoro fieret, esse seruandam. Imo etiam absquè tali consuetudine si ad decorem requisitus, qualitatemquè negotij, alius esset locus, in eo fieri posset: cùm in dicto *cap. Quod sicut*, Cathedralis absolutè nō assignatur, quibus subsubscribit *Azor 3. par. lib. 3. c. 28. q. 16.* qui posse locū mutari electionis ex iusta causa, etiam ad Episcopatum contra Panormitanum docet *ibid. § quares, Accedit Marcus Antonius Cuechus instit. maiorum lib. 4. tit. 1. n. 23.* à quo dilucide de reliquis ad elections etiam aliàs facientibus scribitur *vsq. ad finem cap.*

Digitized by Google

DISPVTATIO XVI.

De consensu, & iure per electionem acquisito.

HActenus disputatis quæstionibus ipsum, *quid esse* dilucidatum est electionis, nec non circumstantia *circa quid*, conditio nimirùm personæ, siuè digne, siuè dignioris, ex qua maximopere illa pendet. Circumstantiæ eriam *temporis, & loci* prò ratione nostri instituti declaratæ sunt: reliquum huius libri exposcit, vt illustretur ipsa circumstantia, *cuius gratia*, ea nimirùm ratione, qua sumpta est ab *Aristotele, atquè à nobis lib. 5. disput. 1. cap. 3. num. 8. declarata*, quæ quidem est, id, ad quod dirigitur actio electionis, ad ius videlicet Electo conferendum. Primo igitur capite de consensu electi desiderato ad electionis complendum ius disputabimus, deinceps verò de ipso iure.

In dubio non præsumitur fraus. n. 16.
Maximè cessat præsumptio oblatis in contrarium probationibus. n. 17.

CAPVT PRIMVM.

De consensu electi.

SVMMA.

Quot quæstiones dilucidandæ. n. 1.
Consensus Electi necessarius est ad complementum electionis, atquè ad ius deriuandum in electum ipsum aliqua ratione perfectum. num. 2.
Consensus electi necessarius ad electionis vim signis externis sufficienter debet innotescere. num. 3.
Consensus hic electi consideratus satis erit implicitus. n. 4.
Consensus præstandus est ab electo intra mensem num. 5.
Mensis tot dierum sit, quot habet ille, in quo præsentata est electio. n. 6.
Ni consentiat intra mensem electio, qualecũq. per electionem quæsiuit ius perdit, ni ex propria conditione excusaretur, vel legitimè fuerit impeditus. n. 7.
Sufficit consensus hic electi etiam non simultaneus cum altero electorum habitus. n. 8.
In omni contractu satis est consensus diuerso tempore præstitus. n. 9.
Si electio non sortiatur effectum iustis de causis integrum tempus erit Electoribus iterum eligendi. n. 10.
Ante confirmationem, etiam post consensum, renunciatio valet quoad Renunciantem. num. 11.
In summam omnes temporis termini ad prouisionem Ecclesiarum, & beneficiorum rediguntur. n. 12.
Quid sibi vult clausula dummodò in his non sit fraudulenter adductum. n. 13.
Alleganti fraudem incumbit probare. n. 14.
Per coniecturas fraus probatur. n. 15.

1 SEptem sunt mihi declaranda ad perfectam huius, quæstionis dilucidationẽ. Primùm an Electi consensus necessarius sit ad electionis complementum, vt ex ea qualecumquè sit, quod deriuat ius in electum vim habeat. Secundum an externis exprimi signis necessariò debeat. Tertium, an tacitus sufficiat, vel expressus semper necessariò requiratur. Quartùm, tempus, iuxta quod consensus præstandus est, & qua ratione computandum. Quintùm, nùm per Procuratorem dari possit. Sextùm, quid iuris, si non possit consensus haberi. Septimùm deniquè quid si non sit eodem temqore vterq. consensus eligentium, & electi, vel si hic dissentiat. Verum antequam primum aggrediar punctũ, admonere habeo, non esse quæstionem de cõsensu ante electionem à Præsentando dato, quippè qui, & illicitus est, & electionem subsequutam aliquando vitiat, vt probè tradit *Firman. de Episcopo lib. 2. par. 1. quæst. 61. n. 100.* Quando autem illicitus non esset, diximus *lib. 4. disp. 12. c. 1.*

2 Assertio prima. Consensus electi necessarius est ad electionis complementum, & ad ius aliqua ratione perfectum, quod *sequent. cap.* dicendum est deriuari ad electum. Quam conclusionem supponere videntur Auctores. Ratio est, quod inter Electores loco Ecclesiæ sponsæ, atq. Electum, matrimonium quasi cõtrahitur spirituale, vt deducitur ex *cap. Inter corporalia de translat. vbi num. 9. id notat Abbas*; atqui coniugium absq. consensu stare non potest, ergo &c. *Hinc cap. Inter Canonicos de elect. §. discretioni vestræ mandamus*, dicitur *si dictus Præpositus eidem electioni consenserit, vt per mutuum consensum eligentium, & electi, quasi coniugale vinculum spiritualiter sit contractum; vbi Glossa ad verbum, quasi coniugale* notat consultò id dictum, quia requiritur præterea confirmatio ad perfectam vinculi rationem; quæ quidem confirmatio necessariò consensum supponit, sine quo merito dicimus, illud coniugium stare non posse. Imò ad

vin-

Digitized by Google

vinculum absolutè contrahendum, docet *Abbas in cap. Cum inter Canonicos de electione citatum num.* 4. non requiri confirmationem, quę quidem illud matrimonium facit ratum, à quo absq. facultate superioris recedi non potest, vt in *cap. 2. de renunc. Episcopi*, & vt dicitur ex consensu viri, & vxoris stat matrimonium carnale, ita suo modo spirituale. Secundo, quia confirmatione nullus tribuitur consensus, sine quo coniugium, neq. de potentia Dei absoluta stare potest, non solum in ratione contractus, à propria contrahentium voluntate tanquam à causa deriuatus, vt docet *Palatius 4. d. 27. disput. 1. fol. 153. Ledesma in 4. part. 2. qnæstion. 47. art. 3.* nec discrepat *Sanchez disp. 26. de matr. num. 1.* verùm etiam essentialiter consideratum, quippè quod non in mutua corporum traditione, quæ, matrimonio permanente, transit, neq. in mutua obligatione, & subiectione ad reddendum debitum, quæ quidem, vel alterius coniugis adulterio, vel religionis ingressu, communi paritèr consensu, perseuerante matrimonij consumati vinculo cessat, sed in ligamine, & vinculo, quo formaliter sunt coniuges vniti, orto ex mutua traditione, & reali relatione fundata in consensu, & contractu, aliqua ratione externo, vti docet *Petrus de Ledesma citatus de matrim. quæst. 4. art. 3. fol. 128. col. 2. Enriquez de matr. lib. 11. cap. 8. num 2. ac deducitur ex D. Thoma 4. dist. 27. quæst. 1. art. 2.* Hoc autem vinculum, siue coniunctio, cum relatio sit realis, absquè fundamento, ac termino esse non potest, quippè quæ cùm fundamento identificatur, mea quidèm sententia, & à termino essentialitèr pendet. Et sicut neq. coniunctio effectiua mutuæ dilectionis absquè amore mutuo, qui quidèm etiam aliquo pacto in genere causæ formalis, ad illum vinculum se habet, sic etiam copulatio animorum coniugum à voluntate mutua consentiente: in quo sensu *Gabriel 4. dist. 27. quæst. 1. art. 1. Adrianus ibid. quæst. 2. de matr.* de essentia ipsius matrimonij consensum esse dixerunt. Sed ex matrimonio carnali ad spirituale per *cap. Inter corporalia de transl.* aliaq. iura sæpiùs citata, valet argumentum, vt sæpè dixi, ergo, &c. Et licet inferiùs asserèdum sit electum posse cedere electioni etiam post consensum, ac posse, Electo, qui semel cõsensum præstitit, reiecto, alterum eligere Electores, hoc tamen non obstat necessitati consensus; ad positiuam rationem coniugij spiritualis inundi, qui tamen perficitur, vltimúq. robur à confirmatione recipit, à qua necessariò supponitur.

2 Secunda assertio. Consensus electi sufficientibus ad sui manifestationem debet signis innotescere. Nam de ratione huius coniugij spiritualis, quod quidèm inter homines celebratur cordis intima ignorantes, est, vt externo signo patefiat. Et paritate coniugij carnalis confirmatur, de cuius natura est siue in ratione contractus, siue Sacramenti, vt signis externis animus, & consensus aperiatur internus. A qua veritate cœnum illud, & labes *Vncleph* ausus est dissentire, quem eruditè *Vualdensis de Sacram. cap. 132.* reiecit, siue autèm hæc signa se habeant instar conditionis, vt volunt nonnulli, siue vt ratio intrinseca illius, vt de carnali in ratione contractus, & Sacramenti, sicut censent alij, nostra non interest; cum hoc, de quo loquimur, matrimonium, similitudine quadam, non autem ad vnguem cum carnali conueniant. Atq. ab hac assertione, sic explicata neminem arbitror dissentire.

4 Assertio tertia. Consensus hic desideratus satis erit implicitus. Moueor quia hic consensus ad multa sufficere constat, vt videre est apud *Abbatem cap. Dilecti de foro compet. nu. 4. & cap. Inter corporalia de transl. nu. 28.* neq. est, cur hanc ei vim in hoc casu denegemus. Secundò quia hic idem consensus sufficit ad sponsalia, vt definitur *cap. Litteras cap. Acceptas de desp. impub. & cap. vnico in princip. & 9. porrò eod. tit. in sexto, vti ex DD. consensu probat Sanchez lib. 1. de spensalibos disp. 16. à nu. 5.* Quo autèm pacto cognosci possit hic implicitus assensus deducetur ex his, quæ scripsimus *lib. 2. disput. 5. cap. 6. num. 24. & cap. 7.* Nùm autèm consensus electi virtualiter contentus ipsius præsẽtia, sufficiat, & nùm validè dari posset per Procuratorem, litteraſq. dicemus *lib. 8. disp. 4. c. 1.*

5 Assertio quarta. Consensus assertus probandus est ab electo intra mensem, sic in *cap. Quàm sit de elect. in sexto adiuncta Glossa verbo Mensem.*

6 Assertio quinta. Hic mensis ita computãdus est, vt dies tot habeat, quot hic ipse, in quo præsentata est electio, cuius si dies aliqui lapsi fuerint, suppleantur ex sequẽti, vt probè Glossa citata, & nos *superiori disput. c. 2.* probauimus. Eius autèm initium à tempore ait Textus præsentationis esse ducendum, ideſt ab hora præsentationis, cùm debeat currere de momento in momentum, & quia assignatur terminus à quo, & quia in fauorem videtur concessus Ecclesiæ viduatæ, atque electi, vt maturè boni, rectiq. consulens tãtũ, vel subeat vel refugiat onus. Neq. vti rectè monet *citata Glossa notando secundo* post expressionem casus tenetur electus illicò consentire; neq. expedit, nẽ dignitatem ambire videatur; poterit tamen absolutè, si voluerit.

7 Assertio sexta. Ni consentiat intra mensem assertum Electus, qualecumq. ius quæsierit per electionem, perdit, nisi fortè conditio personæ aliquo pacto impedimento esset, vt in Religioso, sic *citatus textus adiuncta Glossa.* Cùm autem nos de conditione personę religiosæ, cui licentia petenda est, ac de reliquis ad Regularis electionem expenderimus *tomo 1. lib. 4. disp. 1. per nonnulla capita*, non est cur immoremur. Præterea si legitimè impeditus fuerit: Electus ad consensum præstandum non ei currit tempus, quod impeditus minimè differt, *de concess. præb. cap. Quia diuersitatem, & nos supra disputat. cap. 1. & 2.* diximus. Quamobrem solam negligentiam notat *Textus secundum additionem ad Glossam citati cap. quam sit, verbo distulerint*, & causam iustã, siue impedimentum excludit. Adderem ipse

à for-

Digitized by Google

à fortiori, & contemptum etiam, qui procul dubio magis offenderet.

8 Assertio septima. Ex se videtur sufficere consensus etiam non simultaneus. Pendet hęc assertio ab altera simili de matrimonio carnali, nùm ad illud requirantur consensus simul præstiti, & vt probabilior est pars negans, dùmodò consensus alterutrius perseueret, ita in matrimonio hoc spirituali; cum ex vno ad aliud valere sæpè probauerimus argumẽtum.

9 Itaq. non obest aliquam intercedere moram, cùm in omni contractu satis sit consensus diuerso tempore præstitus *l.1.§.1.ff. de verb. oblig. & l.1.§.sed verior, ff de contrab. empt.* sic in omnibus contractibus per nuncium, litteras, vel Procuratorem; & matrimoniũ etiam hoc pacto contrahitur, vt eruditè *Sanchez libr.2. disput.11.& 12.* quando consensus simul non adhibeatur. At non adeo religione teneor, vt moralem, etiam arctissimam horum consensuum eligentium, atq. electi expetam simultaneitatem; sed vel esse satis alterum alterius persistere; nec reuocatum esse, vt ad matrimonium carnale sufficere docuit *Maior in 4. distin. 27. quæst.1 Nauarrus summa cap. 22. nu. 80, & alij*, vel moralem hanc simultaneitatem lato modo acceptam, vt Auctore *Soto 4. dist. 27. quæst.1. art.3. & Ludouico Lopez 2. part. instruct. de matr. fol. 1056.* quæ tamẽn post septennium intelligatur non satis esse ad carnale matrimonium, vel ad summum, vt ait *Enriquez libr.11. de matrim. cap.3. num.6.* biennio intercedente. Hinc ad rem nostram *Abbas cap. Cùm inter Canonicos* scripsit necesse non esse, vt tempore consensus præstiti ab electo, perseuerent Electores in formali assensu. Imo etiam si dissentirent nunc; nàm cùm de iure non possint recedere, vel publicato scrutinio, vel præstito electi consensu, quemadmodum *seq.* dicemus *disputat.* perinde est, ac si permanerent in illo consensu: quidquid nescio quis Auctor contrarium dixerit ab eodem reiectus *Panormitano per cap. citatum, cùm inter Canonicos*, vbi & consentire videtur, idest in vnum simul ire consensum Canonici, ex quo nequeunt resilire; & fauet *cap. finale de procur. in sexto*, ideoq. matrimonium spirituale *in dicto cap. cùm inter*, contrahi censetur; Neq. obstat *cap. cùm post de elect.* quod de electione, publicato scrutinio, statim non habita loquatur. Et licet *Glossa* dicat etiam propter vitium Electi electionem illam fuisse cassatam; quòd eius consensus fuerit requisitus, atq. ante electionem præstitus, hanc verò interpretationẽ illa non defendit, vt notat *Abbas num.2.* Addo requisitum non fuisse huius electi consensum, antequam scrutinium, & factum, atq. in scriptis redactum, & publicatum esset, quãdo notari vitio posset ambitionis, sed solum antequam fuisset electus electione nimirùm cõmuni. Quarè non peccauit in formam electionis iure naturali constantis ex suffragijs tantum, vt ibi probè *Io. Andreas, & Abbas nu.3.* Neq. ex qualicumq. culpa deducitur ambitio, neq. necessitas simultanei consensus.

10 Vltima de hac quæstione assertio deducenda est *cap. si electio de elect. in sexto. Si electio ex eo non sortiatur effectum, quia Electus consentire recusat, vel post consensum renunciat iuri suo, aut fortè diem claudit extremum, seù propter occultum eius vitium irritatur, Electores, (qui iam fecerant, quod spectabat ad ipsos intra iuris terminum eligendo) habebunt à dissensu, renunciatione, morte, vel irritatione prædictis, ac si vacatio noua esset, tempus integrum ad electionem aliam celebrandam, dummodò nil fraudulenter egerint in præmissis.*

11 Ad quem Textum illud notatu dignum puto ante confirmationem etiam post consensum in omni casu renunciationem valere, libetè ab Electo habitam quoad ipsum Electũ: in nullo tamẽn quoad superiorem, cui non fieri debet præiudicium. *Sic Glossa post multa, verbo renunciat.* Etenim si ad Superiorem res delata sit, & contrà Electum obijciatur, quod electionem valet annullare, poterit ille de veritate inquirere, *de supplenda negligentia Prælatorũ, c. licèt*, Aliàs illudi posset. *de postul. cap. Bonæ il fecondo, §. Nec nocebat.* Et sicut de iure defuncti, quandoq. quęritur, vt ius innotescat superstitis. *De arbitrio, ex parte*; sic & in casu proposito. Quod si res delata non fuerit adhuc ad Superiorem, nec tenebit renunciatio in eius præiudicium; qui quidèm ex officio habet prouidere per *cap. Quamquam de elect. in 6.* At si ex morte suum sortita non fuerit effectum electio, vel ob delictum occultum, de quo nos tùm *supreriori disp. tùm tomo* 1. ex instituto egimus, integrum erit ad aliam celebrandam electionem, siuè tertiam, & quartã, ac deinceps; sic rectè *Glossa verbo alium*, si secundus, vel tertius dissentit, renunciat, vel moriatur, vel suo occulto vitio cassetur.

12 Ex his in breuiarium redigo tempora ad expeditionem Ecclesiarum vacantium assignata; nàm primò dantur tres menses Electoribus ad eligendum ad Cathedralem, vel regularem Ecclesiam, vel sex ad alia, secundum distinctionem *cap. Nulla de conces. præb. adiuncta glossa verbo infra sex menses*: ad præsentandum autèm datur tempus, quàm citiùs fieri possit, & adhuc octo dies *cap. Quàm sit de elect. in sexto, & cupientes in princip. & §. cæterùm eodem.* Ad consentiendum vnus conceditur mensis Electo, si libertatem habeat, aliàs arbitrio Iudicis, quæ omnia super expendimus. Præterea ut *seq. libr.* dicturi sumus ad petendam confirmationem tres assignantur mẽses *cap. Quàm sit de elect. in sexto*. Ad consecrationem autèm alij tres 100. *dist. Quoniam, & 72. dist. cap.2.* & si pallium petendum sit, hoc faciat à tempore cõsecrationis intra tres alios menses 100. *dist cap.1.* In causis autèm Regularium, vel Cathedralium, quæ ex immediata subiectione, vel appellatione deuoluuntur ad Papam, seruandum est decretum *Nicolai Papæ eod. titul. de elect. in sexto Cupientes*. Nùm autèm possit hic consensus reuocari *seq.* dicemus *cap.* Cùm pendeat ex iure, quod acquiritur Electo. Insuper, vt cum *Trident. sess. 24. cap. 18. de reform.* loquar. *Episcopus, & qui*

ius

Ius patronatus habet infra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum, idoneos aliquot Clericos ad regendam Ecclesiam coram deputandis examinatoribus nominet. Legenda præterea est *constitutio Pij IV. 108.* seruandum *decretum Trident. de elect. sup. reg. sect. 25. cap. 6.* Nec non decreta *Clementis VIII. de reformat. Regul. edita anno 1598. & 1601. n. 36. confirmata ab Vrbano VIII. decreto 26.* Quoad Abbatissas autèm seruandum est decretum *Trident. laudati c. 7. & Gregorij XV. const. 18.* cum suis declarationibus.

13 Demùm quid clausula vltima velit, dummodò non fraudulenter egerint, &c. *Glossa*
14 *verbo fraudulenter* exemplo rectè declaratur; quæ etiam notat eius interesse fraudem pro-
15 bare, qui eam allegat. Probatur autèm fraus per coniecturas, sic *Abbas in cap. Nobis fuit nu. 4. de sim. & Menoch. præs. 3. nu. 45.* Neq. præsu-
16 mitur, nisi probetur, vt idem *præsump. 78. lib. 6. n. 3.* In dubio autèm minimè præsumitur, *idem præsump. 82. nu. 10. & præsumpt. 81. eiusdem lib.*
17 *n. 29.* Et maxime cessat omnis præsumptio probationis in contineuti oblata *præsumpt. 47. lib. 2. n. 1.*

CAPVT SECVNDVM.

Vtrum ex electione, & consensu electi ius ei comparetur ad Episcopatum: Duæ referuntur sententiæ.

SVMMA.

Quæstionis vtilitas. n. 1.
Sensus quæstionis. n. 2.
Prima sententia docet nullum ius electo per electionem etiam acceptatam conferri. n. 3.
Secunda sententia ius Electo consentienti comparari scribit. n. 4.

1 INscripsi hanc quæstionem ad Præsulatũ contractam, ad alia beneficia ne vagetur oratio, quæ quidem ex his disputandis facili negotio dilucidari poterunt. Et quidèm satis superq. apud Auctores disputata nostram iure suo requirit industriam, cùm ex ea non explicatio solum causæ efficiẽtis Prælaturæ, vti suo loco videbimus, verùm etiam exercitium, imò facultas ad munera Præsulatus obeunda ex parte pendeant.

2 Nosse autèm ad hoc oportet, sermonem hic non esse de iure, quod supposita institutione beneficiorum vnusquisq. Candidatorum pro ratione meritorum, superioribus disputatum est disceptionibus, verùm de proximo, & formali per ipsam electionem competenti electo, de quo.

3 Prima sententia docet per electionem etiam acceptatam, consensuq. electi firmatam, nullum ius ei comparari; quæ quidèm sententia maximum sui cognoscit defensorem *Turrecrematam, cap. Quanto dist. 63. num. 4. à quo citantur Hostiensis, Innocentius, Vincentius, & alij.*

Et probatur primò, ex electione non contrahitur plenè matrimonium spirituale inter electum, & Ecclesiam; igitur sola electione etiam acceptata, non acquiritur ius administraudi res Ecclesiæ Electo; quippè qui adhuc sponsus non est. Antecedens probatur, tùm quia renunciare potest Electus electioni, & Præsulatui ante confirmationem absq. Pontificis facultatẽ, tùm ex *cap. 2. de transl. per ea*; *Sicut autèm Episcopus consecratus sine licentia Romani Pontificis non potest Ecclesiam relinquere, sic, & electus confirmatus*; circà quod verbum *Glossa* inquit, ergò ante confirmationem potest, quod verum est, quod adhuc habeat tenue ius, cùm possit repelli per exceptionem ex *cap. super his de actu sat. ergò.*

Secundò si Præsul electus ius haberet ex electione, posset absolutè dici Episcopus; cum vnusquisq. rectè à formis, & habitibus, qui ei insunt, denominetur: atqui nominati talis minimè potest, ergo.

Tertiò Electus ante confirmationem administrans punitur ex *cap. Qualitè, & cap. Bonę de electione, nec non de præb. Qudum*; cum eius electio irritatur; ergò potestatem administrandi non acquirit, nàm teste *Aristotele lib. de somno, & vigilia*, cuius est actus, eius est potentia; imo è contrario, cuius est potentia, eius est actus; & iniuria prorsus esset electi, si potestatem habeat per electionem priuari eius exercitio.

4 Quartò ex *Apostolo ad Hebræos. Nemo sibi honorem assumat, sed qui vocatus tanquam Aaron*; per electionem igitur, propriumque consensum non comparat sibi quispiam administrãdi potestatem; alioquin assumeret sibi honorem, nec tanquam Aaron. Quod rationis momentum magnificat *Turrecremata*, aitquè *esse Innocentij cap. Qualiter*, vbi reprehendens quemdam electum, quod se ingessisset in administrationem Episcopatus, addit. Non attendens, quod secundum Apostolum nemo debet assumere sibi honorem, &c. Quo circa Papa irritat illius electionem.

Quintò; nulla potestas spiritualis ab alio quàm à Deo, vel eius vices gerente in terris dari potest hominibus, supra cuius naturalem captum est; atqui potestas prælationis Ecclesiasticæ spiritualis est, vt per se patet; ergò à vices Dei Gerente, Summo Pontifice, per confirmationem dari poterit, & non ab Eligentibus & ipso electo consentiente.

Sextò, Omnis potestas Ecclesiastica, post Christum Dominum, à Petro dominium accepit, cui primò Pontificatus datus est in Ecclesia, vt ait *S. Anacletus*, & habetur *in cap. Innoua dist. 21.* igitur ex sola electione, & consensu absq. confirmatione Sedis Apostolicæ mediatè, vel immediatè, non acquiritur alicui potestas Prælationis Ecclesiasticæ.

Septimò si acquireretur potestas Ecclesia-

Digitized by Google

stica Prælationis electione, consensu firmata electi, sequeretur non omnem Ecclesiasticam potestatem à Sede deriuari Apostolica, contra *cap. ita Dominus dist. 19.* Sequeretur præterea non omnes Ecclesiasticas dignitates, & iura Prælationum institui à Sancta Romana Ecclesia contra *cap. Omnes dist. 22.*

Octauò sola electione ius administrandi cõparatur soli Papæ *cap. in nomine Domini 22. distin.* per ea: *Electus in Papam auctoritatem teneat regendi Romanam Ecclesiam, & disponendi, &c.* vbi *Glossa* secùs esse in alijs Prælatis notat, qui non habent ante confirmationem administrandi potestatem *cap. Nosti de elect.*

5 Secunda sententia docet electo consentienti purum esse ius ad rem, sic *Abbas* moxcitandus, & nonnulli pro prima parte nostræ conclusionis allegandi.

CAPVT TERTIVM.

Vera sententia de iure ad electum consentientem deriuato ex electione.

SVMMA.

Ius alterum ad rem, alterum in re, & quodnam sit. n. 1.

E Romana Sede, ac Pontifice omne ius eligendi ad Episcopos manat. n. 2.

Electio etiam acceptata per se, non confert expeditam administrationem Electo consentienti. n. 3.

Quodcumq. ius, quod ex electione in electum cõsentientem promanat, deriuatur ex Apostolica Sede, Christiq. Vicario. n. 4.

Ius proximum ad Episcopatum à Romano Pontifice promanans aptari debet naturæ beneficiorum. n. 5.

Per electionem Electo confertur immediatum ius ad rem, & mediatum in re ad beneficium Episcopatus. n. 6.

Expenditur vis dictionis donec *n. 7. & 8.*

Ex mala huius dictionis donec *intelligentia notam illibatæ Deiparæ virginitati scelestissimi mortalium hæretici inurere, conati sunt. num. 8.*

Quanti sit facienda Glossæ sententia. n. 9.

Confirmatio non tribuit, sed supponit ius electo quæsitum. n. 10.

Declaratur ius in re mediatum, & immediatum ad rem, quod est electo consentienti. numer. 11.

Potest electus consensum iam præstitum absq. licentia Pontificis reuocare. n. 12.

Quare ex coniugio carnali acceptans quis promissionem per verba de præsenti, non potest resilire, potest tamen è spirituali. n. 13.

In dubio non asserenda est obligatio. n. 14.

Iacens in re sibi, fauorabili consentire videtur. num. 15.

Ratio cur Eligentes resilire non possunt post consensum, vel publicationem scrutinij, potest autem Electus etiam post consensum. n. 16.

1 NOtandum habeo ius alterum esse in re, alterum ad rem, vt *libr. 5. disp. 2. num. 4. cap. 3.* scripsi. Illud autem pro præsenti instituto (quod à doctrinæ loci citati non discrepat) est ius circa rem aliquam, ad quod res ipsa deuincta est. Ius verò ad rem est ius circa rem aliquam, ad quod res ipsa non dum est alligata. Et quidem rem iuri esse deuinctam, vel non deuinctam, maximoperè pendet ex iuris humani, ac positiui, dispositione, quod rectè notauit *Molina tom. 2. de iust. & iur. disp. 2. sub initio*; quæ iura, & magis expendam, & vt nunc distincta dicam *sequenti lib. disp. 3. c. 1. n. 3.*

2 Notandum secundo, & extremis tantum, vt dicitur digitis, tangendum, quod è dignitate *lib. 9* nobis explicandum est, ab electis à Christo Domino Apostolis in Episcopos, quibus omnis auctoritas Dominicum pascendi gregem, Ecclesiamq. regendi concessa est, cæteros creatos esse Episcopos, eis succedentes, eorumq. vices gerentes *cap. Bonum vites distin. 78.* His autem vita functis in Summo Pontifice omnis potestas Episcopatus conferendi, sita tantùm est: nimirum vt in legitimo D. Petri successore, Christiq. Vicario, super quam petram ædificata est Ecclesia Dei, è cuius Apostolica Sede omnis Patriarchatus, siue Metropolitani, siue Primatus, siue Præsulatus dignitas emanauit *cap. Omnes 22.* Ex Vicario Christi ergò deinceps, cui vniuersalis Ecclesiæ cura incumbit siue per expressum, siue per tacitum consensum Clericis, & Canonicis, seu Populo simul, seu alijs quomodolibet ad certas Ecclesias Cathedrales Episcopos designãdi, nominandi, eligendi, vel præsentandi facultas facta est, vt deducitur ex *cap. factus est, 7. q. 1. cap. Plebs, cap. Nosse, cap. Episcopus, cap. litteras dist 73. probeq. docuit Cardinalis Bellarm. libr. 4. de notis Ecclesiæ cap. 8. §. nota secundo*, Necnon *Azorius 2. part. lib. 3. cap. 28. alijque passim.*

3 His primoribus labijs gustatis, Prima sit assertio Electio etiam acceptata per se, non confert exercitium, atq. expeditam Episcopatus administrationem Electo consentienti; Est communis omnium pro quacumque sententia citatorum Auctorum sensus, estque expressus *cap. quaritiæ de elect. in sexto*, in quo cauetur nè per se, nequè per alium possit Electus ministrare; primisquè etiam à Turrecremata argumentis factis probatur. Addo neq. consuetudine contrarium induci posse, quod *Abbas* docuit *capit. transmissam, versicul. tertio casu, de elect. & capit. Qualiter eodem numer. 2.* quem sequuntur alij. Nisi daretur casus, in quo electo per solam electionem habentem vim etiam confirmationis tribueretur perfectum ius, quod possent Electores præscribere argumento, *cap. cum dilectus de consuetudine*,

&

Digitized by Google

& docet idemmet *Abbas cap. nihil de elect.* Dixi per se, nàm si quis in concordia fuerit electus, atq. in Prouincia valdè remota, & exemptus, soliq. Pontifici subiectus; indicatur quidèm posse administrare per *idem cap. Nihil de elect.* qui quidèm textus citatur ab *Abbate nu. 4.* Pœnas autem administrantis ante confirmationem expendemus infra *disp. 3. cap. 2.*

4 Assertio secunda. Quodcumq. ius siue ad rem, siue in re, quod per electionem, & consensum comparat Electus ad Episcopatum, tanquam à fonte, promanat à Sede Apostolica, & Christi Vicario, Romano scilicet Pontifice, modo explicando in §. *lib.* Catholicis Auctoribus hæc assertio certa prorsus est, vt liquet; tùm *ex 2. notando*, tùm ex vltimis argumentis pro prima opione relatis; & si quæ rationum momenta in contrarium à blateronibus afferuntur hæreticis, eruditè ab *Eminentissimo Bellarmino reijciuntur lib. 1. de Clericis per decem capita.* Confirmatur, quòd institutio nouorum Episcopatuum in primis ad nullum etiam Ecclesiasticum competere potest, cui præscripta vna est regio, vel Diœcesis, cuiusmodi singuli sunt Episcopi, sed ad eum spectat, qui vniuersæ præest Ecclesiæ, cuius propriè interest illius protendere fines. Hęc autem facultas tùm instituendi, tùm prouidendi Ecclesijs, licet ad reliquos spectasset Apostolos ex delegatione, ad Petrum tamen, suosq. legitimos successores ex officio, iureq. ordinario; igitur omnis potestas in præsentia, Romana manat ex Sede Apostolica. Confirmatur à fortiori ex iure Imperatorem eligendi, quod ad Principes electores à Romana deriuatum esse Sede, constat *cap. Venerabilem de elect.* ergo potiori titulo hoc merè spirituale ad Episcopatum.

5 Cęterum aduertere necesse quidèm est ius, quod fluere à Summo Pontifice diximus, aptari debere naturæ beneficiorum, eorumq; institutionibus, ità vt siuè simplex, siuè curatum, vel Episcopatus secundum vniuscuiusq. naturam conferatur iuxta ea, quæ *superioribus disp.* dilucidata sunt; quia summus, ac præcipuus administrator beneficiorum est Papa, vt sæpè dictum est. Hinc consultò dixi proximè, ac formaliter, cum remotum sit dignoq. vel Digniori hìc, & nunc expedito ius, suppositâ institutione beneficij, vt ad illud eligatur iuxta superiùs disputata.

6 Assertio tertia. Per electionem validam, acceptatam à Romana Sede radicitus, vti scriptum est, deriuatam, probabiliùs videtur Electo consentienti proximum immediatum, ac formale ius conferri ad rem, ac mediatum in re. Et quidèm quoad primam partem negantes ius in re immediatum, cùm Auctoribus primę sententiæ absq. dubio sentire videor, qui quidèm omne ius negantes electo, etiam consentienti, potiori nomine ab eo, fortiùs nempè in te, immediatè ab Iegabunt. Secunda nostræ conclusionis pars ius tribuens in re mediatũ, & est *Hugonis, et Goffredi apud adductum Turrecrematam, & ab Abbate docetur cap Nobis de iure Patr. cap. Exhibita de iud. nu. 1. cap. Postulationem de postul. num. 4. & post quam de elect. nu. 2.* vbi non plenum ius hoc appellatur electi ante confirmationem, docent *Antonius de Eutr. in cap. Nostra colum. final. vers. non hoc scriptum de Rescrip. in cap. si electus de elect. num. 6. Philippus Franca in cap. 1. in principio, vt lite pendent. lib. 9. Stephanus Beltranus cons. 2. lib. 3. Felinus in cap. Quoad consultationem de re iud. & cap. super bis de accus. Decius cap. Postquam de elect. num. 10. & in l. mare, ff. de iure omn. iud. cap. 1. de confirm. vtil. vel inut. à fortiori, vt infra videbimus, sauet l. priuatorũ C. de iure omn. iudic. Baldus ibi post Cynum, & Glossa idem concludit in elect. facta per Collegia seculare, Albericus clem. vnic. de iur. iurando num. 4. & è Theologis est Molina tract. 2. de iust. & iure disp. 2. §. dixi à fortiori, vt mox indicabimus, Lessij de iust. & iure lib. 2. cap. 2. dub. 2. nu. 11. Azorij 2. part. lib. 6. cap. 14. quæst. 4. Laymann. lib. 4. tract. 2. cap. 12 num. 2. apud quos alij.* Probatur primo *ex textu*, me quidèm Iudice, satis euidenti *cap. si tibi de præb. in sexto, si tibi absenti per tuum Episcopum conferatur beneficium licet per collationem huiusmodi (donec eam rata habueris) ius in ipso beneficio, vt tuum dici valeat, non acquires, &c.* Postquam igitur rãtam huiusmodi collationem beneficij habueris, ius in ipso beneficio acquires, vt tuum dici valeat; hoc itaq. vel in re, vel ad rem erit, non in re dicent aduersarij, nè desipiant; ergò saltèm ad rem.

7 Et quamuis non ignorem dictionem *donec* non semper implicare, imò nunquam, vbi sequitur absurdum, & licet huiusmodi particulę negent actum certo tempore factum; non tamen necessariò inferunt, vel asserunt alio tempore faciendum.

8 Ex qua minimè percepta doctrina impiè, atq. imprudenter Florem Virginitatis in Beata semper Deipara illibatum non semper fuisse amentissimi, profligatissimiq. Hostes pudoris, & pudicitiæ audent pronunciare in locum *Matth. 1. ad finem, & non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum*; Helui dius apud Hieronymum in lib. aduersus eumdẽ, Iouinianus apud Augustinum in libro de hæres. Ebionei, cęteriq. Antidicomariani, quos fregit S. Epiphanius hæresi 38. atq. eruditè, sapienterq. S. Hieronymus ac D. Augustin. citat. alijq. quippè qui non quod deinceps; verùm quod antea factum non erat per Tò *donec* dumtaxat significatum doctè scribunt. Et habetur *cap. Quod dicitur de verb. signif.* Itaq. omnes hæ particulæ *donec, antequam, priusquam, & vsque*, & si quæ sunt aliæ similes, non semper affirmationem significant post tempus adnotatum, si negatio præcesserit; nec semper negationem, cum præcesserit affirmatio, vt rectè *Hieronymus citatus, & Chrisostomus in 1. cap. Matth. ad finem, atq. indicatur cap. Ioseph de verb. signif.* Sed absolutè, ac remotis absurdis è contrario sensu prouenientibus, & dum non ad dubium explicandum, & certum tacendum, vt loquitur de Virgine *Hieronymus* afferuntur, tempus limitatum significant. Sic si maritus leget vxori vsum fructum, donec dotem non peperit, animo differendi dotis exactionem,

nem, id præstitisse dicendus est *l. credit. de leg.* 2. vt quousq. non repetat dotem vxor, consequatur vsumfructum. Sic in casu textus à me allati *donec*, idest vsq. dum non det consensum electus non habeat ius; quo quidem dato habeat, vt probè prosequitur de dictione hac *donec Menoch. lib. 4. de præsumpt. præsump.* 110. *num.* 17. Deindè, vt ad eam partem assertionis, ex qua degressi sumus, teuertamur, illam docent, quam plures *Glossæ*, & speciali quidem nomine *cap. Quantò dist.* 63. *sub initio, nec non Glossa cap. contra Sanctorum* 16. *q.* 7. quę ad verbum *nominationem* addit; ergò sola nominatione acquiritur ius. Idem habet *Glossa cap. Placuit* 72. *dist. ad verbum eligitur.* Et quidem primæ Glossæ, eiusq. doctrinæ in expositione textus *cap. Quantò* videtur *Turrecremata* succumbere: cui nihil sanè respondet. Sin autem, vt secundæ allatæ *cap. contra Sanctorum* satisfacere contendat immerito quidem asserens non esse de *Glossa* curandum. Cùm opinio

9 *Glossę* ex se omnes aliorum antecellat, vt habet *Bald. in l. cùm hæred. C. de Episcop. ac Innocentij* prævaleat opinioni, vt ait *Immol. in cap. Pastoralis de offic. ordinar.* quem refert *Andr. Siculus cons.* 19. *col.* 5. *lib.* 11. *accedit Iacob. Butr. in l.* 1. *C. quod per fua iura*, vbi scribit non esse recedendum ab opinione Glossæ, quando firmat pedes: & quandò non esset communis opinio in contrarium, vt ait *in cap. Cappellanus in* 4. *not. de fer.* vel quando nō afferret textum, vel legem, vt supèr indicaui ex *Bald. in l. Resp. C. ex qua cau. ma.* Optimi autèm allegantur textus per *Glossam* 1. *allegatam ab Abbate in cap. Nobis de iure Patr. nu.* 4. *quàm ferè omnes sequuntur, tùm cap. Postquàm: tùm transmissam de elect.* Et plura, quæ referre necesse non est, afferuntur ab *Andr. Siculo in cap. Ne innitaris de const. & in cons. suo primo libr.* 1. *& cons.* 39. *colum. ante penult. & cons.* 49. *col. vlt. Alexand. cons.* 66. *Consideratis lib.* 1. *&* 122. *videtur prima facie col.* 2. *eod. lib. Bald. cons.* 251. *Nonnulli ad finem lib.* 1. *& cons.* 351. *in bonis eod. lib.* 1.

10 Argumento secundo. Respondemus omniū calculis, Electo confirmato ius esse; atquì per confirmationem ius non confertur, igitur ex electione, & consensu electi, hoc illi competit. Minor, siuè subsumpta propositio adeo videtur nonnullis clara, vt *Dec. cap. Postquam de elect. nu.* 17. asserat, non modo ius ad rem esse electo post ipsius consensum præstitum, sed etiam in re; quòd eligentes variare non possunt, vt nos *seq. disp.* dicemus ex DD. consensu. Verum hoc saltem ius imperfectum, seù in potentia, & habitū, quemadmodum à multis appellatur, electo consentienti conuenire videtur exploratum, vel quia sicut habet *Petrus de Anchar. in clem.* 1. *in vlt. not. de iur. iuran.* cōfirmatio est declaratio iuris, priùs electo quæsiti, solumq. tribuit illius exercitium; quod etiam docuit *Oldrad. cons.* 146. *col. final.* Sicut Iudicis decrètum, quod administrationem tutori decernit *l. final. C. arb. tut.* vel quia, qui cōfirmat, non dat *l. & quia ff. de iur. omn. Iud. & cap. Inter dilectos de fid. instr.* Quo circa si electio non valet, confirmatio minimè per se prodest, vt paulò antè indicauimus. Atq. de confirmatione disputantes explicabimus *sequenti lib. disp.* 1. *c.* 2. 8. *ac penult.* notatq; *glossa c.* 1. *verbo irritum de post. Præl. in sexto, & Abb. in cap. Quod sicut col. final. eodem*, & hoc idem habet *Bart. sequuta accessione in l. absenti, ff. de donat. allegans cap. si tibi absenti de præb. in sexto.*

11 Ex his autèm in hunc modum disputatis, tertia nostræ conclusionis pars declaratur, nā hoc ius Electo consentienti competens cùm ex concessione Papæ, vt beneficium ei sit deuinctum, sitq, in re, maximè pendeat; quemadmodum constat ex 1. *not.* reliquisq. hactenus agitatis, neq. purum videtur ad rem, cui res deuincta non sit, neq. purum in re, quasi alio non indigens adminiculo; verùm immediatè ad rem, & mediante confirmatione in re: quā quidem confirmationem, idcircò facit aliquo pacto necessariam, vt de illa agentes dicemus; quodquè subindicasse videtur *Dec. citat. ad finem n.* 18. Declarari hoc quidèm potest per ius, quod quispiam habet in re propria, cuius possessionem amisit, & in re, collatum cum re ipsa, non tamen cum possessione hactenus non comparata; ad quam comparandam possessionem ius etiam hoc latè patet, qua ipsum perficietur. Itaq. immediatè hac ex parte erit ius ad rem ad ipsam confirmationem adhuc non habitam electo consentienti, per eam autèm, quam sibi necessario vendicat, dicetur esse ius in re ad beneficium, & videtur ei deuinctum, dependenter quoad esse completum stabilitatis, expeditæq. administrationis ab ipsa cōfirmatione; in quo sensu *Dec.* ob rationes factas summopere placet, cuius opinionem videtur sequutus *Molina supra citatus, §. dixi superius ad comparandum ius in re circa res incorporales præter titulum esse regulariter necessariam traditionem, quoniam aliquando id non est necessarium, quando scilicet id peculiariter iure aliquo sanctum est: Hac ratione ad comparādum ius in re in beneficio Ecclesiastico, illudq. efficiendum suum necessaria non est traditio, sed satis est præcedat collatio, & sequatur acceptatio, ratane habeatur collatio, efficitur acceptantis, comparatq. proindè ius in re, cùm tamen ante acceptationem solum haberet ius ad rem.* Quæ quidèm vltima verba maximè fauent huic sententiæ. In hoc etiam sensu loquutus est *Cæsar Lambertinus art.* 8. *quæst.* 5. *part.* 2. *lib.* 3. *num.* 2. vbi scribit Præsentatum per præsentationem non habere ius in re, alioquin directè ageret ad institutionem, sicut electus ad confirmationem, cui est ius in re. Neq. alia opus est probatione, cùm res, quoad hoc ex voluntate pendeat Pontificis Max. Dicta tamèn maximè vera esse, in digniore Electo ad beneficia, non ambigo, vti ex *sup. disp.* constare potest. Hæc autèm clarius ex *disp.* 3. *lib.* 7. *c.* 8. innotescent.

12 Assertio quarta. Potest Electus consensum iam præstitum absq. licentia Papæ reuocare. Est commmunis, tùm *Theologorum*, tū *vtriusq. iuris Peritorum* sententia, cuius à nobis indicata præsertim *superiori cap.* est etiam exarata in *cap. Cùm inter Canonicos de elect. cap. & si*

vna-

Digitized by Google

vnanimiter eodem, cap. licet de transl. cap. si electio de elect. in sexto, & eod. cap. si compromissarius adiunctis glossis illius verbo si electio, & renunciare huius verbo consentire. Ratio autem, quę ex Canonibus, & Glossis citatis deducitur est, quòd non perfectum, sed quasi, coniugium spirituale contractum videtur inter Electores, & electum. Quamobrem non tenetur Electus ob defectum dicti coniugij nequaquam perfecti absolutè illi stare. Neq. eadem est ratio de Electoribus, vt mox subijciam.

13 Obijcies, altero dicente coniugum per verba de præsenti. Te accipio in meam, si respondeat mulier, placet, factum censetur matrimonium, vt deducitur *ex cap. vlt. de sponsalib. docentq. Paludanus 4. dist. 27. q. 2. art. 4. n. 25. Hostiensis, cap. Si inter in princip. de spons. vbi Abbas antiquus Panormitanus n. 7. atq. alij*; ergo hoc idem erit in coniugio spirituali; igitur sicut à coniugio carnali non potest quis acceptans promissionem resilire, ita neq. in spirituali. Quod si respondeas per electionem, atq. acceptationem non propriè coniugium resultare, sed quasi coniugium, quod confirmatione ratum verè dicitur *ex cap. cum inter Canonicos: Inter corporalia*; Licet alijsq. suprà citatis; argumentum adhuc vigebit, nam alteri parti dicenti per verba de præsenti, accipio te in vxorem, sicuti si respondeat altera, placet, est matrimonium, ita dicente alio, accipiam te in vxorem per verba de futuro, si respondeat altera, placet, erunt sponsalia; atq. à paritate censebuntur hæc sponsalia spiritualia ad minimum contracta inter Electores, atq. Electũ, quæ quidèm per promissionem alterius, atq. alterius acceptationem absq. causa solui minimè possunt.

Respondeo tametsi nouerim *Paludanum 4. dist. 27. q. 1. art. 1. n. 4. Enriquez libr. 11. de matr. cap. 13. n. 2. ad 2.* alioſq. nonnullos sentire acceptationem alterius esse repromissionem. Quamobrem intercedente promissione ex vna parte, ex altera verò acceptione, idest repromissione constitui sponsalia, quibus vterq. contrahentium deuincitur; nihilò tamèn minùs certiùs arbitror contrarium in sponsalibus carnalibus, quæ resultare quidèm possent argumento à matrimonio carnali ad spirituale, quod aliquo pacto valere, tùm hic, tùm 1. *tomo lib. 1. disp. 1. c. 4.* & agentes *lib. seq. de postulatione*, dicemus. Verùm enim verò non sufficere, contendemus acceptationem ex parte alterutrius coniugis. Et ratio est, quod acceptans potest promissionem acceptare in sui fauorem tantùm, vt videlicet promittens ipsi solùm obligetur, igitur alio obligationis mutuæ signo non interueniente minimè dicendus est ex illa acceptatione acceptans repro-
14 mittere, atq. obligari. Nam ad summum res cum sit dubia, in ea non est asserenda obligatio, quippè quæ contra voluntatis esset possessionem, suam libertatem postlidentis. Confirmatur, quia ex regula vniuersali, quam 1. *tom. lib. 2. disp. 5. c. 7. n. 9.* tradidimus. *Tacens cõsentire censendus est de re in sui fauore per reg. iuris in sexto. Qui tacet, &c.* Quam in hoc casu verificari docent *Innocentius cap. in Genes. de elect. n. 4. Abbas cap. Nonnè de præsumpt. nu. 1. & alij quam plures, quos citat, ac sequitur Sanchez lib. 1. de spons. disp. 8. n. 5.* A fortiori igitur in re nostra, in qua per tot constat Canones, sola acceptatione non manere ita ligatum consentientem in sui electionem, vt resilire non possit. At si alijs signis compertum esset illum etiam promisisse, consequenter asserendum esset, nõ posse recedere, atq. ab intrinseco ex præcepto naturali carnalium instar sponsalium obligari.

16 Hinc rationem deduco discriminis inter electores, & electum vnam ab extrinseco, alteram ab intrinseco. Ab extrinseco, quia cum secundum formam per Sacros Canones Electoribus præscriptam hi eligant, prohibentibus illis variationem non modo post consensum electi, sed publicato scrutinio, vt mox expendemus, hoc pacto, nec aliàs ab illis electio facienda est. E contra vero permittentibus Electo variationem etiam post consensum, poterit hic variare, ac resilire ex horum vi. Ab intrinseco autem quòd ex variatione electi post consensum, nullum perfringitur ius, nulliq. fit iniuria; at si recederent Electores non solum post electi consensum, sed publicato etiam scrutinio, & contra ius fieret electi, eiq. iniuria inureretur, vt vberiùs *seq. disp.*

CAPVT QVARTVM.

Deducuntur ad Praxim aliqua ex disputatis.

SVMMA.

Quando penès varias rationes habet electus post consensum, & ius ad rem, & ius in re respectu beneficij. n. 1.

Potest Electus, qui consensit confirmationem suæ electionis petere absq. ambitionis nota, imò sui electionem defendere. n. 2.

Differentia inter Electum, Postulatum, & Præsentatum in ordine ad confirmationem electionis, postulationis admissionem, & institutionem præsentationis. n. 3.

Cùm agatur de confirmatione electionis ad Episcopatum danda quidèm à Summo Pontifice, semper illius innititur gratiæ, cui integrum est omnem electionem reuocare, vel confirmationem impedire. n. 4.

Ante confirmationem Electus etiam post consensum non dicitur promotus, sed promouendus. n. 5.

Ante confirmationem beneficium non dicitur electi. n. 6.

Lite pendente ante confirmationem beneficium dicitur vacare morte primi, non autèm morte electi non confirmati. n. 7.

Ex

EX dictis colligo primùm, electum consentientem ius habere absolutè ad rem immediatũ ad ipsam confirmationem, quæ adhuc non existit, & consequenter ius etiam ad rem ad beneficium cuius exoptat cõfirmationem. Ex alia verò ratione habere ius in re ad illud idem beneficium, quod quidèm, & quoad stabilitatem, & quoad expeditam administrationem ex confirmatione pendet, quam id circò facit aliquo pacto necessariam.

2 Colligo secundò cum *Abb. cap. exhibita n. 1.* Electum posse absq. ambitionis nota, & suæ confirmationem electionis petere ex *cap. quã sic, & cap. cupiens de elect. lib. 6.* & ipsius electionem defendere, si ab alijs fortè fortuna impugnaretur *de consuetudine, cap. cum dilectus, & de integ. rest. c. 2. cùm si.* Adhibenda tamèn aliquatenus est cautio, non tamèn tanta, quantam *coroll. 5. cap. vlt. seq. disp.* afferemus.

3 Colligo tertiò ex eodem *Abb. cap. Postquam de postul. præb. n. 4.* differentiam inter Postulatum, vel Præsentatum à Patrono, & Electum ad beneficium, nàm electus pleno nititur iuri, confirmationemq. petendo ab alio, quam à Papa, re vera nullam gratiam petit. Quamobrem, vt *Ioannes Andreas* loquitur, superbè potest accedere ante superiorem, & capucio, seù bireto non elevato, si confidat de idoneitate personæ propriæ, & comminari de recursu ad communem superiorem habendo, ni confirmetur. Postulatus autèm à gratia pẽdet, *vt seq.* dicemus *lib. primis disp.* quare genibus potiùs innixus rogare debet, vt de illo habita postulatio admittatur, per quam nullum, vt loco citato dicemus ei confertur ius, secluso stylo Curiæ. At præsentatus, vt infra aliquale ius, si habeat, imperfectum ad modũ est *cap. cùm Bertoldus de re iud. Innoc. in cap. dilectus de officio legati.* Et cùm Patronus absolutè possit variari præsentando alium, modo infrà declarando, ex *cap. quod autem de iure Patronatus*, humiliter debet institutionem petere, & vt citò fiat, nè recedat Patronus. Quapropter, vt ex *Ioanne Andr.* ait *Abb.* debet capucium leuare, & se curuare. Dixi electum confirmationem petendo gratiam non exposcere ab alio superiore, præter quã à Papa; nàm cum de Præsulatu sermo fit, ad cuius electionem confirmatio Summi desideratur Pontificis, vel de quocumq. alio à simili pendente confirmatione, censendum est aliter. Si quidem Papa de plenitudine potestatis, confirmationem valet impedire *9. q. 3. principalè, & cap. cuncta per mundum eod.* cui sanè superior non est *cap. licet de elect.*

5 Colligo quartò, ante confirmationem electum etiamsi consenserit, nec dici promotum, sed potiùs promouendum, sic *Dec. cap. postquã de elect. n. 12. & cap. Eam te not. 1. de rescrip. ex cap. super his de accus. vbi Abbas.*

6 Colligo quintò, ante confirmationem non dici beneficium electi etiam consentientis, sic *Dominicus in cap. si Electio, & Glossa verbo renunciare de elect. in sexto*, vel quia solum ius ad rem sola habet electione, vel in re non immediatè, sed mediante, quam necessariò sibi vendicat, confirmatione. Penès quam explicationem dò manum *Ant. de Butrio in cap. nostra colum. final. vers. cum hoc scriptum de rescript.*

7 Hinc probè notat *Glossa in clem. 1. verbo collato*, ante confirmationem lite pendente, beneficium vacare dicendum esse potiùs morte primi, cui successit electus, non confirmatus; quã morte huius electi; & non confirmati. Quæ non ex eo, quod ius non sit quæsitum Electo non confirmato vera sunt, sed quòd vel perfectum illud non est, vel pendens quoad complementum per ordinem ad administrationẽ ex confirmatione. Quamobrem neq. ipse *Dec.* cui maximoperè in hoc coroll. subscribimus, dissentit.

CAPVT QVINTVM.

Soluuntur argumenta capitis relata.

SVMMA.

Satis sit primo, & secundo argumento num. 1.

A potentia non rectè ducitur argumentum ad actum positiuè. n. 2.

Falsum est eos non vocari tanquàm Aaron, qui legitimè, & canonicè eliguntur. n. 3.

1 SVperest argumentis Turrecrematæ, vt faciamus satis, quatenus nostræ vltimæ contraria videntur conclusioni.

Respondeo itaquè primò inter eligentes, atque electum initiatiuè matrimonium contrahi, atquè in ratione contractus alium præterea consensum inter eos non requiri. Quamobrem *cap. Inter corporalia de transl. §. vnde*, meritò dicitur *vnde cum non sit maius vinculum Episcopi ad Ecclesiam, quàm electi maximè si fuerit confirmatus*, vbi perpendo, non denegari absolutè aliquod vinculum inter Electorem, atq. Electum, sed maius esse; cùm Electus fuerit confirmatus, neq. hoc ius, qualecumq. sit, *gloss. vlt. loco à Turrecremata citata* negat.

Ad secundum dico satis esse, si dicatur Episcopus electus post consensum præstitum.

Ad tertium. Non posse administrare Præsulem electum *conclusion. 1.* dictum est. Cæterùm, & si probè Philosophus doceat cuius est actus, eiusdem esse potentiæ, verùm mirot hominem, cætera doctum, deducere ex potẽtia necessariò actum, quod argumentum, quã imbecille sit, demonstrauimus supra *disput. 13. c. 8. n. 13.*

3 Quarti admittimus antecedens, negamus tamèn electum excipientem ius electione, et

se

se accipere, & non vocari, tanquam Aaron, cum vt *assert. 2. & not. pariter 2.* exposuimus, omnis iurisdictio, ac potestas Ecclesiastica à Sancta Romana Sede, ac Vicario Christi manet, concessumquè Electoribus sit quodcumquè huiusmodi ius. Sic pariter satisfacimus quinto, sexto, & septimo argumento, quibus nil amplius est virium, quàm quarto soluto.

DISPVTATIO XVII.

Electores habito scrutinio possint nè ab electione resilire.

EX hac quæstione, cùm electi, vel eligendi notio iuris, maximoperè pendeat ad eam dilucidandam Canonistarum, meritò desudarunt ingenia. Verùm in illa minimè sermo est de reuocatione electionis, vel defectu materiæ, quando nimirum Electores indignum ignoranter elegerint, tunc enim, & possunt, & debent alium eligere ex *cap. Innotuit, & cap. Cùm terra de elect. probeq. tradit Abb. cap. cùm in terra ad finem*, & si scienter id præstiterint, nõ poterunt Electores eligere, quod ex hoc priuati sunt potestate, quę translata est in alium, vt docui: *disp. 14. cap. 2. & cap. cùm in cunctis, §. finali, & cap. Gratum de post.* De electione, itaquè ritè habita quæstio tota est, cuius, quo prima fronte clarior videtur solutio *ex cap. Publicato scrutinio de electione per ea*: *Publicato scrutinio variare nequeunt Electores, cum sit faciendą collatio, & electio celebranda, ad quod per Superiorem, si oportuerit, compellantur.* difficiliores habet explicatus, si rationem inuestigemus, qua motus sit textus, ad quam assignandam omnibus cõtendere viribus Auctores; quippèquæ in legibus, ac dispositionibus, tanquam verum consideratur fundamentum *ff. de hæred. inst. l. finali, & ff. de leg. 11. l. cũ pater, §. dulcissim.* & est anima legis, vt habet *Bald. in l. si quis seruo, C. de furt.*

CAPVT PRIMVM.

Principes afferuntur, ac reijcitur hac de re sententiæ.

SVMMA.

Prima ratio Glossæ *ex eo, quod res non sit integra, non posse Electores variare, reijcitur, num. 1.*

Ius eligendi ad Præsulatum non est instar mandati, à quo rectum duci non potest argumentum n. 2.

Reijcitur secunda Glossæ *ratio de reuocatione, in damnum tertij. n. 3.*

Refellitur tertia ratio Glossæ *petita ex Ecclesiæ damno. n. 4.*

Quarta Glossæ *respuitur ratio, deducta ex initiato iam negotio. n. 5.*

Expungitur ratio Baldi, *quia publicatio sit potior electionis pars, & quia inchoatum debet ad perfectionem perduci, nec liceat variatio, vel quia electo est ius per officium Iudicis, vel quia desiderium in actis publicatum non potest corrigi. n. 6.*

Nulla est ratio Antonij, *contendentis electionẽ solis perfici suffragijs, & publicationem esse quid accidentale. n. 7.*

Ad quod officiorum genus non requiritur consensus electi, non possunt variare Electores. num. 8.

Ad officia, ad quorum electiones requiritur electi consensus, ante hunc non acquiritur ius per Abbatem, & ab his electionibus, nomine proprio factis, possunt Electores resilire, non autẽ præstito consensu. n. 9.

Non possunt Electores variare secundum Abbatem, si proprio nomine non eligunt, ad officium etiam ante consensum Electi. n. 10.

Ratio Panormitani ex eo, quod Electores proprio functi sint officio affertur, & reijcitur. nu. 11. & 12.

Episcopus iure proprio confert beneficia propria intra Diœcesim. n. 3.

VT opiniones retineam, in quas abire DD. antequam allegatus emanaret *textus cap. Publicato scrutinio de elect.* quas *Panormitanus ibi num. 1. refert proximus ad ad rem accedo.*

Primo itaq; loco *Glossa secunda citati Textus* rationem ait esse, qua non possunt Electores publicato scrutinio resilire, res quia nõ est integra *ex cap. in causis de elect.* ex quo eo, vel ipso, quod ad electionis tractatum proceditur desinat esse res integra per ea in *§. quia quam cùm res non esset integra, quia in tractatu*

iam

iam processerant Electores.) Capitulum minimè poterat reuocari. Verùm vt probè *Panormitanus citatus num.* 2. vel nihil probat *Glossa*, vel etiam ante publicationem scrutinij variare minimè posse Electores; cum per lata suffragia in album redacta, atq. descripta, illos processisse liquet ad electionem: & consequenter integram rem non esse: Deinde licet daremus posse *per cap. citatum in causis*, argumentari à paritate mandati, si hæc paritas esset (vt indicat ibi *Glossa verbo cum res non esset integra*) quod quidem re integra reuocari potest, atque à contrario, re non integra reuocari non potest *Instituta mandatum, §. rectè*, cùm nihil interfit mandatarij, *ff. de condit. ob causas dat. l. si pret. l. si pecuniam, & l. dedi in princip.* At facultas, quæ Canonicis, vel Electoribus competit ad eligẽdum non est instar mandati, neq. instar illius, quæ concessa est à Capitulo Tolosanæ Ecclesiæ per duos Canonicos quinq. Electoribus, seù compromissarijs, qui non proprio nomine, sed totius capituli ad electionem Episcopi processere.

2 3 Respondet secundo *Glossa*, quia non potest quis consilium mutare in alterius præiudiciũ, vt in *l. nemo. ff. de re iud. & in reg. mutare de reg. iuris in sexto.* Cæterum, vel hæc ratio etiam militat ante publicationem scrutinij, vt iudicat *citatus Abbas*, quando fit etiam præiudicium ei, de quo suffragia sunt lata, scriptaq. vel declarandum, quod sit ius læsum illius, de quo scrutinium habitum, ac publicatũ est, vel quod antequam sit declaratum, vel si nullum sit ius, vt neq. absenti quæsitum *ex l. absenti; ff. de donat.* certè dici non potest tractari de illius præiudicio per variationem, nam cui nullum est ius, nulla fit iniuria.

4 Tertia Glossæ ratio est, qua prohiberur hæc mutatio, quod in damnum cederet Ecclesiæ, cum protraheretur electio *cap. Ne pro defectu de elect. sup. disputat.* expenso. At præter quam quòd eodem modo contra scrutinium iam habitum, & non publicatum adhuc hæc ratio vrget, ità vt ante eius publicationem, nec variationi locus esse deberet, in illa habent præterea Canonici trimestre ad maturè faciẽdam electionem, vt in *dicto cap. nè pro defectu, & 15. vidimus disput.* Igitur intrà illud temporis spatium poterunt tractare Canonici rem vltrò citroq. disputare, quodque semel factum est reuocare, ad quod iure vtuntur suo, neque peccant, cum legis potiantur auctoritate 23. *q. 4. qui peccat*, fauet *reg. indultum de reg. iuris in sexto.*

5 Ait quartò Glossa, per huiusmodi publicationem scrutinij videri quodammodo electionem initiatam, sicuti per citationem, negotium dici quasi cæptum, *cap. Gratum de off. delegati, alijsq. quæ ibi citat iuribus.* Verum semper idem recurrit argumentum, quòd per ipsum scrutinium, & non per publicationem initiatum dicitur negotium, & sicut esto in *cap. licet eod.* dicatur per electionem hoc matrimonium initiari, asserit tamen *Glossa* initiari etiam per publicationem scrutinij, quòd Electores deinceps non valent resilire, sic. & ipse dicam principiũ fieri per ipsammet explicationem, & suffragiorum collationem, vel electionem singularem, ex qua non poterunt, neq. etiam resilire Electores; alioquin assignetur, quam quærimus, ratio cur ex publicatione scrutinij proueniat hoc variationis impedimentum, idemque argumentum fieri potest contra exemplum de seruitute relatum ibi à *Glossa.*

6 Proximè his Glossæ rationibus accedit *Baldus, à quo vix differt Immola vterq. in citatum textum*, qui quidem, *vbi nu. 5.* notauit tres esse electionis partes integrales, scrutinium scilicet, publicationem, ipsamq. electionem, publicationem addit esse perfectam partem, ideoq. inuariabilem. Cæterùm, vt Baldo cõdonem confusionem partium, ac totius; cum electio tertia ipsiusmet pars esse non possit, de hoc quærimus rationem, cur publicatio perfectior sit, cum potiùs videatur res omninò perfecta, completo scrutinio, neq. publicatio desiderari aliter, quàm vti conditio; imò perfecta, omnibusq. absoluta numeris erit electio censenda, datis iam suffragijs; igitur vel semel ab habito scrutinio recedere non licebit, vel ab electione iam perfecta post illum, nec absquè lege loqui debemus. Deindè ait *Bald.* absolutè licitam non esse variationem *ff. de acq. emp. l. si sterilis, §. quia*; Deindè inchoatum docet, necesse esse ad effectum perduci, quia publicatio vestitur operis inchoatione, *ff. de polliciț. l. 1. §. cæpisse*, & quod in exordio voluntarium est, postea fit necessarium, *ff. comod. l. in comod. §. sicut.* At hæc omnes doctrinæ scrutinio ipso perfecto competunt, cuius licita non erit variatio, quod nimirum eodem pacto inchoatum, perficiendum erit, quodq. voluntarium cùm primo fuerit, necessariò postea mandandum est exequutioni. Insuper *num.* 8. cùm specialem *Baldus* dare contendat allegati textus rationem, indicare videtur ei, de quo habitum est scrutinium ius esse, vt eligatur per *officium* Iudicis *arg. ff. de re l. si quis sepul.* Verùm enim verò hæc minimè probant expectandam esse publicationem, imò per ipsum scrutinium peractum ius oriri ei, de quo habitum est. Et quamuis demus *Bald.* non posse illum agere, de quo publicatum adhuc non est scrutinium; At independenter ab actione ipsius eligendi, tenentur obligatione non recedendi à scrutinio publicato Electores, ex se, atq. ex proprio munere etiam antequam ageret ipse eligendus. De hoc itaq. ratio quæritur obligationis, cur hi teneantur Electores non variare? Demùm ex multis legibus probat *Baldus* desiderium in actis publicatum corrigi non posse. Hoc autẽ si quid probaret, in omnibus probaret, & tamẽn idemmet *Baldus docet n.* 8. quædam esse adeò liberè voluntatis, quæ in necessitatem transire non possunt, sic est quod in re mea, durante mea, atquè in meo arbitrio, non possum mihi legẽ imponere, *ff. de præc. l. 1. §. cum præc.* Igitur durante libertate eligentium per tres menses à Canonibus concessos, intra quos possunt eligere, nec non desiderium, & scrutinium poterunt reuocare, ni ad explicationem aliquid aliud addatur.

7 An-

Digitized by Google

7 *Antonius* autèm aliam init viam asserens huiusmodi obligationes è consensu nasci, *l. consensu, ff. de action. & obligat.* & consequenter hanc electionis, quæ est in manibus. Electionem verò iam esse perfectam, contendit peracto scrutinio, vel per ipsum scrutinium, cuius suffragia redacta sunt in scripto, iuri stando naturali: pro forma tamen accidentali statutum inductum esse communis electionis, seù collationis, cui præcedere debet publicatio scrutinij, vt consensus censeatur capitularis, cùm priùs quilibet Electorum per se singulariter consenserit.

Sed nihilò sufficientior est hæc *Antonij* solutio. Nàm vel publicatio scrutinij est accidentalis electioni, vel substantialis? si accidentalis, igitur electio constans, & perfecta, secundum *Antonij* sententiam, per scrutinium inducet obligationem non resiliendi ante publicationem; Sin hæc sit de substantia electionis, præterquam quod est cõtra ipsummet *Antonium*, non poterit hæc parere obligationem non resiliendi, antequam publicetur, & per consequens non censebitur perfecta solis suffragijs.

8 *Panormitanus autèm. cap. Postulationem de post.* hanc generaliter expendens quæstionem ad omnia officia, quatuor distinguit officiorum genera *ex Bartolo, l. absenti, ff. de donat.* Primùm est eorum, quæ necessariò quis tenetur obire, sic sunt tutelæ, curæ, vel magistratus publici in propria Ciuitate: quæ subire deputatus tenetur, iusta ni excusetur causa, *vt in l. munerum, §. iudic. quoq. necess. ff. de muneribus, & honor. & in l. Incola, ff. de munic. not atq. præterea Innocentius in cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli*, & in his quidèm officijs acquiritur ius electo etiam absenti ante acceptationem, *l. illud, & seq. ff. de tutoribus, & curat. dan. ab his.* Hinc ab electione facta, vel destinatione ad hæc officia, variari minimè potest, neque officium electo tolli, *C. in quibus cau. hab. tut. quasi per totum.*

9 Secundum officiorum genus est, quod non tenetur quis adire, ni libens, ac volens, vt notat etiam *Bartolus in l. quoties §. data, ff. de opt. leg. & in l. labeo, ff. de iure iuran. atq. in l. qui absenti, ff. de acq. poss.* Sic si quis eligitur ad magistratus alterius Ciuitatis. Ad hoc autèm officiorum genus, siuè quorum interest, iure proprio interest, vt magistratui huius Ciuitatis incumbit iure proprio ad officia nonnulla eligere. Et nequè ad officium huiusmodi acquiritur ius Electo ante acceptationem: Electoresquè absolutè possunt resilire, ante dictam acceptationem, *vt in l. absenti, & qui absenti, ff. de acq. poss. & cap. si tibi absenti de præb. lib. 6.* Non possunt verò post acceptationem, ob rationem quamdam initi contractus, vti supra dictum
10 est. Siuè ad quartum hoc munerum genus Electores iure non proprio eligunt, quia nimirum à Superiore habent facultatem hanc eligendi, vel ab alio quopiam, & ius non acquiritur absenti electo, neq. adhuc consentienti, neq. possunt Electores variare, semelq. habitam Electionem reuocare, quia functi sunt officio suo, *vt in cap. litteris de offic. deleg.*

11 Ex his in hunc modum iactis fundamentis, *Abbas* primò deducit, canonicos eligentes absentem hac vnica de causa, quod officio suo iam sint functi, variare non posse; quoniam elegerunt iure non proprio, sed ex officio, eis à iure delegato. Deducit præterea Præsulem variare non posse beneficium conferens absenti ante acceptationem, *vt in cap. si tibi absenti*: cõtra verò sentiendum esse de Domino sæculari, vel Papa conferentibus absenti officium, vel beneficium, quod cùm minimè cõtulerint proprio, variare sanè possunt. Insuper *Abb. cap. publicato scrutinio n. 3. de elect.* ex hisce suis principijs colligit ètiam nullum ius, nullamq. obligationem comparatam esse Electo, vel post publicationem scrutinij, ante ipsius acceptationẽ electionis, quod absenti nihil acquiritur, vt in *l. absenti circa quam Bartol. & constat ex cap. si tibi absenti de præb. lib. 6.* Non posse tamen eligẽtes variare, quoniam officio functi sunt suo. Demùm ad rem propriam, postramq. accedens *ad finem n. 3.* germanam *text. cap publicato scrutinio de electione*, eam esse interpretationem, ait, non posse nimirùm Electores variare, quia functi sunt iam officio suo. Nam electio communis, quę debet subsequi non est singulorum, sed capituli requiriturq. solummodo pro forma, vt appareat communis *ex cap. in Genesi de elect.* Publicatio autem requiritur de vnanimi consensu Eligentium. Verùm enim verò ni magni apud omnes, & apud me viri hæ rationes essent, à me quidem omitterentur, nè mea disputatio, ni minus in aliquo dixerim, diminuta: non sit oblonga, & cùm mea quidèm sententia maximè à veritate aberrent, vt rectus absq. dubio Lectori existimabit.

12 Et primùm Panormitanus non videtur cohærenter loquutus; nam cum dixisset *cap. Bonæ il secondo de post. n.* 11. per electionem ius acquiri electo, secus per postulationem, ideoquè fas esse postulantibus ante præsentationem postulationis variare, secus verò Eligentibus, publicato scrutinio. Ex qua doctrina generalem tradidit regulam, variationi nimirùm esse locum, antequam sit ius alteri quæsitum, secus verò si ius alteri comparatum fuerit; quando vim haberet *Regula Mutare lib. 6.* Hic autèm vt fidelitèr ex eo retulimus, & nullum per electionem, publicationemq, scrutinij electo resultare ius ante acceptationèm asserit. Et non esse fundatam in iure comparato ipsi electo rationem cur non possint variare Electores, sed in eo tãtum, quod proprium iam obierint officiũ. Iterùm Episcopale munus ex hisce non est officijs, quæ tenetur quispiam non cõsentiens obire, ad primùm spectantia genus ab *Abbate* traditum, & relatum à nobis *n. 8.* Sed vti probatũ est libens, ac volens, consentiensq. omninò debet Episcopus inire Præsulatum, & simile potius est; ne dicam idem officium, ad secundum spectans genus à Panormitano descriptum, atq. à nobis *n. 9.* relatum. Neq. singularis hæc electio, siue scrutinium, siue destinatio ad Episcopale beneficium, de quo nobis, & dicto *cap. Publicato* sermo est, ab Electoribus fit iure non

Digitized by Google

proprio, aut alieno, quasi verò ex delegatione hæc illis concessa fuisset facultas. Quamobrem haud vrget in eos ratio, quia functi sunt officio suo, variare idcirco non posse. Nàm vt de Præsule conferente beneficium primo dicam. Nõ ex delegatione is, neq. iure alieno, verùm proprio, intra propriam Diœcesim, suis sanè Clericis confert beneficia; si quidem de iure communi beneficiorum ordinarius est collator, in quibus conferendis fundatam habet intentionem in iure, *cap. Omnes basilicæ, cap. Nullus 16. quæst. 7. cap. Cùm ex iniuncto in fine de hæret.* docetq. *Felinus in cap. Cùm venerabilis nu. 32. de excep. Millis in Repe. verbo beneficiorum collatio, & beneficiorum dispositio, nec non verbo Episcopus*, fundat *Staphileus de litteris gratiæ in præsentatione n. 70. aliq. quamplures, quos laudant, ac sequuntur Gonzalez ad reg. de mensib. §. primò proœmij num. 21. & 22. & Glossa 11. n. 38. & 39. & Garzia de benef. 5. par. cap. 1. nn. 52. & cap. 4. n. 4.* Itaq. de hoc assignanda est ratio, cur per *cap. Si tibi absenti de præb. in 6.* Episcopus non possit variare collationem beneficij factã absenti, ante illius acceptationem, quæ profecto videtur eadem esse, ac quæ hoc loco quæritur ab Auctoribus. Quod autèm *Abbas* ait, non posse Canonicos electionem reuocare factam de absenti, quia functi sunt officio proprio, eis à iure delegato, profectò vacillat; quoniam hoc idem dici posset de secularibus alicuius Ciuitatis Electoribus; quippè qui à Rep. hanc habuere facultatem eligendi, destinãdiq. quosdam ad munera publica Ciues. Imò minus consequẽter *Panormitanus in cap. causam, quę de elect. n.* 10. expressè docet, Canonicos nomine proprio, & non alieno eligere, vti præstant compromissarij, ideoq. variare non posse, ac se ipsum allegat ad *cap. Postulationem de post.* vbi sibi non cohærens alieno quidem fatetur nomine ipsos Canonicos Prælatum eligere, qua de causa, cum iam proprium obierint munus variare non posse scribit. Et sanè discrimẽ admittere tenetur, neq. negare posset *Abbas* distinctam absq. dubio rationem esse inter electionem à Canonicis factam, qui per scrutinium canonicè, & capitulariter quempiam eligunt in Antistitem, & electionem factam à cõpromissarijs, vel alijs, quibus à Canonicis electio commissa est, *vt in cap. in causis de elect.* etenim in hoc secundo casu, cùm alieno nomine, potestateuè à Capitulo in eos translata, res transigeretur, & quia functi compromissarij, vel illi, quibus res delegata est proprio officio, & quia res non esset integra, vt habet Textus, reuocari non posset. At cùm à Canonicis capitulariter peracta sit; eadem non est ratio. Deinde ratio danda est ab Abbate, cur non censeãtur functi officio suo Canonici, scrutinio peracto; atq. vt ipsemet argumentatus est contra Glossam, cur non dicatur res perfecta, vel saltem non integra per confectionem scrutinij, vt asseritur publicato scrutinio; ergò si quòd officio functi sunt proprio Canonici, dicendi sunt non posse variare, ad hominem in sententia etiam *Abbatis* hoc idem asserendum est, perfecto scrutinio; alioquin ipsius *Abbatis* rationes contra *Glossam* sanè nullius erunt momenti. Præterea *cap. si tibi absenti de elect. in sexto* laudatum à *Panormitan.* expressè habet ante acceptationem non acquiri absenti ad beneficium ius in re, neq. de alio iure ad rem loquitur, & sanè confirmari deniq. potest ex electione Decani per Capitulum habita cum Episcopi consensu, cui spectat confirmatio, quæ quidem electio tribuit ius ad rem, & non in re, vt notat *Rota decis. 34. in nouis, incipiente cùm ad capitulum*, fauetq. *Clementina 1. §. nos itaq. vbi Cardinalis 20. not.*

CAPVT SECVNDVM.

Vera quæstionis asseritur solutio.

SVMMA.

Quid sit scrutinium. n. 1.
Quæ differentia inter scrutinium, & electionem. num. 2.
Vnde scrutinij publicatio duxerit originem. n. 3.
Iure canonico non possunt Electores publicato scrutinio ab electione recedere. n. 4.
Ratio cur prohibita sit variatio, publicato scrutinio partim ex electo, partim ex Electoribus, partim ex scrutinio, et re ipsa desumẽda est. n. 5
Variatio fundat præsumptionem discessus à veritate, atq. absolutè reprehensibilis. n. 6.
Intra trimestre à iure concessum à non publicato scrutinio in foro externo recedere semper valet. n. 7.
Sapientis est mutare consilium in melius. n. 8.
Secundum ius naturale, forumq. internum non licet variare à scrutinio peracto, sine vrgenti causa, etiam intra trimestre. n. 9.
Fundamentum distinctionis fori externi, & interni in re nostra. n. 10.

EXpressè *sub disp. initio textui cap. Publicato scrutinio de elect.* alter ad veritatis dilucidationem addendus est *cap. quia propter de elect. § statuimus, vt cum electio fuerit celebranda, præsentibus omnibus, qui debent, volunt, & possunt commodè interesse. assumantur tres de collegio fide digni, qui secretè, ac sigillatim vota cunctorũ diligenter exquirant; & in scriptis redacta mox publicentur in communi.*

1 Hinc deducendum est, quid scrutinij nomine hic intelligatur; nàm licet aliter capiatur *cap. vnico* de scrutinio, & *cap. 2. de cap. monach.* verùm hic pro scrutatione sumitur, suffragiorumque exploratione singulorum Electorum.

2 Ex his autèm deducere fas est discrimen inter scrutinium, & electionem idẽ videri, quod inter propositionẽ singularẽ, atq. vniuersalem, æqui-

Digitized by Google

siquidem, vt probè *Baldus cap. Publicato de elect. num. 6.* in scrutinio cuiuslibet vox est singularis, singulariter, & naturaliter prolata: electio verò terminus est communis; quia communiter profertur ab vno, vice omnium, quorum suffragia penè collectiuo modo, maiori saltèm ex parte, vnica electionis voce, pronunciantur, ita vt *Anton. sup. cap. laudatus* scrutinium in scriptis; atq. in album redactum singularem appellauerit electionem, vti distinctam à communi propriè, & canonicè accepta. Quod minimè videtur aduertisse *Soarius 4. tom. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 5. num. 24.* asserens electionem propriè fieri, quando feruntur suffragia, cùm Electores eligant suffragium ferendo, & postea solùm publicationem sequi ipsius electionis factæ.

3 Notandum tertiò scrutinij publicationem originem duxisse per similitudinem à publicatione testium, quorum voces mortuæ censentur, antequam legitimè publicentur, *ff. quæ in fraudem, l. 2. & 3. vers. ponatur, & C. de re iud. l. gesta*, & si à Notario temerè publicarētur absq. Iudicis Auctoritate, contraheretur pœna falsi, *ff. de pœna, l. si quis aliquid, §. instrumenta*, notauitq. *Baldus cap. Publicato de electione num. 15.* Demùm reuocanda in memoriam est tùm diuisio iuris, tùm eius declaratio à nobis *disp. 2. huius libri c. 1. descripta.*

4 His in hunc modum constitutis. Prima sit assertio iure canonico resilire non licet ab electione iam publicato scrutinio. Hæc assertio est manifesta per *cap. Publicato scrutinio de elect.* cuius verba *initio disp.* adduximus, neq. ab ea quis Auctorum discrepat; siue probabilior sit *Ioann. Andreæ* sententia, docentis nouum fuisse hoc ius, à quo talis variatio prohibita est, siue *Panorm. num. 2.* non ius nouum asserētis, sed nouam constitutionem, antiquum explicantem ius.

5 Secunda sit assertio. Cum hoc statutum, cuius contendimus rationem assignare, sit de arbitrarijs, vt probè notauit *Ioann. Andreas hic*, illa videtur, partim deducenda ex parte eius, in cuius fauorem scrutinium habitum est, partim ipsorum eligentium; partim ipsiusmet rei, & scrutinij. Itaq. ex eius parte, in quem suffragia sufficienter conuenere, probè ratio deducitur, quia propalato scrutinio, ius ei strictius oritur, quàm ex solo scrutinio in se considerato, vt mox dicemus, ac standō in iure naturali, ob propriam ipsius dignitatem, atquè indemnitatem. Quamobrem recedentes ab eius electione Electores, siuè sigillatim, siuè cuncti simul iniuriam ei profecto facerent contra dictum ius, quod *lib. hoc sexto disp. 2. c. 1. n. 3.* descripsimus hoc pacto. Est legitima facultas aliquid faciendi, seù obtinendi, seù in eo insistendi, seù aliquo alio modo se habendi, cui si absq. legitima causa, contra fiat, iniuria inuretur eam habenti. Cùm igitur ius sit ei, de quo publicatur scrutinium ad beneficium obtinendum, & quidem fundatum in propria dignitate, suppositā beneficiorum institutione, quemadmodum *superiorib.* probatū est *disp.* non licet ab hoc scrutinio publicato recedere, cū tāta tertij iniuria. Ad quod valere potest solutio secunda Glossæ cùm Textibus ab illa allegatis, vt *n. 3.* notauimus. Verùm quia hoc idē ius est illi, de quo publicatur scrutinium, ac est singulariter electo, vt cum *Antonio* loquar neq. ostenditur, cur potius non possint Electores resilire à perfecto scrutinio iam exarato, quā à publicato; idcirco aliud erat assignandum ius ob quod potiùs à publicato, quàm à perfecto in se non est recedendū, & hoc est modo descriptum, ex cuius violatione maior iniuria per hanc variationem resultat illi post publicatum scrutinium, quàm post habitum; nam non modo iniuriam subiret ob læsionem iuris, quod habet ad retinendum beneficium, verùm etiam iuris, quod habet, vt indēnis seruetur, compareq. quidquid, vel gratis, alter ei voluerit tribuere, vt *loc. cit.* diximus *n. 5.* Quamobrem etiam si merè gratis, & sine obligatione decreuissent Electores huic beneficiū dare, meritò inhibētur, nè variare possint absq. causa, ex qua præter præassertam iniuriam hæc altera, vel atrocior ex perfractione alterius iuris fieret.

Ex parte autem ipsorum Electorum, quibus cum iam terminus sit præscriptus trimestris ad eligendum, vltra quem nefas est, electionem protrahere, præfiniendus etiā erat, si semel intra illud tēpus conuenerint, vt valida esset electio, atq. ad citius consulēdum Ecclesiæ viduitati, ex qua tot deriuari solēt mala; & nè locus daretur altercationibus, ac dissentionibus, eo vel maximè, quòd trimestre datum est, nè vltra illud protraheretur electio, non aūt nè citius, si pro dignitate fieri posset, non haberetur. Demum nè inconstantiæ subirent notam, cum variatio regulariter, & absolutè in omnibus ferè 6 reprobetur *ex clem. 1. adiuncta glossa* tradit. sq. *Cardinali renunc.* qui merito notauit variationem fundare præsumptionem discessus à veritate; propriamq. mulieris, cuius genus variū, & mutabile semper est, fauet *c. 1. & 2. §. q. 2. nec nō Specul. in tit. de relat. in §. 2. vers. sed pone*; habetq. variatio semper præsumptionem contra veritatem. Quæ quamuis etiam locum haberent, si à perfecto scrutinio discessissent Electores, non adeò tamèn propriè, nequè aptè ad forum externum, qui vt mox subijciam certæ probationi, atq. authenticę innititur. Venio ad tertium caput, ex quo huius congruentiam Canonis desumendam esse diximus ex re ipsa nimirum, à scrutinio; siquidē nullus electionis status hoc publicati scrutinij opportunior ad rem finiendam erat; non .n. prius variatio inhibenda, Auctorum consensu *Bald. Ioann. And. Panorm. Immol. & aliorum*, cum quę præcedūt explorationem suffragiorum, vel ipsamet suffragia, minimè sint consensui substantialia, licet sint substantialia formæ, vt indicat *Ioann. And.* quē libenter in hac dilucidatione sequor; aliàs oriretur absurdum, ante consensum, videlicet substantialia formæ subsistere electionis. Deindè cùm electioni, vt probè hic idem docet *Io. Andr.* ex quo *Bald. sup. cit.* tres sint partes, scrutinium, publicatio, & consumatus electionis communis actus, perfecto tantùm scrutinio, variatio prohibenda non erat, de quo habito

Digitized by Google

cononicè constare sanè non posset.

7 Assertio tertia. Intrà concessum à iure trimestre semper quoad æternum forum recedi potest à scrutinio non publicato. Est certum à contrario, nam cum hæc obligatio non resiliēdi ex Principis penderet voluntate, iuxta congruentiam rerum, qui fines præscripsit non variandi post publicationem .s. scrutinij, & veluti negatiuos, nō differēdi electionē, vltra ipsū trimestre, sequitur necessariò non publicato scrutinio secūdum ius canonicum Electores posse variare, est .n. illud tempus concessum penès superiùs disputata, ad maturam electionē habendam. Quamobrem intra illud licebit in foro saltèm externo non obligari ad non mutandum consilium, *vt cap. perpetuò de elect. lib. 6. & ff. de arbitr. l. quid tamen, & ff. de iur. iurand. l. qui per cap.* Et nè macula instabilitatis aspergerentur Electores, dictum videtur tempus concessum. Intra quod vetum est prouerbium, Sapiētis esse mutare consilium in melius absq. alterius detrimento, secundum *Glossam cap. Publicato in summa.*

8 Assertio quarta. Iuri stando naturali, atq. interno foro non licet, neq. intra trimestre habito semel, ac peracto canonicè scrutinio absquè rationabili, & certa causa variare. Sētio ex parte cum *Anton. laudato*, à quò solum discrepo, quod ille scrutinij desiderat publicationem ad perfectam electionis singularis constitutionē, quod ipse nego; nàm cùm huiusmodi obligatio ex consensu pendeat Eligentium, vt ex *l. consensus cum Antonio* vidimus, & hic scrutinio, suffragijsq. datis, atq. exaratis, nè dubium aliquod subrepere posset, est perfectus singulatim .n., nō est, cur iure naturali stando, nō dicatur electio facta, ex qua posita manat complementū iuris ad dignum, seù dignioré iuxta ea, quæ diximus *disp. 4. c. 3. 4. 5. & 6. & disp. 5. 6. 7. 8. & 9.* ex quibus constat ius esse dignis, vel dignioribus ad beneficia, ad quæ sunt eligendi, & ni eligantur fieri contra iustitiam ab Electoribus, & consequenter potiori titulo, vbi semel per lata suffragia declararunt ius Electi, fundatum in eius dignitate, cęteris. ornamentis ad munus desideratis, ad quod illum per suffragia destinarūt. Dixi absq. rationabili, certaq. causa, ob rationes textus, pro tertia assertione allatas; & quia cùm trimestre illud præscriptum sit à iure, facultas censetur Electoribus data, omnia intra illud exquirendi, ac perpendendi ad rectitudinem electionis necessariam.

10 Fundamentum autèm distinctionis dicti fori externi nimirū, & interni illud assigno, quia lex fundamentum habens à præsumptione in animæ iudicio locum sibi non vendicat, quando præsumit, propter probationis legitimæ defectū, vt probè *Dd. ac. cap. cùm omnes de testam. n. 9. & Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 80. n. 16.* hęc autem lex canonica, publicationem requirens scrutinij ad inhibitionem variationis, præsumit propter defectum probationis, quæ non publicato scrutinio vix consistere posset, ergo,

CAPVT TERTIVM.

Inferuntur nonnulla ex dictis ad Praxim.

SVMMA.

Electio solemniter, & quomodo publicanda. n. 1.
In foro interno resilire non poterunt Electores à perfecto scrutinio: in externo autèm post publicationem. Et est ius Electo, nè ab eius recedatur scrutinio, atquè ad officium Iudicis, per quod eligatur. n. 2.
Differentia interni, atq. externi fori quoad rem nostram. n. 3.
Si electio singularis non fuerit nulla, licet irritanda esset, adhuc Electores tenerentur procedere ad electionem communem. n. 4.
Potest ob defectum formæ communis electio cassari perseuerante iure ipsi electo acquisito per scrutinium declaratum, ex quo iterum est eligendus. n. 5.
Non est cassandum totum, sed quod est vitiosum, neq. vtile per inutile vitiari debet. n. 6.
Cautè agendum est ei, de quo scrutinium habitum est, ne notam subeat ambitionis. n. 7.
Nolentibus Canonicis illum, de quo publicatum est scrutinium, eligere, à superiore eligendus est. num. 8.
Succedit idem ad iuris, & facti prosequutionem, quando successit in eodem iure. n. 9.
Nouus Iudex non facit iudicium, sed in eodem succedit, atq. ex persona succedentis in actum ipsius, actus non variatur qualitas. n. 10.
Casu, quo Canonici omnes perirent, electum iam deberent successores eligere, de quo actum, & publicatum fuerat scrutinium iuxta dispositionem vtriusq. fori. n. 11.
Quæcumq. appellatiuo nomine gerunt, transeūt in substitutum. n. 12.
Si publicato scrutinio vota paria essent, aliusq. esset, qui æq. dignus eligeretur, possent Electores resilire, & quid si non esset alius eligēdus. n. 13.
Similis est ratio de Electoribus peracto, vel publicato scrutinio, ac de Antistite beneficium conferente. n. 14.
Breuiarium præcipuarum quæstionum disputatarum de electione tùm tom. 1. *tùm hoc n. 15.*

1 COlligo primo ex disputatis electionē solemniter publicandam esse ex *cap. Quia propter de elect. §. electiones*, vbi *Abb. ac reliqui n. 1.* Quomodo autem facienda sit hæc solemnis publicatio traditur ab *Innoc. in cap. citatum apud Abbatem.*

2 Colligo secundò iuxta distinctionē vtriusq. fori, Electores posse, vel non posse à scrutinio resilire omnes, aut singulos, vt notat *Bald. cap. Publicato de elect. nu. 12.* ni vota essent ipso iure nulla, vt lata de indigno secundū à nobis dicta *disp. 9.* in foro autèm externo præter ius declaratum est etiam alterum electo per scrutinium quæsitū ad Iudicis officium, cuius auctoritate debet

Digitized by Google

debet per communē electionem eligi ex *Bald. citat. ad finem n.8. arg. ff. de re l. si quis sepul.*

3 Colligo tertiò differentiam fori externi, iurisq. Canonici, atq. interni cōscientiæ; quod hoc semper nititur veritati rei, at illud pēnes proba ta, & allegata, neq. cum ad prohibitionem procedit, compulsionemq. vel pœnam id præstat, ni requisitis ad authenticā probationem habitis, multaq. requirit ad suspicionem fraudis, ac doli, ideoq. scrutinij publicationem desiderauit, antequam ad prohibitionē variationis perueniret, atq. ad vltimam manum electioni dandā. Fundatur præterea in præsumptione ob defectum probationis, *vt sup. cap. n.* 10.

4 Colligo quartò, si electio singularis nō fuerit nulla, de qua *coroll.* 2. dictum est, sed solum irritāda publicato scrutinio, teneri adhuc Electores ad electionem procedere communem, *Auctore Innoc. citat.* quod ipsi Electores non sunt eius rei Iudices, sed superior, qui fortassis electionem confirmabit, *arg. ff. de pecun. l. eo tempore, & l. quod debetur.* Quod exemplo probè declaratur à *Bald. cit. n.* 12. *ad fin.*

5 Colligo quinto, posse ob defectum aliquem formę communem, cassari electionem, perseuerante iure acquisito, & etiā declarato per scrutinium Electi, quem Canonici tenebuntur iterùm eligere, sic *Ioann. Andr. & Archidiaconus*; non .n. irritandum est totum, sed quod fuit solū vitiosum, quidquid nonnulli senserint in contrarium, contra quos agit *Bald. n.* 13. sic ēt dicimus, quod est nullū reformari ex actis validis, *C. quomodo, et quando iud. est. l. sicut prop. & ff. de appell. l. si expressim.* Illi autēm tres actus scrutinij, nempè publicationis, & electionis communis separabiles sunt. Quamobrē vtile per inutile vitiari non debet, *ff. si certum petatur, l. certi cond. §. quoniam, & §. optimè facit.*

6 Colligo sexto, qua ratione sit agendū ei, cuius scrutinium editū est, cautè videlicet, vt eligatur in genere tractando, dicatq. solum in se omnes, vel maiorem Electorum partem conuenisse; nè notam subeat ambitionis; expressa .n. nocent, secus non expressa, *ff. de hæred. instit. l. si quis Sempronium, & ff. de aut. tut. l.* 1.

7 Colligo septimo, si nollent pertinaciter Canonici publicato scrutinio ad electionē deuenire, tenebitur Superior illum eundem, de quo scrutinium habitum est, eligere; cùm ad illum transierit ius idem numero eligendi, cui respōdet ius illius, de quo lata sunt suffragia, vt eligatur, *arg. ff. de edend. l. quædam §. his autem.*

8 Succedit .n. quis in iure, ac facti prosequutione, quando idem numero est ius, ac de eodē electio faciēda est, vt prosequitur *Bald. sæpè cit.* 10 *n.* 17. Sic nouus Iudex non facit iudiciū, sed in eodem succedit, *vt ff. de iudic. l. mortuo*; atq. ex persona succedentis in actu, non variatur actus qualitas, vt notat, *C. de neg. gest. l. sine per Cynū.*

11 Colligo septimo, casu, quo Canonici publicato scrutinio perirent, teneri subrogatos eūdem eligere de quo peractum fuerit scrutiniū, ex primis suffragijs latis, sic *idem Bald.* cui subscribo iuxta distinctionem allatā vtriusq. fori, cùm & vna sit canonica, vnumq. capitulum, rū & idem esset numerus præbendarum, *de præb. cap. Dilecto*, vt idem prosequitur *Bald. n.* 19.

12 Et quia quæcūq. appellatiuo nomine geruntur, transeunt ad substitutos, *ff. de pactis, l. tale pactum §. final. addita glossa, & ff. de iur. om. iud. l. & quia.* Et quamuis, quæ cōmittuntur ab homine, modò per propria, modò per appellatiua nomina committi dicantur, verùm quæ à lege semper commissa dicuntur per appellatiua, vt notatur *in l. annua §.* 1. *ff. de ann. leg.* & ratio est, nomen appellatiuum, quod rei valorem cōfert, tacitè intelligitur, *ff. de pact. l. si vnus §. is seruus hæred.* idē si in nomine appellatiuo causa subesset, quę non cōpetit proprio *l. Lutius ff. de inst.*

13 Demùm colligo, si publicato scrutinio suffragiorum numerus, cęteraq. fuerint æqualia, ita vt si ad electionē deueniretur non valeret, Electores posse quidē variare, si alius tertius çquè dignus esset, qui eligeretur. In quo sensu subscribo *Bald. n.* 22. idq. propriè nō esset variare. Verùm si non esset alter, vel iterum suffragia petenda, habendumq. scrutinium, vel res ad superiorem remittenda, qui forsan ad alterutrā accedere poterit partem, vt rectè statuit *Tridentinum de elect. Parochi sess.* 24. *c.* 18.

14 Postremo infero similem videri rationē, cur non possint Electores publicato scrutinio variare, & cur non possit Episcopus conferens beneficium absenti.

15 Nobis longiùs, quæ possent de electionibus disputari, tractare cōsilium non est, & quia minus vtilia, & quia ad rem nostram Episcopatus vix vsui sunt; & quia ab alijs erudiè scripta: & quia cùm *tom.* 1. de impedimentis Eligendi, tū natalium egerimus *lib.* 2. *disp.* 2. *c.* 1. *ac deinceps*, tùm ætatis non legitimæ *lib.* 2. *disp.* 7. *c.* 4. tùm criminis, ac flagitij *lib.* 3. *disp.* 2. *c.* 3. tùm infamię *ibid. nu.* 9. *ac deinceps*; tùm accusationis, denunciationis, vel exceptionis *ibid. n.* 12. tùm excommunicationis *lib.* 3. *disp.* 4. *c.* 1. & *c.* 4. *nu.* 7. 19. 20. 21. tùm ignorantiæ *lib.* 3. *disp.* 1. *c.* 1. tùm cęterorum requisitorum *toto lib.* 4. ac de necessarijs conditionibus libertatis, alijsq. *hoc tomo lib.* 5. nec non de eligendi dignitate, *hoc lib.* 6. non est cur calamus impediatur, quē, & quæ mihi ante oculos versatur, tot illustrium quæstionum dignitas, & maxima vtilitas, ad se rapiunt, & hæc minora relinquere hortantur.

Finis Libri Sexti.

LIBER

Digitized by Google

LIBER SEPTIMVS

De reliquis rationibus Episcopatum constituentibus.

SEptimus quem inimus, liber comprehendet, tùm confirmationem, ejusque dispositionis, & effectus: tùm potestatem confirmati, ac necessaria ad Episcopatus administrationem: tum denique postulationem, traslationem, & Eminentissimorum Cardinalium promotionem ad Episcopatum.

DISPVTATIO PRIMA

De Confirmatione.

QVam in electione *superiori libr.* seruauimus methodum, circumstãtias videlicet expendendo, quibus humana constituitur actio, hanc etiam seque nos in præsenti. Et quidem circumstantiam, *Quis*, vti supra pariter præstitimus exinstituto insequentem totum sub initio referentes. Primo loco quidquid ad essentialem spectabit Confirmationis rationem per circumstantiam, *Quid*, adumbratam expendemus. Deindè prærequisita ad personam confirmandam, ipsamq. met personam, circumstantia, *circa Quid*, contentam, tertio loco circumstantiam, *cuius gratia*, ad quam effectus attinet, & id ad quod confirmatio dirigitur. Demùm accidentarijs circumstantijs temporis, & loci per tres disputationes, breui tamèn agemus; Quod vix in vsu est confirmatio propriè sumpta, quippè quæ propriè tantum respondet electioni. Etenim in præsentia, vel cum à Regibus in Italia, Hispania, Germania, Gallia, Polloniæ nominentur, seù præsententur ad Ecclesias Episcopales, instituuntur profecto præfentati, vel Nominati, non autem propriè confirmantur, vel Summus ipse Pontifex Ecclesijs prouidet, & vt infrà absq. alia electione, vel confirmatione Præfules eis præficit: Quæ tamèn disputanda sunt libentiùs, eo proferam, quo magis faciunt ad *titulum de Confirmatione vtili, vel inutili* dilucidandum, atq. vtilitatis non parùm sibi vendicant.

CAPVT PRIMVM.

De essentiali confirmationis ratione.

SVMMA.

Quæstionis status. n. 1.

Quid sit electionis ad Cathedralem Ecclesiam confirmatio. n. 2.

Confirmatio electionis in Episcopum est per se necessaria. n. 3. & 8.

Cõfirmatione ratum redditur matrimonium spirituale. n. 4.

Conferens beneficium si potestatem habeat confirmandi, vtrumq. conferendo videtur præstare. num. 5.

Necessitas confirmationis extenditur à Panormitano ad electiones sæcularium officiorum. n. 6. remissiuè.

Confirmatio electionis alicuius ad Episcopatum non est simpliciter, sed secundum quid necessaria. n. 7.

Vbi vigeret, vt ab eo confirmaretur electio, cui immediatè dignitas subiacet, est per se necessaria confirmatio n. 8.

Quomodo confirmatio ab electione distinguatur. num. 9.

Constitutio, atquè edictum explicandum secundum

Digitized by Google

dum ius commune, per se loquendo n. 10. *Impropriè accipienda non sunt statuti verba neq. etiam, vt sic concordent iuri n.* 11.

1 TRia mihi declaranda *hoc cap.* sunt, primùm innata confirmationis ratio: secundùm an necessaria sit ad perfectam Episcopatus constitutionem: tertium nùm necessario à potestatem habente præstanda sit.

2 Sit assertio prima. Confirmatio electionis ad Cathedralem Ecclesiam, de qua nos solummodò loquimur, est actus iurisdictionis superioris præsertim Papæ firmans electionem. Actum, inquam, iurisdictionis esse; quia superioris indiget auctoritate, in quo à sola approbatione sæpè discriminatur, quippè quæ potest haberi solùm auctoritate inferiorum etiam priuatorum, sic *Baldus in l. barbarius, ff. de offic. prætor.* & deducitur *ex l. immunitate, C. de agricol. & censit. lib.* 11. quamuis aliquando etiam approbatio requirere auctoritatem videatur, & iurisdictionem, vt cum approbatur postulatio, quemadmodum infra dicemus; & dum agitur de Rege Romanorum approbando, vt videre est apud *Augustin. Triumphum de potest. Papæ quæst.* 38. *art.* 11. *S. Antonin.* 3. *part. tit.* 22. *cap.* 5. §. 13. *ex cap. Venerabilem de elect. §. obiectioni, & ponderat Azorius* 2. *part. summæ libr.* 10. *cap.* 5. *quæst.* 1. Reliquarum particularum, quibus in hac disputatione vsus sum, ratio est, quia confirmatio in genere est simul cum alijs firmatio, *ff. de test. l. testium*, igitur hæc, de qua loquimur, erit actus nempè superioris, vel Papæ, quo approbatur, rataq. vna simul cum Electoribus, & Electis, & persona electa habetur, quod clariùs patebit, cùm ex dictis *hac disp.* tũ ex disputandis de causa efficienti *seq. lib.* Dixi superioris, vel Papæ, quòd antiquitus, ab alijs etiam maioribus Prælatis minorum electiones confirmabantur, vt infra.

3 Assertio secunda. Quidquid sit de alijs dignitatibus Episcopatu minoribus, exploratum est, cõfirmationem esse per se necessariam post electionem Episcopi habitam. Prima pars asserta est ob doctrinam, quam sequuntur multi *cap. cum in iure de elect.* notarq. è *Baldo Abbas n.* 3. ex sola scilicet electione quempiam plenũ Decanatus ius consequi posse, circa quod, vt consuetudo in re nostra nulla est, ità in casu prædicto vigere aliquo pacto videtur, cuius quæstionis dilucidatio nos minimè tangit, vt nec etiam aliorum similium casuum, in quibus generalis de necessitate confirmationis fallit regula, quos enumerat *Abb. in cap. Nihil est de elect.* ex quo *Dec. cap. Postquam eodem à n.* 2. At secunda pars assertionis, nostri, quæ propria est instituti, tùm est *omnium DD.* cùm patet ex *disp.* 16. *&* 17. *superioris lib.* & ex iuribus ibi citatis præcipuè *cap. licet de transl. Episcop.* ex quibus ius imperfectum', quod sibi cõparauit electione Electus, suam habere perfectionem è Pontificis confirmatione perspicuò constat, atquè illustriùs ex argumẽntis Turrecrematæ relatis *c.* 1. *citatæ disp.* 16. *& c.* 5. exaratis illorum solutionibus absq. dubio fit, atq. clariùs reddetur

4 *cap.* 8. Ratum igitùr confirmatione perficitur matrimonium spirituale inter electum Antistitem, & suam Ecclesiam *ex cap. inter corporalia de transl.* ibi *non debeat in dubium reuocari, quin post electionem, & confirmationem canonicam inter personas eligentium, & electi coniugium sit spirituale contractum.* Neq. adnotasse prætereà circa hoc quidquam habeo, quam de vera cõfirmatione respondente propriæ electioni nos loqui; non autèm de impropria, seù virtuali à Pontifice habita per promotionem ad Episcopatum, vel ad quodcumq. aliud beneficium. Siquidem notatu dignum est nullam exigi confirmationem, quando ille qui idèm beneficium confert, cui confirmandi potestas est, quippè qui eodem videtur actu vtrumq. præstare: cõferre videlicet, & confirmare; vt notant *Glossa c.* 1. *verſ. electionem de elect. in sexto, Glossa cap. Vt circa verbo electiones de elect. in sexto. Innocent. cap. cùm olim de caus. possess. & propriet. & cap. Cùm M. col.* 26. *de const. Felin. cap. Accedens nu.* 1. *vbi Abb. qui in dicto etiam cap. cùm olim col. finali, & alij.*

6 Hanc autèm confirmationis necessitatem extendit *Abb. laudatus nu.* 4. ad officia sæcularia, quod nostra non interest. Verùm ex allata doctrina vnum excipit casum *Bertach. quem sequitur Barbos. de potest. Episcopi tit.* 1. *c.* 4. *n.* 5. Si quis diuina fuisset inspiratione electus, quem volunt non indigere confirmatione. At ego minimè assentior; Nàm ad Ecclesiasticam Hierarchiam arbitror maximè facere: etiam in casu dicto, vt à Superiore illius electi, siue à Romano Pontifice, & confirmaretur, & ordinaretur, atq. ius completum saltèm quoad publicam, autenticamq. executionem daretur. Quod, ni me mea fallit opinio, in Apostolo Paulo videtur satis delineatum; quippè qui eximia quidẽ electione per singulare Christi iudicium electus minister, & Apostolus *Actorum* 26. 18. *& q.* 15. per Ecclesiam tamen cæteroſq. qui Antiochiæ erant, Episcopos præcipitur segregari *Actor.* 13. *Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos.* Quam confirmationem cõsecratio subsequuta est, vt ex sequẽti versu, deducunt *S. Chrysost. ibi, & S. Leo Epist.* 81. *aliàs* 79. *ad Dioscor. Alexand.*

7 Assertio tertia. Confirmatio electionis alicuius in Episcopum absolutè necessario non est concedenda à Pontifice, suppositа tamèn canonica concessione iuris electiui, secundùm quid, ni aliquid obstet, suam habet necessitatẽ. Consultò de confirmatione electionis ad Episcopatum assertionem instituì, nè ad alios, à brevitate in *hac disp.* præcipuè proposita, vagetur abbertãs oratio, quæ vt *sup. lib. disp. penult.* præsertim *c.* 4. *n.* 4. necessariè per se indicatę passim à Canonistis explicantur, præcipuè *in cap. Postquam de elect. & prætereà ab Abbate c.* 2. *col. finali de conces. præb. nec non cap. Pastoralis col.* 2. *de iure Patronatus.* Consultò etiam de confirmatione à Pontifice habita hic differo, mox acturus de alijs, si fortè fortuna fuerit in vsu; Cæteris itaq. confirmationibus præteritis, nostrã Præsulis, eiusq. electionis absolutè non esse cũ electione ità connexam dicimus, vt Summus

Pon-

Digitized by Google

Pontifex negare absolutè non possit. Probatur tùm *ex cap. Per principalem, tùm ex 9. q. 3. cũcta per mundum*; Tùm à priori, quia cùm omnis eligendi potestas ab Apostolica Sede promanauerit, neq; alio, quàm Canonico iure sancitum sit, vt electio personæ idoneæ secum trahat cõfirmationem, sicut Papa potest in iure Canonico validè, atq; absolutè dispensare, vt tradidi *lib. 5. disp. 3. c. 6.* poterit, & in hac canonica dispositione eo potiori titulo, quo multa desiderantur ornamenta, cum ad validitatem, tùm ad licitam electionis formam, atq; ad personam electam, vt ex *sup. liquet dispositionibus*, atq; ex *sequenti clariùs innotescet capite*, magisq; constabit ex dicendis de institutione. Ex his autem, quo sensu dici poterit confirmatio necessaria, facilè deducitur, quatenus absquè causa, alijs concurrentibus licitè nec possit ex suppositione saltèm à Papa non dari, vt *loco cit. lib. 5.* exposui.

8 Assertio quarta. Vbi antiquo iure, concessio neq; Pontificis adhuc viget, vt ab eo confirmatio petatur, cui dignitas immediatè subest; & consequentèr ius est confirmandi veluti limitatum; dignitatis Episcopatu inferioris confirmatio ad Episcopum, ex consilio Capituli, vel Sede ipsius vacante ad ipsum capitulum: Ad Metropolitanum verò confirmatio Præsulis; Metropolitani ad Patriarcham: Ad summũ deniq. Pontificem Patriarchæ spectabit confirmatio. Hæc erit igitur necessaria, habenda tamen à quocumquè Prælato, Papa minore; ni aliqua esset legitima causa, vel impedimentum contra electionem, vel electum, penès communem DD. sententiam apud *Auctores sup. concluſ. citatos in cap. Postquàm de elect.* Et nè diù immorer in re aperta, minimeq. dubia, neq. vsu frequenti, cumq. multo plura, atq. à plurimis peritissimis viris dicta sint, quàm quæstio postulat, illis tempero. Præterea qua ratione, etiã cogendus sit, quicumq. distinctus à Papa, si renueret absq. causa confirmare, videndum, est apud *citatos Auctores*.

9 Ex his infero assertionibus, confirmationem absolutè distinctum actum esse ab electione, cuius complementum videtur esse siuè finis, vt loquitur *Abb. cap. cùm dilectus de consuetud.* & constat tùm ex *superiori lib. postremis disputationibus*, tùm euidentiùs fiet è sequentibus capitibus. At nonnunquam siuè lato modo, siuè per metonymiam dici solet electio, vel è contra; sic Auctore *Innocentio III. Pontifice Maximo* sumi potest in *cap. cùm dilectus de consuet.* quæ quidem interpretatio, tametsi lata sit, admittenda tamen, nè correctio sequatur iuris, ad quam declinandam vsui fuit Innocentio, vt probè notat *Abb. in cap. cùm dilectus citato nu. 15. & videre est apud Bald. in l. 1. ff. de constit. in*
10 *principio col. 3. in verbo itèm nota constitutionẽ, & edictum semper debere secundum ius communẽ explicari, & l. omnes populi 16. col. in verbo aduerte ergo, ff. de iust. & iure.* At non est impropria dicta Innocentij interpretatio; Si quidem statuti verba, neq; vt cohæreant iuri, vel
11 ab eo non discrepent impropriè sunt explicanda, quod ex *Bartolo*, apto exemplo, hoc illustrante notatum volo *in l. 4. §. prætor ait, ff. de dam. infect.*

CAPVT SECVNDVM.

Nùm Confirmatio necessariò supponat electionem validam.

SVMMA.

Confirmatio bifariam haberi potest. n. 1.
Quæ sit forma communis, & forma specialis cuiuscumq. confirmationis, rescripti, &c. ibid.
Confirmatio concessa sub forma communi nihil ferè operatur. n. 2.
Ad quid talitèr habita inseruiat, ibid.
Quæstiones disputandæ. n. 3.
Confirmatio per se validam supponit electionem, vel quodcumquè supra quod cadit. num. 4.
Confirmatio Codicillum in testamentum non cõfirmat. n. 5.
Quid sit ratificatio, ibid.
Fictio non trahitur ad impossibilia. n. 6.
Nullus ratificationi locus est de re facta contra ius. n. 7.
Papa per confirmationem nullius censetur iuri derogare. n. 8.
Quod non est confirmabile de iure nou præsumitur confirmare. n. 9.
Electio non canonicè habita etiamsi Ecclesiæ expediret, confirmanda non est. n. 10.
Si quis post trimestre transactam confirmationem peteret, eius non conualesceret electio; quod enim à principio nullum non conualescit. num. 11.
Confirmatio facta à Pontifice, ex certa scientia, electionem etiam nullam conualidat quoad ea, quæ sunt iuris positiui. n. 12.
Nonnunquam confirmationis nomen vsui est loco dispensationis. n. 13.
Quando Papa confirmat ex certa scientia, facere potius videtur id, quod confirmat. num. 14.
Pactum ab initio nullum vim recipit confirmatione Papæ. n. 15.
Testamentum, cùm scientia, vel in præsentia Principis factum, quodcumq. aliud superat. num. 16.
Prioratus administratio à Pontifice confirmata tenet, nec posset Prior remoueri. n. 17.
Non propriè supplet naturales defectus confirmatio Papæ, sed æquiualenter. n. 18.
Neq. per clausulam, supplentes omnes defectus, &c. naturales propriè supplet defectus. n. 19.

CIrcumstantiam aggredior circà quã, materiæ scilicet, siuè personæ confirmandæ, cuius nonnulla perpendenda sunt requisita. Ad hoc autem præmittendum est bifariam confirmationem à Pontifice haberi posse primò, per communem formam: secundò per specialem. Forma cõmunis est *Auctore Panormitano cap. Si quis de confirmatione vtili, vel inutili nu. 6. & cap. Examinata in 2. notan. eod. tit. et cons. 62. col. 2. 1. libr.* qua conditionaliter confirmatur aliquod, non cognita causa, per hæc, vel similia verba expressa.

Confirmamus tibi possessiones, quas iustè possides; Neq. alias specialiores habet clausulas, *ex cap. Quod diuersitatem de concessione præbendæ, adiuncta eius Glossa.* Specialis autèm confirmatio est, cùm totum negotium exponitur, vel notum est Papę, quippè qui ex certa confirmat scientia, *per cap. penult. de confirm. vbi Abbas, & cap. Examinata eod. tit. in principio, & cons. 62. col. 4.* qui quidèm ait, quando tenor rei confirmandæ exprimitur, fieri confirmationem ex certa scientia, etiam si verbis proferatur conditionalibus; quod maximè verum est, si clausula apponatur *ex certa scientia*, quippè quæ idem operatur *ex Glossa magna in fine, l. ratas in fine, C. de rescindenda vend. atq. ex Baldo mox citãdo*, quod derogatoria specialis; soletq. etiam in ea apponi clausula, *non obstante aliqua lege*, saltèm ità generaliter prolata, quam ad specialem sufficere formam citatus docet Auctor, quin specialioribus explicetur verbis; quoniã Princeps omnium habere censetur scientiam legum; idemq. scribitur *cap. Naturales si de feud. fuerit contractus*; his autèm omnibus specialibus clausulis certè generalis caret forma. Verùm quod hic dicimus de clausula *certa scientiæ*, saltem quoad ea, quæ expressa sunt in literis, profectò verũ habet, vti diximus *1. tom. lib. 2. disp. 5. c. 6. n. 20.*

2 Notandum secundò, in forma communi concessam confirmationem ferè nihil operari, quæ quidèm ad cautelam impetrari solet, nè negotium transigi, nesciente Principe, vel Pontifice, videatur; nec non ad timorem incutiendum Parti, vt *laudatus notat Abbas*, & expressius ad rem nostram *Baldus cap. si quis de confirmat. num. 2.* nihil operari confirmationem hanc in forma communi traditam quoad rei concessæ valorem; Nec refert quod scribit *Decius cap. 1. de confirmat.* hanc nouum vinculum addere *ex cap. 1. de treg. & pac. vbi habetur funiculus triplex potentius ligare*; nam vt *Glossa verbo funiculus*, ibi primus funiculus erat excommunicatio Ordinarij, secundus variorum Episcoporum obseruatio, vel confirmatio, quæ quidem neq; erat propria, vtpotè non à Superiore facta, nihilq. prætarea in ordine ad validitatem operatur, de qua nos disputabimus infra. Idem dicimus etiamsi *Decio* concederemus huic formæ communi facultatem præscribendi. Itaq. de hac in forma communi confirmatione Pontificia disceptatio non est; Sed

3 mihi primo dicendum de confirmatione in communi; secundo de habita à Pontifice in forma speciali, atq; ex certa scientia, quæ hoc explicabuntur capit. & sequenti; tertiò de eadem, lite pendente concessa, quod quartò, ac deinceps præstabitur.

4 Prima sit assertio. Electionis ad Episcopatum confirmatio illam supponit ex se validam, quam in eius firmat robore. Est hæc assertio communis Canonistarum, priusq; ex terminis vniuersalioribus ad omne negotium; deindè speciatim ad nostrum probanda est. Et quidèm confirmatio naturam eius, quod confirmat mi-

5 nimè mutat. Quo circa Codicillòs in testamentum laud conuertit, qui Codicillorum non exuũt rationem, in quibus directè substitui nõ põt, vel dari tutor, cuius auctoritate hæreditas adeatur, *ff. ad Tribell. Scæuola*; Confirmatio enim quod inuenit, roborat, quod autèm non inuenit, non disponit, *ff. de tib. leg. l. Aurel. §. testam.* Neque addit in validis vires, *l. 1. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris*; Et ratio à priori est, quia ratificatio est quædam fictio, & actum ratificantis requirit, atque aptitudinem rei ratificatæ, *ff. communium præd. l. final.* vt probè *Baldus cap. cùm super de cauſ. possess.* Scribit confirmantem dare quidèm, sed non solum: addo tritum Philosophorum axioma à priuatione ad habitum non dari regressum: igitur ab electione ex se nulla, seù à priuatione canonicæ electionis, ad validam non dabitur, neque per

6 confirmationem regressus. Præterea fictio non trahitur ad ea, quæ de iure sunt impossibilia, *ff. de leg. 1. l. talis scriptura*, vbi videnda est Glossa singularis.

7 Demùm nullus ratificationi locus est, quãdo factum est aliquid contra ius, vel contra iuris ordinem, quod illustratur à *Baldo* exemplo alienationis rei Ecclesiasticæ, habitæ non præcedente tractatu, *cap. Consuetudines de consuet.* Neq. obstat, si absolutè loquamur, summum esse Principem, qui confirmat, ni vt sequenti proferam assertione, sub specialiori forma id peragat.

8 Si quidèm Papa per confirmationem nullius vult iuri derogare, *ff. de vult. subst. l. ex facto*; notatque *Baldus capit. si quis de confirmat. num. 10. & Abbas ibid. num. 8.* Et quamuis ex se confirmatio faciat aliquid validius, nè possit reuocari; at non facit aliquid de nullo, vt probè *Baldus cap. ex parte Episcopi de rescript. num. 19.* nisi apponeret clausulam, *non obstantibus, & ex certa scientia*, vt infrà per formam specialem, vel in contradictorio decerneret examine, sicut *ff. de adop. l. Adoptio nõ iurefacta.*

9 Quoniam quod non est confirmabile de iure, non præsumitur per iniuriam confirmatum, *l. 2. §. ne quis à Principe, ff. ne quis in loco publico.* Confirmatur propiùs ad rem accedendo. Electione inualida existente, licet, vt infert *Glossa, cap. Cùm super de causa poss.* si confirmatus possessionem adeptus fuerit, & postmodum spolietur, restituendus sit; nihilominus tamèn si de nullitate constet electionis, minimè facienda est restitutio, vt probè notarunt *Innocentius in cap. Constitutus de fil. præsb. num. 5. ad finem, & Abbas in citatum cap. nu. 5. ad finem*, in quo sensu subscribo *Baldo cap. Cùm super*

Digitized by Google

de causa poss. num. 2. not. 2. Ex quo *in l. quæcumq. C. de bon. quæ liber.* addo electionem non canonicam, inualidamq. à principio confirmari minimè posse, etiamsi Ecclesiæ expediret; quod admitto in eo sensu, vt non confirmanda dicenda sit, si absolutè, & per formulam confir-
11 metur communem. Specialiori deniq. ratione de electione. Probatur etiam à *Glossa cap. 1. de post. in sexto verbo irritum*; nam quoo à principio nullum erat minimè conualescit. Quamobrem *Glossa cap. Quam sit de elect. in sexto vacuetur ad finem*, notauit post trimestre à consensu præstito, si quis distulerit confirmationem petere, quo transacto temporis spatio, tandèm aliquando pereret, atq. obineret, eius non posse conualescere electionem, quæ vt sic per citatum Textum viribus caret. Accedit *Bartolus in l. Absenti, ff. de don. allegatus, cap. si tibi absenti de præbend. in 6. addita responsione Aret, vt perpendit Decius cap. Postquam de elect. num. 18 & cap Cùm super de caus. possess. num. 1.* notat non posse Patriarcham Episcopi confirmare electionem, non confirmandam, quod contra ius faceret.

Ex his deducitur, quid possit operari etiam à Summo Pontifice habita confirmatio electionis nullæ. De facta verò sub speciali forma mox dicam.

12 Assertio secunda. Confirmatio à Papa scienter concessa, electionem etiam nullam conualidat quoad ea, quæ iuris sunt positiui. Est explorata Canonici iuris Peritis conclusio hæc, vt ex eius probationibus constabit. Itaq. probatur absolutè ratione ab Innocentio indicata *cap. Cùm dilecti de elect. num. 1.* quam à priori sic explico. Electio cum actus sit voluntarius, & liber ab eo vires habere potest, cui facultas est illum eliciendi; ergò vel ab eisdem Electoribus si permanserint in voluntate eiusdem electionis primò factæ, obq; aliquod impedimentum nullæ, vel à Superiore confirmante à qua ipsamet in se pendeat, vt est in casu nostro; si quidem quæcumq. ad Episcopatum electio ab ipso Summo Pontifice confirmante radicitus pendet; igitur si Papa ex certa confirmauerit scientia electionem, profectò validabit.

13 Hinc ex *Baldo cap. super de causa possess. num. 1.* ad rem notatu dignam deduco doctrinam; Pontificem Maximum ex certa scientia confirmantem dispensare quidem; quia supra ius, & contra ius, & extra ius (intelligo positiuum) omnia potest. *ff. de rit. nuptial. l. in principium. §. Diuus.*

Colligo etiam, ex eodem auctore, Principem verbo confirmationis nonnunquam vti loco dispensationis, quod etiam prænotauerat *Innocentius cap. cùm dilecti de elect. n. 1. ad finem*, asserens non semper sumi propriè vocabulum confirmationis.

14 Confirmatur ex *Abbate citato à Decio cap. 1. de confirm. n. 25.* quia quando Papa cõfirmat, ex certa scientia facere absq. dubio videtur, vt notat *Bartolus in l. & quia, ff. de iure omn. iud.* traditque *Romanus in consil. 98. Quoad id in principio.* Deniq. probatur à nonnullorum paritate relatorũ *per Glossam cap. sicut graue de*
15 *transact. verbo auctoritate.* Etenim si pactum ab initio nullum Pontificis confirmatione vim recipit, *cap. Quoties de pactis, l. tale pactum, §. qui promoc. cùm Glossa, & notatur, ff. de pactis, l. vt iure iuran. ff. de oper. lib.* Sententia etiam, quæ non tenet confirmatione Papę valida redditur 13. q. 6. *hæc quippè, C. de vet. iur. enucleat. l. 1. §. ad hæc.*

16 Testamentum paritèr omnium testamentorum solemnitate superare videtur, quod conscientiam tenet Principis, vel præsentiam, *vt cum Tancr. & Vincent. loquar, ex C. de test. om-*
17 *nium:* Præterea Prioratus administratio ex certa scientia, si confirmata esset alicui à Pontifice, teneret vtique; neq. posset Prior remoueri sine mandato Papæ, quemadmodum notat *Glossa cap. Porrecta de confirm. verbo confirmatur ex cap. 1. & 2. eodem, & 16 ique §. 1. peruenit.* Addo demùm ex *Innocentio*, tùm aliam adoptionis paritatem *cap. cùm dilecti de elect. num. 1. & l. adoptio, ff. de adopt.* tùm tutoris dati ab illis, à quibus non poterat dari. *l. sicut, C. de confirm. tut.* Quorum autèm actuum peti possit confirmatio tradit *Immola cap. 1. de confirmat. num. 2.* Nonnulla tamen à *Decio* (quam consequenter eius doctrinæ ipse viderit) afferuntur, *cap. sicut nobis de confirm. à num. 25.* in contrarium, quæ tanti non sunt momenti, vt ab assertione firmata discedamus; cùm nos loquamur, vbi constat certò moraliter de scientia Pontificis, apud quem omnium iurium censetur esse notitia.

18 Assertio tertia. Confirmatio Pontificia etiã ex certa scientia, naturales propriè nõ supplet defectus, quos tamen aliquando facit perindè, ac non interessent: Sic *Immola cap. 1. de confirm. num. 3. post Antonium de Butrio cap. 1. de transact.* Accedit *Ioa. Andreas in titul. de leg. §. rùm offendendum, vers. 18. Alexander in l. filius à Patre, §. final. ff. de lib. & posth. & cons. 194. Assumo col. 6. lib. 2.* sic etiam communiter DD. asserentes per clausulam *supplentes omnem defectum*, nec etiam suppleri propriè hos naturales, traduntq. *citatus Immola, & Decius inter cæteros cap. 1. de confirm. num. 48.* Ratio à priori non tradita, sed potius ab Auctoribus suppo sita illa mihi videtur esse. In iure naturali diuino directè Papa dispensare minimè potest, vti demonstratum est *tom. 1. disp. 1. libr. 2. cap. 2. nu. 2. ac deinceps*, ergò neq. per confirmationem etiam sub speciali forma, quę vim habet dispẽsationis, conualidare potest, quod nullum est, contra ius naturale directè, ac per se.

19 Hinc fit, vt licet clausula esset in rescripto, vel confirmatione *supplentes omnes defectus, &c.* non posse iuris naturalis supplere, vt notant *supracitati Doctores, quos sequitur Decius cap. 1. de confirmat. num. 48.* Ratio secundæ partis etiam è propriis fundamentis *tomo 1. lib. 2. disputat. 2. cap. 2. à num. 24.* deducenda est, quibus statuimus Summo Pontifici potestatem esse, indirectè dispensandi in iure naturali, Diuino, humanam supponente voluntatem; ergo quicumque defectus intercedens

ni

in electione, tametsi ad intrinsecam electionis naturã spectaret, poterit à Papa suppleri. Hinc magis *Immolæ* dictum declaratur, supplet enim consensum ipsum Eligentium, si velit Summus Pontifex sua confirmatione, præstatq. vt habeatur, non secus, ac si elicitus fuisset ab Electoribus, *l. Iulianus, ff. de condit. indebit. & cap. illa de elect. vbi Expositores*. Confirmatur à contrario per Innocentium cap. Bonæ de confir. quem citat, & sequitur *Abb. cap. 1. eodem n. 14.* nàm defectus consensus, ni pẽdeat actus à mera facultate Principis suppleri non potest, rectè verò si pendeat, vt consensus in contractu rei Ecclesiasticæ, quippè qui quantumcumq. sit nullus, quia Capitulum v.g. non consenserit, à Papa conualidari potest, fauet *cap. Proposuit de concess. præb. cap. Constitutus de rescript. cap. Venientes de iur. iuran. cap. cuncta per mundum, & cap. per Principalem 9. q. 3* Itaq. iuxta hanc nostram doctrinam *tomo sup.* satis probatam cuius admittere, vel non admittere securus potes, in quibus Papam posse dispensare, referunt *Glossa verbo dispensare, cap. proposuit de concess. præb. Abb. ibid. n. 9. Specul. tit. de leg. super rubricam de dispens. §. nunc breuiter in vlt. col. Angel. in leg. bene à Zenone, C. de quadr. præscrip. Felyn. in cap. Quæ in Ecclesiarum col. 8. vers. per hanc limitationem.*

CAPVT TERTIVM.

Quomodo probanda sit scientia Principis, ex qua confirmare secundum specialem formam dicitur.

SVMMA.

Non desideratur clausula in rescripto, vel alio simili ex certa scientia *ad scientiam Principis probandam, ex qua illud sit datum. num. 1.*

Ex coniecturis voluntas colligitur Testatoris. ibidem.

Casus in quibus Papa promouens censetur, vel nõ censetur virtualiter dispensare. n. 2.

Impedito dispensato scientiam probare incumbit impedimenti. n. 3.

Confirmatio ex certa scientia, dispensatio dicitur. num. 4.

Qui confirmationem impetrauit eam omnis vitij tenetur expertem probare. n. 5.

Esto alias, quando impugnatur rescriptum ob assertionem falsi, spectet ad Impetrantẽ hæc probatio, ob veri tamen silentium ad Impugnantẽ pertinet. n. 6.

Primus modus probandi scientiam in Principe ex tenore expresso rei confirmandæ. n. 7.

Secundus ex clausula, ex certa scientia, licet aliàs non necessaria. n. 8.

Quamuis ex certa scientia fiat aliquod rescriptum, vel confirmatio, si fuerit subreptitia, vt potest aliquando esse, nihil operatur. n. 19.

Clausula ex certa scientia ad præterita, non autẽ ad futura de nouo emergentia debet intelligi. num. 10.

Religiosus etiam confirmatus à Papa in aliqua administratione, à qua non posset ab Abbate amoueri, ob delictum postea factum potest. num. 11.

Idem erit, si quacumq. alia ratione conuincatur, exemptus non esset. ibid.

Tertius modus probandi scientiam Papæ Confirmantis si facta sit in literis mentio de Decretali Porrecta de confirm. *n. 12.*

Quartus cùm secundò Principis instet iussio. n. 13.

1 TOmo 1. *lib. 2. disp. 5. c. 6.* ad probationem scientiæ Principis, & Papæ, ex quà certa aliquid dispensat, non requiri clausulam *ex certa scientia in literis n. 7. & 20.* diximus: quibus ibi adductis accedunt *Glossa notabilis in cap. Pastoralis, §. præterea, verbo ex certa scientia de officio delegati, & clem. eod. verbo ex certa scientia de iudicijs. Tenetq. hoc idem, Immola in l. quidam consulebant col. 4. verbo item aduerte, ff. de re iudicata, & clem. 2. in fine de rescript. Franc. cons. 65. super præmissa, & alij, quos citat, sequiturq. Decius cap. Porrecta de confirm.* Addo præter *loco citato 1. tom.* exaratas rationes, aliam, quòd in hoc solum voluntas attenditur Principis, vt probè *Innocentius cùm Ecclesiasticæ de except.* Sed in tali voluntate declaranda est data forma; ergò sufficit quocumquè modo deducatur, *l. certum, ff. si certum petatur, l. consultissima, C. qui testam. fac. poss.* Sic in testatore ex coniecturis voluntas colligitur. *l. Imperator, vbi Bartolus deleg. 1. cùm auus de condit. & demonstr.* cum sit: neq. obstat *cap. 1. de confirm.* sicut rectè *Dec. ibi n. 15. ad finem.*

2 Cùm etiam *eodem loco 1. tom. num. 8. & 9.* docuerimus, quod Papa, quem nescit illegitimum v. g. vel aliquo alio impedimento affectum, secundum ius positiuum promouens, nõ censetur dispensare, ni ex tenore literarum aliud constaret, nec non *num. 10.* errorem Papæ, siuè falsò putantis, quempiam legitimum, siuè legitimatum iam existimantis, siue dispẽsatum tacitè obstare dispensationi, vt esset in casu nostro, si alicuius electionem illegitimi confirmaret, vel si non aduerteret, vel oblitus nullitatis formæ electionis, vel alterius annullantis formæ electionis, vel alterius annullantis defectus personæ, vti *nu. 11.* ibi tradidimus. Prætereà cum *ibidem num. 12.* dixerimus Papam scientem, quem in Episcopum promouet, vel confirmat, esse vel illegitimum, vel alio exclusum impedimento, nulla præmissa causæ cognitione, censeri quidèm dispensare iuxta ea, quæ sequenti conclusioni dicemus. Et quando inhabilitas, vel nullitas electionis expressa est

Digitized by Google

in litteris concessionis, vel confirmationis præsumi Principem dispensasse, vt n. 13. imò vnum esse ex modis probandi scientiam in Principe, vti mox dicemus, quę tamèn notitia defectus, vel impedimenti per se præsumenda non esset,
3 nec nō impedito, vel inualidè Electo, in dubio impetranti litteras confirmationis incumbere, scientiam probare impedimenti in Principe dispensante fuisse, vt n. 15. & præter ibi citatos Auctores docet *Innoc. apud Abbat. cap. Porrectam de confirmat. fauetq. cap. vt nostrum, vt Eccl. benefic. & l. siue, C. de probat.*

4 His nunc addo, confirmationem factam ex certa scientia, dispensationem profectò dici ex *Bald. in c. Cū super de causa posses. in principio superiori capit. n. 13.* relato: Nec non illum, qui dis-
5 pensationem impetrauit eam tenetur sanè probare, cuiuscumq. vitij expertem, vt notat *Oldr. cons. 256. Clemens Episcopus in dub. 2.* fauet *Calderin. cons. 10. tit. de probat.* Tametsi communis alioquin doctrina sit, rescriptum impugnatum ex falsi assertione, interesse illius, qui impetrauit, à vitio vendicare; at impugnatum ex veri taciturnitate vitiosum ostendere ad impugnā-
6 tem spectare. Sic *Io: Andreas in cap. 1. de vit. conteſt. in 3. quem sequuntur Abbas in col. final. de præsump. è cap Constitutus in princip. de rescript. Cardinal. cons. 69 col. final. Decius cap. Porrecta de confirm. & alij.* Demùm cum in foro interno, tùm externo satis quidèm sit quomodolibet scientiam innotescere Principis, Impeditū promouentis, quemadmodum *loco citato num. 16. & 21.* diximus, reliquum tantum hic est addere modos, quibus probari potest scientia in Principe dispensante, vel expressè, vel per promotionem ipsam, vel confirmationem:

7 Primum, itaq. illum affero, quem paulò ante dicebam, quando rei confirmandæ tenor exprimeretur, qui quidem certissimus est, nec indiget probatione, clarè patens.

8 Secundum addo clausulam *ex certa scientia*, quæ tametsi necessariò non requiratur; nihilò tamen minus, si in litteris apponatur probè scientiam Principis demonstrabit, vt notatur à *Glossa in clem. & si principalis, à Glossa finali Rescriptis, & à Glossa 3. in verbo literarum, cap. statutum de rescript. in sexto,* docent *Abb. cap. Examinata de rescript. Roman. in cons. 227. iustæ sunt rationes col. 3. Alexandr. cons. 39. viso statuto col. 3.* fauetq. *textus clement. 1. de probat.* cum ea tamèn limitatione, quam *tomo 1. libr. 2. disp. 5. cap. 6. num. 20.* expressi, vt intelligatur, de his, quæ sunt iuris, de quibus notitia præsumitur in Principe, non autèm, quæ præsumuntur ab eo ignorari, vt sunt locorum statuta, consuetudines, & facta.

9 Hinc *Abbatis in cap. 1. de confirm. nu. 10. & Decij ibid. à n. 51.* duas limitationes libet adnotare circa clausulam hanc *ex certa scientia* adhibitam in literis.

Primam nihil prorsus illam operari, quando confirmatio fuit subreptitia secundum ea, quæ infra dicturi sumus; licet enim aliquid factum fuerit à Principe ex certa scientia, subreptitia tamèn eius poterit esse dispositio quoad ea, quæ in facto consistunt, vel quod pendente appellatione, vel lite, vt infrà, quod huiusmodi confirmatio falsitatem non purgat narratorū, vt à *Rota notatur in 2. decis. in eo tit. in nouis, atq. à Baldo, alijsq. quos laudaui 1. tomo paulò ante citato.*

10 Secundam limitationem addo, vt dicta clausula ad præterita se extendens intelligatur, nō autèm ad futura de nouo nata, quia non potest ad ea patere, quæ in consideratione haud cecidere, vt probè *Abbas citatus post Glossam arg. cap. cùm inter de renunciat. è cap. suggestum de decim.* Itaq. qui à Papa confirmationem obtinuerit ex certa scientia pro beneficio, postquam facinus commiserit, ob quod iure confirmato meretur priuari, non obstante confirmatione, ex certa scientia Pontificis priuari, atq. ab Ordinario puniri profecto poterit.

11 Hinc licet Religiosus, quem Papa ex certa, confirmauit scientia in aliqua administratione, à qua ad nutum alioquin posset remoueri ab Abbate, vel ex facili causa; non posset absolutè ampliùs à suo loco deturbari propter præterita, neq. confirmatum ius ab Abbate tolli, cùm vi confirmationis Papæ tantum quoad hoc fiat subditus, eiusq. obedientiæ ligatus, vt probè *Innocentius cap. nisi de præb. ac reliqui DD. cap. cùm inter de elect. & clem. Quod regulares de supplenda negligentia* Prælat. Verum ex nouo delicto, iure etiam confirmato priuari poterit, sic ego. et *Abbas cap. Ad nostram de confirmat. & Feder. de Sen. cons. 255.* docet *Glossa 2. in cap. filiam 1. q. 1.* nam non est ab Ordinarij potestate per confirmationem illam exemptus *arg. cap Per tuas de maior. & obedient. Ant. de Butr. in cap. cùm inter il secondo col. 3. de electione, & in cap. super eo col. finali de offic. deleg. cùm si* 3 & quamuis DD. loqui videantur specialiter de ratione delicti: idem videtur si quacumque alia causa sufficienter impeditus censeretur, vel ex qua conueniatur non esse exemptus, vt probè notat *Decius cap. 1. de confirmation. num. 68. ex dicto cap. Per duas.* Verùm satis de hisce, nunc ad institutas rationes assignandas probandi scientiam in Principe reuertamur.

12 Tertius igitur modus est probandæ scientiæ Principis dispensantis, vel rem confirmantis, si in literis mentio fiat *de Decretali Porrecta, titul. de confirmat. argument. cap. 1. de excess. Prælatorum in sexto.* Probatur præterea, quia clausula, *non obstante*, & clausula ex *certa scientia*, vt superius est declaratum æquiparantur ex *Glossa magna in fine in l. ratas in fine, C. de rescindenda venditione, Bald. in l. idem Vlpianus, ff. de excusat. tutor. in cap. 1. §. natural. colum. 1. versic. sed ego quæro, si de feudis fuerit controuersia, Ioannes de Anania, consil. 81. viso instrumento col. finali, & alij apud Decium citatum n. 14.*

13 Quartus modus cùm secundò Principis instat iussio, quia secundum mandatum vim habet clausul *ex certa scientia.* Sic *Antonius cap. Porrecta in 1. colum. de confirmat. cap. Quę in Ecclesiarum penult. col. de constitut. Baldus in l. impetrata, C. sentent. rescind. non posse, & l. nec damnosa, C. de præter. imper. offens. Abbas cap.*

Por-

Digitized by Google

Porrecta, citato num. 5. Decius ibidem num. 15. Alexand. in l. 3. in principio, ff. quod quisque iur. & alij apud eundem Decium.

CAPVT QVARTVM.

An Confirmatio aliquo pacto subreptitia sit nulla.

SVMMA.

Nonnulla sunt rescripta gratiæ, nonnulla verò iustitiæ, & quænam hæc sint. n. 1.
Ex duabus, quæ hic exagitari possunt quæstionibus, quænam hic disputanda. n. 2. & 4.
Subreptitium, atq. obreptitium quoad irritationē rescriptorum sinonyma sunt. n. 3.
Confirmatio de re litigiosa, nō facta litis mōtione, vel quocumque alio modo subreptitia, est nulla. nu. 5.
Rescripta gratiæ ad beneficia subreptitia sunt ipso iure nulla. n. 6.
Litteræ gratiæ comparantur contractibus bonæ fidei, litteræ verò iustitiæ contractibus stricti iuris. n. 7.
In litteris gratiæ habendis sinceritas optatur singularis. n. 8.
Super litigiosam rem nouum priuilegium impetrari quis non potest. n. 9.
Perpenditur ex Baldo l. qui autem, ff. si quis. *num. 10.*
Possunt rescriptum, confirmatio, &c. ex certa scientia concessa subreptitia esse. n. 11.
Subreptio dolosæ petitionis vitiat totum rescriptum, esto causa non fuerit totius, ex simplicitate tamen habita, vitiat quatenus eius causa fuerit. n. 12. & 14.
Confirmatio in specie de vna re, de qua subreptitia est, nullius est roboris. n. 13.
Si ex dolo subreptitia sit confirmatio, quoad omnia est nulla. n. 14.
Sic etiam si fuerit sub vna forma, nec separati fuerint articuli. n. 15.
Quando in iisdem litteris gratiæ, & iustitiæ reperitur rescriptum, principali standum, & si hoc fuerit gratiæ, erunt ipso facto nullæ secus si iustitiæ. n. 16.
Quid sit res litigiosa secundum Glossam nimis ieiunè habetur. n. 17.
Quid sentiendum sit remissiuè. n. 18.
De certitudine requisita ad subreptionem annullantem rescriptum secundum sententiam Abbatis. n. 19.
Quid, & quotuplex sit euidentia facti. n. 20.
Quacumq. ratione notoria sit ex speciebus assignatis satis est ad nullitatem. n. 21.

HActenùs de natura confirmationis, ad illamq. prærequisitis, vbi multa de illius affectibus innotuere, nec non de causa concedente, qui in re nostra, Summus est Pontifex: de illiusq. potestate, tùm ad positiuos supplendos defectus, tùm aliquo pacto ad naturales; illud in præsentia reliquum est exponere, quando ex parte impetrantis confirmatio erit nulla.

1 Notandum est, nonnulla esse Rescripta gratiæ, nonnulla verò iustitiæ. Priora sunt ad beneficia, dispensationes, vel alias quascumque gratias comparandas. Posteriora verò, quæ ad lites forenses impetrantur, vt ad committendam Iudici causam in foro externo decernendam, vt notauit *Menoch. de arbit. lib. 2. casu 201. num. 1.*

2 Notandum secundo, duas esse posse controuersias, primam quid requiratur ad rationē subreptionis: Secundam nùm subreptitiæ literæ sint nullæ. Hanc secundam hic, alibi Deo dante primam disputabimus.

3 Notandum tertio, quamquam disceptatio fuerit olim inter DD. quid nomine subreptionis, quid autem obreptionis significaretur in iure, vt videre est apud *Innocentium cap. cùm dilecta num. 3. de rescriptis, Abbatem ibid. nu. 7. Immolam ibi etiam num. 10. alios q. quos citat, & sequitur Menoch. laudatus*; nihilo tamen minus certiùs omninò mihi est, nullum esse has inter voces discrimen, effeq. sinonymas quoad irritationem rescriptorum; itaq. siue suppressa veritate, siue exposita falsitate rescripta, vel subreptitia, vel obreptitia dici possunt, quemadmodum probè *Decius cap. super litteris nostri nu. 4. de rescript. Rebuffus tom. 2. const. reg. tit. de rescript in præfat. num. 125. Menoch. laudatus num. 10.* Inficias tamen non ibo, quidquid sit de nomine subreptio, atque obreptio, quando rescriptum ex falsi expositione tale dicitur, vel ex veri taciturnitate non nihil differre, vt *sup. cap. num. 5.* indicaui, atq. ex infra dicendis fiet clarius.

4 Quibus in hunc modum constitutis, illud explicandum supereſt ex tribus *2. cap. sub initio* mihi propositis. Nùm confirmatio aliquo pacto subreptitia vires habeat ad electionem confirmandam, quæ quidem quæstio *ex seq. cap.* (quod exponet qua ratione interpretari legem, vel Priuilegia Principis, vel de ea cognoscere posset inferior) maximè illustrabitur. Ex quibus dubium esse non potest, nùm subreptitia confirmatio nullam conualidet electionem, cùm vt infra ipsamet dicēda sit nulla, sed nùm valida electioni nulli conferat validitatem.

5 Assertio vnica; confirmatio facta de re litigiosa, non facta litis mentione, vel alio quouis modo certè subreptitia, est nulla: siue fuerit Papæ, siue Ordinarij. Quod dixerim, quia nullā agnosco differentiam inter hæc rescripta, cùm *Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 21. num. 4.* Conclusio est communis *Innocentij cap. si quis, & cap. Boua de confirmat. ibi Abbas in cap. si quis nu. 8. & cap. Bonæ per totum, Bald. cap. 1. 2. & 3. ac toto ferè titul. de confirm. vbi reliqui Canonistæ.* Habetur etiam expressis verbis *cap. Porrecta.*

in

in fine de confirmat. Per ea. Tamquàm tacita veritate subreptas denuncies non valere, & cap. ad nostram eod. in fine, ac notatur per Glossam in cap. Dudum il secondo, verbo expressa de electione, estq. regula communis in priuilegijs, & beneficijs, vt notat *Cald. conf. 1. de feud.* Probatur præterea vniuersim, posteà specialiùs probaturi de concesso rescripto sub forma speciali.

6 Nàm rescripta gratiæ ad beneficia, subreptitia sunt ipso quidem iure nulla *ex cap. finali de filijs præsb. in 6.* vbi *textus de dispensatione ad beneficia,* sic ait, *veluti per supreptionem obtenta, nullius penitus est momenti;* qui quidèm textus latè patere consensu DD. cõstat ad quascumq. litteras, gratiam continentes, vti est confirmatio ad beneficia, præsertim si super electionem cadat nullam. Ratio autem est, tùm quia huiusmodi rescripta gratiæ, & in re nostra confirmationis, loco tituli habentur, & per ea, *vt sequenti cap.* constabit, ius tribuitur perfectum, ideò hisce subreptitijs, titulus remanet nullus *clem. 1. ibi nullus momenti de præb. cap. ad aures, cap. constitutus, cap. ad audientiam, aliisq. textibus de*

7 *rescriptis, vb. DD.* Tùm quia litteræ gratiæ cõparantur contractibus bonæ fidei; litteræ verò iustitiæ contractibus stricti iuris; sicut igitur in contractibus bonæ fidei exuberantia desideratur candoris *ex l. bonam fidem, C. de action.*

8 *& obligat.* Sic in literis gratiæ sinceritas optatur singularis, quæ in votis omnium esse debet, cum de hu odi rebus spiritualibus agatur, vt prosequ ur *Glossa cap. final. post casus expositionen t. 2. & Menochius à num. 7. Baldus, l. præscrip. m. 11. C. si contra ius, Abbas cap. Quod supe e fide instrumentorum, & cap. Quia circ e. nsang. num. 5. Rebuffus pract. benefic. titul. different. inter rescript. grat. & iust. nu. 1. & alij apud Menochium lib. 2. cent. 3. casu 201. num. 2.*

Probatur insuper, quia non censetur Pontifex id confirmasse, cuius nesciebat statum, in tertij præsertim præiudicium, non enim humanus potest confirmationis esse actus, neque voluntarius ni à principio intrinseco singula cognoscente, ut uoluntarium definitur ab *Aristotele 3. etb. c. 1.*

9 Quamobrem super aliquod litigiosum nouum impetrare Priuilegium non potest quisquam, vt à *glossa* notatur *cap. causam quæ de testament. & cap. 1. & vltim. Vt lite pendent.* Verùm non ad rem, me quidèm Iudice, vt legenti patebit. Probatur tamen ab eadem probè per *cap. Bonæ memoriæ de confirmat. adiuncta Glossa,* nàm litteræ confirmationis de sententia, à qua erat appellatum, vires quidem non habẽt, si appellatus malitiosè, vt probè *Panormitanus ibi in princip.* præueniat appellantem. Quæ quidèm literæ suspensæ pendere debent, donec de

10 appellatione cognoscatur. *Neq. obstat, l. qui autem, ff. si quis, quę sanè loquitur, Baldo interprete in cap. 1. de confirmat. num. 1.* quando Princeps concessit solemnitèr, atq. ex certa scientia etiam litigij, confirmationem. Deindè priuilegium fori concessit ibi, non autem rei litigiosæ. Hactenus dixi de confirmatione sub forma potiùs communi concessa, reliquum illud est, vt etiam in forma speciali dicamus idem, dummodo subreptitia sit confirmatio ob appellationẽ aut litem, aut aliter, ità *cap. 1. de confirmat. vbi Expositores*; potest enim, vel confirmatio, vel

11 dispositio ex certa concedi scientia; at esse subreptitia quoad ea, quæ in facto consistunt, aut quia pendente appellatione, aut lite, illa habita sit, si quidèm confirmatio illa falsitatem non purgat narratorum, *vt superiori capitulo*

12 *num. 9.* indicauimus. Patet demum hæc assertio absolutè *ex cap. super literis de rescript.* ex quo constat dolosam subreptionem petitionis totum vitiare rescriptum, esto causa non fuisset totius, vt probè *Panormitans ibi num. 2.* Ex simplicitate verò, vel ignorantia subreptionẽ eatenus illud vitiare, quatenus causa fuit concessionis iuxta *cap. super literis de rescript. modo citatum.* Quod si locum habet in literis contentiosis, etiam & in gratiosis, vt probè *Abbas cap. certum de rescript.* sed *Decium cap. 1. de confirmat.* consueto suo acumine reuocare hanc assertionem in dubium.

13 Verum in primis quæstio à nullo quidem mouetur; neq. ab ipso Decio subtilissimo homine, siue confirmationem, siue priuilegium, siue quodcumq. simile, cuius impetratio facta est in specie in vna re, in qua est subreptitium, esse profecto nullum; vt in Textibus à nobis citatis aperte constat. Deindè compertum habeo, quando etiam si quis impetraret confirmationem, vel literas simpliciter, pluresq. ca-

14 sus respicientes, si ex dolo feciſſet, totum vacillare rescriptum, & corruere; quod consensu DD. firmatum, neq. ab ipsomet Decio negatur, nàm in *cap. super literis de rescript. num. 3. & 7.* subreptionem dolosam indistinctè docet vitiare rescriptum; ità vt quamuis qui impetrauit, esset Sanctus (vt ipse loquitur) per subreptionem tamèn illud inficeret ex *Baldo per textũ c. 1 ad finem, vt lite pend.*

15 Demùm tametsi daremus *Decio ex cap. 1. de confirmat.* subreptitiæ nullitatem confirmationis non deduci, contra *Panormitanum* certè hoc ex alijs à nobis allegatis Textibus colligitur, atq. ex communi sententia, vel quando sunt sub vna forma, capita, seù articuli, nec sunt separata, quòd eamdem causam, eumdemque respiciut finem, vel si ex dolo habita, ut modo dicebam. Deniq. DD. consensu non præiudicare liti motæ, neq. aliquid ei detrimentum afferre, posseq. Iudicem inferiorem in causa inchoata ex ui illius procedere, ut est uidere apud *Cardinalem conſ. 65. pro distinctione col. finali,* fateturq. *Decius cap. 1. de confirmat num. 4.* si per ignorantiam tale priuilegium fuisset extortum, & quamuis fuisset concessum motu proprio; quemadmodum ex multis idem *Decius notat num. 11.* & poterit legi apud *Hostiensem cap. causam quæ de testim. il secondo.* Neque quod ad maiorem huius dilucidationem assertionis facere possit addendum mihi est, quàm quid sit res litigiosa, quaue certitudine de illa constare debeat, aperire.

16 Quid autèm dicendum sit, quando in eisdẽ literis rescriptum iustitiæ, & gratiæ reperiatur, tradit *Sanchez de matrimonio lib. 8. disputat. 21. nu. 6.*

Digitized by Google

num. 6. vt ſit nullæ, ſi ſubreptio verſetur in reſcripto gratiæ, tanquam circa principale, ſecùs autem ſi verſetur circa reſcriptum iuſtitiæ, tãquam circa principale.

17 Quæres: quænam ſit res litigioſa? Reſpondet *Gloſſa cap. 1. de confirm. & gloſſa cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ il ſecondo, vt lite conteſt. verbo litigioſi.* Rem litigioſam eam dici, de cuius dominio cauſa mouetur inter petitorem, & poſſeſſorem, iudiciaria contentione ex *l. litigioſa res, C. de lite auth.* ex quo patet, controuerſiam ſupra poſſeſſionem ortam, rem ſanè litigioſam facere. Verùm enim verò, cum ſatis ieiunè quæſtio hæc à *gloſſa* dirimatur, quæ nec

18 mei propria eſt inſtituti, meum idcirco Lectorem ab Abbatem remitto, quàm pluribus diſputantem *in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ il primo, vt lite conteſt. num. 7. & cap. ſi quis de confirm. num. 5.* vbi de quæſtione mota, an rem faciat litigioſam; & præterea nùm per ſolam citationem, & quomodo actio, & res pendere dicantur, de quibus videri etiam poteſt *clem. 2. vt lite pend.*

19 Requiritur demùm ad nullitatem cõfirmationis ſubreptitiæ, vt certa ſit ſubreptio. De gradu autèm huius certitudinis minimè conſtat apud DD. quos hæc quęſtio in varias diuiſit opiniones; qua quidèm magna ex parte pendet ex ea, nùm Inferior valeat interpretari legem, priuilegium, vel quidpiã ſimile Superioris: in qua Theologorum ét deſudarũt ingenia, & noſtrũ imbecille intendemus *cap. ſeq. Abb. igitur è principibus Canoniſtis cap. ſi quis de cõfirmat.* ad ſubreptionem cõfirmationis, vel priuilegij illam notoriam rationem ex *Innocentio in cap. ſequens de confirm.* deſiderat, quæ conſtat, vel ex tenore literarum, vel ex confeſſione partis. Cæterùm *ex cap. ſi quis ab Abbate ſuſpenſo* id non colligitur, vt legenti patebit. Deindè videre nequeo, cur ad duo illa capita, hæc etiam ſi requireretur notorij ratio redu-

20 cenda ſit. Cùm enim notorium facti, de quo hic abſq. dubio agitur, ſit quod clara, & famoloquutione, ex euidentia rei reſultante, notum eſt, nullaue tergiuerſatione celari poſſit, vt nos expendimus *tomo 1. libr. 2. diſp. 5. cap. 3. num. 4.* quodq. ipſomet *Panormitano Auctore cap. veſtra de cohabit. cleric. & mul.* triplex ſit, vel facti permanentis, vt in platea eſſe turrim, quaſi res omnibus nota eam videre volentibus. Secundum facti tranſeuntis, neque redeuntis, vt occiſio alicuius in conſpectu populi, vel vox præconis. Tertium facti interpellati, vt mutuãtis pecunias ſub vſuris; ſemper quidèm parati, quippè qui cum non ſemper fœnereretur, ſemper habitudine ad id paratus eſt. Cùm præterea electio nulla, vel confirmatio, de qua nos diſputamus, ad ſecundum notorij genus reduci poſſit, ſi ſcrutinium, ſuffragiaq. non ſint exarata, vel ſi fuerint, electioque completa ſit, reuocari facilè poſſit ad primum genus: quemadmodũ literæ extantes confirmationis ſubreptitiæ, ad quod ex *Abbatis* ſententia, & merito, quidem ſpectat edictum, quòd actum habeat permanentem, non eſt profecto, cur ad ſolam partis confeſſionem, ipſarumq. literarum tenorem notorietatem ſubreptionis ipſius electionis,

21 vel cõfirmationis redigere cogamur; ſed quomodolibet innoteſcere certò poterit de ſubreptione, iuxta notorij definitionem, ac diuiſionẽ, ſatis eſſe dicendum ad vires infringendas confirmationis rei aliter litigioſæ. Quamobrem etiamſi literæ ſubreptitiæ non extarent, ſi de illis certo per probationes conſtaret, adhuc notoria dici poſſet earum ſubreptio. Verùm enimuerò cùm *per cap. de confirmationib. tit. de confirm.* compertum ſit Apoſtolicarum ſubreptionem literarum certam eſſe debere, vt de illa iudicare poſſet inferior iudex per ea; *Aut certum ſit, quod ſint per falſa ſuggeſtionem elicitæ* controuerſia in eo verti cardine videtur, aſſignationis nimirùm huius gradus certitudinis, quæ quidèm, vt paulò antè dicebam, minimè declarata alia quæſtione, nùm poſſit inferior leges interpretari ſuperioris, prò dignitate decidi non poſſit. Idcirco ſit.

CAPVT QVINTVM.

Num inferior legem poſſit interpretari Superioris.

SVMMA.

Quæſtionis difficultas. n. 1.

D. Thomas diſpenſationem, atque interpretationem pro eodem ſumpſiſſe multis videtur. num. 2.

Non eadem eſt ratio diſpenſationis, atq. interpretationis. n. 3.

Diſpenſatio caſum ſupponit, in quo vrgeat legis obligatio, ſecus verò interpretatio. n. 4.

Quid propriè ſit interpretatio. n. 5.

Quotuplex interpretatio ſit. n. 6.

Defectus legis quotuplex ſit. n. 7.

Quotuplex dubium eſſe poſſit circa obſeruantiam legis. n. 7.

Interpretatio cur, & quando neceſſaria ſit. num. 9.

Interpretatio authentica, & neceſſaria ſolum ad legiſlatorem, eiuſq. legitimum ſpectat ſucceſſorem. n. 10.

Interpretatio in caſu particulari Summi Pontificis, quidquid de aliis ſit Principibus, vim habet legis vniuerſalis. n. 11.

Epiſtolæ Decretales in corpus iuris à Gregorio IX. redactæ, legis vim habent vniuerſalis. num. 12.

Qui tollere actum non valet, in recto ſenſu, nec valet ea vti interpretatione, qua deuenitur ad legitimam eius correctionem. n. 13.

Quid ſentiendum ſit de reſponſis, atq. interpretationibus ſingularibus cæterorum Principum. n. 14. remiſſiuè.

Epiſkiæ etiam per ſubditos locus eſt contra verba legis in caſu euidenti, in quo lex illa locum

Digitized by Google

cum non habeat. num. 15.

Ex æquitate depositum non est restituendum, imminente periculo homicidij, & portæ Ciuitatis obsessæ aperienda sunt, morte alijs instante ciuium foris stantium, quibus orbata Ciuitas, neq. defendi posset. n. 16.

Epiykia non ob proprium legis, vel legislatoris defectum intercedit, intentionem tamen saltē seruat ipsius legislatoris. n. 17.

Licet Epiykia etiam subdito, & ob priuatum bonum. n. 18.

In dubio proprio, num sit lata lex nec ne, quod facta morali diligentia, reyci non potest, minimè tenetur subditus stare illi legi; idemq. indicant nonnulli, tametsi lex sit certa, dubium tamen sit num hic, & nunc comprehendat hunc casum. n. 19. & 20.

Non tenetur quis voto, quod proprie dubitat, an emiserit n. 20.

Certa existente lege, vel priuilegio, si dubium sit negatiuum de potestate, vel voluntate legislatoris, num voluerit, vel hic, vel nunc vellet, adeundus est ipse Legislator, vel Princeps, aut vrgente necessitate Epiykiæ erit vsus. num. 21. & 24.

Ex necessitate, cùm non posset hic, & nunc aliam diligentiam facere quispiam, tametsi opinionem improbabilē sequeretur à peccato excusatur, atq. in materia iustitiæ pro viribus tenetur consulere damno alterius per se loquendo, at cum lata culpa non se infecerit, non tenetur ipse restituere. n. 22.

Quousq. dubium practicum deponat quis, tenetur quod tutiùs est sequi, alioquin eadem specie, & grauitate peccato inquinabitur, ac illud, de quo est dubium. n. 23.

Regula nu. 21. relata vera etiam est de dubio negatiuo, siue de actu reflexo ad illud terminato, etiam existente tenui consensu de licita rei ratione. n. 24.

Quando est dubium negatiuum de re præcepta, num sit licita, nec ne, standum est legi. num. 25.

Si subditus dubio non vrgetur proprio, ac negatiuo, sed positiua potiùs formidine in opinione probabili imbibita de potestate non se extendente ad hunc casum, poterit legem simpliciter quis interpretari, vnamq. ex probabilibus sequi opinionem. n. 26.

Interpretatio simplex legis non est magis propria Superioris, quàm subditi Docti, ac sapientis. num. 27.

Modi omnes quibus non licet Inferiori interpretatione vti, è quibus solui possunt textus contrarij. n. 28.

Si verba legis fuerint omninò clara, Iudex inferior non potest ea interpretari. n. 29.

Duplex dubium circà verba, vel circa significationem eorum absolutè sumptorum, vel ex ipsa intentione Legislatoris, vel Auctoris, exemplis declaratur. n. 30.

Dubio positiuo existente circa significationem, de qua varietas sit opinionum, quisque Doctus legem illam, præceptum &c. simpliciter interpretari poterit: si verò dubium esset negatiuum seruanda est regula quarta, num. 21. tradita. num. 31.

Dubio negatiuo intercedente nato ex ipsa intentione Legislatoris, & c. omninò lex est seruanda, & standum præcepto, vel alij scripto Principis, vel ipse adeundus est Princeps. Positiuo verò dubio probabiliori intercedente, Inferiori licet varia vti interpretatione simplici, non autem proprie Epiykia. n. 32.

1 QVam præ manibus habemus, quæstio Canonistarum, ità malè torquet ingenia, vt quid de ea senserint vix constare possit, neq. alium, quàm meum Lectorem opto Iudicem, eos si adire velit, præsertim in *cap. Cùm venissent de iudic.* & quidem ibi *Baldum, Abbatem, Immolam, & Decium.*, alioquè inueniet adeò sibi, vel non cohærentes, modoq. aientes, modoq. illud idem negantes, vt ad stuporem, quod quid sentiant deducere nō potent. Ad veritatis autèm dilucidationem, & eorum, quæ tradidimus *libr. 2. disputation. 1. capit. 1. n. 15.*

2 Notandum est primò, præter ibi dicta, & quæ scripsimus ibidem *cap. 3. num. 21. ac deinceps, D. Thomam. 1. 2. quæst. 97. art. 4.* pro eodem sumpsisse, licet subobscurè, dispensationem, atq. interpretationem, cùm in personis, vel casibus, in quibus lex deficit, qui potestatem habet tam condendi contrà eamdem operandi facultatem fecisset. Fauere videtur huic opinioni *cap Quinta vallis de iur. iurand. Auctore Speculatore titul. de dispensat. §. Dispensatio paulò post initium.* At cùm bifariam enenire quidem possit legem deficere in personis, vel casibus, aut certè, atq. euidenter, aut non ità manifestè. In manifestè deficientem legem Epiykia, seù æquitas adhibetur, vt potest, à quocumq. particulari, ac priuato: verùm quando non ità censetur deficere lex cum esset periculosum absq. dubio, Inferioris iudicio committere hoc examen, solius erit superioris, cuius est condere legem, literas expedire, vel priuilegium, eadem interpretari, hoc est in illis dispensare, quo pacto idemmet *S. Thomas loquitur 2. 2. quæst. 88. art. 10.* quem sequutus est, *D. Antoninus 1. part. titul. 17. cap. vnico, §. 20.* agēs de legis dispensatione, idemq. sentire videtur *Bonauentura in 4. dist. 38. art. 2. quæst. 3. de dispens. Voti Couarr. cap. Quamuis pactum 1. part. §. 3 1. num. 4. Caietanus summa verbo Votum, & 2. 2. quæst. 38. art. 12.* Quòd etiam videtur asserere *de dispens. leg. hum. 1. 2. quæst. 77. art. 4.* Cęterùm mea quidèm sententia, quidquid laudati DD. senserint; cùm exploratum non sit, Angelicum relatam docuisse opinionem; quę ex primo loco vix deduci, atq. ex secundo ægrè potest, reijcienda quidem est, & quia ad dispensationem iurisdictio requiritur; probè enim *D. ipse Thombs 1. 2. quæst. 97. art. 4. in corpore*, ait, *& ideo, qui habet regere multitudinem, habet dispensandi potestatem in lege humana, quæ suæ auctoritati imitur, vt scilicet in casibus, vel personis, in quibus lex deficit, licentiam tribuat, vt præceptum legis non seruetur*, quod maximoperè differt à declaratione, q̄ licet sit Superioris,

Digitized by Google

ris, declarat solummodò deficere tunc obligationem legis.

4 Quamobrem dispensatio, casum, in quo viget obligatio, supponit; à qua aliquem eximit, secùs interpretatio. Et quia sequeretur postquam Papa cùm aliquo dispensasset in voto; v.g. castitatis; ob continuos carnis stimulos ob eosdem posse ab alijs in similibus casibus dispensari: quod vnusquisq. intelligere, ac sibi persuadere facilè posset; in simili casu, illo modo explicandam, declarandamq. esse legem, quod est absurdum; vt enim mox dicemus, declaratio, atque interpretatio aliquo pacto potest à quocumq. Auctore haberi simpliciter. Et ità sentiunt *Durand. in 1. dist. 48. q. 4. num. 6. Sotus in 1. lib. de iust. art. 3. & 7. lib. quæst. 4. art. 1. Vasq. 1. 2. disp. 88. cap. 2. nu. 11. Sanchez libr. 7. de matr. disput. 1. sub initio, Recentiores alij*; nosq. plura discrimina interpretationis, ac dispensationis tradidimus *tomo 1. lib. 2. disp. 1. c. 1. n. 14.*

5 Notandum secundò, his omissis, interpretationem genericè sumptam esse verbi, vel sententiæ obscuræ per aliam declarationē, Auctore *Carbone lib. 11. de legib. disp. 1.*

6 Huius autèm duplex esse genus, alterum necessariæ, alterum non necessariæ, siuè authenticæ, & non authenticæ. Necessaria, & authentica subdiuiditur in generalem, & particularem; Non necessaria verò in simplicem sine correctione legis, & in Epijkiam, æquitatē, correctionemq. legis ex æquitate.

7 Notandum tertiò, vel defectus legis, aut eius non obligatio est clara, vel obscura, vel dubia; Item si dubia, vel dubium, quod inuoluit, est purè negatiuum, ac proprium reddens ancipitem animam hæsitantis; vel positiuum, atque improprium imbibitum in opinione probabili cum formidine partis contrariæ.

8 Notandum quartò, vtrumque dubium versari, vel circa ipsam legem, vel circa potestatem legis, & Legislatoris, vel circa voluntatem eiusdem. Num cum potuisset hoc præcipere, voluerit præcepisse? iterùm si voluit, nùm hic, & nunc sub his circumstantijs mutaret sententiam, nec nè? Deindè vel potuit esse de significatione verborum vniuersim sumptorum, vel de illorum extensione? nùm clara cum sint, hunc comprehendant casum hic, & nunc, id est voluerit Legislator comprehendere?

9 Postremò notandum est, quod interpretatio priuilegij, legis, vel statuti, omninò necessaria est, & quodammodo de iure naturali, & ideò à statuto tolli non potest, vt notat *Baldus in l. 2. §. his legibus de ori. iur.* vnde statutum remouens interpretationem de extrinseca interpretatione intelligitur, & nō de intrinseca, vt notat *Baldus in l. 3. circa finem, C. de libret.* Et tale Statutum, quod tollit interpretationem parùm operatur, vt scribunt *Bartol. in l. omnes populi colum. penul. in versicul. vltim. quæritur de iustit. & iur. Cardin. in consil. 72. in primo, versicul. colum. 7. Aret. in consil. 109. Coegistis me, Alexand. in consil. 50. visis colum. penult. lib. 1. & in cons. 80. col. 4. eodem lib. 1. & D. Io. Baptista in repert. dist. 50. omnes populi in fin.*

10 His adnotatis, prima sit regula generalis, authentica interpretatio ad ipsum solum spectat Legislatorem, legitimumque successorem. Est communis omnium Canonistarum, vt habetur expressè *cap. Cùm venissent de iud.* habet enim vim legis hæc interpretatio, *eiusdemque est legem authenticè interpretari, cuius est condere ex l. 9. & sequent. C. de legat. l. ita fideiff. de iur. fisc. l. facio in princip. de vulgatis, & cap. Inter alia de sentent. excommun.* ibi, *vt vnde ius prodijt etiam interpretatio procedat, ibique Abbas num. 2.* de interpretatione generali probè quidèm explicat fidem faciente quoad omnes, vel de interpretatione valdè dubia, quæ ad solum attinet Principem, vt infra dicemus, *& in cap. Cùm venisset supra citatum de iudic.* hoc esse verum, ait, etiamsi casus fuerit clarus ex *Innocentio ibi.* Quamobrem in *l. 1. ff. de constit. Princip.* inter modos ferendi leges, meritò hic numeratur, quo Princeps cognoscens, decreuit, dando nimirùm definitiuam sententiam, vt notat *Glossa*, atquè *in l. vlt. C. de leg. si Imperator partibus sententiam dixerit, omnes omninò Iudices sciant hanc esse legem non solum illi causæ, sed & omnibus similibus.* Idem docet *S. Thomas 1. 2. quæst. 96. art. 6. in corp. §. sed tamen.*

At cùm hæc omnibus censeam explorata, nùm interpretatio in casu singulari Princi-
11 pum, seù eorum responsa, hanc habeant? vim controuersia quidèm est, quæ tamèn hic cessat, dum de Pont. Max. agitur, cuius Epistolas, responsaquè, dubium nulli est, vim obtinere legis vniuersalis *ex cap. in causis de sentent. & re iud.* ibi. *In causis, quæ Summi Pontificis iudicio deciduntur, & ordo iuris, & ordo æquitatis est subtilitèr obseruandus, cùm in similibus casibus cæteri teneantur similitèr iudicare, adiuncta Glossa verbo in similibus.*

12 Hinc *Epistolæ Decretales*, quæ in corpus iuris nobis sunt à *Gregorio IX.* redactæ, vim vniuersalis habent legis; quod de non insertis verum etiam esse deducitur *ex Canone si Romanorum dist. 19.* & prosequitur DD. consensu *Dominicus cons. 46. & Vasq. 1. 2. disp. 157. cap. §. nu. 37. & 38.*

13 Confirmatur tùm regula, tùm Pontificia interpretatio vim vniuersalis legis habent, nàm qui actum tollere non potest, nec poterit ea interpretari ratione, per quam ad correctionem illiùs authenticè deueniatur, vt notat *Oldrad. consil. 230. Vrbanus Episcopus circa finem*; cùm interpretatio pro correctione accepta non solum pro Epijkia, quæ inferiori competit, vt sæpè dictum est, sed non nunquam authenticè sumatur, vt notat *Baldus in l. Gallus, §. quod si is, ff. de liber. & posthum. l. 1. vbi Glossa in verbo interpretationem de orig. iur. & in l. 1. §. qui operas in verbo inscriptionem ad Tertull.* vbi *Bartolus, & Glossa in cap. super quæst. in princip. de offic. delegat.* Hinc sequitur standum semper esse huic Pontificiæ declarationi vim legis habenti vniuersalis, vt indicauimus, notatquè *Angelus consil. 173. Non est dubium colum. 2. Paul. de Cast. in l. hæred. paldm, §. si quid post colum. 2. de testim.* vbi inquit Papam sæpè

Digitized by Google

multas habere declarationes circa gratias factas per eum.

14 Quid autèm de cæteris Principibus sentiendum, nostra non interest, de quibus idem *Vasquez* probè scribit *d num.* 38. Et hæc sanè regula mihi sternit iter ad iudicium ferendum de interpretatione cuiuscumq. inferioris siue iudicis, siue non.

15 Secunda ergo regula; Epijkia etiam per subditum locum habet contra verba legis, vel cuiuscumquè alterius dispositionis vim legis habentis in casu euidenti, & manifesto, in quo constat illi legi locum non esse, sic expressè *Caietan. 1. 2. quæst. 96. art. 6. & 2. 2. quæst. 120. art. 1. Sot. 1. de iust. quæst. 6. art. 8. Valent. quæst. 1. de legibus part. 9. Vasquez disputat. 178. cap. 3. num. 13. Becan. part. 2. tractat. 3 cap. 6. conclus. 3. num. 50. omniumquè est Auctorum asserentium sup.* Iudices inferiores posse iudicare de confirmatione Pontificia; cuius esset certa subreptio, vt mox etiam repetemus. Deducitur præterea ex *S. Thoma 2. 2. quæst. 120. art. 1.* vbi æquitatem asserit esse non reddere depositum petenti, quando periculum imminet homicidij; quippè qui casus, eò magis euidens, certusq. est, quo certius constat nullum obligari lege de reddendo depositio cum tali periculo. Deinde alio eiusdem Angelici comprobatur exemplo legis prohibentis aperire portas Ciuitatis in obsidione, quæ ni Ciuibus ante portas foris existentibus, hic & tunc aperiantur, & interficientur ab hoste, & Ciuitas eorum nudata præsidio se defendere non poterit, vt probè prosequitur 1. 2. *quæst. 6. art. 6.* Probatur insuper ex definitione Epijkiæ tradita loco citato 1. *tom.*

17 *lib. 2. disputat. 1.* Ex quo constat Epijkiam intercedere non ex defectu legis, aut Legislatoris, quę ad vniuersalia spectare debent, sed ex natura rerum mutabilium, casuumquè particularium, quibus nec potuit Legislator humanus, nec debuit prouidere: occurrente igitur casu aliquo, in quo certum, euidensquè est cessare legis obligationem, vt in exemplis allatis, peccat penè materialitèr, deficitquè vniuersalis lex, seù ius, ac iustum; si ad illum non latè pateat; igitur iudicium à quo corrigatur, erit Epijkiæ, atque æquitatis, quia si non seruantur verba legis, certè seruatur intentio Legislatoris, vt probè *D. Th. vlt. loc. citat. & Caietan. ibidem, & alij.*

18 Dixi *etiam subditis*, de quibus posset nonnulla controuersia esse, nam Principibus ipsis licere nullum dubium est, vt notauit *Aristotel 5. Eth. cap. 10.* Nec modo hæc regula intelligenda est de lege contra bonum commune euidenter claudicante, vt exemplo Ciuitatis obsessæ declaratum est, sed contra bonum priuatum; qui enim obseruationem legis manifesto putaret, fore sibi lethalem, vel valdè pernicioſam, minimè teneretur, ei per se stare; vt si constaret Hostes insidias tibi parauisse, non teneris die festo adesse Sacro; nequè tenereris ieiunare, si nullo alio cibo suppetente, nè perires famè, carnes comederes, vt probè *Sot. conclus. 3. solut. dubij. §. 3. cum habueris.*

19 Sin autèm de casibus non euidentibus sermo habeatur, sit tertia regula. In dubio proprio nùm lata sit lex, nec ne, quod quidèm facta morali diligentia, reijci non potest, subditus non tenetur illi stare; sic sentio contrà *Vasquez 1. 2. disputat. 69. cap. 3. & disput. 66. cap. 1. cum Soar. 5. tom. in 3. part. disput. 40. sect. 5. num. 13. Sanchez lib. 1. sum. cap. 10. num. 32. Henriquez lib. 4. de Euchariſt. cap. 45. num. 3. litera P. Emanuel Sà sum. verbo dubium numer. 2.* Ratio autem est, quia hoc existente dubio de quacumq. lege naturali diuina, vel humana possessio est pro libertate voluntatis, qua certa existente, ac dubia lege eius profectò præponderat, meliorq. est conditio. Præterea nemo censetur lege obligatus, quæ sufficienter non sit proposita: At cùm post sufficientem diligentiam dubius quidpiam remanet, nùm extet lex, vel præceptum, vel quodcumq. aliud simile, hæc satis proposita non sunt; igitur non obligabunt subditum, qui tametsi speculatiuè hæsitet, an sit lex, nec nè, practicè profectò certus erit se illa non teneri.

20 Quam sanè doctrinam ad excommunicationem, de qua dubium fuit neq. diligentia euacuatum, extendit *Sanchez disput. 40. nu. 46.* Nec non de voto, de quo dubitatur, non obligante defendunt Gloſſa cap. ex parte proximè ante verbum ex parte de censibus *Sot. lib. 6. de iust. quæst. 3. num. 2. docum. 2. Suarez tom. 3. in 3. part. disput. 40. sect. 5. num. 15. & lib. 4. de voto cap. 5. Sanchez citat. num. 36. & lib. 1. de matrim. apud quem Henriq. Rebell. & Grafis, nec non Reginaldus lib. 18. num. 276* Hanc etiam extendit regulam *Sanchez lib. 1. sum. cap. 10. num. 33.* Quoties de lege constet, dubium autèm sit, nùm hanc rem comprehendat; ad eam videlicet non obligare, quod idem sit hoc dubium, ac dubitare nùm sit lata, nec nè, de illa re.

21 Quarta regula: quando certa est lex, *vel* quidpiam simile, proprium tamen *virget dubium* negatiuum, vel de potestate Principis, vel de eius voluntate, nùm voluerit, vel an hic, & nunc vellet, tenetur subditus Superiorem adire, vel stare verbis illius legis, vel imminente periculo obseruantiæ illius legis, vel ex aditu ad Superiorem, per necessitatem Epijkia potest vti. Et quidèm quoad vltimam partem est *D. Thm.* hæc assertio dicentis, quod necessitas non subditur legi: asseritur etiam à *Caietan. loco citat.* & à plerisquè com-

22 muniter. Huius autèm loci est optima *Valentiæ* doctrina 1. 2. *quæstion. 14. punct. 4. quæstion. 4. Sanchez summ. libr. 1. cap. 10. numer. 5.* excusantium à peccato illum, qui cum ex necessitate intellectum tenetur ad alterutram partem determinare ex ignorantia, vel inuincibili inaduertentia opinionem amplectitur improbabilem, ob difficultatem expendendarum in vtramquè partem rationum, esto teneatur, per otium vbi licebit, postea illas expendere; nec tenebitur in materia iustitiæ restituere, ni ex lata culpa peccauerit, vt deducitur ex consensu DD. apud *Rebellum 7. par. lib. 2. quæst 14. sect. 8. num. 65.* Verùm redeo ad propositam regulam, quam probant

Va-

Digitized by Google

Valentia cit. §. sì autèm, & Becanus laudatus nu. 6. quod ad hoc teneatur subditus, vt euitet peccatum contra conscientiam dubiam, nàm huiusmodi intercedente dubio de Legislatoris mente, tutiùs tunc est, eam sequi partem, cui fauent verba legis. Cæterum prima rationis allatæ pars arridet, cum omnibus exploratum sit, exigi ad licitam operationem, ne sit intellectus practicè dubius, sed vt determinatè iu-
23 dicet hic, & nunc licere. Quamobrem dùm hoc dubium rationabiliter non deponitur, necessario id tenendum erit, quod tutius est siue iuris, siuè facti, vt probè *Sanchez lib. 1. sum. cap. 10. num. 2.* aliàs peccabit, si practicè dubitans operetur, peccato eiusdem grauitatis, & speciei, ac peccatum ipsum, de quo dubitatur, ob periculum, vt idemmet *Sanchez cap. 8. nu. 4. & cap. 10 num. 6.* Confirmatur, quia quando homo non præstat, quod in se est, ad deponendum dubium, quidquid imminet periculi tali operationi, necesse est sibi imputari, quoniam ignorantia ibi intercedens, culpabilis est; igitur existente dubio, vti dictum est, de mente Legislatoris, cum possumus eum adire, profectò tenemur. Quoad secundam verò partem probationis allatæ à *Valentia, & Becano* adnotare habeo, eò potiori nomine subditum potentem adire suum Superiorem, ad eum adeùdum teneri, quò non potest variare iudicium illud practicum; ac dubium, cum quo operari nefas est, quod etiamsi periculum adeundi Superiorem eum excusaret, adhuc teneretur stare legi, ex cuius parte stat possessio, de qua lege, eiusq. verbis sanè constat; esto dubium vertetur de eius obligatione; sæpè enim probaui, meliorem in dubio conditionem esse possidétis in quacumq. materia; Eamdemq esse rationem, si certa lex esset, dubia verò abrogatio, quæ quidèm obligaret, vt sentiunt *Dec. cons. 28 nu. 28. vol. 1. cap. super eo il secondo de appellat. Surd. cons. 334. num. 15. & 16. nec non alij*. Et
24 in hoc sensu Auctoribus subscribo dicentibus Iudicem inferiorem non posse cognoscere, neq. iudicare de potestate Papæ priuilegium concedentis, sic *Ant. apud Abb. cap. cum venisset de iudicijs num. 3. Innoc. cap. ex parte il primo de verb. signif. & fauet cap. ipsi sunt 9. q. 3.* Neq. reliqui quicquàm est mihi ad hoc confirmandum, si admonuerim, me quidèm loquutum non solum esse de dubio merè negatiuo, & veluti directè tendente, quo anceps est intellectus, neq. in alterutram partem deflectens, verùm etiám da actu reflexo, quo se ipsum pendulum cespitantem, ac dubium esse cognoscit, inter quos duos actus, siuè alterum negatiuũ, & alterum iudicij reflexi, nonnulla licet sint discrimina, quoad hoc tamèn minimè distinguũtur, vt probè monent *Vasquez 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 65. c. 1. n. 4. Suarez 3 tom. in 3. par. disput. 40. sect. 5. n. 2. Sanchez lib. 1 sum. c. 10. n. 3.* Ir super veram etiam esse regulam allatam non modo dubio merè negatiuo vrgente, vtriusq. assensum impediente, verùm etiam si tenui adhuc consensu putaret quispiam licère sibi hanc rẽ. Ratio est, quia existens hic tenuis assensus de licita ratione agendi ob vrgentiora, vehementioraq. argumenta ferè paria, probantia eam esse illicitam vix potest percipi: eritq. potius quædam inclinatio, atq. in alteram partẽ propensio, cum qua sine determinato iudicij assensu operari absq. peccato non possem, vt rectè *Cordub. in q. 6. lib. 3. q. 5. sub princip. Vasq. 1. 2. disp. 167. c. 2. n. 7.* At si percipi posset ille tenuis assensus, cum esset probabilis ex rationibus illi fauentibus, principium esse posset rectę operationis, vel è contra, de quo sentiendum esset, vt *in reg. 6.* mox dicemus ex eodem *Vasq. & Sanchez.*

25 Quinta regula; quando dubium proprium negatiuum versaretur circa rem præceptam, nùm esset licita, standum esset legi. Hanc sanè regulam probaui *tom. 1. lib. 4. disp. 2. c. 3. d n. 24. ac deinceps*, & maximopere confirmat superior regula.

26 Sexta regula: Si subditus dubio non vrgetur proprio, ac negatiuo, sed positiua potiùs formidine in opinione, quam habet probabili imbibita de potestate non se extendente ad hunc casum, poterit legem, aut priuilegium nõ authẽticè, sed simpliciter interpretari, vnamq. ex opinionibus probabilibus sequi. Et quidẽ hæc regula, si de lege, præcepto, vel quouis diplomate Superioris intelligatur ex parte materiæ, circa quam lex, præceptum, priuilegium, vel quodcumq. simile versatur, satis, superq. à me probata est *tom. 1. lib. 4. disp. 2. c. 3. d n. 29. ac deinceps*, vbi docui subditum nõ modo cognoscere posse de materia legis, verum opinionem habentẽ probabilem dictãtem, non teneri obedire, nec etiam ea deuinciri quema dmodum neq. teneri dixi, si probabiliter iudicauit illam legem, præceptum, &c. esse de re inepta, vel mala; & sanè si sit varietas opinionum, nùm lex humana possit obligare, nec nè, integrum esse subdito eam interpretari, ac tuto sequi opinionem probabilem, dictantem hic, & si nunc ipsum non teneri illa lege, vel esse nullam; est communis opinio etiam illorum, qui docent, (vt ibidem nu. 27. scripsi) subditum opinantem rem præceptam esse malam, adhuc teneri obedire, cùm etiam probabiliter sit bona; qui quidèm Auctores, hoc non obstante, docent existente opinione probabili dictante, subditum non teneri hac lege, posse ei non obedire. Neq. refugit *Abbas cap. cùm venisset de iudic. nu. 3. vers. aliàs data.* Saltem quando res facili negotio diuidi potest in præiudicium Partium, vel quando difficilis est ad Superiores aditus, & instat dubium priuilegij concessi. Quæ tametsi vera sint de dubio merè negatiuo, vt regula 4. dictum est, cùm de probabili positiuo *Abb.* videatur loqui, saltèm in hoc casu regulam nostram concedit, posse nimirum decidere Iudicẽ inferiorem de priuilegio Superioris per rationem naturalem, vel aliud simile ex *l. ex facto, ff. de vulgar. pupill. substit.* vt hoc idem notat *Cyn. in l. non dubium, C. de legat.* vbi docet, lege non exprimente rationem, posse nos naturalem cogitare, quæ Principem mouere potuit, cuius mentem seruantes deuenire etiam integrum

Digitized by Google

grum erit contra eiusdem legis verba, fauet *lex non possunt ibi. 15. qui iurisdictioni praest. ff. de legib. vbi Recentiores* expresè notant, & subijciunt, huiusmodi interpretationem concessam esse DD. vt indicat *Petrus de Anchar. in clem. 2. de magisterio*, qui quidem notat *nu. 5. in 10. priuilegio Magistrorum*, huius interpretationem probabilem esse, cui standum, ni contraria sit iuri. Consonat præterea, *l. scire oportet §. sufficit. ff. de excusat. tut. nec non cap. cum persona de priuileg. in 6. & cap. accepimus de fide instrum.* in quo præcipit Papa priuilegium Pontificium inspiciendum esse, considerandum, & tradendum ab Abbate S. Augustini Archiepiscopo Canthuarien si, vt videat, iudicetq. sit nè falsum, vel alio laboret vitio. Insuper *in cap. Venerabilem de elect.* notandum est, vbi textus cum habeat ad iudicium spectare Apostolicũ, nũ iuramentum seruandum sit, nec nè, posse etiam Episcopum illud iuramentum interpretari, vt scribit Speculator in *tit. de lege, § nunc ostendendum, vers. 24. allegans cap. significante de pignorib.* Confirmatur accommodatiùs ad rem nostram, quia si de lege, præcepto, ac simili probabile dubium fit, an obligare potuisset necnè, locus est Epijkiæ, atq. interpretationi, quam quisq. prudens, doctus, peritusq. adhibere valet; neq. est interpretatio mentis Legislatoris, quæ ad ipsum solum spectare videretur in casu dubio, quemadmodum *in 3 regul.* explicatum est, sed interpretatio potestatis, quam penès Theologiæ, iurisq. prudentiæ regulas quisq. sapiens tradere potest, in quo sensu *Innocent. apud Abb. c. 1. de postulat. num. 18.* docet, posse Iudicem legem interpretari in causa vertente, vt etiam, & rescriptum. Quod si varietas opinionum sit, non de potestate directè Præcipientis, verum de re, materiaq. præceptæ, nùm bona sit, vel mala, uùm apta, vel inepta, *loco paulò antè cit. 1. tom.* cohærèter scripsi, probabiliùs non teneri subditum obedire, nedùm posse illam legem, præceptum, & cætera huiusmodi, materiamq. eius examinare, ac de eius aptitudine iudicare de qua submministrat exemplum *Vasquez disp. 176 n. 15.* legis humanæ præcipientis aliquid cum dispendio, aut periculo vitæ, cùm enim probabilior opinio ferat illam ex se non esse materiam cadẽtem sub lege humana, poterit subditus iudicare cessandum esse ab illa, vel Epijkia vti, si corrigenda sit lex peccans hic, & nunc. Quæ omnia maximè fauent nostræ doctrinæ *loc. cit.* traditæ, in qua cum discesserimus ab ipso *Vasquez disp. 62 c. 6. qui quidem n. 32.* scripsit, & posse, & consequenter teneri subditum operari circa aliquid, quod iudicat probabiliter malum, & ineptum, probabilem sequens opinionem Superioris præcipientis, *disp.* tamen *176. n. 15.* (certè quàm consequenter, non audeo contra tantum virũ, exprimere) illam doctrinam non esse intelligẽdam de casu singulari docet, de quo aliquas ob circumstantias controuertitur, an illa res potuerit cadere sub præcepto Superioris, in quo sanè locus esse poterit Epijkiæ per opinionem probabilem; nec moueat quempiam *Vasquez* exemplo vsum esse probabilioris opinionis: etenim nihil hoc obstare, eamdemque quoad hoc esse rationem opinionis probabilioris, & probabilis existimo.

27 Quius igitur Doctus (vt ad propositum redeamus) inferior obligationem potest interpretari legis Superioris, licet non euidentia, sed probabilitate tantum ducatur; neq. enim huiusmodi interpretatio simplex (præsertim dum agitur de votis) potiori ratione conuenire debet Superiori, licuti monet *Vasquez 1. 2. disp. 178. c. 2. n. 10.* quàm cuiq. alteri, qui maiori fortasse scientia, atquè experientia, vel certè æquali polleat, quàm Superior; cuius tamen authentica de lege interpretatio etiam si sumatur pro dispẽsatione; vel inuoluens aliquã correctionem peculiari pacto est propria, vt diximus; Verum absolutè veluti proprium est Superioris suam interpretari mentem, & voluntatem in re dubia, vt mox dicemus. Sic ad viros doctos pertinet illius interpretari potestatem, & materiam, quam respicit, expendere, quemadmodum notat *Becchar. part. 2. tract. 3. c. 6. n. 7. § sicut enim.*

28 Obijcies *c. 1. de translat. Prælatorum cap. ipsi sunt 9. q. 3. & cap. cuncta per mundum ibidem.* Respõdeo, primum *tex.* nihil concludere, cùm ibi solùm agatur de vsurpatione potestatis transferendi Episcopum vnius Ecclesiæ in alteram, quam sibi Prælatus illicitè vsurpauerat; in vltimis verò *tex.* contra iudicium Romanæ Ecclesiæ non dari appellationem, neq. ad Concilij, quod est omnibus Catholicis exploratũ, Neq. contra nostram militat regulam. Deinde ad similes quoscumq. Canones, textusq. qui à iuris Cõsultis afferri solent, vera præ manibus est solutio, vt legenti patebit; vel enim loquuntur de interpretatione authentica legis vim habente, vt prima tradidimus regula, & sic fatetur *Abbas cap. cùm venissent de iudicijs nu. 3.* idemq. tenet *Innoc.* dicens, disputare nùm Papa potuerit, esse, disputare, seù *definire super* Priuilegijs cõcessis ipsi Sedi Apostolicæ, quod non licet. Et quamuis non de priuilegijs à Deo concessis Apostolicæ Sedi, hoc esset disputare, vt iudicat *Dec. in cap. cùm venisset de iudicijs n. 5.* Verùm de ijs, quæ Sedes Apostolica concedit, hæc ipsa interpretatio authentica solius est Papæ, vt scripsit *Hyer. Giagas per dicta in reg. 1.* Vel iura contraria de interpretatione loquuntur, quam cum dispensatione nonnunquam cõfundunt, vt nos notabili primo indicauimus, vel de interpretatione animi, voluntatisq. Principis, de qua mox subijciemus.

29 Ad septimam autèm regulam supponẽdum est, si verba legis, præcepti, priuilegij, rescripti q. adeò clera essent, vt explorata omnibus constarent, non posse inferiorem Iudicem ea interpretari, vt notat *Bart. in l. ab executore ad prim. col penult. C. de appell. Bald. in l ea, quæ C. communi, vel Epis. Aret. conf. 61. post absolutum, & in l. 5. § stipulatio de verb. oblig. Alex. conf. 225. Nec arguendi sumus in fin. lib. 2. Dec. conf. 10. vsq. puncto col. 1. circa medium, & iterùm Bald. in cap. 1. col. 6. de constit.*

30 Si autèm dubium nasceretur, dupliciter occurrere posset, vel circa significationem verbo-

Digitized by Google

borum vniuersè sumptorum, quæ nam illa sit, vel circa ipsam intentionem Legislatoris, nũ voluerit comprehendere casum singularem, qui aliàs à similibus verbis legis absolutè prolatis comprehenditur. Exemplum primi dubij sit, quod à *Tridentino* nascitur *sess. 21. c. 2. de reformat.* decernente, vt Clericus sæcularis, qui Sacris initiatur ordinibus absq. beneficio Ecclesiastico, aut competenti patrimonio pœnas antiquorum incurrat Canonum; de quibus cùm neq. constet ex verbis ipsiusmet Concilij, neq. ex aliorum canonum præsertim *cap. neminem, & seq. distinct.* 70. in quibus solum decernitur irrita fore talis ordinatio, nec liqueat, quid per Tò *irrita* intelligatur; Controuersia est inter DD. quid nomine talium pœnarum intelligendum sit, nùm suspensio, an irregularitas; sic etiam cùm *sess. 6.* casuum occultorum absoluendi facultas fiat Episcopis, neque constet, sed opinionum sit varietas, quid occulti nomine intelligatur. Exemplum autèm secundi est, consuetudo vim legis habens, quæ prohibet Carthusianis esum carnium; nam esto verba clara sint, dubium tamen est, an superior voluerit eos etiam obligare, qui in periculo mortis non putantur iuuari posse, siue carnium

31 esu. Si primo modo res se habeat, sitq. opinionum varietas de significatu vniuersim sumpto illorum verborum, pœnarum videlicet, vel rationis occulti, ac notorij, quisq. doctus, & prudens legem illam præceptum, & c. interpretari simpliciter poterit, sic *Vasquez disp. 176. cap. 3. n. 16. Becan. cit. n. 7. & alij.* Ratio autem videtur esse, quia potius quæstio est de significatione alicuius verbi generatim sumpti, quàm de animo Superioris, eiusq. voluntate occulta; & nũ illa verba voluntatem explicent obligantem, nec nè, siuè potiùs an illa verba hoc genus pœnarum, quàm aliud potiori ratione: hoc genus occulti, ac notorij, quàm aliud significent. Dixi intercedente opinionum varietate probabilium, nam si solum esset dubium negatiuum, ad illud eruendum, vel ad euitandum periculum, cum illo operandi, Superior adeundus esset; si potest istud fieri, quemadmodum diximus in *quarta regula, docet q. Vasq. num. 18. ad finem*; sin minùs, vel ex necessitate excusandus, vt ibidem, vel sentiendum est, ac si existente lege, dubium versaretur, an hæc res comprehenderetur sub illa, quod idem iudico esse, ac nùm his verbis significaretur, quando ad calcem tertiæ regulæ, ex *Sanchez lib. 1. c. 10. n. 32.* diximus non obligari. Prætereà prudens dixi simplici locum esse interpretationi, non autèm illi, quæ coniuncta est Epykiæ, sic sentiunt *Vasq. & Becan.* Ratio est quia correctio legis ex æquitate, quæ est Epijkiæ, tunc aliquid habet loci, cùm lex deficit in aliquo casu, cuius obseruatio rederetur iniusta, vel illicita, ideoque seruanda non est, imò contra ipsius regulam faciendum; at quando dubium est de significatu verborum mentem explicantium Legislatoris, defectus nullus est illius legis, sed ipsius potiùs subditi, qui mentem ignorans Legislatoris vim non percipit verbi, quam uim, & si mitiùs interpretetur, adhuc asseteedum non est ex Epijkia, cum hoc modo non dicatur ex æquitate corrigere legem in aliquo peccantem casu, sed legẽ in vniuersum explicare, sensumque verborum exprimere, qui ad sui difficultatem ingenia DD. in varias diuidit sententias, opinionesque probabiles.

32 Sin autem dubium sit secundo modo, tunc vel erit negatiuum, & obseruanda est omninò lex, standumq. pro præcepto, vel alio Principis scripto, aut Princeps adeundus est: vel positiuũ probabilitatis, & licebit non vti quidem Epijkia, sed varia interpretatione simplici pro varietate opinionum. Prima pras huius regulæ insinuata etiam à *Vasquez oco cit. nu. 19.* manifesto deducitur ex *quarta regula*, in qua subscribo *Abbati sæpè citato* non modo, quando casus est clarus, posse nimirum Iudicem inferiorem cognoscere in priuilegij fauorem, vt notat *Glossa cap. cùm venissent de iudicijs verb. iudicarem*, vt etiam si nũnulla esset difficultas, facilè solubilis; verum si non esset casus adeò clarus, sed sub opinione probabili, sic in decisione causarum inferior Iudex legem interpretatur scriptam, in præiudicium partium, vt notat *Innoc. in cap. cum speciali de appell. fauetque lex vnica, C. de profess. in verb. constant. libr. 12.* tamen & si generaliter scriptùm reperiatur, solos Principes legem interpretari in *l. fin. C. de legib. & cap. inter alia de sent. excomm.* quod potiori nomine de lege probat, non scripta, fauet etiam idemmet *Abbas in cap. 1. in primum notab. de iure vltimarum, & in cap. Cappellanus col. 1. de feriis.* Secunda autèm pars patet, quia Epijkiæ æquitas est ipsa lege melior, cuius quasi emendat errorem in casu, qui à Legislatore precaueri non potuit, aut non debuit, vt ex *Arist.* sæpè diximus: Sed in casu prædicto, neq. deficit, neq. peccat lex, cum satis superq. proprijs verbis illum exprimat casum, in quo neq. per eam circumstantiam certò liquet Legislatorem voluisse illum excipere, & in quo non censuit obseruantiam legis esse iniustam; ergo vti non licet Epijkia. Secundo si certa significatione verborum existente, & comprehensione huius casus, penès formalem, verũq. significatum, liceret præsumi, ob aliquam circumstantiam tẽporis, loci, personæ, mentem .s. Legislatoris non fuisse illum casum sua lege comprehendere, fasq. esset Iudicibus inferioribus, vel subditis non seruare legem, certè per Epijkiam mille fraudibus, & interpretationibus perperam habitis aditus pateret: Quicumq. enim facili negotio posset opinari, quod si Legislator hic, & nunc fuisset, hunc non cõprehensurus esset casum. Tertia pars ex variis opinionibus patet, in quas illa Cõstitutio longa, & vera consuetudine Patrum Carthusianorum firmata, diuisit Doctores, de quibus probè præceteris *Victoria in relectione de temperãtia n. 8. & Vasquez 1. 2. disp. 162.* Dixi si dubium circa hunc peculiarem casum ex verbis natum, positiuum fuerit, ac probabile; nàm si adeò esset arduum, & inesplicabile, vt pro eo rationes vix attingerent probabilitatẽ tunc de illo iudicãdũ esset, ac de dubio negatiuo, quin ét recurrẽdũ tunc ad Principem, vt indicat *Abbas c. 1.*

in

in l. notando de iur. calum. fauet textus in cap. intima scientiæ de appell. & l. 1. & 2. C. de rel. cum si, vt tradit Decius c. 1. col. penul. de constit. neq; cum agimus de Papa, vel Principe, ad quos destructio spectat actus, limitanda est ad semel præstandum tantum, vt dum de aliorum disputatur interpretatione, & videre est apud *Bald. in l. 2. C. de sent. ex breui reci.* Verùm millies haberi poterit, vt probè scribit *Ang. in l. quicquid adstringendæ de verb. oblig. ad finem, vers. vnum adde.* Su. Testator quoties volet, suam poterit interpretari voluntatem, quippè quæ ambulatoria est vsq. ad mortem, & Iudex interlocutoriam sententiam in casibus, in quibus reuocare potest: sic etiam notatur de Principe interpretari potente legem, *§. finali instit. de iure naturali.*

CAPVT SEXTVM.

Nonnulla deducuntur ad praxim Confirmationis facientia.

SVMMA.

Non est idem interpretari, ac dispensare, num. 1.

Authentica interpretatio solius est legem, vel aliam similem dispositionem Condentis: num. 2.

In casu euidenti, & interpretationi simplici, & Epijkę locus est. n. 3.

Iudex inferior de intentione Superioris in casu euidenti cognoscere potest de confirmatione, aliaq. simili dispositione. n. 4.

Poterit Iudex inferior cognoscere de Superioris rescripto, confirmatione, &c. euidenter nullo. num. 5.

Prouisio Papæ de aliquo beneficio etiam nulla impedit Inferiorem, nè de illo disponat. num. 7.

Secùs autèm dicendum de Iudice inferiore, qui poterit non obstante confirmatione nul. a, viteriùs procedere. n. 7.

Quando confirmatio, vel quodcumque aliud scriptum impugnatur ex falsi assertione, onus probandi illius sinceritatem ei incumbit, qui scriptum illud impetrauit, si autem ex veri taciturnitate, ei, qui impugnat. num. 8.

In dubio legis confirmationis, vel rescripti eis nõ standum. n. 9.

Certa existente lege, confirmatione, &c. & si fuerit dubium negatiuum de potestate, vel de voluntate Principis, standum est legi, confirmationi, &c. dummodo dubium non esset, num confirmatio, v. g. illa contra ius esset. num. 10.

Quando dubium negatiuum versari censendum sit circa materiam confirmationis, num apta, vel inepta sit. num. 11.

Iudex inferior positiuum dubium habens probabile de potestate Superioris, an ad hos fines se extendat confirmationem, &c. huiusmodi, simpliciter interpretari poterit. n. 12.

Si probabiliter iudicauerit materiam, verbi gratia, electionem esse ineptam, probabiliter poterit Iudex inferior non stare illius confirmationi. n. 13.

Quid sentiendum sit de dubio ex verbis, vel intentione Principis orto. n. 14.

Cuius valoris sit sententia Iudicis non potentis cognoscere. n. 15. remissiuè.

An Confirmator sententiæ videre debeat processum, & an Successor factum teneatur confirmare Prædecessoris. n. 16.

1 Deducitur primò, non esse idem interpretari confirmationem, vel quodcumq. aliud diploma, legem, præceptum, priuilegium, &c. ac dispensare; probatum est hoc *superiori cap. num. 1.*

2 Deducitur secundò, authenticam, necessariamq. interpretationem priuilegij, confirmationis, legis, &c. solius esse illam condentis, vti tradidimus *sup. cap. reg. 1.* & sic in specie de confirmatione, *Baldus cap. si quis de confirmat. num. 3. ex Cod. de leg. l. finat. de regul. iuris, l. nematius.*

3 Deducitur tertio; in casu euidenti, & interpretationi simplici, & Epijkiæ locum esse, habitæ ab inferiori præsertim Iudice, sic scripsimus *regula secunda superioris capitis*, & docet etiam *Baldus supra citatus ad finem super. numeri.* Concedens inferiori Iudici facultatem cognoscendi de confirmatione, quando nota est intentio Principis per rationem naturalem; quod omnibus profecto magistratibus est cõmune, *ff. de vulg. sub. l. ex facto, ff. de excusat. tutel. l. scire oportet, §. si maximè.* Hinc quando
5 actus confirmationis Superioris euidenter est nullus, inferior iure vti suo minimè prohibetur: nàm vt sic effectum non videtur producere *arg. l. §. condemnatum, ff. de re iudic. l. non putauit, §. non quæuis, ff. de conturb. cum si*, vt scribit *Rota in l. si verò, §. de viro in 33. fallentia, ff. soluto matrimonio; Alexander in dictam legem quartam, §. condemnatum, & in legem tertiam, §. hæc verba ff. quod quisq. iuris, vt locupletè Recentiores in cap. ex tenore, de rescriptis*; Esto si
6 pro effectu intelligatur aliquod impedimentum, hæc generalis regula exceptionẽ subeat, cum prouisio Papæ alicui de beneficio facta, licet sit nulla, vinculà Inferiori injicit, nè de tali disponere possit beneficio, sic *Roman. in consil. 335. circa primum*, nec non *Decius paulò antè laudatus num. 10.* qui non eodem modo dici posse probat circa Iudicem ipsum inferiorem, qui vltra procedere potest, ea non obstãte confirmatione nulla.

8 Deduco quartò ex communi doctrina; si confirmatio, vel quodcumq. priuilegium, vel quidpiam simile impugnetur ex falsi assertione, onus incumbere probandi sinceritatem illius

Digitized by Google

lius ei, qui illud impetrauit; si autèm ex veritatis iniquitate impugnetur, qui subreptionis illud arguit, probare debet, vt rectè tradit *Ioan. Andreas c. 1. de lite contest. Abbas in cap. fin. de præsump. & cap. constitutus in principio de rescriptis Cardinalis cons. 69. quoad primum col. final. Sozinus cons. 164.*

9 Deduco quintò; in dubio proprio, quo dubitatur, an confirmatio habita sit, rescriptum datum, vel sancita sit lex, si facta morali diligentia, tale non poterit expungi dubium, minimè standum erit legi, confirmationi, &c. vt ostensum est *regula 3. superioris cap.*

10 Deduco sextò; quando certa Pontificis est confirmatio de electione, sicut etiam certa sit lex, vel præceptum cuiuscumque alterius rei, si proprium vrgeat dubium negatiuum, vel de Pontificis potestate, vel Principis talem potentis confirmationem, legem. Priuilegium concedere, vel de voluntate, qua voluerit hanc dare confirmationem, legem sancire, priuilegium facere, &c. non potest Iudex inferior ex se de illa iudicare, sed Superiorem tenetur adire, vel verbis illius confirmationis, legis, aut priuilegij stare, vel imminente periculo ex illorum obseruantia, siue ex aditu non ad Superiorem perdifficilè, poterit in necessitate contra illa fieri, vti docuimus *quarta reg. num. 21.* limitatamèn hoc corollarium in euentu, in quo constaret quidèm de confirmatione, dubitaretur tamèn, an ex parte iuris? quam ob rem in hoc dubio docet *Abbas cap. examinata de confirmat. num. 6.* non esse censendum Papam concedere contra ius alio non expresso per argumentum eorum, quæ notantur in *cap. nonnulli de rescriptis, & in cap. vnico de excessu Prælatorum in sexto.*

11 Deduco septimò; quando dubium negatiuum versaretur circa confirmationis materiam, nùm apta esset v. g. nùm electio, circa quam caderet in re nostra valida, & confirmabilis esset nec ne, standum est ipsi confirmationi, veluti probatum est *regula 5. num. 25.*

12 Deduco octauò; Si subditus vel inferior Iudex dubio non teneatur proprio, ac negatiuo, sed formidine laboret in opinione probabili imbibita de potestate Principis ad hunc casum, talis, verbi gratia, confirmationis, non se extendente, poterit vnam ex probabilibus opinionibus amplecti, & penes eam illam interpretari.

13 Deduco nonò; Si probabiles opiniones quis Iudex inferior, vel subditus doctus sciat, de materia, v. g. confirmationis: de ipsa nimirùm electione valida, vel inualida, apta, vel inepta confirmari, probabile est, non teneri stare illi confirmationi, vt neque legi, quemadmodum ostendi in *regula 6. super cap. à n. 26. vers. quod si varietas.*

14 Deduco decimò; existente certa confirmatione, lege, priuilegio, &c. si verba fuerint clara, non poterit Iudex inferior ea interpretari, quod si dubium fuerit positiuum, ortumq. habuerit ex ipsismet verbis, quo dubitaretur, nùm voluerit hunc casum comprehendere Princeps, & vel erit solum circa significatum vniuersim sumptum talium verborum, vel erit circa Principis intentionem, an voluerit talem casum comprehendere: primo modo, si fuerit dubium positiuum, & subditus eruditus, aut Iudex inferior poterit cognoscere, iudicare, ac simpliciter, non autèm per Epijkiam interpretari, ac sequi vnam ex probabilibus opinionibus, quæ circa talem rem vigent. Si verò dubium fuerit negatiuum seruanda est *regula 4. à nobis corol. 5.* expressa.

Si autèm secundo modo fuerit dubium negatiuum, tunc pariter quarta regula seruanda erit; at si positiuum, esto, non liceat vti Epijkia, licebit tamèn secundum varias opiniones, vti simpliciter interpretatione, sic scripsimus in *vltima regula n. 31.*

15 Cuius autèm valoris sit sententia Iudicis inferioris, qui cognouit, quando non poterat, ostèndit *Abb. cap. cùm venisset de iudic. n. 5.*

16 Nùm autèm confirmator sententiæ videre debeat processum, & nùm successor teneatur factum prædecessoris confirmare, ac sententia alia de confirmatione pènè inutilia nostra non intersunt, quorum qui desiderat solutiones adeat *in tit. illum scribentes.*

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO SECVNDA.

De Prærequisitis ad Confirmationem

QVa ratione confirmatio vires confe-rat electioni, vel validæ, vel inuali-dæ per generalia quidèm principia superior ostendit disputatio: hìc supereſt expendenda, quæ præuia desideretur dispositio ad rectam habendam confirmationem; ad quod explicare tria neceſ-ſe habeo; primum, an possit, teneaturq. Superior inquirere, cum de necessarijs electionis circumstantijs, tùm de vita, moribus, scientia, reliquisq. Electi, ad quam promouendus est dignitatem optatis ornamentis.

Secundum huius inquisitionis habèdæ modum.

Tertium pœnam non inquirentis.

CAPVT PRIMVM.

An inquirere teneatur Superior, cui confirmanda est electio, tùm de huius, tùm de electi requisitis.

SVMMA.

Nàm potestas confirmandi electionem Episcopi apud varios fuerit. n. 1.

Tenetur Superior inquirere de requisitis electi, atq. electionis. n. 2.

Tenetur etiam ad id suo modo Summus Pontifex. n. 3.

1 PRænoto breui infrà *lib. 8. disput. §.* tra-ctandam rationem, quæ hodiè in vsu est promouendi processus, & inquisi-tionis faciendæ, siue is, qui donandus est Episcopatu ad nominationem Re-gum, siuè à Papa immediatè promoueatur: in præsentia solum de confirmatione paucorum, si qui sunt, Episcoporum, quorum electio spe-ctat ad capitulum, de quibus scire opus erit; Olim alijs etiam Prælatis confirmandi potesta-tem fuisse ex iure communi; Metropolitanus enim Episcopum electum, Metropolitanum Primas, siuè Primæ Sedis Episcopus, vt colligi-tur ex Concilio Carthaginensi 3. can. 28. Pri-matem Patriarcha, vnus è quatuòr præcipuis, quem electum expresè, vel tacitè Romanus Pontifex, aut eius Apostolicus Legatus à latere profecto confirmabat, vt liquet ex *Epistola Leonis primi ad Anastasium Episcopum Thessa-lonicensem*, & altera *Simplicij ad Acbatium*. Romani tamèn Pontificis electio quamcumq. respuit confirmationem, quòd ei in terris Su-perior minimè sit ex *Glossa in cap. quamquam de elect. lib. 6. verbo deuoluetur*. Sic *Panormita-nus in cap. nibil de elect. & Rom. cons. 332. apud quos alij.*

2 Sit assertio prima; non modo potest, verum tenetur quicûq. Superior inquirere de electio-ne, atq. de electi ad Episcopatum requisitis; est communis DD. conclusio; & licet Innocen-tij tempore, nullo se opponente, nulla citatio-ne facta, nullisque propositis edictis potuisset electum confirmare, at in præsentia nequaquã, vt probè *Gloss. c. 1. in 6. de elect. verbo impugnat. lit. E.* Suppletur enim in causa electionis de fa-cto, *vt cap. cùm nobis, & cap. bonæ il primo de elect.* vbi examinatur, & cassatur electio Ioan-nis in Episcopum Neapolitanum, quam noluit confirmare *Sanct. Gregorius libr. 8. Epistola 40.* & habetur *cap. Priusquam dist. 28.* obincontinentiam ipsius electi iuxta *dist. 61. Cutinensis*. Deindè generatim constat hæc assertio, & *cap. vlt. de elect. in 6.* ex quo etiam irrita quęcumq. confirmatio dicitur, non seruata forma in eo tradita. *Nos, &c. præsenti cõstitutione sancimus, confirmationes tales viribus omninò carere, ipsasq. decernimus irritas, et inanes*, siuè fuerint ele ctiones factæ in concordia, siuè non; magis au-tèm specialiùs veritas hæc habetur *cap. nibil est de elect.* per ea, *is, ad quem pertinet ipsius confirma-tio, diligenter examinet, & electionis proces-sum, & personam electi.*

3 Ex hoc autèm textu, hoc etiam præstan-dum esse liquet Summo Pontifici *per §. cæte-rum*, qui ad Romanum pertineat immediate Pontificem ad percipiendam sui confirmatio-nem, & infra, *per quos diligens inquisitio super electionibus, & electis possit haberi*. Sic etiam *cap. cum nobis eodem, §. qui tamèn*, iuxtà ver-bum Apostoli dicentis, *nemini citò manum im-ponas, & debemus attendere diligentèr ad ea, quæ circa personam inquirendam fuerunt, duxi-mus ex officio nostro, sicut decuit procedendum, &c.* vbi *Glossa verb. ex officio*, meritò docet, etiam si nihil obijciatur electo, ille, qui confir-mat electionem, debet inquirere de modo ele-ctionis, an sit canonicè facta, nec non de perso-na electi, nùm sit idonea iuxta *cap. venerabi-lem de elect.* subscribunt *Abbas in cap. cùm no-bis citat. notando in 6.* qui probè notat ex offi-cio Superiorem procedere, & per inquisitio-nem absque infamia, vti nos *tomo 1. libr. 3. dis-putat. 8. cap. 4.* tradidimus, & mox dicemus

assert.

Digitized by Google

assert. 5. cui autèm incumbat probare, num Electo, aut Oppositori, probè tradit idem *Abbas num.* 5.

CAPVT SECVNDVM.

Quæ forma seruanda est ad inquisitionem faciendam ante confirmationem electi in Episcopum.

SVMMA.

Forma inquisitionis faciendæ de electione, & electo secundum cap. final. de elect. num. 6. *num.* 1.

Summus Pontifex necessariò non tenetur, formâ sancita, ad inquirendum de requisitis electi, & electionis. n. 2.

Siuè in concordia, siuè in discordia facta sit electio, proclamatio præscriptis terminis facienda est in Ecclesia in qua facta est electio ipsa. num. 3.

Extenditur assertio ad veram postulationem, & præsentationem. n. 4.

Electio facta in concordia, & confirmata absq. proclamatione, atq. edicto, iure tamen Tertij seruato, vel sub conditione, si nullum aduersario competat ius, neq. vitiosa, neq. inutilis erit. num. 5.

Confirmatio valida erit quocunq. se opponente etiam non vocato, si de illius iniustitia certò constiterit. n. 6.

De electione quomodolibet habita, semper facienda est inquisitio. n. 7.

Optimum discrimen inter inquisitionem faciendã de Præsule ad puniendam, & ad promouendũ, nam illa non sine infamia, secus hæc haberi poterit. n. 8.

Quoad formam inquisitionis locus est arbitrio Iudicis. n. 9.

Initiandus Sacris Ordinibus satis est, si optimæ sit famæ. n. 10.

Nota non sunt examinanda, ibidem.

Inquisitio personæ confirmandæ ibi habenda, vbi quis vitam degerit. ibid.

Caueat Confirmandus, nè procurando edictum refigere, vel eius terminum abbreuiãdo vitiet. num. 11.

Dubio existente de vitiato edicto, cuiusnam arte factum sit, confirmandi, vel aduersariorum, non prò arbitratu Iudex, sed prò melioribus, ac probabilioribus probationibus rem decidat. num. 12.

Elapso termino præscripto, neq. confirmatione habita, si Iudex nõ decreuit, neminẽ audiend ũ, adhuc erit ei locus, secus si decreuerit, vel confirmauerit. n. 13.

1 SIT assertio prima, in huiusmodi confirmatione forma seruanda est sancita in *cap. finali de electione in sexto, §. vocationé.*

2 Et quidèm hac forma summum non ligari Pontificem dixere nonnulli, si ab eo confirmatio Præsulis petatur, & nunc fit; cuius sanè sententiæ, si sensus sit, posse Papam illam nõ seruare, alianiq. præscribere, vti de facto quoad aliqua adiuncta secundum processum condendum in præsentia ex *Tridentino, Paulo IV. Pio V. & Greg. XIV.* & infra examinandum mihi compertum est, & facili negotio do manum, siue *Marco Antonio Cucca lib. 4. inst. maior. tit. 4. de confirm. n.* 36. siuè *Cranette cons.* 177. *vol.* 2. hoc docentibus, cùm possit etiam dispensari iure positiuo Papa, si opus fuerit, quemadmodum tradidimus *lib.* 5. *disp.* 3. *cap.* 6. verùm si velint hi Auctores ex officio Pontifici non esse inquirendum de electione ad Præsulatum, vel electi qualitatibus, sentire videntur contra textus superiùs allatos, *& contra cap. cùm nobis de elect.* ibi: *quæ tamen iuxta verba Apostoli dicentis nemini citò manum imponas, &c. debemus attendere diligenter ad ea, quæ circa personam inquirenda fuerunt. duximus ex officio nostro, &c.*

3 Assertio secunda; siuè in discordia, siuè in concordia facta sit electio proclamari debet per edictum generale in publico expòsitum ex *cap.* 1. *de post.* in Ecclesia, in qua facta est, vt si qui velint opponere, compareant, termino, ex locorum distantia, personarum qualitate, negotijquè grauitate præscripto, vt probè *Glossa verbo competenti.* Ad hæc si quis fuerit aduersarius, hoc est, qui etiam fuerit electus ad eamdem dignitatem ab alijs Electoribus, nominatim est vocandus, certoq. præfixo termino competente, ad opponendum, si quid contra electionem, alterumq. electum habeat; quæ omnia constant ex citato textu, cuius ratio ex eo indicatur, nè non modo in ordinato pateat aditus affectui, verùm etiam nè celeritate, quæ in huiusmodi casibus reprobatur, minus idonea, canonicaq. habeatur confirmatio *contra Apostolum* 1. *ad Timoth.* 5. *nemini citò manum imponas, &c.* Estquè hoc generale in omnibus promouendis 8. *quæst.* 2. *Dilectissimi,* & à fortiori in Promotione ad Episcopatum. Item Propter nouitatem rei 33. *distinct. Communis filius,* vbi Archidiaconus 43. *distinct.* Vnde Paulus; propter reuerentiam Sacramenti reficiendi *de consecr. distinct.* 4. *Iudæi.* Propter incommoditatis metum 12. *quæst.* 2. *sine exceptione.* Propter honestatem, vt carior res tanta habeatur 27. *quæst.* 2. *Institutum.* Propter certitudinem habendam 17. *quæst.* 2. *si quis incognitus.* Propter reuocandi difficultatem, vt in dandis sententijs 2. *quæst.* 1. *Deus omnipotens.* Propter rei dignitatem, qua maiorem non est

Digitized by Google

inuenire 61. *dist. miramur*. Propter periculosam Sacramenti iterationem de consecratione *dist. 4. cum itaque*.

4 Extendit autem hanc assertionem *Glossa, verbo electione* ad Postulationem propriam tamen apud Superiorem habitam, qui eam admittendo confirmare aliquo pacto potest, atque ad Præsentationem, vt Nos infrà.

5 Assertio tertia: Si electio fuerit facta in concordia, & confirmata, nulla proclamatione facta, aut generali edicto habitò, sed iure tertij seruato, sub ea conditione, si nullum aduersario competat ius, nequè vitiosa, nequè inutilis erit; sic probè *Cruetus consil. 176. num. 5. versic. 6. respondeo, & Cuccus inst. maior. libr. 4. titul. 4. de confir. num. 37.* Præcipua, qua moueor, ratio illa est, quia *textus cap. vlt. de elect.* nullam reddens confirmationem aliter tactam, quàm ibi præscriptum est, de illa loquitur, quæ cadit super electionem habitam in discordia. Confirmatur, quia per talem confirmationem, nullum aduersario, vel tertio cuipiam præiudicium infertur.

6 Assertio quarta: Tametsi quispiam aperto Marte contenderit contra electum, vel electionem, & fuerit à contraria electus parte, si tamèn liquidò constiterit, nullum ei ad talem oppositionem ius esse, etiam si non vocetur, imò etiam inuitus si fuerit, poterit adhuc haberi confirmatio; sic *Romanus consil. 483. incipit dubitatur primo, colum. 4. num. 15. Sebastianus Sapia in Apostillis ad Abbatem in cap. cùm olim de causa possessionis colum. finali, versic. ipso iure; Marcus Antonius Cuccus tuslit. maiorum lib. 4 titul. de confirm. num. 40.* Ratio est, quia ius non habenti, nulla fit iniuria; cum autem eò vocatio tendat, vt ius Tertij perpendatur, si certò atquè euidenter nullum hoc sit, nulla facienda est proclamatio, cessante enim fine, cessant etiam ea, quæ sunt ad finem, quorum ille est ratio ex *D. Th. 1. 2. q. 15. in princip. & q. 1. art. 3. & 95. art. 1. ac alijs*.

7 Assertio quinta: Siue in concordia, siue in discordia fuerit electio habita, siue quopiam se opponente, siue non, semper asserta in *concluſ. 2.* facienda est inquisitio generalis, non de certo crimine, sed de requisitis qualitatibus, ætatis, natalium, scientiæ, prudentiæ, morum, &c. idque vel per testes iuratos, vel non iuratos, si hoc expedire Superior iudicauerit, imò soli famæ, aut literis testimonialibus fidem poterit Iudex adhibere. Sic adnotauimus ex *Glossa cap. cùm nobis de elect. sic Innocentius apud Abbatem cap. postquam de elect. num. 5. nec non Io; Andreas apud eundem argum. cap. tua de cohabitat. cleric. & mulierum*.

8 Nequè ad hanc inquisitionem infamia requiritur, vt sæpè *tomo 1.* scripsimus. Et huius loci est adnotare doctrinam Innocentij, quam meritò laudat *Abbas cap. 1. de post. num. 14.* magnum quidem esse discrimen inter inquisitionem, quæ habetur circa aliquem Episcopum ad punitionem, & contra aliquem ad promotionem, nam prima fieri non potest, non præcedente infamia ex *cap. quaſiter, & quando de accuſat. ſecus ſecunda, vt præſtat Papa cap. 1. de poſt. ex cap. cum nobis de elect. ſupra citat.* Non autem necessarij sunt testes iurati, quod hæc inquisitio ad superioratum tantummodo fiat, sic *Baldus in l. quorum ff. de pignor.* quia talis informatio habita sine iuramento prætualere faciat testes, cum quibus concurrit, vt habet *Sebastianus Sapia in Apostillis ad Abbatem cap. 1. de post. liter. I.* & scribit etiam *Alexander consil. 93. 4 part. consil.* & absquè alia informatione Iudicis etiam possit in Camera dari auctore *Innocentio cap. cùm in tua, qui matrim. Accusat. pos. & Alexander in l. cap. 4. de adult.* Sin autem contradictor fuerit ab eo prolatus, tenebitur Iudex accipere probationes, vt indicatur *cap. finali de post.* quo cessante quoad formam hanc
9 informationis, seù inquisitionis locum esse arbitrio Iudicis probabilius arbitror cum *Abbate cap. Postquam de elect. num. 5.* Si quidèm facili negotio contingere poterit, vt electus adeò notoriè sit idoneus, quòd nullum præterea requiratur examen per testem *cap. constitutus il secondo de appellationibus, & cap. nullus adiuncta Glossa dist. 24.* quæ quidem *Glossa* pro-
10 bè notat, sacris initiandum ordinibus satis esse famam habere prosè, ex quo deducit, nota non esse examinanda *47. dist. de Petro, vbi Glossa verb. quota*.

Assertio sexta: Inquisitio famæ, quam supra diximus faciendam, habenda est eo in loco, in quo confirmandus vitam degerit, in quo tenui lex prima notat, quempiam habendum esse pœnes Ciuitatis ipsius existimationem, *ff. de quæstionib. subscribit Abbas cap. Postquam de elect. num. 6.*

11 Hic autem Confirmandum admonere habeo, caueat, nè sibi breuem edicti terminum, vel illud refigi, vel auferri procurando vitiet, nullumq. ipsius improba reddat arte ex *Innocent. & Abb. in cap. olim de causa poss. ad finem, Ferrar. n. 110. de const.*

12 Sin autem dubium esset, cuiusnam malis artibus id factum fuerit ipsius Confirmandi, an vero Aduersarij in fraudem, cum dubium sit facti, non absolutè in arbitrium Iudicis id reijciendum est contra *Cuccum inſtit. maior. libr. 4. tiul. 4. de confirm. num. 42.* Sed Iudicem puto stare debere verosimilioribus probationibus, perpensis qualitatibus, moribusq. Confirmandi: tùm oppositorum; cum in dubio facti docuerim *1. toma lib. 4. disp. 2. c. 3. n. 41.* secundum probabiliorem opinionem tutiorem partem eligendam esse.

13 Assertio septima: elapso termino præscripto, nequè confirmatione habita, si Iudex minimè decreuit; neminem deinceps audiendum, adhuc illi locus erit; secus si vetuerit id Iudex, multoquè minus fas erit si confirmationem iam fecerit per se loquendo. Prima pars deducitur ex *Innocentio cap. vltim. qui matrimon. accuſat. poſſ. ſub initio*, qui præfixo termino, etiam elapso, matrimonio tamèn ad huc non contracto, vel non data sententia esse audiendum, etiamsi in banno expressum fuerit, neminem decurso termino audiendum, *argument. l. man-*

Digitized by Google

l.mancipiorum,ff.de opt.& l.si.opt.§.vlt. eodem, videtur enim ille terminus non ad finiendam probationem in contrarium præscriptum, sed ad sollicitandam; nàm sicut cum vno statuatur modo,eo elapso cessat, seù obligatio, seù ius, *l.si fideiussor 29.§ final.ff.mandat. & l.obligationum la seconda, paulò post principium*, ibi, *ad diem autem vsquè ad Kalendas dare spondes*, vbi *Glossa verbo dare* ait, vt posteà non tenearis,*ff.de act. & obligat.* alio autèm modo non extingueret obligationem, vt constat *ex l. Celsus,§.1 ff.de recip.arbitr.& cap cum dilecti de dolo,& cont.* Per ea,*cùm mandatur alicui, vt ad certum terminum se præsentet*; Sic à pari in re nostra,de qua probè *Panormitanus in citat.textum num.12.ad finem*,ait,tempus esse adiectum comparitioni faciendæ, atq. in ipsa re nostra oppositioni,ad procedendum in causa; Quamobrem sicut causa non decisa semper imminet, ita causa comparendi semper vrget,atq. opponendi semper viget. Huc accedit proprior etiã huius rei ratio,quia cum electo adhuc propriũ, ac perfectum non sit ius in beneficio,vt *superiori lib.postrema* dictum est *disput.* oppositio,præsertim ad modum exceptionis indistinctè potest in eum admitti;quoniam, vt ait *Abb.cap. accedens de accusationibus n.9.* venit ad conflictum actionis,vel iuris petitio,quę est in facultate petendi,Itaquè primam nostræ assertionis partem, etiam si non probent : amplectuntur tamèn *Marcus Antonius Cuccus Inst.maior.lib. 4.tit.4.n.43.& Biax in Direc.Electionis cap.45. n.1.& 2.part.3.* Secunda verò pars probatur, quia non debebat quicumq. ille fuerit, prętergresso termino expectare, donec per Superiorem aditus oppositioni præcluderetur, *l.Titia, ff.de accus.*itaq. sentiunt *Petrus Biax cit.n.3.& Cuccus laudatus.*

Tertiæ autèm partis ratio est, quod ex iniuria tanta meritò dolus,vel fraus præsumi videtur.Fauet *text.cap.finali,qui matrim. accus.* vbi *Abb.atq.in cap.cum olim de causa possess.& habet Biax citat.*Etenim dolus præsumitur contra eum,qui non facit,quod facere tenetur, *l.si Procuratorem,§.dolo,ff.mandatum,& respondent,Socin.sen.in cons.213. n.5.lib.2.& Crauett. cons.115.n.3.*

CAPVT TERTIVM.

Limitationes præassertę doctrinæ, & pœna eam non seruantis.

SVMMA.

Prima limitatio,si fuerit rusticus, vel fœmina, quæ opponat post factam confirmationem, vel terminum elapsum,& Prohibitionem Iudicis, est audienda.n.1.

Secunda limitatio,si quod obijcitur, illicò proponatur probandum,quod tamen non electioni, aut confirmationi, sed consecrationi tantum erit impedimento.n.2.

Si autèm delictum, quod obijcitur post confirmationem esset alias oppositum per exceptionem, atq. reiectionem, etiamsi ab altera persona obijciatur,vel exceptio habeatur,nihili faciendum est.n.3.

Popularis actio,vel quasi popularis, vno consumitur agente.n.4.

Tertia limitatio, si fuerit ab Ordinario confirmatio habita post appellationem ex causa probabili factam ad Sedem Apostolicam. num.5.

Superior,qui Papa est inferior, indignum confirmans à beneficio suspenditur.n.6.

1 LImitatur asserta sententia primò; nisi qui obijceret,mulier, vel rusticus esset, de quibus potiùs, quàm dolus, præsumitur simplicitas, vt scribunt *Dec.consil.180.colum.2. Tiraquellus tract.de leg.Connub.in l.9.num.40.& alij*, quos citat,ac sequitur *Menoch.præsumpt.3.libr.5.nu. 28.& Cuccus citat.num.47.* faciunt etiam multa,quæ affert idem *Menoch.num.66.*& in re nostra dolus malus ptæsumitur, cum quis diù distulit accusare, vel opponère exceptiones, vt probat *Bald cons.37.quidam tabellio ad finem lib.1.Ancharan.in cons.234.aliq.*quos sequitur *cit.Menoch.n.105.*

2 Secunda limitatio est in quacumq. obiectione, nullam electionem esse contendente modo probanda illicò proponatur. Sic se haberet, quæ per Simoniam facta diceretur electio,vel non seruata forma; vel si confirmatio facta fuerit, non præmissa contrarij citatione, vel nullo adhibito edicto, cum manifectum nõ esset aduersarium ipsum carere iure opponendi,& quicquid huiusmodi poterit opponi contra confirmationem ante consecrationem, fas erit oppoñ ad eam impediendam per modum exceptionis, vt probè declaratur in *cap.super his de accusat.*à quo forma tradita adamussim seruanda est, [redacted]tio autèm hæc est : nàm licet confitmatus perfectum habeat ius in beneficio, vt *sequenti* dicturi sumus *cap.* nihilò tamèn minùs aliquid flagitat vlterius iuris etiam perfectioris ad pristinum subsequẽs, contra quod exceptio quasi conflictu dimicat, & vrget; sic *Innocentius*, quem sequitur *Abbas cap. accedens de accusat.nu.10.ad finem, & cap.cum dilectus de elect.Biax in Direct.Electionis c.45. part. 3.ad finem.* Verùm hoc tempore habita oppositio electioni, vel confirmationi nocere minimè potest, sed impedimento tantum esse con-
3 secrationiini aliàs hæc exceptio apposita, perpensa,reiectaq. fuisset;quod non sit de eodem hominis delicto semel; atq. iterum,vel sæpius agendum,vt in *cit.cap.de his de Accusat. l.licet ff.nau. cau.* etiam si ab alia exponeretur perso-
4 na;Cùm enim sit popularis actio,siue populari similis,vno sanè consumitur agente; Et sanè vel probato crimine dispensabili, Iudex cùm

Digitized by Google

eo dispensauisse censetur, crimenquè semel dimissum, iterùm in vltionem Diuina clementia venire non patitur, *de pœnitent. dist.4. Diuina clementia ad finem, & 23.q.4.* in illic, *& 2.q.3.§. notandum*, nec non *l.3.ff.de popular.act. & Biax d.c.45.n.5. sic Innoc.etiam, & Abb.cit.* & pœnès hanc doctrinam exponendum est *cap. finale de elect. in sexto*, vel fuerit indispensabile, & cum eo vltra Iudex non processerat, vel falsum, & merito reiectum est.

5 Tertia limitatio expressa est *de elect. in 6. cap. Postquam ab electione in Cathedrali, vel regulari Ecclesia celebrata fuerit in scriptis ex causa probabili, quæ probata deberet legitima reputari ad Sedem Apostolicam appellatum electionem ipsam per Ordinarium confirmari contingat: huiusmodi confirmatio, nisi priùs fuerit canonicè ab appellatione ipsa recessum (cùm sit ab eo, qui non potuit de facto præsumpta) nullam obtinebit roboris firmitatem*; quæ quidèm limitatio quã per adducta textus verba clariùs exponi non poterat, eamq. adnotare opus erit habere locum, etiam cum appellatur à confirmatione, vel prouisione. Sic *Glossa verbo si Postquam*. Deindè eamdem non vrgere rationem, secusq, iudicandum, si appellaretur ad alterum Papa inferiorem, vt rectè probat eadem *Glossa, verbo Sedem Apostolicam*; etiamsi ad legatum Apostolicum haberetur appellatio ob maximam, quæ Sedi Apostolicæ debetur, reuerentiam.

6 Assertio vltima. Superior inferior Papa, qui aditur confirmationis gratia, si per negligentiam indignum confirmauerit, à perceptione sui beneficij tandiù suspendatur, quamdiù eius Antistiti videbitur, atquè pro ea vice, id est prima, ad eam dignitatem successoris confirmandi potestatem amittat; grauiusquè etiam sui Ordinarij arbitrio puniatur, si per malitiam id commiserit; qui verò hoc pacto fuerit confirmatus, loco amoueatur, ac deijciatur; quæ omnia de pœnis à nobis agentibus *lib.6. disputat.14.* explicantur; cumquè nobis vix viui sint, quoniam in præsentia aliqualis confirmatio ad Cathedrales Ecclesias habetur à Papa, qui Ecclesiasticarum pœnarum expers est, libentèr omittuntur, licet possint facili negotio explicari *ex* [illegible] *nihil est in principio, & §.1. de elect. cap. quoniam ter*, vbi Scriptores. Nequè sufficit, vt qualitates in electo desideratæ posteà superueniant, vt aliàs dixi *tom.1.* & notat ex *Abbate, Decius cap. Postquam de elect. num.23.* Itaquè ab his omnibus tempero, cum Romani Pontifices sibi Episcopatuum conferendorum, & confirmandorum ius reseruauerint, etiamsi regibus, alijsquè Dynastis ius nominandi, vel præsentandi tribuerint, cui respondet institutio.

CAPVT VLTIMVM.

Quando per Confirmationem peccetur.

SVMMA.

Quid cæteri senserint Auctores de hac quæstione. num.1.

Confirmare inualidam electionem graue peccatũ est. nu.2.

Quidquid sit de confirmatione ab Episcopo faciẽda electionis ex se illicitæ, grauissima tenetur obligatione Papa, nè confirmet, quam sciret illicitè factam electionem, præsertim digni omisso digniore ad Episcopatum. n.3.

Quando per accidens Papa à peccato excusaretur. n.4.

Dignus electus magna Capituli, Populiq. propensione, posset licitè confirmari, quamuis alter esset cæteroqui dignior. nu.5.

Ex multis præsẽtatis æqualibus suffragijs dignior ad Episcopatum confirmandus; ex æque verè dignis, pro arbitratu. n.6.

1 SVb his terminis vniuersalibus hanc proponere quæstionem diluendam operæ pretium duxi, cùm varia habeat membra ab Auctoribus omitti solita, eam expendisse conteris, coarctatam ad præsentationẽ à Patronis habitam, præcipuè apud Episcopos, de qua dicunt primo, dignum præsentatum à Patrono, digniore prætermisso, posse, imò teneri ab Episcopo instituj, quia confirmatio actus est exterior, atq. iudicus ab habente iurisdictionem: Sed talis electio est valida in foro externo, ergo, &c. Sic videntur sentire *Sot. lib.3. de iust. q.6. art; 2. concl. 8. Couarr. reg. peccatum 2. par. §.7. n.4. præsertim vers.3. planè, & Cuccus lib.2. instit. tit.11. aliiq.* quos citat, & sequitur *Sanchez in opus. lib.2. c.1. dub.6. num.8.* Addunt secundo hi Auctores, nec Summum Pontificem peccare confirmantem talem digni electionem, neq. eam posse irritare, cum sit ius quæsitum iam electo. Sic idemmet *Sanchez n.9.* Tertium, pluribus existentibus Patronis, quorum maior pars eligit dignum, minor verò digniorem, teneri Episcopum confirmare dignũ, ita *Couarr. cit. & alij apud Sanchez nn.11.* Quartum, Si plures fuerint Episcopo præsentati ab vno Patrono, vel æquali multorum Patronorum suffragio teneri Præsulem in conscientia digniorem eligere, vt ijdem Auctores apud eũdem *Sanchez n.12.*

2 Assertio prima; Inualidam electionem ad beneficium Ecclesiasticum confirmare, peccatum est ex se graue, ni confirmãs, posse, & vellet eam inualiditatem licitè auferre. In hanc conclusionem existimo facilè conuenire Auctores. Et quidèm eius secunda pars, patet ex his, quæ disputauimus *disp.1. huius lib. c.2. à nu. præsertim 12.* Prima verò patet ex eodem Capitulo *n.10.* & probatur præterea à contraria ratione

Digitized by Google

ne facta pro sententia supra relata, & quia cęteroqui, vel esset approbare defectum personæ, vel electionis, ob quam illa esset nulla, quod in re tanti momenti non est, cur laborem in eius ostendenda grauitate peccati.

Quænàm electio valida sit, & quæ non, tùm ex iure naturali Diuino, tùm ex positiuo tradidimus *superiori lib. disp. 9. & 10.*

3 Sit assertio secunda; Quidquid sit de confirmatione ab Episcopo habenda electionis ex se illicitæ, de qua super allata sententia non caret probabilitate; si ab ipso Episcopo ius non pendeat eligentium, existimo per se graui teneri Papam obligatione, nè electionem, quam scit illicitè factam, confirmet; ni conualidare vellet ea, quæ à iure positiuo pendent, electionemq. ipsam reddunt illicitam, vtq. ex causa licitè posset. Ratio, qua moueor, est, quia ex officio Summi Pastoris, regiminisq. quod in vniuersalem habet Ecclesiam tenetur Papa, vt electiones ad beneficia Ecclesiastica, præsertim Curata, & potiori nomine Præsulatus canonicè fiant; igitur contra proprium officium peccaret in re graui, si confirmaret illicitè habitam electionem, imò videretur exercitè cooperari peccato eligentium, vel præsentantium, vt vltimum nimirùm haberet complementum, vti clariùs ex locis infra citandis patebit. Secundo quod omnes à Pontifice qualecumquè ius habent, deriuatum participant; igitur cum abusi eo fuerint, minimè merentur confirmationem nanciscì; nàm qui priuilegio abutitur, meritò priuatur *cap. gratum de post. prælatorum*, & probè notat ibi *Panorm. n. 4.* & prosequitur *cap. cũ accessissent n. 6.* neq. ius electione, vel præsentatione comparatum tale est, quod in hoc casu à Papa reijci non possit, cùm canonicè minimè contractum omni ex parte sit. Quæ quidèm rationes fortiùs vrgent, si illicita fuerit electio, vel præsentatio ob dignioris omissionem, cuius defectu detrimentum non vulgare subirent Ecclesiæ, & confirmatur ex doctrina *cap. vltimi disput. 13. à n. 14. ac deinceps, & num. 23. super. lib.*

4 Dixi hoc per se loquendo, nam quando per accidens electio digni excusaretur à culpa etiã omisso digniore, vt multis scripsimus *lib. 6. disp. 8. c. 1. n. 12. ad finem*, aliisq. locis ibi citatis. vacaret etiam culpa confirmatio.

5 Hinc colligo si electus fuisset aliquis dignus magno Capituli consensu, populiq. propensione omisso alio cęteroquin digniore, posse Papam absq. peccato illum confirmare, vel instituere: quoniam, vt probè *Caietanus in sum. tum verbo electio §. & scito, tùm verbo beneficium*, hoc ipso, quo dignus est omnibus gratior, & Principi præsentanti varijs de causis censendus est aptior; nàm ex illius electione addit *Caietanus* coalescit charitas: ex huius autèm dignioris periculum metus, ac sexcenta alia possent absurda promanare; quod maximè consentaneum est doctrinæ *cap. vlt. disp. 13. nu. 24. & 25 super. lib.*

6 Colligo secundò; Si plures essent præsentati ad beneficium curatum, præsertim Episcopatus ab eodem Patrono, vel à pluribus æqualibus suffragijs, teneri confirmantem eligere meliorem; sic docet *Couarr. cit.* nec non quamplures apud *Sanchez laudati n. 12.* qui quidem de Antistite loquuntur, eademq. est ratio de Papa. Vt autèm arbitrio possit vti Confirmans quando meritis pares proponerentur ex dictis patet *lib. 6. dis. 8. c. 2.*

DISPVTATIO TERTIA.

De Confirmationis Effectibus.

TErtio tomo ex instituto munera, Deo dante, declaraturi Præsulatus penès indicatam tùm initio huius, tùm Superioris methodum; in præsètia, quod ius, quamq. administrationem habeat per confirmationem Electus ad Episcopatum, aperiemus; Et quamuis quæ iurisdictionis sunt ei concedentes, & negantes, quæ sunt ordinis vnico verbo rem conficeremus ex *Glossa cap. transmissum de elect. verbo talibus*: verùm nonnulla peculiaria explanare munera ad vberiorem doctrinam non omittemus, de quibus aliqua Doctoribus est disputatio.

CAPVT PRIMVM.

Prolusio ad disputationem.

SVMMA.

Quæstionis status, & quid primo loco disputandum. n. 1.
De quo agendum est secundo loco. n. 2.
Vera iuris in re, & ad rem realis, & personalis expositio. n. 3.

Quo-

Digitized by Google

Quomodo Ars, & Scientia se habeant ad suum obiectum. n.4.
Iure antiquo hæc disputatio procedit. n.5.

DIsputatione 16. *superioris libr. cap.3. num.6.* docuimus per acceptatam electionem, expeditam minimè cõferri administrationem, verùm tribui immediatum solummodo ius ad rem, mediatum verò in re, *adiuncto num.6. reliquisq, vsq. ad vndecimum*, in quo hoc quidèm ius imperfectum à nonnullis etiam in potentia, vel habitu dictum ab ipsa profecto confirmatione minimè tributum, sed suppositum, vt ibidem *num.*10. prosequuti sumus, & *cap.4. num.*1. Præterea *hac* etiam significauimus *disputatione* vim, quam ad validitatem electioni conferendam habet confirmatio, & quando illam validam, quando verò inualidam faciat.

1 Illud reliquum vt primarium huc disputandũ venit, an, & quo pacto ius in re immediatum in Episcopum, per ipsam confirmationem conferatur, cum quo dicitur promotus, & cum post electionem etiam consensu firmatam promouendum tantum nuncupari debere taliter electum scripserimus *cap.4. allegato num.*4. quoq. proprium Episcopatus beneficium ità dicatur ipsius confirmati, vt dici non possit electi etiã consentientis, quemadmodum tradidimus ibidem *n.6. & 7.*

2 Secundo loco disputandum est de administratione per confirmationem electo, neq. alias competente; de quibus secundum ius antiquũ, nunc deindè *disp.5.* secundum ius nouum actum. Demùm omitto hic de præcipua indissolubilitate tractare, quam confirmatione status Episcopalis habet, quòd eam *tomo 1. libr.1. disputat.1. cap.4. à num. præsertim* 18. luculenter illustraui.

3 Notandum præterea est ex his, quæ de iustitia, & iure præsertim ad rem, & in re breuiter *lib.6.* indicaui *disp.2. cap. vlt. n.*4. ius quarto à nobis modo ibi sumptum *cap.2. n.2. ad finem, ac tertio in principio*, esse quid relatiuum, quod quidèm referri potest ad personam debito affectam, & ad rem debito deuinctam ità, vt correlatiua sint, & alterũ sine altero minimè percipi, nè dum esse possint. Exemplo fiat res clarior, ex emptione domus resultat ius in emptore terminatum ad venditorem debito ligatum, nato ex venditione, quo tenetur rem illam emptori tradere, vel ad interesse, deindè huius facta traditione, ius oritur in eodem emptore ad rem ipsam terminatum, deuinctam ob venditionem, & hoc sanè modo tritam DD. diuisionem iuris intelligo in ius personale, atq. ius reale; inter quæ innatum illud agnosco discrimen, quod ius personale, siuè potestas, siuè aptitudo quædam relatiua sit terminata per se ad personam affectam debito dandi rem, circa quam versatur ius, seù illa potestas, & de qua tractatur: ius autem reale, potestas, facultas, seù relatio sit terminata ad rem ipsam deuinctam, atq. iam debitam; ità vt prima relatio directè, atq. immediatè ad personam debitricem, indirectè verò, ac mediatè ad rem debitam terminetur, vel interesse; secunda verò è contra directè, atq. immediatè ad rem ipsam, tanquam ad proprium quidpiam illius, cuius est illud ius: quippè, qui est eius Dominus; indirectè autèm ad personam; sicut igitur, & pater ad filium refertur, & filius reciprocè ad patrem; ità emptor v.g. ad venditorem, & venditor ad emptorem; emptor præterea ad rem emptam, & ad emptorem res empta, emptori itaq. ius resultat agèdi contra venditorem ad sibi comparandum dominium rei, vel ad interesse iuxta varias opiniones Iurisperitorum, in *l. primam de act. emp. & vend.* quæ actio est personalis iuri personali respondens, venditori verò resultat debitum, ob quod relationem terminat iuris personalis; debitum, inquam, tradendi rem, dominiumq. emptori; emptor ius habet, nè lædatur à venditore circa rem emptam, venditor verò debitũ habet, nè emptorem lædat. Præterea emptori resultat ius reale, & habendi, & comparandi, & rem conseruandi, quam possidet, neuè in ea lædatur; in venditore autèm, & in quocumq, alio simili debitum oritur, nè contra rem propriam emptoris, quid fiat detrimẽti, & primum dicitur ius ad rem, secundum in re, hinc vna, & eadem virtus, quę dictat, ac dirigit debitorem ad rem emptori dandam debitis seruatis circumstantijs, neuè ius lędat ipsius emptoris, emptorem etiam, seù creditorem dirigit ad suum prosequendum ius, siuè contra personam immediatè debitricem, siuè contra rem ipsam debitam prò qualitate ipsius iuris, siuè ad rem, siuè in re, debitis tamèn seruatis circumstantijs loci, temporis opportuni, &c. & ius his duobus commune est sanè mensurans, vt *loc.cit.* indicaui, cui prospicere ludices tenentur ad iustum, atq. æquale inducendum, quòd meritò diximus obiectum esse iustitiæ formale mensuratum, seù finem, qui inducitur; pro ratione enim iuris, quod quisq. in alterum habet, tota *ratio* mensuranda est iustitiæ, imò ipsa lex, seù ars iuris secundo modo à nobis sumpta *cap.illo 1. n.2.* mensuranda est ex hoc iure, quod exploratum est, si loquamur de legibus positiuis humanis, quæ iustæ censendæ sunt, si huic iuri, quod esse in rebus, & essentialiter sumptum dicimus, aptentur; de ipso verò dictamine rationis, siuè proxima lege naturali hoc idem contendo, licet regula dicatur nostrarum actionum, quippè quæ regulatur per hoc ius priùs natura supposito in rebus, quam de illo dictamina formentur rationis, & ex eo, quod tale ius detur, vel non detur, dictamen illud iustum, vel iniustum dicetur.

Sic in Logicis docui obiectum artium secundum essentiam præsupponi ad illas, quæ verè, ac tales scientiæ practicæ erunt, si conformitatem habebunt ad essentiam obiecti, quod respiciunt, cuius existentia rectè facta, tùm sanè dicetur, cum conformitatem habebit ad præcepta, atq. ipsiusmet artis dictamina. Et quoad hoc scientia speculatiua, & practica comparata cum suo obiecto essentialitèr sumpto, non discriminantur, vt enim speculatiua scientia suum supponit obiectum, quod con-

tem-

Digitized by Google

templatur, sic etiam ars suum secundum essentiam spectatum supponit, quod tamen secundum existentiam aliquo pacto facit, quodq. à speculatiua nec fit, neq. fieri immediatè saltē potest: ità in casu nostro. Ius autem hoc, quod resultare in rebus dicimus, ac dictamen rationis naturale de illo dictans etiam essentialitèr sumpta à Diuinis Idæis pendent, & in ratione causæ exemplaris, & suprenæ regulæ, & ex cōformatione ad illam suam habent rectitudinē, & per alias, quas habent participationis dependentias ratione propria, & fundamenti, cum intra latitudinem entis dependentis quomodolibet considerati illa sint. Hinc etiam, cùm huc deuenerim, ipsum ius naturale remotum, seù radicale, quod est ipsissima natura rationalis, vt talis pendens secundum essentiam modo dicto à Deo, & speciali etiam ratione secundum existentiam, & radicaliter habet dictare de iustitia, & iure hoc rerum, quod expendimus, quodq. in vno sensu pendere etiam ab hac dicimus, in qua lumen est diuinæ ideæ, iustitiæ q. signatum; & in alio quidem sensu est obiectū, circa quod cum versari possit natura rationalis, vt talis aliquo pacto, si non pendebit, at necessariam cum eo connexionem habebit, Verū reuoco stylum ab altioribus, quàm præsens postulet institutum.

2 Insuper notandum est, quæ hic, & *seq. cap.* dicturi sumus, secundum potius ius antiquum disputata censeantur; quid autem iure noui ad habendam administrationem requiratur, deinceps expendendum est.

CAPVT SECVNDVM.

De iure, atque administratione, quæ competit confirmato.

SVMMA.

Per confirmationem ius perfectum censetur habere Præsul. n. 1.

Primo modo declarari potest hoc ius confirmati, vt sit vnum, & idem, ac illud, quod habebat antea per electionem, sed magis perfectum, & quomodo censeatur perfici. n. 2.

Instar relationis hoc ius ad rem, & in re declaratur. n. 3.

Secundus modus declarandi ius ad rem, atq. in re, vt sit distinctum. n. 4.

Per confirmationem habetur expedita administratio electi ad Episcopatum per se loquendo secundum ius antiquum. n. 5. & 6.

Pœnæ contra administrantem ante confirmationem. n. 7.

Vnum, et idem verbum respectu diuersorum proprie, & improprie sumi potest. n. 8.

1 ASsertio prima. Habita confirmatione à Superiore electo censetur esse ius perfectum, atq. in re ad Episcopatus beneficium; habetur *cap. trāsmissum de elect. ad iunctæ Glossa*, vbi Scriptores, & quidem demonstrata est conclusio hæc loco citato *superioris libri disp. 16. c. 3. à n. 11.* confirmariq. potest Turrecrematæ argumentis allatis *à n. 12.* Roboratur præterea, ac declaratur duplici ratione (mea quidem sententia) primo, vt non quasi distinctum sit ius ab eo, quod Confirmato erat prius per electionē habilitam consensu, sed idem prorsus, quippè quod ad sui complementum, confirmationem tantum desiderabat.

2 Nec mirùm ius, quod aliquo pacto ex numero rerum est, quæ sunt ad alium, quemadmodum *lib. 6. disp. 2. n. 2. & 3.* indicaui, docteq. *Molina ibi citatus*, nec non *Rebellus. lib. 1. de præludijs iustitiæ q. 1. sec. 1. nu. 8.* pendere in sui perfectione ab illo; & nè vagetur, vt possit oratio per relationes prædicamentales, ac trāscendentales, de quibus hęc sola clarior est doctrina, ad comparandum ius in re, præter titulum, plerumq. traditione opus est, qua non confertur propriè ius, sed antecà comparatum perficitur, & quasi ex habitu, potentiaq. reducitur in actum; qui quidem modus Canonistis Doctoribus magis arridet; cùm ni fallor, maximoperè in eum propendere videātur. Neq. ab his, 3 quæ in logicis docui discrepat; vt infrà explicans iurisdictionem, dicam. Sicut enim ibi explicaui, vnam, & eandem albedinem, quæ antea album quidem subiectum tantum denominat antequam altera existeret albedo, cuius posita existentia simile illud idem subiectum etiā denominat, quin intrinsecè mutetur ex positione tantum alterius albedinis, ad quam relatio primæ albedinis refertur; sic idem ferè ius, quod anteà non erat in re immediatum, sed per suam formalitatem relatiuam ad personā solum referebatur, posita traditione, est iam in re, vt in nostro casu posita confirmatione tanquam cōditione, siue fundandi ratione. Neq. obstat, vnam, atq. eandem formam duplicem tribuere denominationem, cum duplici donata sit formalitate, neq. vnam modo tribuere, modò alteram, vel vtramq. simul, cum ab extrinseco, siue termino, siue conditione, siue ratione fundandi pendeat, quæ omnia, & loco citato probata sunt, tùm rationibus, tùm Philosophorum, tùm Theologorum authoritate; & cōfirmant, quæ *superiori libro disp. 16. c. 3. à nu. 18.* scripsimus; fauet præterea summoperè optima *Glossa cap. quanto 63. dist. litera B. §. si quæras.*

4 Hoc præterea ius alio sanè modo declarari potest, vt ante confirmationem sit vnum personale, atq. ad rem; post illam verò aliud in re, ac reale iuxta doctrinam *secundi notandi superioris capitis*, cum distincti sint termini immediati; persona scilicet debens, debitoq. affecta, ac res debita, deuinctaq. quibus diuersis terminis diuersa terminandi ratio, ac diuersæ respondent actiones, nec non diuersa consequātur fundamenta saltèm proxima; iura nimirum illa, quorum distinctiones ex terminis, fundandiq.

diq. rationibus desumendæ sunt, vt Philosophis exploratum est, à quibus omnibus, etiamsi veris, abstineo, cum actutiora forsitan, quàm præsens materia postulat, ipsa sint. Primus tamen modus consentaneus magis est dictis *superiori lib. tllo 3. disp. 16.* cui etiam hoc duplex ius apsari non discrepat, si dicamus ante confirmationem ius ad rem proprie ad beneficiũ competere Electo per electionem, consensu firmatam: post confirmationem verò illi esse proprium ius in re, & immediatum, esseq. hæc duo plura, quorum licet secundum proprie ante confirmationem non competeret; probè tamèn, mediante ipsa confirmatione, ad quam aliquo pacto necessariam habebat habitudinẽ illud idem ius, & vt potuerit dici ad rem per respectum ad confirmationem, & media illa in re respectu beneficij; fauet huic secundo modo *Abbas cap. super his de Accusinus. 3.* duplex distinguens ius ad rem, & in re: ac primum Electo consentienti tribuens: secundum cõfirmato, citatq. *C. de iur. omn. iur. l. priuatorum*, fauet *cap. transmissa de elect.* ex quo constant, Confirmatum actus omnes iurisdictionis habere, quos per ius sola comparatum electione non habebat. Hinc demùm secundam hanc explicandi rationem confirmo: cum enim, & hos actus, & liberam rerum Ecclesiasticarum administrationem confirmato competere omnibus inconfesso sit quæ ad electum consentientem minimè spectant ex his, vel effectibus, vel quasi effectibus, distinctio iuris ad rem attingens electum, & iuris in re spectans ad cõfirmatum facilè colligetur.

5 Assertio secunda. Per confirmationem expedita habetur administratio Præsulatus per se loquendo. Est communis auctorum sententia *super. lib. disp. 16. c. 3. n. 3. probato*, & constat *ex cap. nosti, cap. qualiter, & cap. nihil est de electione*, quę quidèm iura cõfirmationem, solam exigere videntur ad potestatem administrandi. Ratio autem indicatur à *Glossa cap. nosti, verbo confirmationem; quoniam*, hoc vinculum cõtractum est inter Episcopum, & Ecclesiam, *cap. inter corporalia de translatione*, quam ob rem proprium dicetur post confirmationem ipsius cõfirmati, siuè beneficiũ, siue Ecclesia, siuè Præsulatus, cuius libera consequenter erit administratio. Confirmatur argumentis pro prima sententia *disp. illa 16. c. 2. adductis.*

6 Dixi per se loquendo, quia si contraria vrgeret consuetudo, vel si alter Prælaturam, aut Ecclesiam, de qua loquimur, licet iniustè occupasset, possessio præterea desideraretur, vt *infra disp. 4. c. 1.* dicendum est.

7 Superest examinãdæ pœnæ contra administrantẽ ante cõfirmationẽ, cũ simus acturi deinceps *disp. 6. c. 3.* de pœnis administrantis ante literas Apostolicas iure nouo *extrauagantis iniunctæ de electione*. Itaq. *cap. qualiter* dicitur irritanda electio, nescio cuius, qui compertus est ante cõfirmationem administrasse, ex quo *text. nonnulli apud Abbatem* ibi dixerunt apertè colligi electionem administrantis ante confirmationem non esse ipso iure irritam, sed per sententiam irritandam, quod sanè verbum respectu administrantis propriè sumitur, licet respectu scientiæ videatur impropriè ex *cap. cùm in cunctis eod. tit.* vbi electio indocti est ipso iure nulla, vt diximus supra disp.

8 Vnum autèm, & idem verbum respectu diuersorũ impropriè, & propriè sumi posse diximus aliàs ex *Abbate cap. cùm dilectus de consuetudine n. 6.* & hoc tradit *n. 4. Oldrad. cons. 191.* Præterea notandum est ex *Glossa cit. cap. qualiter de elect. verbo administratio*, licet per textum irritetur, quicquid factum fuerat ab hac electione: verum per solam installationem non incurri pœnam huius canonis, vt probè docet ibi *Abbas n. 1. ad finem*, & legenda est *Glossa* ac limitationem tertiam.

CAPVT TERTIVM.

Limitatur superioris capitis doctrina:

SVMMA:

Prima limitatio, qui in concordia sunt electi in magna distantia immediatè Papę subiecti, neq. aliquid alienant, possunt administrare ante cõfirmationem. n. 1.

Hæc eadem valet limitatio de suffraganeo respectu sui Metropolitani, si ab eo, vt olim confirmandus esset. n. 2.

Eadem intercedente causa idem debet esse ius. n. 3.

Ius correctiuum, siuè pœnale, si promanauit in bonum Ecclesiarum, restringi non debet. n. 4.

Quomodo intelligenda sit doctrina de non extensione dispensationis. n. 5.

Tertia limitatio ob difficultatem itineris, vel difficilem aditum ad Pontificem. n. 6.

Quarta limitatio de Prælato immediatè à Papa promoto, qui confirmatione alia non indiget ad administrat. onem. n. 7.

Quinta limitatio; intrusi administratio si perutilis fuerit Ecclesiæ, cui aliquid comparauit valida est. n. 8.

Commodum per incommodum compensandum esse, licet communis sit regula, contra Ecclesiã tamèn locum non habet. n. 9.

Postremæ demùm exceptiones de Abbatissâ Imperatore, & Scholarum Rectore. n. 10.

PRimam generalis doctrinæ assertæ limitationem *loco citato cap. 3.* adduxi de electis in Prouincia remota extra Italiam, vel in æquiualenti distantia, de qua vide Panormitanum optimè disputantem, idemq. meritò asserentem, etiam si Papa in Gallia, vbi aliquando erat, vel in alia Prouincia distanti degeret, cessante enim distantia hoc non valere priuilegium, quicquid scrip-

Digitized by Google

scripserit in contrarium *Immola ibid. num. 6. ex Io: Andrea.* Igitur hi electi poterunt, non expectata confirmatione, Præsulatum administrare, dummodo in concordia electi sint, id est nemine discrepante. *clem. 1. ne Romani de elect. & Glossa cap. Cupientes de elect. in 6. verbo concordem*, dummodo aliquid non alienent. Et quidē cohærere potest hæc doctrina cum explicandi modo à nobis *superiori cap. concluf. 1.* tradito, tùm secundo; Primo, quòd idem erat ius electo, neq. confirmatio desiderabatur ad nouum comparandum, sed vt aliquid requisitum cēsebatur esse necessaria, ex qua illud idē ius, quod erat in potentia censeretur in actu, atq. actuale haberet exercitium, quod suppletur dispensatione pontificia in his moralibus, & consequenter, vt deduco ex *Abbat. cap. nihil de elect. n. 4.* Secundo quia tametsi distinctum sit ius in re competens per confirmationem à iure ad rē conueniens electo; verùm cum circa idem beneficium versetur, illo supposito fundamento, facilius equiualenter ius in re in hoc casu à Papa conferri potest, quam vtrumq; quod fit sola promotione ab ipso facta Pontifice, vt mox dicam.

2 Secunda limitatio (siue eamdem dixeris extensam) est, vt eadem ratio sit de suffraganeo respectu sui Metropolitani, si vt olim confirmandus ab illo nunc esset, atquè in loco di-
3 stanti: Eadem enim intercedente causa, idem etiam debet esse ius *capit. translato de constit. cap. nàm concupiscentia eodem*; de translatione inter corporalia, nàm si nimia subtilitate vtamur, res Ecclesiarum pereunt, *C. de verbor. significat. l. cùm quidèm circa finem, & C. ad Tribellium l. penultim.* Neque obstat, dictam limitationem per dispensationem esse contra iura, quæ prohibent administrationem ante confirmationem, quasi verò extendenda non sit ad similes casus ex *capitul. in causis de re iudicat. & distinct. 56.* Cænomanensis, duplici de causa, inquam, non obstare cum *Abbate citat. numer. 10.* quòd hoc ius, cum in fauorem promanuerit Ecclesiarum, quarum bono consulere contendit Papa, restringendum minimè sit, etiamsi aliàs ipsum fuerit correctiuum,
4 vel pœnale; sed extendendum potius, vt habet *Glossa* scitu digna *in cap. sciant cuncti de elect. lib. 6. verbo alios*, nec non *Ioannes Andreas in cap. finale de elect. in sexto, & Abbas præsenti cap. nihil de elect. numer. 6.* Secunda ratio est,
5 quia doctrina docens, hanc limitationem per dispensationem contra iura concessam esse, neque extendendam, aliter intelligenda est, quando legis ratio in eadem exprimitur lege: tunc enim idem fines legi dandi sunt, ac ipsimet rationi ex, *Baldo in Authentica quas actiones, C. de Sacrosanctis Ecclesiis.* Immò quando eadem est ratio, propriè non fit extensio, sed ex mente legis, omnis comprehenditur casus, de quo eadem militat ratio, vt optimè notat *Glossa capitul. 1. de tempore ordinandorum in sexto*; nàm lex non verbis, sed ratione potiùs tanquam anima consistit, vigetq. *ex capitul. secundo requiris de appellationibus, & capitul. intelligentia de verbor. significat. & l. dubium, C. de legib. regula finali*, vbi *Dynus de regulis iuris in 6. Baldus in l. maximum vitium C. de liber. Præt. & in l. scire oportet, ff. de excus. tutor. quæ probè prosequitur Franciscus Curtius senior in consil. 9. Picinensi statutocolum. 8. & 9.* Huc accedit doctrina *Baldi in dicta l. maximum initium, & post Cynum in citata, l. non dubium, asserentium*, etiam si ratio expressa non sit in lege, quando alia non potest coniectura deprehendi, iuxta naturalem, præsumenda est, limitesquè constituendi, ad quos pertingere poterit extensio; igitur cum satis apertè ratio in textu, quem præ manibus habemus, appareat, cur concedatur administratio Præsuli longè distanti ante confirmationem, nè videlicet subeant bona Ecclesiarum non administrata detrimentum tùm in spiritualibus, tum in temporalibus, vrgeat què eadem in Præsule confirmando ab illo, quam à Papa. Idem de hoc sentiendum erit, posse nimirùm interim administrare, vt etiam docet *Abbas citat. numer. 6. versic. & per pridem*, in eo casu, quo etiamsi non multum Antistes confirmandus distaret à Curia Romana, ob difficultatem tamèn itineris, & pericula neque ire, neque ad Vrbem Romam quempiam destinare posset ad optinendam Confirmationem, habere suum posse locum hoc, quod expendimus priuilegium administrandi ante confirmationem: nàm esto verba deficiant; mens tamen adest textus, & ratio legis; æquiualent enim loca remotiora locis impedimentis, ac difficultatibus obstrusis, nec non difficili ad Vrbem profectioni argument, *l. tutor, qui repè, ff. de administratione tutelæ*, ibi enim administrat Tutor, necessitate instante ante confectum inuentarium, & *16. quæstion. 4. capitul. nullus*, quod probè notauit *Paulus in clementinam 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis*. Et hanc Abbatis doctrinam in eo sanè casu exploratam habeo, vbi magna instaret administrationis necessitas, illo impedimento perseuarante.

7 Quarta limitatio, vt Prælati à Papa promoti non indigeant confirmatione alia pro administratione obeunda. Sic Panormitanus ex communi sententia *capitul. nosti de elect. numer. 4.* Quia talis prouisio vim habet electionis, & confirmationis ex *capitul. cum olim, de causa posses*; vt sæpè per transennam indicauimus exposituri *libr. 8.* cum de promotione à Pontifice fieri solita ex instituto disseremus, *disputat. 6.*

8 Quinta limitatio, vt etiamsi intrusus quis esset, at si per administrationem aliquid acquireret Ecclesiæ validè censeretur eius administratio; sic *Glossa capitul. nihil de elect. verbo administretur.* Ratio est, quia licet quæ perperam facta fuerint ab illo in præiudicium Ecclesiæ cassanda sint; non tamèn ei vtilia, quæ nō cederēt in detrimentū ipsius Ecclesiæ, neq. retorquenda, vt habetur, *C. de legibus, l. quod fauore, & ff. de minoribus si Iudex.* Ex quo sol-
9 ues, quod obijci potest, commodum; videlicet per incommodum compensandum esse, *ff. de negotiorum gestoribus: Sinegotia*, quod quidem contra Ecclesiam locum non habet. Cæterum

Digitized by Google

de hoc ipso infrà iterùm agemus *disp. 4. c. 1.* subscribit præterea *Glossa verbo administratio cap. quoniam de elect.* quæ videnda est.

10 Reliquę limitationes sunt de Abbatissa electa, & Imperatore, ac de illa per *capitul. indemnitatio, §. si verò de elect. lib. 6. adiuncta Glossa verbo auctoritate*, de hoc autèm *Glossa in clem. Romani de iure iurand. & 93. distinct. legimus*, quæ ad nos minimè spectant, vt nec etiam de Rectore scholarum, qui videtur à consuetudine hoc habere ius, vt idemmet *Abb. cap. nihil de elect. n. 19.*

DISPVTATIO QVARTA.

De specialibus muneribus ad Episcopum confirmatum spectantibus.

MVneribus in communi declaratis ad Episcopum confirmatum spectantibus, supereſt speciatim agere de singulis, quæ nonnullam inuoluunt controuersiam, ac difficultatem. Si priùs in album quasi ea referam omnia, ex quibus deinceps obsita, quæ fuerint difficultatibus colligam exponenda; Itaquè iurisdictionis sunt per se loquendo, & ex iure communi iuramentum à subditis excipere, nouas erigere parœsias, atquè Ecclesias etiam collegiatas collapsas, vel dirutas restaurare, in matrices ex causa transferre: eligere, præsentare, præsentatos instituere: beneficia ex se vnire, conferre, eorum resignationes recipere, eadem resignata conferre; alienare, inuestire, causas ad forum Episcopale spectantes saltem, quæ maioris non sunt momenti; vt infrà cognoscere, iudicare, visitare, reformare, ordinare, facere edicta, constitutiones, & præcepta exequi, reuocare; in carcerem conijcere, torquere, mulctare, condemnare delinquentes; excommunicare, absoluere, interdicere, & cætera huiusmodi præstare, quæ fori sunt contentiosi: gratiam facere in casibus à iure permissis: pias exequi voluntates, vel similes, de quibus *cap. conquerente*, vbi *Abbas à num. 2. de Offic. Ordin. & cap. cum ab Ecclesiarum*, vbi *Glossa, & Abbas eod. Glossa in cap. transmissa in verb. de dotalibus de elect.* vbi *Abbas, ac reliqui DD. in cap. At si Clerici, §. finali*, vbi *Felin. nu. 13. Decius à n. 20. de iudic. specul. de iurisd. om. iud. num. 20. Bald. cons. 478. Paris. cons. 34. & alij apud Sbozzium de Vicar. lib. 2. q. 4.*

CAPVT PRIMVM.

De muneribus in specie, & primo de Censuris spectantibus ad confirmatum Præsulem.

SVMMA.

Quæ disputanda sunt. n. 1.

Quę sunt iurisdictionis, non tamen quæ sunt Ordinis, Episcopo competunt confirmato. n. 2.

Manna, & quæ iurisdictioni accedunt, spectant etiam ad Episcopum confirmatum, ni alijs emolumenta fuerint destinata. n. 3.

Potest Episcopus confirmatus excommunicare, & absoluere, non tamen Sacramentaliter. num. 4.

Nec requiruntur minores Ordines ad ferendas censuras. num. 5.

Ignorans imò, & inuitus, etiam potest absolui à Censuris. n. 6.

Prima requiritur tonsura ad censuras ferendas. num. 7.

Vicarius generalis, qui censuras ferre potest, satis est, vt habeat primam tonsuram. num. 8.

Nequè consuetudine præscribi potest authoritas ferendi censuras à laico. n. 9.

1 DVO mihi hoc præstanda sunt capite, primo munera specificè Præsuli confirmato competentia exponere, secundum censurarum ferendarum, soluendarumque potestatem declarare, nùm autè iure nouo aliquid ad hoc requiratur dicam *disp. 6.*

2 Constans itaquè DD. est sententia, matrimonio iam rato inter Episcopum confirmatum, & Ecclesiam, ei quæ iurisdictionis sunt munera competere, non autèm quę sunt Ordinis. Colligitur *ex capitul. licet de translation. capitul. transmissum de elect. Rota decision. 6. de causa possess. & propria num. 13. apud Cuccum instit. maior. lib. 4. titul. 4. num. 58, aliosquè Auctoribus in citat. can. scribentes.* Fundamentum est ratio matrimonij iam contracti, iurisquè perfecti confirmatione comparati, de quo

Digitized by Google

quo egimus *ſuperiori diſput.* Confirmatur, quod ante confirmationem non licebũt hæc munera ob hanc etiam aliam cauſam, nè fortè electi, deſtinatiq. Præſules confirmationem negligerent, & quia difficile quidem aliàs eſſet, eos remouere, quorum electio aliquando vacillare comperiretur, vel ſui, vel perſonæ electæ defectu, ſi cum adminiſtratione munera infra expẽdenda electus Epiſcopus ad libitum obire poſſet.

3 Aſſertio ſecunda. Banna, & quæ iuriſdictioni accedunt, ſpectant etiam ad Epiſcopum cõfirmatum ex iure, niſi fructus iuriſdictionis, vel vacationis fuerint alijs reſeruati, ſic *Gloſſa cap. quia ſæpè de elect. in 6. verbo reſeruari, & Bald. cap. tranſmiſſam de elect. num. 1.* Ratio primæ partis eſt, quod huiuſmodi omnia neceſſaria cõſentur ad iuriſdictionem ſpectare, atq. acceſſoria; ſicut eiuſdem fructus; ergò ſequi debent principale *de regulis iuris. Acceſſorium, &c.* Ratio ſecundæ probatur in *clem. de elect. cap. ſtatutum ad finem.* Confirmatur, cum nomine prouentuum iſta omnia contineantur, *ff. quod vi, aut clam l. 15. qui in Puteum, §. ſi poſtea, vt proſequitur Petrus ab Ancarano in dictam Clemen. & cap. ſtatutum num. 1.* vbi de pœnis, cęteriſquè huiuſmodi.

4 Sit tertia concluſio. Epiſcopus confirmatus poteſt excommunicare, & abſoluere, non tamẽ Sacramentaliter, ſic *Abbas cap. tranſmiſſam de elect n. 2. & habetur in cap cum ab Eccleſiarum de offic. Ord. cap. ſicut de ſimon. & cap. cum in Eccleſiis de maior. & obed.* Hinc deducitur etiam ſi non fuerit Sacerdos, adhuc electus, & confirmatus excommunicare quidẽm poſſe, quòd ad exercitium iuriſdictionis Sacerdotium minimè requiritur. Sic Archidiaconus, qui non tenetur eſſe Sacerdos, ſed ſufficit eſſe Diaconus tantum *cap. cùm in cunctis, §. inferiora de elect.* habens iuriſdictionem excommunicare profectò poteſt, vt probè *Panormitanus cum Gloſſa in dict. cap.* addit verò *Bald. nu. 2.* actum abſolutionis à cenſuris etiam poſſe conferri à non conſecrato, imò à non Sacerdote. Auctore etiã *Panormitano cap. Tranſmiſſam de elect. n. 2.* cum eadem de abſolutione, ac ligamine ipſarum cenſurarum ſit ratio *de pœnit. diſtinct. 1. cap. verbum.* Itaq. ſicut infra nec requiri quempiam Sacrorum ordinum, imò nec reliquorum minorum, ſatiſq. eſſe ad ferendas cenſuras primam tonſuram dicemus, ità de abſolutione dictum etiam volumus, cum eadem de vtraq. ligandi, atq. ſoluendi poteſtate ratio ſit, vt probè tradit ex communi ſententia, Præter citatos Canoniſtas *Soarius de cenſuris diſp. 7. ſect. 6. n. 7.* nec *Hoſtienſis cap. quoniam de vita, & honeſt. cleric.* contrarium ſentit, qui abſolutionem à peccato in foro pœnitentiæ à non Sacerdote dari non poſſe ſolum aſſerit, vt habetur *cap. omnis de pœnit. & remiſſ.* & Theologis certo certius eſt, probeq. proſequitur *Io: Andreas in cap. dudum il ſecondo de elect.*

5 Ex hac eadem radice manat, ignorantem, vel etiam inuitum abſolui poſſe ab excommunicationis vinculo, non tamèn à peccato, vt in *cap. ab excommunicato de reſcriptis*, notatq. *Io: Andr. in cap. 1. de ſententia lib. 6. Panormit. cap. ab excommunicato de reſcrip. nu. 10.* traditurq. conſenſu *Theologorum in 4. diſt. 18. & D. Tho. q. 2. art. 5. Riccard. art. 10. q. 1. Paludano q. 5. art. 3.* quia cenſura non eſt culpa, quæ vt in inuitum ferri, ità & tolli poteſt, ſpectata natura ipſius cenſuræ; tametſi vel ex delegationis modo, ac limitatione, vel ex pertinacia excommunicati, ac perſeuerantia in peccato, non poſſit niſi ab habente facultatem, illam tollendi excommunicationem, vt rectè monet *Soar. de cenſ. diſp. 7. ſect. 7. à. nu. 5. ac deinceps*, ſubſcribit etiam *D. Thom. cit. art. 2. ad 1.* licet non habeat, inquit, clauem ordinis, clauem tamèn habere poteſt iuriſdictionis quiſpiam; quo etiam pacto loquitur *Riccardus ead. diſtin. art. 4. q. 3.* nec non *Sotus diſt. 20. q. 1. art. 4.* Neq. *Gloſſa* à nonnullis perperam *citata cap. 1. verſ. præter diſt. 96.* contrarium ſcribit, ſed ſolum ſæcularem eſſe non poſſe, qui cenſuras ferat, de qua quæſtione mox dicemus, neq. *capitulum Canonica de ſenten. excommun.* ſiue ab *Vgulino apud Soarium de cenſuris diſput. 2. ſect. 2. num. 10. cit. ad rem in verbo qui ſicut audiuimus Præsbyter eſſe debet*, nam ibi expreſsè de abſolutione loquitur, & quamuis eadem ratio concedatur de vinculo, atque abſolutione; verum, vt probè *Gloſſa verb. Præsbyter*, inquit; *niſi eſſet Præsbyter non concederetur, ità de facili*, nùm autem, quod abſolutè Præsbyter, ideſt Sacerdos eſſe deberet, vel Clericus, addit eadem *Gloſſa*, quia Laicis, &c. non conceditur, vt infra. Ratio autèm à priori eſt, quia poteſtas ferendi cenſuras poteſtatem Ordinis non comitatur, ſed paſtorale munus, ad cuius exercitium neceſſaria quidem eſt, non ſecùs, ac poteſtas iudicandi, & puniendi, quemadmodum patet ex *titulo de offic. Ordin. & cap. qualiter il ſecondo de accuſ. & cap. ad reprimendam. & cap. cum Epiſcopus eod. 1. tit. in 6.* & habetur in *Trident. ſeſſ. 6. de reform. c. 3. & ſeſſ. 14. de reform. c. 4.*

7 Verùm eadem non eſt ratio de Clerico, nã etiamſi quis Ordinibus Sacris non initiatus poſtularetur in Epiſcopum, cenſuras ferre poſſet, ſi primam ſaltèm haberet tonſuram, qua à laicali ſtatu ad clericalem tranſitum feciſſet; eſt communis ſententia, tùm Iuriſtarum, tùm Theologorum ſupra laudatorum, tùm Summiſtarum *verbo excommunicatio*, vt videre eſt apud *Couarr. cap. Alma mater par. 2. num. 3. & Soarium diſp. 2. de cenſuris ſect. 3. nu. 11. habetq. expreſsè Gloſſa cap. præter diſt. 32. verbo Duci.* Ratio eſt, quod hæc iuriſdictio per ſe, naturaq. ſua characterem non poſtulat, quippè quæ ad forum potius contentioſum pertinet; ergo iure Diuino Sacrum Ordinem minimè ſupponit, neq. iure poſitiuo, ex quo ſolummodo habemus, nè laicus ſit ille, cui hæc facultas commiſſa eſt; è laico autèm ſtatu ad clericalẽ ſanè per primam tonſuram gradus fit ex *cap. cum contingat de ætate, & qualit. ordinandurum.* Per ea, *per primam tonſuram iuxtà formam Eccleſiæ datam à talibus clericalis ordo confertur*; ergo illa ſatis cenſenda eſt ad hanc poteſtatem habendam, atq. exercendam.

8 Hinc probè *Couarr. cit. & alij* notant Vica-

Digitized by Google

rium Episcopi esse posse, censuraſq. ferre sola tonsura donatum, non autèm sine illa, sine qua neq. regularis capax esse potest Vicariatu, vt communi placito DD. tradunt *Victoria relect. 2. de potest. Eccles. quæst 2. num. 4. Ledesma in 4. 2. part. quæst. 20. art. 4. circa medium*, neq. *Glossa cap. mulier 23. dist.* contrarium habet, neq. leuiter indicare videtur, vti *Soarius cit.* suspicabatur. Ex his etiam fit, Papam solum posse in hoc casu dispensare iuxta ea, quæ de potestate illius diximus in iure positiuo *lib. 5. disputat. 3.* & specialiter quoad hoc notauit, *Glossa in cap. præter dist. 32. verb. Duci, circa finem*; Ab Episcopis autèm si dispensaretur circa hunc Canonem, inualidè id fieret, cum esset in lege Superioris dispensare, de quo aliàs *tom. 3.*

9 Fit secundo, neq. consuetudine facultatem censurę ferendæ à laico posse præscribi, vt probè prosequitur *Abbas cap. cùm tanto num. 15. de consuetud.* Quomodo autèm non baptizatus remotior sit à capacitate talis facultatis, docet *Soar. cit. n. 12.*

CAPVT SECVNDVM.

Nùm in articulo mortis possint à laico, qui postulatus esset in Episcopum, atquè admissus, tolli censuræ.

SVMMA.

Quæstio, & eius occasio. n. 1.
Prima sententia negans Papam laico concessisse facultatem absoluendi à censuris. n. 2.
Sententia huic opposita. n. 3.
Subdiaconus postulatus, atq. in Episcopum admissus potest à censuris absoluere. Idem dicas de habente primam tonsuram. n. 4.
In mortis articulo à quocumq. posse dari censurarum absolutionem non est improbabile. num. 5.
Non modo potest, sed tenetur siue Præsul subdiaconus postulatus, & admissus, siue Vicarius absoluere à censuris subditum extremè laborantem; imò & non subditum. numer. 5. & 6.
Non est improbabile posse, imò & teneri quemlibet Christianum in articulo mortis alterum quemcumq. existentem absoluere, non tamèn Sacramentaliter, à censuris n. 7. & 11.
Effectus absolutionis à censuris, qui sunt. n. 8.
Quilibet Sacerdos, imò & Christianus poterit absolutionem impendere à censuris etiam signum pœnitentiæ ex graui morbo non ostendenti, etsi illicitè id faceret. num. 9.
Post mortem ei, qui signum pœnitentiæ non dedit, absolutio nequit dari censurarum. n. 10.
Cum absolutio censurarum non daretur à non Sacerdote, quid est præstandum deinceps. num. 12. & 13.
Qui dicatur mortis articulus, & nùm distinctus à periculo. n. 14.

1 NOn poteram, nisi hac ad superius caput appendicę adiuncta, disertè quęstionem omnem dilucidare, cuius explanatio altius repetenda est, atq. è simili deducenda, nùm in articulo quicúq. laicus, deficiente Ecclesiastico à censuris possit validè, licitèq. absoluere, de qua duæ principes afferri possunt sententiæ.

2 Prima docet, neq. à Papa concessam adhuc esse hanc facultatem puro laico, à quo neq. licitè, neq. validè conferri de facto possit censurarum absolutio. sic *Paludan. in 4. dist. 20.* de quocumq; non Sacerdote sermonem habens; expressiùs *Sot. dist. 18. q. 4.* qui tametsi clarè loquatur de laico; cùm tamen subscribat *Paludani sententiæ*, laici nomine videtur comprehẽdisse quemcumque, qui Sacerdos non sit. Accedit *Nauarr. de pœnit. dist. 6. cap. 1. in princip. nu. 83.* ex *Glossa cap. præter verbo Duci dist. 31. & in summ. cap. 26.* cùm Sacerdotem id tantum facere posse dicat. *Couarr. cap. Alma mater p. 1. §. 11. nu. 9. Grafis lib. 4. decis. cap. 15. n. 79. Molina tomo 4. de iust. disp. 63. num. 3. Sances lib. 2. sum. cap. 13. nu. 13. initio*, qui deficiente Sacerdote, nullum alium posse absoluere volunt à censuris. Demùm *Soarius disp. 7. de censuris sec. 7. nu. 9.* non autem *sec. 6. nu. 6. vt* citatur à *Diana tract. 4. de Sacramentis decis. 133.* qui etiam laudat *Garziam tom. 2. par. 12. cap. 5. num. 352.* cum de hac re ibi, neq; verbum habeat, quod ideò monuerim, quòd alterius Typographi, mei codices sint, vel Notarij potius errorem Iudicem, quàm Auctoris cætera eruditi, quippe qui eo maior esset, quo illius decisiones extrinsecæ DD. auctoritati plerunque nituntur. *Layman* præterea dat manum Theologiæ maralis *lib. 1. tract. 5. cap. nu 6. m. 2.* Primum fundamentum est, quod licet Papa hanc possit facultatem tali vrgente necessitate concedere; at concessisse nullibi legitur. Secundo pertinet etiam ad maiorem censurarum existimationem, vt à solo Presbytero earum possit conferri absolutio, neq; necessitas in contrarium vrget, cum tatus talis accedat casus inopiæ tãtæ Sacerdotis, ergo &c. Tertio est odiosũ, atq; à iure alienum spiritualia per laicos administrari *cap. decernimus de iudicijs, & de sentent. excomm. cap. si verò, & 96. dist. cap. bene quidem*, ergo non est propter solas congruentias id asserendum. Quarto, quòd absolutio à cẽsuris, vt præuium quodpiam deinde sibi ascisciț absolutionem à peccatis, quam non Sacerdos impertiri non potest. Neq; illa absolutio necessaria est per se corpori ad sepulturam ecclesiasticam, vt notat *Paludan. & Sotus*, quæ quidèm post mortem dari poterit; neq; animæ cui absq; absolutione à peccatis non prodest. Tandem fauc-

Digitized by Google

saucre videtur huic sententiæ *Tridentinum sess. 14. cap. 7.* quod solis Sacerdotibus indicat concessam esse hanc facultatem.

3 Contraria sententia huic opposita est *Sylvestri verbo absolutio 1. nu. 8. Armillæ nu. 39. Tabienæ verbo absolutio 1. nu. 8. Diui Antonin. 3. p. tit. 17. cap. 4. casu 7. Ledesmæ 2. p. quarto prænot. q. 26. art. 1. vers. sed hæsitabis, Margaritæ Confessorum, fol. 139. Abbatis cap. à nobis il secondo nu. 10. de sent. excomm. & cap. Pastoralis §. præterea vers. præter quam in morte de offic. ordinarij, Auilæ de cens. p. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 3. Io. Valer. indifferentijs vtriusq; fori verb. absolutio diff. 13. nu. 2. Saucij in suis selectis disp. 44. nu. 7.*

4 Ego verò primum aio, Subdiaconum in Episcopum electum absoluere posse à censura in articulo mortis; neq; est, qui hoc neget, cum id præstare extra mortis articulum, & ex superioribus, & ex mox dicendis constet.

Secundo dico, Primam habentem tantum tonsuram postulatum in Episcopum, admissa postulatione, quæ ex stylo Curiæ Romanæ, vt *disp. 9. cap. vlt. nu. 31.* dictum est æquiualet electioni confirmatæ, posse validè, & licitè talem absolutionem impertiri proprio subdito, sic expresse Auila citatus. Hoc placitum non indiget distincta probatione ab ea, qua probauimus satis esse primam tonsuram ad ligandum censura, atq; ad absoluendum, vt *sup. cap. à nu. 6. ac deinceps*.

5 Hinc quartò dicendum non modo posse, sed teneri siuè Præsulem Subdiaconum postulatum; atq; admissum in Episcopum, siue Vicarium absoluere subditum à censura; ratio est, quià cum multi Auctores, quos citat, ac sequitur *Enriquez lib. de pœnit. cap. 9. nu. 3. in textu, & in comm. litt. S. T. V.* dicant, posse, deficiente Sacerdote, habentem tantum primam tonsuram, præsertim si fuerit Vicarius, absoluere extremè laborantem à censura, tenebitur id facere conformans se huic opinioni saltem ex charitate, vel ex officio proprio: quoniam illa absolutio nocere nihil, prodesse verò in multis posset, vt infra dicam, docetq; *Sanchez lib. 2. sum. cap. & num. 13.*

6 Assero quarto; posse Præsulem Subdiaconũ vel Diaconum saltèm in mortis articulo quèlibet etiam non subditum à censura soluere, quem extra illum non posset, sentio cum *Vgolino tabula 1. cap. 45. num. 6.* & sauet *Paludanus supra cit. dist. 18. q. 15. nu. 18.* Hæc assertio à fortiori probabitur ex sequenti. Secundo à pari, imo à fortiori iurisdictio, qua potitur Parochus in suos subditos, extenditur ad alienos in articulo mortis absoluendos; imò ex *Tridentino sess. 14. cap. 3.* iurisdictione qua expedita simplices non potiuntur Sacerdotes, gaudent in illo articulo per ea, *atq; ideò omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuslibet peccatis, & censuris absoluere possunt*; ergò à fortiori iurisdictio, quã habet Præsul electus etiam si fuerit Diaconus in suos absolutè, ex pia matris Ecclesiæ voluntate censenda est extensa ad quoscumq; extrèmè laborantes deficiente proprio Parocho, vel Episcopo, vel alio Sacerdote; Neq; par esset ratio de quocumq; alio Diacono, vt contendit *Suarius* contrarium sentiens *nu. 11.* quia Diaconus non Episcopus nullam habet iurisdictionem ad absoluendas censuras; habet tamèn Episcopus Diaconus in suos; quid ni ergo si huius latè patere dicatur, atq. ex pia Ecclesiæ benignitate extendatur. Præterea Sacerdotes omnes, cùm iurisdictionem habeant absolutè ad peccata absoluenda, ea, qua dicemus ratione *in princip. 8. libri*, nec non ad venialia, ea carent Subdiaconi: his insuper facultas non fit à Tridentino absoluendi à peccatis etiam reseruatis in articulo mortis, quæ fit Sacerdotibus; igitur à pari conficio contra Suarium, licet hæc facultas absoluendi à censuris respectu omnium concedatur Episcopo, vel Parocho Diacono in articulo mortis, non idcircò asserenda est data alijs Diaconis, neq. ex eo, quod Diaconis non detur, neganda erit Præsuli electo, qui ex fundamento superioris assertionis tenebitur etiam id præstare.

7 In mortis articulo, licet prima sententia sit probabilior, & quemplurimorum doctorum cui absolute subscribo, improbabile tamen nõ est posse quemlibet Christianũ in absentia Ecclesiastici animam agentem soluere, nõ tamèn sacramẽtaliter neq. solemni absolutione à censura, & à fortiori hoc verum est de postulato in Episcopo eius admissa postulatione. Quoad primam assertionis partem sentio cum Auctoribus secundæ sententiæ, & primùm probo ex *Glossa cap. à nobis de sentent. ex comm. verbo nõ potuerit, atq. ex Glossa cap. Pastoralis §. præterea verbo præter quam in mortis articulo*; Secundo nulli dubium est Summum posse Pontificem hanc facultatem concedere laico. Igitur pium est credere illam fecisse. Probatur consequentia; nàm etsi talis absolutio non possit esse peccatorum, non parum tamèn prodest tùm animæ, tùm corpori. ergo cum Ecclesia omnibus, quibus potest modis spiritualem salutem, bonumq. optet, ac procuret suis filij, pium erit credere, sicut nullum voluit peccatum reseruarum in articulo mortis; nè quis pereat; ità ne aliquis tantum detrimenti subeat, ni absoluatur censura, cùm possit absque potestate ordinis fieri, non voluisse aliquam censuram insolubilem, deficiente Sacerdote, vel ordinem sacrum habente; & sicut expedit, applicatque, vel confert iurisdictionem secundum opinionum varietatem *initio 8. lib.* declarandam ad absoluenda omnia peccata cunctis capacibus, quemadmodum sunt Sacerdotes, ita censenda est iurisdictionem conferre omnibus Christianis ad soluendas censuras in illa necessitate, qui quidem capaces sunt, vt habentur nõ modo initiati Ecclesiasticis ordinibus præsertim sacris, verùm etiam laici fideles. Tertio absolutio à censura non adeò, connexa est cùm absolutione à peccato, vt ab ea seiungi nequeat; & enim esto contingat hominem extremè laborantem, vel quia nullo modo peccata confessus est, neq. nutibus; vel quia iàm mente depositus est, vel quia caret sensu, absolutionis incapacem esse; nihilo tamèn minus à quocumq. simplici Sacerdote à quauis censura absolui posse compertum est ex *Trident. sæpè citato*.

Digitized by Google

tato; Signum igitur est hanc à Censuris soluēdis facultatem non modo fieri per ordinem ad absolutionem à culpis, sed etiam propter se ob fructum talis absolutionis; ob hanc igitur ipsā causam probabile satis est concedendam, atq. cōcessam hanc fuisse potestatem. Nam eodem *Suario Auctore nu. 4. ad finem*, nullum est sanè ius positiuum expressum, quo hęc eadem potestas Sacerdoti cuicumq. simplici concedatur extra Sacramentum pœnitentiæ, Sed ex benignitate Sanctę Matris Ecclesiæ deducitur. Cōfirmatur nam vt habet *Nauar. de Indu. alleg. notab. 30. nu. 9.* apud *Valer. citatum num. 3.* in hoc casu articuli mortis quando non potest Clericus haberi, poterit Laicus concedere indulgētias idq. communiter teneri. Dixi neq. id posse laicum solemni præstare absolutione quoniam vt probe aduertit *Valer. citatus*. hæc absolutio, absolutio solum est pro foro exteriori.

8 Neq. ad huius ratiocinationis momentum video quicquam deesse, si fructus ad eum derinatos, qui tali solueretur censura, subindicauero. & primus sit ad bonum animæ, quę quidēm etiam si gratia non priuetur gratum faciente ex vi præcisè censuræ, priuatur tamēn suffragijs communibus Ecclesiæ, qua de causa diù in Purgatorio purganda fortasse permanebit, quod parùm profectò non habet detrimenti, ad quod euitandum meritò censet *Suarius, sæpè laudatus nu. 8. ad finem*, moralem quamdam esse necessitatem sufficientem, ob quam pia Mater Ecclesia prouidere potuerit, vtq. ex sua benignitate debuerit vti hac, quā asseruimus, facultatis concessione in extrema alicuius necessitate, inopia penitus vrgente Sacerdotis. Scio *Sotum, & Couarru*, ab hoc dissentire, verùm quid mirum si contrariæ subscripserunt sententiæ, à qua satis, superq. probabiliter nos discedimus cum Auctoribus pro secunda sententia laudatis, inter quos expressiùs hac de re *Valerus in differentia vtriusq. fori verbo absolutio differ. 13. nu. 5.* qui etiam notat, posse laicum in articulo mortis vitam agenti conferre indulgentiam plenariam Bullæ Cruciatæ, citatq. *Nauarrum de Indulgentijs notabili 3. nu. 9.* at mihi est *notabili 30. nu. 8* quod à fortiori verum erit in laico postulato in Episcopum admissa postulatione, & certiùs in electo Diacono confirmato, cum electus confirmatus, vel admissa Postulatione, Postulatus possit, vt infra etiam Indulgentias inter cætera munia cōferre. Secundus effectus erit Sacræ Sepulturæ, etenim si expectanda sit absolutio post mortē, quæ concurrentibus circumstantijs desideratis per *cap. à nobis il secondo de sentent. excomm.* dari debet sæpè, vel obtineri non poterit, vel non adeò facilè, vel post multum temporis, quando necessè profectò erit corpus sepelire, siuè deponere extra locum Sacrum, ex quo multum scandali, atq. infamię defuncto, nec nō etiām propinquis oriri, non est, qui reuocare possit in dubium.

9 Addo per *Vgolinum tom. 1. cap. 4. §. vltimo, nu. 4. & 5. & Nauarr. cap. 27. nu. 272. apud Suarium nu. 7.* quemlibet Sacerdotem in illo articulo non solum valide posse quemcumq. animam agentem absoluere à censura, iuxta sensum præcedentis doctrinæ qui quidem signa præstiterit contritionis, Sed etiām qui nō præstiterit, etiam si cùm peccato id ageret Sacerdos; quod ipse illo in euentu admitterem cum non ex impœnitentia signa illa penitentiæ vel omisisset vel ex proteruia non dedisset, Sed ex morbi grauitate; sicut enim etiām inuitus potest ab huiusmodi censuris solui, & ligari, quemadmodū supra indicaui, sic à fortiori quis piā enodari poterit, q neq. disentit neq. ob infirmitatis grauitatē cōfert. Hinc penes istā opinionem consequenter dicēdum etiām laicum in hoc casu posse absoluere à censura, quæ absolutio non poterit dari post mortem, cùm nō concurrerint signa pœnitentiæ requisita *in cap. à nobis de sent. excom. paulò antè citato*, Hoc autem nolo mea solum auctoritatę assertum, Sed amicissimus Lector probet, quod simillimū vero putat, conferatquè paritatem nulla meæ habita ratione sententiæ, quam cuiquè, prudenti, & maximè veritati catholicæ atquè ecclesiasticæ censurę submitto à qua ni proba ta fuerint neq. latum. vnguem discedens vt non asserta vel exarata ex nunc habeantur.

10 Non poterit autèm concedi hæc absolutio à sæculari post mortem, vt neq. à quacumq; Sacerdote, sed ab eo, à quo viuens iuridicè absolui poterat, vt cauetur in *cap. à nobis citato*, & ratio est, quòd iam illud cessauit periculum mortis, per quod erat illa facultas facta, vt probè *Abbas num. 10. citato, & Nauarr. in sum. c. 27. nu. 27.* Huc accedit alius effectus, quem exarauit *Abbas sæpè citato cap. à nobis de sent. excom. num. 10. ad finem*: quia non cogitur hæres absoluto patre v. g. in vita, pro absolutione defuncti Papam adire, vel eum, à quo viuens fuerat absoluendus, cum post mortem, vt modo dixi, non à quolibet Sacerdote solui poterat. Quæ cum satis, superquè probabilia videantur, à fortiori vera censenda erunt de laico, *qui postulatus*, admissa postulatione, *in Episcopum*, nullo ibi existente Sacerdote si ad esset extremè laboranti, etiam non subdito iuxta dicta, posset id præstare cum erga subditos hac potiri potestate non Sacerdos ex munere habeat, & possit negotio ei, qui ad tantum munus habitus est aptus collata censeri, potius quàm alteri triuijs aecersito.

11 Demùm ex his deduco, non modo laicum, deficiēte Ecclesiastico in articulo, vel periculo mortis, præsertim si fuerit in Episcopum admissus posse, sed etiam teneri absolutionem à censuris dare animam agenti. Sic *Sanchez citatus nu. 13. ad finem*, quamuis absolutè, vt superius indicaui contrariam amplexus sit opinionem quoad facultatem absoluendi. Nostri autèm ratio corollarij est, quia cùm hæc, quam amplexi sumus, sententia optimis (etiam Sancio Auctore contrario) vtatur coniecturis, & probabilis sit nō modo potest admitti, sed admittenda est omninò in extremo, tantæq. necessitatis casu ad effectus paulò ante enumeratos spirituales vtilitatis, nequè nocere possit, vt paulo antè indicaui.

12 Postremò illud monuerim, cum absolutio ha-

Digitized by Google

haberetur à non Sacerdote, tùm absq. dubio expedire, vt post mortẽ obtineatur ab eo, cui reseruata erat excommunicatio; vel si reseruata non fuerit à Sacerdote, qui poterat illum eũdem sacramentaliter absoluere; ita citatus Sanchez.

Superest, vt aduersariorum argumentis *nu.* 2. indicatis satisfaciamus.

Ac primo dicimus, non in controuersiam reuocatam esse per dilucidatam quæstionẽ, potestatem, qua potitur Papa concedendi facultatem laico ad absoluendum in mortis articulo, deficiente alio Sacerdote: Sed in illa inuestigauimus, nùm eã concesserit, ad quod eruẽdũ vtimur coniecturis, argumẽtisq; probabilibus, nec non aliqua paritate ducta à Sacerdote, cui de iure non constat talem commissam esse facultatem extra Sacramentum pœnitentiæ, & tamèn ex benignitate Ecclesiæ illã colligunt DD. vti *nu.* 7. indicaui.

Secundo argumento dicimus in ædificationem, non autèm in destructionem facultatem censurarum ferendarum Ecclesiæ datam esse. Quamobrem talem esse facultatem concessam laico sub dictis circumstantijs ad tantum animæ detrimentum auertendum, vt *num.* 8. & 9. scripsimus, non est contra naturam, dignitatẽq; ipsarum censurarum. Casum autèm sub his circumstantijs rarò accidere, argumentum potiùs esse putamus talem facultatem cõcessam fuisse, ex qua timeri non potest abusus, quàm non esse concessam. Laicis autèm interdictum est, nè tractent ecclesiastica negotia propria auctoritate, & non habita facultate, à quo potest, vt hic, à Papa, & patet ex *cap. decernimus de iudicijs adiuncta Glossa verbo præsumãt Cap. § verò ibi citatum* nihil habet contra nostram doctrinam. At *cap. benè quidèm dist. 96.* ex se, propriaq; auctoritate de rebus ecclesiasticis agere laico non licere, statuit, quod nos vltro fatemur, secùs autèm etiam in his ex delegatione Papæ, vt notat *Glossa verbo laico*, & licet odiosum sit sæcularem spiritualia tractare, verum cùm hanc facultatem concessam esse censeamus in bonum animarum, quãdo neq; odiosa restringenda sunt, vt aliàs dixi, non est cur hoc nobis negotium faceſſat,

13 Quarto argumento falsum esse dicimus absolutionem à censuris tantum concedi veluti præuiam absolutioni à peccatis, cum ex se satis abundè vtilem esse superius ostenderimus.

Demùm *Tridentinum ibi laudatum* de absolutione loquitur sacramentali, neq. aliquem statuit inter hanc, & absolutionem à censuris ordinem, imò priùs de absolutione à peccatis mentionem facit, quã à censuris hisce verbis; *atquè ideò omnes Sacerdotes, quos habet pœnitẽtes, à quibusuis peccatis, & censuris absoluere possunt*; cùm è contra ritè habenda sit; ex quo statuere noluisse hunc ordinem inter hæc vincula clariùs demonstratur, & indicat *Vgolinus supra citatis nu. 4.*

13 In casu verò, quo è morbo periculoso quispiam à censuris absolutus emergeret, si reseruatæ fuerint Papæ, atq. absolutæ ab Episcopo non in sacris pẽnes opinionem suprà probabiliter assertam, tenebitur se sistere Summo Pontifici, ad quem de iure ordinario absolutio illa spectat, non vt iterũ absoluatur, qua absolutio non indiget, vt notat *Glossa in cap. à nobis cit. verbo non potuerit*, cũ vera fuerit illa absolutio ex *cap. vltimo de sepulturis, & cap. in litteris de Rectorib.* quod scripsit ex consensu DD. *Suarius de censuris disp. 7. sec. 1. n. 5. ac de Pœnit. disp. 30. Layman.* nec non *lib. 5. tract. 6. c. 12. n. 15. & alij*; Sed vt mandatum eius accipiat *ex cap. eos, qui de sent. excomm. in sexto, & extrauag. inter cunctos, §. incendiarios de priuilegijs*, atq. hanc extensionem absolutionis à laico habitæ in mortis articulo omni absente Sacerdote, qui nec facilè aduocari possit, deduco ex *Glossa cit. cap. à nobis il secondo de sentent. excommunicationis.*

14 Quinam mortis articulus dicatur, & nùm distinctus à periculo sit eiusdem, non est huius loci. Breui tn ad præsens institutũ dico, mortis articulum non esse censundum vltimum vitæ, quo ducimus spiritum, sed quodcumq; probabile, & aliquo pacto propinquum vitæ periculum, quod frequenter in tali casu solet accidere, siue ex sententia Iudicis, siue ex graui morbo, siue ex conflictu belli, vel aliàs ineundum, vel aegro, per difficiliq. partu, experientia alterius docente, vel medicorum iudicio, vt notauit *Abbas cap. quod in te de pœnit. & remiss. col. 2.* vel periculosa nauigatione, vel diuturna, in qua Sacerdotis copia futura non sit, vt docent *Syluester verbo confessarius 1. q. 6. dicta 7. Couarruu. cap. Alma mater prof. 1. §. 11. nu. 8. Palud. in 4. dist. 20. qu. 1. art. 2. conclus. 3. Nauarr. cap. 26. manualis nu. 31. Molina tract. 3. de iustit. disp. 63. nu. 5. Suarez disp. 26. de pœnit. sect. 4. Sanchez lib. 2. sum. cap. 13. num. 7.* Sic etiam se haberet periculum eorum, qui peste sunt infecti, & subito, & præter opinionem extingui solent, *vt Layman notat lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 13.* Nùm autèm periculum censendum sit mortis, quód sponte quis subit. *Corduba in sum. qu. 18. punct. 2. dicto 4. & Sanchez laudatus nu. 3.* existimant, non dici periculum, in quo à quocumq. Sacerdote possit dari absolutio illud, in quo quis vult se constituere. Cæterùm sentio contrarium. Nàm quis dicet eum, qui periculosæ sponte se commisit nauigationi sæuiente tempestate non posse absolui? vel qui sua sponte bello ingruenti in ipsa conflictus imminentis occasione nomen dederit, priuandum absolutione? Mouor etiàm, quia ratio cur Ecclesia nullum censeat casum, vel censuram reseruatã, est, nè quis pereat, vel graue detrimentum subeat animæ, & vt quicumq. suæ possit satisfacere obligationi confessionis peccatorũ, aliorumq. vinculorum in extremo periculo vitæ, vnde autèm hoc periculum procedat, non curauit Ecclesia, & sic sentunt *Layman citat. n. 13.* cæteriquè Auctores, qui talis non meminere limitationis.

Caput

CAPVT TERTIVM.

De duobus alijs muneribus, quæ competunt Episcopo confirmato.

SVMMA.

Quæstiones disputandæ. nu. 1.
Quæ iurisdictionis sunt, & minorem requirunt excussionem, potest Episcopus tantum confirmatus exercere. nu. 2.
Recensentur, quæ sunt hæc munera. nu. 3.
Num possit iudicare de causa Clerici criminali, ibid.
Nùm de depositione, ac degradatione. num. 4. & 6.
Quando particula, &, expositiuè sumitur pro ideſt. nu. 5.
Non potest Episcopus solum confirmatus grauem iudicare causam, vel pœnam inferre, requirentem, prudentis iudicio, magnam excussionem. nu. 7.
De feudis etiam iudicare aliquo pacto potest. num. 8.
Valet obedientiam, & iuramentum à Vassallis repetere confirmatus Episcopus. nu. 9.

1 EXpensis quæstionibus de censuris siuè ferendis, siue absoluendis, duas præsentis capite comprehendemus quæstiones; primam, an de omnibus iudicare causis possit Episcopus confirmatus.

Secundam, nùm obedientiam à Subditis accipere, & iuramentum à Vassallis.

2 Circa primum ex *cap. transmissam de elect.* per expressam exceptionem patet, *ea, quæ maioris inquisitionis discussionem exigunt, & ministerium consecrationis desiderant*, non esse tractanda à confirmato tantum Episcopo. Inter hæc venit expendenda, siue degradatio, siue depositio, nùm extra limites Antistitis confirmati sint; & nè referam ad fastidium, in re, quę vix vsu euenire solet, sententias, in quas quæstio hæc canonistas diuisit à *Panormitano relatas in cap. transmissam cit. nu.* m. 4. Placet sententia docens, posse quidèm cognoscere, ac definire Præsulem tantum confirmatum causam criminalem Clerici ad finem deponendi à beneficio; & similiter posse cognoscere, ac definire de crimine obiecto per modum exceptionis, secùs autem ad finem deponendi verbaliter ab officio, ac beneficio, neque degradandi. Prima pars est *Innocentij apud citatum Abbatem nu. 4. & Immolæ cap. transmissa de elect. nu. 5.* Ratio est, quod electus confirmatus exercere potest, quæ meri sunt imperij, vt excommunicare, que quo munere super egimus, & cætera huiusmodi. Secundo, quia si sæculares Iudices de causis possunt iudicare criminalibus; poterunt etiam, & Episcopi confirmati.

4 Secunda pars est *Glossæ verbo de talib. numerantis inter ea, quæ sunt ordinis depositionem Clericorum Antonij de Rut. cit. Abbatis nu. 14. nec non Immolæ laudati*; ratio, qua potissimum moueor, est ex *textu cap. transmissam allegato*, cuius verba *nu. 2.* retuli: nam non modo ea excipit, quæ ministerium expetunt consecrationis, verum etiam, quæ maiorem requirunt discussionem. Neq; sans occurrit huic momento rationis *Cardinalis florentinus* asserens particulam, siue copulam, &, exponendam esse, ac resoluendam in expositiuam particulam *ideſt*, ac si diceret textus, excipimus ea, quæ maioris inquisitionis discussionem exigunt, ideſt illa, quæ ministerium consecrationis desiderant. Nàm vt probè *Immola* hæc interpretatio vim infert textui manifestam; etenim per se ad ea, quę sunt iurisdictionis videtur spectare inquisitionis discussio: ad ea vero, quæ consecrationis sunt, vt ad Altare consecrandum, templa, chrisma, & cetera huiusmodi *discussio* propriè non requiritur. Accedit non *idcirco*, quæ sunt ordinis, proprias functiones prohiberi, nè consecratus Episcopus obeat, quia maioris inquisitionis discussionem exigunt; sed quia sunt actus potestatis ordinis: hinc *cap. quamuis dist. 68.* quicquid sit de functionibus iurisdictionis, quibus fungebantur Chorepiscopi, ait, *certè cum Apicem dignitatis Episcopalis non haberent*, prohibentur à proprijs muneribus ordinis. Præterea *Cardinalis* citati interpretatio est contra *Glossam* numerantem depositionem inter ordinis munia, & consequenter, etsi admitteretur, adhuc depositio, nô spectaret ad Antistitem solum confirmatum. Est demùm contra rationem.

5 Etenim particula, &, tunc expositiuè accipitur, valetque ac *ideſt*, quando *idem declarat*, quod antea dictum erat, vt probè *Immola cap. Pastoralis de rescrip. ad finem expositionis casus ante Notandum* 5. & præterea, quando copula, & inter duo ponitur, quorum vnum alteri necessariò inest: tunc enim illa duo resoluuntur in vnum, vt *ex Bart. alijsq.* docuit *Tomo 1 lib. 3. disp. 8. cap. 6. nu. 16.* At verò ea, quæ sunt ordinis necessariò non insunt ijs, quæ maiorem exigũt discussionem inquisitionis, quæ quidèm magna ex parte possunt etiam esse spectantia ad iurisdictionem, nequè à potestate ordinis manãtia, ergo &c. Iterùm quæ sunt ordinis, & quæ maiorem requirunt discussionem inquisitionis, non se habent instar generis, & speciei, ergo copula, &, inter ea statuta non potest sumi pro *ideſt*, atq; expositoriè, vt *loco citato* locupletiùs scripsi, ex quo quamplura huc facili negotio transferri possunt, à quibus idcirco
6 tempero. Accedit specialis ratio conclusionis ab Abbate descripta in *sæpè citatum cap. transmissa de elect. n. 4.* qua probatur, non consecratum Episcopum non posse Clericum ab ordine clericali deponere: etenim si non potest illum ordinem conferre ante consecrationem, nec sanè poterit auferre, imò à fortiori *ex cap. inter corporalia de translatione Episcopatus*, & *cap. finali*

Digitized by Google

finali 15. *quæst.* 8. vbi asseritur Episcopus posse quidem ordines conferre solus, non autem auferre, quia spiritualia difficiliùs destruuntur, quàm construuntur.

7 Et hoc etiam dictum volo de quacumquè alia graui pœna, vel causa, de qua prudentis iudicio maioris requiritur inquisitionis discussio; in quo sensu dò manum *Bertacchino tract. de Episcopo in 4. part. principali 3. lib. in penult. quæst.* asserenti, Præsulè non consecratũ non posse Clericos punire, vt nec etiam possit ordinare per *Glossam citat. cap. transmissa*, quæ vt vidimus in sensu apto, & non ampliori, quàm par est, penes *Bertacchinum* intelligenda est.

Hactenùs de hisce, de quibus, qui plura desiderat, adeat Expositores *citati cap. transmissa*, & *Diuum de re iur. Geminianum in cap. 2. post Ioannem Andream de pœnit. lib. 6. Speculatorem in tit. de Accusat. §. 1. verbo degradatur, & §. 4. vers. scelerum, Bertacchinum citat. parte vltima. lib. 8.*

8 De aliis autem minoris momenti potest iudicare confirmatus Episcopus etiam de feudis, quorum ad Episcopum alias cognitio spectat ex *titul. de feudis.*

9 Circa secundum munus, adeò proprium est Episcopi confirmati obedientiam recipere à subditis, vel iuramentum à vasallis, vt etiamsi posset in aliquibus casibus administrare nõ confirmatus, vti diximus *cap. 2. huius disputat.* hæc tamen præstare munera non valeat, vt tenet *Imola cap. nihil est de elect. num. 7.* quia omninò requirunt Prælatum confirmatum ex communi sententia, licet Archidiaconus aliter sentire videatur.

CAPVT QVARTVM.

Nùm Episcopus confirmatus possit Indulgentias concedere.

SVMMA.

Quæstio disputanda. n. 1.

Facultatem Indulgentias concedendi Præsulibus confirmatis non competere, & esse actum ordinis malè nonnulli sentiunt. num. 2.

Facultas Indulgentias concedendi competit etiã Antistiti, tantum confirmato. n. 3.

Ordines inferiores Sacerdotio per se non ordinantur ad mysticum Christi corpus. numer. 4.

Ordo Sacerdotalis non est necessarius ad Indulgentias conferendas. n. 5.

Merè laico potest facultas concedendarum Indulgentiarum committi. nu. 6.

Discrimina inter pœnarum remissionem ex Indulgentijs, & illam, quæ ad culpæ remissionem sequitur ex vi Sacramenti. numer. 7.

Elargitio Indulgentiarum est è Thesauro Ecclesiæ, quæ respectu viuorum se habet instar absolutionis, respectu verò mortuorum solutionis. n. 8. & 16.

Consecratio, seù Episcopalis Ordo non requiritur ad concessionem Indulgentiarum. num. 9.

Bifariam potest tolli pœna ob culpam debita, & quando id fiat in Sacramento à Confessario auctoritatiuè præstatur, quando verò à conferente Indulgẽtias per subtractionem materiæ. num. 10.

Pœna per Indulgentiam independenter relaxatur à Confessario, imò etiam dissentiente. num. 11.

Cur Indulgentiæ non possint inuito conferri ex Suario. n. 12.

Reijcitur allegata sententia. n. 13.

Auctoris sententia. n. 14.

Comparatur absolutio à censuris cum Indulgentijs. n. 12. 13. & 14.

Quomodo possit concedens Indulgẽtias illis frui, etiamsi earum concessio sit actus iurisdictionis. n. 15.

Modus declaratur quo Papa, et Prælati per modum suffragij concedunt pro defunctis Indulgentias. n. 16.

1 DE Indulgentijs non hic quærimus, nùm earum facultas sit Episcopis, & quo iure concessa, quæ controuersia non est huius loci, sed vltimi Tomi, vbi de muneribus Episcopi iam consecrati disputaturi sumus cum *Diuo Thom. in 4. distinct. 19. aliisq.* supposita tamen hac facultate, quærimus, nùm exerceri possit, atq. expedita competat Episcopo confirmato, hæc facultas.

2 Nonnulli apud *Durandum dist. 20. quæst. 3. & 5. & Hostiensem, capit. Accedentibus de excessibus Prælatorum*, aiunt actum esse Ordinis, soliisquè competere Sacerdotibus; his subscribit in re nostra *Marcus Antonius Cuccus institut. maior. lib. 4. tit. 4. num. 58.* dicens tantum eam expedire Præsuli electo, si fuerit Sacerdos, quod si non fuerit, poterit alteri exercendam mandare, citat *Abbatem, & Hostiensem in capit. suffraganeis de elect. nec non Petrum cap. eam te de rescript.* Et quidèm de Abbate non rectè dixisse Cuccum exploratum habeo: nàm ille *num. 2.* adeò expressis verbis contrarium habet ex *D. Thom. in 4. distin. 20. q. 3. et 4.* vt nescio quo pacto in alterum abierit sensum.

3 Itaq. dicendum est; facultatem Indulgentiæ concedendæ competere Præsuli confirmato: ratio autem est, quod hæc potestas neque est Ordinis, neque illum necessariò requirit, sed tantùm iurisdictionis; atqui quæ

Digitized by Google

sunt iurisdictionis competunt Episcopo confirmato, ergo, &c. Maior propositio est communis Theologorum, neq. discrepant plerique Canonistæ apud citatum *Panormitanum*: est itaquè *D. Thomæ in 4 dist. 20. quæst. 1. artic. 4. & quæst. 2. vbi Paludanus quæst. 4. Sotus distinct. 21. quæst. 1. art. 4. Caietanus Opuscul. de Indulgentijs cap. 2.* Prima pars maioris propositionis habetur expressè *cap. quod autem de pœnit. & remiss. adiuncta Glossa verb. in dedicationib.* vbi rogatus *Alexander III.* num remissiones, id est Indulgentiæ concessæ ab Episcopis in Dedicationibus Ecclesiarum, aliis quàm eorum subditis prosit, respondet, non prodesse; *Cùm à non suo Iudice ligari nullus valeat, vel absolui; remissiones prædictas prodesse illis tantummodo arbitramur, quibus, vt prosint proprij Iudices specialiter indulserunt.* Colligitur præterea ex *cap. cùm ex eo codem titulo*, ex quo ad claues Ecclesiæ spectare cõstat hæc facultas ex *Matth. 16.* non autem ad clauē Ordinis, vt infra subijciam, ergò, &c. Tertio hoc idem probatur à posteriori, quod Ordinis potestas coarctari, vel minui non potest, vt hæc Indulgentiarum per *cap. cùm ex eo de pœnit. & remiss. capit. Romana eodem in 6.* Secundæ partis primæ illius propositionis eam tradimus rationem; quia cum absquè potestate Ordinis poterit haberi effectus, absquè dubio causa non erit per se simpliciter necessaria illius. Probatur antecedens, quia si aliqua necessaria esset, maximè Sacerdotalis, & libentèr Aduersarij concedunt; cùm inferiores Ordines per se non ordinentur
4 ad corpus Christi mysticum, sed ad corpus reale: neq. ad remittenda peccata, vel ad pœnam pro eis debitam, & ad quæ Sacramentaliter absoluenda non per se necessaria, sed ratione Sacerdotij solum, ad quod suppoui de-
5 bent. At hic ipse Sacerdotalis Ordo necessarius non est ad Indulgentias, quod ex vsu Ecclesiæ patet, quem negare nec *Durandus* audet; nam sæpè Diaconi Cardinales, vel alij ex concessione Pontificis Indulgentias conferũt; & à priori, quia Sacerdotalis potestas Ordinis ad Sacramentum aliquod conficiendum refertur, non autem ad remissionem, quæ per Indulgentias largitur pœnarum.

6 Hinc probè *Vasquez tomo 4. in 3. part. quæst. 93. art. 1. dub. 2.* docet, non modo Indulgentiarum concedendarum, posse facultatem committi Subdiacono, sed merè Laico à Summo Pontifice.

7 Quamobrem notatu dignum existimo discrimen inter pœnarum remissionem, quæ per indulgentias habetur, ab ea, quæ ad remissionem consequitur culpæ: nam hæc aliquid præterea cùm requirat, quàm nudam potestatem Ordinis, vt infra, & hanc omninò necessariò perijt; quippè quæ habetur ex opere operato per Sacramentum Pœnitentiæ, & propria Indulgentiæ non est, vel quia immediatè non fit, sed consequentèr ad culpam, vti dicebam, vel quia non fit per modum remissionis puræ, sed satisfactionis, & potiùs punitionis, de quo aliàs.

8 At verò remissio per Indulgentiam non est actus Sacramentalis, sed quædam elargitio, seù dispensatio Ecclesiastici Thesauri, respectu Viuorum rationem habens absolutionis: solutionis autem respectu Mortuorum, vt probè *Eminentissimus Bellarminus libr. 1. de Indulgentijs capit. 5.* quem cum laude sequitur *Soarius cit. disp. 49. sect. 3. et 4. nec non alij Recentiores*, & nos infrà explicabimus.

9 Hinc efficaciùs conficitur, Episcopalem Consecrationem, seù Ordinem, nec etiam ad Indulgentias requiri, quòd ille Ordo neq. per se refertur ad peccatorum remissionem; igitur etiam si ad condonationem pœnarum per Indulgentias daremus aliquam necessariò desiderari potestatem Ordinis, eatte non erit Episcopatus.

Obijcies è *Durando*, per Indulgentiam remittitur pœna etiam à Sacerdote iniuncta in Sacramento Pœnitentiæ; sed nemo talem potest relaxare pœnam, qui non habet æqualem, vel Superiorem potestatem in illo foro, vt solus Sacerdos, habet, ergò nullus Indulgentias concedere valet, qui non sit Sacerdos: etenim nulli facultas est ad remittendam pœnam in foro interiori, cui non est ad remittendam culpam, quam, vt principalem sequitur pœna, vt accessoria.

10 Respondeo bifariam posse remitti pœnam iniunctam in Sacramento Pœnitentiæ: primò per subtractionem materiæ, secundò auctoritatiuè dispensando, ac præceptum tollendo, vel aliquo pacto iuridicè commutando à Cõfessario impositam. Ad primum modum non requiritur potestas Ordinis, cùm ad tollendum, quod contraxerat debitum pœnarum peccator per satisfactionem, ac solutionem, non opus sit potestate. Neq. id solum acquisitione fieri potest Indulgentiarum, sed per quamcumquè aliam remissionem pœnæ pro talibus peccatis debitæ, quauis alia via comparatam, siue per alia propria opera satisfactoria, piaq. suffragia, speculatiuè loquendo; tametsi per se moraliter ob rationes, quas eruditè tradit *Soarius tomo 4. in 3. part. disputat. 50. sect. 2. nu. 8.* ob hæc opera quis minimè censendus sit excusatus à præcepto pœnitentiæ Sacramentaliter impositæ. Itaquè concedo quidèm per Indulgentias, remitti reatum pœnæ temporalis in punitionem peccatorum, & non in medicinam impositæ, atquè per effectum Indulgentiarum tolli posse, seù relaxari Sacramentalem pœnitentiam pro quantitate, & qualitate Indulgentiæ, vt communiter *Theologi* tradunt *in 4. distinct. 20.* id tamen non secundo modo auctoritatiuè, vel iuridicè, vt voluere nonnulli, sed per subtractionem, atquè amotionem, solutionemquè debiti duos includentem actus: alterum quo propriè remittitur illa pœna Viuis; alterum quo ex Thesauro Ecclesiæ applicatur tantundem pro qualitate Indulgentiarum, qui quidèm actus non ad Ordinis, sed ad iurisdictionis tantùm spectant potestatem.

11 Ex his etiam fit, relaxari hanc pœnam om-

Digitized by Google

omninò indepeadenter ab ipso Confessario, etiam dissentiente, quod aut à Superiore promanat concessio Indulgentiarum, aut ab habente potestatem distinctæ rationis, quæ à Cõfessario impediri minimè potest, quicquid in contrarium videatur indicare. *Glossa cap. quod autem de pœnitent. & remiss. verbo vt possint*, cui adstipulantur nonnulli Canonistæ, quorum doctrinam rectè reijciunt *Corduba, Syluester, Gabriel, & alij apud Soarium tom. 4. in 3. part. disp. 50. sect. 2. n. 11.*

Obijcies secundo, si facultas indulgentias concedendi esset iurisdictionis, erga inuitum vsui posset etiam esse; at non potest hoc de indulgentijs dici, ergo, &c.

12 Respondet *Soarius disputat. 41. de pœnitent. sect. 3. numer. 8.* actum iurisdictionis duplicem esse, alterum ad coactionem tendentem, vel obligationem, alterum ad absolutionem, gratiam, seù priuilegium: vsus primi etiam est in inuitum, non tamen secundi, vt sæpè è Sacris Canonibus, Canonistarumq. doctrina scripsi. Hinc neq. obligatione Superior agitur ad talem iurisdictionis actum exercendum, si per se loquamur, etiamsi ex charitate poterit ad eum aliquando teneri Superior ob maximam, quã aduerteret in subditis necessitatem. Desumitur præterea è speciali ratione talis actus, ne possit erga inuitum exerceri, cum sit internus, tendatq. ad expiationem animæ coram Deo, & consequenter, neq. inuitis concedendus, vti neque absolutio culpæ, cùm actus iurisdictionis sit.

13 Cæterùm licet vltimæ paritati absolutionis assentiar, non tamen videtur Soarius argumẽtum planè diluere; nam absolutio censurarum est vtriq. actus iurisdictionis, vt patet ex *cap. 2.* neq. coactionem, vel obligationem respiciens, sed absolutionem, fauorem, & gratiam, quæ quidèm etiam in foro interno quidpiam causat, nimirùm vt possit ille, qui alioquin non valebat suffragijs Ecclesiæ, atque indulgentijs frui, & tamen erga non pertinacem, vel habentem delictum tractu successiuo, licet inuitum poterit vsui esse, quemadmodum docent *Theologi in 4. distin. 18. D. Thom. q. 2. art. 5. Riccard. art. 10.* idemq. *Soarius de censuris disp. 7. num.* ergo absolutio per Indulgentias fieri nõ poterit inuito non ex hoc præcisè, quod actus sit iurisdictionis ad gratiam tendens, fauorem, ac priuilegium.

14 Verùm hac instantia primum dico probari potius actum iurisdictionis tendentem ad fauorem, posse cum inuitis exercerè, sicut actum tendentem ad coactionem. Deindè instо, ergo vel aliundè deducendum erit, cur indulgentia non possit conferri inuito; cum ex eo, quod actus iurisdictionis fauorabilis sit, hoc non habeat, vel dicendum non esse actum iurisdictionis, neq. fauorabilis, qui vt absolutio censurarum, inuito conferri non potest. Quamobrem addo, priuilegium, gratiamq. vel esse puram, vel supponentem, ac requirentem aliquid ex parte illius, cui tribuitur: quo adnotato, argumento ità satisfacio, vt quicquid sit de priuilegio, vel gratia primo modo sumpta, certum sit secundo modo conferri non posse inuito, sed illud facienti, quod exquiritur: & non aliàs. Cùm igitur absolutio pœnarum, quæ per Indulgentias tribuitur non sit purum priuilegium, vel gratia, sed requirens aliquid voluntariè factum ab eo, cui confertur, profectò tribui non poterit inuito. Secus se res habet in absolutione à Censuris, quæ primò potiùs fit modo, neq. per se aliquod requirit ex parte absoluti, cum eam non habeat adiunctam conditionem, quam habet Indulgentia, cuius absolutio compensationem involuit per applicationem Thesauri, quippè quæ non fit, nisi opere præstito ab eo, qui vult Indulgentias lucrari; quapropter vna ex rationibus, cur superuacanea non censetur liberalis largitio Indulgentiarũ, est exercitium actuum bonorum, ac virtutum ad illarum consequutionem expetitum à concedente, vt rectè prosequitur *Soarius disputat. 39. citat. sect. vltim. numer. 3.* Atqui ex his patet, esse actum iurisdictionis voluntariæ, quippè quæ in volentes exercetur, *l. 1. ff. de Offic. Proconf.* cùm sit soluens tantum volentes, à quibus opus aliquod voluntarium regulatiter exquirit, & rectè compararetur cum absolutione à Censuris expetente non constitutiam, & remotionem delicti cum tractu successiuo.

15 Obijcies tertio. Potest concedens Indulgentiam ea frui; ergo non est actus iurisdictionis, quò vti in se nullus potest. Respondeo negando consequentiam de actu Iurisdictionis non coactiuæ, sed gratiam conferentis, & absolutè fauorabilis; Itaq. licet Papa tãquam Summus Pontifex indulgentias conferat, vt homo tamen labe culparum etiam aspersus, pœnarũq. debitor eas lucretur.

Obijcies vltimo. Etiam conceduntur mortuis Indulgentiæ; sed erga mortuos iurisdictionem non habet Papa, neque cæteri Ecclesiæ Præsules ergo, &c.

16 Respondeo, Indulgẽtias Defunctis per modum suffragij, & solutionis, non autèm absolutionis concedi, vt superinstitui dicere; neq. per propriũm iurisdictionis actum, sed oblatione satisfactionum deriuatarum è Thesauro Ecclesiæ: secus autèm se res habet ad viuos, erga quos vtitur Papa aliquo pacto sua iurisdictione, etiam cum eis concedit non modo posse frui indulgentijs, sed vt possint per modum suffragij pro defunctis illas lucrari; etenim cum Dominus Petro, eiusque successoribus; claues Regni cœlorum concesserit, quibus generalem tribuit facultatem cuiuscumq. vinculi soluendi ab eius ingressu impedientis, hanc etiam potestatem contulisse censetur remittendæ pœnę, cuius reatu à cœlo arcentur Christiani, quam quidèm nõ solum Sacramẽtaliter in Sacramento Pœnitentiæ, sed etiam per remissiones, id est Indulgentias ex Thesauro Ecclesiæ deriuatas, quemadmodum Sacri loquuntur Canones, præsertim *cap. quod autẽ de pœnit. & remiss.* expedit remittere. Hac autem auctoritate Papa, reliquiq. vtuntur Prælati, diuersõ tamen modo cum viuis, atque cum defunctis: nàm cum primis per absolutionem

Digitized by Google

id præstant, actu nimirùm iurisdictionis subditos liberando pœnarum debito independenter ab alia quacumq. Dei concessione, distincta à prima: & vt satisfaciant iustitiæ Diuinæ illi tantundem offerunt ex Ecclesiæ Thesauro. At verò cum defunctis nó vtuntur iurisdictione, qua illos absoluãt, in quos exercere illã nõ possunt, cum eorum subditi non sint, atq. extra militantem Ecclesiam, sed id præstãt solutione tantæ satisfactionis, quantæ erat debitum pœnæ, & per modum suffragij offerentes Deo, vt illam acceptet. Quamobrem tametsi exploratum habeam indulgentias per modum suffragij certas esse, atq. infallibilem habere effectũ, quo Defunctis capacibus legitima potestate clauium suppositã intercedente pia, & efficaci causa, opereq. iniuncto ad vsquẽ exequutioni mãdato cõsulitur; Sũt tamẽ inter hos modos nonnullæ differentiæ superindicatæ, quæ clarius hoc illustrantur exemplo. Si duo Regi debitores essent decemmillium scutatorũ, vnus in Castro propè Regiã degens, alter in altera Prouincia, cui quidam præesset Prorex, vtrum ab hoc ipso Prorege posset solui debito, distincto tamen modo; nàm debitor degens in Prouincia Proregis absolutè, ac per actum absolutionis iuridicum posset à Prorege liberari, atq. è carcere etiam emitti, si eo detentus antè fuisset, solutione tamen adhibita decemmillium scutatorum, nè Regius Fiscus detrimentum subiret, idq. præstaret per actum iustitiæ, ac potestatis erga illum debitorem sibi subditum. At verò volens alterum extra suam Prouinciam degentem liberare, non posset quidèm iuridicè, sed oblata eadem pecuniarum quantitate, præsertim si esset ex delicto debita, Regem posset rogare, apud quem suffragari valeret, posset q. promissione Regis eidem facta, vel facultate concessa ad hunc actum solutionis ob illum debitorem non subditum faciendæ, eumdem liberare, cuius certa esset liberatio, subsequens non ad actum iuridicum absolutionis, sed ad solutionem factam à non Superiore, infallibilem tamen habiturum effectũ fundatum in acceptatione Regis promissa antecedenter illi Proregi; primò igitur modo Christi Vicarius absoluit per Indulgẽtiam Viuos, secũdo defunctos, & pro Defunctis soluit. Ad calcem demùm huius disputationis adnotare libet, nonnullos dixisse facultatem concedendi Indulgentias ad Episcopalem spectare dignitatem, de qua *cap. Accedentibus de excess. Prælat. & nos tom. 3. egemus*. Verùm hi ipsi Auctores docent hanc potestatem Indulgentiarum comperere Præsuli tantùm confirmato, vt videre est apud *August. Barbos. de Offic. & potestat. Episcop. titul. 1. cap. 1. num. 11.* Reliqua in limine Disputationis quartæ subindicata munera ex iurisdictionis potestate ad Episcopum spectantia in Tertium Volumen reijcio in quo de singulis ex instituto agere videtur è re magis esse.

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO QVINTA.

Nùm possessio necessaria sit ad munera, super assertà, à Confirmato Præsule obeunda secundum ius antiquum.

AD perfectionem iuris asserti, qua ratione opus possessione sit secundum ius antiquum explicanda sunt nobis nonnulla; cum simus acturi deinceps de his, quę ius nouum addit.

CAPVT PRIMVM.

Opiniones referuntur de possessione requisita, vel administrationi non necessaria.

SVMMA.

Prima sententia necessariam assereus installationem, seù introductionem in possessionem pro administratione n. 1.
Secunda sententia opposita. n. 2.

1 PRima sententia necessariam arbitratur installationem, seù introductionem in possessionem, sine qua neq. electionem, neq. confirmationem, neq. institutionem, aut prouisionem sufficere docet ad exercendam administrationem Episcopatus. Sic *Archidiaconus in cap. eum, qui de Præb. lib. 6.* vbi addit, si propria auctoritate promissionem acciperet Cõfirmatus, ius profectò perderet, quod anteà comparauerat è citato textu, vbi *Sapius Dynus in regulam primã de regulis iuris in 6. Petrus de Ancarano in regulis iuris in 6. & in cap. transmissam de elect. ac alij*, eo ducti rationis momento: quia confirmatio vim habet definitiuæ sententiæ, vt *Archidiaconus* probat in *cap. final. eiusdem lib. 6. eod. tit. vbi Io: Andreas*; atqui post sententiam definitiuam nefas est parti auctoritate propria rem sibi à Iudice adiudicatam vendicare non expectato possessionis decreto, per hunc eundem Iudicem facto, vt habetur *cap. in litteris, cap. quærenti de offic. delegati, & cap. cum nostris de concess. præb. vbi Innocent. & in l. qui restituero ff. de rei vendicat. & in l. non est singulis, ff. de regul. iur.* Secundo probatur ex *Clement. quamuis de foro competenti*, vbi specialiter Episcopo è propria Sede expulso conceditur, vt possit administrare penès sibi traditam formam; igitur ex regula generali non possidens administrare non poterit. Confirmatur, quod administrationis exercitium à possessione quidem pendet, sicut fructuum perceptio, vt *in l. bonæ fidei, ff. de acquir. rer. domin.* Tertio vsufructuario percipere fructus nõ licet, neq. Tutori administrare, ni decreta illis possessione per *l. 3. ff. de vsufructuario*, sed Antistites his æquiparantur *cap. 2. de don. ergo, &c.* Quarto, *cap. vt nostrum de offic. Archidiaconi*, mentionem huiusmodi facit installationis; quippè quę si minimè necessaria censeretur, à iure statuta non esset. Quinto *in cap. in nomine Domini 23. dist.* dicitur, si Papa non poterit installari, seù in Vrbe tronum ascendere, potest tamèn administrare Papatum; igitur alijs Prælatis Papa inferioribus vetitum id erit. Sexto in *cap. Si qui dist. 92.* dicitur, non posse administrari sine possessione, ergo.

2 Huic opposita sententia docet, possessionem post confirmationem, institutionem, aut prouisionem confirmationi æquiualentem pro administratione non esse necessariam, sic *Innocentius in cap. transmiss. de elect. Compostella, Cardinalis, Anton. Feliu. in cap. ne Dei, de simonia num. 2. §. & tenendo, Hostien. Io: Andreas*, alijq. complures, quibus è Theologis subscribere videtur *Molina tract. 2. de iust. & iur. disp. 2. §. dixi superius.* Nec refert alias duas adducere sententia relatas à *Garzia de benef. part. 5. cap. 4.* cum ad has reuocare quisquè eas poterit.

CAPVT SECVNDVM.

Vera sententia de possessione ante administrationem.

SVMMA.

Quid stallus, ex quo installare. n. 1.
Prælaturæ ab altero etiam illicitè præoccupatæ sola confirmatio satis non est ad exercendam administrationem. n. 2.
Nullus propria auctoritate spoliare potest quemcumq. n. 3.
Nouus Episcopus confirmatus, vel Abbas beneficia Præsulatus, vel Abbatiæ ab alio possessæ

non

non potest per resignationem conferre antequã possessionem capiat.n.4.

Prælaturæ prorsus vacantis & ius, & administrationem habet confirmatus, vel institutus, siuè æquiualenter prouisus ante possessionem, modo contraria non obstet consuetudo.n.5.

Vacatio Ecclesiæ censetur durare vsq. ad confirmationem Præsulis.n.6.

Stante confirmatione, vel æquiualenti prouisione, lexpeditisq. literis non potest Capitulum iurisdictionem exercere, nulla in contrarium existente consuetudine.n.7.

Per regulam generalem in beneficijs titulus attendendus est, & non possessio.n.8.

Beneficiarius gaudet beneficio fori ante adeptã beneficij possessionem.n.9.

Vbi vigeret consuetudo in possessionem anteà mittendi, quam liceret administrare, standum esset ipsi consuetudini de qua multa.n.10.

Viget in Hispanijs, & alibi consuetudo hæc ad Episcopatus administrationem.n.11.

Vsq. ad possessionem successoris Episcopi vacare censetur Ecclesia, cuius beneficia vsq. ad illud tempus secunda regula Cancellariæ sibi seruat. num.12.

Etiam Episcopi Cardinales dictæ tenentur stare consuetudini.n.13.

Etiam vigente consuetudine possessionis priùs capiendæ, installatio non est de substantia, sed salùm de sollemnitate, vt Sacrum etiam habendum de Spiritu Sancto.n.14.

Hac vigente consuetudine administratio ante possessionem non inualida, sed tantum videtur illicita.n.15.

Defectus sollemnitatis accidentalis non inualidat actum.n.16.

Vbi consuetudo contraria vigeret administrandi ante possessionem maximoperè seruanda est. n.17.

Cur non valeat consuetudo administrandi ante confirmationem, & administrandi post illam valeat.n.18.

1 IN hac autèm controuersia notare primum habeo, à stallo, qui sedes est in choro, deductum esse installari, hoc est in possessionem aliquem ponere. Nùm autèm sola installatio satis ad possessionem sit, probè definit *Innocent. in cap. literis de restitutione spoliatorum.*

Secundo nota, vel Prælaturæ, de qua disputamus, aliquem iam esse in possessione, tametsi illicita, & iniusta, vel non, sed omninò illam vacare.

Tertio nota, vel alicubi consuetudinem vigere administrandi ante installationem, vel contrarium non administrandi ante possessionem adeptam, vel neutriùs propriè consuetudinem esse, his breuitèr adnotatis.

2 Prima sit assertio. Si fortè Prælatura, ad quam quispiam electus, & confirmatus est, illicitè fuerit ab altero præoccupata, sola confirmatio satis censenda non est pro administratione; neq. dicta *superiori disput. neq. disp. 3.* de hoc sanè casu intelligenda sunt, vt *cap. 1. citata disp. 3.* subindicaui. Sentio cum *Panormitano, cap. transmissam de elect. n. 3.* & Auctoribus infrà pro secunda conclusione citandis, quibus adiungo *Rebuffum in praxi beneficiorum, tit. de simon. in resignatione à nu. 27.* Ratio est quia si 3 ante quam possessionem caperet Cõfirmatus, administraret, profectò possessorem alterum propria spoliaret auctoritate, quod non licere, neq. validè sanè fieri patet ex *cap. placuit 16. q. 6. & ex cap. eum, qui de Præb. in 6.* quod etiãsi de alijs beneficijs, Paræsijsq. loquatur, verũ vt notat *Glossa notabili 3. post casus* expositionem, ex communi DD. sententia, extenditur etiam ad dignitates, fauet *lex si quis in tantùm, C. vndè vi*, vbi probè casus exprimitur de habente dominium rei, vt est noster, in quo supponimus cõfirmato proprium esse ius ad Præsulatum, quemadmodum supra probatum est. Cæterùm si præoccupatus hic ab alio fuerit, non potest penès doctrinam à *citata lege* descriptam, alterum propria spoliare auctoritate, fauet præterea *lex meminisse ff. de offic. Proconsul.* Sic AEgypti Præfectus non antea deponebat imperium, quam successor esset Alexandriam ingressus: nec non *lex vna de offic. Præfecti augustalis, & institutæ vi 60. rap.* hac autèm conclusione non derogari quartæ limitationi adductæ *nu. 8. c. 3. disp. 3.* consideranti patebit.

4 Ex hac assertione deduco cum *Rebuffo in praxi beneficiorum, titul. de simon. in resignatione nu. 27.* Episcopatus, vel Abbatiæ beneficia non posse per resignationem à nouo Episcopo, vel Abbate confirmato conferri, nisi post adeptam possessionem ob rationem allatam, quia priuare id esset propria auctoritate alterum, quod nefas est, subscribunt *Aufric. in decis. Tolos. q. 443. in fine, Glossa in verbo promotus, §. cæsuit de elect. et alij.* Confirmatur, quia quamdiù quis sustinetur in officio administrare potest, *cap. finali 8. q. 4. cap. Ad probãdam de re iudicata. l. Barbarius de offic. Prætoris.* Hinc excommunicatus toleratus potest confectre, & præsentare ex *Innocent. in cap. si vero in fine de sent. excomm.*

5 Assertio secunda. Si Prælatura à nullo fuerit occupata, & prorsus vacans, præcisa consuetudine contraria, confirmatus, siuè institutus, siuè æquialenter prouisus Antistes possessione non indiget ad completum ius, aut ad administrationem, sic omnes, quos *cap. 1. disp. 3. assert. 2.* citauimus. Sic Auctores 2 sententiæ, quam vti communem meritò sequitur *Abbas in cit. cap. transmissam*, quibus adiungo specialitèr loquentes de Episcopo, *Bart. Paul. de Castr. & alios in l. cum hæredes in fine, ff. de acquir. possess. Bald. in l. final. col. 2. C. de edit. & alios, quos citat Bertacch. in tract. de Episcopo 3. lib. 1. part. q. 56. Felin. in cap. ne Dei de simonia, n. 2. Cappellæ 444. seu 443. Rhocc. de inr. patron. verbo ius q. 5. Lambertin. 3. part. 2. lib. q. 11. art. 6. & 7. Selua de benef. 2. par. q. 15. Rebuffus de pacif. possess. à n. 294. & 301. aliàs 243. & 351. et in praxi tit. de simon. in resignat. nu. 26. Suarez 4. tom. de pœnit. disp. 55. sect. 3. nu. 19. Garzia de benef. 5. par. cap. 4. n. 144.* Ratio autèm est, quia, vel nihil, vel parum confirmatio operaretur, si

pos-

Digitized by Google

possessio præter eam desideraretur; cùm tamē ius per eam perfectum comparetur, & potestas, quæ quodammodo in habitu erat per ipsam electionem, & confirmationem ad actum reducitur, vt citato loco prosequuti sumus *disput. 3. c. 1. assert. 1. ex cap. quanto dist. 63.* idemq. sentit *Glossa iuris ciuilis in l. priuatorum, C. de iurisdict. omn. iud. & Rota decis. 4. et anno 1583. 28. Ianuarij in vna Burgensi canonicatus coram Illustrissimo Lancellotto, quæ habetur impressa 2. par. diuers. decision. decis. 182.* decidens vacationem Ecclesiæ solum durare vsq. ad confirmationem, siue prouisionem Prælati factam; 7 qua stante, litteris q. expeditis, de quibus infrà etiam ante captam possessionem à Prælato, nō posse Capitulum conferre; neq. iurisdictionē exercere, vti Sede vacante valebat, quemadmodum prosequitur *Flaminius Parisius de resign. benef. lib. 7. q. 23. à nu. 46.* qui quidēm per 8 generalem asserit regulam, vt in beneficijs attendatur titulus, & non possessio, sic etiam *Boer. dec. 24. nu. 8.* in qua decretum est à *Sacra* 9 *Congregatione 16. Iulij 1587. Beneficiarium gaudere priuilegio fori ante possessionem adeptam* ex his, quæ scribit *Cardinalis Zabarella in Clem. vt ij, qui §. illi vero n. 10. & 11. de ætate, & qualitate.*

10 Assertio tertia. Vbi consuetudo vigeret in possessionem anteà mittendi, quam administrare liceret, consuetudini standum esset. Est hæc assertio DD. consensu firmata apud *Abbat. cap transmissam de elect. num. 3. ad medium fauet cap. in his 11. dist.* semper enim diuturni mores pro lege seruantur *dist. 12. diuturni*, qui quidēm consensu vtentium approbati legem imitantur: & habetur *Instituta de iure naturali, §. ex non scripto.* Quamobrem meritò punitur æquè transgressor consuetudinis, ac transgressor legis, vt *2. q. 7. si quis omnem*, faciunt adducta ab *Innocent. in cap. literis de restit. spoliator.* de efficacia installationis secundum Cancellariæ regulam, quippè quæ beneficia reseruat ad Episcoporum dispositionem pertinentia, quæ post illorum obitum, dimissionem, amissionem, seu priuationem vsq. ad successoris promotionem, Apostolica faciendam auctoritate, adeptamq. possessionem vacant, ad quod vsq. tempus vacare etiam censetur Ecclesia. Hinc *Rebuffus de deuolut. nu. 71.* Sedem vacare docet, donec Episcopus nouus possessionem comparauerit: adstipulantur *Felin. cap. ne Dei de simon. 6. limitatione, Rebuff. de pacific. possess. n. 266. alias 247. Anastas. Germoni apud Garziam de benef. par. 5 c. 4. n. 255.* qui quidem naturalem, atq. actualem capiendam prius possessionem scribit in casu consuetudinis vigentis subscribit *Azebedo in Curia Pisana l. 1. c. 13. n. 12.*

11 Hanc eamdem vigere consuetudinem affirmat *Garzia cit. nu. 258.* non in Hispania modo, sed alibi etiam: nam nunquam Episcopi, eodē *Garzia* auctore, ante possessionem administrant, sed capitula, vt in Sede vacante, quousq. ad præsentationem literarum, iuramentumq. præstitum, de quibus *seq. cap.* dicemus, semper durare censetur ad effectum administrationis.

12 Atq. huc spectasse videtur secunda regula cancellariæ *sup. num. 10. citata.*

13 Extendit *Garzia nu. 274.* hanc assertionem ad Cardinales Episcopos, qui vigenti tenentur stare consuetudini, neq. administrare, non capta possessione, quicquid sit de quæstione; An Cardinales ligentur Extrauaganti Iiunctæ, de qua sequenti *cap. et agit Nauarr. in cap. Accepta de restit. spoliatorum oppos. it. 8. nu. 12. Bellarm. de charitatiua subsidio q. 66. Gomez in proemio regularium q. 4. n. 9. vers. tertius casus, et Rotæ in causa Toletana Parochialis de Alcandete 3. Iulij 1505. c. 1. n. 25.*

14 Assertio quarta. Stante consuetudine præmittendæ installationis ante administrationē, installatio non videtur esse de substantia, sed potiùs de sollemnitate, sic *Abbas cit.* quomodo docet etiam se habere missam de Spiritu Sancto ad electionem. Adstipulatur *Felinus cap. ne Dei de simonia n. 2. §. limita.* Ratio mihi videtur esse desumenda ex perfecto iure, quod est electo confirmato, ad cuius complementum substantialiter nihil videtur prorsus deesse.

15 Ex hac autēm assertione sequi videtur etiā vigente consuetudine, administrationem secundum hoc ius antiquum illicitam quidem esse, non tamen inualidam, quod exploratum habeo in administratione Ecclesiæ vtili, de qua nos egimus *superior. disput. c. 2. limitat. 4.* Etenim de sollemnitate mere accidentali lo- 16 quitur *Abbas*, cuius defectus actum non inualidat, quando ex consuetudine illa requiritur sollemnitas, licet sciam in contrarium esse *Glossam Authenticæ, vt propon. nomen Imperatoris ad principium verbo Auctore*, dicentem omissionem sollemnitatis ex sola consuetudine inductæ, vt est appositio Anni Domini in Instrumentis ea vitiare; verùm contra illam Glossam, vt notat *Felin. cit.* exclamat, & agit *Abb. in proemio Decreti col. 11.*

17 Assertio quinta. Maximopere licebit administratio ante installationem, vigente etiam fauorabili consuetudine; ratio est, quia duo vincula magis ligant, ius nimirum perfectum confirmatione comparatum, quod ex se videtur expeditum ad exercitium, atq. administrationem, nec non consuetudo fauens.

18 Dices non valet consuetudo administrandi ante confirmationem, ergò neq. administrandi post illam. At nego consequentiam, quia ex administratione ante confirmationem multa sequuntur absurda, quæ ponderantur ab *Innocent.* atq. *Hostiensi apud Panormit. cap. transs. de elect. nu. 3. §. 3.* tenderet enim in maximam Ecclesiæ perniciem illa consuetudo; cum electus lapidare posset bona Ecclesiæ, cum posset indignus facilius promoueri, quàm confirmatus ante preuium examen, ac diligentem inuestigationem, vt diximus, & probè perpendit *Oldrad. cons. 191.* enerueretur præterea disciplina, atq. obedientia Ecclesiastica, *contra Capitulum cùm inter de consuetudine*, & aliàs ob rationes allatas ab *Abb. cap. cum venerabilis de consuetudine*, & in *cap. auaritiæ de elect.*

Caput

Digitized by Google

CAPVT TERTIVM.

Soluuntur argumenta contraria.

SVMMA.

Confirmatio non in omnibus equiparatur sententiæ definitiuæ.n.1.

Propria licet auctoritate Domino adire rem suã vacantem,fructusq. percipere, & Confirmato pariter licet possessionem capere, atq. administrationem exercere Ecclesiæ vacantis, non tamen ab altero etiam iniustè possessæ.n.2.

Rei à Domino possessæ vsufructuarius non potest propria auctoritate possessionẽ capere; vt neq. Episcopus confirmatus Ecclesiæ ab altero possessæ, secùs autem vacantis.n.3.

Non rectè cum Episcopo Tutor comparatur.n.4.

Papa potest ante intronizationem administrare, et quæ differentia inter illum, et reliquos inferiores Prælatos.n.5.

SVper est satisfacere propositis argumentis pro contraria sententia.

1 Primo itaq. respondemus, non in omnibus confirmationem æquiparari sententiæ, sed in fauorem tantùm Electi; manifestum est enim discrimen, penes quod allatam amplexi sumus doctrinam: etenim si Prælatura, ad quam quispiam electus, & confirmatus fuerit ab altero, licet iniustè præoccupata fuerit, sentimus certè, non posse confirmatum Episcopum auctoritate propria illam adire, ac ministrare, vti prima dictum est assertione. In quo rectè conuenit cum sententia definitiua, quippè quæ fertur inter litigantes, & quãdo Actor rem petit ab alio possessam, neq. propria potest auctoritate sibi vendicare.

2 Secùs autem se habent hæc duo, cum agitur de Prælatura vacante, & Confirmatus nulli vim intendit inferre, sicut enim liceret Domino adire auctoritate propria rem suam vacantem, fructusq. ex illa capere, quemadmodũ scribit *Innocent. in cap. quærelam de elect.* ita fas erit confirmato Præsuli titulum habenti auctoritate propria possessionem capere, bonaq. Prælaturæ administrare.

Ad secundum eodem pacto respondemus, Clementinam allatam in casu expulsionis loqui, nimirùm quia Prælatura illa Niuernensis, ab altero, aliquo pacto possessa erat, & Prælatis Ecclesiæ possessio impediri, nè de facto, aliis contradicentibus, primò caperetur, vel conseruaretur.

Ad confirmationem patet ex solutione primi argumenti.

3 Tertio respondemus argumento; cum Dominus possessionem habeat, quid mi, si vsufructuarius propria non possit auctoritate capere possessionem? at, confirmatus Episcopus habet rei, poteritq. possessionem capere beneficij, propria quidẽ auctoritate, ni ab alio præoccupetur. De Tutore autẽm ajo, non rectè cũ Episcopo comparari, & præter varias, quas affert inter illos differentias *Glossa cap. finali* 4 *q.3. probè addit, Prælatus habet literam, & generalem administrationem in bonis Ecclesiæ, & dare potest bona aliqua, si hoc habeat consuetudo Ecclesiæ, sed Tutor non De donat. c. cæterum;* ex quibus constat majorem esse potestatem Prælati, quàm Tutoris.

Quartò dicimus, fieri mentionem ibi de possessione, atq. installatione, vt officium explicetur Archidiaconi, quod ad multa se extendit, hinc autẽm nõ colligi necessitatem possessionis ante administrationem.

5 Quinto respondemus, intronizationis mẽtionem fieri ab allegato capitulo habitę respectu ad consuetudinem per ea, *Planè postquam fuerit electio facta, si Bellica tempestas, vel quæliscumq. hominũ conatus malignitatis, studio restiterit, vt is qui electus est in Apostolica Sede iuxta consuetudinem intronizari non valeat, electus tamen sicut verus Papa obtineat auctoritatem regendi Romanam Ecclesiam.* Addo ex hoc textu non bene duci argumentum, alioquin etiam duci posset ad probandum confirmationem non requiri per se in reliquis Prælatis, vt neq. in Papa desideratur ad administrationẽ, quod est falsum, quod supra demonstrauimus; & rectè notauit *Glossa hic verbo disponendi.* Hinc probè *Innocentius citatus* a contrario ait ex hoc textu colligi, posse Papam administrare, antequam intronizetur, cum præsertim id procedat de iure *ex cap. licet de elect.*

Ad vltimum denuo respondeo, duo ibi esse capitula, vnum *si quis ordinatus*, quod non solum de Præsule loquitur, cui populus obstat, ita vt iniustè impediatur, & quasi eius Ecclesia per vim præoccupetur; verùm de administratione vitanda, non autẽm Ecclesiæ, ad quam destinatus erat, sed eius, ad quam se transtulit per ea, *ita vt de rebus Ecclesiæ, ad quam venit nihil sibi præsumat*, quod est certum, cum alienæ sit, ad quam persecutionis tempestate delatus est, vt probè *Glossa verb. si quis alterum, cap. est sequens, si quis Episcopus* eiusdem ferè tenoris, vt citata scribit *Glossa.*

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO SEXTA.

Quid iure nouo, ac de facto ad complementum iuris, atquè administrationem Episcopatus requiratur.

SAtis de iure antiquo dictum est, nunc de nouo quid agendum sit, aperiemus, ad quod quatuor præstanda sunt. Primum textum Extrauagantis iniunctę afferre, qui huius est fundamentum disputationis; necnon literas, quæ solent expediri. Secundum perpendere, nùm sola expeditio literarũ Apostolicarum, vel ostensio sit necessaria. Tertiũ extensiones, limitationesq. adhibere. Demùm pœnas impositas expendere.

CAPVT PRIMVM:

Prolusio ad Disputationem.

SVMMA:

Affertur extrauagantis iniunctæ textus de electione. *n.* 1.
Literarum Apostolicarum compendium. n. 2.
Dicta extrauagans à quibus innouata fuit Pontificibus. num. 3.

CVm huius disputationis fundamentum sit *Extrauagans iniunctæ de electione* expetens Apostolicas literas ad habẽdam ritè administrationem ab Episcopo confirmato, primo loco eam, deinceps literarum formulam afferre opere pretiũ duxi. Itaq. in *extrauaganti laudata, §. præsenti sic scribitur.*

1 *Præsenti itaq. perpetuo valitura constitutione sancimus, vt Episcopi, & alij Prælati Superiores, necnon Abbates, Priores, & cæteri Monasteriorum regimina exercentes, quocumq. nomine censeantur, qui apud dictam Sedem promouẽtur, aut confirmationis, consecrationis, vel benedictionis munus recipiunt, ad commissas eis Ecclesias, & Monasteria absq. dictæ Sedis literis huiusmodi eorum promotionem, confirmationem, consecrationem, seù benedictionem continentibus accedere, vel bonorum Ecclesiasticorum administrationem accipere non præsumant, nulliq. eos absq. dictarum literarum ostẽsione recipiant, aut eis pareant, vel intendant. Quod si forsan contra Præsumptum fuerit: quod per Episcopos, Prælatos, Abbates, Priores, & alios Monasteriorum regimina exercentes prædictos medio tempore actũ fuerit, irritum habeatur: nec quicquam interim ijdem Episcopi, vel Prælati, Abbates, Priores, vel regimina exercentes de Ecclesiarum, vel Monasteriorum prouentibus percipiant corundẽ. Capitula vero Conuentus Ecclesiarum, & Monasteriorum ipsorum, & alij quicumq. ipsos absq. huiusmodi dictæ Sedis literis recipientes, vel obedientes eisdem, tamdiù sint à beneficiorum suorũ perceptione suspensi, donec super hoc eiusdem Sedis gratiam meruerint obtinere. Similiter quoq. Episcopi, Prælati, Abbates, Priores, & alij Monasteriorum regimina exercentes prædicti, solito fidelitatis, & obedientiæ iuramento non præstito illi etiam Pontifices, quos apud prædictam Sedẽ pallium continget recipere, absq. literis traditione ipsius pallij nequaquam ab eadem discedant: discedentes verò (quousq. huiusmodi iuramentũ præstiterint, & literas obtinuerint) nihil de ipsarum Ecclesiarum, & Monasteriorum prouentibus percipiant, & quidquid interim per eos (vt de aliis prædicitur) actum fuerit, iuribus non subsistat.*

2 Litterarum verò Apostolicarum, quod præcipuum ad rem nostram facit, est his verbis expressum: *Nos ad prouisionem dictæ Ecclesiæ vacantis, &c. ne longè vacans exponatur incommodis, &c. de eorumdem fratrum consilio dictâ auctoritate prouidemus, teque illi in Episcopum præficimus, & Pastorem, & curam, & administrationem ipsius Ecclesiæ, &c. tibi in spiritualibus, & temporalibus plenariè, &c. Datum Romæ, &c.*

3 Præterea relata Extrauagans innouata, & confirmata fuit ab *Alexandro VI. Pio II. Innocentio VIII.* aliisq. *Romanis Pontificibus*, & est in exacta obseruantia, sic *Mendosius rubric. de constitut. nu. 42. & de signatura gratiæ, §. prouisiones, Flaminius Parisius de resignat. libr. 8. tom. 2. quæst. 5. num. 33. Rebuffus in praxi benefic. titul. de simon. in resignat. num. 39. Garzia de benefic. 5. part. cap. 4. n. 251. apud quos alij.*

Digitized by Google

CAPVT SECVNDVM.

Nùm, & quæ requiratur expeditio literarum ad Episcopatus administrationem.

SVMMA.

Puncta discutienda n. 1.
Siuè Prælatis in Curia Romana promotis, siuè à Sancta Sede immediatè confirmatis ad licitam, validamque administrationem est necessaria literarum Apostolicarum expeditio, num. 2.
Vicarium non potest Episcopus in Curia promotus nominare, ante literarum acceptionem, num. 3.
Literæ necessariæ iam assertæ non sunt de substantia prouisionis, sed probationis. n. 4.
Si Papa interim obiret, antequam literæ expedirentur, non expiraret ius quæsitum Confirmato, vel promoto. n. 5.
Hæ literæ non modo expeditæ, sed ritè sunt ostendendæ Capitulo ad licitam, validamq. administrationem n. 6.
Nulla suffragatur auctoritas contrariæ doctrinæ. num. 7.
Neq. sufficit certa notitia literarum expeditarum ad administrationem. n. 8.
Quomodo literæ, cùm non sint de substantia prouisionis requirantur ad licitam, validamq. administrationem. n. 9.
Resignanti Præsulatum non satis est scire literas expeditas esse Romæ, sed earum intimatio, ac præsentatio præterea desideratur. n. 10.
Resignans vsq. ad intimationem literarum fructus percipere potest. n. 11.
Non dicuntur literæ expeditæ, ni plumbo affectæ, vel signatæ fuerint. n. 12.
Ad exercitium administrationis literarum originalium, vel aliàs authenticarum ostensio desideratur. n. 13.

COrasius, aliiq. apud *Garziam de beneficijs par. 5. c. 4. n. 251*, qui relatæ non meminerunt Extrauagantis facili negotio dicerent Apostolicarum expeditionẽ literarum necessariò minimè requiri, ducti doctrina Superioris disputationis, iureq. antiquiore.

1 Nobis autèm quatuor hic præstanda sunt, Primum necessitatem expeditarum literarum declarare; Secũdùm an hæ ad substantiam faciant concessionis: Tertium, nùm ostensio requiratur earum; Quartùm nùm originales debeantur ostendi.

2 Sit itaq. assertio prima, siuè Prælatis in Curia Romana promotis, siuè à Sancta Sede immediatè confirmatis ad licitam, validamq. administrationem omnimodè necessaria est Apostolicarum expeditio literarum. Est communis opinio textu relatæ Extrauagantis planè firmata; fauet etiam à pari *cap. super eo il secondo de appellat. ad finem* ibi *contigerit literas recepisse, &c.* idq. verum est etiam si certior factus esset electus de sua confirmatione, vel promotione à Papa, vt probè monet præ cæteris *Abbas laudandus, & Rebuff. citatus num. 32. Azor instit. moral. par. 2. lib. 3. c. 29. q. 9. vers. cæterum, Flaminius de resign. lib. 8. q. 5. c. 33. Barbosa in l. diuortio in principio ser. 2. n. 50. ff. soluto matrim. August. Barbosa de offic. & potestate Episcopi alleg. 54. n. 161.*

3 Hinc benè *Panormitan. in cap. qualiter de elect.* scribit *num. 1.* se auctorem fuisse, nè quidẽ Episcopus prouisus in Curia Romana Vicariũ nominaret ante literarum Apostolicarum acceptionem.

4 Assertio secũda. Bulla, seù Apostolicæ literæ, de quibus diximus superiori assertione, necessariæ non sunt de substantia prouisionis, sed probationis, sic *Abbas, & Rebuffus laudati*, nec non in *Rubricis de constitutionib. §. 1. in verbo literas de mandatis Apostolicis in concordatis*, nec non *Iacobus Rebuffus in l. prohibitum nu. 1. & in Apostillis ad eam, C. de Decurionibus lib. 10.* vbi probè quæstionem hanc expedit, *Ioan. Andreas, & Archidiaconus in proemio 6.* demum *Baldus in l. humanum, C. de legibus.* Ratio est, quam sæpè indicauimus, quod omne ius per se perfectum esse supponitur in electo cõfirmato, vel à Papa promoto per promotionẽ confirmationi æquialentem, eò vel maximè, quòd ad rationem gratiæ non requirantur absolutè literæ, sed satis est Principis factum, & consequenter literæ de substantia tantum esse videntur probationis, vt notat *Baldus in l. humanum, C. de legibus num. 6.* & in casu nostro de Præsule perpendit; fauet etiam *cap. institut. 25. quæst. 2.*

5 Hinc si Pontifex Maximus interim moreretur ait *Baldus*, antequam literæ fierent, non expiraret ius quæsitum Confirmato Præsuli, vel in Curia promoto, sed postea expediri deberent tempore successoris, mentionem faciẽdo de prædecessoris dispositione, quod est notatu dignum. Ad probationem igitùr facient illæ literæ, quę, vt assertione sequenti dicemus, desiderantur etiam ad validitatem administrationis per *dictam Extrauagantem Iniuncta*, ad quod eundem vide *Baldum in l. 1. ff. de matr. cer. l. Sacri affatus de rescriptis, & l. si quis de Episcopis.*

6 Assertio tertia. Literæ requisitæ, ac superiori conclusione assertæ tùm ad licitam, tùm ad validam administrationem non sufficiunt, ni legitimè præsententur Capitulo, est communis hæc assertio illis comprehensa verbis textus, *nulliquè eos absquè dictarum literarum ostensione recipiant, vt eis pareant, vel intendant*, quæ probè sic explicat *Abbas in cap. nobili numer. 4. de elect. cap. in nostra numer. 11. versicul. dicit tamèn de rescriptis*, quatenus ait, prouisionem probandam esse, nequè aliàs recipiendam, *Rebuffus mox citandus numer. 31. Decius in Rubrica de*

Digitized by Google

de Const. elect. nu. 42. Vital. in Clementinam primam, §. porro num. 30. Felinus in cap. 1. de præscriptionib. num. 3. vbi, licet dubitanter asseruerit, suam tamen exponit mentem, *cap. eam te, num. 6. vers. Sed ea nè, de rescript. & in rubr. de const. num. 12. vers. eodem, & in consilio 40. nu. 7. & 9. necnon Gonzales Glossa 15. à num. 80.* qui quidem prudens, ità se respondisse scribit in casu vnius Canonicatus Cordubensis, *Rota in vna Burgensi Canonicatus 3. Iunij 1573. coram Domino Bubalo, & apud Garziam de benef. 5. par. cap. 4. num. 252.* qui pariter consultus se respondisse scribit anno 1603. *in vna Segobiensi ab eodem relata cap. 7. num. 139.* Deinde præter auctoritatem textus expressè hanc assertionem exponentis, est, & iuri, & rationi satis ipsa consentanea, cùm agatur de præiudicio Capituli, & de tollenda eiusdem iurisdictione, atq. administratione, qua Sede potitur vacante, vt probè *in allegata Rotæ decisione* perpenditur *ad finem, ex Felino in cap. ex parte Decani num. 22. de rescript Bartolo in l. 1. num. 22. de noui operis enunciatione, Ripa in l. quod te num 61. si certum petatur.* Demùm quòd ante ostensionem, literarumq. intimationem, non tenetur Capitulum ab administratione, iurisdictionisq. exercitio desistere; igitur nè daretur bellum vtrinq. iustum, conflictus, & scandalorum locus, quam tradidimus, doctrina, censenda prorsus est irrefragabilis.

Obijcies Primo. Satis videri literas expeditas esse, vt non dicatur. Ecclesia vacare, vtq. Episcopus administrare possit, quippè qui ab extrinseco saltem securus esse, atq. ex opinione probabili poterit operari, cum multi sint Auctores id asserentes, quin mentionem præsentationis, atq. intimationis literarum faciant. Sic *Glossa in clem. 1. verbo Sede vacante de hæreticis,* & ibi *Immola clem. 1. verbo Sede vacãte, Cord. in §. duo num. 5. in fine. Abbas cap. Nosti de elect. num. 4. & capitulo qualiter 1. notabili de elect.* quem sequuntur *Decius rubrica de const. num. 42. Cassiadorus decis. 8. num. 5. de restitut. spoliat. Puteus decis. 277. num. 3. libr. 3. & alij.*

7 Respondeo, hos omnes Auctores non negare, ostensionem, literarumq. intimationem, imò potius supponere, cum explicatam extrauagantem allegent, cõtra quam expressè profectò sentirent; & nè in re minimè dubia fusius, quàm par est agam, ex Auctoribus pro contrario citatis argumento *vnum Abbatem* adducam *in cap. nosti laudatum nu. 4.* vbi sic habet. *Dic tamèn, quod nõ debeat recipi tanquam Prælatus* (promotus scilicet à Papa) *nisi per literas Papæ faciat fidem de prouisione sibi facta; aliàs recipientes eum incurrant, &c. extrauagantis, &c.* quo enim pactò fidem iuridicè facere posset ille Prælatus per literas, nisi illis ostensis?

Obijcies secundo. Esto requirantur literæ, earumq. impetratio; verum vbi certò constaret Præsuli à Papa prouiso de nominatione, vel ipsius Pontificis prouisione, poterit sanè administrationem obire, vel ad summum desiderata videri poterit notitia Capituli quomodolibet habita; igitur necessaria non erit præsentatio literarum, iuxta consilium *Calderini de officio legati, Felini doctrinam in capit. cæterum num. 16. vers. Sed caue de rescript. Rebuffus in praxi titul. de reformat. Vicarius num. 210. Couarru. pract. cap. 9. num. 7. versic. secunda conclusio.*

8 Respondeo Doctores allegatos minimè loqui cum lex, vt noster Textus, requirit literarum præsentationem; quando solum non sufficere notitiam docet *ipsemet Felinus in dicto cap. cæterùm nu. 17. vers. extensio, Boerius quæst. 347. Rebuffus tit. de simonia mox citandus, & alij.* Accedit præiudicium contrarij, nempè Capituli, ob quæ necessariam omninò putauerim ostensionem literarum.

9 Obijcies tertio. Assertione quarta, dictum est, literas Apostolicas non esse de substantia concessionis, vel prouisionis, sed probationis; igitur earum defectus non facit nullam administrationem.

Respondeo, Promotione, vel prouisione, aut confirmatione Pontificia concedi quidèm totum ius, & facultatem: at quousquè hæc esse concessa per literarum intimationem non cõstet, interdicitur illius exercitium; imò irritum, si fiat, redditur ob rationes factas. Quamobrè literæ supponunt quidem ius concessum, quod vel confirmant, si expediantur, & ritè ostendãtur, vel irritum reddunt, si secus fiat.

10 Hinc probè deduco cum *Rebuffo in praxi beneficiorum titul. de simonia in resignat. num. 40.* non sufficere resignanti Præsulatum, quod ipse sciat literas expeditas esse Romæ, ni fuerint ei etiam intimatæ, ac præsentatæ. Ratio est, quod ei non absolutè, sed quatenus resignanti notę debẽt esse literæ; sicut notum delictum Iudici debet esse, vt Iudici *l. hæc autèm §. non defendi, ff. quibus ex causis in possess. ear. Bartolus in l. multum circa finem de conditionibus, & demonstrationibus, Cardinalis in clemen. quia contingit de religiosis domib.* Potest autèm aliquid esse manifestum, nec Iudici vt sic notum *cap. de manifesta. in fine 2. q. 1. & cap. si duobus de appell.* scripsitq. *Decius consil. 195. in causa col. 2. num. 5.* Accedit quod licet Resignans noscat resignationem admissam, ignorat tamèn, an Pars acceptauerit, vel an ea velit vti prouisione, ac literis.

11 Sequitur præterea ex his, posse Resignantẽ vsq. ad literarum intimationem fructus percipere, aliaq. obire munera Pontificalia, sic *Philippus Franchus in cap. vt nostrum, vers. hoc tamen col. 4. de appellat. vbi multa de Iudice reuocato.*

12 Assertio quarta. Nõ dicũtur expeditæ literæ, vel Bullæ, ni plũbo affectæ, vel signatæ fuerint, sic *Glossa in verbo aurea, clem. vnica in fine de iur. iuran. regula Cancellariæ 14. 53. & 69. fauet textus in cap. licet de crimine falsi, Cassiodorus decis. 4. super regulis nu. 3. Mandosius reg. 8. q. 3. Parisius de resignat. lib. 10. q. 1. n. 34. vbi decisionem citat Rotæ pro vna Salmantina Parochialis mense Nouembris coram Crescentio 1539 teste Sarnano reg. de non iudicando iuxta formã suppl. q. 1. col. antepenul. vers. & tamèn vlterius,*

Digitized by Google

Zerola Bullæ §.2. Sechius de Repub. Eccles. c.4. pag.159. Garzia de benef. 4 par. c.2. ad finem.

13 Assertio quinta. Ad exercitium iurisdictionis præsentatio requiritur literarum originalium, vel aliàs authenticarum. Ita colligitur ex *Abbate cap. cùm in iure de officio Delegati n.6.* fauet *cap. vlt. & penult. eodem allegata per Felinum in dictum cap. cum in iure n.8.* vbi notat, opus non esse, tenorem literarum registrare, cùm quis producit ad eum solum finem, vt de productione constet, quemadmodum in casu nostro, & notat *Petrus de Ancharano cons. 46.* cuius initium est *Prima facie. Rota dec. 93. quæ est prima de fide instrumentorum. et alij apud cit. Felinum. & Ludouicum Gomes in cap. Statutum nu. 60. de rescript. in 6.* qui neq. sufficere aiunt transumptum à Notario factum, seù subscriptum, Auctore etiam *Garzia de benef. 6. par. c.2. num.16.*

CAPVT TERTIVM.

De Pœnis in extrauaganti impositis.

SVMMA.

Pœna citatæ Extrauagantis duplex est. n.1.

Hac pœna solum afficiuntur excipientes absquè literis Prælatos, non autem Prælatos ipsos exceptos. n.2.

Suspensio à fructibus comprehendit etiam destributiones. n.3.

Distincta est suspensio, qua non singulos singillatim, sed quatenus vnum constituentes corpus ab ea, quæ singulos singillatim punit. n.4.

In hac extrauaganti suspensio contra Capitulum imposita, etiam contra singulas de Capitulo personas singillatim acceptas censetur statuta. n.5.

Si fuerint Religiosi transgressores suspensi, debent ad victum necessarijs donari fructibus. num.6.

Impropria pœna contra ipsos Prælatos sine literis Exercentes irrationis nimirum cuiuscumq. administrationis, & ne quid possint percipere fructuum. n.7.

Extenditur hæc pœna ad discedentes ab Vrbe sine iuramento fidelitatis, & obedientiæ præstito, vel sine Patlio habito ab his, quibus debetur. num.8.

1 POEna *Extrauagentis*, quæ præmanibus est, duplex assignatur; vna propria, altera aliquo pacto impropria. Propria est suspensio à beneficijs, donec super hoc eiusdem Sedis gratiam transgressores meruerint obtinere. Circa quam adnotare primùm habeo, solos affici illos, qui Prælatos absq. literis Apostolicis excipiunt, non autem Prælatos ipsos exceptos. Patet id ex textu, & *Glossa verbo, non subsistant*: etenim pœna non expressa non est extendenda, *de pœnit. dist. 1. cap. pœnæ.* 2 Deindè quoad terminum, seù effectum suspensionis scire necesse est, nũ nomine fructuum beneficiorum hic distributiones comprehendantur: nàm minimè comprehendi, deduci facilè videtur ex *cap. vnico de Clerico non residente in 6.* traditurq. à Canonistis, quos refert, ac sequitur *Couarr. lib. 3. variar. c. 13. n. 5.* Cæterùm certiùs est comprehendi, vt sentit *Glossa in clem. 2. de vit. & honestat. Cleric. verbo suspensus*, cum hæ distributiones ratione beneficiorum dentur, quæ sequuntur, vt accessoria; Secùs autèm sentiendum est de stipendijs, quæ dantur, vt munera prorsus personalia, de quibus rectè *Soar. de censuris disp. 27. sect. 1. à n. 29. ac deinceps.*

4 Deindè circa subiectum, seù personam hac suspensione affectam quæstio venit huc expendenda; Nùm singulæ personæ de Capitulo à suis priuatis suspendantur beneficijs, vel à cõmunibus totius Capituli vniuersim sumptis; de qua breui dico, distinctam quidem esse suspensionem, non singulos afficientem ex se immediatè, sed vt vnum constituentes corpus ab ea illis inflicta, vti priuatis personis, & primam negari non posse per hanc extrauagantem imponi, qua Conuentus etiam Religiosorum suspẽduntur, & si beneficia singulis Regularibus nõ sint. Confirmatur ex *cap. quisq. de elect. in 6.* Secundam verò, qua Capitulum non vt vnum corpus politicum est, sed etiam singuli de illo, probamus; quia cùm delictum Capituli ità à singulis eius procedat membris, vt non necessario à cunctis committatur, poterunt personæ tantummodo delinquentes solæ puniri. Poterit etiam adeò graue delictum esse, tãmetsi cũctorum, vt sufficiens minimè censeatur pœna suspensionis ab officijs, vel beneficijs communibus; ergo poterit non solum ferri contra solum Capitulum, sed etiam contra singulas seorsim priuatas personas, quas proprijs suspendat beneficijs, vt videtur factũ *Capitulo quia sæpè de elect. in 6.* vt probè *Glossa* 5 *ibi à beneficijs quibuscumq.* Verùm enim vero, stylo, vsuq. spectato, suspensio in solum ferri solet Capitulum, ni aliud exprimatur in constitutione, vt in textu modo relato. Ratio est, quia Capitulum, vt sic corpus significat politicum, communitatemq. & non singulas personas, *l. sicut mãcipium, ff. quod cuiusq. vniuersum* per ea, *non quod Vniuersitas debet, singuli debent.* In Extrauaganti autèm præsenti nomen tantum Capituli, & Conuentus exprimitur.

6 Præterea si regulares fuerint hi suspensi, qui quidèm absquè requisitis literis Prælatum receperint, neq. præter fructus beneficiorum. Monasterij, quicquam habeant, ex quo viuãt, debent ad victum necessarijs, & ad vitam trãsigendam donari, vti pluribus probat *citata Glossa verbo suspensi.*

7 Altera verò pœna impropria est contra Prælatos absq. literis exercentes, qua præter quam quod irritum erit quicquid præsiterint.

Nec

Digitized by Google

Nec quicquam interim de Ecclesiarum, & Monasteriorum prouentibus percipiant; irritumquè erit, vt de alijs .s. Prælatis modo diximus; quicquid ab eis factum fuerit, vt videre est apud *Glossam* meritò asserentem, hos quidèm Prælatos hac impropria suspensionis pœna affici, non verò propria, vt supra dictum est subditis imposita. Verùm *Soarius de censuris disp. 31. sect. 5. n. 24.* quem de more sequitur *Fillucius tract. 17. c. 8. nu. 156.* suspensione puniri putant Prælatos ipsos absq. literis, &c. administrantes: nàm esto non vtatur verbo suspensionis Papa in Extrauaganti allegata, re tamèn vera, atq. exercitè, cum irritet, quicquid ab illis attentatum fuerit, vt *n. 6.* scripsimus, eos videtur suspendere à proprio iurisdictionis exercitio. Cæterùm cùm potiùs dissentio sit de nomine, non est, cur nos diù detineat, parumq. referat alterutra sentire ratione, illud exploratum habentes, hanc pœnā distinctam esse à suspensione tùm iurisdictionis, tùm beneficiorum Capitulo inflicta. Hac etiam censura Archiepiscopus comprehenditur, vel quicumq. alius Prælatus, cui Pallium excipiendum est, si eo non suscepto ab Vrbe discesserit, quę quidèm easdem subit limitationes, ac nostra de Episcopis: Præterea extenditur ad discedentes absq. iuramento fidelitatis, & obedientiæ.

CAPVT QVARTVM.

Limitationes assertæ dispositionis.

SVMMA.

Ad pœnas Prælatis transgressoribus impositas requiritur transgressio ex præsumptione, primam fundans limitationem assertæ dispositionis. n. 1.

Clausula, siuè in principio, siuè in medio dispositionis posita ad omnia eius membra referenda est, eadem vrgente ratione. n. 2.

Omnes ex ignorantia excusante à temeraria præsumptione contra dictam dispositionem facientes, à pœnis per illam alioquin statutis excusantur. n. 3.

Dispositio huius Extrauagantis locum non habet in Prælatis ab alijs, quàm à Papa immediatè confirmatis. n. 4.

Tertia limitatio, vt non latè pateat hæc dispositio ad eos Prælatos, qui ob distantiā à Sede Apostolica etiam ante cōfirmationem administrare possunt. n. 5.

Masculinum genus, in dispositione præsertim legali fœmineum continet. n. 6.

Potest Abbatissa electa, & confirmata absq. literis administrare. ibid.

Si confirmatus, vel consecratus Episcopus absq. licentia, literarumq. expeditione ob mortem Pontificis Roma discedat, pœnas Extrauagantis per quartam limitatione m non incurret. n. 7.

Vbi culpa non est, nec pœna infligenda. n. 8.

Prohibitio generalis casum non excludit necessitatis. n. 9.

Necessitas cum legem non habeat, eam sibi facit. num. 10.

Statuta, & Priuilegia, quando trahuntur ad iniqua, sunt reuocanda. n. 11.

Vltima limitatio Cardinalium, qui quidem aliquo pacto hac non comprehenduntur constitutione. n. 12.

1 AD omnes huius constitutionis pœnas, seù irritæ administrationis impositas Prælatis absquè literarum legitima intimatione administrantibus, vel absq. iuramento præstito fidelitatis, & obedientiæ, de quo infra agentes de ratione promouendi, quæ in præsentia est in vsu, seù contra recedentes à Curia, seù pallio non ritè recepta ab ijs, à quibus excipiendū erat, requiritur præsumptio, quæ prima sit restrictio, seù limitatio traditæ doctrinæ. Probatur *ex §. præsenti eiusdem extrauagantis* per ea, *Accedere, vel bonorum Ecclesiasticorum administrationem accipere non præsumant, & §. quod si forsan contra præsumptum fuerit*, ita pariter docent *Cardinalis in clement. 1. de Priuilegijs quæst. 39. Nauarr. supra cit. num. 32. & in cap. 2. de iudicijs.* Et licet *in §. Capitula*, vbi pœna propriè suspensionis in subditos Prælatos illos recipientes decernitur, textus non vtatur verbo *præsumere*, sed absolutè recipientibus absque literis Prælatos, suspensionem inurat.

2 Nihilo tamèn minus cum sæpè probauerimus *tom. 1. lib. 2. disput. 5. cap. 4. num. 11. & 12. & lib. 3. disput. 7. cap. 2. nu. 4. &* 5. nec non hoc tomo sæpius clausulam, siuè in principio, siuè in medio, siuè ad finem dispositionis positam referendam esse ad omnia illius membra, de quibus eadem vrget ratio, vt videtur hic vrgere, & cum præsumptionem, ac temeritatem Sancta Romana velit Ecclesia plectere, ex qua absurda sequi videntur, & cum *Glossa citata verbo præsumant*, etiam recedentes à Curia absq. iuramento, vel pallio non ex præsumptione temeraria, sed ex necessitate excusetur: idcircò probabilius arbitror ad hanc etiam pœnam temeritatem, seù præsumptionem requiri.

3 Hinc fit omnes, siuè Prælatos, siuè Subditos facientes contra hanc, quam præ manibus habemus Extrauagantem, non ex præsumptione, sed ex ignorantia, vel inaduertentia excusari ab assertis pœnis, vt citati etiam scribunt Auctores: Quęnam aūt talis debeat esse ignorantia, tradidimus *tom. 1. lib. 2. disp. 3. toto c. 4.*

4 Secunda limitatio refertur à *Glossa citata verbo non præsumant*, vt hæc Extrauagantis dispositio locum non habeat in Prælatis, qui ab alijs per Priuilegium, quàm à Papa confirmati sunt, de quibus *disp. 1. c. 1. nu. 8.* diximus Ratio est, quia cum hæc constitutio sit pœnalis,

Digitized by Google

lis,& exorbitans à iure communi,certè non est extendenda;, neq. iura specialia contra regulã ad consequentiam trahenda sunt de regulis iuris *lib.6.quæ à iure.Neq. Capitulum in causis de sententia,& re iudicata à Glossa* in contrariũ allatum est ad rem,cum de sententia loquatur Pontificis,ad quam cæteri se aptare debent;& quamuis in similibus casibus cæteri teneantur similiter iudicare,vt ibi;hoc tamen intelligendum de inferioribus Iudicibus , & Prælatis actiuè , vt ita dicam iudicantibus , non autèm de Prælatis ; causisq. iudicatis,ad quas dùm in re pœnali versamur,facienda non est extensio. Subscribit huic limitationi, ac posse huiusmodi Prælatos post electionem,& confirmationẽ recipi,atquè administrare sine literis Apostolicis,docet *Io: Monachus in Glossa nostræ Extrauagantis,ex quo Nauarr. cap. Accepta de restit. spoliatorum opposit.*8. *§. Infertur.*

5 Tertia limitatio est,vt non latè pateat constitutio hæc ad eos Prælatos,qui ob distantiam à Sede Apostolica etiam ante confirmationem administrare possunt iuxta dicta *disp.3.c.1.n.1.* nàm hoc pacto siuè præsentem cõstitutionem , siuè *Capitulum nihil intelligit , Glossa huius Extrauagantis ad finem in additionibus* , quæ quidem distantiam iudicat à Romana Curia vltra viginti dietas , nec non magnam desiderat ad hanc administrationem instantiam Capituli , atq. Ecclesiæ necessitatem ; tùm quia nullatenus confirmata electione,his concurrentibus , recipi possent huiusmodi Prælati,vt loco citato diximus ; tùm quia,vt sæpè iterauimus, hæc Extrauagans, vtpotè à iure exorbitans extendenda non est vltra ea,quę continet;sic *Oldrad. cons.6.incipit posita sine præiudicio, Io: Franch. in Glossa finali huius extrauagantis,Nauarr.modo citatus §.6.infertur.*

6 Ex hac autem,& secunda limitatione,quarta deducitur , quod tametsi pœnes cætera huiusmodi extrauagantis dispositio se extendat ad Abbatissas , quia masculinum genus continet,fœmineum,in dispositione præsertim legali , *l.1.ff.de constit. pecu.l.3.in princip. ff de negotiorum gestoribus,notatq. Decius reg.2.n.*108.*ff. de reg.iur. ex lege qui duos in fine de legatis 3.& in l.seruis legatis de legibus* 3. quam etiam regulam affert *Socin.in suo tract.fall.in regulam* 155.*fol.*39. vbi nouem ponit limitationes , & *Iason in l.si quis id quod , ff.de iurisd.omn. iudic.* neq. exceptionem hæc regula patitur in materia indifferenti,& viro,fœminæq. promiscua, vt in nostra etiam si fuerit odiosa , & pœnalis *Cyno Auctore post Odofredum in l.quicumq.C.de seruis fugitiuis , & Alberico per textum in l.si quis id,ff.modo citatis*, Verum Abbatissa electa posset profecto recipi ,atq. administrare sine literis Apostolicis,iuxta formam *cap.indemnitatib.de elect.in 6.*& habet vsus assertus à *citato Nauarr.ad finem nu.*31. qui quidem vsus aptandus ex dispositioni *Trident. Synodi sess.* 25. *de Regularib.& Monialib.c.*7.

7 Quinta limitatio . Si confirmatus,vel consecratus Apostolicas literas habere non posset propter obitum Papæ,atq. discesserit à Curia,non incurret pœnam superiùs expressam , ita *Glossa verbo non præsumant ad finem, et Nauarr.citatus.* Ratio est, quia Summus Pontifex temerariam dumtaxat præsumptionem constitutione hac damnat eius , qui recedere audet absq. literis,eamq. punit,qua de causa solum, & non ex necessitate Antistitem recedentem, siuè Capitulum, reliquosquè eum recipientes afficit pœna,vt paulò ante *n.1.&* 2. explicauimus. 8 Igitur vbi culpa non est, nec pœna infligenda *de verb.signif. l.aliud est fraus in princip.* Nequè aliqua hic causa rationabilis puniendi subest,cum rationi consentaneus *ille* sit discessus ; Quamobrem temeraria præsumptio per constitutionem reprobata ad alium extendi 9 casum minimè debet; neq. prohibitio generalis casum excludit necessitatis,alioquin licitũ, vt probat *Glossa per cap. super quibusdam de verb.signif.*meo tamèn iudicio non ad rem ; licet probari possit per regulam generalẽ, quia 10 necessitas cum legem non habeat , ipsam sibi legem facere certum est,quam multis explicat *Paulus Lancellottus in suis regulis lib.2. regula* 11 *necessitas.* Item statuta; & Priuilegia cum trahuntur ad iniqua sunt reuocanda *cap. vlt.de sent.excomm lib.6.*

12 Sexta limitatio est Eminentiss. Cardinaliũ, quippè qui hac,quã explicamus,constitutione non obstante,beneficia conferre possunt,& iurisdictionem exercere ante captam possessionem,& ostensionem literarum *Auctore Belle. de charitatiuo subsidio q.66.n.26. & fuisse decisum in vna Burgensi Canonicatus* 3. *Iunij* 1583. *coram Lancellotto* refert *Gonsales ad regulam* 8. *Cancellariæ Glossa* 24. At nè hoc intelligatur de Cardinalib.non Episcopis , quoad iurisdictionem propriorum titulorum, contraria sententia refertur à *Rebuff.in praxi tit.de simon. in resignat. n.*44. vbi docet Cardinalem indultum habentem à Papa , vt nullus beneficia possit conferre ad eius collationem spectantia , *illo* vti nõ posse in beneficijs Episcopatus,cuius nõ accepit possessionem , ideoq. Papæ Legatus , vel alius interim poterit ea conferre, vt tradidit *Rip.lib.2.de rescript. c.*31. allegans *Dynum in reg.*1.*iuris in 6.* apud quem tamèn hanc doctrinam ipse non inuenio . Cæterùm *Rebuffus* in eo solum casu illam videtur afferre , in quo alter fuisset in possessione Prælaturæ , in cuius præiudicium , neq. Cardinlis iurisdictionem valet administrare Quapropter arbitror Indultum. Cardinalis Ordinarij Collatoris de conferendis beneficijs suæ Diœcesis ad ipsius collationem de iure spectantibus non comprehendere beneficia , in quorum possessione cõferendi alter erat,licet de iure collatio ad eum spectaret.Sic *Puteus decis. 206. lib.1. Mohed.8. de Priuilegijs aliàs 179.Rota decis.*783.*n.4.libr. 3.p.3.diuer.Thamis.decis.3.in manuscrip.Anast. Germ.de Indultis Cardinalium §.regulares à nu.* 92.*&* §.*etiam ex eod.n.*23.*Garzia* 5. *par. de benef.c.* 5.*n.*5.6.*&* 7. quia non auget indultum iurisdictionem Ordinariam, sed illam præseruat,vt *Rota in vna Roman.Beneficiatus S.Petri* 28.*Aprilis* 1595.*coram Gepsio, & alijs apud citatum Garziam.*

Caput

Digitized by Google

CAPVT QVINTVM.

Inferuntur ad praxim nonnulla.

SVMMA.

Ante expeditas, & præsentatas literas Ecclesia vacat. n. 1.

Ante confectas literas promotus à Papa quomodo non poterit dici Canonicus Prælatus. num. 2.

Extrauagans iniuncta non est extendenda ad omnes Beneficiarios per Apostolicam Sedem prouisos. n. 3.

Ex vi huius Extrauagantis, qui literis non expeditis possessionem caperet beneficij, ius, quod habebat ad illud non perderet. n. 4.

Non est restituendus, qui priuaretur, possessione capta dignitatis in Extrauaganti contenta ante literas expeditas, atq ostensas; secus qui cum sola signata supplicatione possessione reliquorũ beneficiorum in ea non contentorum capta fuisset priuatus. n. 5.

Non confert sola promotio ad nouam Ecclesiam, si literæ non fuerint expeditæ. n. 6.

Ecclesiæ, ad quam Episcopus fuerit promotus ante adeptam possessionem, literasq. ostensas Vicarius Capitularis debet exercere iurisdictionem. n. 7.

Episcopi iurisdictio, Sede vacante, ad Capitulum deuoluitur. n. 8.

Intra octo dies à morte Præsulis Capitulum tenetur nominare Vicarium, interim exercitium Iurisdictionis ad ipsum spectat. numer. 9.

Etiam à die notitiæ translationis huius Ecclesiæ Capitulo currit terminus octo dierum, dummodo à Papa fuerit absolutus à titulo dictæ Ecclesiæ Præsul. n. 10.

A die, quo à Papa Præsul est vinculo solutus Ecclesiæ à qua transfertur, eique conflixerit, abstinere tenetur ab exercitio Iurisdictionis, quod competit Capitulo. n. 11.

1 EX his infero primùm, Sedem Episcopalem dici vacare, donec literæ fuerint expeditæ, ac præsentatæ Capitulo, sic præter Auctores citatos *Aloysius Riccius in praxi fori Ecclesiastici decis. 166. in 1. editione, & resol. 500. in 2. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 54. num. 160.*

2 Infero secundo cum, *Ioanne Milis in Repertorio verbo gratia Apostolica*, Prouisum à Papa ante confectas literas canonicum non habere titulum, quoad hoc solum, nè literis expeditis possit iudicari canonicus, non autem quoad cætera; cum, vt super indicauimus, perfectè promotus, & canonicè, iàm dici possit Episcopus, confirmatione habita, per titulum, & ius perfectum, ità *Cassiadorus decis. 8. de restit. spoliat. Gomes in reg. 25. cancellariæ q. 5. aliq. apud Nauarr. cap. acceptæ de restit. spol. opposit. 8. n. 29.* qui probè hoc ipsum corollariũ multis illustrat.

3 Infero tertiò non rectè *Felinum in cap. veniens colum. 2. de accusat. & in cap. nè Dei col. 2. de simon.* extendisse, quam habemus præ manibus Extrauagantem etiam ad omnes per Apostolicam Ecclesiam prouisos, beneficiorumq. capientes possessionem per solas supplicationes signatas, quos esse vult intrusos, contra quem meritò *Nauarrus agit citat. num. 24. & Antonius de Petrucc. aliique apud eundem.* Ratio corollarij est, quod hęc Extrauagantis constitutio exorbitans cum sit, & pœnalis, tantumquè de nostris disponat Episcopis, Abbatibus, & Prioribus, qui loco sunt eorum, illisq. æquantur extendenda non est ad reliqua beneficia, quorum præsertim eadem non est ratio propter maius in maioribus Episcopatus dignitatibus periculum, argumento *capituli vbi periculum de elect. in 6.* saltem quoad regimen, administrationem; & etiam literatum expeditionem.

4 Infero quartò. Non rectè *Gomesium, Felinum citat. sequutum scribentem in reg. de non. iudic. iuxta formam supplic. quæst. 1.* docere ex vi huius Extrauagantis, qui possessionem, inijt alicuius beneficij, literis non expeditis iure priuari, quod habebat, esto supplicationem haberet signatam; tùm quia hanc Extrauagantem immeritò vterq. extendit ad beneficia in ea minimè contenta, ex qua scribit eos, qui contra dispositionem eiusdem extrauagantis possessionem capiunt, ius amittere, illis alioquin competens; tùm quia nequè id habet, nequè colligi potest ex hac extrauaganti citata à *Gomesio*, tùm quia nequè hoc exprimit regula secunda Cancellariæ à *Felino* citata, vt probè *Nauarrus laudatus num. 25.* nequè perderetur illud ius, nisi cum violenter caperetur possessio, quando etiam literis expeditis amitteretur per *capitul. eum, qui de præbend. libr. 6.*

5 Colligo quinto ex *Cassiadoro decision. 8. de restitut. spol.* quam explicamus extrauagantem seruandam quidem esse in casibus in ea expressis, nequè ad alios extendendam; quo circa restituendum non esse illum, qui spoliaretur possessione, quam sine expeditione, atquè ostensione literarum caperet in dignitatibus in hac extrauaganti contentis; illum vero, qui cæterorum beneficiorum possessionem absquè literis omnino expeditis sola cum signata supplicatione cæpisset, & spoliatus vtiquè regulariter restituendus, vt prosequitur laudatus *Nauarr. num. 26.* Verum *corollaria hæc num. 3 4. & 5.* contenta; vt patet ex ipsorum rationibus ex vi huius, quam expendimus Extrauagantis intelligenda sunt: cum nouerim Constitutionem *Iulij III. die 27. Maij 1553.* quæ in Bullario antiquo ab hæredibus edito Antonij Bladij est 34. huius

Pon-

Digitized by Google

Pontificis, & in alio Laertij Cherubini 33. at expuncta in hoc postremo Laertij Cherubini, 25. solum dicti Pontificis referentis bullas; qui quidem Pontifex extendit allatas sanctiones ad omnia beneficia, quæ vult vacare, ipso iure, per apprehensionem possessionis, literis non expeditis, vt notant *Mandos. in Regula 27. quæst. 3. à num. 3. & Gonzales in regul. 8. Cancell. gloss. 19 num. 98. ex multis Rotæ decisionibus*. Verùm relatam Bullam Episcopos non comprehendere, notat *P. Thesaurus par. 2. verb. gratia.*

6 Infero sexto, non sufficere Præsulem fuisse ad alteram promotum Ecclesiam, si literæ non fuerint expeditæ, vt probè *è Stephano Gratiano discept. forens. c. 27. Aug. Barbosa de offic. & potest. Episcopi alleg. 54. n. 161.*

7 Infero septimo, posse Vicarium Capitularem exercitium continuare, donec nouus Prælatus possessionem adeptus fuerit, vt ijdem *Auctores, & Gonzales ad regul. 8. Cancell. Gloss. 15. §. 2. num. 88.* refert, validam esse quandam collationem Canonicatus, in mense Ordinarij vacantis factam à Capitulo Burgensi absquè Episcopi iam promoti consensu, habentis expeditas literas suæ prouisionis, non tamen ritè ostensas, & præsentatas, licet simul haberet à Capitulo dictus Episcopus collationem, quia cum adhuc duraret vacatio illius Ecclesiæ, potuit collatio fieri à solo Capitulo absquè vlla citatione, requisitione, aut interuentione Antistitis promoti, iuxta *text. cap. 1. ne Sede vacante lib. 6.*

8 Cum Episcopi iurisdictio Sede vacante ad Capitulum deuoluatur, *cap. vni adiuncta gloss. de maior. & obed. lib. 6. iuxta Abb. in Cap. cum olim notabili vltim. num. 2. eod. titul. Molinam de iust. tract. 5. disput. 11. notab. 1. 3. & 16. Riccium in praxi fori Ecclesiastici decision. 357. num. 4. in 1. editione, & resolut. 305. num. 28 Brotium lib. 1. quæst. 6. Quarantam in summ. Bull. verb. capitulum Sede vacante*, & alios, & cum instar Episcopi Capitulum statuere Vicarium possit ex *Trident. sess. 24. de reformat.* per
9 ea. *Item Officialem, seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omninò teneatur, & c. si secus factum fuerit ad Metropolitanum deputatio huiusmodi deuoluatur*, & cum tempore octo dierum à Tridentino præscripto possit Capitulum administrare, vt probè *Quaranta citatus*, necnon *Barbosa de offic. ac potest. Episc. alleg. 54 num. 163.*

10 Infero octauo, huiusmodi terminum octo dierum currere Capitulo etiam à die notitiæ translationis Episcopi ad alteram Ecclesiam, dummodo fuerit Episcopus à Papa absolutus à vinculo prioris Ecclesiæ, sic refert decisum *Quaranta citatus*; nàm illicò post translationè absquè aliquo Episcopi translati consensu eũ perdere iura primæ Ecclesiæ decidit *Rota apud Farinacium decis. 475. par. 1. Recentiorum*, refertquè decisum *Masob. de modo habendi concursum requis. 1. dub. 9. secundum Romanam impressionem, Barbosa in coll. ad cap. 1. n. 4. de transl. Episcopi, & de offic. & potest. Episc. supracit. n. 164. §. qui quidèm octo.*

11 Hinc infero nono, Ecclesiam, à qua volens Antistes transfertur, seù discedit ab eo quidèm tempore vacare, quo idem Episcopus, & illius vinculo à Summo Pontifice in Consistorio soluitur etiam ante literarum expeditarum ostensionem, vel captam possessionem secundæ Ecclesiæ, & postea quam huiusmodi absolutionis scientiam habuerit etiam ex testimonio, seù Sacri Collegij Secretarij documento, quo habito, & abstinere ab administratione, atquè exercitio ordinariæ iurisdictionis Ecclesiæ relictæ tenetur, quæ transit, vti dictum est ad Capitulum, quod infra octo dies, vt supra, Vicarium statuere debet Capitularem; iuxta decretum etiam Sacræ Congregationis, relatum *ab August. Barbosa in coll. ad cap. 11 de transl. Episcopi.*

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO SEPTIMA.

An Capitulum iure debeat, vel possit Episcopo contradicente, Præsulatum administrare, quando literæ prouisoriæ non ostenduntur intra sex menses à die expediti breuis Apostolici concedi soliti ad capiendam possessionem.

HVic disputationi euentus cuiusdam Præsulis Ecclesiæ Conimbricensis ansam præstitit, qui quidem Episcopus habito breui Apostolico, quod concedi solet, ante expeditas literas; ad possessionem Episcopatus capiendã cum hac clausula. *Volumus autem, quod intra sex menses, à data præsentium computandos, literas Apostolicas super prouisione, & præfectione huiusmodi sub plumbo in totum expedire, & iura Cameræ Apostolicæ propterea debita persoluere omninò tenearis, alioqui eisdem sex mensibus elapsis prouisio, & præfectio prædictæ nullæ sint, & esse censeantur*, habito inquam hoc breui, Apostolicas literas, intra præscriptum sex mensium spatium, Episcopus Conimbricensis non expediuit; quibus elapsis orta est controuersia, num Capitulum Conimbricense pronunciare deberet Sedem quasi vacantem, & nùm etiam Episcopo dissentiente posset, vel teneretur Episcopatum administrare, de qua *Martinus Nauarrus* Auctor locuples honoris causa nominatus contra nonnullos eiusdem ætatis viros eruditos pro concione disputauit, nobisq. quod tribus præstabimus Capitulis, necessitatem intulit, eamdem nostro modulo prò veritate dilucidandi.

CAPVT PRIMVM.

Asseritur prima propositę quęstionis sententia.

SVMMA.

Probatur à possessione, qua nullus potest inuitus, nec auditus priuari. n. 1.

Nemo ob amissionem tituli possessionem perdit, niverus, vel præsumptus interceſſerit animus eam perdendi. n. 2.

Quæ ipso iure perduntur tolli minimè possunt à possessore ante sententiam Iudicis. n. 3.

Nemo potest iudicare in causa propria. n. 4.

Nemo potest suum iudicare Superiorem. n. 5.

Nemo dubius de sua iurisdictione potest iudicare. num. 6.

Dispositio conditionalis effectum non habet ante conditionem impletam. n. 7.

Dispositio à iure exorbitans extendenda non est, præsertim si sit pœnalis, neq. eadem vrgeat ratio. n. 8.

1 MArtinus Nauarrus *3. tom. relect. & comment. explicans cap. Accepta de restit. spoliat. ad solutionem opposit. 8. n. 12.* quam præ manibus habemus quæstionem sibi disputandam proponens *ad finem n. 17.* sic diluit, vt sentiat, non potuisse Capitulum in casu dicto administrare.

Probat primo, nemo inuitus potest, neq. debet non auditus, ac damnatus à possessione legitimè præsertim comparata deponi *c. 1. 2. q. 1. c. 2. de causis possessionis, & proprietatis*, etiamsi Dominus rei possesse ipso iure dominium perdat *cap. licet il secondo de præbend. in 6.* multisq. alijs allatis textibus à *Nauarr. in prælect. cap. cũ contingat de rest. in 3. causa nullitatis nu. 3.* Sed Episcopus in casu nostro obtinuit, & quidèm legitimè possessionem per dictum breue, igitur nec potuit, nec debuit inuitus ea priuari antequàm audiretur, atq. damnaretur.

2 Secundo probatur, nemo rei etiam Ecclesiasticę perdit possessionem ob amissionem tituli, nec ipso iure per aliquam negligentiam, delictum, aliamq. actionem, ni verum, vel præsumptum habuerit animum eam perdendi, vti in *oppositione 7.* hic idem Auctor docet, ergò licet ob negligentiam Apostolicas expediendi literas Antistes Episcopatum perdidisset quoad proprietatem, secùs autèm quoad possessionem, cum ei non fuerit animus illam perdendi; ergo non est censendus Episcopatus quoad eam vacare, & consequenter neq. Capitulum absq. præsumptionis specie decernere poterit illum vacare, ac tanquam vacantem administrare.

3 Tertio, quæ ipso iure perduntur, tolli minimè possunt à possessore ante sententiam Iudicis competentis illa perdita iam esse declarantis *cap. cum secundum leges de hæret. in 6. & l. eius, qui debitorem in princip. de iure fisci*: at in nostro casu nullus fuit declaratus Iudex, ergo.

4 Quarto, nemo iudicare potest in causa pro-

Digitized by Google

pria, 11. *cap. ne quis in sua causa ius dicat, & c. 1. 4. q. 4.* Nemo præterea suum potest iudicare. 5 Superiorem *cap. cum inferior de maior. & obed. & cap. inferior. 21. dist.* Insuper nemo dubius 6 de propria Iurisdictione potest iudicare iuxta doctrinam *Bart. in l. multum interest, ff. de condit. & demonstr.* ac docent *Petrus ab Ancaran.* necnon *Felinus per textum in c. 2. de offic. deleg. Glossamq. singularem in cap. sæpè verbo peremptoriæ de appel.* Atqui in casu posito causa erat Capituli, quod quidèm erat inferior Iudex iudicãs saltem de possessione, in qua Præsul erat, ac dubitabat de iurisdictione, quoniam de vacatione hęsitabat; igitur neq. poterat eum loco mouere sine cognitione, neq. cognoscere, nùm esset excludendus, & consequenter, nec potuit declarare Episcopatum fuisse perditũ, & ad se deuolutam esse administratiouem.

7 Quinto dispositio conditionalis effectum non habet ante conditionem expletam *cap. si pro te de rescript. in 6. l. cedere diem, ff. de verbor. signific.* neq. illius virtute potest aliquid priùs iudicari, quam constet illam impletam esse *argumento legis duo sunt Titij, ff. de testam. tutel.* at prædictum Breue est conditionale, quatenus inducit vacationem sub ea nimirùm conditione, si non expediantur literæ intra sex menses; ergò nihil per illud fieri poterit, donec constet, eas intra illud tempus expeditas non esse: hoc autèm constare nequaquam valet, tũ quia contingere potest, vt vno, vel altero die ante præscriptum sex mensium terminum Romæ literæ fuerint expeditæ; tùm quia aliqua erit danda dilatio Allegãti earũ expeditionẽ facilem non esse, vel ex itineris difficultatibus, longitudine, ac periculis, vt neq. post duodecim menses Romæ literas expeditas quis Conimbricæ possit ostendere.

8 Sexto dispositio à iure communi exorbitans non est extendenda *cap. quia iure de reg. iur. in 6.* præsertim cum ipsius iuris non contineat materiam, sed aliquid contra, vel præter *secundum Panormitanum in cap. ad Audientiã de clerico non residente*, præcipuè si sit pœnalis *cap. pœnę de pœnit. dist. 1.* & maximè ad eum casum, in quo eadem non vrgeret ratio, sed Extrauagans *iniunctæ de electione*, quæ in manibus est, exorbitat à iure communi, pœnam continet, disponit in materia, quæ est contra, vel præter ius, atq. in casu alio à nostro, in quo maior ratio suadet diuisionem huius Extrauagantis, ergo, &c. quod autem exorbitet à iure communi, probatur; quia illud habet, probari posse acta per testes, ac per instrumenta, *l. in excedentis, C. de fide instrumentorum*, at hæc præscribit prouisionem Episcopatuum non posse probari, nisi per instrumenta, imò neq. per quælibet, sed per literas Apostolicas, *cap. licet, cap. quã gratia de crimin. falsi. tradit q. Felinus in cap. ex diligentia col. finali de remot. exil.* continet præterea multas pœnas: disponit de casu distincto à nostro, de prima scilicet, & nouæ Præsulis receptione, necnon quorumdã aliorũ, in quo maior vis rationis huius Extrauagantis decisionem suadet, quam in cõtinuãda receptione Episcopi, de quo loquimur antiqua, *argum. cap. quemadmodum de iure iur.* ergò non erit ad eam extendenda, cùm præsertim sit constitutio sequens scripturam ad probandum, quippè quę potius restringenda est, quàm extendenda, vt habet *Rot. decis. 533. quæ in nouè rubricatis est 27. de rescript. in nouis apud Ripam in rub. pe const. n. 50. & lib. 2. respons. c. 1.* eò quòd hæc extrauagans restringenda sit, & speciatim docet eius *Gloss. verbo præsumant*, quæ etiam vt singulariter laudatur à *Nauarr. in verbo recipient*, ostensionem literarum ait esse quidèm necessariam à principio, cùm possessio capitur, non autèm postea.

CAPVT SECVNDVM.

Vera sententia.

SVMMA.

Quæstiones disputandæ n. 1.

Etiamsi à Præsule non habitæ, vel demonstratæ non sint literæ, neq. irrita, neq. irritanda sint acta vsq. ad finem Semestris habita. n. 2.

Pœnalis dispositio in dubio ità interpretanda est, vt minimùm pœnæ, quod potest, inferat. n. 3.

Qualitas iniuncta verbo, intelligenda est secundum tempus verbi. n. 4.

Constitutio non trahitur ad præterita, ni expressè significetur per textum. n. 5.

Quod certum est de constitutione confirmante: de irritante vero etiam, quando causa annullationis de nouo in odium inducitur. n. 6.

Per rescriptum Princeps non potest præiudicare notabiliter iuri alteri quæsito n. 7.

Distinctus est sensus diplomatis cassantis dispositionem ipsam, vel eius iam peractũ effectũ. n. 8

Ad vltimo Semestris die per diploma præscripti, ni literæ ostendantur expeditæ, censetur vacare Sedes, cuius illicita, atq. inualida noui Præsulis erit administratio. n. 9.

Dispositio conditionalis suum non potest effectum habere, conditione non posita. n. 10.

Intentio Principis, gratiam concedentis, est inspicienda. n. 11.

Causa finalis extrauagantis iniunctę est, nè iura Camerę Apostolicę fraudentur. n. 12.

Lex noua non clarè loquens interpretationem, atq. expositionem subit per antiquam. n. 13.

Si Capitulum bonâ fide, vel opinionẽ sequens Nauarri decurso Semestri, neq. literis ostensis, vel ex ignorantia Præsulem reciperet, non incurreret pœnas extrauagantis iniunctæ. n. 11.

1 AD veritatem noto duas hic posse in dubium reuocari quæstiones, alterã, an sex elapsis mensibus, datis per diploma Pontificium ad literarũ cõparationem, his non habitis, vel nõ ostensis in fine dicti Semestris cesset à possessione, atq. ab administrasione Præsul, qui per illud diploma eam inierat: alteram an dispositiones, cæteraq. ab eo administrata in Semestri, & à pũcto habiti diplomatis, nulla censeantur, vel in irritum reuocanda sint. Nùm autèm ex illa prima-

pæ-

Digitized by Google

necessariò sequatur hæc altera, ex infra dicendis etiam constabit.

2 His breuiter adnotatis, Prima sit assertio. Etiam si à Præsule non habitę, vel demonstratę sint literæ in forma Cameræ, præscriptæ per Extrauagantem Injunctę, neq. irrita, neq. in irritum reuocanda sunt acta facta in eo semestri. Sentio cum *Nauarro citat. num. 21. §. 4. quod nemo, & numer. 42. & 43. nec non cum aliis auctoribus ab eodemmet citatis nu. 12. §. fuerunt viri.* Ratio autem est, quod hæc duo in notabili explicata valdè diuersa sunt, & vt mox dicã vnum alterum necessariò non inferens, atqui in diplomate non irrita, neq. irritanda ea, quæ per Præsulem, qui possessionem iniuit, decernuntur, sed solum prouisiones, & præfectiones datæ per dictum diploma nullæ dicuntur, & reuocatæ; ergo, &c. Secundo non obstante cõstitutione citatæ Extrauagantis præscribentis expeditionem, literarumq. ostensionem ante possessionem, & Episcopatus administrationẽ, & hæc, & possessio per diploma conceduntur à Papa; ergò ritè possessio capta, probèq. administratio habita est, ergò cum non reuocentur acta, eo quidem tempore, quo benè, ac legitimè perseuerarunt, non censentur reuocata, neq, reuocanda. Tertio, controuersia, quæ in manibus est ad minimum, vel dubia, vel probabilis est, tùm ab extrinseco, à qua est *Nauarrus* homo mihi apprimè doctus, neq. alij, quos legerim in contrarium vrgeant, cùm ab intrinseco, quòd rationes contrariæ mox dilucidandæ tanti sanè momenti minimè sunt, vt quam amplexi sumus sententiam probabilem minimè relinquant, vel ad summum dubio negatiuo ex se ancipitem reddãt; dubium autèm vel proprium, & negatiuum, vel positiuum, quod idem est, ac probabilitas in eo situm est, nùm diploma Pontificium, in pœnam literarum non expeditarum, imposuerit solam Episcopatus vacationem à die Semestri decursi, ac finiti, vel à die dati breuis; ergo intelligendum est ita, vt illa vacatio post finem Semestris, & non à puncto concessi breuis intelligatur. Antecedens nostrum, vt explicauimus, omnibus est, ni fallor; exploratum; Consequentia manifestè pro-
3 batur. Pœnalis dispositio, qualis hęc est in dubio ità exponenda est, vt minimum, quod potest, vel significare videtur, imponat pœnę, argum. *legis si de interpretat. ff. de pœnis*, docetq. communis vtriusquè iuris, ac Theologorum sententia; sed minorem continet pœnam hæc dispositio, si illam possessionem, atq. administrationem irritam tantum faciat ab vltimo die Semestris, quàm à die dati diplomatis, ergo, &c.

Quarto, Breue Pontificium non habet pro infectis prouisionem, ac præfectionem, sed tãtum annullat, quod sanè minus est, ac primùm; imò, cum primum, vt nimirum quidquid sequutum est irritetur, præstare Pontifex velit præstat profecto expressis verbis, vt videre est in Constitutione *Clem. I.* in qua non solùm Constitutionem *Bonifacij VIII. incipientem Clericis. De immun. Eccl. reuocat, Sed quidquid ex ea sequutum est, irritat.*

Quinto, quod dictum diploma nusquam disponit prouisionem, ac præfectionem, absolutè esse nullas, sed elapsis tantummodo sex mensibus, ni expediantur literæ, non obscurè indicat hanc nullitatem non à die termini sex mensium elapsi incipiẽdam esse. Quamobrem perpendenda Sedulò sunt illa verba, *Sex mensibus elapsis prouisio, & præfectio predictæ nullæ sint, & esse censeantur*; nàm, vt probè notat *Baldus in l. in delictis, ff. de noxalibus*
4 *actionib. §. si damnum, qualitas iuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi*, quo circa nõ dicuntur ibi, vt nullæ fuerint, neq. fuisse censeantur. Sexto argumentor ex doctrina *Glossæ cap. non debet de consanguinit. & affinit. verbo de cætero.* vbi constitutiones, ait, de ordinario non trahi ad præterita, ni exprimatur, *per textũ cap. vlt. de constitutionibus ibi, Constitutionem non ad præterita, sed ad futura tantum extendi, cum leges, & constitutiones futuris certum sit dare formam negotijs, nõ ad præterita facta trahi, nisi nominatim in eis de præteritis caueatur.* quæ dispositio multis illustratur *à Glossa verbo futura*, de cuius materia scire disputat *Abbas cap. quoniam, seù vltimum de constitutionib. à num. 9.* qui quamuis absolutè dicat,
6 constitutionem expresè non explicantem extensionem ad præterita, si confirmans sit, extendendam non esse, secùs autèm, quando fuerit annullans actum, vt est hoc, quod in manibus est diploma; nihilo tamèn minus, cum causa annullationis non sit de præterito, ita vt ipso iure factum annullauerit, sed potius in odium inducitur de nouo, extendendum non esse, probè docet *ipsemet Panormitanus, vers. hoc autem limitarem*, atq. huiusmodi hoc nostrũ videtur esse diploma. Addo potius hoc idem conuenire cum rescripto, quod speciales ex sua natura concernit personas, quàm cum constitutione omnes, & etiam communitatem
7 respiciente. Sicut igitur per rescriptum Princeps nequit notabiliter præiudicare quæsito iuri alterius, vt rectè notat *Abbas in cap. qui Ecclesiarum de constitution. & in cap. vlt. eodem num. 9. vers. ego*, ità neq. per hoc diploma, per quod cum ius fuerit quæsitum Episcopo ad Episcopatus administrationem habitam in toto Semestri; non est dicendum, ni aliquid con-
8 stet expressiùs, ei derogasse. Et quidèm toto cœlo distinctus est sensus dispositionis, si dicat, vt literæ expeditæ, vel diploma nullum sit, & esse censeatur, vt habet nostrum, cuius verba sub initio retulimus, ac dicere, vt constitutio, vel diploma pro infecto habeatur, nam prima dicendi ratione cassata constitutione, eius non cassatur effectus, iam peractus, secus secunda, quod ptobè adnotadit, idemmet *Panorm. cap. cap. qua in Ecclesiarum de constitut. nu. 3. notab. 4. & in clem. de immun. Ecclesiastica quoniam n. 1. & 2. & cap. non debet de consanguinitate, et affinitate.*

9 Assertio secunda. Ab vltimo Semestris die per diploma designati, nisi literę expeditę fuerint ostensę, censetur vacare Sedes, atq. illicita, inualidaq. erit Episcopatus administratio, idemq. sentiendum de quocumq. Superiore,

Digitized by Google

Abbate, Prælato, aut Priori, qui Abbati æquatur, promotusq, sit apud Sedem Apostolicam. Est assertio contra *cit. Nauarr. penes Doctorum sensum ab eodem ad finem num.* 12. *laudatorum*, quorum rationes maioris apud me momenti sunt, quod maius etiam pro veritate addere conabor, & primò quidem argumentor in hūc modum, aut hæc administratio erit licita, & valida post illud semestre ex vi iuris antiqui ante Extrauagantē Iniunctæ de elect. vel ex vi diplomatis, & concessionis Pontificiæ datæ ad possessionem ineundam. Nō primum, cum per extrauagantem citatam ab omnibus admissam dictam à *Nicolao Boer.* meliorem mundi, derogatum sit iuri antiquo, vt superiori tradidimus disputatione. Non secundum, cum diploma hoc iam expirauerit, & fuerit reuocatum, nullumq. habendum sit expleto Semestri, vt patet ex verbis relatis initio disputationis, vt ipsemet *Nauarrus* vltrò fatetur locis superiore citatis assertione, in quibus *n.* 37. *&* 42. ait cassari, atq. annihilari dictum breue, effeq. nullū per ea postrema vltimo loco relata verba; igitur ex vi nullius poterit licita, vel valida
10 censeri talis administratio. Confirmatur ad hominem contra *Nauarrum*, dispositio conditionalis suum non potest effectum habere, non posita conditione per *text. in* 5. *argum. ab ipso Nauarro adductos*, sed hæc est conditionalis, vt idem fatetur *Auctor. n.* 21. igitur non potest effectum habere conditione minimè posita: atq. conditio posita non est, decurso iam Semestri, quia literæ expeditæ non ostenduntur, ergo ex vi illorum iurium non poterit administratio perseuerare, sed neq. alio iure ergo, &c.

11 Secundo sic arguo. Intentio Romani Pontificis gratiam dicti breuis concedentis attendenda est per *cap. super literis de rescript. cap. finali de præb. & cap. cum in illis* 9. 1 *eod. tit. lib.* 6. sed intentio Papę, qui eiusmodi breue concessit, est vt ni expediantur literæ intra sex menses, eadem inducatur vacatio, deinceps exacto Semestri incipiēda, quæ vel fuit antea, vel vtiq. inducenda esset, ni literæ expeditæ ostenderentur secundum præscriptionem extrauagantis Iniūctæ; ergo sicut, nisi fuissent expeditæ, atq. præsentatæ hæ literæ, neq. Capitulum recipere Præsulem, eiquè obedire, neq. Præsul administrare posset, sic etiam decurso iam Semestri, neq. illis expeditis, ostēsisq. literis, Huic aūt argumēto sic exposito, quā longè distat, vt satisfaciat *Nauarr.* videat amicus Lector.

12 Tertio causa finalis citatæ extrauagantis, & quidem tacita est, ne Cameræ Apostolicæ iura fraudentur, vel protrahantur, si Episcopi suscipi possent, atq. Episcopatuum administrare negotia sine literis expeditis; atqui si possent administrationem protrahere vltra sex menses, gratia diplomatis concessi, liceretq. Capitulum illi obedire, illorum fraus iurium perinde sequeretur; ergo, &c.

Negare autem hanc esse finalem causam tacitā, in meridiana est luce cœcutire, neque aliter sibi cauere Sedem Apostolicā videmus ad fraudem iurium declinandā, quàm clausula derogatoria Breuis, seu Diplomatis. Ex his verò pater, nihil referre, quod *num.* 40. *Nauarrus* affert pro huius argumenti solutione. Prudens in assertione dixi, literas expeditas post Semestre demonstrandas esse, nàm *superiori* demonstrauimus *disp. c.* 1. *assert.* 3. literas non modo præscribi per hanc extrauagantem expediendas esse, sed legitimè demonstrandas Capitula ad validam possessionem, & administrationē; ergo hoc idem sentiendum est de his ipsis literis, quarū expeditio per gratiam Breuis per sex dilata est menses, quę quidèm cum eędem sint, ac desideratæ per extrauagantem Iniunctæ, sicut ad possessionem ex illarum vi primo captandam debebant ostendi; ità ad eamdem continuandam debent pariter ità demonstrari; neq. inter has à *Nauarr. n.* 41. assignatur differētia, imò nec assignari facilè potest. Ac fanè per accidens omninò se habet, fuisse Præsulem in possessione ex vi gratiæ, si cessante hac nō habet assignare ex vi cuius in possessione permanere possit, vt primò perpendimus argumento; cùm enim ad nihilum redactum sit diploma gratiæ, Semestre iam decurso, quo expedito literarum Apostolicarum prorogata fuit, vel eodem modo, quo ab illa desiderantur tradendæ sunt, vel eas non esse necessarias asserendum, cum eædem præscriptę sint per extrauagantem, quæ expediendæ sunt post decursum Semestre, per quod ex gratia earum prorogata est expeditio.

13 Demùm mihi persuadeo fore, vt *Nauarrus* manum abstq. dubio esset daturus, si meminisset, legem nouam non expressè loquentem interpretationem subire, atq. explicationem per antiquiorem ad vitandam iuris correctionem, vt sæpè docuimus 1. *tom. lib.* 4. *cap. vlt. nu.* 5. *& alibi*, ac præter ibi citatos Auctores videndi sunt *Rebell. lib.* 1. *de oblig. iust. q.* 6. *sect.* 5. *necnon Sales de legib. disp.* 21. *sect.* 6. apud quos probę adfaterunt regulæ; igitur cùm expressè in extrauaganti. Iniunctæ ostensio *præscribatur* literarum per ea. *nulliq. eas absq. dictarum literarum ostensione recipiant, &c.* cumq. eædem omninò expediendæ dicantur literę intra Semestre dilationis gratiosę per breue, sicut illæ expediendæ, ità & hæ; alioquin non contemnenda etiam absurda sequerentur, nàm sæpius ex negligentia, imò aliquando ex malitia ad protrahendas bullarum expensas reputatet aliquis Præsulem deficientem emolumentum maius, vel saltèm tantum oneris non subire, ac alter, qui primù possessionem iniret omnis expers culpæ, & priuilegij abusus non culpæ vel ti, sed potiùs merito, *Glossam autem verbo recipient*, non obstare huic doctrinæ infrà trademus vltimo satisfacientes argumento.

Dixi præterea inualidam forè deinceps huiusmodi Prælati administrationem, si ob solam diplomatis gratiam, non expeditis literis possessionem iniret, quod *superiori disp. c.* 1. *assert.* 1. demonstraui, & patet ex textu citatę extrauagantis.

14 Ex his autèm colligo, si Capitulum, vel bona fide, vel ex ignorantia iuxta ea, quæ *cap.* 2. *superiori disp.* diximus, vel adhęrens opinioni *Nauarr.* quę quamuis mihi vix ob intrinsecā

sit

Digitized by Google

sit probabilis, auctoritate tamen tanti viri, sua non caret ab extrinseco probabilitate, post Semestre Præsulem reciperet, antequam literas ostensas videret, non incurrere pœnas per hanc nostram Extrauagantè præscriptas, quod ex eodem *Nauarro* deduco *nu. 35. ad finem*; & hoc idem eadem etiam ductus ratione, aio, de ipsismet Prælatis, qui in possessione atq. administratione perseuerarent, dummodo fraus, doluſq. abesset malus.

CAPVT TERTIVM.

Soluuntur argumenta contraria.

SVMMA.

Possessio sub conditione de futuro concessa, hac non posita, de facto cessat. n. 1. & 3.

Existens in recenti possessione tenetur titulum probare, si contra illum obijciatur. n. 2.

Num ad pœnam priuationis bonorum contra hæreticos requiratur sententia. n. 4.

Cur ad priuationem bonorum contra hæreticos requiratur iuxta probabilem opinionem sententia, secùs autem ad priuationem possessionis initæ ex vi diplomatis, non adimpleta conditione ostensionis literarum. n. 5.

Si non expeditis literis intra concessum Semestre dilationis, Episcopus non acquiesceret Capitulo instanti, vt cessaret, iudicare, videretur suum Superiorem, Papam scilicet, & in causa propria sententiam ferre. n. 6.

In hoc casu Episcopus potius, cum esset dubius de sua iurisdictione iudicare non posset, neq. in possessione pergere. n. 7.

Exponitur Glossa extrauagantis iniunctæ de electione. n. 8.

PRimo igitur argumento *Nauarri* respondemus, quicquid sit de quæstione, num Iudex simul possit, & agere de possessorio, ac petitorio, de qua in locis allegatis disputatur, certè abstre nostra illa est; equidem Capitulum non tanquam Iudex debet possessione Præsulem illum priuare, sed ipso facto ea Præsulem cadere, contendimus, sicut loco cedit; quia possessio & vsq. ad Semestre à Papa ei ex gratia concessa est, & perpetua non nisi sub conditione expeditionis, atq. ostensionis literarum, quo circa verbis concedit expressis *Nauarr. n. 21. argum. 5.* diploma prædictum esse conditionale, quatenus vacationem Ecclesiæ, & consequentèr possessionè inducens, vel auferens, vel prorogans; itaquè ad argumenti formam concessa maiori propositione, minor subsumpta distinguenda, & concedenda de possessione sub conditione expeditionis, & ostensionis literarum, negãda verò absolutè, sit autem clarior hæc nostra solutio *per text. cap. commissa de elect. in 6. il secondo.* vbi quamuis Parochiale beneficium datum non Sacerdoti intra annum, illo nolente conferri non possit, etiamsi ad vltimum peruentum sit mensem, in quo habendæ non sunt ordinationes; at vacare intelligitur elapso anno, & posita conditione anni decursi, poterit vtiq. alteri conferri per ea; *Commissa tibi Parochialis Ecclesia, quamquam tantũ de anno transierit, quod infra ipsum, nequeas iuxta statutum generalis Concilij Lugdunensis ad Sacerdotium promoueri: non est, nisi tunc demum, cum ex toto fuerit ipse annus elapsus, censenda vacare, nec potest antea se nolente conferri,* vbi nota quomodo vacet ipsa Ecclesia posita conditione, sub qua erat alteri concessa, eius non obstante possessione, vt probè perpendit *Glossa ibi verbo te nolente*, idem allegans *cap. licet de præbend. in 6. il secondo*, quod non rectè affert *Nauarrus* in confirmationem maioris propositionis huius argumenti.

2 Addo ad vberiorem doctrinam etiam Existentem in recensiori possessione, contra quem obijcitur defectus tituli, teneri titulum probare, vt notatur à *Io: Andrea post Innocentium. & Hostiensem in cap. 1. de conces. præb. lib. 6. & Panormitano cap. nihil de elect. n. 13.* igitur cùm hic Episcopus in recentissima fuerit possessione, contra illum obijcere possunt Canonici defectum tituli, vel ex vi Extrauagãtis, vel vltimæ concessionis.

3 Hinc gradum ad secundum faciens argumentum dico, verum esse antecedẽs, primamq. propositionem de possessione absolutè collata, secùs vero de illa, quę sub conditione datur, & accipitur, vt exemplo paulò ante relatò cõstat, non adimpleta ipsa conditione, quæ quidè ex se ruit, neq. ob delictum proprium, vel aliquam culpam contra titulum, sed omissione conditionis requisitæ: fuit. n. non fuit animus Papę per suum diploma facere facultatem Episcopo ineundi possessionem absolutè, sed ea sub conditione, literarum. s. expeditarum; ita neq. animus ritè poterat esse Præsuli possessionis capiendæ, ni sub eadem; ergo sicut cùm quis Romæ in fauorem certæ personæ renuntiet cum illa clausula, apponi solita in Curia in fauorem talis personæ, & non aliter, nec aliàs: qua constat renuntianti non fuisse mentem relinquendi beneficium, eiusq. possessionem, nisi quatenus acquirenda est ab illo sub expresso modo, licut & idemmet *Nauarr.* sæpè docet *de positione præsertim 7. n 7.* sic etiam Papa censetur est voluisse conferre Præsuli illam possessionem, nec aliàs, nisi sub conditione talium literarũ, neq. voluntatè efficacem potuisse Præsulem habere illam absolutè, sed sub eadem ineundi.

4 Ad tertium aio. In canone citato agi de pęna hæreticorum, priuatione nimirum bonorum, ad quam requiri sententiam Iudicis probabilis fert opinio apud multos, quos refert, sequiturq. *Sanch. lib. 2. sum. c. 22. à nu. 7.* licet contraria suam etiam habeat probabilitatem, sic paritèr è proximiori Sede poterat argumentũ

à si-

Digitized by Google

à simili duci de pœna *per Extrauagantem Ambitiosè sancitam de rebus Ecclesiæ non alienandis.* Verùm neutra facit ad rem, veramq. continet similitudinẽ: Si quidẽm Episcopus, de quo disputamus, non in pœnam priuatur administratione, quam inierat, sed possessione cadit ex se, quippè quæ concessa minimè fuerat, nisi sub conditione literarum expeditarum, neq. ad tẽpus extra Semestre, nisi literis expeditis: & cõsequenter nulla intercedente, sententia possessio ruit, vtpotè nulla ex vi breuis per ea; *alioquin eisdem sex mensibus elapsis prouisio, et præfectio prædictæ nullæ sint, & esse censeantur*, sicuti nullæ fuissent ex vi Extrauagantis Iniunctæ, nisi concessum fuisset hoc diploma, & gratia Pontificis hac sub conditione, neq. aliter. *In lege autẽm citata* de criminali tractatur causa, in qua vt probè *Bald. l. transigere de transact. n.* 28. ait, semper ad pœnam desiderari sententiam Iudicis; at in nostro casu, vt vtar verbis *citatæ legis, eius, qui debitorem de iure Fisci ad finem* §. 1. hæc .n. non pœnæ, sed causæ restitutio est.

6 Primos etiam à *Nauarro* textus in contrarium quarto loco adductos admitto quidẽm; verùm nego in causa propria Capitulum iudicare proprium præsertim Superiorem: etenim hac sola de causa Præsul ille neq. administrare, neq. possessione cadere debet, quam iniuit gratia per breue tantum habita, & sub conditione literarum intra Semestre expeditarum; alioquin nullius deinceps roboris illa gratia censeretur, ac prouisio, præfectioq. nullæ; imò facilè possum retorquere argumentum contra *Nauarrum*; etenim si non posita præscripta cõditione à Pontifice, instante Capitulo, vt cessaret ille Præsul, aliter iudicaret faciendum, potiori profectò iure videretur iudicare in causa propria, imò suum Superiorem, Papam videlicet iudicare, cui parere non arbitraretur.

7 Inde ad alteram eiusdem argumenti partem transeo admittens, dubium de iurisdictione propria iudicare non posse; igitur cùm saltẽm dubius sit hic Episcopus, an possit administrare, suaq. vti potestate iurisdictionis, illa sanè nequibit vti tùm in reliquis muneribus, in quibus antea vsus erat per totum Semestrem, tùm in hac ipsa quæstione, & controuersia Capituli, qua contendit ad ipsum administrationem deuolutam esse.

Quinto, maiorem concedimus propositionem, qua in confirmationem primi argumenti *superior. cap.* vsi sumus; libenter etiam minori assentimur in eo sensu, vt conditio non solum sit de literarum expeditione, habita Romæ, verum de iuridica ostensione facienda Capitulo, vt *capite superiori ad finem probauimus*. Itaq. cùm intra sex illos menses literæ Capitulo non fuerint ostensæ, constat, conditionem non esse appositam.

Ad sextum dò *Extrauagantem Iniunctæ* à iure exorbitantẽ esse, neq. extendendam; at non video quomodo ad rem hoc faciat, quam si pẽnitùs inspiciamus, vel non ex vi illius extrauagantis, sed ex vi diplomatis, dispositionisq. cõditionalis causa cadere Episcopum comperiẽmus, vel si ex vi illius extrauagantis res ad pristinum reuocetur statum, non erit extensio, sed ipsissima eiusdem materia nullo pacto latiùs, patens, nè videlicet possessio incetur, quin priùs expediantur, ostendanturq. literæ.

8 Demùm bona tanti viri venia *Glossa* tantum à Nauarro commendata, singularisq. dicta, certè mihi talis non est, vt neq. meo, ni fallor Lectori, si libuerit eam percurrere, quàm vt facilius præstare possit, hic subijciam, ad verbũ Recipiãt, *Sed nùnquid oportebit, me Prælatum semper ostendere literas? dic, hic loquitur, quando accedit Prælatus ad Prælaturam, non quando diù in possessione fuerit*; nàm primò tota responsio aptata interrogationi continenti illam particulam. Tò *semper*, rectè quidem se habens, nobis tamẽn nihil facessit negotij, vt ad oculum patet, quasi verò non semel, atq. iterũ, sed sæpè, vel semper ostendendæ sint literæ ẽt post initam possessionem, quod negat *Glossa*, cum initio sufficiat eas semel ostendisse. Deindò dico, loqui textum, Glossamq. de Præsulis receptione ex vi electionis, & confirmationis possessionem ineuntis, qui recipi non debet, quin expeditas præterea literas ostendat, & consequenter, ait *Glossa*, huic Præsuli semel in principio literas ostendendas esse, & non semper. Demùm addo, loqui *Glossam* de receptione Præsulis ex vi literarum, quas satis est semel ostendisse, quod vtiquè, & nos requirimus; cùm possessio, qua potitus esset ille *Præsul in* Semestri, non ex vi literarum, *sed ex vi gratiæ* per diploma concessæ inita *fuisset*, cùm itaquè possessio iure nouo Extrauagantis Iniunctæ per Apostolicas accipienda sit literas, ad eam in principio dicenda est illarum ostensio necessaria, cum principium poterit illud dici possessionis iuridicæ remota gratia breuis, alioquin nunquam erit necessaria talis ostensio literarum; nàm non in principio, quando per Breue possessio capta fuit, cum non essent expeditæ, & illarum loco successerit, tunc ex gratia facultas Breuis: non, posteà per *Nauarrum*, cum iam possessio capta sit, diùq. in illa perseuerauerit Episcopus; ergò nunquam. Quod haud existimo *Nauarrum* adeò facilè concessurum.

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO OCTAVA.

An Episcopus electus, & confirmatus possit ea, quæ sunt Ordinis per alium præstare.

QVamquam non inficiar huic esse quæstioni connexionem cum altera penè opposita: quia contrariorum eadem est disciplina; nempè num Episcopus consecratus possit alicui, v. g. Vicario suo generali, non Episcopo, ea, quæ sunt Ordinis obeunda demandare. Verùm quia hæc maiorem quidèm habet affinitatem cum altera infra disputanda, nùm Pontifex Maximus facultatem facere possit ea exercendi, quę sunt propria Ordinis Episcopalis non Episcopo in eum locum referenda est. Itaq. præsentem voico capitulo comprehendam, cùm penè vacet difficultate, & si non vtilitate.

CAPVT VNICVM.

Episcopus electus, & confirmatus etiam, quæ sunt Ordinis per alterum Episcopum præstare potest.

SVMMA.

Sententia negantium posse id fieri n. 1.
Contraria sententia certa, & catholica posse non consecratum Episcopum ea, quæ sunt Ordinis alteri Episcopo consecrato commendare. num. 2.
Quæ Papa decernit maximè per decretales Epistolas sunt infallibilia. n. 3.
In decretis morum Papa non potest errare, num. 4.
Meritò reprehenduntur Caietanus, & Sotus æstimantium decisionem Leonis X. de Monte Pietatis ad certitudinem fidei non pertinere. n. 5.
Sive à solo Papa, sive à Papa in Concilio decretales sanctiones eiusdem auctoritatis, & fidei habendæ sunt. n. 6.
Decretales literæ, vel rescripta etiam extra ius existentia in casibus singularibus data, vim continent irrefragabilis legis ad cæteros similes casus. n. 7.
Sede vacante Capitulum committere potest alteri Episcopo ea, quæ sunt Ordinis exercenda, num. 8.
Capitulum Metropolitanæ, Sede vacante, consecrationem potest demandare alicuius Ecclesiæ suffraganeo Episcopo, n. 9.
Per specialem auctoritatem à proprio Præsule sibi factam, potest Vicarius generalis alteri Episcopo, quæ sunt Ordinis munia committere. n. 10.
Eadem est facultas Capitulari Vicario committendi munia Ordinis alteri Episcopo. n. 11.
Qua cautela dicta commissio facienda sit. n. 12.
Quando exceptionem patiatur regula, qui per alium facit, per se ipsum facere videtur. n. 13.

OCcasione casus expositi per *cap. suffraganeis de elect.* Metropolitani electi, & confirmati, non dùm tamèn pallio donati, nùm is posset per aliquem Episcopum suffraga-
1 neum quempiam consecrare in Præsulem, nonnulli apud Abbatè ibidem in eam abiere sententiam, vt absolutè negauerint, posse Præsulem electum, & confirmatum demandare, quæ sunt Ordinis in sua Diœcesi exercenda Præsuli consecrato. Quibus si obijcias citatam *Decretalem suffraganeis de electione*, negant hanc esse decretalem, sed prouisionem quamdam fundatam in æquitate. Probant præterea suam opinionem hi Doctòres. Primo quia, qui per alium facit, per se ipsum facere videtur *ex cap. mulieres de sent. excommun. & ex regul. qui per alium in 6.* Secundo, quod suo non licet facere nomine, neq. alieno licebit, *ex alia eiusdem textu regula, quod alicui in 6.* tertiò directè contra casum dictæ decretalis, argumentum sumitur ex *c. 1. dist. 100.* vbi dicitur, non debere Archiepiscopum propriam differre consecrationem, nè suffraganeorum protrahatur consecratio; ergo signum est, non posse Metropolitanum non consecratum, alteri committere consecrationem suffraganei, alioquin non esset, cur ad propriam teneretur festinare consecrationem, si absq. illa facili delegatione suffraganeo cõsecrando consulere posset.

2 Verùm contraria sententia omnino certa est, & catholica, de qua nefas sit ambigere, qua dicimus posse, siuè Archiepiscopum non dum habito pallio, sine Episcopum electum, & confirmatum, vel à Papa debitis circumstãtijs nominatum nominatione æquiualenti electioni, & confirmationi, de qua *sequenti libro* dicemus, nec dum consecratum posse, quæ sunt Ordinis alteri committere Præsuli. Habetur expresè in *citato canone suffraganeis de elect. Suffraganeis alicuius Metropolitani ad mandatum ipsius post confirmationem electionis suæ etiam, si pallium non receperit, licitum est electum, qui*

ad

ad eius iurisdictionem pertinet, consegrare; quem textum probè declarat non modo eius *Glossa*, *sed Glossa c. 1. de translat.* Addo *Cap. Is, cui de elect. in 6. ad finem, § illa quippè*, ex quo constat, administratorem, & Procuratorem Ecclesiæ Pictauiensis illa, quæ ministeria consecrationis exposcunt, id est munera Ordinis Episcopalis (nisi fuerit Episcopus) per alios posse expedire. Ex his autèm hoc argumentum confi-
3 cio. Quæ Papa decernit, & maximè per Decretales Epistolas Ecclesiæ proponit infallibilia sunt habenda; sed hæc veritas per superallatas
4 decretales exponitur; ergo, &c. Maior propositio certa est, cùm in decretis morum Papa minimè possit errare, vt eruditè probant *Bagnes in breuioribus commentarijs 2. 2. q. 1. artic. 10. dub. Bellarmin. lib. 4. de Pontifice c. 10. Molina lib. 2. de iust. disp. 325.* qui meritò reprehendit doctrinam *Caietani tom. 2. opusculorum tract. 6. & Soti 6. de iust. q. 1. art. 6.* putantium definitionem *Leonis X. in Concilio Lateranen.* §. 10. decernentis, Montem Pietatis non esse vsurarium ad fidem non pertinere. Ratio autèm huius nostræ propositionis est tùm communis Ecclesiæ sensus, quo recipit has definitiones tanquam omninò certas, atq. indubitatæ fidei, tùm quia esset contra sanctitatem eiusdem Ecclesiæ, si Papa posset ei proponere quidpiam minus certum, & contra bonos mores, vel rationis dictamen, vel leges Sacramentorum, vel ad regimen ipsiusmet Ecclesiæ spe-
6 ctans. Hoc autèm & exploratum est omnibus Catholicis de legibus Ecclesiasticis generalem vim habentibus, quæ tametsi varijs nuncupentur nominibus, eamdem tamèn habent potestatem siuè à solo Pontifice sint latæ, siuè ab eo in Concilio generali, vel approbato, vt rectè notat *Vasquez 1. 2. disp. 157. c. 5. nu. 37. ex communi Theologorum sententia D. Thomæ 2. 2. q. 1. art. 10. & q. 11. art. 3. Vualdensis lib. 2. de doctrina fidei c. 47. & 48. Turrecremata lib. 2. summæ c. 109. Driedi lib. 4. de Ecclesiæ doga c. 3. punt. 3. Caiet. opusc. de potest. Papa c. 9. Eckij lib. 1. de Primatu Petri c. 18. Petri Soti in Apologia cap. 83. 84. & 85. Cani 6. de locis c. 7. atq. Interpretum*
7 *D. Thomæ in locis cit.* Et habet etiam verum de Decretalibus, rescriptis, ac peculiaribus responsis, Epistolisq. Pontificum in casu etiam singulari datis, quæ sanè vim obtinent pariter legis *ex cap. in causis de sentent. & re iudic. vbi Innocentius III. ait In causis, quæ Summi Pontificis iudicio diciduntur, & ordo iuris, & vigor æquitatis est subtiliter obseruandus; cùm in similibus casibus cæteri teneantur similiter iudicare.* Nàm quid est cæteros Iudices debere in causis similibus eodem iudicare modo, nisi responsum Pontificis in casu singulari datum in alijs similibus vim legis habere? Quamobrem plurimæ decretales Epistolæ, quæ in corpus iuris suo ordine à *Gregorio IX.* redactæ habentur, certè vim legis retinent vniuersalis; tametsi pro casu singulari exaratæ fuerint: igitur meritò siuè Epistolas, siuè decreta Pontificia extra ius existentia, iussit, seù declarauit *Nicolaus Papa in can. si Romanorum 19. dist.* reuerenter obseruanda esse, vt ibi Canonistæ passim, ex quo rectè redarguitur *Paulus de Castro l. 1. num. 5. ff. de constitut. Principum* contrarium indicans.

Hinc gradum facio ad minorem nostri primi argumenti probandam: nam quicquid sit de *decretali suffraganeis de elect.* quæ quando sub secunda compilatione erat, inquit *Abbas ibi. n. 2.* non habebatur Papalis, certè deinceps cùm & à Papa proposita sit, atq. ità sicut cæteræ ab vniuersali excipiatur Ecclesia, atq. à *Gregorio IX.* omnes præcipiantur vsui esse secundum hanc, & non aliam compilationem tùm in iudicijs, tùm extra vt legitur in proemio Decretalium sanè non posset absq. errore in contrariam iri sententiam. Quapropter meritò *Gratianus dist. 20. sub initio*, Decretales ait Epistolas Canonibus Conciliorum pari iure exequèdas esse.

Verùm vndè opportunè digressa est oratio reuertatur; Porro non modo ex Sacris constat Canonibus, vt dictum est, nostra conclusio, sed ratione etiam liquet; quia Præsul electus, & confirmatus, non autèm consecratus alteri consecrato Præsuli munera committens Ordinis propriam tantum exercet iurisdictionem, proprios nempè subditos alteri Episcopo quoad illa munera submittendo, circa quos alter Antistes sua potestate inconsecratione habita vtatur, vt probè notat *Abbas cit. n. 3.*

8 Confirmatur, quia Sede vacante, Capitulum committere potest alteri Episcopo Clericum propriæ Ecclesiæ, vel Diœcesis Sacris initiandum Ordinibus *ex cap. cum nullus de tempore ordinandorum in 6.* seruata tamen forma præscripta à *Tridentino sess. 7. c. 10. de reformat.* cum omnibus exploratum sit, Capitulo facultatem non esse illum eundem Clericum ordinandi, quippè quod Episcopo defuncto in his, quæ sunt iurisdictionis tantum succedit *ex cap.*
9 *cum olim de maior. & obed.* Sic pariter potest Capitulum, Sede vacante, alium inuitare Præsulem ad exercenda Pontificalia *per cap. Pontifices 7. q. 1.* & ex allato textu deducit Compostellanus, posse Metropolitana Sede vacante, eius Capitulum demandare consecrationē Suffraganeo, cum hic sit actus solius iurisdictionis.

10 Ex his deduco per ampliationem nostræ assertionis specialem auctoritatem posse ab Episcopo fieri suo Vicario committendi alicui Antistiti ea, quæ sunt ordinis munia. Sic *Abbas in cap. his quæ, & in cap. cùm olim de maioritat. & obed. inst. iuris canonici de Vicario Episcopi nu. 121. Bertacchin. de Episc. 3. part. q. 61. Sbrozius de Vicario lib. 2. q. 12. n. 1. Rebuff. in pract. benef. in forma Vicariatus n. 33.* probè notans speciali mandato ad id opus esse Præsulis ex communi DD. sententia *in cap. final. de elect.*

11 Deduco secundo hanc etiam facultatem esse Vicario Capitulari, Sede vacante, quam rectè *Rebuff. modo citatus tit. de renol. n. 66.* posse vocare docet Episcopum vicinum ad Sacros Ordines conferendos. Notat autèm *Abbas in*
12 *laudatum cap. his quæ nu. 2.* quem sequitur *Rebuffus*, huiusmodi commissionem cautè faciendam esse cum protestatione, quod nihil iuris ex hoc actu Prælato rogato acquiratur, imò

cau-

Digitized by Google

cautionem præstandam esse vult *Rebuffus* à dicto Prælato accito. Cœterùm vbi certò id cõstaret, hoc ab illo gratis exigi absq. iure, quod eidem competeret, neutrum necessarium esse putarem.]

Superest, vt contrarijs satisfaciamus argumentis, cum iuris allegati euasioni super occurrimus. Et quidèm primò argumento *cit.* respondet *Abbas n.* 3. regulam, doctrinamq. textus adducti non procedere, quando is, cui cõmittitur facere non potest nomine suo, sed totum illud peragit negotium, tanquam alter, à quo committitur. Verùm nisi huic aliquid addatur solutioni, efficax, ad argumentum soluendum minimè videtur: etenim etiam mandatarius proprio posset nomine manus violẽtas injicere clerico; & tamen si in vi mandati id præstiterit, mandans excommunicationem canonis incurret, vt in *allegato textu mulieres*, §. *hi vero* clarè notatur. Itaq. his, quæ in citatis regulis tradunt Auctores, omissis cum *Dyno in regulam ad argum. 3. adductam*, §. *sed dicendum*, 13 aio, dictas regulas exceptionem subire, quando persona industria eligitur, *l. inter artifices*, ff. *de solutio.* Cum autèm in nostro casu personæ Præsulatu donatæ qualitas eligatur, quę quidẽ tantum subiectione illius, circa quem ordinis actus est exercẽdus, ac materia indigebat proportionata per subiectionem subditi, iure suo his positis, munera illa obibit, neq. nomine destinantis Episcopi electi, nisi quoad iurisdictionem, ex qua illa materia subditi, vel quasi subditi exhibita est apta. Eodem pacto alteri regulę in secundo argumento exaratæ respondendum est.

Ad tertium dico cum Glossa ibi esse sermonem de Archiepiscopo, qui fuit vltra tres mẽses in mora, quando in pœnam nec potest consecrationem sui suffraganei alteri committere, vt ibi. Aliæ duæ solutiones minus efficaces afferuntur ab *Abbate loco cit. n.* 3. Verùm data sufficit.

DISPVTATIO NONA.

De Postulationis natura?

POstulationis, quæ præ manibus nobis est, titulum nõ ignoro in iure Canonico præmitti electioni; verùm maius operæ pretium me facturum arbitratus sum, si electionem primò comprehenderem, quod 5. *& 6. lib.* præfiti, quippè quæ multis *superioribus etiam 1. tom. libris* illustrata erat, ac per se videtur intenta, & inmixa iuri, quæstionesq. scitu digniores, atq. vsu frequentes continens, quàm postulatio ei potiùs accessoria, in eiusq. locum penè suffecta, & in gratia fundata. Accedit longè etiam ab Aula, & à Curia Romana, vt plurimum esse amandatam, Auctore *Lambertino 1. p. lib. 2. q. 7. art. 10. n. 6. in fin. Mandos. in regul. 2. Cancellariæ in præfatione n. 3. Gonzales de benefic. 4. p. c. 1. nu.* 11. Cum autem confirmatio supra electionem cadat, cuius est complementum, neq. cum Postulatione connexionem habeat, idcircò de illa prius etiam disputaui. In postulationis itaq. dilucidatione, qua, declarans electionem, vsus sum, methodum prosequar; vt igitur electionis expendi circumstantias, Quid, propter Quid, & Cuius gratia, ea ratione, qua substantialiter acceptas tradidit Aristoteles, & *lib. 5. disp. 1. c. 3. d n.* 8. exposui, in nonum librum reijciens circumstantiam *Quis*: quippè quæ cum causa coincidit efficienti Præsulatus; ità pariter in eandem circumstantiam *Quis*, causamq. efficacem Postulationis referens, Primo peracturus sum loco de illius natura, atq. essentia per circumstantiam *Quid* comprehensa. Deindè circumstantiam *Circa Quid*, conditionemq. materiæ, siuè personæ postulandæ, secunda explicabit disputatio; Tertio autèm rationem expẽdam finis, & circumstantiæ, cuius gratia, ad quam tota postulatio quanta est, dirigitur ad ius, nimirùm Postulato conferendum.

CAPVT PRIMVM:

Quid sit Postulatio.

SVMMA.

Prima refertur, ac reijcitur postulationis definitio relata, Glossa. n. 1.
Secunda Panormitani refellitur. n. 2.
Baldi definitio respuitur. n. 3.
Postulatio ex se saltem non semper ad facultatẽ consequẽndam eligendi refertur. n. 4.
Decij definitio adducitur, & expungitur. n. 5.
Definitio Turrecrematæ reijcitur. n. 6.
Primo dividenda est postulatio, cuius genus sit subalternum. n. 7.
Vera definitio Postulationis asseritur n 8.
Quid propriè petitio sit, & quam aptè in definitione postulationis inserta sit. n. 9.
Quid significet Particula in Prælatum *definitioni inserta. n.* 10.
Realitas actus magis inspicienda, quàm verborum. n. 11.

Digitized by Google

Quid sibi vult particula certæ personæ apposita definitioni.n.12.
Quid alia significet canonicè.n.13.
Postulandus non debet esse omninò impeditus.numer.14.
Omnis defectus est Superiori exponendus, ob quē quis postulatur.n.15.
Expenditur vltima particula, videlicet apud Superiorem dispensare potentem.n.16.
Superior non tenetur Postulationem admittere. n.17.

LIcet definitio in iure periculosa sit, quia tamē ex *Aristotele 1.topic.4.* quod quid esse rei explicat, id est rei naturam, & essentiam, *l.omnis, ff.de reg.iur.* & à locupletibus, quos infrà laudabo Doctoribus inuestigata est, à nobis, silentio minimè prætermittenda. Præcipuas itaq. Postulationis definitiones reijcere aggredior, ex quarum indicatis vitijs eius natura clarior innotescet.

1 A *Glossa* itaq. *cap. vnici de postulat.in 6.* Postulatio definitur *Petitio gratiæ à Superiore facta*; verùm vt omittam amphibologiam cōtra præceptū *Arist.6.top.c.2.* qua maximè laborat hæc definitio, cum æque significet petitionem Superioris apud alium expositam, quàm alicuius apud Superiorem habitam per appositionē vocis à *Superiore* in casu ablatiuo, adeò latè patet, vt ad quascumq. se extendat petitiones gratiæ, nec propriam assignat differentiā Definiti, neq. cum eo cōuertitur, quo præcipuè nomine reijcitur ab *Abbat.in præfationem ad tit. de postulat.circa fin. n.1.* & est parum consona *Aristotelicæ* doctrinæ *6.top.c.1.*

2 Abbas igitur suam ibidē hac affert ratione, *Postulatio est quædam gratiæ petitio à Superiore facta de promouendo aliquem ad Prælationem, ad quam de iure communi propter defectum aliquem, vel impedimentum eligi, seù promoueri nō poterat.* Ceterum eadem amphibologia, quam contra primam obiecimus hanc Panormitanā definitionem etiam uitiosam esse, non est, qui non uideat. Redundat præterea uerbis, cum defectus, atq. impedimenti frustra utatur nominibus, ut cetera taceā, & à doctrina Philosophi discrepans *7.top.2.*

3 Accedit *Bald.in rubric.ad tit.de postulat. n.1.* sic definiens, *Postulatio est actus canonicus, per quem de gratia petitur à Supriore, quòd prouideat de Prælato, vel det licentiam Capitulo eligendi eum.* At primo scopulum amphibologiæ superiùs indicatæ, *Bald.* non euitauit; Deindè per genus generalissimum, ac remotum, tradidit definitionem, ex hoc profecto uitiosam, non secus ac, si quis hominem, non per animal rationale, sed per substantiam spiritualem definiret contra *Aristotel.lib.2.post.c.14.& 6.top.3.& 6. phys.c.3.text.27.* Iterùm quid sit petere de gratia, haud facile intelligitur, cum possit referri, tùm in Superiorem, à quo gratia expectatur, tū in Capitulū, quod ex gratia hanc postulat personam à Prælato, ut uidetur indicatum in *c.1. de postul.ad uerb.Postulastis*; uerùm malē, ut rectè notat *Dec.in hoc cap.n.7.ad fin.* nàm Capitulum dum postulat non facit, uel præstat, sed petit gratiam. Quarto cum duplicē *n.1.* distinguat *Bald.* postulationem simplicem, ac solemnem, legenti, uel primo intuitu constabit eius definitione non comprehendi simplicem, qua non petitur facultas eligendi, sed prouisio noui, atq. idonei Pastoris. Sic etiam neq. latè patet ad postulationes, quæ ab alijs, quàm à Capitulo fieri possunt, ut à Principibus, quibus ius est præsentandi, si uellent præsentare canonicè impeditum, sponsum u.g. alterius Ecclesiæ.

4 Demùm postulatio non tendit saltē semper ad facultatem consequendam eligendi personam impedimēto irretitam, sed in Superiorē, uel eius dispēsationem, qua Postulatum admittat. Quamobrem Superior minimè debet respondere liceat uobis talem, quē postulatis eligere, sed ut *Innoc.in cap. gratum de postulat. n.4. Secundū quod postulastis de tali prouideo, vel postulationem vestrū admitto*; quę formula magis uidetur usitata, qua propter minimè placet *Abb.in rub.ad tit.elect.n.2.* neq. ex eo *Dec. in rub.ad tit.de postul.n.2.* asserentes postulationē referri, atq. ordinari ad electionem futurā, cuius est preambula, cùm præsertim idēmet *Abb.* ibi *& c.1.de postul.n.34.* scribat, admissionem postulationis solemnis uim habere electionis, & confirmationis; nō autèm nego, posse postulari, vt liberetur quispiam impedimento à persona, à qua ipse aliquo pacto pendet, quo remoto poterit eligi. Verum hoc non habet ex se postulatio propria, & solēnis, sed impropria, quam mox indicabimus parare viam electioni, vt etiam indicat *Imol.cap. & si vnanimiter n.5. de postulatione Prælatorum.*

5 Hinc Decij etiam reijcio definitionem, quā falsò ille refert ex Panormitano. *Gratia videlicet facta à Superiore de promouendo aliquem ad Prælationem, ad quam de iure communi eligi nō poterat propter aliquod impedimentum.* Etenim postulatio non est gratia, sed expositio voluntatis optantis, ac petētis gratiam à Superiore, vt velit in postulatam personam consentire.

6 Neq. possum approbare adductā definitionem postulationis à *Turrecremata cap. Osius dist.61.n.1.* ex Hostiensi. *Postulatio est alicuius personæ, quæ eligi prohibetur propter defectum, concors, & certa Capituli facta petitio.* Nàm quādo ceteras haberet rectæ definitionis qualitates, illa sanè caret, quòd non ad omnes pateat postulationes, sed ad eam tantum, quæ habetur à Capitulo. Si quidem vt hic idem Auctor merito docet *nu.13.* qui potest eligere, potest etiam postulare; atqui vis eligendi, præsentandi, aut nominandi non modo est Capitulo, sed alijs, vt infrà declarabimus; igitùr necessaria conficitur sequela, ab alijs, quàm à Capitulis postulari posse, vt *n.seq.* perpendemus.

7 Longiùs non prosequar aliorum reijciens definitiones ad fastidium, verū cū postulationem latis sub terminis acceptam genus subalternū iudicē, prius cū *Arist.lib.2.post.c.15.text.4.* diuidendā, quàm definiēdā esse arbitror. Itaq. vt simplicem nunc acceptam à *Bald. cit. nu.3.* omittam, quæ non tendit ad gratiam captandam à Superiore, potente in defectu dispensare, cuius causa eligi minimè potest in

Præ-

Digitized by Google

Prælatum is, qui postulatur, sed ex discrepantia suffragiorum. Postulatio primò diuiditur ratione personæ postulantis, & altera est Canonica, quæ à Capitulo fit, altera quæ à quocumq. cui sit ius nominandi, eligendi, vel præsentãdi, quę quidèm iuxta varios defectus, quibus irretitur Postulatus, in varias potest subdiuidi species; Et licet sciuerim, postulatione propria Patronum vti non posse, quippè cui competit idoneum præsentare *ex cap. 2. de supplenda negligentia Prælatorum, & cap. 2. & 3. de iure Patronatus*; at impropriè non est, cur Patronus postulare nequeat. Deindè diuiditur ratione personæ, apud quam exponitur: Et hæc vel est impropria, qua non dispensationem, in gratia fundatam ex communi DD. placito innititur postulatio, sed potius consensum alterius exquirimus, vt si postularetur Monachus in Prælatum, consensus Abbatis obtinendus esset ex *cap. si Religiosus de elect. in 6.* quemadmodum rectè notat *Syluester postulatio 1. & Immol. in rubr. ad tit. de postul. num. 12.* vel si à Domino postularetur seruus, vt notat *Immol. cap. & si vnanimiter de postul. n. 5.*

8 His itaq. explosis definitionibus eam affero. *Postulatio est petitio in Prælatum certæ personæ, canonicè, non tamèn penitus impeditæ, expositæ Superiori dispensare potenti.* Petitio loco
9 generis apposita est, reliqua vero loco differentiæ. Præterea petitio à nobis vsurpata est in sensu proprio, nàm auctore *Varrone* petere propriè est, precario aliquid poscere, & *Valla* petere ait, dicimur, cùm aliquid humiliter, & precibus petimus; cum enim Postulatio, consensu Doctorum, innititur gratiæ, suppliciter habenda quidem est, vt probè *Abbas cap. 1. de postulat.* fauet etiam *cap. bona il primo, necnon Capitulum postulationem de postul. Prelatorum, & cap. cupientes, §. deq. de elect. in 6.*

10 In Prælatum addidi, quòd hic dicitur iurisdictionem propriè habere, vt notatur ab *Abbate in cap. decernimus de iudicijs*, verèm enim verò licet quis postularet aliquem in Curatorem Ecclesiæ, vel in simile officium, satis superquè censeretur se explicasse, si cœteras ad
11 postulationem desideratas apposuisset conditiones: quia realitas actus magis est inspicienda, quàm verborum, *ff. de condic. & demonstr. l. Pater Seuerianam, §. conditionem verba, & ff. de negot. gest. l. qui aliena, §. quamquam*, & sic de electione tenet *Baldus Rubric. ad titul. de postulat. num. 5.* quòd generaliter per se dictum volo, quando ex æquipollentibus, etiamsi distincta non enuntiaretur ratione, dummodo mentis constantia, & veritas eadem sit, *C. de test. l. quoniam indignum, ff. de action. & obligat, l. consensu.* Neq. aucupationi syllabarum insistẽdum est, quæ quidem sunt ambages, & inanes formulæ, *C. de formulis l. 11.*

12 *Certæ personæ*, quia non compromittitur, nisi Capitulum fuerit diuisum *per cap. Bonæ 1. & 2.* verùm designata petitur, vel ad distinctionem à nominatione, in qua plures quidèm exprimuntur, vel exprimi possunt, & est in certa quoad expressos petitio.

13 *Canonicè, &c.* idest secundum Sanctiones Sacrorum Canonum, ex quorum dispositione maximoperè pendet habilitas ad officium, dignitatemq. ad quam quis postulatur.

14 *Non tamèn omninò, &c.* etenim, vt infrà dicemus, defectum patientes, quo non possunt officium obire, ad quod promouentur, vel ex se, vel ex iuris dispositione, qua inhabiles fiunt ad talem dignitatem, eligi minimè possunt, sed postulari, vt probè *Abbas cap. & si de postulat. num. 8. §. tertia reg.* Inhabiles, inquit, non omnino, vt hic etiam adnotant cęteri DD. sed quo impediuntur, ne eligi queant, cum multi non modo eligi, sed ne postulari quidèm possint. Sic Hæretici, criminosi, in crimine perseuerantes, cæteriquè similes *ex cap. 1. & 2. de postulat.* docetquè probè *Panormitanus cap. &*
15 *si eodem num. 9.* Vtrum autem hic defectus distinctus esse debeat à morali, infra explicabimus, expendentes qui nàm postulandi, vel non postulandi sint. Exploratum tamèn illud sit, omnem, & quemcumquè defectum, ob quem quis non eligendus, sed postulandus est, exprimendum esse Superiori, vt deduco *Innocentio in cap. Dudum il secondo de elect. atque ex cap. 1. & 2. de filijs Præsbyterorum lib. 6. ac docet Abb. cap. cum Nuncius de test. & cap. non dum de consangu. & affin.* vbi dispensatus in vno, non videtur in alio dispensatus, quemadmodum prosequuti sumus *Tomo 1. lib. 2. disp. 2. cap. 1. num. 13. & 16. & disput. 5. cap. 5. per totum*, alioquin vno tantum non aperto defectu, admittenda postulatio non esset, talesq. postulantes essent priuati, vt prosequitur *Abb. cap. & si vnanimitèr de poval. n. 9.*

16 *Apud Superiorem dispensare potentem*, qua particula primò distinguitur sollemnis, ac propria postulatio, de qua disputamus à quacumquè minus solemni, quæ apud quemuis alium, vt consensum præstet aliquo pacto exponitur, vt superè indicaui, probèq. notat *Imol. citat. num. 5.* hinc rectè monent DD. ad Superiorem dirigi postulationem ad quem spectat, ex gratia postulationem admittere. Sic *Innoc. c. 1. de postul. Abb. in rubr. in tit. de postul. ad fin. & alo.*

17 Qui quidèm Superior non tenetur admittere postulationem, vt tenetur electionem, vel præsentationem, vti prosequitur *Rub. in cap. 1. de postulat. lib. 6.* cum postulatio actus sit gratiæ, ideoquè ordinari dicitur ad dispensationem, vt notatur à *Glossa cap. finali, vers. permissione de postulat. & cap. indemnitatib. in princip. verbo eligatur in 6.* quæ omnia ex infra disputandis clariùs innotescent.

Digitized by Google

CAPVT SECVNDVM.

Quo pacto ab electione, ac nominatione postulatio distinguatur.

SVMMA.

Quod olim non censebatur esse discrimen inter postulationem, atque electionem, nunc est. num. 1.
Primum discrimen desumptum ex eo, qui postulatur, vel eligitur. n. 1.
Secundum quod per electionem in electum consentitur tanquam in Ecclesiæ sponsum, secus per postulationem. n. 3.
Tertia differentia eo quod variari licet à postulatione, antequam exponatur Superiori, minimè verò ab electione publicato scrutinio. num. 4.
Quarta differentia, quia postulatio non confirmatur, vt electio. n. 5.
Casus, in quo concurrerent electio, & postulatio quænam præferenda sit. n. 6. remissiuè.
Quomodo nonnunquam electio dicitur nominatio, & viceuersa nominatio electio. n. 7.
Triplex est nominatio. n. 8.
In quo conueniant, ac differant Postulatio, & nominatio. n. 9.

EXplicata postulationis essentia, ex ea, quo pacto ab electione, ac nominatione differat, quibus cum affinitatem videatur habere, hoc ad maiorem eiusdem dilucidationem caput expendet.

1 Et quidèm penès antiqua iura vix fuisse postulationem, atquè electionem distinctas, quarum vocibus indifferenter maiores nostri vtebantur, patet *ex 63. dist. literas*, notatq. *Innocentius in cap. 1. de postulat. num. 1.* At verò deinceps *proprius intellectus*, vt prosequitur idemmet *Innocent. II. iura, & consuetudinem cuilibet verbo est accomodatus*, & indicatur *cap. Ostius 61.* & apertè demonstratur ex diuersis titulis in iure expositis, *argum. l. si idem, C. de Codicillis.*

2 Primum igitur discrimen ex parte materialis causæ desumitur: nam hæc habetur de eo, qui eligi minimè potest, quamquam non prorsus inhabilis, vt explicabimus cum circumstantiam, circa quid, & quis postulandus sit, aperiemus.

3 Secundum assigno ex termino ad quem tendit electio, qua quidem electores consentiunt in electum, tanquam in Sponsum, Prælatum, vel Canonicum: At verò per postulationem qui petunt, minimè consentiunt in personam rogatam absolutè, tanquam in Sponsum, Prælatum, &c. Sed penè sub conditione; si Superiori placuerit, vt probè *Innoc. cit. n. 1.* Quâobrem ad Superiorem dirigitur postulatio potiùs immediatè.

4 Hinc tertiam deduco differentiam variationis, quam potest postulatio subire; refugit autem electio *per cap. Bonæ il secondo de postul.* quod ritè *Panormitanus* explicat *nu. 10. & 11.* & nos expendimus *superiori lib. disp. 19.* Itaq. in hoc differentia sita est, vt antequam exposita sit postulatio Superiori, in re v. g. nostra Summo Pontifici, possit à Postulantibus, inuito Postulato, mutari, ità vt, auctore Innocentio hic, quem communiter sequuntur DD. à nuncio ad postulationem exponendam misso possit illa ante præsentationem reuocari, quod fieri sanè potest, etiamsi res fuerit publica: at verò in electione, publicato scrutinio, nequaquà admittitur variatio, vt cauetur *per cap. Publicato de elect.* notatq. *Glossa per cap. Bonæ il secondo verb. temerè*, neq. conueniunt instabilitate, ni postquam postulatio Superiori exposita sit, à quo expectandum est iudicium, & sententia, alioquin illusio videretur *ex clem. cum illusio, & variatio de renunciat.* neq. Superioris præsertim Papæ iudicium pendere debet ex arbitrio inferioris, *l. si præter, ff. de iudic.* Vtrum autèm ad reliquas dignitates, atq. officia sæcularia hæc extendenda sit doctrina, nostra non interest decidere, vt præstat *Abb. cap. Postulationem de postul. n. 5.*

5 Ex his ad quartum discrimen gradum facio, quia postulatio nunquam cõfirmanda est, cum ex se nihil iuris conferat, vt confert electio acceptata, ac diximus *superiori lib. disp. 16.* quamobrem, vt rectè *Innocentius cap. Bonæ il primo num. 4.* Superior dicere minimè debet, confirmo vestram postulationem; Sed postulationem vestram admitto. Ratio autèm huius discriminis ab *Abbate* optimè refertur *capit. scriptum de elect. num. 7.* quod vt *in definitione superiori capitul.* exposita tradidimus, postulatio innititur gratiæ, nequè principium dat Spirituali coniugio, quemadmodum præstat electio *ex capitul. inter canonicos de elect. & capit. final. de translat. Episcop.* Sed preces potiùs exponit Superiori rogans, vt per eum liceat postulatum in Episcopum habere: Siquidèm admissio postulationis alicuius ad Episcopatum à Pontifice præstita, vim habet electionis, & confirmationis.

6 Casu verò in quo electio, & postulatio simul de varijs concurrerent personis, quænam præferenda sit docet *Abbas modo citat.* & nos inferiùs attingemus. Hactenùs de differentia postulationis, atq. electionis, neq. cæteris opus est, cum hæc satis, superq. sint ad dilucidationem vtriusq. naturæ, qui tamèn plura cuperet, *Antonium* adeat *Butrium cap. finali col. 2. de postulat.* afferentem, & ea, in quibus conueniunt, quæq. paulo vberiùs exponenda patebunt etiam ex infra dicendis.

7 Circa secundum de nominatione adnotare primum habeo, nonnunquam nominatione appellari quidem posse sub latiori significato, electionem ipsam, quasi verò electionis, quam men-

Digitized by Google

mente habuisti, effectus sit nominatio, quæ loco suæ causæ ad eam exponendam ponatur, & è contra electio dici poterit nominatio, quasi per suum effectum declarata per figuram Metonymiam; neque de hac nobis est hic sermo, cùm satis ab electione, postulationem distinxerimus.

8 Deindè triplex nominatio cadit in consideronem; prima est, non solemnis, qua quispiam in collegio proponitur, de quo scrutinium habeatur, cui tamèn sic nominato, non conferur ius, sed sternitur potius via ad ius per electionem conferendum, vt indicat *cap. quod sicut de elect.* vbi *Abbas num.* 1. Alia nominatio est, quæ in ipso habetur electorum scrutinio, à qua illo publicato, non possunt ex se nominantes recedere; quæ an conferat ius, nec nè ante consensum electi, diximus *superiori lib. disp.* 16. & explicatur *à Cucco instit. maior. libr. 4 tit. 2. à num.* 53.

Tertia nominatio est solemnis, cum duo, vel plures Principi nominantur, ex quibus petitur, vt eligatur vnus, à qua vt ante præsentationem factam recedi, ità post illam, non potest, & si non conferat ius, vt rectè *Panormitanus cit.* & nos *lib. seq.* dicemus.

9 Ex his deducitur primo, cum postulatione has omnes petitiones conuenire, quia per eas siue nominato, siue postulato per se ius non confertur.

Deindè à 1. & 2. recedi non posse post publicationem scrutinii, vt neq. à postulatione superiori exposita. Differt autèm postulatio à triplici nominatione, quod hæ possunt de pluribus haberi, secus postulatio per se. Sic *Hostiensis cap. Bonæ il primo de postul. Abb. paulò ante citatus ad finem num.* 1. tametsi pro eadem nonnunquam videantur postulatio, & nominatio vsurpari, & indicat *Glossa finalis cap. Bonæ il primo citati.*

DISPVTATIO DECIMA.

De Circumstantia circa quid postulationis, & ratione materiæ, siuè personæ postulandæ in genere.

QVamquam 1. *tomo* per quatuor libros causam expendentes màterialem in communi Præsulatus, *& 6. huius tomi* peculiarem electionis circumstantiam circa quid ex declarantes multa, quæ huc spectare possunt dilucidauerimus; hic tamèn, quæ propria sunt subiecti, personæque postulandæ perpendemus. Ad vberioremitaque doctrinam, atque ad maiorem assertæ naturæ postulationis declarationem, atque eorum, quæ infra dicemus, & regulam conabimur generalem tradere, qua constent conditiones Postulandorum; & præcipuas, aptioresque ad vsum, & frequentiores quæstiones scitu dignas continentes hic disputabimus.

CAPVT PRIMVM:

Quis postulandus, vel non postulandus sit:

SVMMA:

Quæstionis difficultas. n. 1.

Casus particulares, in quibus postulare licet, non autem eligere ad quatuor reuocat Glossa. num. 2.

Prima regula falsa, quod hi postulandi sunt, qui absq. alterius licentia electioni de illis habitæ consentire non possunt. n. 3.

Secunda regula claudicat, quæ eos postulandos docet, qui ab vna ad alteram Ecclesiam absq. licentia transire non valet. n. 4.

Cur Clericus potest in sui electionem consentire absq. Superioris licentia, sine qua alienam Ecclesiam, ad quam electus est, non potest adire. num. 5.

Tertia regula statuens Episcopos, Superioresq. non posse eligi, sed postulari, requiritur. n. 6.

Quarta regula docens, omnes Clericos eligi posse

ad

Digitized by Google

ad Episcopatum, respuitur n.7.
Quinta expungitur, quæ rejicit impeditos ab officio n.8.
Sexta refellitur, quæ postulandos eos dicit, qui alio, quam impedimento delicti eligi minimè possunt nu.9.

1 CVm omnibus exploratum sit quamplures postulari posse, qui nequeunt eligi, generalis desideratur regula ad eos designandos; quam quidem adeo putarunt assignata difficilem, nè dicam impossibilem, tùm antiqui Canonistæ Auctore *Abbate cap. & si vnanimiter de postul. num.6. & Immola eodem cap. num.4.* tùm Theologi, qui hoc attigerunt, vt peculiares potiùs contenti fuerint enumerasse casus, in quibus non electioni sed postulationi patebat aditus, quòd inter cæteros præstat *Innoc. cap. citat. & si vnanimiter à n.4.*

2 Vbi Glossa post expositionem casus testualis, ad quatuor videtur omnes reuocasse, ad defectum videlicet Ordinis, ætatis, natalium, & sæcularis status alienigeni. Alij verò difficultati minimè succumbentes, nonnullas tradidere regulas, quarum præcipuas si expenderimus, aptam in medium, quam asseramus, inueniemus.

3 Refertur, itaq. primo loco ab Antiquioribus hæc asserta regula, vt qui electioni de se ipso habitæ absq. licentia, vel alterius consensu consentire non possunt, postulandi sunt. Verùm hæc falsò sanè videtur in Religiosis, quippè qui possunt in Episcopos eligi, tàm & si non valeant in electionem assentire, non habito Superioris consensu, vt fusè prosequuti sumus *tom. 1. lib. 4. disp. 1.* reijcitur præterea alijs à *Panormitano in cap. & si vnanimiter de postulat. n. 5. & 3.*

4 Secundam alij tradiderunt regulam, vt postulandi sint, qui ad aliam Ecclesiam transire non possunt absq. Superioris facultate. At hæc esse falsa demonstratur ex Clericis, qui potiuntur Ecclesijs, quas neq. dimittere absq. facultate Prælati quidem valent, cum possint tamèn eligi, atq. in electionem de ipsis factam consentire, neq. expectata facultate, *per cap. Dudum de elect. & cap. cum inter canonicos. &* 5 *cap. si Abbatem eodem lib. 6.* Et ratio cur eligi absq. facultate Superioris subditus etiam alterius Ecclesiæ possit; sine qua tamèn nequit dignitatem illius Ecclesiæ adire, deducitur *ex cap. literas 64.* qua consensus in propria est potestate, non autèm se expedire à vinculo propriæ Ecclesiæ, quo detinetur, penès quem sensum interpretor *Innoc.* satis aliàs se non explicantem *c. 1. de postul. n. 2. & 3.*

6 *Panormitanus* autèm *cap. & si vnanimiter sæpè citato num. 6. ad finem*, primam affert propriam regulam in hunc modum Episcopi, & Superiores non possunt eligi, sed debent necessariò postulari. Cæterùm non modo non latè patet hæc regula ad omnes postulatos cuiuscumq. generis, verum neq. ad omnes eiusdem, cum ipsomet *Panormitano auctore nu.7.* Episcopus, qui Præsulatui renunciauit, imò & electus ad alteram dignitatem, ante confirmationem, necnon Abbas etiam immediatus Ecclesiæ Romanæ, tametsi absq. Pontificis facultate suam non possit Ecclesiam dimittere, potest tamèn eligi, vt habetur *cap. si Abbatem de elect. in 6. & Glossa cap. & si vnanimiter de postul. verbo permissione circa medium*, notatq. *Bald. cap. & si eod. n. 2.*

7 Alteram addit idem *Panormitanus num.8.* omnes Clerici, circa Episcopos, non prohibêtur eligi, quòd habent Ecclesias seù dignitates inferiores. Verùm præterquam quod hæc regula, ex parte, primæ contraria est, cum Superior aliquis Clericus, qui non sit Episcopus, secundum primam regulam postulari, non autèm eligi valeat; quia in illa nullus dicebatur Superior eligi posse. Deindè non est vniuersalis, tùm quia licet, vt Clerici eligi quidem possint, & non postulari, poterunt tamèn impedimento alio distincto teneri, quo postulandi sint, & non eligendi, vt ex terminis patet. Quid? quòd & si nobis constaret, non postulandos esse Clericos, nùm ex hoc possemus colligere, qui præter eos postulandi, *vel non* postulandi sint?

8 Demùm idem Abbas tertiam ibidem affert regulam hisce. Patientes defectum, propter quem non possunt exercere officium, ad quod promouentur, vel aliàs habilitantur à iure ad illam dignitatem, seù officium eligi minimè, possunt tamen postulari. Cuius regulæ ratio est, quoniam cum non possit ex his quispiam officium obire, ob quod beneficium, vel dignitas datur, in eum minimè conuenire possunt Electores, tanquam in sponsum, quippè qui ineptus ad spirituales supponitur nuptias ineundas. Cæterum & si præster hæc regula alijs hactenus datis, minimè tamèn satisfacit, nàm quamplures ex indignis, non modo ad officium, atq. Ecclesiasticum *beneficium*, seù ministerium inepti sunt, quo fungi minimè possunt, & consequenter non modo non eligi, verùm etiam neq. postulari queunt, sic hæretici, vel criminosi per impœnitentiam in crimine perseuerantes *ex c. 1. & 2. de postul.* neq. idem men. *Abb. negat loc. cit.*

9 Demùm Immola hanc scripsit regulam, eos esse postulandos, qui alio, quàm impedimento delicti non possunt eligi. At vacillat, cum multi etiam cum delicto valeant postulari, vti sunt criminosi, si fuerint pœnitentes; sic *Innoc. cap. & si vnanimiter de postul. num.4. & Abbas citatus ibid.* & quamuis de gratia admitteretur hæc postulatio, vt indicat Immola, penès naturam fieret postulationis; neq. est, vnde colligatur gratia futura specialissima huius postulationis admissio ab Immola explicata, non tamèn per regulam expressa, vt par erat ad declinandam latissimam hanc exceptionem.

10 Ad regulam itaq. vniuersalem, minusq. obnoxiam exceptioni afferendam suppono ex *1. tom. lib. 1. disp. 1. c. 4. num. 5.* Summo Pontifici potestatem esse ordinariam, necnon absolutam: qua suppositâ postulandos esse, aio non

va-

Digitized by Google

valens eligi ob defectum, qui saltèm à Papa potestate absoluta tolli possit. Hęc regula, & defectus ordinis, ætatis, natalium, nec nõ quoscumquè in censuris Ecclesiasticis derivatos in Regulares etiam intrusos vi sæcularis potentię, criminosos pœnitentes tamèn, & quonis alios, qui nequaquam eligi possunt, planè cõplectitur, in quos tanquam inhabiles ad matrimonium spirituale, si fuerint Episcopi, vel ad munera, atq. officia Ecclesiastica, aliasq. similes dignitates consentiri nequit ab his, quorũ interest eos eligere; & licet ad nonnullorum defectum videatur perdifficilis dispensatio, quibus irretiti, nec postulandi quidem sunt, vt indicat *Panormitanus citatus in fine 6. ex cap. post translationem ad finem de renunciatione*. Verum ille textus non demonstrat, illum etiã Episcopum Sarnatensem, qui olim Episcopatui proprio cessit, vitamq. monacalem iniit, non esse postulandum, vel cum eo dispensare, minimè posse, sed durum esse talem postulationem admittere per ea. *Alioquin cùm durum nimis exiterit contra tam solemne Concilium huiusmodi postulationem admittere*, nàm vt addit *Glossa verbo durum*, non est id impossibile in his nimirum, quæ sunt iuris positivi. Præterea Concilium Constantinopolitanum, de quo loquitur textus, ità per illum exponitur, vt *intelligatur, quod in eo loquitur casu, cũ propter aliquod crimen Episcopatum quis deserens ad vitam monasticam pœnitentiæ causa descendit, vel pro crimine, de quo convictus fuerat, vel confessus, ob quod depositus fuerat Episcopatu, & in Monasterio extitit ad pœnitentiam agendam inclusus, vel cum aliquis propter graue crimen, pro quo Episcopatum retinens, pœnitentiã dignè agere non valebat, cedendi obtenta licentia, vitam monacalem elegit; vel propter se resurgere nequeat, ideſt repetere quasi debitũ, quod tali modo dimisit*, qui omnes defectus videntur, vel indispensabiles, vel maxima cum difficultate dispensandi; nil mirum igitur, si Pontifex in eo canone iniungat, alium eligendum esse potiùs quàm perseuerandum in dicta postulatione, ad cuius approbationem sufficiens non aderat causa.

Comprehendit etiam asserta regula, Præsulem alterius Ecclesiæ (de quo infra specialiùs dicemus) cum indissolubilitas spiritualis coniugij iuris esse positiui, ac dispensabilis à Summo Pontifice; de potentia tamèn absoluta *citato loco lib.* 1. demonstrauimus. Ratio autèm nostræ regulæ est, quia postulatione vtimur, cùm eligere absolutè non possumus; ità vt in remedium instituta Postulatio videatur. Quãobrem postulandi debent nobis quidèm innotescere ex carentia qualitatium, quarum defectus impedimento est, nè eligantur, vt ex definitione 1. *cap. nadita superiori dist.* constat.

CAPVT SECVNDVM.

Nùm eligendus posit postulari.

SVMMA.

Quæstio hæc quomodo distincta sit à Superiore. num. 1.
Quotuplex sit dubium. n. 2.
Cùm certò constet de qualitatibus personæ, vel eligendæ, vel postulandæ, iuxta supradicta, eligi debet. n. 3.
Perpenditur cap. post translationem de renũciat. *n.* 4.
Formula hæc eligo postulando, vel postulo eligendo, seù eligo. Postulandum, aut è contra, & similis quæcumquè alia valida non est.
Non est valida formula hæc. Simpliciter eligo, et postulo pro vt de iure. n. 6.
In dubio validam esse formulam adductam sentiunt multi. n. 7.
Ex auctoris sententia si dubium positiuum fuerit facti, dicta formula, eligo, & postulo, prout de iure admittenda est. n. 8.
Si dubium sit positiuum iuris, glossa docet valere dictam formulam. n. 9.
In sententia tamèn Auctoris, moralis primum est præmittenda diligentia ad euacuandum dubium. n. 10.
Deindè in dubio iuris positiuo valere censenda est dicta formula. Eligo, vel postulo hunc expositum v.g. prout de iure. n. 11.
Regula iuris, Ignorantia iuris, neq. est probabilis, neq. excusat, *intelligenda est de ignorantia iuris clari, non autèm aliqualiter obscuri, de cuius sensu multæ sunt opiniones. ibid.*
In dubio facti negatiuo absolutè eligendus est quispiam. neq. vsui esse potest adducta formula. Eligo, vel postulo. n. 12.
Hæc tamen formula vsui poterit esse Patronorum. n. 13.
Is, de qua illa formula vsi sunt Postulantes, vel eligentes, alterutram inire tenetur rationem postulationis, nempè, vel electionis. n. 14.

1 LOngè diuersa hæc est quæstio, quàm explicata; licèt enim multi sint, qui postulari possunt, cùm nequeãt eligi, possent tamèn omnes eligibiles postulari, de quo num fieri possit, quidq. iuris sit, quæritur.

2 Ad cuius solutionem quæstionis, notandum primò, vel certò constare de aliquo, quis sit eligendus, vel non eligendus, sed postulandus, vel rem dubiam manere, & hoc bifariam, aut proprio dubio, quo redditur anceps animus, ac pendulus, aut improprio, accepto pro

for-

Digitized by Google

formidine imbibita in opinione probabili. Præterea siue dubium negatiuum, siue positiuum, potest esse facti, vel iuris; facti cum non cõstet de eo, neq. parere possit assensum, neq. dissensum; vel si possit, est formidolosus iuris, cum de iure certo constet, non tamèn de eius sensu, ac vi; sed aut probabilis, aut dubia legis vis manet, de quibus dubijs sæpè 1. *tomo* egimus.

3 His positis; Prima sit assertio, si certò constet de qualitatibus illius, cum quibus iuxta superiùs dicta eligendus, vel postulandus est quispiam, neq; is, qui eligendus, est postulandus, neq. contra. Sic expresè habetur *cap. vnico de postulat. in 6.* & apud *Glossam cap. etsi vnanimiter de postulatione, verbo permissione.* Et quidem postulandum, eligendum non esse satis probatum est: è contra verò qui potest eligi, postulandus non est, quia meliori, quo possunt modo Canonici, vel alij propriæ consulere tenentur Ecclesiæ, & cum possint in aliquè conuenire, vt in eius sponsum, ac per electionem initium facere matrimonio spirituali, nequeunt postulatione vti, qua nullum horum præstatur; quemadmodum præter *Gloss. citatam* indicat *Abbas cap. & si vnanimiter modo cit. n. 10. ad finem*, aliàs, quod potuerunt illi, quorum interest, dicendi sunt noluisse: & quod voluere, non potuisse.

Objicies *tex. post translationẽ de renunc. ibi S. Ferdiani Luanensem Canonicum olim Episcopum Sarnotensem in fauent. Ediscopum postulãdum elegit*; vbi Glossa postulandum, inquit, eligi potuisse; ergo postulandus eligi poterat. Respondeo eligere, vel propriè sumi posse, vel impropriè pro designare: primo modo non potest is eligi, qui postulãdus est, vti diximus, potest autèm secundo. Quamobrem probè ibi Innocentius nihil aliud ait esse, postulandum eligere, quàm postulare: nàm si elegissent illũ ad Episcopatum, profectò cassaretur electio, *cap. Innotuit de elect. & cap. vlt. de postulatione*, vt mox clariùs patebit.

5 Secunda sit assertio, si constet de aliquo eligendo, vel postulando, non posse secũdum proprietatem hac formula ad eum eligẽdum quempiam electorum vti. *Eligo postulando, vel è contra, seù eligo postulandum, aut vice versa.* Nàm vt definitum est *cap. vnico de postulat. in 6. nec vera electio, nec vera postulatio resultat ex ipsis, quia sibi potius aduersantur: neq. alia eligo in postulandum, vel postulo in eligendum, cum rem imperfectam significare noscũtur, &c. si secùs actum fuerit, eo ipso irritum decernentes.*

6 Assertio tertia, si de quopiam, vel eligendo, vel postulando constet sub hac formula; *eligo, & postulo, prout potest meliùs de iure valere*, vel simili non valet, & factum est irritũ, vt liquet *per cap. citatum ibi. Statuentes, quod contra factum fuerit viribus omninò carere*, & ratio vnico verbo à textu indicatur, *cùm incertitudinem contineat*, forma illa. Vota autẽ incerta, vt subdit *glossa in electionibus, & postulationib.* reprobata sunt *cap. 2. de elect. in 6.* Præterea non possunt illæ formulæ accipi à proprietate communi, vt cùm *Baldo loquar cap. & si vnanimitèr de postulat. nu. 2.* quia discrepant, neq; à proprietate alterius tantum, quia determinata vota non continent alterutrum; quo circa confusionem inuoluunt, atq; inutilem indeterminationem.

7 Quod si dubium sit, quamuis communitèr tùm à *Gloss. cap. vnici de postul. in 6.* tùm *ab Innocentio cap. etsi de postulatio, paulò ante citat.* tùm *ab Abbate ibid. n. 10. ad finem à Ioanne And. in rub. ad titul. de elect.* tùm *à Baldo citat.* admittatur formula vltimo loco notata. Ve-
8 rùm penès distinctionem adscriptam *nu. 2.* diluenda est quæstio, si dubium fuerit facti positiuum; ità vt probabile sit, personam hanc promouendam ad beneficium curatum v. g. 25. annum attigisse, vel in Episcopatum, agere trigesimum, quę sunt exempla *Glossæ cap. vnici de postul. in 6. verbo probabiliter*, in quibus, ac similibus dicta formula poterit admitti, vt habet *citatus text. cap. vnici ibi. Nisi quando probabiliter dubitaretur, vt cum quis sit eligendus, vel potiùs postulandus.* Sic etiam ratione dubij libellus admittitur disiunctiuus *ff. quorum legatorum, l. 1. §. qui autèm.*

9 At si dubium positiuum, seù probabilitas cùm formidine opinionis, non esset facti, sed iuris *Gloss. cit. cap. vnici verbo probabiliter* negare videtur, posse formulam illam vsui esse; probat, quòd ignorantia iuris, nec est probabilis, neq; excusat *ff. de iuris, & facti ignorantia in 6.* ac renerentur ea laborantes consulere
10 peritiores. Verùm enimvero expositionis indigere hanc doctrinam arbitror, & primò nullus est, qui neget moralem præmittendam esse diligentiam ad amouendum dubium, siue negatiuum, de quo inferius, siuè ad positiuum dilucidandum; at opiniones probabiles ex humana mente prorsus arcere posse, easquè absolutè ignorantias appellare, *falsum omninò est*: nàm probabilem si habeas opinionem de aliquo pũcto iuris, licet aliquo pacto ignorantia dicaris laborare, quatenus hæc notitię opponitur certæ, atq; euidenti, cuius carentiam inuoluit; non tamèn ignorantia simpliciter laborare diceris, quippè quæ vt sic negat quamcumquè notitiam etiam probabilem.

11 Quamobrem regula iuris allegata sic exponenda est, vt ignorantia iuris clari, omnibusq. noti non excuset, *Dyno interprete n. 4.* necnon *Couarr. 4. decretalium 2. par. c. 8. §. 1. n. 9.* aliisq. apud hos: secùs autem si ius sit obscurum, cogitq; DD. in varias abire sententias, probabilesq. ipsius interpretationes. Et ne longiùs vagetur oratio, talis in re nostra esset quæstio de Expositis, nùm defectu Natalium legitimorũ postulandi essent, vel eligendi, cum tres sint probabiles Auctorum opiniones. Prima illos docens spurios, secunda dicens esse illegitimos, atq. irregulares, tertia quam alijs prętulimus *tom. 1. lib. 2. disp. 2. c. 3. n. 23.* non esse illegitimos; Itaq. cum ex varia iurium interpretatione, atq; intelligentia hæc varietas promanet sententiarum; quæ, quacumq. morali adhibita studij diligentia, perseuerat adhuc apud Auctores, non est, cur vsui dicatur esse

non

Digitized by Google

non poſſe illa formula,qua dicatur, *hunc Expoſitum,vel poſtulo, vel eligo prout de iure.*

12 At ſi dubium ſit negatiuum,& facti,an videlicet hic legitimus, vel illegitimus ſit, vel aliquo ſimili teneatur impedimento, quo non poſſit eligi,ſed poſtulari abſolutè, eligendum illum eſſe pronuncio:neq. poſſe vti illa formula diſiunctiua: Ratio autem, quia quilibet eſt dignus,ni contrarium probetur, *cap.vnico de ſcrutinio,& cap.dudùm de præſumptionib.* rectèq. *Gloſſa cap.cum deputati de iudicijs*, vbi Expoſitores, & *Gloſſa cap. dudum paulò ante citato verbũ præſumitur*, vt nos proſequuti ſumus *tomo 1.loco modo citat.num.*24. 25. 16. & 17.ex quibus patet,dubio exiſtente merè negatiuo,quod,competenti adhibita diligentia, tolli nequit,non eſſe quempiam poſtulandum, ſed eligendum,& conſequenter ſuper allatam formulam reijciendam eſſe: licet enim in dubijs poſitiuis, quæ probabilibus in opinionibus inuoluuntur,vtrumquè ſit probabile, nec faueat vni parti præſumptio, vt fauet in negatiuis,pro qua præſumptione ſtandum eſt,quod maximè conſonat noſtræ doctrinæ *tom.1.lib.2. diſp.2.c.4.d nu.2.* vbi de dubio impedimento ætatis;aliter ſentiendum eſſe dixi, ob fauorem ætatis,ac ſtatus Epiſcopalis.n.14.

13 Quæres quid ſentiendum ſit de Patrono, nũ ea formula poſſit vti? aio cum *Baldo cap. & ſi vnanimiter de poſtulat.n.4.* poſſe;quòd hæc forma non eſt contra naturalem rationem;nequè Patronus certæ obligatus eſt formæ; nequè præſentatio eſt propriè electio,uel poſtulatio; nequè proprietatem cum ipſis habet quoad hoc communem ex *Archidiacono*, & *Paulo Deleaza.*

14 Quando dicta admittitur forma, qua Promotores,vel illi,quorum intereſt eligere, vel poſtulare rectè vſi ſunt; is, de quo agitur alteram de duabus rationibus inire debet,ſiue poſtulationis, ſiue electionis ad ipſum terminatæ,antequam conſenſum præſtet, à qua recedere, atquè ad alteram accedere minimè poterit,vt decretum eſt *cap.vnico de poſtulat. in 6.ad finem*, vbi *Gloſſa*. Ratio textus eſt,nè in incerto vagetur, cum conſenſus in vnam certam ſententiam ſit itio, *ff.de pec. l.1.§.conuentionis*,& omninò non præſtaretur,niſi in Eccleſiam,vel dignitatem,ad quã ipſe poſtulatus, vel electus eſt, non aſſentiret, ſed in modum poſtulationis, ſiuè electionis, in quem immediatè conſentiendum eſt. Alteram præterea rationem addo ex *Baldo cap. & ſi vnanimiter de poſtulat.*quia ad conſenſum confirmatio ſequitur,qua quidem ſit ex cauſæ cognitione, habetq. vim ſententiæ, quæ certa eſſe debet *Inſtit.de act.§. curare.* Demum cum alicui detur optio duorum contrariorum, vno ex his electo,videtur renunciaſſe alteri, ad quod regreſſus minimè datur,vt habet *text.lib.6.citat.* addita *Gloſſa in princip.notabili vlt.*

DISPVTATIO VNDECIMA.

De Præſulum translatione.

DEfectibus ad Poſtulationem vrgentibus, & quibus ab electione temperandum eſt vniuerſim explicatis,necnon præcipuis ſuperiùs expenſis,vt natalium per *cap.innotuit de elect.de quo lib.2.diſput.2.cap.1.ac deinceps.* AEtatis, ob cuius defectum pariter poſtulandus quis eſt ex *cap.cum nobis olim de elect. lib. 2.diſput.7.cap.2.* de ordinis etiam Sacri defectu, ob quem ex *cap. Dudum il primo de elect.* egi pariter *lib.4.cap. vnico diſputat.vltima.* Supereſt,vt de Præſulatus,& Cardinalatus impedimento diſputemus,quod hac,& ſequenti diſputatione præſtabimus.

CAPVT PRIMVM.

An vnius Eccleſiæ Præſul ad alterius regimen, & Epiſcopatum ſit eligendus,vel poſtulandus.

SVMMA.

Status quæſtionis.n.1.
Falſa nonullorum opinio.n.2.
Dubia diſputanda.n.3.
Duo ſunt genera renunciationum.n.4.
Electus in Epiſcopum vnius Eccleſiæ, etiamſi in electionem ſui conſenſerit, poteſt ad alteram eligi.n.5.
Nullus electus ad vnam Eccleſiam, & confirmatus propria poteſt auctoritate tranſire ad alteram.n.6.

Digitized by Google

Cur Diaconus vnius Ecclesiæ in electionem sui ad alterius Episcopatum potest consentire, sine licentia, sine qua tamen non potest trãsire. n. 7.

Cur Diaconus non expectata Superioris licentia, ad statum Religiosum potest se conferre, secùs verò ad Episcopatum. n. 8.

Non potest Præsul Diacono electo, & confirmato ualidè negare licentiam absq. graui causa Episcopatum adeundi, ad quem est electus. n. 9.

Cogendus esset à Papa Præsul, Diacono electo ad Episcopatum alterius Ecclesiæ denegans facultatem transeundi. n. 10.

Pater ex causa cogi potest ad emancipandum filium. n. 11.

Non à Capitulo, neque à visitatore potest hæc facultas fieri ad alienam transeundi Ecclesiã. n. 12.

Episcopus electus, seu confirmatus, seu consecratus non est eligendus, sed postulandus ad alteram Ecclesiam etiam vltra montes. n. 14.

Episcopus ad vnam Ecclesiam electus, & confirmatus non potest ad aliam transire, vel consentire in alterius electionem absq. facultate Summi Pontificis. n. 13.

Qui proprio Præsulatui iusta de causa renunciauit, ad alterum eligi potest, nec postulari: secùs si propter demeritum aliquo pacto è loco ceciderit. n. 15.

Præsul, de quo dubitatur, num iusta de causa sponte, vel ex delicto cesserit Ecclesiæ, ad alteram poterit eligi. n. 16.

Nemo, vel peccator, vel malus esse præsumitur, vt neq. delictum præsumendum est. n. 17.

Consilium, quod potest esse bonum, & malum, præsumendum est bonum. n. 18.

Potest Episcopus, qui ad Religiosam vitam se contulit alia causa, quam ob voluntarium delictum, vel ad eundem Episcopatum, vel ad alteram eligi. n. 19.

Præsul ab hostibus expulsus, ad alteram Ecclesiam postulari, non eligi poterit. n. 20.

Episcopus merè titularis eligi potest ad aliquam Ecclesiam. n. 21.

Archiepiscopus, qui de licentia Papæ cessit, potest eligi in Episcopum. n. 22.

Postulatio de Præsule vnius Ecclesiæ ad alterã regendam apud solum Papam fieri potest. n. 23.

Pœnæ contra transeuntes propria auctoritate ad alteram Ecclesiam, vel contra eligentes huiusmodi Præsules. n. 24.

CVm Ecclesijs Cathedralibus tribus sanè modis consuli soleat electione, postulatione, ac trãslatione: electione pro nostro instituto satis abũde declarata, operę pretium nos facturos arbitramur, occasione data titulũ attingendi translationis, eum vna cũ postulatione non omittere.

2 Ad præsentis autem quæstionis dilucidationem hoc primo, eam agitari posse ad Præsulem tantum ad vnam Ecclesiam electum, nùm ad alteram, eligi, atq. auctoritate propria transire valeat, vel potiùs postulandus sit, tertio de illo, qui renunciauit Episcopatui; quarto de priuato, quinto quid intercedente dubio, num renunciauerit ob crimen, nec ne? sexto, quid de renunciante ob crimen: septimo de expultione: octauo de Præsule merè titulari; nono de Archiepiscopo, qui ex licentia Papæ transit in Episcopi Sedem, an postulandus sit.

3 Quidam indissolubilem spiritualis matrimonij nexum spectantes in eam falsam abiere sententiam relatam in *cap. sufis 7. q. 1.* vt neque Papæ facultatem esse senserint illum dissoluẽdi, neq. Episcopum ex vna in alteram Ecclesiã transferendi.

4 Ad cuius somnij delusionem dilucidandã, ac veritatem eruendam, suppono duas esse renunciationes ex *cap. post translationem de renunciat.* suo loco infra Deo dante exponẽdas. Prima est dignitatis, Secunda ordinis. Et quidem loco cedere Præsulatus, eiusq. dignitati renunciare nullam habet difficultatem: at verò renunciatio Ordinis in eo sita videtur, vt licet Ordo, eiusquè caracter Episcopalis remaneat iuxta opinionem Canonistarum, vel Sacerdotalis iuxta Theologos, ab eius tamen exercitio, cui cedit, cadere censetur renunciãs, ac propterea videtur illud deperditum ex *cap. quod quidam, vers. si forte 21. q. 2. & cap. non liceat 12. q. 2. & cap. legimus dist. 93. ac de elect. in 6. prouida*, de quibus opinionibus agentes de consecratione infra *libro octauo* disputabimus.

5 His in hunc modum statutis, Prima sit assertio, Præsul ad vnam electus Ecclesiam, etiã si in propriam consenserit electionem illius Ecclesiæ, poterit ad alteram eligi absq. dispensatione, necnon ad eandem transferri: ita expressè habetur *cap. si electio de elect. alias Glossa verbo si electio*, ex quo textu *Panormitanus, & alij cap. cum inhibitè de postulat. num. 7.* & è Theologis post alios *Layman libr. 4. tract. 2. cap. 12. num. 8.* Ratio autem est, quod aut non consentit electus, & consensus defectu suum non fortitur effectum electio, aut si consensum præstiterit, reuocare sanè poterit, cuius reuocatione frustrabitur etiam electio, vt diximus *superiori lib. disput. 6. cap. 1. dubit. 11.* Poterunt igitur, dummodo fraus ob fuerit, vt citatus aduertit textus, Electores alterum denuò eligere, neque in electus consensum non præstans, vel reuocans est cur ad alteram non possit eligi, & consentire Ecclesiam. Scio controuersiam inter Doctores esse, nùm electus post consensum præstitum possit electioni absq. facultate Superioris renunciare per ea, quæ Glossa citati textus affert uerbo renunciare; uerùm ante confirmationem ualere renunciationem quoad ipsum electum suppono cum eadem *Glossa ad finem loci citati*, & consequenter cum Ecclesiæ, ad quam destinatus antea fuerat alligatus non sit, cessat ratio, qua non posse ad alteram propria transire auctoritate nequè eligi, sed postulari, mox dicemus. Post confirmationem uerò quid sentiendum sit, sequens aperiet assertio.

6 As-

Digitized by Google

6 Assertio secunda. Nullus electus ad vnam Ecclesiam, & confirmatus, propria potest auctoritate ad alteram transire, liquet hæc assertio ex *canone 14. Apostolorum*, atq. *ex tit. de translat.* quo sanctè, prudenterq. transitus prohibetur ab vnâ Ecclesia ad alteram ad varia ibi indicata cauenda absurda, quorum nonnulla indicabimus infra, *licet*, (ait *Innocent. cap. inter corporalia hoc titul. de transl.*) *usq. ad tempora ista, quod cautum fuerat de Episcopis expressum non fuerat de electis; propter expressam tamen similitudinem, vel identitatem potius, nemini poterit videri dubium subtiliter intuenti, &c.* Et quamquã *cap. literas eod.* de Diacono vnius Ecclesiæ loquatur in Episcopum destinato alterius, ad cuius executionem desiderari dicitur proprij illius Episcopi licentia: quem etiam casum explicat *cap. fraternitatem dist. 61. adiuncta Glossa verbo licentia.* Verum à fortiori de Præsule confirmato, atq. electo probant hi textus, cum ratio matrimonialis vinculi arctiùs Episcopum absq. comparatione liget, quod ex infra dicendis clariùs constabit ex *Glossa cap. & si de postulat. verbo permissione.* Probatur hoc idem ex *Concilio Nycena relato per cap. nõ oportet 7. q. 1.* ex *Antiocheno præterea relato per cap. Episcopum 7. ead. q. 1. & aliis.* Demum vnicum à ratione petitum conclusionis affero fundamentum, vinculum videlicet spiritualis coniugij, cui ea est insolubilitas, quæ à solo Summo Pontifice, neq. de ordinaria, sed de absoluta potest solui potestate, vt vberiùs prosequuti sumus *1. tom. lib. & disp. 1. cap. 4.* & specialius *n. 26.*

7 Verùm antequam vlteriùs progrediar, obiter illud habeo de Diaconis adnotare, ex quo ad nostrum posset Episcopum argumentum desumi, & illud quidèm traditum ab *Innoc. c. 1. num. 3. de postul.* rationem scilicet, cur possit absquè facultate Præsulis Diaconus in sui electionem pro aliena Ecclesia consentire, cuius tamèn omninò indiget pro executione, transituq. ad illam faciendo: quia deuinctam non habeat libertatem instar Religiosi hominis, cũ tamèn personam huic Ecclesiæ addictam retineat.

8 Præterea rationem adnoto, cur non expectata licentia Præsulis, Diaconus valeat ad Religionis transire statum, sine qua tamen non possit Episcopatum adire *19. q. 2. c. 1.* cum versa vice potiùs res videatur primæ fronte rationi magis consentanea: Siquidem gradus ad religionem ob priuatum sit bonum; ad Episcopatum autèm ob commune, quod primato præiudicat *cap. suas 7. q. 1. & 8. q. 1. in scripturis, & de postul. cap. Bonæ il primo.* Addo perfectiorem esse Præsulatus statum, vt nos *lib. 1. disp. 2.* prosequuti sumus. Verùm enim vero meritò per Sacros Canones dicimus esse Sanctum facultatem Præsulis expectandam esse ad legitimè Diaconi vnius Ecclesiæ transitum ad Episcopatum alterius; non autèm ad institutum Religiosæ vitæ ineundum, quòd hoc dejectionis sit, humilitatis, paupertatis, atq. obedientiæ, vacans occasione ambitionis, cæterarumq. rerũ, quæ animum à diuinis auocare possunt, nihilq. habeat, ob præsumatur ambiri: Status aũt Episcopalis quidè Religioso perfectior, at vel ob dignitatẽ, vel ob facultates, ac diuinas, ei annexas, vel ob alias rationes patet ambitioni, quæ in Diaconi præsumeretur destinatione, si adhuc Episcopi non expectata licentia in gerere videretur, cum ad tantum onus, etiam Angelicis humeris formidandum trahi potiùs deberet *8. q. 1.* sciendum, quæ omnia vberiùs agitauimus *lib. 4. disp 1. à c. 2.*

9 Iterùm esto videatur posse ab Episcopo facultas denegari, quoniam nemo cogitur emãcipare filium, vt *Instit. qui mo. ius pa. po. sol. §. vltimo*, at malè sanè faceret, si absquè iustissima 10 causa negaret *7. q. 1. omnis qui*; Et per Superiorem cogi profectò posset argumento, *cap. nullus de iure patr. & q. 9. 3. cap. nunc*, atquè ex his, quæ loco laudato *1. tom. à c. 3.* de Religioso etiam diximus magis confirmari poterit. Non ignoro *cap. literas 63.* indicare cogi non posse Præsulem ad id, vt significare etiam videtur *cap. dilectionis dist. 76. & cap. Florentinũ dist. 85.* hoc tamèn intelligendum iusta causa vrgente ad hanc facultatem denegandam, vt probè *Turrecremata ibi n. 3.* Superior autèm à quo cogendus ad facultatem faciendam est Summus Pontifex *9. q. 3.* nunc vero, vt neq. à Metropolitano possit quemadmodum prosequitur *cit. Turrecremata.*

11 Adde Patrem ex causa cogi posse ad filium emancipandum, vt *loc. cit. Dynus, et Bartol. in l. quidam cum filium, ff. de verb. oblig.*

12 Demùm hæc Diacono facultas à Capitulo Ecclesia vacante, fieri minimè potest, quia quædam alienatio est, quæ quidem absq; speciali Præsulis consensu fieri nequit. Sic *Glossa cap. fraternitatem dist. 71.* vbi *verbo licentiam*, ibiq. *Turrecremata n. 1.* qui etiam hanc facultatem cum Glossa visitatori negat, & probabiliter Archiepiscopo, vel Metropolitano. Verùm nimis multa de Diacono, alijsq. aliarum Ecclesiarum Clericis, de quibus etiam agit *cap. eos 7. quæst. 1. et cap. si quis Præsbyter de renunciat.* nunc ad rem nostram de Præsule reuertamur.

13 Assertio tertia. Episcopus electus, & confirmatus pro vna Ecclesia non modo transire nõ valet ad alteram absq. faultate Summi Pontificis, sed neq. in sui electionem, nominationem, vel destinationem consentire. Hæc est assertio communis, quam tamèn *Glossa cap. etsi de postul. verbo permissione* rectè non probat; etenim neq. valet hæc ratiocinandi ratio, non potest, quis consentire, ergo nec eligi: neq. cõtra non potest eligi, ergò neq. consentire; nàm Religiosus cum non possit consentire, potest profectò eligi in Episcopum *cap. quorumdam de elect. et cap. si nullus eod. in 6.* vt nos *libr. 4.* prosequuti sumus. Diaconus præterea vnius Ecclesiæ, potest quidem consentire in Præsulem alterius optatus non tamèn eligi, *cap. literas de translat. adiuncta Glossa verbo vt & cap. fraternitatem 71. supra cit. cap. Ofius 62. et Gloss. ad Gratianum* ibi *verbo aliud est, et §. ipsius Gratian.* quamuis sciam contrarium doceri ab *Abbate in cap. & si vnanimiter de postulat. in 2.*

Digitized by Google

reg.n.8.ex cap.si Abbatem de elect.lib.6.et cap. cum inter & cap.Dudum ii primo eodem.Turre cremata cap.Quia paulò ante citatus n.8. necnō *in cap.literas etiam citatus*: Verùm hos omnes etiam aliquo pacto postulandos esse à suis Superioribus concedunt hi Auctores, vt ibi Abbas; quia nimirū, siue Diaconus, siue Religiosus, tametsi possint eligi neq. sollemnis indigeant postulationis, qua à Superiore submisse petantur, à quo cum aliquo eorum impedimento, ex quo propriè eligi non possunt, dispensari queat; opus tamen eis est altera postulatione non solemni, qua petantur ab eò, cui ille, qui petitur sit subiectus, vel ad consentiendum, atq. adeundam Ecclesiam, vt Religiosus, vel ad Ecclesiam adeundam tantum, vt Diaconus, vel Clericus vnius Ecclesiæ ad alteram, vt probè *Immol.cap.post translationem de renunciat. n.9.* ex textu itaq. desumenda ratio est *cap. etsi de postul.* quia nimirum Ecclesiæ propriæ alligatus iam est Episcopus electus, & confirmatus, neq. expeditam habet voluntatem non modo in executione transeundi ex illa propria in alteram; verum nec etiam consentiendi; cum per proprium consensum aliud cum prima Ecclesia spirituale censeatur iniisse coniugium. Confirmatur *ex cap. inter corporalia de transl.* ex quo manifestè constat, consecrationem nihil maioris addere firmitatis, ac roboris matrimonio inito iam per electionem, consensum, atq. confirmationem per ea. *Vnde cum non sit maius vinculum Episcopi ad Ecclesiam, quàm electi, maximè cum fuerit confirmatus, imò idem penitus, & non aliud, idem iuris obtinet in vtroq.* sed indubitatum est, Episcopum consecratum vnius Ecclesiæ non posse in alteram consentire; ergo idem dicendum est de electo, & confirmato, sicut de eo, qui vnam duxerit vxorem, in alterius matrimonium consentire nequit, etiam si de matrimonio rato sit sermo.

14 Assertio quarta Episcopus, siue electus, & confirmatus, siue consecratus vnius Ecclesiæ, non eligendus, sed postulandus est ad alteram: Est omnibus explorata conclusio per *cap. post translat.de renunc.* nisi cum pridem eodem in fine inter corporalia de translatione, & per *cap.etsi vnanimiter de postulat. dist. 63. literas 71. fraternitatem*, quę à fortiori probant, vt cō. clusione secunda subindicauimus, omnesque docent Scriptores Sacrorumque Expositores Canonum. Manifestò præterea sequitur *ex c.1. huius disp.* atq. ex super assertis conclusionibus, cum enim propria auctoritate non possit Antistes consentire alteri destinatus Ecclesiæ; nedum ad illam transire, vinculumq. contraxerit cum ea prima Ecclesia sola Summi Pontificis absoluta potestate dissolubili, impeditur profectò, nè possit eligi, non autem postulari. Denique, hanc assertionem locum etiam habere in Ecclesijs vltra montes notant *Ioannes Andreas, & alij apud Abbatem, cap. quanto de translat.n.15.*

15 Assertio quinta, Episcopus, qui proprio Præsulatui ex se iusta de causa renunciauit, potest eligi ad alterum, neq. postulandus, sic *Abbas cap. & si vnanimiter de poaulat.num. 7. & cap. post translat.de renunc.* non contradicit *Ioannes in citat. cap. post translat.* super Glossam secundam à contrario sensu textus, *cap. & si vnanimiter de postulat.* vt mox dicam, *Imola ibidem num.2.* Ratio est, quia cessat ratio, qua superiori conclusione confecimus, non posse Præsulē electum, confirmatum, vel consecratum eligi, non enim est certæ Ecclesiæ deuinctus, qui se Præsulatu abdicauit: habetur enim veluti ciuiliter mortuus ille, qui qua potiebatur antea Ecclesię, missum dedit. Quamobrem solutus omnino priori censetur vinculo: & licet maior videatur causa illum postulandi, qui non solum loco, sed ordini etiam Episcopatus renunciauit, cum ratio solutionis vinculi coniugalis in vtroq. permaneat, non est cur conclusionem contemnamus, vt neq. ab Auctoribus inuento prafitum. Dixi ex se atq. iustis de causis, quarum nonnullæ *à Capitulo post translationem de renunciatione* enumerantur, atq. à Doctoribus ibi perpenduntur: nàm si non renunciauisset aliquis ob aliquam virtutem, sed ob demeritū priuatus fuisset, eligi profectò non posset, vt probat *Zaccarias in additionib. ad Abbatem cap. si vnanimiter de postulat. litera G.* posset itaq. tunc postulari, aliis concurrentibus super indicatis, tùm in definitione postulationis, tum in explicatione regulæ ad eos dignoscendos, qui postulandi sunt. Ratio autem disparitatis inter Renunciantem, & Priuatum, est, quòd priuatio ignominiam importat facti, atq. inhonestatem, vt loquitur *Baldus cap.1. de renunciat. & notat, ff. de manu test. l. testam. centurio*; at cessio honesta quidem est, *ff. de infam. l.2. §. ignominia*, quod si causa, ob quas primo quispiam Episcopatui renunciauerit, ità perseuerant, vt non minus obstare videatur primo, quam secundo, ad quem desideratur Episcopatum, eum potiùs postulandum indicauerim: etenim cum illæ graues esse debeant, atq. rationabiles, si aptæ ad vinculū soluendum cū prima Ecclesia habitæ sint aptæ, apte et ne dicam aptiores, profectò intercedere debent ad impediendum, nè iterum cùm altera contrahatur; non tamen inficior posse, nonnullas esse proportionatas ad vinculum soluendum cum illa prima Ecclesia, quæ non censebuntur ad contrahendum cum hac secunda, sic putarem, cum quis ob malitiam plebis primo cessit Episcopatui *ex cap. nisi cum pridem de renunciatione.*

16 Assertio sexta Præsul, qui renunciauit absolutè loco, & non ordini, etiamsi dubitetur, an ob iustam, & rationabilem causam sponte se abdicauerit, vel ob delictum, eligendus est; secus si renunciauerit etiam ordini. Hæc assertio est *Abbatis citati, Immola ibidem num.* 18. & per partes probanda; & primùm ex *textu post translat.de renunciat.* vbi cùm incertum esset Papæ, nùm Antistes olim Satnatensis iniecerit monasticam vitam ob delictum, vel ob aliam causam ex ibi relatis à Pontifice, hæc habet. *Quamquam eligi possit, præsertim si locum tantum, & non ordinem resignauit*; ergo si resignauit locum, præsumptio est, non ex delicto

Digitized by Google

&o adijsse Monasterium,quando per Concilium Constantinopolitanum non licuisset, nec postulationi de eo habitę assentiri, nèdum eligi,
17 vt ibi prosequitur *citatus textus*. Secundo, quòd in dubio delictum non præsumitur, vt omnibus exploratum est, ac rectè prosequitur *Romanus cons.*354. & hic dũ de Præsule disputatur maximè locum habet: etenim nemo præsumitur deliquisse, cùm peccare viri boni non sit ex textu *legis meritò, ff.pro socio, Vlpian.in l.item apud Iabienem, §.si communem, ff. de iniur.*

18 Hinc consilium,quod potest esse bonum, & malum,præsumendum est bonum ex *Baldo in l.primam num.*13.*C.de serv.fug.Iasone ibidem, Alciato de præsumptionib.reg.*3.*præsumpt.*1.*nn.*1.probatq. eruditè hoc idem *Menoch.lib.*5.*præsumpt.*11.*à princip.* Est autèm hæc præsumptio vehementissima, vt ex *Flo.notat Imola cap.cit. post translat.de renunciat.num.*19.*& iuris,ac de iure, vt in allegato textu Hostiensis* habet, contra quam obiectio non admittitur in contrariũ *ex cap.is, qui de sponsalib.* Secunda pars probatur, quæ scribitur expressè à Panormitano *in cap.sæpè citat.post translat.de renunciat.num.*11 12.*&* 24.probatur inquam à contrario, nàm tunc vrgeret præsumptio, quod renunciauerit propter delictum, vt allegatus etiam indicat textus.

19 Assertio septima.Potest quidèm Episcopus, qui ad Religiosum trãsiuit institutum propter persecutionem,infirmitatem, defectum scientiæ,simoniam,ipso ignorante, commissam, vel aliam similem causam ad Episcopatum reassumi,vel secundem, vel alterum saltem, vt tradit *cap.post translat.modo citat.§.quamquam*, & explicant ibi Expositores, quibus accedit *D. Thomas* 2.2. *quæst.*185. *art.*4. *ad* 2. Verùm si propter delictum renunciauerit, vel loco, vel ordini,non poterit eligi,sed ad summum postulari,quæ tamen postulatio vix admittenda est. Patet conclusio ex *cit.textu,& ex cap.nisi cum pridèm de renunciat.& iuxta* D. *Thomam laudatum*,cùm agatur de delicto publico irregularitatem ad Episcopatum causante,de quo,& *Abbas citat.num.*11. & nos nimis multa diximus tàm *superior.lib.disputat.*6.*cap.*1.*num.*1. tùm 1.*tom.lib.*3.*disputat.*2.*cap.*3.quod dixerim spectata auctoritate Papæ supra Concilium ex se,ac seclusis impedimentis iure Diuino naturali,vti esset, si renunciauerit quispiam ob totalem scientiæ defectum iuxta dicta *tom.*1.*lib.*3.*disputat.*1.*& superior.libr disputat.*9. *cap.*3. *num.*9.*&* 10.*& iuxta cap. sunt quidam* 25.*q.*1. *& cap.nisi cùm pridem de renunciat.* traduntq. *Innocentius,& alij apud Abbatem allegatum num.*26.

20 Assertio octaua. Præsul ab hostibus expulsus ad alteram Ecclesiam non eligi, sed postulari potest. Deducitur *ex cap.Pastoralis* 7.*q.*1.*& cap.nisi cùm pridèm de renunciat.ad finem*, docet *Vincentius cap.de translat. Io: Andreas,quẽ citat,ac sequitur Turrecremata in cap.Pastoralis.num.*4. Ratio autèm est, quod siue dicamus Episcopum ad secundam,ad quam postulatur, Ecclesiam transire sub conditione,in quam pura resolueretur institutio,siue ea ratione,vt iure postliminij deinceps reuertatur ad primam iam ab hostibus liberatam,vt statuitur in casu expresso *in cap. Pastoralis* 7. *quæst.* 1. *addita Glossa*;nonnulla,quæ videntur obstare, nequaquam obstant: quia vinculum cum prima Ecclesia solutum non est, quippè quæ non desinit esse sacer locus 1.*q.c.*1.quod quidã, & si viduatus,vt prosequitur *Glossa reuersurus*; igitur intercedit impedimentum, quo liber non sit tali Præsulijvolatus ad alteram Ecclesiam, vt sic loquar cum *cap. nisi cùm pridèm de renunc. & cap. sicut alius* 7.*q.*1.

21 Assertio nona,Episcopum nullius Ecclesiæ, ac merè titularem,de quo egimus *tomo*,*& lib.* 1.*disputat.*7.*cap.*4. eligi posse puto ad certam Ecclesiam: etenim vinculi expers est,cùm nulli alteri deuinctus sit; onusquè sit huic,vel illi Ecclesiæ se addicere,cui præesse legitimè iubebitur iuxta dicta *tomo* 1. *loco paulò antè citat.* & docet expressè *Panorm.cap.ad supplicationẽ de renunc.nu.*9.*ad finem ex Hostiensi*, subscribit etiam *Imol.ibid.n.*12.*& alij.*

22 Assertio decima, Archiepiscopus, qui de licentia Papæ cessit Archiepiscopatũ ob aliquã causam ex supra relatis,poterit eligi ad Ecclesiam Episcopalem; sic Hostiensis, quem laudat,sequiturq. *Abbas in cap.ad supplicationem modo citat.num.*9.*Imola num.*12.*& in cap.cum ex illo de translat. num.*14. apud quem *Ioannes Andreas*, & ratio est, quod si quid obstaret, maximè *textus cap.*1.*de translat. per ea. Miramur, quod Lapamen.electum in Tripolitanam Ecclesiam transtulisti,& noto quodam mutationis genere parunficasti maiorem, & magnum quodam modo minorasti, Episcopare Archiepiscopum, imò potius de archiepiscopare præsumens*; At his *textus* non obstat, quippè qui loquitur de Archiepiscopo Apamen.electo, & confirmato,qui quidem,& *Archiepiscopalia, quantum ei licuit, ministraret*, vt ibidem habetur: at verò noster Archiepiscopus tempore, quo in Episcopum eligeretur, nullo potiretur Archiepiscopatu,essetq. simplex Episcopus, à quo non discriminaretur ordine, nulli tamen addictus Ecclesiæ. Quamobrem non descenderet,quia,vt habet Hostiensis,esset dearchiepiscopatus per renunciationem,quemadmodum alijs *Imola* prosequitur *citatus*, neque obstat, quod obijciunt nonnulli,posse nimirum hoc in fraudem fieri;nam Papa,cuius tantum interest cessionem admittere Præsulatus, obuiam ire poterit huic absurdo causas cessionis inuestigans,vt *citatus* habet *Imola.*

23 Assertio vndecima, apud solum Papam postulandus est quicumq. Præsul ad alteram optatur Ecclesiam, constat hæc assertio ex *titul. de translat.ac renunciat.*& patet ex insolubilitate vinculi spiritualis coniugij Præsulis cum Ecclesia.Ex qua assertione,atq. ex his,quæ cõclusione tertia diximus patet,propriè,Postulationem apud Summum Pontificem habendã esse;improprie verò apud eos,quibus vel quoad personam,& munus, vel quoad arbitrium,

&

Digitized by Google

& consensum subiecti suos promouendi, vt de Religiosis diximus lib. 4. & videre est apud *Imol. in cap. etsi vnanimiter de postul. nu. 4. Turrecremata, cap. Ossius dist. 63 n. 10.*

14 Pœnas expenderem per Sacros Canones indicatas tùm contra Præsules propria auctoritate transeuntes ex vna ad alteram Ecclesiam, tùm contra illos eligentes. Verum quia vix vsui hæ sunt, cum fere nullus in Dei Ecclesia tantæ audaciæ detur casus, in qua propositiones, præsentationes, nominationes, Ecclesiarumq. prouisiones optimis sub formulis rectè, ritèq. Deo fauente, habentur, & quia sunt quidèm pœne potiùs ferendæ, satis, superq. à doctissimis Canonistis expositæ, præsertim *in cap. quanto de translat.* ad alia illustriora, ac longè vtilia, properante calamo, prætergrediuntur; breui tamen, qui eas indicatas scire cupiet, legat apud *Marc. Antonium Cuccum iustit. maior. lib. 4. tit. 7.*

CAPVT SECVNDVM.

Nùm, & ex quibus causis expediat Episcopum vnius Ecclesiæ ad alteram transferre.

SVMMA.

Per se translatio Præsulis ex vna Ecclesia ad alteram non expedit. n. 1.

Ad alteram Ecclesiam neq. postulandus, neque Promouendus Episcopus, nisi ex vrgentissima causa. n. 2.

Causæ ex quibus translatio habèda esset, spectare debent ad bonum commune. n. 3.

Ex his causis cogi potest Episcopus, vt ex vna ad alteram transeat Ecclesiam. n. 4.

Ad necessitatem, vel manifestam Ecclesiarum vtilitatem iustitia reducenda est causarum. num. 5.

Dispensatio nunquam contra commune bonum esse debet. n. 6.

Præclarum monitum, seu consilium Eminentissimi Cardinalis Bellarmini Clementi VIII. expositum de rara Præsulum translatione. num. 7.

Quid nomine necessitatis, publicæq. vtilitatis intelligendum sit. n. 8.

QVàm Ecclesiæ Catholicæ perutilis, ne dicam necessaria propositę quæstionis explicatio futura sit, rationum momenta, quibus nostræ probandæ sunt assertiones ostendent.

1 Sit itaq. assertio prima. Per se non expedit vnius Ecclesiæ Præsulem ad alteram, vel postulare, vel promouere. Necessaria in primis deducitur sequela hæc assertio *ex Canone 14. Apostolorum*, atq. *ex corol. 3. num. 4. cap. 6. disputat. 23. superior. lib.* vbi tùm à priori ratione indissolubilis vinculi à speciali tantum Summi Pontificis potestate pendentis, vt etiã *cap. ex cap. scripsimus*, atq. à posteriori ex variis, quæ sequerentur absurdis è re Christianæ Reipublicæ, per se non esse translationem Episcoporum per Sacros Canones, vt hic proh. bitam demonstrauimus. Confirmatur *ex cap. licet de translat.* vbi habetur Episcopatum coniugium esse posse consecrationem consumatũ; id autèm quamuis per omnimodam accipiendum nõ esse proportionem, ac paritatem cum carnali *lib. 1. disputat. 1. cap. 4. num. 11.* docuimus; verùm negari minimè potest maximum inuolui nodum Antistitem inter, & Ecclesiam eius sponsam, qui quidem ex se indissolubilis est secundum potentiam ordinariam, vt loco citato ex instituto disseruimus; ergò non expedire videtur, vt facili negotio dissoluatur. Secundo probatur ex pacto, quod inter Præsulem sponsum, atq. Ecclesiam ipsius Sponsam intercedere *lib. 1. cap. 4. citat. num. 11.* demonstrauimus, atq. *cap. nisi cum pridem de renunc. Is exprimit, §. verum si propter alias causas. Nõ debes deserere sponsam tuam, cui desigendo manum apud extraneum te, fide media, copulasti*: igitur ex se contra hoc pactum, eiusq. firmitatem pertransitum ad alteram Ecclesiam agendum non est.

2 Assertio secunda. Ad alteram Ecclesiam postulandus, neq. promouendus est Episcopus alterius, nisi ex vrgentissima causa indicauimus *coroll. cit. 3. n. 4. cap. 7. disp. 11. superior. lib. 2. nec non lib. 1. disp. 1. c. 4. à nu. 27.* Nàm idcirco in Sacris Canonibus sæpissimè speciali nomine diuina dicitur auctoritate solui primum matrimonij spiritualis vinculum, Episcopus, transferri ex vna in alteram Ecclesiam. Hinc inquit *cap. quantum de translat. Potestatem transferendi Pontifices sibi retinuit Dominus, & Magister, quod soli Beato Petro Vicario suo, & per ipsum successoribus suis speciali priuilegio tribuit, & concessit.* Deindè si spiritualia coniugia facilius constituuntur, quàm destruantur, *vt cap. inter corporalia de transl.* scribitur; cum tot, tàq. desiderentur ad illa incunda, vt ex integris tradidimus libris, facilè deduci poterit, quàm operosum negotium erit illa ipsa dissoluere. Demum soleat ex hac, quam habet Pontifex, singulari potestate, deducere Doctores facultatem eiusdem Pontificis ad monialem voto soluendam, vt scribit inter alios *Bald. in allegatum cap. inter corporalia n. 5.* Igitur sicut ad nodum arctissimum Religionis dissoluendũ vrgentissimæ requiruntur causæ, adeo vt D. *Thomas 2. 2. q. 88. art. 2.* votum castitatis Religio-

gioſorum, neq. à Papa poſſe relaxari cum aliis docuerit, & quicquid de hac opinione ſit, quã minus probabilem iudico, illud ſanè compertum habeo ex vrgentiſſimis cauſis hoc Papæ faciendum eſſe; igitur ex eiſdem ferè tranſitus permittendus ex vna Eccleſia in alteram, imò cum ad illud præſtandum cauſa requiratur boni communis, vt eruditè ex multis probatur à *Sanchez lib. 8. de matrim. diſp. 8. nu. 8.* tùm, quia fit hæc diſpenſatio cum aliquo religioſi ſtatus detrimento; tùm quia aliàs ſæpiſſimè, ac paſſim huiusmodi concedendæ diſpenſationes eſſent; tùm quia frequentiùs religioſi tentationibus vexarentur, cauſasq; priuati boni obtenderent ad hanc ſolutionem impetrandam; ſed ſimiles in noſtro etiam caſu faciunt cauſæ, cum translatio Præſulis, ex vna in alteram Eccleſiam, abſq; impedimento ſtabilitatis ſtatus Epiſcopalis, atquè indiſſolubilitatis perpetui coniugij ſpiritualis fieri non poſſit; & niſi vrgentiſſimæ deſiderarentur cauſæ, ſæpiùs quàm par eſſet concedendæ huiusmodi tranſlationes eſſent, ad quas aſpirantes Epiſcopi maximo, cum Eccleſiarum propriarum detrimento cauſas adornarent ſatis, ſuperquè friuolas, non ſine ſcandalo, atquè occaſione, qua linguacibus hæreticis præberetur blaterandi, atquè obtrectatoribus obloquendi. Demùm probatur, Spirituale coniugium Epiſcopi cum Eccleſia, matrimonio rato carnali ad minimũ cõparatur, vt patet ex ſæpè *cit. cap. inter corporalia*, cæteriſq; iuribus, tũ allegatis, tũ allegandis: at qui ſtabilis, adeoquè firmus eſt nexus matrimonij rati, vt vel à Papa diſſolui nõ poſſit quemadmodum docuere multi cum *Bonaventura in 4. diſt. 17. ar. 3. queſt. 2. Scoto ibidem diſt. 31. q. 1. verbo 3. modo dici poteſt, Soto lib. 7. de iuſt. q. 2. ar. 5. ver. & licet peregrè: & in 4. diſtin. 27. q. 1. ac aliis*, quos citat *Sanchez lib. 2. de matrim. diſp. 14. nu. 1.* vel, vt alij, qui licet concedant hanc poteſtatem Papæ, nihilo tamèn minus irritam eſſe dicunt diſpenſationem, abſq; iuſta cauſa in matrimonio rato; ſic *Ancaranus conſ. 239. ad finem. Dec. conſ. 112. Conarr. 4. decretal. 2. p. cap. 7. §. 4. num. 14. Menochius de præſumptionib. lib. 2. præſumpt. 19. nu. 37. aliique quos ſequitur Sanchez lib. 2. de matrim. diſp. 5. nu. 6.* Omnes tamèn conſentiunt cauſas eſſe debere iuſtas, & graues; ergò hoc idem dicendum eſt in diſpenſatione coniugij ſpiritualis, quæ per translationem habetur, eò potiori ratione, quod in *cap. inter corporalia de translat. fortiùs dicatur ſpirituale vinculum, quàm carnale.* Saltèm argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale propter hoc caput rectè inferri aduertunt *Innocentius cap. inter corporalia, nu. 2.* alijsquè Recentiores paſſim, atquè expreſſam hanc legimus ſimilitudinem, atquè inſolubilem ab alio, quàm à Summo Pontifice firmitatem in *cap. licet ſub initio, de translat. & cap. ſicut 7. q. 1. & cap. ſicut alterius, eod.* Deniquè *vniuerſi tituli, de translat. ac de renunciatione*, vbi ferè omnes in eos tractatus ſcribentes.

3 Aſſertio 3. cauſæ, ex quibus translatio ritè concedenda eſt, ſpectantes eſſe debent ad bonum commune; probatur 1. *ex canone 14. Apoſtolorum*, paulò antè citato, vbi poſtquàm Epiſcopo non licere decretum ſit alteram Eccleſiam adire, niſi ſortè quis cum rationabili cauſa compellatur, tanquàm qui poſſit ibidem conſtitutus plus lucri conferre, & in cauſa religionis aliquid profectus proſpicere. Secundo à paritate relaxationis voti religioſæ caſtitatis, vel ordini ſacro annexæ, atquè diſpenſationis in matrimonio rato, præſertim in eorum ſententia, qui firmitatẽ vinculi ſpiritualis matrimonij inter Epiſcopum, & propriam Eccleſiam iuris diuini naturalis dicunt, à me *citati cap. 4. diſp. 1. lib. 1.* Præterea præcipuè habetur in *cap. mutationes 7. q. 1. Mutationes (inquit Anterius Papa) Epiſcoporum ſcitote communi vtilitate, atquè neceſſitate fieri licere*; quod multis maiorum exemplis firmat Sanctus Pontifex, Principis videlicet Apoſtolorum de Antiochia Romam, Euſebij ex Vercellina, vt explicat *Gloſ. verbo parua* ad Alexandrinam; Felicis ex Ciuitate, in qua ſacrã initiatus erat ad Epheſinam, addo Gregorium Nazianzenum doctiſſimum ſanctiſſimumq; Epiſcopatu primò Saſimorũ, deindè Nazianzi demũ Præſulem Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ: Idem docet *Pelagius Papa II. cap. ſcias 7. quæſt. 1.* per ea. *Nam plurimorum vtilitas omnis vtilitati, aut voluntati præferenda, argum. cap. Dilectiſſimi 8. q. 2. & 16. quæſt. 1. nos autem*; cum bonum commune priuato præferendum ſit Prælati præſertim bono pẽnè temporali maioris nimirùm quietis, vtilitatis, vel conſolationis temporalis, vt cum *Turrecremata* loquar *cap. ſcias cit. nu. 3.* Demùm à priori probatur, quòd Epiſcopatus primatio in bonum Reipublicæ Chriſtianæ, atq; Eccleſiarũ inſtituti ſunt; ergò huic primò conſulendũ, neq; hæc Eccleſia huic; neq; illa alteri dãda, niſi in bonũ eiusdẽ Eccleſiæ, & ſecũdario tantum in bonũ miniſtrorũ, cui fini Papa ſpicere tenetur, quo fundamento diximus *Superiori lib. diſp. 4. cap. 5. nu. 6.* duobus exiſtentibus beneficijs curatis, vt Epiſcopatus, quorum altero pinguius eſſet, atquè in hoc pinguiori minus induſtriæ, perſonaquè non adeò apta requiratur, quam in minus pingui hoc dandum digniori; primum autẽm locuples minus digno per ſe loquendo; ex quo neruus aſſertionis noſtræ magis patet; nàm ſicut in prima collatione Præſulatus primario communi Eccleſiarum bono conſulendum eſt; ſecũdario verò bono Candidatorum; ſic etiam in translatione, quæ non ex cauſa tantum inuoluente bonum priuatum præſertim temporale, cui minus proſpiciendum eſt; ſed commune Eccleſiarum, tùm ex qua, tùm ad quam translatio fit, profectò habenda eſt.

4 Hinc patet; non modo fas, eſſe, atquè decere trãſitum per eiusmodi cauſas, ex vna Sede in alteram; verùm etiam poſſe Papam licitè cogere quemcumquè Præſulem ad translationem, ex propria in alteram Eccleſiam huiusmodi vrgentibus cauſis; qui quidem Antiſtes coactè mutaretur, vt habet *text. cap. ſcias citati*; poteſt enim hoc pacto cogi, vt de

renuen-

Digitized by Google

renuente fiat volens 23.q.5.*displicet*, & de*stin.*74. placuit, vel absolutè, vt infrà, & probè corollarium hoc confirmant dicta *lib.*5.*disp.* 3.*cap.*6.*à nu.*28. & *lib.*2.*disput.*3.*sup.*1.*nu.*15. & 16. fauent *Layman.lib.*4.*tract.*2.*cap.*15.*ad finem*, *Vgo apud Turrecrematam in cap.scias paulò antè cit.ex cap.cuncta.*11.& 2.9.q.3. & *in cap.omnis* 7.q.1.*adiu.Glos.*

5 Assertio 4.ad necessitatem, vel euidentem publicam, communemque vtilitatem Ecclesiarum iustitia, atq. urgentia causarum translationis reducenda est, quibus Papa dispensans prospicere tenetur. Deduco *ex cap.quanto de transl.Non enim homo(ait Innocentius III.)sed Deus separat, quos Romanus Pontifex (qui non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris) Ecclesiarum necessitate, vel vtilitate pensata non humana, sed diuina potiùs auctoritate dissoluit*, & ni dispensatio hos habeat necessitatis, vel vtilitatis cardines profectò non videtur appellanda dispensatio, vt notat *Abbas hic nu.*5. quod si DD. consensu dispensatio publicam, plerumq. causam desiderat, aliàs non dispensatio, sed dissipatio dicenda est 7.*cap.requisitis*, §.*nisi rigor potiori iure hac hoc pacto appellanda.* Videantur dicta *lib.*5.*disp.*3.*cap.*6.*à numer. præsertim* 26. vbi memini me ibi non semper desiderari causam directè spectantem ad commune bonum asseruisse. Verùm hoc absolutè loquendo intelligi debet. Atcùm de bono Ecclesiæ alicuius agatur, quippè quod est commune respectu personæ transferendæ, à fortiori illi dicendum est consuli debere per Pontificem. Quid? quod nisi his causis prospiceretur, maximum sanè detrimentum, & vniuersali Ecclesiæ, & Reipublicæ Christianæ ob rationes, &
6 factas, & mox inferendas immineret. Probatur deindè, quia quod detrimentum Reipublicæ Christianę potest excogitare maius, quàm ambitioni ostium referare: ab amore sponsæ, quo maximè prosequi eam tenetur sponsus Episcopus, & auocari, & recedere; qui quidem cum altera mox contrahere, vt sperat, ità inertię locum dare, quæ aggredi tenebatur difficilia omittere, præclara, & laboriosa ad bonum ouiũ spectantia potius declinare, ac per translationem subterfugere; imò scandali præbere occasionem non vulgarem carpendi Ecclesiam Catholicam stultiloquis hæreticis, quippè qui Præsulatus negotium ad quæstum potiùs, lucrumq. temporale, ac priuatum commodum referri; paruula licet data occasione blatterareat, quàm ad commune bonum Christianæ Reipublicæ, ac spirituale cuiuscumq. quippè, quod vt sic, & vt partis in totius corporis bonum commune dici poterit etiam redundare? quæ, ac sexcenta alia absurda Lectori primo etiam intuitu occurrentia demonstrabunt, quã vrgentes causas requirat hæc translatio. Tertio probatur conclusio ex *cap. scias frater* 7.*q.*1. quod causam necessitatis, aut communis vtilitatis necessariam ostendit ibi. *Nam plurimorum vtilitas vnius vtilitati, aut voluntati præferenda est.* etenim illuc decet Prælatum accedere, vbi plus lucri spiritualis facere potest, licet maior ibi sit pœna, vt habet Glossa verbo plurimorum ex *cap. Sancta* 2.*q.*8. Demùm finem huic assertioni, fastigiumq. imponat, vnum è consilijs à Cardinale Bellarmino Sanctitate vitæ, ac Sapientia Eminentissimo §. loco exaratum in scriptura, quam Clementi VIII. Pontifici Maximo ex magno Christianæ Ecclesiæ zelo tradendum curauit, atq. habetur *cap.*5.*lib.*3. eiusdem vitæ, ait itaq. *Quinta res.* (Bellarmini sunt verba, quibus libenter vtor, ne meis præclaram tanti viri doctrinam obscurem) *est facilis translatio Episcoporum de vna Ecclesia ad aliam; translatio enim Episcoporum secundum canones, atq. vsum veteris Ecclesiæ necessitatem, vel maiorem vtilitatem: neq. enim institutæ sunt Ecclesiæ propter Episcopos, sed Episcopi propter Ecclesias. Nunc autem quotidie translationes fieri videmus ea solum de causa, vt Episcopi, vel honore, vel opibus augeantur. Propterea notum est ex cap.inter corporalia de translatione Episcoporum, vinculum matrimonij spiritualis esse aliquo modo maius quàm vinculum matrimonij corporalis: & idcò non posse solui, nisi à Deo, siue à Vicario Dei declarante voluntatem Domini sui. Quis autem credat velle Deum, vt ob solum temporale lucrum, vel honorem vinculum huius Sancti coniugij dissoluatur? præsertim, cùm id fine detrimento animarum fieri nequeat, vt experimentum ipsum docet; neq. enim Episcopi Ecclesias diligunt, quas breui se deserturos sperant, vt ad alias commodiores transeant.* Ad hæc autem Pontifex scripto suo in oris singraphæ Bellarmini, vt alijs præstitit monitis hisce respondit. *Nos cum difficultate transferimus: & non desiuimus monere Principes per nos, & per Nuntios nostros.* Hæc verba tùm Eminentissimi Cardinalis, tùm Santissimi Pontificis expressi, vt omnibus quantumomenti sit res, quam habemus præ manibus, compertum sit. Nunc ad institutum redeamus.

3 Nomine autem necessitatis, atq. *publicæ* communis utilitatis, quibus *innixæ causæ* dispensandi, ac soluendi huius spiritualis nodi coniugium inter Ecclesiam, & suum Pastorem ad alterum contrahendum non modo dixerim Ecclesiæ à qua, & Ecclesiæ, ad quam translatio habenda est Episcopi, sed etiam vniuersalis Ecclesiæ, cui Summus præest Pontifex, & cõsulere tenetur, quamobrem si vacaret Ecclesia Regię Ciuitatis, ad cuius regimen, ac spiritualia munia, tametsi necessitas nulla, nullaq. vtilitas urgeret reuocandi à Præsulatu alterius uirum doctum, prudentẽ, eximiaq. præditum uirtute; cogeret tamèn, & utilitas, & necessitas illum, præsertim Postulatum transferendi ex ea, cui actu præest ad Regiam, vt ipsius nimirum prudentia, consilio, ac doctrina uteretur Rex ad Regnum, Rempublicamq. non politicè tantum, sed Christiani, atquè optimè administrandam; Profectò causa satis iusta hęc censeretur ad trãslationem, ex qua de singulis alijs à simili iudicium ferendum est.

Caput

CAPVT TERTIVM.

Speciales Sacris Canonibus excerptæ causæ ad translationem Ecclesiarum habendam, vel non habendam.

SVMMA.

Prima causa est malitia plebis. n. 1.
Secunda vera, ac notabilis persecutio Populi. n. 2
Tertia Senectus respectiuè. n. 3. & 8.
Quarta declinatio grauis periculi. n. 4.
Quinque causæ, ex quibus non licet translatio Præsumptionis videlicet, propriæ voluntatis, auaritiæ, appetitus effrenatus, dominationis, ac demum priuatæ delectationis. n. 5.
Leuitatis, seù ambitionis turpis est causa transitus ad alteram Ecclesiam. n. 6.
Defectus OEconomiæ, vel remissæ disciplinæ Ecclesiasticæ non est sufficiens causa translationis. n. 7.
Qui transitus est facilior ex minori ad maiorem Ecclesiam, vel è conuerso. n. 9.
Quando alicui concessus est gradus ad maiorem, est etiam concessus ad minorem dignitatem. num. 10.
Non est facilior, imò detestabilis transitus è minore ad maiorem Ecclesiam ex ambitione, vel simili turpi motiuo. n. 11.

VT ex his, quæ per Sacros Canones adnotatæ sunt causis, cæteræ, quæ possunt occurrere, facilè agnosci possint, rectumq. de eis iudicium feratur, quas ex illis legi, huc afferam; siue ex quibus licet, siuè ex quibus non licet haberi translatio Episcoporum.

1 Prima causa malitia est plebis. Quando plebs adeò duræ ceruicis existit, vt proficere nequeat. Sic habetur in *cap. nisi cum pridem de renunc.*

2 Secunda causa veræ, ac notabilis persecutionis *ex Matth. 10. Si vos persecuti fuerint in vna Ciuitate, fugite in aliam*, quæ assertur *septima q. 1. cap. sicut alterius*, non ob priuatum solum Episcopi bonum, sed nè cura Pastoris in detrimentum vertatur ouium. Quamobrem addit textus. *Si autèm vtilitatis causa fuerit mutandus, &c.* ac infrà necessitatis, &c.

3 Tertia est Senectus, illa videlicet, per quã impotens redditur Episcopus ad exequendum officium Pastorale *ex cap. nisi cum pridem de renunc. §. alia causa*. Verum hæc causa licet ad renunciationem sufficere videatur *iuxta cit. cap.* non tamèn ad translationem, ni respectiuè modo *infra n. 8.* declarando.

4 Quarta causa est declinatio grauis periculi, ob quam Gregorius Ioannem transtulit ex Ciuitate Villetrensi ad alteram dictam à Sancto Andrea eiusdem Diœcesis, quam Sedem constituit Episcopalem *cap. Temporis 7. quæst.* causa non vtilitatem solius personæ, siuè necessitatem respicit, sed ipsissimet Sedis; in quo casu non soluitur per hanc translationem nodus coniugij; cum Sedis tantum, & non personæ translatio sit, nequè ex vna Diœcesi ad alteram, sed ex vna Ciuitate ad alteram eiusdem, vt habetur in textu Diœcesis, ità vt prima Ciuitas, ex qua Sedes migrat auctore *Turrecremata in cit. cap. Temporis n. 1.* desinat esse Episcopalis.

Eas præterea adferibam hic causas, ex quibus minimè licet per Sacros Canones translatio, qua, & quidem ampliſſima patefierot via sceleratorum hominum ambitioni, atq. audaciæ,

5 Quinque igitur adumbrauit nobis causas *Pelagius Papa Epistola 2.* Benigno Archiepiscopo data, quas exaratas in *cap. scias 7. q. 1.* legimus; neq. à Pelagio discrepat *Antherus Summus Pontifex 7. q. 1.* mutationes. Prima est præsumptionis; secunda propriæ voluntatis; Tertia auaritiæ; quarta appetitus effrenatus; Vltima priuatæ delectationis.

6 Addo ex *Hugone*, atq. *Archidiacono apud Turrecrematam in cap. non oportet 7. q. 1. sub initio*, sextam leuitatis, & septimam ambitionis, quatenus hæc à præsumptione distincta est, & ab appetitu dominandi, atq. in desiderio inordinato maioris consistit dignitatis per *D. Thom. 2. 2. q. 131. art. 1.* & nos tradidimus *tom. 1. lib. 4. disp. 12. cap. 1. in princ.* quas causas, vel numero diminuto, atq. ad breuiorem redacto, vel ordine immutato, alij numerant, vt *Glossa verbo ambitionis, cap. quia frater 7. q. 1.* legendus *Vgo* de his etiam agens.

7 Illud demùm reliquum mihi est adnotare, neq. defectum OEconomiæ, atquè administrationis rei temporalis Ecclesiasticæ, neq. ad disciplinam Ecclesiasticam conseruandam prudentię notam absolutè sufficere ad translationem, sed ad coadiutorem dandum, vt constat *ex cap. quia frater 7. q. 1. Pelagij Papæ*; & meritò cum hi defectus cuicumquè administrandæ Ecclesiæ noceant; non tamèn inficior non tantum alicui, vel prudentiæ, vel OEconomiæ, vel aliarũ ad regimẽ desideratarũ aliquãdo virtu-

8 tũ esse necessariũ, quantũ ad vnã Diœcesim, & Ecclesiã, quã in præsentia regit administrandã aliquãdo requiritur, quod satis profectò censeretur ad minorem Ecclesiam regendam, ad quam facultas fieri posset absquè eius tamèn detrimento transeundi ob hanc ipsam causã, atq. ob bonum Ecclesiæ, quam relinquit: quod etiam dictum volo de senectute, corporisquè imbecillitate, quæ quidem ex se, vt paulò ante instituì dicere ad mutationem Ecclesiarum minimè sufficiunt, sed solum ad coadiutorem habendum *ex cap. petisti 7. q. 1.* Verùm respectiuè, vt ità dixerim, quæ impedimento est Senectus, vel afflicta valetudo regimini magnæ

Digitized by Google

Diœcesis, poterit sanè non obstare alteri minoris, imò salubritas aëris, cœliq; temperies Ciuitatis, ad quam fit transitus, ad hanc poterit translationem prodesse, dummodò non Episcopi tantum consulatur personæ, sed vel bono communi Ecclesiæ, quæ omittitur, nec probè regi à sene, vel attritæ valitudinis Præsule potest vel alterius, ad quam transitus habetur; seruatis semper ijs, quæ probè notantur in *cap. nisi cum pridem de renunc. §. alia verò causa est.*

9 Quæres. Qui concessu facilior sit transitus ex Ecclesia minori ad maiorem, vel è contra ex maiori ad minorem. Et sanè in *cap. licet de translat.* apertè videtur hoc definitum per ea, *in maiori dignitate propter maiorem vtilitatem facilius soleat dispensari*. Quamobrem *Glossa verbo ad parem transitum* è minori ad maiorem Ecclesiam minus contra ius commune, magisq. esse dispensabile scripsit, nõ alia de causa, quàm maioris vtilitatis per textum indicatæ. Hinc ex permissione transitus ad maiorem Diœcesim, atq. Ecclesiam non permitti colligit *Abbas hic n. 4. & 8.* transitum ad minorem, vel æqualem subscribit *Cuccus inst. maior. lib. 4. tit. 7. n. 15.* quia permissio illa in maiori fundatur fructu, atq. spirituali vtilitate Ec-
10 clesiæ, ad quã trãsitus cõceditur. Secus esset si fundaretur in maiori habilitate personæ, cui si permissus esset ad maiorem gradus, à fortiori videretur concessus ad minorem, vel æqualem; vel non valere à maiori ad minus argumẽtum in exorbitantibus. Quamobrem non sequitur, dispensatum est in maiori, ergò in minori *ex c. cui de præbendis in 6.* ac pluribus, quæ semetipsũ alibi allegans *Abb. & Immol. n. 8.* tradũt; & nobis satis sint. Nũc ad propositum regressi faciliorem dicimus transitum è minori ad maiorem, quàm ad minorem, vel æqualem Ecclesiam: tum ob rationem assignatam: tùm quia cæteræ, quas retulimus causę faciliori negotio hoc vrgent ad maiorem gradum, quàm ad æqualem, vel minorem discensum.

11 Silentio tamèn non prætercam, vbi cupiditas innotuerit Episcopi optantis Ecclesiam propriam in meliorem mutare, eiusdem conatum præsumi ex ambitione, atq. improbitate ortum ducere per cap. si quis Episcopus, vbi vtraq. vt careat per sententiam Papę sancitur, & notant, *Vgo*, & *Archidiaconus apud Turrecrematam, & per cap. sequens 7. q. 1. & cap. 1. de Clericis non residentib.* Quod etiam notant *Alciatus in tract. de præsumptionib. 34. præsumpt. reg. 2.* ex quo *Menoch. lib. 5. de præsumpt. præsumpt. 35. n. 7.* non autèm locus erit huic præsumptioni, quando Summi Pontificis mandato Episcopus Ecclesiam assequitur iuxta huius capitis doctrinam, & DD. in *citatum textũ de Clerico non residente, Alciatum, & Menochium laudatos.*

CAPVT QVARTVM.

Quando licitè, vel illicitè transfertur Episcopus ex vna ad alteram Ecclesiam.

SVMMA.

Absq. iusta causa Pontifex ex vna ad alteram Ecclesiam Episcopum trãsferre simpliciter nõ potest. n. 1.

Eadem se culpa obstringit, qui vel petens, vel acceptans translationem certò cognoscat aõsquè iusta causa concedi. n. 2.

De potentia ordinaria neq. licitè, neq. validè potest Papa, absq. iusta causa, ex vna in alteram Ecclesiam Episcopum transferre. n. 3.

Episcopus de plenitudine potestatis, atq. absoluta Papæ potentia sine causa iusta translatus ad alteram Ecclesiam suas exercens functiones minimè peccat. n. 4.

1 ASsertio prima, Sũmus Pontifex graui tenetur obligatione ex vna non trãsferre ad alterã Ecclesiam Antistitem absque causa iusta secũdum allatam doctrinam. Hanc conclusionem necessaria deduco sequela ex certa, quam amplexi sumus sententia *lib. 5. disput. 3. cap. 6. n. 8.* hoc videlicet argumento non potest Papa in iure humano Pontificio licitè dispensare absq. iusta causa; sed hæc de translatione lex est canonica tot, ac tantis sancita decretis, nè absq. iusta causa fiat, vt vidimus; ergo, &c. Huius autèm fundamentalis *rationis maior* propositio loco citato ex auctoritate grauissimorum Theologorum vtriusq. iuris peritorũ, ac perspicuis probata est argumentis, atq. eo arctiùs concludit; quo Præsulum translatio solutionem inuoluit nexus coniugij spiritualis inter singulos Episcopos, & Ecclesias, ex quo Sacri Canones difficultatem colligunt solutionis, vti sæpè dictum est. Hic itaq. nodus adeò insolubilis est, vt à nonnullis primæ notæ Doctoribus prorsus indissolubilis iure etiam diuino asseratur, ideòq. dictus Deo tantum reseruatus *cap. inter corporalia de translat.* quemadmodum tradidimus *tomo 1. lib. 1. disp. 1. cap. 4. nu. 3.* & à Summo Pontifice non dispensante, sed declarante voluntatem Domini tolli valens, vt scribit *Bellarminus cit. cap. 4. num. 7.* ab alijs verò, quibus accessimus *loco citato nu. 10.* tametsi habeatur hæc indissolubilitas iuris esse canonici; adeò tamèn asseritur dispensatu difficilis, vt auctoritate, sola censeatur Dei solui posse, quam & sibi reseruauit, & per speciale priuilegium, commissionemq. suo tantum Vicario concessit non alitèr executioni mandandã, quã ex vrgẽtissima causa; vt vberiùs *loco 1. tom. laudato prosequuti sumus n. 27.* Quãobrẽ in dis-

Digitized by Google

dispensationibus aliarum Ecclesiasticarum legum, licet ab extrinseco probabilem sententiam duxerimus dicentem, posse Pontificem in eis dispensare absq. causa; in hac tamèn magni quidem momenti, quã tanti, & meritò faciunt Sacri Canones, non adeò facili negotio id auderem asserere, cum neq. in specie auctorem excusantem hactenus legerim.

Demùm grauem commissurum culpam Papam patet ex grauitate materię, fine legis, atq. ex absurdis super indicatis, quæ ex contrario sequerentur iuxta doctrinam, quam *lib. 5. disp. 3. c. 6. n. 11.* exarauimus.

2 Assertio secunda, eadem se culpa inficiet, vel Petens, vel Acceptãs translationem, quam certò cognoscit absq. iusta causa concedi. Probatur ex communi sententia de petente, vel acceptante dispensationem in iure Pontificio absq. causa à nobis abundè declarata in loco mox citato *n. 12.* Adde, quod Papa beneficiorum, atq. Ecclesiarum dispensator est quemadmodum sæpè *lib. 5.* demonstrauimus; qui quidem pro suo arbitratu nequit de beneficijs disponere, sed iuxta ipsorum naturam, & rationabilem Sacrorum Canonum dispositionem, in qua fine iusta causa licitè dispensare non potest. Confirmatur à paritate tùm eius, qui plura obtinuit beneficia per dispensationem absq. iusta causa, quem in conscientia cutum non esse docet consensus Theologorũ, *D. Thomas, quodlib. 9. art. 15. Maior. in 4. dist. 24. q. 3. Adrianus in 4. quæst. de pluralitate præbendarum incipiente, quia in præmissis, Caietanus summ. verbo benefic. multiplicatio, Sotus libr. 3. de iust. quæst. 6. art. 3. Toletus lib. 5. Summ. cap. 61. Less. libr. 2. de inst. & iur. cap. 34. dub. 28. nu. 151.* Necnon *Canonistæ apud Garziam de benef. part. 11. cap. 5. d num. 182.* Patet etiam à paritate illius, qui dignus cum fit, digniorem præuertit, de quo nos *superiori lib. disput. 5. ac deinceps* egimus.

3 Assertio tertia, de potentia ordinaria neq. licitè, neq. validè potest Papa absq. causa vnũ Episcopum ex vna in alteram Ecclesiam transferre; potest tamèn validè de plenitudine potestatis absolutę. Prima pars nostræ conclusionis est Auctorum omnium, quibus subscripsimus *lib. 5. disp. 3. cap. 6. num. 13.* asserentium, non posse Papam, neq. licitè vt dictum est, neq. validè de ordinaria potestate dispensare in iure canonico absq. rationabili causa, & eisdem ibi allatis probatur rationibus. Secunda pars ex Auctoribus, & rationum momentis constat, quibus loco laudato *num. 14. & 15.* probauimus, posse Papam validè in legibus dispensare conanicis etiam absq. causa; & confirmatur ex varijs absurdis, quæ aliàs sequerentur tùm in cęteris rebus, tum maximè in re nostra, ex contraria sententia, quæ quidèm coincidunt, cùm à nobis *superiori lib. disp. 10. cap. 1.* relatis, ad quem locum meum remitto Lectorem; quem admonitum hic volo, hanc assertionem eo certiorem esse, quo solutio nõdi cõiugalis inter Episcopum, atq. Ecclesiam primam, ex qua translatio facienda est ad secundam, ità à Summo Pontifice fit, vt dicatur de potentia absoluta, eiusq. plenitudine fieri, non modo, quia validè, vt paulò ante dixi etiam absq. causa præstare potest; verũ etiam & quia ex causa fit non solita, & passim in vsu seruata, petitq. vrgentissimam rationem, vt tradidimus *lib. 1. disp. 1. cap. 4. num. 5.* & quia ex speciali concessione facta Papę hic nodus solui potest *per cap. inter corporalia sæpè citatum*, & locis allegatis perpensum.

4 Assertio quarta, Episcopus functiones exercens Episcopales in Ecclesia; ad quam translatus est de potentia absoluta, absq. iusta causa, non peccat. Hanc deduco conclusionem ex generali doctrina *libr. 5. disp. 3. sæpè citata cap. 6. num. 5.* de subdito vtente dispensatione in iure positiuo concessa à Principe sine causa. Et quidèm licet peccauerit Episcopus, vel petens, vel primò acceptans hanc translationem, vt *assert. 2.* probauimus; non tamèn in vsu suæ iurisdictionis peccabit, cum lex illum prohibens per validam dispensationem respectu ipsius veluti inadæquatè se habentem expuncta sit, eiq. obligatio sublata, vt ibidem ex multis docui Auctoribus. Dixi de potentia absoluta translatis; nam in loco sæpè citato *5. lib. 2 num. 16.* indicaui, ni hac vtatur potentia Pontifex, quæ per clausulam de plenitudine potestatis, vel similem, satis declaratur neq. licitè, neque validè in hac spiritualis coniugij lege specialiori nomine, quam in cęteris etiam canonibus dispensare potest. Qua ęc potestatis plenitudine Principẽ minimè, dispẽsare puto, ni iàm dictis clausulis eam exprimat, alioquin præsumendus esset ordinaria potestate vti, quemadmodum *n. 19.* citati loci prosequuti sumus.

DISPVTATIO DVODECIMA.

De Promotione Eminentissimorum Cardinalium in Episcopos.

EA est quæstionis inscriptæ dignitas, ea vtilitas, & summa, ni mea me fallat opinio, Christianæ Reipublicæ necessitas, vt ingenioli mei optatem vires, desiderio pares eam luculenter tractandi. Itaq. si non prò votis, prò viribus saltèm quatuor præcipua declaranda sunt. Primum, an postulandi, vel eligendi sint Eminentissimi ad Episcopatus. Secundum si postulandi, qua ex causa postulationi summus poterit assentiri Pontifex. Tertium an huiusmodi dispensationes expediant. Quartùm, an Cardinalis insula insignitus Vrbi, an suę Ecclesiæ interesse teneatur.

CAPVT PRIMVM:

Nùm Eminentissimi Cardinales postulandi, vel in Episcopos eligendi sint.

SVMMA.

Prima sententia Cardinalem asserit eligendum, non autèm postulandum in Episcopum. n. 1.
Secũda sententia posse Præsulatum ait dari Cardinalitatequam administratori, non autèm in titulum. n. 2.
Tertia sententia postulandum in Episcopum esse Cardinalem docet. n. 3.
Puncta disputanda. n. 4.
Non loquimur hic de sex Episcopatibus, qui Cardinalatibus annexi sunt antiquioribus. n. 5.
Quidquid sit de Cardinalibus, iuris certè diuini est, vt Papa habeat Episcopos, Presbyteros, ac ministros, ex quibus Hierarchia constat Ecclesiastica. n. 6.
Cardinalatus, vt Cardinalatus iuris est Pontificij. n. 7.
Collegium cunctorum etiam Cardinalium iuris est etiam Pontificij. n. 8.
Maximi faciendum est Eminentissimorum Collegium Cardinalium. n. 9.
Cardinalis in Episcopum non eligendus, sed postulandus. n. 10.
Verborum proprietas non est deserenda, cum cõstet de mente Legislatoris. n. 11.
Proprietas verborum semper seruanda est contraria cessante consuetudine. n. 12.
Ad exigentiam proprietatis verborum licet in materia odiosa lata etiam interpretatio habẽda est. n. 13.
Quando proprietas verbi seruanda non sit. num. 14.
Quando verbum respectu membri vnius propriè, ac respectu alterius impropriè accipi possit. num. 15.
A nominis etimologia Cardinalium, eos Romæ, Summo Pontifici, rebusq. Ecclesiæ vniuersalibus assistere debere non inconcinnè deducitur. num. 16.
Si à titulis Cardinalibus Cardinales dicantur; ex hoc non sunt ad Episcopatus eligendi. num. 17.
Multa licent Cardinalibus quæ videntur propria Præsulum esse. n. 18.
Prærogatiuæ Cardinalium eos non eligendos, sed postulandos esse demonstrant. n. 19.
Qua ratione Stellæ fixæ dicantur, quibus cum Cardinales conferuntur. n. 20.
De iure Cardinales residere tenentur in Vrbe. num. 21.
Vacare censetur beneficium curatum, vel dignitas alia minor per promotionem ad Cardinalatum. n. 22.
Non potest Cardinalis beneficium residentiam expetens acceptare in titulum. n. 23.
Distinctio trium ordinum Cardinalium arguit, eos non esse in Episcopos eligendos. n. 24.

1 QVidam apud *Panormitanum cap. bonæ memoriæ il. de postulat.* docuere, Dominos Cardinales eligendos, potiùs esse in Præsules, quam postulandos ducẽ, quòd in eis cesset ratio vinculi spiritualis, quo vnius Ecclesiæ Antistes penèa dicta Superioris disputationis obligatur, nè ad alteram transire possit, neq. à textu *cap. bonæ memoriæ* ait retrahuntur, quippè qui ab his Auctoribus exponitur, vt non propriè sit vsus verbo postulandi, cùm de Cardinali in Episcopum promouendo sermonem habet, cùm idem verbum propriè ibidem vsurpatur ad Episcopum vnius Ecclesiæ ad alteri transferendum.

Secunda sententia, posse quidèm asserit Cardinali Episcopatum dari, verùm tanquam perpetuo administratori, non autèm in titulũ; cuius opinionis fuisse *Hostiensem*, *Ioannem Andream Butrium in cap. Ecclesia vestra postrevore de elect. Martinum Laudensem, Mamphedũ & Conradum* tradit *Marcus Antonius Cuccus instit. Maiorum. lib. 2. tit. 4. n. 121. ad finem.*

3 Tertia demùm sententia docet postulandos esse Dominos Cardinales in Episcopos, nisi Presbyteri fuerint, siuè ex sex ét Episcopis,

4 Mi-

Digitized by Google

4 Mihi verò cum compertum sit magnum Ecclesiæ Catholicæ, Christianeq. Reipublicæ detrimentum esse posse absentiam Eminentissimorum Cardinalium ab Vrbe, Romanaquè Curia, hæc vltima semper placuit sententia; ad quam breui exponenda est princeps proposita quæstio, nùm postulandi, vel eligendi sint Eminentissimi in Episcopos, ad cuius dilucidationem.

5 Notandum est primò nos minimè loqui de sex Episcopis Hostiensi, Portuensi Præneстino, Tusculano, Sabinensi, atq. Albanensi, qui quidem Cardinalatibus annexi sunt antiquioribus, in quibus ratio cessat difficultatis: dum enim adsunt Vrbi sex hi Cardinales, adesse profectò censentur suis Ecclesijs; quippè quæ vti suburbia Romæ habentur; suntq. suffraganei Papæ, quemadmodum prosequuti sumus *lib. 1. disp. 1. c. 2. nu. 6.* atq. è Theologis docet *Sotus lib. 10. de iust. q. 3. art. vlt.* expendens causas excusantes à residentia Præsules; quibus addo constitutionem Sanctissimi Domini Vrbani Papæ VIII. 27. *alias 137. cuius initium Sancta Synodus.* ex qua vix residentiam requiri ad hos Episcopatus deduci videtur, vt ibi §. 17.

6 Notandum secundò; nonnullos esse Auctores asserentes iuris quidèm diuini esse, ordinem, institutionemq. Eminentissimorum Cardinalium, de qua quæstione ex instituto disputat *Cardinalis Albanus lib. de Cardinalib. q. 5.* quam sententiam amplectitur *Abbas cap. per venerabilem, qui filij sunt legitimi*, quem Canonistæ plerumq. sequuntur, & è Theologis D. *Antoninus 3. par. tit. 21. c. 1. & 2. Turrecremata in summ. lib. 1. c. 80. & 83. & in cap. quamquam 2. q. 7. n. 2. And. Barbatius in tract. de præstantia Cardinalium q. 1. apud quos alij.*

Notādū insuper quā plures præsertim Theologos cū *Sot. in 3. dist. 24. q. 2. a. 4. ac de iust. lib. 3. q. 6. art. 3. & 4. casu quarta assertionis* in contrariam, & meritò ab ire sententiā, quibus fauet *D. Bernardus de consideratione ad Eugenium, et hi*, inquit, *quos tu non elegisti, sed ipse te, potestatem non habent, nisi quam tu eis, aut tribueris, aut permiseris, tibi imputa quicquid patieris ab eo, qui sine te potest facere nihil.*

Addè ad rem nostram facere illud censeo consensu Doctorum exploratum esse iure quidem diuino constare, vt Papa Christi Vicarius habeat Episcopos. Præsbyteros, & Ministros adiutores, ex quibus Ecclesiastica conflet Hierarchia, diuina sanè ordinatione instituta, vt *Concilium* testatur *Tridentinum sess. 23. can. 6. Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Præsbyteris, & Ministris, anathema sit.* Inter hos autem Papæ coadiutores Eminentissimos esse Cardinales nullus est, qui ambigat, quorum Collegium Senatus meritò dicitur à capitulo Ecclesia habet *16. q. 1. & 2. cap. In nomine Domini dist. 23.* vnū corpus asseruntur esse cum Pontifice; quorum institutio adumbrata, atq. instar est Sacerdotum Leuitici, auctore *Innocentio III. P. M. in cap. Per venerabilem, qui filij sint legitimi*, ibi. *Sunt autem Sacerdotes Leuitici generis, fratres nostri, qui nobis iure Leuitico (ex cap. 17. Dent.) in exequutionem Sacerdotalis officij coadintores existunt.* Vbi rectè *Abbas adde in cap. ex gestis col. 1. de clerico non residente. Speculatorem in. tit. de legit. §. sequitur in principio, And. Barbatium in tract. de præst. Cardinalium 1. part. q. 1. à n. 33. Cuccum inst. maior. lib. 2. tit. 4. n. 3.* ex quibus manifesta conficitur sequela iuris quidem diuini esse in Ecclesia Episcopos esse, Præsbyteros, ac Ministros, vt nos *lib. 1. disp. 2. cap. 4. nu. 26.* scripsimus. His autèm Eminentisfimos accedere Cardinales cuiuscumq. ordinis iuris est se Pontificij, cum nullibi legatur, Cardinales,

7 vt Cardinales à Christo Domino institutos fuisse; Quamobrem, quod ipsum esse Cardinalitium addit Episcopatus, Præsbyteratus, ac Ministrorum ordinationi quantum est à Romano manauit Pontifice, iurisq. est Pontificij, vt probè indicat *Azorius inst. moral. par. 2. lib. 4. cap. 1. q. 3.* Quo circa non modo dictum hoc volo de singulis Eminentisfimis, verum de integro etiam eorum Collegio, quod pœnes prærogatiuas omnes, officia, & munera à Summo pendet Pontifice, à quo, & illa promanarunt, vt ex *Bernardo indicauimus sup.* & alij poterant administri, coadiutoresq. destinare. Atq.

8 ex his reici potest *Cuccus cit. nu. 42. & 124.* cōtrarium indicans.

9 Summi tamèn momenti hanc esse institutionem canonicam Collegij Eminentisfimorū nullus est, qui non videat, & ostenditur *cap. fundamenta de elect. in 6.* ibi. *Decet namq. ipsi Romano Pontifici per fratres suos Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, (qui sibi in exequutione officij Sacerdotalis coadiutores assistunt) libera prouenire consilia.* Hinc à D. Bernardo Laudato seniores, & Orbis Iudices meritò dicuntur, quæ omnia ex adducendis assertionibus clariora fient. Quibus in hunc modum, vt certis constitutis, quæ fusè ab alijs disputata sunt, ac liberè, ea mox articulatim, distinctè q. dicenda sunt, vt bonum agamus Patrem familias, maiorumq. hæreditatem ad posteros non sine compendio transmittamus, quem *n. 4.* super indicauimus ordinem seruantes.

10 Assertio prima. Eminentisfimus Cardinalis in Episcopum non eligendus, sed postulandus est. Videtur conclusio expressa *in cap. bonæ memoriæ il primo de postul.* ibi. *Quidam vestrum Sanctia Praxedis Præsbyterum Cardinalem. Quidam verò Imolensem Episcopum postulauerunt.* Neq. satisfacies, si cum Auctoribus primę

11 sententiæ huic occurreris textui, asseras verbum, *postulauerunt*, quoad Cardinalem impropriè sumi, propriè verò quoad Episcopum, quoniam verborum proprietatem non esse deserendam tradidimus *lib. 3. disp. 4. c. 4. nu. 21.* idq. hic absq. ratione prorsus fieret. Deindè, quo, quęso, pacto à proprietate verbi postulo discedendum est; cùm de mente constet esse legislatoris, quando videlicet nefas id esse scripsimus *lib. 3. disp. 8. cap. vlt. n. 23.* atq. constat ex *cap. de intelligentia; de verb. signific.* mens autèm Trāslatoris nobis quidèm aperitur manifestè per ea; *Vndè non immeritò præferentes spirituali vtilitati communem, & minori maiorem.*

præ-

Digitized by Google

Cur Diaconus] vnius Ecclesiæ in electionem sui ad alterius Episcopatum potest consentire, sine licentia, sine qua tamen non potest trãsire. n. 7.
Cur Diaconus non expectata Superioris licentia, ad statum Religiosum potest se conferre, secùs verò ad Episcopatum. n. 8.
Non potest Præsul Diacono electo, & confirmato valide negare licentiam absq. graui causa Episcopatum adeundi, ad quem est electus. n. 9.
Cogendus esset à Papa Præsul, Diacono electo ad Episcopatum alterius Ecclesiæ denegans facultatem transeundi. n. 10.
Pater ex causa cogi potest ad emancipandum filium. n. 11.
Non à Capitulo, neque à visitatore potest hæc facultas fieri ad alienam transeundi Ecclesiã. n. 12.
Episcopus electus, seù confirmatus, seù consecratus non est eligendus, sed postulandus ad alteram Ecclesiam etiam vltra montes. n. 14.
Episcopus ad vnam Ecclesiam electus, & confirmatus non potest ad aliam transire, vel consentire in alterius electionem absq. facultate Summi Pontificis. n. 13.
Qui proprio Præsulatui iusta de causa renunciauit, ad alterum eligi potest, nec postulari: secùs si propter demeritum aliquo pacto è loco ceciderit. n. 15.
Præsul, de quo dubitatur, num iusta de causa spontè, vel ex delicto cesserit Ecclesiæ, ad alteram poterit eligi. n. 16.
Nemo, vel peccator, vel malus esse præsumitur, vt neq. delictum præsumendum est. n. 17.
Consilium, quod potest esse bonum, & malum, præsumendum est bonum. n. 18.
Potest Episcopus, qui ad Religiosam vitam se contulit alia causa, quam ob voluntarium delictum, vel ad eundem Episcopatum, vel ad alteram eligi. n. 19.
Præsul ab hostibus expulsus, ad alteram Ecclesiam postulari, non eligi poterit. n. 20.
Episcopus merè titularis eligi potest ad aliquam Ecclesiam. n. 21.
Archiepiscopus, qui de licentia Papæ cessit, potest eligi in Episcopum. n. 22.
Postulatio de Præsule vnius Ecclesiæ ad alterã regendam apud solum Papam fieri potest. n. 23.
Pœnæ contra transeuntes propria auctoritate ad alteram Ecclesiam, vel contra eligentes huiusmodi Præsules. n. 24.

CVm Ecclesijs Cathedralibus tribus sanè modis consuli soleat electione, postulatione, ac trãslatione: electione pro nostro instituto satis abũde declarata, operæ pretium nos facturos arbitramur, occasione data titulũ attingendi translationis, cum vna cũ postulatione non omittere.

2 Ad præsentis autem quæstionis dilucidationem notandum primo, eam agitari posse ad Præsulem tantum ad vnam Ecclesiam electum, nùm ad alteram, eligi, atq. auctoritate propria transire valeat, vel potiùs postulandus sit, tertio de illo, qui renunciauit Episcopatui: quarto de priuato, quinto quid intercedente dubio, num renunciauerit ob crimen, nec ne: sexto, quid de renunciante ob crimen: septimo de expulsione: octauo de Præsule merè titulari: nono de Archiepiscopo, qui ex licentia Papæ transit in Episcopi Sedem, an postulandus sit.

3 Quidam indissolubilem spiritualis matrimonij nexum spectantes in eam falsam abiere sententiam relatam in *cap. fuls 7. q. 1.* vt nequè Papæ facultatem esse senserint illum dissoluẽdi, neq. Episcopum ex vna in alteram Ecclesiã transferendi.

4 Ad cuius somnij delusionem dilucidandã, ac veritatem eruendam, suppono duas esse renunciationes: ex *cap. post translationem de renunciat.* suo loco infra Deo dante exponẽdas. Prima est dignitatis, Secunda ordinis. Et quidem loco cedere Præsulatus, eiusq. dignitati renunciare nullam habet difficultatem: at verò renunciatio Ordinis in eo sita videtur, vt licet Ordo, eiusquè caracter Episcopalis remaneat iuxta opinionem Canonistarum, vel Sacerdotalis iuxta Theologos, ab eius tamen exercitio, cui cedit, cadere censetur renuncians, ac propterea videtur illud deperditum ex *cap. quod quidam, vers. si fortè 2. q. 1. & cap. non liceat 12. q. 2. & cap. legitimus dist. 93. ac de elect. in 6. pronida*, de quibus opinionibus agentes de consecratione infra *libro octauo* disputabimus.

5 His in hunc modum statutis, Prima sit assertio, Præsul ad vnam electus Ecclesiam, etiã si in propriam consenserit electionem illius Ecclesiæ, poterit ad alteram eligi absq. dispensatione, hocnon ad eandem transire, ex presse habetur *cap. si electio de elect. alienã. Glossa verbo si electio*, ex quo textu *Panormitanus, & alij cap. cum in vnanimiter de postulat. num. 7.* & è Theologis post alios *Layman libr. 4. tract. 2. cap. 12. num. 8.* Ratio autem est, quod aut non consentit electus, & consensus defectu suum non fortitur effectum electio, aut si consensum præstiterit, reuocare sanè poterit, cuius reuocatione frustrabitur etiam electio, vt diximus *superiori lib. disputat. 10. cap. 1. à num. 11.* Poterunt igitur, dummodo fraus ob fuerit, vt citatus aduertit textus, Electores alterum denuò eligere, neque ita electus consensum non præstans, vel reuocans est cur ad alteram non possit eligi, & consentire Ecclesiam. Scio controuersiam inter Doctores esse, nùm electus post consensum præstitum possit electioni absq. facultate Superioris renunciare per ea, quæ Glossa citati textus affert uerbo renunciare; uerùm ante confirmationem ualere renunciationem quoad ipsum electum suppono cum eadem *Glossa ad finem loci citati*, & consequenter cum Ecclesiæ, ad quam destinatus antea fuerat alligatus non sit, cessat ratio, qua non posse ad alteram propria transire auctoritate nequè eligi, sed postulari, mox dicemus. Post confirmationem uerò quid sentiendum sit, sequens aperiet assertio.

6 As-

Digitized by Google

6 Assertio secunda. Nullus electus ad vnam Ecclesiam, & confirmatus, propria potest auctoritate ad alteram transire, liquet hæc assertio ex *canone 14. Apostolorum*, atq. *ex tit. de translat.* quo sancte, prudenterq. transitus prohibetur ab vna Ecclesia ad alteram ad varia ibi indicata cauenda absurda, quorum nonnulla indicabimus infra, *licet*, (ait *Innocent. cap. inter corporalia hoc titul. de transl.*) *vsq. ad tempora ista, quod cautum fuerat de Episcopis expressum non fuerat de electis; propter expressam tamen similitudinem, vel identitatem potius, nemini poterit videri dubium subtiliter intuenti, &c.* Et quamquã *cap. literas eod.* de Diacono vnius Ecclesiæ loquatur in Episcopum destinato alterius, ad cuius executionem desiderari dicitur proprij illius Episcopi licentia: quem etiam casum explicat *cap. fraternitatem dist. 61. adiuncta Glossa verbo licentia.* Verum à fortiori de Præsule confirmato, atq. electo probant hi textus, cum ratio matrimonialis vinculi arctiùs Episcopum absq. comparatione liget, quod ex infra dicendis clariùs constabit ex *Glossa cap. & si de postulat. verbo permissione.* Probatur hoc idem ex *Concilio Nycena relato per cap. nõ oportet 7. q. 1. ex Antiocheno præterea relato per cap. Episcopum 7. ead. q. 1. & alijs.* Demum vnicum à ratione petitum conclusionis affero fundamentum, vinculum videlicet spiritualis coniugij, cui ea est insolubilitas, quæ à solo Summo Pontifice, neq. de ordinaria, sed de absoluta potest solui potestate, vt vberiùs prosequuti sumus *1. tom. lib. & disp. 1. cap. 4.* & specialius *n. 26.*

7 Verùm antequam vlterius progrediar, obiter illud habeo de Diaconis adnotare, ex quo ad nostrum posset Episcopum argumentum desumi, & illud quidem traditum ab *Innoc. c. 1. num. 3. de postul.* rationem scilicet, cur possit absque facultate Præsulis Diaconus in sui electionem pro aliena Ecclesia consentire, cuius tamen omninò indiget pro executione, transituq. ad illam faciendo: quia deuinctam non habeat libertatem instar Religiosi hominis, cũ tamen personam huic Ecclesia addictam retineat.

8 Præterea rationem adnoto, cur non expectata licentia Præsulis, Diaconus valeat ad Religionis transire statum, sine qua tamen non possit Episcopatum adire *19. q. 2. c. 1.* cum versa vice potiùs res videatur prima fronte rationi magis consentanea: Siquidem gradus ad religionem ob priuatum fit bonum; ad Episcopatum autem ob commune, quod priuato præiudicat *cap. suas 7. q. 1. & 8. q. 1 in scripturis, & de postul. cap. Bonæ il primo.* Addo perfectiorem esse Præsulatus statum, vt nos *lib. 1. disp. 2.* prosequuti sumus. Verùm enim vero meritò per Sacros Canones dicimus esse Sanctum facultatem Præsulis expectandam esse ad legitimè Diaconi vnius Ecclesiæ transitum ad Episcopatum alterius; non autem ad institutum Religiosæ vitæ ineundum, quòd hoc dejectionis sit, humilitatis, paupertatis, atq. obedientiæ, vacans occasione ambitionis, cæterarumq. rerũ, quæ animum à diuinis auocare possunt, nihilq. habeat, ob præsumatur ambiri: Status aũt Episcopalis quidè Religioso perfectior, at vel ob dignitatẽ, vel ob facultates, ac diuinas, et annexas, vel ob alias rationes patet ambitioni, quæ in Diaconi præsumeretur destinatione, si adhuc Episcopi non expectata licentia in gerere videretur, cum ad tantum onus, etiam Angelicis humeris formidandum trahi potiùs deberet *8. q. 1.* sciendum, quæ omnia vberiùs agitauimus *lib. 4. disp 1. à c. 2.*

9 Iterùm esto videatur posse ab Episcopo facultas denegari, quoniam nemo cogitur emãcipare filium, vt *Instit. qui mo. ius pa. po. sol. §. vltimo*, at malè sanè faceret, si absquè iustissima
10 causa negaret *7. q. 1. omnis qui*; Et per Superiorem cogi profectò posset argumento, *cap. nullus de iure patr. & q. 9. 3. cap. nunc*, atquè ex his, quæ loco laudato *1. tom. d c. 3.* de Religioso etiam diximus magis confirmari poterit. Non ignoro *cap. literas 63.* indicare cogi non posse Præsulem ad id, vt significare etiam videtur *cap. dilectionis dist. 76. & cap. Florentinũ dist. 85.* hoc tamen intelligendum iusta causa vrgente ad hanc facultatem denegandam, vt probè *Turrecremata ibi n. 3.* Superior autem à quo cogendus ad facultatem faciendam est Summus Pontifex *9. q. 3.* nunc vero, vt neq. à Metropolitano possit quemadmodum prosequitur *cit. Turrecremata.*

11 Adde Patrem ex causa cogi posse ad filium emancipandum, vt *loc. cit. Dynus, et Bartol. in l. quidam cum filium, ff. de verb. oblig.*

12 Demùm hæc Diacono facultas à Capitulo Ecclesia vacante, fieri minimè potest, quia quedam alienatio est, quæ quidem absq; speciali Præsulis consensu fieri nequit. Sic *Glossa cap. fraternitatem dist. 71.* vbi *verbo licentiam*, ibiq. *Turrecremata n. 1.* qui etiam hanc facultatem cum Glossa visitatori negat, & probabiliter Archiepiscopo, vel Metropolitano. Verùm nimis multa de Diacono, alijsq. aliarum Ecclesiarum Clericis, de quibus etiam agit *cap. eos 7. quæst. 1. et cap. si quis Præsbyter de renuncian.* nunc ad rem nostram de Præsule reuertamur.

13 Assertio tertia, Episcopus electus, & confirmatus pro vna Ecclesia non modo transire nõ valet ad alteram absq. faaultate Summi Pontificis, sed neq. in sui electionem, nominationem, vel destinationem consentire. Hæc est assertio communis, quam tamen *Glossa cap. etsi de postul. verbo permissione* rectè non probat, etenim neq. valet hæc ratiocinandi ratio, non potest, quis consentire, ergo nec eligi: neq. cõtra non potest eligi, ergò neq. consentire; nam Religiosus cum non possit consentire, potest profecto eligi in Episcopum *cap. quorumdam de elect. et cap. si nullus eod. in 6.* vt nos *libr. 4.* prosequuti sumus. Diaconus præterea vnius Ecclesiæ, potest quidem consentire in Præsulem alterius optatus non tamen eligi, *cap. literas de translat. adiuncta Glossa verbo vi & cap. fraternitatem 71. supra cit. cap. Ofius 62. et Gloss. ad Gratianum* ibi *verbo aliud est*, et *§. ipsius Gratian.* quamuis sciam contrarium doceri ab *Abbate in cap. & si vnanimiter de postulat. in 2.*

Digitized by Google

reg.n.8.ex cap.si Abbatem de elect.lib.6.et cap. cum inter, & cap.Dudum ii primo eodem.Turrecremata cap.Quia paulò ante citatus n.8. necnò *in cap.literas etiam citatus*: Verùm hos omnes etiam aliquo pacto postulandos esse à suis Superioribus concedunt hi Auctores, vt ibi Abbas; quia nimirũ, siue Diaconus, siue Religiosus, tametsi possint eligi neq. sollemnis indigeant postulationis, qua à Superiore submissè petantur, à quo cum aliquo eorum impedimento, ex quo propriè eligi non possunt, dispensari queat; opus tamen eis est altera postulatione non solemni, qua petantur ab eò, cui ille, qui petitur sit subiectus, vel ad consentiendum, atq. adeundam Ecclesiam, vt Religiosus, vel ad Ecclesiam adeundam tantum, vt Diaconus, vel Clericus vnius Ecclesiæ ad alteram, vt probè *Immol.cap.post translationem de renunciat. n.9.* ex textu itaq. desumenda ratio est *cap. etsi de postul.* quia nimirum Ecclesiæ propriæ alligatus iam est Episcopus electus, & confirmatus, neq. expeditam habet voluntatem non modo in executione transeundi ex illa propria in alteram; verum nec etiam consentiendi; cum per proprium consensum aliud cum prima Ecclesia spirituale censeatur iniisse coniugium. Confirmatur *ex cap. inter corporalia de transl.* ex quo manifestè constat, consecrationem nihil maioris addere firmitatis, ac roboris matrimonio inito iam per electionem, consensum, atq. confirmationem per ea. *Vnde cum non sit maius vinculum Episcopi ad Ecclesiam, quàm electi, maximè cum fuerit confirmatus, imò idem penitus, & non aliud, idem iuris obtinet in vtroq.* sed indubitatum est, Episcopum consecratum vnius Ecclesiæ non posse in alteram consentire; ergo idem dicendum est de electo, & confirmato, sicut de eo, qui vnam duxerit vxorem, in alterius matrimonium consentire nequit, etiam si de matrimonio rato sit sermo.

14 Assertio quarta Episcopus, siue electus, & confirmatus, siue consecratus vnius Ecclesiæ, non eligendus, sed postulandus est ad alterã: Est omnibus explorata conclusio per *cap. post translat.de renunc.* nisi cum pridem eodem in fine: inter corporalia de translatione, & per *cap.etsi vnanimiter de postulat. dist. 63. literas 71. fraternitatem*, quæ à fortiori probant, vt cõclusione secunda subindicauimus, omnesque docent Scriptores Sacrorumque Expositores Canonum. Manifestò præterea sequitur *ex c.1. huius disp.* atq. ex super assertis conclusionibus, cum enim propria auctoritate non possit Antistes consentire alteri destinatus Ecclesiæ; nedum ad illam transire, vinculumq. contraxerit cum ea prima Ecclesia sola Summi Pontificis absoluta potestate dissolubili, impeditur profectò, nè possit eligi, non autem postulari. Denique, hanc assertionem locum etiam habere in Ecclesijs vltra montes notant *Ioannes Andreas, & alij apud Abbatem, cap. quanto de transl.n.15.*

15 Assertio quinta, Episcopus, qui proprio Præsulatui ex se iusta de causa renunciauit, potest eligi ad alterum, neq. postulandus, sic *Abbas cap. & si vnanimiter de postulat.num. 7. & cap. post translat.de renunc.* non contradicit *Ioannes in citat.cap.post translat.* super Glossam secundam à contrario sensu textus, *cap. & si vnanimiter de postulat.* vt mox dicam, *Imola ibidem num.2.* Ratio est, quia cessat ratio, qua superiori conclusione confecimus, non posse Præsulem electum, confirmatum, vel consecratum eligi, non enim est certæ Ecclesiæ defunctus, qui se Præsulatu abdicauit: habetur enim veluti ciuiliter mortuus ille, qui qua potiebatur antea Ecclesiæ, missum dedit. Quamobrem solutus omnino priori censetur vinculo: & licet maior videatur causa illum postulandi, qui non solum loco, sed ordini etiam Episcopatus renunciauit, cum ratio solutionis vinculi coniugalis in vtroq. permaneat, non est cur conclusionem coarctemus, vt neq. ab Auctoribus inuenio practicatum. Dixi ex se atq. iustis de causis, quarum nonnullæ *d Capitulo post translationem de renunciatione* enumerantur, atq. à Doctoribus ibi perpenduntur: nàm si non renunciauisset aliquis ob aliquam virtutem, sed ob demeritũ priuatus fuisset, eligi profectò non posset, vt probat *Zaccarias in additionib. ad Abbatem cap. si vnanimiter de postulat. litera G.* posset itaq. tunc postulari, aliis concurrentibus super indicatis, tùm in definitione postulationis, tum in explicatione regulæ ad eos dignoscendos, qui postulandi sunt. Ratio autem disparitatis inter Renunciantem, & Priuatum, est, quòd priuatio ignominiam importat facti, atq. inhonestatem, vt loquitur *Baldus cap.1. de renunciat. & notat, ff. de manu test. l. testam. centurio*; at cessio honesta quidem est, *ff. de infam. l.2. §. ignominia*, quod si causa, ob quas primo quispiam Episcopatui renunciauerit, ità perseuerant, vt non minus obstare videatur primo, quam secundo, ad quem desideratur Episcopatum, cum potiùs postulandum indicauerim: etenim cum illæ graues esse debeant, atq. rationabiles, si aptæ ad vinculũ soluendum cũ prima Ecclesia habitæ sint aptæ, aptę et ne dicam aptiores, profectò intercedere debent ad impediendum, nè iterum cùm altera contrahatur; non tamen inficior posse, nonnullas esse proportionatas ad vinculum soluendum cum illa prima Ecclesia, quæ non censebuntur ad contrahendum cum hac secunda, sic putarem, cum quis ob malitiam plebis primo cessit Episcopatui *ex cap. nisi cum pridem de renunciatione.*

16 Assertio sexta Præsul, qui renunciauit absolutè loco, & non ordini, etiamsi dubitetur, an ob iustam, & rationabilem causam sponte se abdicauerit, vel ob delictum, eligendus est; secus si renunciauerit etiam ordini. Hæc assertio est *Abbatis citati, Immola ibidem num.18.* & per partes probanda; & primùm ex *textu post translat.de renunciat.* vbi cùm incertum esset Papæ, nùm Antistes olim Satnatensis iniecerit monasticam vitam ob delictum, vel ob aliam causam ex ibi relatis à Pontifice, hæc habet. *Quamquam eligi possit, præsertim si locum tantum, & non ordinem resignauit*; ergo si resignauit locum, præsumptio est, non ex delicto

&o adijsse Monasterium,quando per Concilium Constantinopolitanum non licuisset, nec postulationi de eo habitę assentiri, nèdum eligi,
17 vt ibi prosequitur *citatus textus*. Secundo, quòd in dubio delictum non præsumitur, vt omnibus exploratum est, ac rectè prosequitur *Romanus cons.*354. & hic dũ de Præsule disputatur maximè locum habet:etenim nemo præsumitur deliquisse, cùm peccare viri boni non sit ex textu *legis meritò, ff.pro socio, Vlpian.in l.item apud Iabienem, §.si communem, ff. de iniur.*

18 Hinc consilium,quod potest esse bonum, & malum,præsumendum est bonum ex *Baldo in l.primam num.*13.*C.de seru.fug.Iasone ibidem, Alciato de præsumptionib.reg.*3.*præsumpt.*1.*nn.*1.probatq. eruditè hoc idem *Menoch.lib.*5.*præsumpt.*11.*à princip.* Est autèm hæc præsumptio vehementissima, vt ex *Flo.notat Imola cap.cit. post translat.de renunciat.num.*19.*& iuris,ac de iure, vt in allegato textu Hostiensis* habet, contra quam obiectio non admittitur in contrariũ *ex cap.is, qui de sponsalib.* Secunda pars probatur, quæ scribitur expressè à Panormitano *in cap.sæpè citat.post translat.de renunciat.num.*11 12.*& 14.*probatur inquam à contrario, nàm tunc vrgeret præsumptio, quod renunciauerit propter delictum, vt allegatus etiam indicat textus.

19 Assertio septima.Potest quidèm Episcopus, qui ad Religiosum trãsiuit institutum propter persecutionem,infirmitatem, defectum scientiæ,simoniam,ipso ignorante, commissam, vel aliam similem causam ad Episcopatum reassumi,vel eundem, vel alterum saltem, vt tradit *cap.post translat.modo citat.*§.*quamquam*, & explicant ibi Expositores, quibus accedit *D. Thomas* 2.2. *quæst.*185. *art.*4. *ad* 2. Verùm si propter delictum renunciauerit, vel loco, vel ordini,non poterit eligi,sed ad summum postulari,quæ tamen postulatio vix admittenda est. Patet conclusio ex *cit.textu,& ex cap.nisi cum pridèm de renunciat.& iuxta* D. *Thomam laudatum*,cùm agatur de delicto publico irregularitatem ad Episcopatum causante,de quo,& *Abbas citat.num.*11. & nos nimis multa disseruimus tàm *superior.lib.disputat.*6.*cap.*1.*num.*5. tùm 1.*tom.lib.*3.*disputat.*2.*cap.*3.quod dixerim spectata auctoritate Papæ supra Concilium ex se,ac seclusis impedimentis iure Diuino naturali,vti esset, si renunciauerit quispiam ob totalem scientiæ defectum iuxta dicta *tom.*1.*lib.*3.*disputat.*1.*& superior.libr disputat.*9. *cap.*3. *num.*9.*&* 10.*& iuxta cap. sunt quidam* 25.*q.*1. *& cap.nisi cùm pridem de renunciat.* traduntq. *Innocentius,& alij apud Abbatem allegatum num.*26.

20 Assertio octaua. Præsul ab hostibus expulsus ad alteram Ecclesiam non eligi, sed postulari potest. Deducitur *ex cap. Pastoralis* 7.*q.*1.*& cap nisi cùm pridèm de renunciat.ad finem*, docet *Vincentius cap.de translat. Io: Andreas,quẽ citat,ac sequitur Turrecremata in cap.Pastoralis.num.*4. Ratio autèm est, quod siue dicamus Episcopum ad secundam,ad quam postulatur, Ecclesiam transire sub conditione,in quam pura resolueretur institutio,siue ea ratione,vt iure postliminij deinceps reuertatur ad primam iam ab hostibus libertatam,vt statuitur in casu expresso *in cap. Pastoralis* 7. *quæst.* 1. *addita Glossa*;nonnulla,quæ videntur obstare, nequaquam obstant: quia vinculum cum prima Ecclesia solutum non est, quippè quæ non desinit esse sacer locus 1.*q.c.*1.quod quidã, & si viduatus,vt prosequitur *Glossa reuersurus*; igitur intercedit impedimentum, quo liber non sit tali Præsuli,volatus ad alteram Ecclesiam, vt sic loquar cum *cap. nisi cùm pridèm de renunc. & cap. sicut alius* 7.*q.*1.

21 Assertio nona,Episcopum nullius Ecclesiæ, ac merè titularem,de quo egimus *tomo*,*& lib.* 1.*disputat.*7.*cap.*4. eligi posse puto ad certam Ecclesiam:etenim vinculi expers est,cum nulli alteri deuinctus sit; onusque sit huic,vel illi Ecclesiæ se addicere,cui præesse legitimè iubebitur iuxta dicta *tomo* 1. *loco paulò antè citat.* & docet expressè *Panorm.cap.ad supplicationẽ de renunc.nu.*9.*ad finem ex Hostiensi*, subscribit etiam *Imol.ibid.n.*12.*& alij.*

22 Assertio decima, Archiepiscopus, qui de licentia Papæ cessit Archiepiscopatu ob aliquã causam ex supra relatis,poterit eligi ad Ecclesiam Episcopalem, sic Hostiensis, quem laudat,sequiturq. *Abbas in cap.ad supplicationem modo citat.num.*9.*Imola num.*12.*& in cap.cum ex illo de translat. num.*14. apud quem *Ioannes Andreas*, & ratio est, quod si quid obstaret, maximè *textus cap.*1.*de translat. per ea. Miramur, quod Lapaneu.electum in Tripolitanam Ecclesiam transtulisti,& noko quodam mutationis genere paruificasti maiorem, & magnum quodam modo minorasti, Episcopare Archiepiscopum, imò potius de archiepiscopare præsumens*; At his *textus* non obstat, quippè qui loquitur de Archiepiscopo Apamen electo, & confirmato,qui quidem,& *Archiepiscopalia, quantum ei licuit, ministraret*, vt ibidem habetur:at verò noster Archiepiscopus tempore, quo in Episcopum eligeretur, nullo potiretur Archiepiscopatu,essetq. simplex Episcopus, à quo non diferiminaretur ordine, nulli tamen addictus Ecclesiæ.Quamobrem non descenderet,quia,vt habet Hostiensis,esset dearchiepiscopatus per renunciationem,quemadmodum alijs *Imola* prosequitur *citatus*, neque obstat, quod obijciunt nonnulli,posse nimirum hoc in fraudem fieri;nam Papa,cuius tantum interest cessionem admittere Præsulatus, obuiam ire poterit huic absurdo causas cessionis inuestigans,vt *citatus* habet *Imola.*

23 Assertio vndecima, apud solum Papam postulandus est quicumq. Præsul ad alteram optatur Eccresiam, constat hæc assertio ex *titul. de translat.ac renunciat.*& patet ex insolubilitate vinculi spiritualis coniugij Præsulis cum Ecclesia.Ex qua assertione,atq. ex his,quæ cõclusione tertia diximus patet,propriè,Postulationem apud Summum Pontificem habendã esse;impropriè verò apud eos,quibus vel quoad personam,& munus, vel quoad arbitrium,

&

Digitized by Google

& consensum subiecti sui promouendi, vt de Religiosis diximus lib. 4. & videre est apud *Imol. in cap. etsi vnanimiter de postul. nu. 4. Turrecremata. cap. Osius dist. 63 n. 10.*

24 Pœnas expenderem per Sacros Canones indicatas tùm contra Præsules propria auctoritate transeuntes ex vna ad alteram Ecclesiam, tùm contra illos eligentes. Verum quia vix vsui hæ sunt, cum ferè nullus in Dei Ecclesia tantæ audaciæ detur casus, in qua propositiones, præsentationes, nominationes, Ecclesiarumq. prouisiones optimis sub formulis rectè, ritèq. Deo fauente, habentur, & quia sunt quidèm pœne potiùs ferendæ, satis, superq. à doctissimis Canonistis expositæ, præsertim *in cap. quanto de translat.* ad alia illustriora, ac longè vtilia, properante calamo, prætergrediuntur; breui tamen, qui eas indicatas scire cuperet, legat apud *Marc. Antonum Cuccum insit. maior. lib. 4. tit. 7.*

CAPVT SECVNDVM.

Nùm, & ex quibus causis expediat Episcopum vnius Ecclesiæ ad alteram transferre.

SVMMA.

Per se translatio Præsulis ex vna Ecclesia ad alteram non expedit. n. 1.

Ad alteram Ecclesiam neq. postulandus, neque Promouendus Episcopus, nisi ex vrgentissima causa. n. 2.

Causæ ex quibus translatio habēda esset, spectare debent ad bonum commune. n. 3.

Ex his causis cogi potest Episcopus, vt ex vna ad alteram transeat Ecclesiam. n. 4.

Ad necessitatem, vel manifestam Ecclesiarum vtilitatem iustitia reducenda est causarum. num. 5.

Dispensatio nunquam contra commune bonum esse debet. n. 6.

Præclarum monitum, seu consilium Eminentissimi Cardinalis Bellarmini Clementi VIII. expositum de rara Præsulum translatione. num. 7.

Quid nomine necessitatis, publicæq. vtilitatis intelligendum sit. n. 8.

QVàm Ecclesiæ Catholicæ perutilis, ne dicam necessaria propositę quæstionis explicatio futura sit, rationum momenta, quibus nostræ probandæ sunt assertiones ostendent.

1 Sit itaq. assertio prima. Per se non expedit vnius Ecclesiæ Præsulem ad alteram, vel postulare, vel promouere. Necessaria in primis deducitur sequela hæc assertio *ex Canone 14. Apostolorum*, atq. *ex coroll. 3. num. 4. cap. 6. disputat. 23. superior. lib.* vbi tùm à priori ratione indissolubilis vinculi à speciali tantum Summi Pontificis potestatę pendentis, vt etiā *cap. ex cap. scripsimus*, atq. à posteriori ex variis, quæ sequerentur absurdis è re Christianæ Reipublicæ, per se non esse translationem Episcoporum per Sacros Canones, vt sic prohibitam demonstrauimus. Confirmatur *ex cap. licet de translat.* vbi habetur Episcopatum coniugium esse post consecrationem consummatū; id autèm quamuis per omnimodam accipiendum nō esse proportionem, ac paritatem cum carnali *lib. 1. disputat. 1. cap. 4. num. 11.* docuerim; verum negari minimè potest maximum inuolui nodum Antistitem inter, & Ecclesiam eius sponsam, qui quidem ex se indissolubilis est secundum potentiam ordinariam, vt loco citato ex instituto disseruimus; ergò non expedire videtur, vt facili negotio dissoluatur. Secundo probatur ex pacto, quod inter Præsulem sponsum, atq. Ecclesiam ipsius Sponsam intercedere *lib. 1. cap. 4. citat. num. 11.* demonstrauimus, atq. *cap. nisi cum pridem de renunc. Is expremit, § verum si propter alias causas. Nō debes deserere sponsam tuam, cui desigendo manum apud extraneum te, fide media copulasti*: igitur ex se contra hoc pactum, eiusq. firmitatem per transitum ad alteram Ecclesiam agendum non est.

2 Assertio secunda. Ad alteram Ecclesiam postulandus, neq. promouendus est Episcopus alterius, nisi ex vrgentissima causa indicauimus *coroll. cit. 3. n. 4. cap. 7. disp. 11. superior. lib. necnon lib. 1. disp. 16. 4. ad nu. 27.* Nàm idcircò in Sacris Canonibus sæpissimè speciali nomine diuina dicitur auctoritate solui primum matrimonij spiritualis vinculum, Episcopum, transferri ex vna in alteram Ecclesiam. Hinc, inquit *cap. quantum de translat. Potestatem transferendi Pontifices sibi retinuit Dominus, & Magister, quod soli Beato Petro dicendo, Quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis, & per ipsum successoribus suis speciali priuilegio tribuit, & concessit.* Deindè si spiritualia coniugia faciliùs constituuntur, quàm destruantur, vt *cap. inter corporalia de transl.* scribitur, cum tot, tàtaq. desiderentur ad illa iuncta, vt ex integris tradidimus libris, facilè deduci poterit, quàm operosum negotium erit illa ipsa dissoluere. Demum solent ex hac, quam habet Pontifex, singulari potestate, deducere Doctores facultatem eiusdem Pontificis ad monialem, voto soluendam, vt scribit inter alios *Bald. in allegatum cap. inter corporalia n. 5.* Igitur sicut ad nodum arctissimum Religionis dissoluendū vrgentissimæ requiruntur causæ, adeo vt D. *Thomas 2. 2. q. 88. art. 2.* votum castitatis Religio-

Digitized by Google

gioſorum, neq. à Papa poſſe relaxari cum aliis docuerit, & quicquid de hac opinione ſit, quã minus probabilem iudico, illud ſanè compertum habeo ex vrgentiſſimis cauſis hoc Papæ faciendum eſſe; igitur ex eiſdem ferè tranſitus permittendus ex vna Eccleſia in alteram, imò cum ad illud præſtandum cauſa requiratur boni communis, vt eruditè ex multis probatur à *Sanchez lib. 8. de matrim. diſp. 8. nu. 8.* tùm, quia fit hæc diſpenſatio cum aliquo religioſi ſtatus detrimento; tùm quia aliàs ſæpiſſimè, ac paſſim huiusmodi concedendæ diſpenſationes eſſent; tùm quia frequentiùs religioſi tentationibus vexarentur, cauſasq; priuati boni obtenderent ad hanc ſolutionem impetrandam; ſed ſimiles in noſtro etiam caſu faciunt cauſæ, cum tranſlatio Præſulis, ex vna in alteram Eccleſiam, abſq; impedimento ſtabilitatis ſtatus Epiſcopalis, atquè indiſſolubilitatis perpetui coniugij ſpiritualis fieri non poſſit; & niſi vrgentiſſimæ deſiderarentur cauſæ, ſæpiùs quàm par eſſet concedendæ huiusmodi tranſlationes eſſent, ad quas aſpitantes Epiſcopi maximo, cum Eccleſiarum propriarum detrimento cauſas adornarent ſatis, ſuperquè frivolas, non ſine ſcandalo, atquè occaſione, qua linguacibus hæreticis præberetur blaterandi, atquè obtrectatoribus obloquendi. Demùm probatur, Spirituale coniugium Epiſcopi cum Eccleſia, matrimonio rato carnali ad minimũ cõparatur, vt patet ex ſæpè *cit. cap. inter corporalia*, cæteriſq; iuribus, tũ allegatis, tũ allegandis; at qui ſtabilis, adeoquè firmus eſt nexus matrimonij rati, vt vel à Papa diſſolui nõ poſſit quemadmodum docuere multi cum *Bonaventura in 4. diſt. 17. ar. 3. quæſt. 2. Scoto ibidem diſt. 31. q. 1. verbo 3. modo dici poteſt, Soto lib. 7. de iuſt. q. 2. ar. 5. ver. & licet peregrè; & in 4. diſtin. 27. q. 1. ac aliis*, quos citat *Sanchez lib. 2. de matrim. diſp. 14. nu. 1.* vel, vt alij, qui licet concedant hanc poteſtatem Papæ, nihilo tamèn minus irritam eſſe dicunt diſpenſationem, abſq; iuſta cauſa in matrimonio rato; lic. *Ancaranus conſ. 239. ad finem. Dec. conſ. 112. Conarr. 4. decretal. 2. p. cap. 7. §. 4. num. 13. Menochius de præſumptionib. lib. 2. præſumpt. 10. nu. 37. aliique quos ſequitur Sanchez lib. 2. de matrim. diſp. 4. nu. 6.* Omnes tamèn conſentiunt cauſas eſſe debere iuſtas, & graues; ergò hoc idem dicendum eſt in diſpenſatione coniugij ſpiritualis, quæ per tranſlationem habetur, eò potiori ratione, quod in *cap. inter corporalia, de tranſlat. fortius dicatur ſpirituale vinculum, quàm carnale.* Saltèm argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale propter hoc caput rectè inferri aduertunt *Innocentius cap. inter corporalia, nu. 2.* alijsquè Recentiores paſſim, atquè expreſſam hanc legimus ſimilitudinem, atquè inſolubilem ab alio, quàm à Sũmo Pontifice firmitatem in *cap. licet ſub initio, de tranſlat. & cap. ſicut 7. q. 1. & cap. ſicut alterius, eod.* Denique *vniuerſi tituli, de tranſlat. ac de renunciatione*, vbi ferè omnes in eos tractatus ſcribentes.

3 Aſſertio 3. cauſæ, ex quibus tranſlatio ritè concedenda eſt, ſpectantes eſſe debent ad bonum commune; probatur 1. *ex canone 14. Apoſtolorum*, paulò antè citato, vbi poſtquàm Epiſcopo non licere decretum ſit alteram Eccleſiam adire, niſi ſortè quis cum rationabili cauſa compellatur, tanquàm qui poſſit ibidem conſtitutus plus lucri conferre, & in cauſa religionis aliquid profectus proſpicere. Secundò à paritate relaxationis voti religioſæ caſtitatis, vel ordini ſacro annexæ, atquè diſpenſationis in matrimonio rato, præſertim in eorum ſententia, qui firmitatẽ vinculi ſpiritualis matrimonij inter Epiſcopum, & propriam Eccleſiam iuris diuini naturalis dicunt, à me *citati cap. 4. diſp. 1. lib. 1.* Præterea præcipuè habetur in *cap. mutationes 7. q. 1. Mutationes (inquit Anterius Papa) Epiſcoporum ſcitote communi vtilitate, atquè neceſſitate fieri licere*; quod multis maiorum exemplis firmat Sanctus Pontifex, Principis videlicet Apoſtolorum de Antiochia Romam, Euſebij ex Vercellina, vt explicat *Gloſ. verbo parua* ad Alexandrinam; Felicis ex Ciuitate, in qua ſacris initiatus erat ad Epheſinam, addo Gregorium Nazianzenum doctiſſimum ſanctiſſimumq; Epiſcopatu primò Saſimorũ, deindè Nazianzi demũ Præſulem Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ: Idem docet *Pelagius Papa II. cap. ſcias 7. quæſt. 1.* per ea. *Nam plurimorum vtilitas vnius vtilitati, aut voluntati præferenda, argum. cap. Dilectiſſimi 8. q. 2. & 16. quæſt. 1. nos autem*; cum bonum commune priuato præferendum ſit Prælati præſertim bono pẽnè temporali maioris nimirùm quieris, vtilitatis, vel conſolationis temporalis, vt cum *Turrecremata* loquar *cap. ſcias cit. nu. 3.* Demùm à priori probatur, quòd Epiſcopatus primario in bonum Reipublicæ Chriſtianæ, atq; Eccleſiarũ inſtituti ſũt; ergò huic primò conſulendũ, neq; hæc Eccleſia huic; neq; illa alteri dãda, niſi in bonũ eiusdẽ Eccleſiæ, & ſecũdario tantum in bonũ miniſtrorũ, cui fini Papa ſpicere tenetur, quo fundamento diximus *Superiori lib. diſp. 4. cap. 5. nu. 6.* duobus exiſtentibus beneficijs curatis, vt Epiſcopatus, quorum altero pinguius eſſet, atquè in hoc pinguiori minus induſtriæ, perſonaquè non adeò apta requiratur, quam in minus pingui hoc dandum digniori; primum autẽm locuples minus digno per ſe loquendo; ex quo neruus aſſertionis noſtræ magis patet; nàm ſicut in prima collatione Præſulatus primario communi Eccleſiarum bono conſulendum eſt; ſecũdario verò bono Candidatorum; ſic etiam in tranſlatione, quæ non ex cauſa tantum inuoluente bonum priuatum præſertim temporale, cui minus proſpiciendum eſt; ſed commune Eccleſiarum, tùm ex qua, tùm ad quam tranſlatio fit, profectò habenda eſt.

4 Hinc patet, non modo fas, eſſe, atquè decere trãſitum per eiusmodi cauſas, ex vna Sede in alteram; verùm etiam poſſe Papam licitè cogere quemcumquè Præſulem ad tranſlationem, ex propria in alteram Eccleſiam huiusmodi vrgentibus cauſis; qui quidem Antiſtes coactè mutaretur, vt habet *text. cap. ſcias citati*; poteſt enim hoc pacto cogi, vt de

renuen-

Digitized by Google

renuente fiat volens 23.q.5.*displicet*, & de*sin.*74. placuit, vel absolutè, vt infrà, & probè corollarium hoc confirmant dicta *lib.*5.*disp.* 3.*cap.*6.*à nu.*28. & *lib.*2.*disput.*3.*cap.*1.*nu.*15. & 16. fauent *Layman.lib.*4.*tract.*2.*cap.*15.*ad finem*, *Vgo apud Turrecrematam in cap.scias paulò ante cit.ex cap.cuncta.*11.& 2.9.q.3. & *in cap.omnis* 7.q.1.*adiu.Glos.*

5 Assertio 4.ad necessitatem, vel euidentem publicam, communemque vtilitatem Ecclesiarum iustitia, atq. urgentia causarum translationis reducēda est, quibus Papa dispensans prospicere tenetur. Deduco *ex cap.quanto de transl.Non enim homo(ait Innocentius III.)sed Deus separat, quos Romanus Pontifex (qui non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris) Ecclesiarum necessitate, vel vtilitate pensata non humana, sed diuina potiùs auctoritate dissoluit,*& ni dispensatio hos habeat necessitatis, vel vtilitatis cardines profectò non videtur appellanda dispensatio, vt notat *Abbas hic nu.* 5.quod si DD.consensu dispensatio publicam, plerumq. causam desiderat, aliàs non dispensatio, sed dissipatio dicenda est 7.*cap.requisitis*, §.*nisi rigor potiori iure hæc hoc pacto appellanda.* Videantur dicta *lib.*5.*disp.*3.*cap.*6.*à numer. præsertim* 26. vbi memini me ibi non semper desiderari causam directè spectantem ad commune bonum asseruisse. Verùm hoc absolutè loquendo intelligi debet. Atcùm de bono Ecclesiæ alicuius agatur, quippè quod est commune respectu personæ transferendæ, à fortiori illi dicendum est consuli debere per Pōtificem. Quid? quod nisi his causis prospiceretur, maximum sanè detrimentum, & vniuersali Ecclesiæ, & Reipublicæ Christianæ ob rationes, &
6 factas, & mox inferendas immineret. Probatur deindè, quia quod detrimentum Reipublicæ Christianę potest excogitare maius, quàm ambitioni ostium reserare: ab amore sponsæ, quo maximè prosequi eam tenetur sponsus Episcopus, & auocari, & recedere; qui quidem cum altera mox contrahere, vt sperat, ità inertię locum dare, quæ aggredi tenebatur difficilia omittere, præclara, & laboriosa ad bonum ouiū spectantia potius declinare, ac per translationem subterfugere; imò scandali præbere occasionem non vulgarem carpendi Ecclesiam Catholicam stultiloquis hæreticis, quippè qui Præsulatus negotium ad quæstum potiùs, lucrumq. temporale, ac priuatum commodum referri; paruula licet data occasione blaterareat, quàm ad commune bonum Christianæ Reipublicæ, ac spirituale cuiuscumq. quippè, quod vt sic, & vt partis in totius corporis bonum commune dici poterit etiam redundare? quæ, ac sexcenta alia absurda Lectori primo etiam intuitu occurrentia demonstrabunt, quā vrgentes causas requirat hæc translatio. Tertio probatur conclusio ex *cap. scias frater* 7.*q.*1.quod causam necessitatis, aut communis vtilitatis necessariam ostendit ibi. *Nam plurimorum vtilitas vnius vtilitati, aut voluntati præferenda est.* etenim illuc decet Prælatum accedere, vbi plus lucri spiritualis facere potest, licet maior ibi sit pœna, vt habet Glossa verbo plurimorum ex *cap. Sancta* 2.*q.*8. Demùm finem huic assertioni, fastigiumq. imponat, vnum è consilijs à Cardinale Bellarmino Sanctitate vitæ, ac Sapientia Eminentissimo 5.loco exaratum in scriptura, quam Clementi VIII.Pontifici Maximo ex magno Christianæ Ecclesiæ zelo tradendum curauit, atq. habetur *cap.*5.*lib.*3. eiusdem vitæ, ait itaq. *Quinta res.* (Bellarmini sunt verba, quibus libenter vtor, ne meis præclaram tanti viri doctrinam obscurem) *est facilis translatio Episcoporum de vna Ecclesia ad aliam; translatio enim Episcoporum secundum canones, atq. vsum veteris Ecclesiæ necessitatem, vel maiorem vtilitatem: neq. enim institutæ sunt Ecclesiæ propter Episcopos, sed Episcopi propter Ecclesias. Nunc autèm quotidie translationes fieri videmus ea solum de causa, vt Episcopi, vel honore, vel opibus augeantur. Propterea notum est ex cap.inter corporalia de translatione* Episcoporum, *vinculum matrimonij spiritualis esse aliquo modo maius quàm vinculum matrimonij corporalis: & idcò non posse solui, nisi à Deo, siue à Vicario* Dei *declarante voluntatem Domini sui. Quis autèm credat velle Deum, vt ob solum temporale lucrum, vel honorem vinculum huius Sancti coniugij dissoluatur? præsertim, cùm id fine detrimento animarum fieri nequeat, vt experimentum ipsum docet; neq. enim* Episcopi Ecclesias diligunt, *quas breui se deserturos sperant, vt ad alias commodiores transeant.* Ad hæc autèm Pontifex scripto suo in oris singraphæ Bellarmini, vt alijs præstitit monitis hisce respōdit. *Nos cum difficultate transferimus: & non desinimus monere Principes per nos, & per Nuntios nostros.* Hæc verba tùm Eminentissimi Cardinalis, tùm Sanctissimi Pontificis expressi, vt omnibus quanti momenti sit res, quam habemus prę manibus, compertę sit. Nunc ad institutum redeamus.

8 Nomine autèm necessitatis, atq. *publicæ* communis utilitatis, quibus *innixæ causæ* dispensandi, ac soluendi *huius* spiritualis nodi coniugium inter Ecclesiam, & suum Pastorem ad alterum contrahendum non modo dixerim Ecclesiæ à qua, & Ecclesiæ, ad quam translatio habenda est Episcopi, sed etiam vniuersalis Ecclesiæ, cui Summus præest Pontifex, & cōsulere tenetur, quamobrem si vacaret Ecclesia Regię Ciuitatis, ad cuius regimen, ac spiritualia munia, tametsi necessitas nulla, nullaq. vtilitas urgeret reuocandi à Præsulatu alterius virum doctum, prudentē, eximiaq. prędituum virtute; cogeret tamèn, & utilitas, & necessitas illum, præsertim Postulatum transferendi ex ea, cui actu præest ad Regiam, ut ipsius nimiram prudentia, consilio, ac doctrina uteretur Rex ad Regnum, Rempublicamq. non politicè tantum, sed Christiani, atquè optimè administrandam; Profectò causa satis iusta hęc censeretur ad trāslationem, ex qua de singulis alijs à simili iudicium ferendum est.

Caput

Digitized by Google

CAPVT TERTIVM.

Speciales Sacris Canonibus excerptæ causæ ad translationem Ecclesiarum habendam, vel non habendam.

SVMMA.

Prima causa est malitia plebis.n.1.
Secunda vera, ac notabilis persecutio Populi.n.2
Tertia Senectus respectiuè.n.3. & 8.
Quarta declinatio grauis periculi. n.4.
Quinque causæ, ex quibus non licet translatio Præsumptionis videlicet, propriæ voluntatis, auaritiæ, appetitus effrenatus, dominationis, ac demum priuatæ delectationis.n.5.
Leuitatis, seù ambitionis turpis est causa transitus ad alteram Ecclesiam.n.6.
Defectus OEconomiæ, vel remissæ disciplinæ Ecclesiasticæ non est sufficiens causa translationis.n.7.
Qui transitus est facilior ex minori ad maiorem Ecclesiam, vel è conuerso.n.9.
Quando alicui concessus est gradus ad maiorem, est etiam concessus ad minorem dignitatem. num.10.
Non est facilior, imò detestabilis transitus è minore ad maiorem Ecclesiam ex ambitione, vel simili turpi motiuo.n.11.

VT ex his, quæ per Sacros Canones adnotatæ sunt causis, cæteræ, quæ possunt occurrere, facilè agnosci possint, rectumq. de eis iudicium feratur, quas ex illis legi, huc afferam; siue ex quibus licet, siuè ex quibus non licet haberi translatio Episcoporum.

1 Prima causa malitia est plebis. Quando plebs adeò duræ ceruicis existit, vt proficere nequeat. Sic habetur in *cap. nisi cum pridem de renunc.*

2 Secunda causa veræ, ac notabilis persecutionis *ex Matth.10. Si vos persecuti fuerint in vna Ciuitate, fugite in aliam*, quæ assertur *septima q.1.cap.sicut alterius*, non ob priuatum solum Episcopi bonum, sed nè cura Pastoris in detrimentum vertatur ouium. Quamobrem addit textus. *Si autèm vtilitatis causa fuerit mutandus, &c.* ac infrà necessitatis, &c.

3 Tertia est Senectus, illa videlicet, per quã impotens redditur Episcopus ad exequendum officium Pastorale *ex cap. nisi cum pridem de renunc. §. alia causa*. Verum hæc causa licet ad renunciationem sufficere videatur *iuxta cit.cap.* non tamèn ad translationem, ni respectiuè modo *infra n.8.* declarando.

4 Quarta causa est declinatio grauis periculi, ob quam Gregorius Ioannem transtulit ex Ciuitate Villetrensi ad alteram dictam à Sancto Andrea eiusdem Diœcesis, quam Sedem constituit Episcopalem *cap. Temporis 7.quæst.* causa non vtilitatem solius personæ, siuè necessitatem respicit, sed ipsissimet Sedis; in quo casu non soluitur per hanc translationem nodus coniugij; cum Sedis tantum, & non personæ translatio sit, nequè ex vna Diœcesi ad alteram, sed ex vna Ciuitate ad alteram eiusdem, vt habetur in textu Diœcesis, ità vt prima Ciuitas, ex qua Sedes migrat auctore *Turrecremata in cit.cap. Temporis n.1.* desinat esse Episcopalis.

Eas præterea adscribam hic causas, ex quibus minimè licet per Sacros Canones translatio, qua, & quidem amplissima patefierent via sceleratorum hominum ambitioni, atq. audaciæ,

5 Quinque igitur adumbrauit nobis causas *Pelagius Papa Epistola 2.* Benigno Archiepiscopo data, quas exaratas in *cap. scias 7.q.1.* legimus; neq. à Pelagio discrepat *Antherus Summus Pontifex 7.q.1.* mutationes. Prima est præsumptionis; secunda propriæ voluntatis; Tertia auaritiæ; quarta appetitus effrenatus; Vltima priuatæ delectationis.

6 Addo ex *Hugone*, atq. *Archidiacono apud Turrecrematam in cap. non oportet 7.q.1. sub initio*, sextam leuitatis, & septimam ambitionis, quatenus hæc à præsumptione distincta est, & ab appetitu dominandi, atq. in desiderio inordinato maioris consistit dignitatis per *D. Thom.2.2.q.131.art.1.* & nos tradidimus *tom.1. lib.4.disp.12.cap.1.in princ.* quas causas, vel numero diminuto, atq. ad breuiorem redacto, vel ordine immutato, alij numerant, vt *Glossa verbo ambitionis, cap. quia frater 7.q.1.* legendus *Vgo* de his etiam agens.

7 Illud demùm reliquum mihi est adnotare, neq. defectum OEconomiæ, atquè administrationis rei temporalis Ecclesiasticæ, neq. ad disciplinam Ecclesiasticam conseruandam prudentiæ notam absolutè sufficere ad translationem, sed ad coadiutorem dandum, vt constat *ex cap. quia frater 7.q.1. Pelagij Papæ*; & meritò cum hi defectus cuicumquè administrandæ Ecclesiæ noceant; non tamèn inficior non tantum alicui, vel prudentiæ, vel OEconomiæ, vel aliarũ ad regimẽ desideratarũ aliquãdo virtutũ esse necessariũ, quantũ ad vnã Diœcesim, & Ecclesiã, quã in præsentia regit administrandã aliquãdo requiritur, quod satis profectò censeretur ad minorem Ecclesiam regendam, ad quam facultas fieri posset absquè eius tamèn detrimento transeundi ob hanc ipsam causã, atq. ob bonum Ecclesiæ, quam relinquit: quod etiam dictum volo de senectute, corporisquè imbecillitate, quæ quidem ex se, vt paulò ante instituì dicere ad mutationem Ecclesiarum minimè sufficiunt, sed solum ad coadiutorem habendum *ex cap. petisti 7.q.1.* Verùm respectiuè, vt ità dixerim, quæ impedimento est Senectus, vel afflicta valetudo regimini magnæ

Digitized by Google

Diœcesis, poterit sanè non obstare alteri minoris, imò salubritas aëris, cœliq; temperies Ciuitatis, ad quam fit transitus, ad hanc poterit translationem prodesse, dummodò non Episcopi tantum consulatur personæ, sed vel bono communi Ecclesiæ, quæ omittitur, nec probè regi à sene, vel attritæ valitudinis Præsule potest vel alterius, ad quam transitus habetur; seruatis semper ijs, quæ probè notantur in *cap. nisi cum pridèm de renunc. §. alia verò causa est.*

9 Quæres. Qui concessu facilior sit transitus ex Ecclesia minori ad maiorem, vel è contra ex maiori ad minorem. Et sanè in *cap. licet de translat.* apertè videtur hoc definitum per ea, *in maiori dignitate propter maiorem vtilitatem facilius soleat dispensari*. Quamobrem *Glossa verbo ad parem transitum* è minori ad maiorem Ecclesiam minus contra ius commune, magisq. esse dispensabile scripsit, nõ alia de causa, quàm maioris vtilitatis per textum indicatæ. Hinc ex permissione transitus ad maiorem Diœcesim, atq. Ecclesiam non permitti colligit *Abbas hic n. 4. & 8.* transitum ad minorem, vel æqualem subscribit *Cuccus instit. maior. lib. 4. tit. 7. n. 15.* quia permissio illa in maiori fundatur fructu, atq. spirituali vtilitate Ec-
10 clesiæ, ad quã trãsitus cõceditur. Secus esset si fundaretur in maiori habilitate personæ, cui si permissus esset ad maiorem gradus, à fortiori videretur concessus ad minorem, vel æqualem; vel non valere à maiori ad minus argumẽtum in exorbitantibus. Quamobrem non sequitur, dispensatum est in maiori, ergò in minori *ex c. cui de præbendis in 6.* ac pluribus, quæ semetipsũ alibi allegans *Abb. & Immol. n. 8.* tradũt; & nobis satis sint. Nũc ad propositum regressi faciliorem dicimus transitum è minori ad maiorem, quàm ad minorem, vel æqualem Ecclesiam: tum ob rationem assignatam: tùm quia cæteræ, quas retulimus causę faciliori negotio hoc vrgent ad maiorem gradum, quàm ad æqualem, vel minorem discensum.

11 Silentio tamèn non prætercam, vbi cupiditas innotuerit Episcopi optantis Ecclesiam propriam in meliorem mutare, eiusdem conatum præsumi ex ambitione, atq. improbitate ortum ducere per cap. si quis Episcopus, vbi vtraq. vt careat per sententiam Papę sancitur, & notant, *Vgo*, & *Archidiaconus apud Turrecremata, & per cap. sequens 7. q. 1. & cap. 1. de Clericis non residentib.* Quod etiam notant *Alciatus in tract. de præsumptionib. 34. præsumpt. reg. 2.* ex quo *Menoch. lib. 5. de præsumpt. præsumpt. 35. n. 7.* non autèm locus erit huic præsumptioni, quando Summi Pontificis mandato Episcopus Ecclesiam assequitur iuxta huius capitis doctrinam, & DD. in *citatum textũ de Clerico non residente, Alciatum, & Menochium laudatos.*

CAPVT QVARTVM.

Quando licitè, vel illicitè transfertur Episcopus ex vna ad alteram Ecclesiam.

SVMMA.

Absq. iusta causa Pontifex ex vna ad alteram Ecclesiam Episcopum trãsferre simpliciter nõ potest. n. 1.

Eadem se culpa obstringit, qui vel petens, vel acceptans translationem certò cognoscit absque iusta causa concedi. n. 2.

De potentia ordinaria neq. licitè, neq. validè potest Papa, absq. iusta causa, ex vna in alteram Ecclesiam Episcopum transferre. n. 3.

Episcopus de plenitudine potestatis, atq. absoluta Papæ potentia sine causa iusta translatus ad alteram Ecclesiam suas exercens functiones minimè peccat. n. 4.

1 ASsertio prima, Sũmus Pontifex graui tenetur obligatione ex vna non trãsferre ad alterã Ecclesiam Antistitem absque causa iusta secũdum allatam doctrinam. Hanc conclusionem necessaria deduco sequela ex certa, quam amplexi sumus sententia *lib. 5. disput. 3. cap. 6. n. 8.* hoc videlicet argumento non potest Papa in iure humano Pontificio licitè dispensare absq. iusta causa; sed hæc de translatione lex est canonica tot, ac tantis sancita decretis, nè absq. iusta causa fiat, vt vidimus; ergo, &c. Huius autèm fundamentalis *rationis maior* propositio loco citato ex auctoritate grauissimorum Theologorum vtriusq. iuris peritorũ, ac perspicuis probata est argumentis, atq. eo arctiùs concludit; quo Præsulum translatio solutionem inuoluit nexus coniugij spiritualis inter singulos Episcopos, & Ecclesias, ex quo Sacri Canones difficultatem colligunt solutionis, vti sæpè dictum est. Hic itaq. nodus adeò insolubilis est, vt à nonnullis primæ notæ Doctoribus prorsus indissolubilis iure etiam diuino asseratur, ideòq. dictus Deo tantum reseruatus *cap. inter corporalia de translat.* quemadmodum tradidimus *tomo 1. lib. 1. disp. 1. cap. 4. nu. 3.* & à Summo Pontifice non dispensante, sed declarante voluntatem Domini tolli valens, vt scribit *Bellarminus cit. cap. 4. num. 7.* ab alijs verò, quibus accessimus *loco citato nu. 10.* tametsi habeatur hæc indissolubilitas iuris esse canonici; adeò tamèn asseritur dispensatu difficilis, vt auctoritate, sola censeatur Dei solui posse, quam & sibi reseruauit, & per speciale priuilegium, commissionemq. suo tantum Vicario concessit non alitèr executioni mandandã, quã ex vrgẽtissima causa; vt vberiùs *loco 1. tom. laudato prosequuti sumus n. 27.* Quãobrẽ in dis-

Digitized by Google

dispensationibus aliarum Ecclesiasticarum legum, licet ab extrinseco probabilem sententiam duxerimus dicentem, posse Pontificem in eis dispensare absq. causa; in hac tamèn magni quidem momenti, quã tanti, & meritò faciunt Sacri Canones, non adeò facili negotio id auderem asserere, cum neq. in specie auctorem excusantem hactenus legerim.

Demùm grauem commissurum culpam Papam patet ex grauitate materiæ, fine legis, atq. ex absurdis super indicatis, quæ ex contrario sequerentur iuxta doctrinam, quam *lib. 5. disp. 3. c. 6. n. 11.* exarauimus.

2 Assertio secunda, eadem se culpa inficiet, vel Petens, vel Acceptãs translationem, quam certò cognoscit absq. iusta causa concedi. Probatur ex communi sententia de petente, vel acceptante dispensationem in iure Pontificio absq. causa à nobis abundè declarata in loco mox citato *n. 12.* Adde, quod Papa beneficiorum, atq. Ecclesiarum dispensator est quemadmodum sæpè *lib. 5.* demonstrauimus; qui quidem pro suo arbitratu nequit de beneficijs disponere, sed iuxta ipsorum naturam, & rationabilem Sacrorum Canonum dispositionem, in qua fine iusta causa licitè dispensare non potest. Confirmatur à paritate tùm eius, qui plura obtinuit beneficia per dispensationem absq. iusta causa, quem in conscientia cutum non esse docet consensus Theologorũ, *D. Thomas, quodlib. 9. art. 15. Maior. in 4. dist. 24. q. 3. Adrianus in 4. quæst. de pluralitate præbendarum incipiente, quia in præmissis, Caietanus summ. verbo benefic. multiplicatio, Sotus libr. 3. de iust. quæst. 6. art. 3. Toletus lib. 5. Summ. cap. 61. Less. libr. 2. de inst. & iur. cap. 34. dub. 28. nu. 151.* Necnon *Canonista apud Garziam de benef. part. 11. cap. 5. num. 182.* Patet etiam à paritate illius, qui dignus cum sit, digniorem præuertit, de quo nos *superiori lib. disput. 5. ac deinceps* egimus.

3 Assertio tertia, de potentia ordinaria neq. licitè, neq. validè potest Papa absq. causa vnũ Episcopum ex vna in alteram Ecclesiam transferre; potest tamèn validè de plenitudine potestatis absolutè. Prima pars nostræ conclusionis est Auctorum omnium, quibus subscripsimus *lib. 5. disp. 3. cap. 6. num. 13.* asserentium, non posse Papam, neq. licitè vt dictum est, neq. validè de ordinaria potestate dispensare in iure canonico absq. rationabili causa, & eisdem ibi allatis probatur rationibus. Secunda pars ex Auctoribus, & rationum momentis constat, quibus loco laudato *num. 14. & 15.* probauimus, posse Papam validè in legibus dispensare canonicis etiam absq. causa; & confirmatur ex variis absurdis, quæ aliàs sequerentur tùm in cæteris rebus, tum maximè in re nostra, ex contraria sententia, quæ quidèm coincidunt, cùm à nobis *superiori lib. disp. 10. cap. 1.* relatis, ad quem locum meum remitto Lectorem; quem admonitum hic volo, hanc assertionem eo certiorem esse, quo solutio nõdi cõiugalis inter Episcopum, atq. Ecclesiam primam, ex qua translatio facienda est ad secundam, ità à Summo Pontifice fit, vt dicatur de potentia absoluta, eiusq. plenitudine fieri, non modo, quia validè, vt paulò ante dixi etiam absq. causa præstare potest; verũ etiam & quia ex causa fit non solita, & passim in vsu seruata, petitq. vrgentissimam rationem, vt tradidimus *lib. 1. disp. 1. cap. 4. num. 5.* & quia ex speciali concessione facta Papæ hic nodus solui potest *per cap. inter corporalia sæpè citatum*, & locis allegatis perpensum.

4 Assertio quarta, Episcopus functiones exercens Episcopales in Ecclesia; ad quam translatus est de potentia absoluta, absq. iusta causa, non peccat. Hanc deduco conclusionem ex generali doctrina *libr. 5. disp. 3. sæpè citata cap. 6. num. 5.* de subdito vtente dispensatione in iure positiuo concessa à Principe sine causa. Et quidèm licet peccauerit Episcopus, vel petens, vel primò acceptans hanc translationem, vt *assert. 2.* probauimus; non tamèn in vsu suæ iurisdictionis peccabit, cum lex illum prohibens per validam dispensationem respectu ipsius veluti inadæquate se habentem expuncta sit, eiq. obligatio sublata, vt ibidem ex multis docui Auctoribus. Dixi de potentia absoluta translatis; nàm in loco sæpè citato *5. lib. 4. num. 16.* indicaui, ni hac vtatur potentia Pontifex, quæ per clausulam de plenitudine potestatis, vel similem, satis declaratur neq. licitè, neque validè in hac spiritualis coniugij lege specialiori nomine, quam in cæteris etiam canonibus dispensare potest. Qua ex potestatis plenitudine Principe minimè, dispõsare puto, ni iam dictis clausulis eam exprimat, alioquin præsumendus esset ordinaria potestate vti, quemadmodum *n. 15.* citati loci prosequuti sumus.

DISPVTATIO DVODECIMA.

De Promotione Eminentissimorum Cardinalium in Episcopos.

EA est quæstionis inscriptæ dignitas, ea vtilitas, & summa, ni mea me fallat opinio, Christianæ Reipublicæ necessitas, vt ingenioli mei optarem vires, desiderio pares eam luculenter tractandi. Itaq. si non prò votis, prò viribus saltèm quatuor præcipua declaranda sunt. Primum, an postulandi, vel eligendi sint Eminentissimi ad Episcopatus. Secundum si postulandi, qua ex causa postulationi summus poterit assentiri Pontifex. Tertium an huiusmodi dispensationes expediant. Quartùm, an Cardinalis insula insignitus Vrbi, an suę Ecclesiæ interesse teneatur.

CAPVT PRIMVM:

Nùm Eminentissimi Cardinales postulandi, vel in Episcopos eligendi sint.

SVMMA.

Prima sententia Cardinalem esserit eligendum, non autèm postulandum in Episcopum. n. 1.
Secũda sententia posse Præsulatum ait dari Cardinali tanquam administratori, non autèm in titulum. n. 2.
Tertia sententia postulandum in Episcopum esse Cardinalem docet. n. 3.
Puncta disputanda. n. 4.
Non loquimur hic de sex Episcopatibus, qui Cardinalatibus annexi sunt antiquioribus. n. 5.
Quidquid sit de Cardinalibus, iuris certè diuini est, vt Papa habeat Episcopos, Presbyteros, ac ministros, ex quibus Hierarchia constat Ecclesiastica. n. 6.
Cardinalatus, vt Cardinalatus iuris est Pontificij. n. 7.
Collegium cunctorum etiam Cardinalium iuris est etiam Pontificij. n. 8.
Maximi faciendum est Eminentissimorum Collegium Cardinalium. n. 9.
Cardinalis in Episcopum non eligendus, sed postulandus. n. 10.
Verborum proprietas non est deserenda, cum cõstet de mente Legislatoris. n. 11.
Proprietas verborum semper seruanda est contraria cessante consuetudine. n. 12.
Ad exigentiam proprietatis verborum licet interpretatio habeda est. n. 13.
Quando proprietas verbi seruanda non sit. numer. 14.
Quando verbum respectu membri vnius propriè, ac respectu alterius impropriè accipi posse. num. 15.
A nominis etimologia Cardinalium, eos Romæ Summo Pontifici, rebusq. Ecclesiæ vniuersalibus assistere debere non inconcinnè deducitur. num. 16.
Si à titulis Cardinalibus Cardinales dicantur; ex hoc non sunt ad Episcopatus eligendi. numer. 17.
Multa licent Cardinalibus, quæ videntur propria Præsulum esse. n. 18.
Prærogatiuæ Cardinalium eos non eligendos, sed postulandos esse demonstrant. n. 19.
Qua ratione Stellæ fixæ dicantur, quibus cum Cardinales conferuntur. n. 20.
De iure Cardinales residere tenentur in Vrbe. num. 21.
Vacare censetur beneficium curatum, vel dignitas alia minor per promotionem ad Cardinalatum. n. 22.
Non potest Cardinalis beneficium residentiam expetens acceptare in titulum. n. 23.
Distinctio trium ordinum Cardinalium arguit, eos non esse in Episcopos eligendos. n. 24.

1 QVidam apud *Panormitanum cap. bonæ memoriæ il. de postulat.* docuere, Dominos Cardinales eligendos, potiùs esse in Præsules, quam postulandos duci, quòd in eis cesset ratio vinculi spiritualis, quo vnus Ecclesiæ Antistes penè dicta Superioris disputationis obligatur, nè ad alteram transire possit, neq. è textu *cap. bonæ memoriæ* citato extrahuntur, quippè qui ab his Auctoribus exponitur, vt non propriè sit vsus verbo postulandi, dùm de Cardinali in Episcopum promouendo sermonem habet, cùm idem verbum propriè ibidem vsurpatur ad Episcopum vnius Ecclesiæ ad alteram transferendum.

Secunda sententia, posse quidèm asserit Cardinali Episcopatum dari, verùm tanquam perpetuo administratori, non autèm in titulũ; cuius opinionis fuisse *Hostiensem*, *Ioannem Andream Butrium in cap. Ecclesia vestra poster. de elect. Martinum Laudensem, Manphedũ, & Conradum* tradit Marcus Antonius Cuccus *instit. Maiorum. lib. 2. tit. 4. n. 121. ad finem.*

3 Tertia demùm sententia docet postulandos esse Dominos Cardinales in Episcopos sinè Presbyteri fuerint, siuè ex sex ét Episcopis.

4 Mi-

Digitized by Google

4 Mihi verò cum compertum sit magnum Ecclesiæ Catholicæ, Christianeq. Reipublicæ detrimentum esse posse absentiam Eminentissimorum Cardinalium ab Vrbe, Romanaquè Curia, hæc vltima semper placuit sententia: ad quam breui exponenda est princeps proposita quæstio, nùm postulandi, vel eligendi sint Eminentissimi in Episcopos, ad cuius dilucidationem.

5 Notandum est primò nos minimè loqui de sex Episcopis Hostiensi, Portuensi Prænestino, Tusculano, Sabinensi, atq. Albanensi, qui quidem Cardinalatibus annexi sunt antiquioribus, in quibus ratio cessat difficultatis: dum enim adsunt Vrbi sex hi Cardinales, adesse profecto censentur suis Ecclesijs: quippè quæ vti suburbia Romæ habentur; suntq. suffraganei Papæ, quemadmodum prosequuti sumus *lib. 1. disp. 1. c. 2. nu. 6.* atq. è Theologis docet *Sotus lib. 10. de iust. q. 3. art. vlt.* expendens causas excusantes à residentia Præsules; quibus addo constitutionem Sanctissimi Domini Vrbani Papæ VIII. 27. *alias 137. cuius initium Sanctæ Synodus.* ex qua vix residentiam requiri ad hos Episcopatus deduci videtur, vt ibi §. 17.

6 Notandum secundò; nonnullos esse Auctores asserentes iuris quidem diuini esse, ordinem, institutionemq. Eminentissimorum Cardinalium, de qua quæstione ex instituto disputat *Cardinalis Albanus lib. de Cardinalib. q. 5.* quam sententiam amplectitur *Abbas cap. per venerabilem, qui filij sunt legitimi*, quem Canonistæ plerumq. sequuntur, & è Theologis D. *Antoninus 3. par. tit. 21. c. 1. & 2. Turrecremata in summ. lib. 1. c. 80. & 83. & in cap. quamquam 2. q. 7. n. 2. And. Barbatius in tract. de præstantia Cardinalium q. 1. apud quos alij.*

Notãdũ insuper quã plures præsertim Theologos cũ *Sot. in 3. dist. 24. q. 2. a. 4. ac de iust. lib. 3. q. 6. art. 3. & 4. casu quarto assertionis* in contrariam, & meritò ab ire sententiã, quibus fauet *D. Bernardus de consideratione ad Eugenium, et hi*, inquit, *quos tu non elegisti, sed ipsi te, potestatem non habent, nisi quam tu eis, aut tribueris, aut permiseris. tibi imputa quicquid patieris ab eo, qui sine te potest facere mihil.*

Addè ad rem nostram facere illud censeo consensu Doctorum exploratum esse iure quidem diuino constare, vt Papa Christi Vicarius habeat Episcopos. Præsbyteros, & Ministros adiutores, ex quibus Ecclesiastica constet Hierarchia, diuina sanè ordinatione instituta, vt *Concilium* testatur *Tridentinum sess. 23. can. 6. Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Præsbyteris, & Ministris, anathema sit.* Inter hos autem Papæ coadiutores Eminentissimos esse Cardinales nullus est, qui ambigat, quorum Collegium Senatus meritò dicitur à capitulo Ecclesia habet *16. q. 1. & à cap. In nomine Domini dist. 23.* vnũ corpus asseruntur esse cum Pontifice: quorum institutio adumbrata, atq. instar est Sacerdotum Leuitici, auctore *Innocentio III. P. M. in cap. Per venerabilem, qui filij sint legitimi*, ibi. *Sunt autem Sacerdotes Leuitici generis, fratres nostri, qui nobis iure Leuitico (ex cap. 17. Dent.) in exequutionem Sacerdotalis officij coadiutores existunt.* Vbi rectè *Abbas adde in cap. ex gestis col. 1. de clerico non residente. Speculatorem in tit. de legit. §. sequitur in principio, And. Barbatium in tract. de præst. Cardinalium 1. part. q. 1. à n. 33. Cuccum inst. maior. lib. 2. tit. 4. n. 3.* ex quibus manifesta conficitur sequela iuris quidem diuini esse in Ecclesia Episcopos esse, Præsbyteros, ac Ministros, vt nos *lib. 1. disp. 2. cap. 4. nu. 26.* scripsimus. His autem Eminentissimos accedere Cardinales cuiuscumq. ordinis iuris est Pontificij, cum nullibi legatur, Cardinales,

7 vt Cardinales à Christo Domino institutos fuisse; Quamobrem, quod ipsum esse Cardinalitium addit Episcopatus, Præsbyteratus, ac Ministrorum ordinationi quantum est à Romano manauit Pontifice, iurisq. est Pontificij, vt probè indicat *Azorius inst. moral. par. 2. lib.*

8 *4. cap. 1. q. 3.* Quo circa non modo dictum hoc volo de singulis Eminentissimis, verum de integro etiam eorum Collegio, quod pœnes prærogatiuas omnes, officia, & munera à Summo pendet Pontifice, à quo, & illa promanarunt, vt ex *Bernardo indicauimus sup.* & alij poterant administri, coadiutoresq. destinare. Atq. ex his reici potest *Cuccus cit. nu. 42. & 124.* cõtrarium indicans.

9 Summi tamèn momenti hanc esse institutionem canonicam Collegij Eminentissimorũ nullus est, qui non videat, & ostenditur *cap. fundamenta de elect. in 6.* ibi. *Decet namq. ipsi Romano Pontifici per fratres suos Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, (qui sibi in exequutione officij Sacerdotalis coadiutores assistunt) libera prouenire consilia.* Hinc à D. Bernardo Laudato seniores, & Orbis Iudices meritò dicuntur, quæ omnia ex adducendis assertionibus clariora fient. Quibus in hunc modum, vt certis constitutis, quæ fusè ab alijs disputata sunt, ac liberè, ea mox articulatim, distinctè q. dicenda sunt, vt bonum agamus Patrem familias, maiorumq. hæreditatem ad posteros non sine compendio transmittamus, quem *n. 4.* super indicauimus ordinem seruantes.

10 Assertio prima. Eminentissimus Cardinalis in Episcopum non eligendus, sed postulandus est. Videtur conclusio expressa *in cap. bonæ memoriæ il primo de postul.* ibi. *Quidam vestrum Sanctia Praxedis Præsbyterum Cardinalem. Quidam verò Imolensem Episcopum postulauerunt.* Neq. satisfacies, si cum Auctoribus primę

11 sententiæ huic occurreris textui, asseras verbum, *postulauerunt*, quoad Cardinalem impropriè sumi, propriè verò quoad Episcopum, quoniam verborum proprietatem non esse deserendam tradidimus *lib. 3. disp. 4. c. 4. nu. 21.* idq. hic absq. ratione prorsus fieret. Deindè, quo, quæso, pacto à proprietate verbi postulo discedendum est; cùm de mente constet esse legislatoris, quando videlicet nefas id esse scripsimus *lib. 3. disp. 8. cap. vlt. n. 23.* atq. constat ex *cap. de intelligentia; de verb. signific.* mens autem Trãslatoris nobis quidèm aperitur manifestè per ea; *Vnde non immeritò præferentes spirituali vtilitati communem, & minori maiorem.*

præ-

Digitized by Google

prædictum Cardinalem Postulationi vestræ non duximus concedendum, & infra, *& quod postulationes huiusmodi non consueuerit in tanta diuisione, &c. recipere*; Prætereà in *cap. ex literis il prima de spons. & matr.* habetur. *Et cogantur vterq. verba prolata in eo sensu retinere, quem solent rectè intelligentibus generare.* Vbi *Panormitanus n. 4.* Verba, ait, debere habere suam vim, & proprietatem secundum iuris dispositionem, neq. sophysticè accipienda.

12 Insuper proprietas verborum, cessante contraria consuetudine, semper seruanda est, vt rectè prosequitur *Dectus in cap. Canonum de constitut. num. 86. ex l. 1. §. 15. qui nauem, vers. in re igitur dubia, ff. de exerc. & in l. non aliter de legib. & probat Mantic. de coniect. vltim. volunt.*

13 *lib. 3. titul. 5. num. 6.* apud quem alij. Et quidèm vrget adeò verborum proprietas, vt licet materia sit odiosa, lata tamèn fiat interpretatio ad exigentiam illius proprietatis, vt notat *Angel. in l. final. in princ. col. final. versic. 3. quæritur, ff. de const. Princip. Calderinus cons. 1. tit. de consangu. & affin. Aret. per textum in l. cum lege, ff. de test.*

14 Scio, nonnunquam contra propriam significationem verbum vsurpari, *vt cap. rogo 11. q. 3.* per textus in additionibus adnotatos, & verbum necessitatiuum aliquando non necessitare; docet *Abbas cap. inter alia de sentent. excommunic. 4.* Verùm eodem auctore, hoc tunc euenit cum subiecta materia proprietatem

15 non patitur. Quando etiam verbum vnum respectu vnius propriè, ac respectu alterius impropriè significare posse idem habet Auctor, constatq. ex *Glossa in l. 11. verbo manu mitti, ff. de offic. Proconf. & notat Bartol. in l. 1. C. de vsufruct. Dec. cap. ex parte de rescript. num. 47. & cap. Quoniam, Abbas de offic. deleg. nu. 2. & in cap. in fine de rescript. il 6.* Verùm vndè aduersarij deducunt, Cardinales postulandos nó esse, sed eligendos? Quarè cum verba citata clara sint, neq. constet de contraria Pontificis intentione, non est ab eis discedendum, vt ex *cap. ad Audientiam de decim. nu. 3. probè docet Abbas.*

16 Deindè prima probatur ratione à *textu eit. adumbrata*, atq. à *Panormitano declarata nu. 5. ex Hostiensis opinione*, quia liberum non habet Cardinalis volatum, quippè qui alligatus est Ecclesiæ Romanæ, nec non vniuersali, vt enim ait Innocentius hic Cardinalium instantem esse sollicitudinem omnium Ecclesiarum. Accedit *Canon 6. secundi Cone. Lateranen. sub Leone X. Cum Cardinalium officium in primis versetur in frequenti Romani Pontificis assistentia, & Sedis Apostolicæ negotijs, statuimus, vt omnes Cardinales in Romana Curia resideant, & qui sunt absentes, si in Italia iuxta sex menses, si extra Italiam infra annum à die publicationis præsentis constitutionis reuertantur, &c.* quæ sanè ratio ab ipsomet Cardinalis nomine locupletatur; primo, nàm siuè Cardinalis à Cardine deducatur, circa quem valuæ, foresuè voluuntur, siuè à Cardinibus cœli, qui & axes nuncupantur, circa quos orbis rotari videtur, siuè à græco nomine καρδία cor significante siue à summa rerum, quam Cardinem dicimus, in quo tota res est, illud in primis exprimit ostiũ, ideſt Christi Vicariũ, qui primũ ostium, & Pastor est, in hisce esse debere, atq. his inniti Cardinibus; neq. Ecclesia modo Romana, sed vniuersalis, totusq. Christianus Orbis circa hos versari Cardines, æqualitatemq. motus, ordinumq. constantiam ipsis penè Præsidibus seruari: à quorum Collegio, tanquam à corde, vitæq. fonte regimen quodammodo totius animatur Ecclesiæ, in quibus summa omnium rerum videtur esse, atq. vt antiquitus Cardinea per fabulam dicebatur Dea, quæ Cardinibus præerat, sìtà re vera per fabellam adumbrata Domini Cardinales Cardinibus, ideſt summis præsunt Orbis totius negotijs, quæ quidèm in suis censentur esse Cardinibus, vt antiquum habet prouerbium, si in prudentia, consilio, ac pectore reponantur Eminentissimorum Cardinalium. Quæ cùm ità sint, quam contra tantorum virorum institutionem, finemq. Ecclesiæ sit eos à latere Pontificis Maximi absq. speciali eiusdem dispensatione auocare, non est, qui non videat. Etenim auctore *Leone IX. Epistola ad Michaelem cap. 32.* Clerici Romanæ Ecclesiæ Cardinales vocantur, quia Papæ proximè adhærent, qui est, alia quidèm ratione veluti totius Ecclesiæ cardo.

17 Quòd si à locis, ac titulis Cardinalibus ad personas Eminentissimorum nomèn Cardinalium deriuatum esse ex *Sancti Gregorij Synodo lib. 4. registri cum Bellarmino tom. 2. libr. 1. c. 16.* de clericis asseramus, hi tituli, cum æquiparentur Ecclesijs Episcopalibus, vt scribit *Ioannes Mon. apud And. Barbatium in Clem. irritum de elect. num. 14.* cum habeant de iure communi sub se Cappellas, Ecclesiasq. Parocchiales *cap. quærelam de elect. & cap. dilectus de cappellis Monacorum*, quæ quidèm Parochiæ loco sunt Diœcesum *cap. nullus de tempore ordinandorum lib. 6.* volatum impediunt Cardinalium, nè ad alias se transferant Ecclesias, vt more Sanctorum Canonum loquar. Et quamuis non ignorem Innocentium in contrariam abiisse sententiam; eius tamèn fundamentum non propriè Diœceses, neq. propriè Præsules singulos esse Cardinales probat; non autèm quod ad eos proximè non accedant, eorumq. tituli æquiparentur Ecclesijs Episcopalibus iurisdictionem habentes, quasi Episcopalem, quod *allegatum cap. quærelam verbo in spiritualibus* pleno iure, quo cappellam Sancti Saluatoris tanquam subiectam titulo Sanctæ Susannæ spectare ad Cardinalem ait; in spiritualibus autèm spectare dicitur Ecclesia pleno iure, quando ille, nec alius exerceret spiritualia iura, vt in *cap. Quoniam de priuilegijs*, quibus fauet *Imola ead. Clemen. de elect. num. 23.* Hinc Cardinales habere ordinariam iurisdictionem ex *cap. his, quæ de maior. & obed.* docent *Felin. un. 1. & alij apud Gonsalez reg. 8. cancellariæ gl. 13. nu. 20. Mandos. reg. 7. q. 2.*

18 Ex his multa licent Cardinalibus, quę non nisi Episcopis conceduntur, Pontificijs nempè insignibus vt auctore *Hostiense, ac Ioanne Andrea de suppl. neglig. Prælatorum cap. 1. Cuccus inst.*

Digitized by Google

instit.maior.lib.2. tract.4. num.68. solemnem benedicendi ritum Episcoporum exercere,minoresq. conferre ordines ex *Hostiensi, Ioanne And.laudatis , & Bertacchino in tract.de Episcop.3.part. lib.3.nu.11.sub initio*: correctionem, excommunicationis sententiam ex *Mandosio in reg.7.n.10.Belensi de charitatiuo subsidio q.3. Gomes de trien.possess.q.31.à nu.14.Cuoco laudato nu.66.*

19 Secundùm ex Prærogatiuis Eminentissimorum argumentum deduco , in *Extrauaganti execrabilis,§.itaq.de præb.Ioannis XII.* vbi hæc habentur. *Cardinalibus tamèn Sanctæ Romanæ Ecclesiæ , qui circa nos vniuersali Ecclesiæ seruiendo,singularum Ecclesiarum commoditatibus se impendunt , ac Regum filijs, qui propter sublimitatem eorum , ac generis claritatem. sunt potiores prærogatiua gratiæ attollendi , dumtaxat exceptis* , qua ratione igitur postulandi non sunt,vel liberè hi poterunt Eminentissimi,arq; ad vnam tãtum Ecclesiam vnius vrbis electione allegari,cuius breui spatio , quasi cancellis tanti viri prudentia,matura consilia, ac virtutes cunctæ vniuersali addictæ Ecclesiæ cum eiusdem detrimento circumscribantur ? quo circa *Baldus cap. bonæ memoriæ il primo de postul.num.1.* meritò reiectam ait, postulationem habitam de Cardinali in Episcopum, quia vilior est Ecclesiæ , ac toti Mundo apud Sedem Apostolicã , quã in quodã Archiepiscopatu:Et quidèm huc tendunt præclara illa,& nomina , & præeminentiæ,quibus pars corporis dicuntur Summi Pontificis,fratres Papæ,eiusq. Cõsiliarij, Ecclesiæ Columnæ , Reges , Maximi Principes , Senatores,post Papam maiores, ac Patres spirituales , totiusquè Orbis Terrarum Cardinales,quas tradunt,explicantq.*Gometius in prooemio regularum Cancellariæ.q.4.n.1.ad §. Andræas Barbatia de præstantia Cardinalium , Manfredus in eodem tract.de Indultis Cardinalium in descript. §. Episcopus à num.7.atquè in tract.de Sacr.immun.lib.1.cap.6.Flaminius Parisius de resignat.lib.7.quæst.12.*Hinc *Baldus allegatus num.5.*stellis fixis,ait,Cardinales æquiparari,quæ non mouentur,nisi motu Orbis , & Cardinales,nonnisi motu Papæ.

20 Quàm sanè Baldi similitudinem non ex eius ratione veram iudico, nè,cum huc incidi, illud præteream,quod minus eam reddit efficacem; nàm Stellæ non ideò dicuntur fixę , quia non proprio motu, sed ad motum cieantur Orbis , quo pacto etiam Planetæ dicendi essent fixi , qui ad motum orbium,quibus insunt, circumferuntur,sed fixę dicuntur, quòd eundem semper inter se situm, atq. distantiam seruant, auctore *Ptolomæo dict.7. Almagesto , Ioanne de Regio Monte in Epitome eiusdem dictionis*, necnon *Clauio in sphæram Ioannis de Sacro Bosco.in diuis.§.appellat.* Sed quonam ego liber, ac deuius ab incepto longiùs abeo ? Ceterum hæc dicta sint , quòd Cardinales fixas Stellas ideò dixerim , quoniam eundem situm , ordinem , atquè indistantiam à Romana Sede seruare deberent ex officio.

21 Tertiò de iure Cardinales residere tenentur in Vrbe,vt probè *Panormitanus cap. ex gestis de Cleric.non resid.num.2.notab.3. Cardinalis Alexandrinus in cap. filium vestrum num.2. part.quæst.5. Hostiensis in cap. bonæ memoriæ num.1.de postul. Gambara de auct. legati à latere lib.5.tit. an legatus possit plura beneficia vni conferre.n.227.*

22 Hinc vacare censetur beneficium Curatũ , aut alia dignitas minor per promotionem ad Cardinalatum *ex cap.de multa de præben. Auctore Abbate cap.Ecclesia vestra il secondo de*
23 *elect.num.3.* Et è contra Præsbyter Cardinalis non potest de nouò beneficium curatum, vel requirens residentiam in titulum habere ex *dicto cap.de multa , Panormitano interprete , tùm ibi,tùm loco citato,*atq. *ex cap. relatum , cap.cum ad hoc de clerico non residente* . Quid autèm sentiendum sit de huiusmodi beneficijs in commendam , patet ex his,quæ assertione vltima dicemus.

24 Demùm huius loci antiquissimam esse arbitror Cardinalium distinctionem , quam tradit *Condisaluus,Villadiego in tract. de origine Cardinalium,quæst.3.num.3.& Manfredus de Cardinalibus cap.4 conclusion. 3.* apud quos communiter *cæteri Doctores* triplicis ordinis Episcoporum,Præsbyterorum, & Diaconorum, & quidèm Episcoporum sex tantum,nec plurium expressorum *num.5.*qui neq. proprijs Ecclesijs residere tenerentur, quibus censerentur adesse,dùm in Vrbe Roma interessent . Quamobrem huius opinionis sunt omnes ferè Canonistæ,quos referunt , ac sequuntur *Imola cap.bonæ memoriæ il primo num.1.Baldus sup.citatus ; & Cuccus instit.maior lib.2.titul.4.num.122.* & è Theologis *Syluester postulatio num.3. ad finem,Sotus lib.10.de iust.& iure quæst.3.num.4* absolutè pronuncians, incompatibiles esse dignitates Cardinalatus , & Episcopatus *Azor. par.1.lib.4.q.9.§.meo iudicio,& lib.4.c.3. apud quos alij.*

CAPVT SECVNDVM.

Nùm,& ex qua causa expediat Cardinales postulatos in Episcopos concedere.

SVMMA.

Ad singulos Cardinales amouendos ab' Vrbe , atq. in Episcopos promouendos , causa grauis ad bonum commune spectans necessaria est . num.1.

Absq. vrgentissima causa ad maximum faciens commune bonum totum Collegium Cardinalium amandandum non esse à Curia , etiam ad Episcopatus obeundos.n.2.

Plerumq. non expedit Cardinales Episcopatibus in-

Digitized by Google

insigniri, licet possint ad Principes, præcipuasq. Cathedrales. n. 3.
Vetus consuetudo dandi Cardinalibus Episcopatus in Commendam. n. 4.
Rejicitur hic vsus à Soto n. 5.
Qua ratione Cardinales, & Episcopi succedunt Apostolis. n. 6.
Sanctus Gregorius Papa Cardinalibus non nunquam Cardinales dedit Ecclesias. n. 7.
Cardinales Episcopi potiùs proprijs Ecclesijs Episcopalibus adesse, quàm Romanæ Curiæ tenentur. n. 8.
Satis fit contrarijs opinionibus. n. 9.

HActenus disputata, quæstio quanti momenti sit clarè cõstat, in præsentiam quam rarò Eminentissimi Cardinales vniuersali Ecclesiæ addicti, Episcopatus vinculis obligandi sint: dilucidandum est, & qua causa hoc præstari, tametsi rarò, poterit.

1 Assertio prima, ad singulos Cardinales amouendos ab Vrbe, atq. in Episcopos promouendos, causa requiritur, & quidem grauis, communi nempè bono, publicèq. vtilitati Reipublicæ Christianæ, totiusq. Ecclesiæ competens, atq. æquiualens, quę maior, vel minor desiderabitur, prò qualitate communis vtilitatis, vel necessitatis personæ Cardinalis, quæ Episcopatu donatur. hanc conclusionem necessaria deduco sequela *ex cap. bonæ memoriæ superiùs allegato il primo de postulat.* vbi cum Cardinalis Sanctæ Praxedis in Archiepiscopum Rauennatem postulatus *ab Innocentio III.* merito denegatus sit. *Considerauimus verò* (inquit Sãctissimus) *quod eiusdem Cardinalis præsentia vtiliter sit non solum Romanæ, sed etiam Ecclesiæ generali, tàm apud Apostolicam Sedem, quã apud Ecclesiam Rauennatem; Vnde non immeritò præferentes speciali vtilitati communem, & minori maiorem, prędictum Cardinalem postulationi vestrę, non duximus concedendum.* Vbi pondero vtilem sanè futurum fuisse Cardinalem illum Ecclesiæ Rauennati; at magis vtile Ecclesiæ Catholicæ per assistentiam Papæ ad vniuersales Reipublicæ Christianæ causas. Deindè perpendo, si vtilitati Ecclesiæ Rauennati meritò præfertur maior vniuersalis Ecclesiæ, quãto potiori nomine, priuatæ cuiuscumq. Cardinalis vtilitati præferenda est ea, quæ ex illius speratur præsentia Romæ? quippè qui talis sapientiæ, consilij, prudentiæ, ac virtutis meritò à nobis supponitur esse, qualis ad tantam optatur, ac per Sacros Canones destinatur munus. Huc etiam spectat decretum *Tridentin. sess. 24. cap. 1. Cardinales Sanctissimus Romanus Pontifex ex omnibus Christianitatis nationibus, quantum commodè fieri poterit, prout idoneos repererit, assumet,* vt nimirum omnibus totius Orbis præsint Ecclesijs, quibus ex officio consulere tenentur; Quamobrem omni conatu, animiq. affectu orandus est Deus, vt semper Cardinales, ea, quę par est eminentię doctrinę, prudentię, ac virtutis eligantur; & nè tales electi defectu redituum Ecclesiasticorũ à tanto munere, vniuersali quidèm Ecclesię in primis vtili, ad peculiares Ecclesias abducantur, minusq. vtiliter, & maximo cum Reipublicæ Christianæ detrimento alligentur. Ex hoc autem perspicua fit secunda nostra conclusionis pars, cum ex maiori; quæ de singulis Eminentissimis concipitur, spe ad Christianam Rempublicã, vniuersalemq. Ecclesiam iuuandam sua præsentia Romæ, pensanda sit causa ad vnumquemquè Cardinalem à Curia remouendum, atq. in Episcopum promouendum; sic ea censetur, qua Legati ad Reges Eminentissimi destinantur ad ardua componenda, vel tractanda negotia, ad quæ viris apprimè prudentibus, doctrina, atquè experientia præditis opus est, qui quidèm præter auctoritatem, nomenq. purpurati Senatus, imò Santissimi Pontificis, perspectum habeant animum in Reipublicæ Christiana bene gerenda.

2 Assertio secunda, licet non modo Cardinales, sed totum illorum Collegium iuris quidẽ sit positiui, *& superior. cap. num. 7. & 8.* dictum est; nihilo tamẽ minus absq. vrgentissima, & grauissima causa ad commune bonum spectante, quando nimirum (quod Deus auertat) esset necesse in maxima conuersione, & perturbatione rerum, temporibus potius parere, quam rectis cętera legibus, non omnes in Episcopos promouendi sunt, atq. à Curia ablegandi. Quo sensu subscribo Auctoribus, qui potiùs iuris diuini totum esse Collegium Cardinalium arbitrantur; quippè qui omnes assistere tenentur Papæ. hi sunt *S. Antoninus titul. 21. cap. 1. & alij apud Marcum Antonium Cuccum instit. moral. lib. 2. titul. 5. num. 124.* quorum opinio à fortiori hanc nostram firmant assertionem, quę etiam è Superioribus patet assertionibus spectato munere, officio, ac fine, ad quem Cardinalium Collegium per Sacros Canones institutum est.

3 Assertio tertia, plerumq. non expedit Eminentissimos Cardinales Episcopatibus insigniri Ciuitatum præsertim non insignium; ad Principes tamèn, ac Metropolitanas è re Christiana, atq. Ecclesiæ bono reor esse illos promoueri. Prima pars huius conclusionis probatur primò ex supradictis; Deindè cum requiratur dispensatio ad huius modi promotionẽ, vt ex assertione relaxatio prima deducitur, quæ quidèm est iuris ex communi DD. consensu, non est sanè frequenti vsu adhibenda, cùm meritò vulnus dicatur iuris 23. *q. 4. pietas.* Tertio, quòd olim apud maiores nostros vsquè ab Abbatis Panormitani tempestatem id non erat in vsu positum, quando, eodem Abbate auctore, in *cap. bonę memorię il primo de postul. n. 6.* per interpretationem verbis nimis addictã *cap. de multa de præbendis* nonnulli putauerunt ex dicto textu non deduci Episcopatus, & Cardinalatus incomposibilitatem.

4 Non ignoro veterem consuetudinem Episcopatus dandi Cardinalibus tanquam administratoribus commendatos, & vt cum *Antherо Sanctissimo* Pontifice, ac præclarissimo Martyre loquar. *Absit, vt quicquam sinistrum de his arbitemur, qui Apostolico gradui succedentes,*

tes,Christi corpus Sacro ore conficiunt, per quos nos etiam Christiani sumus,qui Claues Regni cœlorum habentes ante iudicium iudicant. Cùm præsertim Domini Cardinales Episcopatus ineant auctoritate Vicarij Christi, cuius & summa potestas est,& iudicio standum.

5 Verum,quia Sanctissimus iuris obseruantiam velle tollere nullo pacto præsumitur,& vt habet,*cap.Ecclesia vestra il secondo de elect.neq. enim credendum est Romanum Pontificem (qui iura tuetur) quod aliàs excogitatum est multis vigilijs,& inuentum,velle subuertere.* Hinc *Sotus libr.10.de iust.q.3.art.4.Si fas est,inquit,minimo Monacho,Christiano, tamèn, de re fari Christiana,hæc Episcopatus commendatio apertam præfert legis elusionem, quasi non tàm stricto iure obligetur,cui Ecclesia commendatur illic residere,ac si esset legitimus Episcopus. Aufertur Cardinali Ecclesiæ titulus eo solum, quod residere non potest,& tamèn non timetur eamdem ipsissimo commendari; vtinam hoc non sit Deo imponere.Porrò ergo,qui diuinum ius consuluerit, primum hoc æquissimè iudicabit,vt nemo Episcoporum Cardinalis creetur,& libr.3.q.6. art.3.in 4. casu.Est lex,*ait,*prohibens,nè Cardinales,qui Romæ residentfiant Episcopi,& nè huius fiat præuaricatio legis,commendantur illis Ecclesiæ perpetuo,nihilò differentiùs, quam si titulus illis inscribatur. Profectò si fas esset ita loqui hic commendationis prætextus præuaricatio est legis,& si personata,& fortè eo criminosior, quo sit magis in fraudem legis;nàm in fraudem legis facit, qui saluis legis verbis, sententiam eius circumuenit, l.contra.ff.de legib.*& infrà.*Ratio namque, quæ instat, faciat, ac legitimam commendationem,hæc esse debet,quòd haberi tunc persona non possit,cui legitimo sub titulo adscribatur, non autèm Commendatarium ditare*, hæc ille, quæ,nè hac, vllaquè tempestate ad rem Ecclesiæ Catholicæ faciant summis optandum est votis.

Secunda nostræ conclusionis pars ostenditur,quia nonnulli,vt scribit *Azorius 2.par. lib. 4.cap.1.q.2.* Episcopos insignium Ciuitatum dictos Cardinales esse voluere hac ipsa de causa, vt principibus illi præsint Ecclesijs titularibus,& ratione sanè videtur consentaneum,vt sicut Præsbyteri, vel Diaconi Cardinales,vt supèr explicatum est, præcipuè nuncupati sunt a præcipuis,& Cardinalibus titulis,sic etiam qui præsunt Episcopi Metropolitanis,ac summis Ciuitatibus,Ecclesijsq. & vocentur Cardinales,& sint; quorum opus est prudentia,consilo,sapientia, summisq. quibus
6 exornati sunt,& esse debent donis. Confirmatur hoc ex ratione *D. Antonini 3.part.tit.21. cap.1.§.2.* Cardinales alia quidèm ratione, quàm Episcopi succedunt Apostolis,quos quidem constituit Christi Vicarius,dum eos Cardinales creat suos fratres,Orbisq. Principes, vt patet ex formula,qua dicit,*Estote fratres mei, & Principes Mundi.* Cæterum Apostoli bifariam præsto fuere Christo Domino:primo cum ei fuerint assistentes, ante passionem, ipsiusq. ascensionem in cœlum, secundo cum per Orbem missi fuerunt,& post Aduentum Spiritus Sancti è tenebris mundum vindicarent, Prouincias sibi decernentes, penè in sortem proprij muneris Apostolici.Itaq. esto munus Eminentissimorum sit vices gerere Apostolorum. Prima scilicet ratione Sanctissimo Pontifici assistendo,quam nos *part.1. nostræ conclusionis* prosequuti sumus, & Episcoporum intersit Apostolis succedere secundo modo,curâ gerèndo Ecclesiarum, quemadmodum in cœlesti Hierarchia nonnulli sunt Angeli diuino assistentes Numini.alij verò,quos Deus Optimus M. prò sua pietate ad nos mittit. Verùm,vt cũ eodem Antonino loquar, hoc est de communi lege,& secundum communem statum; tamèn suborta causa,non tollitur,quin Cardinales aliquando mittantur,vt Legati,& Episcopi aliqui etiam vocati à Papa sint ei assistentes;sicut etiã Angeli assistentes aliquando secundum aliquos,mittuntur,sicut de Seraphico Spiritu ad *Isaiam 6.* cum Seraphicæ mentes ex Deo sint assistentibus.

7 Hunc etiam seruasse morem *S. Gregorius Papa* dicitur,*auctore Ioanne Diacono lib.3. eius vitæ c.7.*scribente illum tùm Cardinalibus Ecclesiæ suæ,nimirùm Romanæ; tùm sui Monachis Monasterij Episcopales nonnunquam Ecclesias commendasse. Demùm cùm omnes vnius simus corporis membra ex Apostolo,singuliq. cæterorum ope indigentes, mutua profectò charitate præsto alij alijs esse debemus, & cum præstantiora nobilissimarum Cathedralium membra non cuiuslibet studium, doctrinam,auctoritatem,ac prudentiam,sed Eminentissimorum desiderẽt,è re Christianæ Reipublicæ, atq. vniuersalis Ecclesiæ facturum existimo Summum Pontificem,si ex viris alioquin destinatis ad totius Reipublicæ Christianæ bonum,ad huiusmodi singulares, principesq. Ecclesias regendas mittat nonnullos; quarum vtilitas in bonum totius absq. dubio resultat:sicut .n. ad Reges,Dinastas, Imperatorem, aliaq. grauissima negotia mitti Cardinales,& possunt,& debent, atq. antiquissimo maiorum vsu constat: ità ad maximarum Diœcesum regimen destinandi, cum eo etiam numero sint Eminentissimi,vt & Papæ ad Romanam, & vniuersalem moderandam Ecclesiam assistere, & aliquando ad lègationes, & ad præcipuas Metropolitanas Ecclesias regendas deputentur. Quod è dignitate Cardinalium est, vt non nomine solum, sed re ipsa Eminentissimi sint, atquè habeantur.

8 Vltima conclusio.Cardinalis infula insignitus Episcopatus,potius in Ecclesia residere tenetur Episcopali, quàm in Curia Romana. Est communis Doctrina, tùm Theologorum,tùm Canonistarum,quorum nonnulli, vel sentiunt residentiam Episcoporum esse iuris diuini, vel tanti sanè momenti,vt non tantum detrimenti ab Vrbe Roma possit afferre Cardinalis absentia,quàm à propria Diœcesi;eò vel maximè, quod illi per alios eiusdem prudentiæ,ac sapiẽtiæ Eminentissimos consuli poterit;secùs huic. Confirmatur auctoritate *Trident.sess.23.cap.de reform.*per ea. *Declarat Sacrosancta Synodus*

Digitized by Google

omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesijs quibuscumq. quocumq. nomine, ac titulo præfectos, etiã si S.R.E. Cardinales sint, obligari ad personalem in Iua Ecclesia, vel Diœcesi residentiã. Et ex c.1. de reform. sess.6. Demùm roboratur ex constitutione vltima Sanctissimi Vrbani Papæ VIII. de residentia.

Ex hac aũt bulla deducendum, cui potius teneatur adesse Cardinalis Ecclesiæ, nũ vni ex sex pene suburbanis, cuius est Episcopus, an alteri etiam si præsit commendatæ, Nec me latet, Cardinales Episcopos à residentia excusari per *Martinum Laudensem de Cardinal. libus. q.5. & in alio simili tractatu q.68. Andream Barbatium de præstantia Cardinal. um q.11. Villadiegum de origine Cardinalium q.5. n.11. & 12. Ioannem q.13. nu.62. Gonsalez Glossa 24. nu.128.* in quos propendere videtur *Augustinus Barbosa de potest. Episcopi allegat. 63. n.13.* Cæterùm, stantibus dictis, quam minimum veritatis habeat hæc opinio, docti, prudentisq. Lectoris iudicio relinquo; illud vltrò fatebor, quam amplexi fimus doctrinam non modo probabiliorem, sed omninò, me iudice, certam esse; quam post antiquos docent *Valentia tom.5. disp.10. quæst.3. punct.5. col.3. vers. sed quæret. Azor institut. moral. par.2. lib.7. cap.4. q.7. & cap.6. q.1. Valq. in opusc. de benef. cap.4. §.2. dub.2. nu.141. ac deinceps, Turrians de residen. pag.45. Sà verbo residentia, Flaminius de resign. lib.1. q.10. n.8.* & confirmatur laudata Bulla Vrbani.

9 Ex his patet, quid primæ sententiæ *1. cap. n.1.* relatæ respondendum sit, vinculum scilicet, cum certa Ecclesia, non esse solum impedimẽtum, ob quod quis non eligendus, sed postulãdus sit; Verum cum Romana, atq. vniuersali Ecclesiæ nexus, & vinculum esse etiam impedimento, ne quis Cardinalium addici possit certæ, ac speciali, ad quam idcircò postulandus est, *Cap. autèm bonæ memoriæ*, sensum non esse ab Aduersarijs perceptum diximus *superiori cap. n.11.* Præterea futilem esse distinctionem illam allatam à secunda sententia, ni subsit causa, ex qua Pontifex maximus censeat è re Christiana, atq. Ecclesiæ Catholicæ magis esse Cardinales præcipuis præferre Ecclesijs, quã secum Romæ habere.

DISPVTATIO DECIMATERTIA.

De fine Postulationis.

QVod sub exordio primæ disputationis expendendum proposui, circũstantiam nimirum cuius gratia postulationis, rationem finis intenti à postulantibus inuoluentem, ideſt ius, ad quod conferẽdum postulatio dirigitur, hæc disputatio exponet.

CAPVT VNICVM.

An, & quod ius comparetur Postulato?

SVMMA.

Quibus modis potest se habere Superior, cui postulatio exponitur. n.1.

Quando postulatio præualeat, ac præferri debeat electioni. n.2.

Duplex postulatio altera solemnis, secùs altera. num.3.

Postulatio facta ex minori Capituli parte non in concordia, vel vbi agitur de contemptu eligentium, potest de gratia tamen speciali, à superiori admitti. n.4.

Postulatio propter vtilitatem, vel Ecclesiæ necessitatem in concordia facta, siue à duabus Capituli partibus concurrens cum electione, siue à maiori non concurrens potest de gratia generali admitti. n.5.

Gratia aliquando debetur à Superiore, qui à maiori poterit compelli, secùs autèm de Papa id intelligendum est. n.6. & 7.

Postulatio non potest non pendere à gratia saltèm generali. n.8.

Postulantibus implorandum est officium Iudicis, non tamèn iuris actione agendum. n.9.

Quæ causa censenda sit iusta postulationis admittendæ. n.10.

Non possunt à postulatione superiori exposita postulantes resilire, possunt tamèn antea etiam post publicatũ scrutinium. n.11.

Num in electionibus ad alias dignitates sit locus variationi. n.12. remissiuè.

Glossæ auctoritas quando relinquenda, vel acceptanda sit. n.13.

Propositum ex se nullam inducit obligationem, & quare. n.14.

Variatio est licita, quando ius nullum est quæsitum. n.15.

Om-

Digitized by Google

Omnibus variatio est turpis, verùm Ecclesiasticis ex se turpissima. n. 16.

Aliundè habet postulatio, si aliquando priusquam Superiori sit exposita revocari non possit. numer. 17.

Sic neq. possunt resilire à postulatione illius postulantes, quem hac spe Sacris fecerunt initiari. n. 18,

Quando debeantur expensæ ob postulationem factã à postulato, siuè à postulantibus, re non secuta. n. 19.

Postulationi etiam Superiori expositæ, ab illo tamèn non adhuc confirmatæ postulatus potest consentire. n. 20.

Ingrediens Monasterium, vt Abbas eligatur, idq. si protestatus sit, in Abbatem eligi non potest. n. 21.

Posset postulatus, ni fuerit Præsul alterius Ecclesiæ non dissentire à postulatione de illo habita. n. 22.

Absolutè nolens, neque consecrari, neque eligi, in Prælatum, neque poterit postulari. numer. 23.

Episcopus vnius Ecclesiæ ad alteram postulatus, neq. consentire, neq. dissentire debet ante confirmationem. n. 24.

Episcopus ad alteram transferri potest Ecclesiã etiam inuitus. n. 25.

Post postulationem aliquando aliquod tribuitur ius. n. 26. 27.

1 NOtandum est, tùm ex *Glossa finali, cap. gratum de postul. tùm ex Innocentio cap. 1. eod. num. 2. & 3. atq. ex Abbate ibid. n. 13.* duobus posse modis se gerere Superiorem, cui exponitur postulatio admittenda, primò vt dicat, Prouidemus Ecclesiæ vestræ de tali persona, vti postulastis: qui quidem modus indicatus habetur *cap. citato Gratum, verbo prouidi-sti*; altero, vt dicat Superior, Petitionem vestrã admittimus, &c. qui magis iuri congruus est ex *cap. bonæ memoriæ il 1. & 2. ad finem.* Neq. postulationem confirmare debet Superior, quippè quæ, vt ex prima disputatione patet, ad ipsum dirigitur, neq. ius, vt mox subijcemus sola dat postulatio.

2 Notandum secundò, ex *Glossa cap. Bonę il primo de postul. verb. in tanta diuisione*, vt postulatio præiudicet electioni numerum requiri Postulantium duplo maiorem numero Eligentium, *cap. scriptum est de elect. adiuncta Glossa*, nam licet Eligentes nitãtur iuri, & Postulantes gratiæ; non tamèn illi his præferendi, sunt, qui minimam faciunt partem Capituli; neq. electio valida est, ni à maiori eiusdem sit capituli parte, *cap. Ecclesia vestra, & cap. Cumana de elect.* dummodo ob aliquod peccatum priuatum non sit iure eligendi ex *cap. Gratum de postul. & cùm in cunctis de elect.*

3 Notandũ tertio, ex *Abb. c. 1. n. 34. de postul.* postulationẽ duplicis quidẽ rationis esse, alteram solemnem, quæ ad eum dirigitur, qui potest in impedimento dispensare: alteram minùs solemnem, quæ ad eum refertur, à quo licet non possit dispensari, consensus tamèn Postulati pendet.

4 His præmissis. Prima sit assertio. Postulatio non facta in concordia, & ex minori parte Capituli, concurrẽs cum electione, vel vbi agitur de contemptu eligentium, potest à Superiore reijci, vel admitti. De gratia tamèn speciali. Sic expressè habetur in *textu cap. postulationem de postul. adiuncto, cap. antecedenti Bonæ il secondo, supra citato. Postulationem*, (inquit Pontifex) *potuissemus repellere memoratam, vt tamèn vobis de speciali gratia consulamus, &c.* vbi *Abbas n. 1. & 2. Imol. n. 2. & alij.* Confirmatur ex *cap. cupientes de elect. in 6. §. deniq. Nec per hoc, quod de postulatis pro celeri Ecclesiarum expeditione statuitur, postulationes ipsæ minus dependere intelligantur à gratia, &c.* vbi legenda est Glossa, & patet ex definitione postulationis *supra tradita*, quæ in hoc euentu iuxta nunc dicta explicanda est. Demùm confirmatur, quia non compellitur Prælatus postulatum concedere 63. *dist. literas Auth. de Sanctis Episcopis, §. nullus collat. 3.*

5 Assertio secunda. Postulatio propter vtilitatem, vel Ecclesiæ necessitatem, & concorditèr à duabus partibus facta Collegij concurrens cum electione, vel à maiori parte; non tamèn cum electione concurrens potest de gratia generali admitti; ità communiter Doctores, *Ioannes Andreas, Hostiensis, quos citat, ac sequitur Abbas tùm in cap. Postulationem de postul. n. 2. tùm in cap. Bonæ memoriæ il primo num. 13. vsq. ad 15 inclusiuè eod. Bald. cap. & si de postul. num. 6. & 7. Imola modo cit. apud quos alij.* Probatur ex *Glossa cap. Bonæ il primo, verbo in tanta diuisione*, vbi habet iniuriam fieri postulato, & postulatoribus, si postulatio non admittatur absq. causa, & licet hoc ex gratia pẽdeat

6 generali, vt mox adijciemus; gratia tamèn quandoq. debita aliquo pacto videtur, iusta nimirùm intercedente causa illam faciendi, & fauet *Gloss. 1. q. 7. §. nisi rigor, & Gloss. 2. in cap. quanto de iure iur. Glossa 1. in cap. non est de voto*, & rectè prosequitur *Oldrad. cons. 202.* Præterea probatur *ex Glossa cap. exigunt 1. q. 7. & argumento c. 1. de appell. lib. 6. necnon 2. q. 6. ad Romanam, ac de iure patronatus, cap. nullus, aliisq. iuribus allatis ab Abbate, cap. Bonæ il primo n. 13. qui quidèm n. 14. ex Gloss. in verbo quod grati*, notat, iusta subeunte causa, posse Superiorem compelli ab alio maiore, vt ritè idem auctor prosequitur *n. 15.*

7 Hinc patet. Papam compelli minimè posse, in quem compulsio non cadit, quippè qui nullum in terris Superiorem agnoscit *cap. licet de elect.*

8 Dixi saltèm de gratia generali, quia postulatio quæcumq. sit à gratia eximi non potest, vt ex eius constat definitione superiùs explicata. Patet hoc idem è textibus ad calcem Superioris assertionis allatis, tùm ex his, quæ scribit *Glossa cap. Bonæ il primo de postul. verbo gratia*; tùm quia Superior absolutè videtur posse concedere, vel repellere Postulatum, cum non teneatur inuitus gratiã facere *argumento cap. præcuria 10. q. 2.* quod si compellatur hanc lu-

Digitized by Google

dex concedere gratiam, iuxta supradicta, indirectè compellitur, vt probè *Glossa citata*, si fuerit Postulatus idoneus, cùm teneatur ei saltèm prouidere de consimili beneficio *cap. Pastoralis*, & à fortiori id erit, si in concordia, vel ex maiori parte fuerit electus, vtgente necessitate, vel Ecclesiæ vtilitate, cui debet consulere.

9 Hinc probè infert *citata Gloss.* in huiusmodi postulationibus officium implorandam esse Iudicis, & non iuris actione agendum *argumento cap. ad hæc versic. si de offic. Delegati, & de integra restit. per totum, & Instituta de officio Iudicis per totum*, docetq. *Turrecremata in cap. Ossius dist. 61. n. 16.* Imploranda igitur est gratia nimirum generalis, ex qua Iudici agendum. Secunda verò pars de postulatione habita à maiori parte Capituli, concurrente necessitate, vel vtilitate, atq. idoneitate placet, vt arridet *Goffredo, & Abbati citato*. Ratio est, quia regulariter valet, quod à maiori fit parte Capituli *cap. quia propter de elect. & c. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli, ac dist. 65. c. 1. & 2.* Adde rationem indicatam à *Glossa cap. Bonæ il primo de postulat. verbo in tanta diuisione.*

10 Quæres. Quę causa censenda sit iusta postulationis necessariò admittendæ.

Respondeo ex *Abbate cap. Bonæ il primo de postul. n. 15.* causam concernentem ad Ecclesiæ vtilitatem, vel necessitatem; quod maximè cõsentaneum est causis, ex quibus postulari posse, & nonnunquam deberi, atq. admitti postulationem tùm Episcopi vtsus ad alteram Ecclesiam, tùm Cardinalis ad Episcoparum diximus. Sic se haberet, si postulatus potens esset ad Ecclesiam defendendam, aut apprimè doctus, prudens, & si legitimorum non esset natalium, neque alius reperiretur, qui Ecclesiæ, ad quam postulatur æquè consulere posset; secùs autèm, si causa ad bonum solius spectaret Postulati, non modo temporale, de quo nullum est dubium, sed neq. si bonis instructus esset moribus, atq. artibus, & cætera mereretur dispensationem, si posset per alium non habentẽ defectum, neq. indigẽtem dispensatione æquè bene prospici Ecclesiæ ex qua doctrina varij textus, & Glossæ, quæ aliqua videntur ratione pugnare in concordiam reuocari facilè possunt.

11 Assertio tertia. Non possunt à postulatione exposita Superiori Postulantes resilire; possunt tamèn etiamsi fuerit publicatum scrutinium, si non conuenerint cum eius Superiore, non obstante repugnantia Postulati. Prima pars est expressa in *cap. Bonæ memorię il secondo de postul.* per ea. *Non obstabat eorum discordia, &c.* Et infrà. Cæterùm, *Quidam vestrum à postulatione vestra, quam nobis præsentaueritis communiter, temerè recedentes aliis persistentibus in eadem.* Huic textui adiugenda est Glossa. Defenditur præterea à plerumq. conclusio à Canonistis per *Glossam citatam in expositione casus nu. 10.* tametsi nullum ex præsentatione postulato sit acquisitum ius, vt mox dicam; nàm si postulantibus integrum, quidèm esset à postulatione Papę præsentata recedere, puriles essent absq. dubio nugæ postulationes ipsæ, quibus postulantes sibi sæpiùs illudorent à quarum iudicio postulatio exposita potius esset pendula, imò, & iudicium nonnunquam Sanctissimi, vt in postulatione Præsulis à postulantium pendere videretur arbitrio; contra quod facit *cap. tertium de rescript.* Necnon *lex si Prætor ff. de iudicijs*, & hæc verissima quidèm sunt de postulatione Summo Pontifici præsentata; de illa verò, quæ alijs exponitur Superioribus videtur etiam vera, cum DD. sententia communi, tùm identitate rationis, nè Superiori postulantes illudant, fauetq. *Clementina, cùm illusio, & variatio de renunciatione*, neque valeret alterius electio, vt notat *Turrecremata cap. Ossius dist. 61 num. 18.*

12 Nùm autèm indistinctè in alijs dignitatibus, seù officijs variationi sit locus, probè disputat *Bart. in l. absent. ff. de donationibus, & in l. ex eo, ff. de testam. milit. Ioannes Andreas in cap. publicato de elect. q. 12. Abbas, cap. postulationem de postul. n. 5. apud quos alij.* Secunda pars à nobis indicata est *c. 2. dist. 1. n. 4.* at videtur cõtra *Glossam cap. Bonæ il secondo verbo temerè*, verùm communitèr, vt aduertit Abbas, hæc impugnatur, & in præsentia, vt etiam notat *Imola ibi n. 2. vers. & aduerte*, contrarium dictę Glossæ exploratum est auctoribus, & videre ed apud laudatum *Abbatem in dictum cap. Bonæ il secondo n. 11. & 23.* & ratio est, quod nullũ per postulationem ius postulato comparatur quippè impedito. Nec textus Glossæ vim habet eodem *Abbate auctore n. 23.* quia loquitur in electione, & non in postulatione, quæ cum gratię, & illa iuri innitatur, maximè quoad hoc discrepant, vt mox aperiam.

13 Glossæ autèm non creditur, nisi legem adleget, vt rectè notat *Baldus in l. Respublica. C. ex qua Ka. ma.* Hinc ad rem nostram *Abbas in cap. Cappellanus notabili 4.* potiùs communi opinioni deferendũ esse docet, quã Glossæ; licet hæc plurimum comparata cum alijs virium habeat, quibus singulis præstat, vt scribit *Baldus in l. cum habetur hæreditas, C. de Episcopis*, de qua re probè tractat *Decius cap. ad hæc de postul. n. 74.* cùm itaq. postulantes hanc rogare à Papa gratiam liberè decernant; neq. ad perseuerantiam se obligent in hoc proposito, antequam Pontifici exposuerint, non tenentur ab eo non recedere; cum propositum proprius sit voluntatis actus, quæ communi, ac trito Canonistarum prouerbio vsq. ad mortem dicitur ambulatoria.

14 Hinc propositum cum procedat ex sola rei faciendæ deliberatione, non autèm obligationis sibi, vel imponendæ, vel acceptandæ rei, de qua agitur, nullam parit obligationem, nisi promissione firmetur ex *cap. literarum de voto*, sic etiam docet *D. Thomas 2. 2. q. 88. art. 1. vbi Caiet. & in opusculis tomo 1. tract. vlt. septendecim responsionum respons. 7. Abbas in dictum cap. literarum n. 2. ad finem, Syluest. verbo votũ 1 q. 2. Sotus lib. 7. q. 1. art. 2. Sanchez summ. lib. 4. c. 1. n. 18. Nauarr. summ. c. 12. n. 24. & 26. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. punct. 1. col. penult. in solutione*

Digitized by Google

ne ad 2. *Azor lib. 11. inst. cap. 13. q. 5. apud quos alij.* Hinc deducitur primo discrimen inter postulationem, atq. electionem à nobis *c. 2. nu. 4.* expositum.

Deducitur secundo, non esse cur doleat Superior de hac mutatione postulationis, coram eo adhuc non expositæ, cum integrum fuerit postulantibus illam exponere: & vt Postulato nullum per eam acquisitum est ius multò minus superiori, vt ei præsentetur, fauet *Abbas cap. Bonæ il secondo n. 11.* Verùm hæc ex se intelligenda sunt: nàm si damnum ex retractatione postulationis impederet postulato, modo, quo mox dicemus, aliundè orietur obligatio ibi asserenda postulantibus.

15 Deducitur tertio, generalis regula maximè consona principijs iactis *disp. vlt. super. libri c. 2. à n. 9.* ex qua constat variationem esse licitã, quando nulli ius est acquisitum, fauetq. textus in *l. final. C. de repudianda hæred. vbi Moder.* nec non *regula l. patre furio, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris*, dilucidatur etiam *à Felino cap. super his col. 2. de accus. & in cap. quæ Ecclesiarũ col. 18. vers. secundus casus de constit. à Iasone in l. 1. fub principio col. 3. ff. de no. operis nuntia.* fauet *Concilium Cald. 17. in tit. de inrepatr. vers. an laicus, & l. si quis iur. C. de rer. cred. & ibi Bald. & in Auth. habita in vers. 3. quærp col. 12. C. ne filius pro patre.* Itaq. variare minimè licet, vbi quæsitum sit ius alteri per regulam: *Mutare cõsilium quis non potest in alterius detrimentum in 6.* vt esset in electione, à qua recedere, publicato scrutinio non potest, de quo casu loquitur adducta regula, & nos disputauimus *super. lib. & disp. & c. 1. paulò ante allegato.*

16 Verũ si mutatio consilij, atq. decreti in hisce rebus in alterius detrimẽtũ turpis est, turpissima quidèm erit à personis Ecclesiasticis, habita, quæ cæteris exemplo debent esse *Clement. cum illusio, & variatio de renunciatione.* Hinc *Doctores in cap.* Continebatur *de his, quæ fiunt à Prælatis*, aiunt, esto sæcularibus liceat variare re vni vendita, alteri eam tradendo, vt sic secundus emptor sit potior, *C. de rei venditione, l. quoties*; hoc tamèn non esse licitum Clericis, ideoq. apud hos primus erit potior, vt notat *Imola in citat. Clement. n. 1.*

17 Si autem aliquæ postulationes etiam non expositæ Superioribus reuocari minimè possunt, id aliundè profectò habent. Et huc ad rẽ spectat casus *cap. in causis de elect. in quo, §. quia verò*, decernitur, postulationem Episcopi Conuennarum in Episcopum Tolosanæ Diœcesis non posse reuocari, quia nimirum res iam non erat integra, vt probè *Glossa prosequitur verbo cum res non esset*: antecesserat enim contractus ex promissione, ac potestate compromissarijs tradita, in quos ius contulerant, quod illi receperant, atq. iurauerant etiam. Quamobrem siue ratione huius promissionis acceptatæ, siue donationis, non esset purum mandatum. Illud autèm notatu dignum est ex *Abbate in cit. cap. n. 13.* si compromissarij, consensissent, potuisse reuocari illam postulationem ante præsentationem, quia postulatus nullum posset prætendere ius acquisitum.

18 Demũ huic monito adnecto alterũ, nempe videlicet esse mutare postulationẽ illius, quẽ fecere postulantes hac spe initiari Sacris, cui, vel ex hoc aliquale compatatum erit ius, vt notat *Glossa cap. Ofius dist. 61.* & ibi *Turrecrem. n. 16.* tenerentur, n. tunc postulato eluso, etiã si postulatio non esset exposita Superiori, actione iniuriarum: quia vt dicebamus non licet mutare consilium in alterius præiudicium, *ff. de reg. iur. apud citatum Turrecrematam.*

19 Hinc soluenda est alia quæstio, numquid expensas posset Postulatus repetere, sequuta postulantium variatione, quas vel de eorum consensu, vel occasione fecerit postulationis. Cui quæstioni absolutè respondent *Innocentius, & communiter DD.* negantes posse Postulatum illas repetere, quòd eas sine iure, & cum ambitionis nota fecerit. Ego verò primùm aio, standum esse decisioni *cap. cupientes de elect. in 6.* vbi ad finem hæc habẽtur. *Porrò in singulis casibus suprà dictis in recuperandis, vel reddendis expensis eligentium Electorum Postulantium, & etiã Postulati illud seruari decernimus, quod iustum fuerit, seu æquitas Canonum indicabit.* Deindè si tantum occasione postulationis nõ præsentatæ, factæ fuerint expensæ, sentio cum cõmuni superiùs relata sententia: si verò etiam occasione postulationis præsentatæ, vel de cõsensu Postulantium, tunc distinguendum erit cum *finali glossi textus cit.* quam sequitur etiam *Abb. cap. Bonæ il secũdo n. 13. & 14.* vel. n. postulatio (& idem dico de electione) facta est in cõcordia, præsertim ex causa, & tunc siuè cum effectu, siue non fuerit facta, etiamsi de indigno ignorante competunt expensæ de bonis pertinentibus ad Prælatum, easq. recuperare poterunt, si ex proprijs fecerint per *text. allegatos à cit. glossi.* sic etiam si in discordia, dummodo ex causa rationabili necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ incepta prosequatur electio, vel postulatio, quæ omnia fusè prosequitur *glossi. cit.*

Tertia pars, quæ restringit, & circumscribit primam est *Hostiensis, atq. Innocentij apud Abbatem cap. Bonæ il primo n. 8.* quibus idemmet ẽt subscribit in *cap. Bonæ il secondo nu. 1. 12. & 23.* quos passim reliqui sequuntur Canonistæ; & primo probatur *ex cap. Bonæ il secondo cit.* ex quo constat Papam fecisse facultatem à postulatione præsentatam recedendi sub certa forma.

20 Assertio quarta, Postulatus postulationi de se habitę, nec dùm à Superiore confirmatę, minimè consentire potest; habetur expressè in *cap. Cupientes de elect. in 6. §. deniq.* & scribit *Abb. cap. vlt. de postul. n. 11. et vlt. de transl. Cardinalis in §. secundum aliud 61. dist. et alij apud Zachariam in Apostillis ad Abbatem cap. vlt. de postul.* necnon colligitur etiam ex *glossi. fin. cap licet de transl.*

21 Huc spectat, quod affert idemmet *Abb. in cap. cum ad nostram de consuetudine*, quòd ingrediens Monasterium spe consequendi Abbatiam, si protestatus fuerit hoc animo, consilioue se ingressum esse in Abbatem, eligi non posse, de quo etiam *Iason in Auth. ingressi col. 7. C. de Sacrosanct. Eccles.* Hinc discrimen assigna-

Digitized by Google

gnatum inter postulationem, atq. electionem clariùs innotescit, vt notat *Hostiens. in c. 2. cum glossa verbo circa postulationem ad fin. de postul. Prælatorum, & in cap. final. eod. tit. sub principio.*

22 Non tamen inficior Postulato cuicumquè si Præsul non fuerit alterius Ecclesiæ, integrũ esse suam aperire voluntatem; quæ si propẽdeat in consensum, poterit asserere se nõ dissentire. Sic in *cap. cit. Cupientes lib. 6. §. Deniq.* sic etiam *Abb. cap. vlt. de post. n. 11.* nam hoc esset mediũ quid inter consensum, & dissensum, vt notat *Gloss. cit. cap. verbo non dissentiri*, qui actus terminatus ad negationem dissensus requiritur per cit. textum antequam Papæ postulatio exponatur, nè de nolente fiat. Etenim vt hic omittam quæstionem, an possit quis compelli ad Episcopatum, ità vt parere teneatur, quam disputauimus *1. tom. lib. 4. disp. vlt. c. 3.* & certũ est, Papam posse non modo Ecclesiasticos ad Prælaturas ex iusta causa compellere, vt præter cit. Auctores allegato loco tradunt etiã *Antonius*, quem sequitur *Abb. cap. etsi vnanimitèr de post. n. 10.* sed etiam laicos saltem indirectè, & causatiuè per censuras, vt de nolentibus fiant volentes; certè absolutè nolens quispiam, consecrandus non est, neque eligendus, aut postulandus simpliciter in Prælatum; cùm ad Prælaturã Episcopalem, vtpotè ad matrimonium spirituale sponsi requiratur consensus *cap. cùm inter Canonicos de elect. alijsq. iuribus super. disput. citat.* ideoq. requiritur in Postulato declaratio voluntatis non dissentientis.

24 Addidi nisi fuerit iam Episcopus vni addictus Ecclesiæ; etenim cum agatur de trãslatione Præsulis ex vna in alteram Ecclesiam, postulatus Antistes neq. consentire, neq. dissentire debet, sic Io. *Andreas*, cui subscribit *Abb. in cap. etsi de post. nu. 11.* atq. exprimitur *à text. cupientes de elect. in 6. § deniq. sapè cit.* ex eo enim,

25 quo semel Episcopalem iniit statum, inuitus etiam poterit ad alteram transferri dignitatẽ eisdem ex causis, quas *sup.* exarauimus *disp. c. 3.* & ni aliqua obstaret, ex qua nõ teneretur obedire, de qua quæstione vberius *allegato loco 1. tom.* disputauimus, quibus mea quidèm sententia cessantibus, vt scribit *Hostiens. c. 2. ex Glossa verbo nisi postulationem de postul. et in cap. finalem eod. sub initio* comparatur Episcopus consecratus Monacho potestatem non habenti cõtradicendi suo Superiori *12. q. 1. cap. nolo*, quod si non dum esset consecratus, sed solum confirmatus, vt cedere non potest sine auctoritate Pontificis; sic neq. debet compelli, nisi ex vrgẽtibus causis, sed Sãctissimi se penitùs committere dispositioni. Ratio aũt est, quam Hostiensis citatus tradit, quod Episcopus postulatus cum matrimonio sit deuinctus, alteri consentire non potest: Neq. obligatur dissentire. Verũ quemadmodum dixi, expedit arbitrio se Pontificis addicere, vt scribit *Zacchar. in Apostillis ad Abbatem in cap. licet verbo non postulatus.*

26 Assertio quinta. Per postulationem Superiori etiam præsentatam impropriè aliquando ius competit postulato. Probatur ex conclusione secunda, in quo sensu subscribo *Turrecrem. in cap. Osius dist. 61. & Guigliel. apud eundem n. 16.* asserentibus postulato nonnunquam ius competere. Confirmatur per *cap. cum Monasterium, & c. cum in nobis olim, §. vlt de elect.* ac per alia iura apud citat. Auctores, quidquid sit de varijs, quas refert Hostiẽsis in sũmma, sententijs.

Declaratur assertio per conclusionem secũdam, vt dicebam, ex qua constat de gratia saltèm generali talem esse admittendam postulationem, ac per conclusionem tertiam, ex qua patet, quando poterunt, vel non poterunt resilire Postulantes.

27 Assertio sexta. Postulatio solemnis admissa tribuit ius è stylo Curiæ Romanæ: secùs non solemnis. Est Doctorum consensu hæc firmata conclusio, & videre est apud *Abbat. c. 1. de postul. n. 34. ac Turrecrematã in cap. Osius dist. 61. n. 14.* nec aliàs intelligi potest *Lambertin. de iurepatron. 1. par. lib. 2. art. 12. n. 3.* Et quoad primã partem ratio est ad euitandum circuitum, Ecclesiatumq. dispendium, *ff de condition. indebit. l Dominus, & cap. nè pro defectu de elect.* Quãobrem postulationem sequitur admissio, qua postulatus eodẽ habendus est modo, ac si fuisset electus, & confirmatus, neq. alia indigens electione, vel confirmatione *cap. cùm inter Canonicos de elect.* Itaq. quicquid sit de effectu, quem postulatio posset habere secundum, *cap. Innotuit de elect. ad finem, & Gloss. cap. Osius cit.* penès obseruationem Romanæ Curiæ, cui deferendum est, ex quo admissa postulatione, postulatus, non modo poterit confirmari, vt ait *Turrecremat. loc. cit.* verum vt confirmatus est habendus *ex cap. cum Monasterium de elect.* quod alium sensum habere non potest, si pro vera ibi postulatione petitio in Abbatem illius Monasterij sumatur, & non pro electione, vt ibi *Gloss. verbo postulantes.* Ratio autèm secundæ partis est, quia Superior, apud quem hæc non solemnis postulatio exponitur, non habet potestatem prouidendi, vt ex supra indicatis notabili 3. deducitur.

LIBER

LIBER OCTAVVS

De reliquis formis Episcopatum constituentibus.

HActenus disputata, prolusionis loco videntur sanè præmissa, si conferãtur cum in disceptationem vocandis, siuè hoc postremo huius voluminis libro, siue cum alijs vltimi, quod meditor inuoluendis. Quippè quę, & vsu frequentiora, & maiores, passimq. occurrentes habent difficultates. Itaq. cum tres intrinsecus superfint rationes Præsulatus, Præsentationis à Patronis factę, qua nominationem à Regibus alijsq. Dynastis comprehendimus; Nominationis à Summo Pontifice, electioni, & confirmationi æquivalentis, necnon consecrationis; hoc postremo Libro explicandæ sunt.

DISPVTATIO PRIMA

De Natura Præsentationis;

QVod electionem, pustulationemquè dilucidans meo modulo præstiti, earum videlicet circumstãtias substantialiter, ac more Aristotelico acceptas illustrans, hunc ipsum de Præsentatione disputans ordinem seruabo. Itaquè in principium *sequentis Tomi* reijciens circumstãtiam *quis*, vbi de causa Præsulatus effectrice ex instituto tractandum est. Primum *quid*, naturam scilicet, atquè essentiam ipsius Præsentationis hęc excipiet disputatio; & merito cum vna sit è rationibus, quibus Ecclesijs consuli solet, generaliter statutã per Toletanũ Concilium, vt habetur, *cap. decernimus 16. q. 7. cap. Cum Bertoldus & integro tit. Patronatus*: de quo mihi propositum solum est ea in disputationem vocare, ac declarare, quę præterirj sine hiatu nostri tractatus minimè possent: Et quidem frequentia vsu, scitu digna, & apprimè vtilia, reliquis omisis, quę propria sunt tituli iuris Patronatus, de quibus integra conscripta extant ab Eruditis volumina.

CAPVT PRIMVM:

Disputationis Prolusio;

SVMMA:

Ius Patronatus ex Priuilegio potest haberi ad Cathedrales Ecclesias n. 1.

Ius Patronatus etiam quoad præsentationẽ multis competit, & quomodo. n. 2.

Ius Patronatus aliud Ecclesiasticum, aliud laicale, & vnde hæc desumatur distinctio. n. 3.

Ius Patronatus prò nostro instituto est facultas præsentandi personam instituendam ad Ecclesiam Cathedralem. n. 4.

1 SVppono primo, DD. consensu meliores notę, Ius patronatus canonicum esse distinctum ab introducto per Ciuiles leges respectu liberi, *l. 37. ff. de iure patr.* & haberi posse ad Cathedrales Ecclesias saltem ex Priuilegio Papę, sic Prępositiuus *cap. Hortamur 71. dist. col. 1. Rocchus de iure patron.*

Digitized by Google

tron.tùm q.1.tùm 16. & indicatur per *Glossam verba nisi aliter cap.nobis de iurepatron.* hoc idē docent *Archidiaconus cap. Præmensis 16.q.7. & in cap.lecti 61.dist. Baldus in Decretalem Rex Pacificus n.19.& cap. Quanto de indicijs*, & sauet *cap.si quis Imperatorum de iurepatron*, docetq. præterea *Turrecremata cap. Imperium vestrum dist.10. Lambertinus de iurepatr.1.par. lib.4.art.2.q.11. Viuianus de Iurepatr. lib.3.c.1. n.2.& 37.*

2 Notandum secundò, licet Iurepatronatus potiatur quicumq. Cathedralem etiam Ecclesiam construxerit cum licentia Papæ, vel sufficienter dotauerit quoad reliqua, vt ad alia beneficia in dictis Ecclesijs existentia, sicut habetur *cap.Venerabilem de elect.* ac docet *Præpositiuus in cap.Imperium sup.citatum*; non tamèn quoad præsentationem Episcopi ad illius Ecclesiæ regimen, vt colligitur *ex cap. Nobis de iurepatr.* præsertim si fuerit Laicus, in quem iuspatronatus ex se non cadit *per cap.Sacrosancta vers.attendentes de elect.* ita vt contraria consuetudo damnabilis dicatur *cap.cùm tamē, cap.Quisquis, cap.Messana de elect.* docentquè *Baldus de præsumpt.1.part.5.part.q.7. nu.17. & q.10.n.4, Selua de benefic.part.2.q.43. nu.12. & 21, Firmanus de Episcop lib.1.par.3.q.60.& lib. 2.par.1.q.31.* Verum vel quòd id habeat Iuris Patronus Cathedralis Ecclesiæ, vt possit ad illam saltem petere personam idoneam, vt vult *Lambertinus cit.ex multis n.3.ad finem*, sic explicans Auctores supra laudatos, absolutè Iuspatronatus ad Cathedrales Ecclesias extendētes: quæ quidem petitio Patrono competens, sine præuia præsentatione, ipsi præsentationi æquiualet, quam implicitè importat, vt ex multis idemmet scribit *Lambertinus 2.par.2.lib.1. quæst.principalis art.11.nu.1.& 2.vt assert.3.seq. cap.* indicabimus. Vel quia quamplures Reges id habent ex priuilegio Pontificis, quod posse dari, subindicauit, *cap.nobis* per ea. *Nisi aliter de sua iurisdictione obtineat*, ac probè *Glossa* declarauit ad hæc verba. Illud compertum habeo, ad multas Cathedrales Ecclesias, Regibus, absolutisq. Principibus, vel nominare, vel petere, vel præsentare facultatem esse concessam à nonnullis Summis Pontificibus, atq. ab alijs consuetudine toleratam, vt 3. *tom. sub initio libr.9.* dicemus causam expendentes effectricem.

3 Notandum tertio Iuspatronatus, alterum esse Ecclesiasticum, alterum laicale: quæ quidē distinctio non ex ijs, qui ea possident, est desumenda, cum possit Ecclesiasticus laicali Iurepatronatus potiri, sed ex causa, ex qua hoc ius radicitus promanauit; ex bonis nempè, ex quibus fundata, instructa, vel donata sit Ecclesia, aut Cappellania, aut cætera huiusmodi erecta. Itaquè si hæc bona fuerint Ecclesiastica, Ecclesiasticum erit Iuspatronatus: & præterea si competat alicui ratione dignitatis Ecclesiasticæ, vel Ecclesiæ; vt si habeas ius præsentandi, quia Decanus, Præpositus, vel Abbas, aut Episcopus fueris, ius tibi erit Patronatus Ecclesiasticū. Quod si ex bonis patrimonialibus, vel proprijs tuis sæcularibus tribueris fundū, in quo fundata sit Ecclesia, vel tuis bonis construxeris, laicale diceris habere Iuspatronatus: Quippè, q ex bonis laicalibus ortū agnoscet. Deducitur ex *Clement. 2. de iurepatron.* ac traditur à multis apud *Couarruuiam in quæstion. practicis cap.36.& Vasq. opuscul. de benef. cap. 2.§.1.num.1.& 2.* necnon *Lessium lib.2.cap.34. dub.4.n.18.*

4 Notandum quarto. Multis omissis definitionibus Iurispatronatus, quas eruditè tradit, ac perpendit *Cæsar Lambertinus de iurepatron. sub initio art.1.* cum de illo per ordinem tantū ad Præsentationem hoc loco nobis agendum sit ex *D.Thoma in 4.dist.25.q.3.art.2.* aio Iuspatronatus potestatem esse præsentandi personam instituendam ad beneficium Ecclesiasticum vacans, & deducitur ex *Concilio Lateranensi relato per cap. Quoniam de Iurepatronatus*, à quo vocantur *Potestas præsentandi, in qua Ecclesia huc vsq. Patronos substituit.*

CAPVT SECVNDVM.

Qnid sit Præsentatio.

SVMMA.

Definitio Præsentationis n.1.
Instituendus aliquo pacto præsens debet esse: num.2.
Quomodo præsentatio conditionalis, dubia, atq. obscura valeat.n.3.
Præsentatio est actus, seù exercitium spiritualis potestatis, Iuris nempè Patronatus.n.4.
Qua ratione Iuspatronatus aliquid sit spirituale. num.5.
Vix aliquid temporale in Iurepatronatus inueniri speciali ratione Auctoris ostenditur. num.6.
Præsentatio à Patrono facta ad beneficium etiā Episcopatus est spiritualis.

His per transennam indicatis, tria necesse hìc habeo tractare. Primùm descriptionem, seù definitionem aperire Præsentationis. Secundum eius conditionem quoad libertatem, & certitudinem. Tertium eiusdem gradū in ratione entis moralis, nùm sit spiritualis an non.

1 Primùm itaq. Præsentationem ad Cathedralem Ecclesiam sic describo. Est exhibitio personæ secundum Sacros Canones aptæ, & præsentis à Patrono facta alteri, cuius interest illam instituere ad Cathedralem Ecclesiam vacantem Conueniunt in hanc descriptionem Auctores, & videre est apud *Abbatem in cap. Ea noscitur notando secundo, de his, quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli*, & constat ex

Gloss.

Digitized by Google

Glossa Clementina Dudum in verbo præsentari de sepulturis, quam plerumq. sequuntur *DD. in cap. cum parati 1. colom, de appellationibus, vbi Præpositiuus, Rocchus de Iurepatron. in princip. quæst. 3. Rebuffus in concordatis titul. de collat. §. Præfatique Ordinarij verbo Præsentationem & in praxi titul. de præsent. num. 3. Garzia de benefic. part. 4. cap. 1. num. 15. Lambertinus 1. par. lib. 2. q. 1. art. 2. apud quos alij.* Ad partes autem huiusq. descriptionis membra diluçidanda, quod afferam, mihi non est distinctum ab his, quæ disputanda sunt inferiùs, tùm de persona instituenda, tùm de Ecclesijs, ad quas præsentanda est: tùm de persona instituente. Si tantum expenderim quid intelligatur per Tò *præsentem*. Etenim ad præsentationem, quam exhibitione declarauimus personæ instituendæ, adeò videtur necessaria presentia, quemadmodum infra disputantes de persona præsentanda declarauimus, vt non valere consuetudinẽ in contrarium scripserint *Abbas cons. 76. nu. 2. Lambertinus q. 11. part. 1. lib. 2. art. 2. Garzia de benefic. part. 4. cap. 1. num. 17.* Quamobrem vel reali præsentia, vel aliquo pacto intentionali, vt cum Philosophis loquar, cognitus esse debet Instituenti Præsentatus, cuius teneat qualitates, sic probè *Abbas cap. ea noscitur de his, quæ fiunt à Prælatis, & cap cum parati de appellat. & cons. 76. 2. par.*

3 Secunda sit assertio, licet quæ de libertate, ac ratione voluntarij electionis diximus, Præsentationi etiam suo competunt modo; nihilo tamèn minus li fiat à Patrono saltem laico præsentatio conditionalis incerta, dubia, atq. obscura valet, dummodò infrà præscriptum ad præsentandum tempus, conditio purificetur, incertitudo, dubietas, atq. obscuritas auferantur. Deduco *ex Lambertino 2. part. 2. lib. q. 3. art. 5. num. 3. 4. & 5. Garzia de benefic. 8. par. cap. 2. à num. 3. ac deinceps.* Ratio autèm est, vt faciliùs Ecclesijs Patroni possint consulere. Quando, & cur electio non valeat incerta, & conditionalis tradunt *Lambertinus, & Garzia citat.* quam quæstionem expendere actum esset agere, & parum vtilitatis ad electionẽ nostri Præsulis afferre; quippè quæ difficultas vsu rarò veniet.

Quid autèm sentiendum sit de voluntate præsentandi, & nùm præsentatio sit, mentis tantum Patroni declaratio tradit eruditè *Lãbertin. 2. par lib. 2. q. 3. principali art. 2.*

4 Tertia sit assertio. Præsentatio ad beneficium Ecclesiasticum, præsertim Episcopatus, est actus; seù exercitium facultatis spiritualis nimirum Iurispatronatus. Duæ sunt huic assertioni partes, quarum prima pendet à posteriori de qua magna controuersia est inter Canonistas, & pleriq. contrarium sentiunt. Verùm non caret diserijs auctoribus nostra conclusio, & quidèm vrgentioribus, vt arbitror rationum momentis. Itaquè *Goffredus* è nostro Regno Neapolitano *Tranensis* antiquus auctor, ac peritiæ iuris nulli secundus in *summ. de Iurepatron. §. 1. vltra medium*, cui accessit *Dominus Antonius* vir summæ doctrinæ in *cap. quanto de iudicijs* asserit, Iuspatronatus realiter esse spirituale, & ibidem *Andreas Barbatius hac in rubrica de iudicijs*, quos è nostris Theologis sequuntur *Soarius tomo 1. de Religione, ac de simonia lib. 4. cap. 28. num. 8. Layman lib. 4. tract. 2. cap. 14. num. 20. & 21.* alijq. Recentiores deducentes ex antiquioribus Theologis docentibus, in venditione rei temporalis, cui annexum est iuspatronatus, nullam huius rationem habendam esse, nec quia spirituali annexum sit aliquid temporale, vt habetur in *cap. de iure de iurepatron. sic Paludanus in 4. dist. 25. q. 5. art. 2. Sanctus Bonauentura ibid. art. 1. q. 3.* Verùm
5 cum formaliter, atq. in se Iuspatronatus dixerimus aliquid esse spirituale, non eo diximus sensu, quasi aliquid physicè, atq. absolutè sumptum spirituale esse significaremus: quemadmodum est anima in genere naturali; gratia, & habitus supernaturales in genere supernaturali, sed moraliter ius sumimus, de quo loquimur, ac de spirituali scribunt iurisdictiione Doctores de iure eligendi ad beneficia, cæteriq. huiusmodi, quæ nuncupantur incorporalia: quo etiam pacto dicit *Baldus cap. quanto num. 2.* omnia iura, quæ non metimur ex corpore, sed ex substantia iuris incorporei indiuidua esse *ff. de vsu, & habitu, l. vsus pars, ff. ad l. falcidiam, l. 1. §. vsusfructus, ff. de Iurepatronatus l. Cornelia pia.* Additq. *Baldus*, esto Iuspatronatus quoad consecutionem v. g. successionis, atq. emolumenta secundum *Glossam cap. quanto cod.* diuisibile sit; realitèr tamen sectionem non recipit, & est ex his, quæ solo iuris intellectus percipiuntur, id est non corporaliter, sed moraliter, ac spirituali modo existunt. Hoc autèm pacto exposita cõclusio quoad secundam eius partem, ex qua primam pendere diximus. Probatur ex *Glossa vlt. cap. Præterea il primo de transact. verbo simoniaca*, qua rationem assignans, cur Papa definierit, non valere transactionem de iure præsentandi, ait, *Cum non liceat transigere de re spirituali interuentu pecuniæ.* Hoc idem indicat *Glossa cap. pie mentis 16. q. 7.* quæ cùm dixisset, esse indiuisibile Iuspatronatus; per diuersos tamen addit respectus posse diuisibile dici non realiter, atq. à parte rei, vt Philosophi loquuntur, sed opere intellectus: quemadmodum ex Baldo paulò ante scripsimus. Respectus autèm ex quo tum citata Glossa, tùm cæteri Auctores aduersarij dicunt, hoc ius temporale, seù laicale, & non spirituale, atq. Ecclesiasticum illud est, quod laico competat. Verum mea quidèm sententia potiori nomine hoc probat esse spirituale. Quamobrem sic tertio loco post Glossarum adductas auctoritates arguo. Ius temporale, seù laicale ex sua natura subiectum, cui competit, petit laicum, & non Ecclesiasticum: atqui Iuspatronatus præsentandi personam ad Ecclesiasticam dignitatem, vel beneficium, natura sua non competit laicis fundantibus, constituentibus, vel sufficienter Ecclesiam dotantibus, sed ex priuilegio, & gratia Papæ: respicitur. quicumquè laicus ab illo iure tanquam subiectum improportionatum, soloq. fauore, ac potestate Pontificis quasi eleuatum ad illud ius, cum laici de iure non debeant tractare

Digitized by Google

spiritualia negotia *cap. decernimus de iudicij, & cap. Messana de elect.* Igitur ex respectu ad sæcularem personam, quem natura sua minimè sibi vendicat hoc ius, atq. è conuerso è reciproco, mutuoq. respectu personæ sæcularis, quæ non ex se, sed vt affecta Pontificis Priuilegio habet ad hoc ius, deducitur meritò hoc idem esse spirituale; quippè quod non ex se habet ad hæredes transire, sed ex eodem, quod assertum est priuilegio, & gratia Pontificis, seù Ecclesiæ. Quarto argumentor ex iure eligendi, quod omnium calculis est spirituale, & tamèn olim permissum forsitan erat laicis, vt ex *dist. 63.* colligitur videtur, præsertim *cap. Hadrianus*, & licet concessum propriè non fuerit, neq. concedatur, hoc non probat non esse spirituale, atquè Ecclesiasticum ius præsentandi, sed tantum esse spirituale ius eligendi ius, vt probè notarunt *Antonius, & Barbatius*: quia eò spiritualior est actus ad aliud ordinatus, quo magis proximus est fini spirituali; cùm igitur per electionem initium sumat spirituale matrimonium inter electum Præsulem, & Ecclesiam, vt *super libro, & lib. 1.* sæpius dictum est: Ius autem Patronatus non initiat matrimonium, sed per solam præsentationem aptam reddit personam instituendam, quæ quidèm postea conjugium inibit, idcirco concessit Ecclesia ius hoc laico, secùs autèm ius eligendi.

6 Quintò à priori hoc idem ostenditur; nàm si causam, à qua hoc deriuauit ius perpenderimus, spiritualem, atq. Ecclesiasticam fuisse potestatem comperiemus: hæc enim Ecclesiastica sunt beneficia, si modum instituendi, & conferendi, si rationem formalem gratitudinis, ac fouendi pia fidelium vota ad opera Religiosa, etiam maiora, cum Dei gratia obeunda, aliasq. conditiones omnes spirituales reperiemus, Bona etiam ipsa, ob quæ nonnulli minimè rem inspicientes; iuspatronatum laicale dixerunt, etiam suo modo spiritualia esse contendo; Etenim siuè fundus, siuè pecuniæ ad extruendam, vel dotandam Ecclesiam, licet in se materialia, ac temporalia sint; verum vt instrumenta pietatis considerata, ac Religionis, necnon velut obiectum, seù materia actus harum virtutum, ex quibus ad pia, religiosaq. opera præstanda moti sunt fideles, spiritualia quidèm instrumèta dici meritò possunt. Confirmatur, quia similia bona siuè agri, siuè fundi, siuè pecuniæ si fuerint Ecclesiæ, hac sola denominatione dicenda sunt Ecclesiastica; igitur & hæc, de quibus loquimur, quoniam & obiecta, circa quæ virtutes versantur, & instrumenta sunt piorũ operum, imo & materia, circa quam Christiani virtutum actus exercentes æternitatem merentur Gloriæ; profectò spiritualia dicenda sunt. Terminum deniq. si spectemus, siuè vltimum, beneficium scilicet Ecclesiasticum, potestatesq. demum, quæ ad illud consequuntur, aut in eo imbibuntur, quomodo Ecclesiasticũ, ac spirituale non asseremus? Idem dicendum de immediato termino, actum nempè Præsentationis, quam si probauerimus esse spiritualem, principem profectò nostræ conclusionis partem ostenderimus.

7 Itaq. hanc, de qua loquimur, Præsentationem, actum esse, atq. exercitium in se formaliter spirituale contendimus, spiritualis, quam hactenus probauimus potestatis, atq. iurispatronatus. Probatur primò, quod eius terminus immediatus, ad quem tendit, spiritualis est, beneficium videlicet Ecclesiasticum, vt ex materia de beneficijs exploratum suppono, neque Præsentatio tantum applicatio dicẽda est subiecti; quo pacto vt quid merè extrinsecum se haberet, quatenus applicans actiua passiuis, vt loquuntur Philosophi: verùm proximè subiectum illa disponit, vt per institutionem ius habeat deinceps, potestatemq. omninò perfectã; de eo etiam secundùm canonicas leges est facienda præsentatio, qui aptus, ac dignus sit, vt infra dicemus ex *cap. significasti, cap. suggestum, aliisq. textibus de Iurepatronatus.* Confirmatur, quod institutio, si absq. præuia præsentatione fiat, ex se irrita est *ex cap. illud eod. tit.* ergò præsentatio licet non conferat ius proximè, vt infrà; confert tamèn proximam dispositionem, seù capacitatem subiecto, & vt ad formam spiritualem, atq. Ecclesiastica potestate ordinata, prærequisita; spiritualis proculdubio censenda est.

Confirmatur, quia hic præsentationis actus à potestate, & facultate iuris est spiritualis, nèpè Patronatus, quod cum aliter sit probatum, spirituale, ex illo rectè deducitur, Præsentationis actum, vt spiritualem habendum.

CAPVT TERTIVM.

Nonnulla deducuntur ex disputatis.

SVMMA.

Sicut olim non iurabatur de calumnia in causa spirituali, sic etiam in causa Iurispatronatus, num. 1.

Ius possessum non sortitur possessoris naturam, quando ex gratia, & priuilegio illi competit, num. 2.

Neq. Iuspatronatus, neq. Præsentatio sunt vendibilia. n. 3.

Præsentatio non est ius, sed iuris exercitium. n. 4.

Præsentatio dicitur aliquo pacto donatio. n. 5.

Præsentatio potiùs Patroni, quam Instituentis dicitur donatio. n. 6.

In vno tamen casu Præsentatio censeretur potius donatio in instituentis, quàm Patroni. nu. 7.

Ius petendi ad Cathedralem competit Patrono ex priuilegio, siuè præuia fiat Præsentatione, siuè non, nu. 8.

Nonnulla sunt discrimina inter Petitionem à Patrono factam, & à non Patrono, nu. 9.

Ex

Digitized by Google

1 EX dictis colligitur primò, quod ſicut olim non iurabatur de calumnia in cauſa ſpirituali, ità neq. in cauſa iuris Patronatus, *Gloſſa cap.literis de iuramento calumniæ.*

2 Fit ſecundò. Ius poſſeſſum ab aliquo non ſortiri poſſeſſoris naturam, quando ex gratia, & priuilegio id habet: quia nimirùm improportionatus natura ſua illi ſit iuri, vt de Patronato poſſeſſo à ſæculari, de quo probè notauit *Abbas cap.quanto notabili vltimo num.3. de Iurepatron.* Sic etiam character baptiſmi eſt natura ſpiritualis, & tamèn non ſortitur rationem ſubiecti.

3 Fit tertiò. Neq. Iuſpatronatus, neq. Præſentationem ipſam præcipuè ad Præſulatum eſſe vendibilia; cum ſpiritualia ſint, ac materiam propriæ ſimoniæ per *cap. Præterea 2. de tranſact.* vbi *Abbas, & alij, quos refert, & ſequitur Reuanus par.3.c.13.n.22.* & proſequitur erudite *Soar.tom.1.de relig.lib.4.de ſimonia, c.23. n.10. & 11.*

4 Fit quarto. Præſentationem non eſſe ius, ſed actum, & exercitium iuris, poteſtatiſq. ſpiritualis; quod quidèm effectum, ſeù fructum iuris dicunt nonnulli cum, *Gloſſ.final.in cap. cũ Bertold.de re iudicata, Abbas, & alij in cap. cõſultationib.de Iurepatr. Felin.cap.cum olim in 1. colum.de maior.et obed. Filipp.Dec.cap. ſuper eo in 1.notab.de offic.deleg.*

5 Fit quinto. Præſentationem aliquo pacto dici poſſe donationem, vt indicatur *cap.final. de conceſſione prębendæ*, vbi *gloſſa verbo donationes, et Abbas in penult.notab.* Ratio eſt, quia Præſentatus ornamenta requiſita ſi habeat ad beneficium, vel dignitatem, debet illam conſequi per *cap.Decernimus 16.q.7.* quod etiam ſentiunt *Hoſtienſ. Io. Andr. & Cardinalis*, quos citat, ac ſequitur *Lambertin, 1.par.2.lib.q.1.art.3. num.1.*

6 Hinc licet Præſentatio perfectum non det ius, ac inſtitutio, vt conſtat *ex cap.cum Bertold. de re iudicata, & cap.ex frequentibus de inſtitut. primaq. regula de reg.iur.in 6.* ex neceſſitate tamèn, qua inſtitutor tenetur præſentatum inſtituere, donationis liberalitas, potius præſentantis, quàm inſtituentis eſſe cenſetur, cui liberum fuit illa erga hunc, vel illum vti.

7 Vnus tamèn excipitur caſus, quando vel cum poſſet Patronus, plures præſentaret, *cap. quod autem de Iurepatr.* vel tali ſub conditione priuilegium fuiſſet ei conceſſum ad Cathedralem Eccleſiam præſentandi; tunc potiori nomine donatio diceretur inſtituentis eſſe, quàm præſentantis; quia ex arbitrio illius penderet inſtitutio huius potius, quam alterius, cui daret plenum ius. Hoc autem intelligo in caſu, quo æquè præſentati eſſent digni, quando prò arbitratu huic potiùs, quàm alteri poteſt beneficium dari iuxta dicta *lib.6.diſp.7.c.3.* Secùs cum vnus cæteris eſſet dignior, qui neceſſario inſtituendus eſſet, vti diximus *diſp.10.* & indicat, *cap.cum autèm de iurepatronatus.*

8 Fit ſexto. Ius petendi ad Cathedralem Eccleſiam etiam competere Patrono ex Priuilegio, ſiue fiat præuia præſentatione, ſiue petitione, præſentationem implicitè inuoluente. Sic deduco *ex Lambert.de iurepatr.1.par.2.lib.q.1.*
9 *art.11.n.2.* Sunt autèm inter petitionem à Patrono factam, & alteram à non Patrono nonnulla diſcrimina. Primùm, quod hæc, & Præſentationem inuoluit, & aliquale ius modo infra declarando aliquo pacto tribuit: Secus facta à non Patrono, ſic *Archidiaconus cap.Hortamur 71.diſt.* Hęc neceſſario inſtitutionẽ inducit, ſuppoſito iam priuilegio iam facto; non autèm illa, eodem Archidiacono auctore. Tertium ſine illa collatio eſſet nulla in cęteris beneficijs ab Ordinario facta, *cap.Decernimus 16.q.7.* atq. à Papa, ſi fieret ſpecialiter derogandum eſſet Iuripatronatus; ſecùs verò ſinè hac, vt idem Archidiaconus docet. Quartùm ad petitionem Patroni exponendum eſt edictum *ex cap.final. iuncta gloſſ.de elect.in 6.* qui textus ad petitionem non habitam à Patrono, minimè latè patet. Demùm Patroni petere debent intra præſcriptum à iure tempus, vt infrà dicemus: Secus qui Patroni non ſunt per ſe loquendo, vt notat *Lambertin.1.par.lib.2.q.1.art.11.*

CAPVT QVARTVM.

Soluuntur obiectiones in contrarium.

SVMMA.

Ab initio ſemper Iuſpatronatus ſpirituale fuit, quo ſæcularis capax non erat, niſi priuilegio pone eleuatus.n.1.

Etiamſi Præſentatio ius non conferret Præſentato, ſpiritualis tamèn eſſet dicenda.n.2.

Iuſpatronatus ad hæredes tranſit ex Eccleſiæ Priuilegio, quod eius non officit ſpiritualitati. nu.3.

Præſentatio eſt aliquid relatiuum proximè diſponens ad beneficium.n.4.

Quod eſt cum altera connexum, eiuſdem poteſt eſſe gradus cum eo.n.5.

Vaſa ſacra, & reſpectum ad Sacrificia dicunt, et quatenus conſecrata aliquo pacto ſpiritualia dici poſſunt.n.6.

Connexio Iuriſpatronatus, & beneficij ſpiritualitatem illius arguit.n.7.

Bona laicalia non obſtãt ſpiritualitati iuriſpatronatus.n.8.

1 OBijcies primò ex *Abbate cit.n.6.* Ius præſentandi nunquam in eſſe deductum fuit; igitur dici non poteſt originaliter ſpirituale. Reſpondeo, vbi primùm initium habuit hoc ius præſentandi fuiſſe quidèm laico conceſſum, nõ

Digitized by Google

tamèn tanquam subiecto proportionato, sed ex Priuilegio, & gratia, quasi eleuato; quippè quod sicut Ecclesiam, vel fundauit, vel construxit, vel donauit propriis bonis, quæ vt materia virtutis, religionis, & pietatis nō merè temporalia dici poterunt, sed per denominationē petitam, tùm ex actibus dictarum virtutum, quos terminant; tùm ex termino, ad quem ordinātur, Ecclesiæ videlicet bonum, spiritualia dici possūt: sic & ipse Patronus similibus de causis, quibus proportionem aliquā sibi comparauit, qua instrumentum, & subiectum proportionatum dici pariter possit ex gratia, & priuilegio ad recipiendum hoc ius spirituale. Quod si magna licet componere paruis, sicut siue, anima, siue intellectus humanus non est ex se beatæ visionis proximè capax; affectus tamèn lumine gloriæ ad illā proportionē habet; sic & in casu nostro Patronus iuris spiritualis ex se capax non est, nisi Priuilegio, & gratia Pontificis donatus.

2 Obijcies secundò è Præsentatione nullum confertur, vel acquiritur ius Præsentato; ergò Præsentatio non est spiritualis, neque ius exigit spirituale.

Respondeo quicquid sit de antecedente, q infra expēdemus, causam finalem Præsentationis declarantes, Præsentationem esse spiritualē satis abundè superiori capite demōstratū esse, atq, ad id satis esse à potestate spirituali, siuè proxima iuris Patronatus, siue remota Ecclesiæ, à qua ius illud cōcessum est per Priuilegiū deriuari, atq. ad terminum, & formam tendere spiritualem, tùm institutionis, tùm beneficij, siue dignitatis Ecclesiasticæ, ad quam proximam ipsa confert capacitatem necessariò requisitam.

3 Obijcies tertio, Iuspatronatus transit ad hæredes; ergo non est spirituale. Respondeo, non transire ad hæredes ex vi hæreditariæ successionis, vel temporalis iuris, sed ex gratia, priuilegioq. Ecclesiæ, quæ ex benignitate, ac maxima gratitudine fauorē suum ad Vocatos à Patrono, vel eius hæredes latè patere voluit.

4 Obijcies quarto. Præsentatio est quædam inchoatio ordinata ad spiritualem institutionem, vt colligitur *ex cap. Quod autèm de iurepatr.* ergo non est aliquid spirituale.

Respondeò Præsentationem nō esse aliquid absolutum, sed potius cōstitutum per respectū spiritualem, cum ad personā præsentantē, tùm ad ius, ex quo tanquam è potentia morali fluit immediatè; tùm etiam ad institutionem, ac beneficium, seù dignitatem Ecclesiasticam, neq. esse remotum aliquod principium, sed proximam, necessariamq. dispositionem instituendi secūdum inferius dicenda, *in cap. autèm citato* meritò quidem dicitur inchoatum esse negotium illius, qui primò fuit præsentatus, collatus cum presentato à Patrono, & instituto ab Ordinario.

5 Obijcies quinto ex *Decio cap. quanto de iudicijs n.* 3. qui hoc argumēto arctiùs vrget. Quod est cōnexum, essentialiter distinguitur, est q. diuersum ab eo, cui connectitur *arg. l. quod nerua ff. depositi*, fauetq. *text. in cap. finali de institutionib. & vap per vestras de iurepatronatus*. Sed iuspatronatus est connexum rei spirituali per *cap. Quanto de iudicijs*, ergò non est spirituale. Maiori propositioni respondeo, quod est annexum alteri, non repugnat esse in eodē gradu, si fuerit ex genere respectiuorum, vel ordinē dicentiū ad aliud: Sic accidens naturale substantiæ naturali, accidens spirituale substantiæ spirituali vna relatio in altera probabiliter, imò, & cætera accidentia non modo in materia, sed in quantitate subiectantur, & coniunguntur: imò si hæc connexio fuerit intrinseca, & necessaria, arguit potiùs extrema eiusdem ferè esse ordinis. Quamobrem si ab his Auctoribus hæc asseratur, vt videtur asseri connexio inter iuspatronatus, atq. institutionem, siue beneficiū Ecclesiasticum, necesse est, vt fateantur illud in eodem etiam esse ponendum ordine. Quod totum confirmati poterit auctoritate *D. Thomæ 2. 2. q. 100. art. 4. in corpore*, qui quidèm ex dependentia, & connexione, quam beneficium Ecclesiasticum habet cum officio illud absolutè spirituale pronunciat.

6 Addo vti vasa sacra etiam, vt sacra *non* obstare, quominus ad sacrificiū respectū habent, ac dicant, vt probè *D. Thom. cit.* & quominus vt consecrata, spiritualia sint, ità de Iurepatronatus dicimus esse quidèm in se quid spirituale; quia tamèn totū suum esse habet in ordine ad institutionem, ac beneficium Ecclesiasticū; ideò annexum alteri spirituali principaliori.

7 Hinc euidentiùs constat, quod primo loco scripsi: nàm cum connexio hæc cum beneficio intrinseca sit, & connaturalis Iuripatronatus, atq. inseparabilis, ità vt licet Ecclesia tale posser ius destruere, non tamèn præstare, quod sit; & connexionem non habeat cum beneficio, vt rectè notauit *Soar. 1. tom. de relig. lib. 4. de simonia c. 28. n. 10. ad fin.* necessariò fit, vt vel ex hac necessaria dependentia, nequaquā minori, quā sit inter officium, & beneficium, sicut, auctore *D. Th. paulò ante cit.* spiritualitas beneficij deducitur ex officio, ità & spiritualitas iuris Patronatus ex beneficio; lex autèm citata distinctum, quid esse inquit id, quod cum altero connectitur, & id, quod connexum est: hæc autèm distinctio non necessariò diuersitatem arguit in gradu, & ratione spiritualitatis, imò vti probatum est, potiùs eamdem indicat rationem. Ad minorem propositionem aio ex illo *textu cap. quanto* non deduci iuspatronatus annexum iuri spirituali, sed causam iuris patronatus esse connexam causæ spirituali, vt aduertit Auctor adnotationis *ad Abbatem in cap. cit. quanto I. C.* & quamuis iuspatronatus beneficio esse annexum diceret, nobis fauere demonstrauimus.

8 Obijcies vltimò, ex eodem Auctore Iuspatronatus ducit originem à bonis profanis, atquè à laico oblatis; igitur est laicale.

Respondeo ducere quidèm originem ex bonis laicalibus impropriè tanquam ex materia remota, estquè respectus remotus, quod illa bona sint à laico etiam oblata; Verum quicquid

Digitized by Google

quid sit de hoc, illud certum, atque explora-tum est, & illa bona tanquam materiam, circa quam virtutis se habere, & esse quasi eleuata, vt ità dicam, & vt terminantia virtutis actum, minimè profana, & Laicũ ex Religione, & pietate motiuo spirituali ex se obtulisse, quæ omnia nudant profanitate bona laicalia, induuntq. pietate, ac Religione.

DISPVTATIO SECVNDA

De causa materiali, alijsquè circumstantijs Præsentationis;

CAusa formali, & circumstãtia! Quid prẽsentationis in superioribus disputationibus expensis, aggredimur in præsentia causam materialem declarandam, quæ siue ad circumstantiam circa quid, siue ad illam eamdem quid reducitur. Cùm autẽm multa de hac ipsa dixerimus, *vt* 1. *tomo lib.* 2. de illegitimis excludendis ab hac dignitate; *lib.* 3. de ætate promouendi, de scientia, de integritate vitæ, dequè alijs requisitis: de vitijs præterea, quibus carere Præsul debeat, atq. de impedimentis Ecclesiasticarum Censurarum; nec non *libr.* 4. *vbi disput.* 1. de Religioso statu, & voto nùm personæ promouendæ impedimento sint; & an votum non acceptandi Præsulatum paritèr impediat *disp.* 3. *disput. deniq. vltima* de ordine, quem petit Episcopatus in Promouendo. Deindè cum hoc *ipso tomo lib.* 5. simoniæ, atquè ambitionis excluserimus fœditatem ab electione canonica; liberq. sextus digniorem exposuerit semper in Episcopum præferendum, vbi post multa ad valorem disputata collationis, & ad conditionem dignioris requisita per quinque disputationes, *disput.* deinceps *sexta*, *cap.* 1. de aptitudine, ac dignitate promouendi cum egerimus, *cap.* 2. peccatum promouentis indignum declarauimus, necnon obligationẽ Regum, Principumquè præsentantium ad Ecclesias Cathedrales *à num.* 14. *& cap.* 3. *à num.* 8. Insuper *disp.* 7. de peccato non proponentis digniorem *cap. præsertim* 2. & quid agendum sit, cum æquè digni fuerint multi *cap.* 3. ac tota *disp.* 8. speciali ratione de Promotore ad Episcopatum. Validatem præterea expendimus electionis *disp.* 9. *&* 10. vbi *cap.* 1. expresè sermonem habuimus *num.* 3. de præsentatione, *disp. etiam* 11. *&* 12. de restitutione malè promouentium, vbi de Cardinalium obligatione à Summo Pontifice interrogatorum de doribus, atquè ornamentis Personæ propositæ ad Cathedralem Ecclesiam *cap.* 4. *à n.* 14. *& cap.* 8. specialiter actum est de Patroni obligatione *à num.* 5. Iterùm disceptauimus de præsentandis, atq. obligationibus Patronorum præsentantium *disput.* 13. *cap.* 7. *à num.* 16. Demùm pœnas exponentes contra malè eligentes *disp.* 14. *cap.* 2. *num.* 14. ad Patronos spectantes indicauimus; & in dubio quæstionem exposuimus *cap.* 3. Postremò multa ad personam spectantia confirmandam, quæ huc referri possunt in ordine ad instituendam, & non pauca ad personam postulãdam; pauca sanè supererunt hic ad personam præsentandam spectantia disputanda, quæ mox subijciam.

CAPVT PRIMVM:

Nùm prẽsentatio ad Cathedralem Ecclesiam esse debeat personæ præsentis.

SVMMA:

Status quæstionis. n. 1.
Sententia necessario requirens præsentiam instituendi ad Cathedralem Ecclesiam. n. 2.
De iure per se loquendo præsentia requiritur talis Instituendi. n. 3.
Præsentatio facta de absente instituendo in Præsulem valet admissa à Pontifice. n. 4.
Ad Episcopatus Hispaniæ, & Galliæ promouendorum in Episcopos examen non Romæ, sed in partibus habendum est. n. 5.
Ordinarius absenti potest beneficium conferre, illumq. per Procuratorem inuestire. n. 6.

1 SEcundò *cap. disp.* 1. *n.* 2. diximus, ad rationem præsentationis aliquo pacto spectare præsentiam Prẽsentati, quam prẽsens caput excipiet explicandam. Et sanè bifariam de hac quæstione disputare possumus; idest generaliter de omnibus ex iurepatronatus præsentatis, quod supetuacaneum esse minimè dubito; quia à quampluribus ex Instituto Iuspatronatus expendentibus

Digitized by Google

bus præstitum est, vt à *Lambertino par.1.libr.2. q.11.ab art.1.ac deinceps*, *Rocchо apud eumdem, Viviana par.2.lib.6. cap.8. Sella de benefic. par.3.q.6.num.7. Garzia pariter de benefic. part. 4.cap.1.à num.16. Zerula titul. Iuspatron. Barbosa de offic.& potestate Episcopi allegat 62. num. 117. aliisq.*

2 Secundo autem modo inscripta quæstio poterit agitari ad Præsulatum contracta, de qua *Bertachinus tract. de Episcopo in 3. part. secundæ principalis lib.3.q.7. Lambertinus, de iure patron.1.part.lib.2.quæst.11.art.1. num.4. versic. idem vult,& art.3. num.9.* ni mala illius Codicis interpunctio me fallat. Docent itaq. eligere, nominare, præsentare, seù literas de præsentando Episcopo mittere non sufficere, ni facta reali præsentatione instituendi coram Instituẽte. Fundamentum est idem, ac de alijs præsentationibus mox afferendum.

3 Sit assertio prima. De iure per se loquendo non modo ad licitam, sed ad validam præsentationem habitam à Patrono ad Ecclesiam Cathedralẽ respectu ipsius Patroni realis desideratur præsentia Præsentati. Est hæc sententia consensu Doctorum certa, vt apud citatos est videre, apud quos alij. Probatur *ex cap. cũ & plantare, §. in Ecclesijs, Glossa in Clementina Dudum in verbo præsentari de Sepulchris*. Secundo ex etymologia, quia repræsentari dicitur, qui præbetur, atq. exhibetur sensibus corporeis *l.1.in princip. ff. verborum obligat.* atquè ità decisum fuit *in vna Papiensi iurispatronatus 31. Ianuarij 1504. coram Cardinale Mellino, & in vna Gerũdensi Beneficij 28. Ianuarij 1600. coram Corduba.* Ratio fundamentalis est, quia præsentatus ad Cathedralem præsertim Ecclesiam examen subire debet, de quo infra, quod examen personale cum sit, neq. ab vno pro altero possit haberi, necessario sequitur huiusmodi Præsentatum coram Pontifice teneri realiter adesse. Consultò dixi respectu ipsius Patroni, nàm respectu Instituentis præsertim Papæ hoc necessarium non esse compertum habeo, ad quod.

4 Sit assertio secunda. Præsentatio facta de absente in Præsulem instituendo valet admissa à Pontifice. Probatur, quia si quicumq. Ordinarius esto non teneatur admittere præsentationem illius habitam, qui personaliter se non exhibuerit, eam tamẽ si admiserit, valet præsentatio, licet non nouerit præsentatum, vt expressè docent *Abbas citatus, Boccus de iurepatron. verbo honorificum q.6.nu.27. Lambertinus dicta q.11.art.4. Garzia de benef. par.4. cap.2.nu. 18.* quicquid in contrarium dicat *Berous cons.87 num.8. volum.1.* à fortiori id verum erit de ad-
5 missione præsentationis à Summo Pontifice facta. Eò vel maximè, quod vt infra dicemus ex *Bulla Clementis VIII.* ad Episcopatus Hispaniæ, & Galliæ examen, non Romæ coram Pontifice, apud quem fit præsentatio, examen habendum est de præsentatis, sed in illis Regnis, vel coram S.R.E. Cardinali Legato, vel forsitan tunc existente, vel corã Sanctæ Sedis Apostolicæ Nuntio ibi degente; & consequenter de his præsentatis hæc nostræ conclusionis pars erit certior. Secundò quia fundamentalis ratio, vt *num.3.* indicaui, huius realis præsentationis est examen Præsentati habendum, quod quidèm esto pro forma Institutionis subeundũ sit, necessariò tamèn non requiritur pro forma præsentationis, ad quam examen minimè desideratur; quam ob rationem non modo praxis ad Cathedrales Ecclesias, quæ posset in contrarium esse, saluatur; sed quæ de alijs beneficijs esse asseritur *Garzia citat. num.24.* quæ ferè nunquam præsentari corporaliter ait instituẽdos. Multa possem ad hanc assertionem firmãdam è paritate rationis congerere, sed videri poterunt apud *Lambertinum vbi loco cit. à n.2. ac deinceps.*

Obijcies. Consuetudo in contrarium præsentandi absentem non valet, auctore *Abbate cons.76.nu.2. Lambertino cit.q.11.art.2. allegato Garzia n.17. ergò, &c.*

Respondeo, non posse consuetudine valere præsentationem factam de absente coram Prælato resistẽte cuius interest præsentatum instituere, cum ex iure Patroni realiter præsentare teneantur, & iuxta Superiorem conclusionem, præsentari non dicatur propriè absens, vt ibidem, & prosequitur *Abbas citas.* apud quem *Ioannes Andreas, & in cap. ea noscitur de his, quæ fiunt à Prælatis, &c.* At vbi consentit, & præsentationem admittit, profectò consuetudo hoc modo præsentandi de consensu instituentis valere poterit, & à fortiori, si fuerit Summus Pontifex, cui ad hæc summa potestas est.

Confirmatur Ordinarius, & à fortiori Papa, potest absenti beneficium conferra ex *cap. si tibi absenti de Præbendis lib.6 & cap. gratia de rescriptis eod. lib.* valet etiam inuestire absentem per Procuratorem, vel ipsum Procuratorem pro absente, vt scribit *Abbas in allegato consil. nu.3.* ergo, & poterit admittere præsentationem factam de absente, quippè quæ quoddam est inchoamentum ad institutionem obtinendam, *vt in cap. quod autèm de Iurepatronatus*, ac docet *Innocentius in cap. quod sicut de electione*, vt rectè prosequitur *citatus Abbas*. Quæ maximè vera sunt de persona nota instituenti, vt habet *communis DD. apud citat. Lambertinum*, licet hoc solum de notitia, aliàs excusante, exceptionem habeat in Episcopis, qui examinandi sunt omninò, vt infrà dicemus, & notat *Bertacchin. de Episcopo 3. part.2.princip.3.lib. quæst.7.*

Caput

CAPVT SECVNDVM.

Nùm Patronus se ipsum ad Cathedralem possit Ecclesiam præsentare.

SVMMA.

Patronus etiam Clericus nequit se ipsum ad Cathedralem Ecclesiam præsentare. n. 1.
Nùm Patronus pauper possit Cathedralem sibi Ecclesiam deprecari. n. 2. remissiuè.
Non potest Patronus per Procuratorem à se ipso constitutum ad Ecclesiam nominari. n. 3.
Regula, qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, quando locum habet. n. 4.
Quomodo, ac quando potest à Compatrono alter Compatronus præsentari. n. 5.
Donatarius perpetuus nominare posset donatorẽ Iurispatronatus n. 6.
Limitatio assertæ conclusionis. n. 7.
Posset Filius à Patre, Nepos ab Auo, & sic de singulis sanguine iunctis nominari. n. 8.

QVinto libro disp. 4. similem quæstionem in electione canonica frequẽtem, prò viribus elucidauimus, ex qua huius solutio ad præsentationẽ applicatæ deducenda est.

1 Sit itaq. assertio prima. Patronus etiam Clericus nequit se ipsum ad Cathedralem Ecclesiam præsentare. Manifestò deducitur ex his, quæ *loc. cit. c. 3. & 4.* diximus; deindè ad rem propius adduco, ibi etiam perpensum *textum cap. per nostras adiuncta glossa*, tùm *verbo ingerere*, tùm *verbo præsentare*. Et quidèm verba illa textus, *Cùm igitur nullus se ingerere debeat Ecclesiasticæ Prælationis officij*, clariorẽ nostram hanc reddunt assertionem, quæ etiam dilucidatur ex *cap. Consuluit eod.* vbi *Abbas, Ioannes Andreas, Ancaranus, & alij, quos allegato loco Doctores citaui*, quibus addo *Lambertinum de Iurepatron. 1. part. lib. 2. q. 8. principali art. 2. & 6. Consalez in Commentarijs ap reg. Cancellariæ glos. 2. nu. 57. & Rotam decis. 185. part. 2. diuersarum, & in vna Papiensi Parochialis 13. Maij Anni 1598. coram Orano apud Iulianum Viuianum de Iurepatron. par. 2. libr. 6. cap. 9. in princip.* Rationes autèm nostræ conclusionis petendæ sunt à loco citato, quas inutile prorsus esset huc transferre. Prudens dixi, Patronus etiam Clericus, cum de sæculari à fortiori hæc omnia probent. Plura tradit *Lambertinus* pro hac conclusione, atquè nonnulla in contrarium acuta, quæ soluit *de Iurepatr. 1. part. lib. 2. q. 8. art. 1. & 4.* vbi probè disputat.

2 An possit Patronus pauper precibus sibi deprecari Ecclesiam vacantem.

Assertio secunda. Non potest Patronus per Procuratorem à se ipso constitutum ad Ecclesiam nominari, sic *Abbas in dicto cap. per nostras, vbi additiones litera D. & Viuianus cit. num. 7.* fuitq. decretum *à Rota Romana in vna Salmantina Cappellaniæ 14. Octobris anni 1552. apud Caputaquensem, seù Verallum decis. 397. par. 2. & in altera pariter Salmantina coram Vestano apud Parisium de resignat. benefic. libr. 9 q. 17. n. 113. Cardinalis in cap. ex insinuatione vers. 2. quæro de iurepatr. Campanilius in diuersa iura canonica lib. 21. cap. 13. num. 399. Barbosa* 4 *allegat. 62. num. 87. ac deinceps.* Ratio est, quia qui per alium facit, per se ipsum facere videtur *de regula iuris in 6.* quam regulam meritò locum habere docuimus *disput. 8. super. lib. cap. vnico num. 13.* quando non desideratur industria personæ, penitusq. alter alterius nomine præstat, vt Procurator in casu nostro, si suum peteret Patronum; fauet *cap. cum quis de sent. excommun. lib. 6. necnon lex 1. ff. de vi, & vi armata*; Cùm autèm vti *concluſ. 1.* diximus obstet, vt quis se ipsum nominet, à se oriatur, ac se se ingerat in prælationis officia, quemadmodũ *disp. 4. lib. 5.* demostrauimus, proculdubio conficitur, vt neq. per Procuratorem à se ad hunc effectum constitutum, nominari possit,

5 Assertio tertia. Poterit à Compatrono alter præsentari compatronus ad Ecclesiam Patronatam, sic *Glossa in cap. consuluit verbo concludunt ad finem de Iurepatr. Rocchus verbo honorificum q. 4. principali n. 20.* quam conclusionem vniuersaliter ad quascumq. Ecclesias cõmunem docent *Hostiensis in summ. tit. de Iurepatron. Lambertinus 3. part. lib. 2. q. 8 principali art. 5.* fauet *Abbas cons. 26. par. 2. & in cap. consuluit num. 4. & alij*, quod dictum volo iuxta doctrinam exaratam *cit. disput. 4. lib. 5.* quando nimirùm in fundatione Iurispatronatus expressum esset, vt compatronus, vel compatroni vnum ex ipsis nominare validè possent, vt *ibid. cit. disp. 4 cap. 3. num. 12.* diximus in euentu, quo electio duobus tantum compromissarijs ea lege committeretur, vt alter alterum etiam validè posset eligere adiuncto electi consensu, & penès illa, quæ *cap. 4. tradidimus n. 10. 11. & 12.* vel quando sufficeret nominatio maioris partis compatronorum, quæ quidèm clarè constaret conuenire in vnum è compatronis, cuius consensus non ad numerum augendum præsentantium, sed ad complementum iuxta infra dicenda, nè inuitus eligeretur, vt probè *Abbas citatus cons. 25. & Viuianus de Iurepatronatus mox allegandus n. 13.* tantum requireretur.

His autèm seruatis, scopulus ambitionis, ortus videlicet à se ipso, atq. indistinctionis inter electum, ac eligentem, quem declinare Sacri contenderunt canones, iuxta supradicta, euitabitur. In quo sensu, & *Rotæ* subscribo *in vna Aquilegrensi beneficij apud Viuianum de Iurepatron. lib. 6. cap 9. num. 14. & in vna Papiensi Parocchialis 13. Maij 1598. & manum do Lambertino mudò citat. art 8 num. 3. Marco Anton. variar. resolut. lib. 1. resolut. 51. num. 5. Barbosæ de officio, ac potestate Episcopi allegat. 72. num. 92. asserenti etiam num. 91.* quando plures Patroni

sunt

sunt, vel Clerici, aut alter clericus, & alter laicus ex se ipsis posse vnum nominari, ac præsentari. *Cardinali* præterea *Tusco adstipulor pract. conclus. iuris, litera P. conclus.* 595. aliisq. neq; aliàs quandocumque à se ipso quis oriretur, vel cum non esset expressum in forma cõpromissi, vt vnus compromissariorum, & à simili Patronorum præsentari validè posset, vel numerum augere præsentantium propria præsentatione, vel res non transigeretur palam, vel si palam non esset etiam ex maiori parte desiderata ad præsentandum; in quibus quidèm euentibus contra Sacros Canones locus esset ambitioni. Neq. in huiusmodi præsentationibus habenda est ratio *cap. quia propter de elect.* quippè, quod de voto proprio sibi dato augente, vel non augente numerum calculorũ nihil disposuit. Quamobrem aliundè huius pendet quæstionis decisio, *vt disput. citata* præsertim *cap. 5. num. 3. 4. & 5.* scripsimus. Contra quam doctrinam videtur etiam errasse cum citatis Auctoribus *Viuianus* allegatus *num. 14. ad finem.*

6 Assertio quarta. Donatarius perpetuus Iurispatronatus posset nominare donatorem. Talis esset, si daretur casus, in quo Princeps ob res v.g. fortiter gestas in bello, vel rectè administratam Rempublicam donaret Ciuitatem vassallo, vel alteri cum omnibus iuribus, inter quę ius etiam esset Patronatus præsentandi ex Priuilegio personam ad regimen Cathedralis illius Ciuitatis; ab hoc eodem Princeps ille si missum dederit sæculo, posset in Præsulem nominari. Deduco ex communi DD. hanc afferẽtium conclusionem vniuersaliter agitatam de omnibus donatarijs; quos aiunt posse donantes ipsos nominare ad Ecclesias, ad quas ab eis dem ius recepere Patronatus, dummodo donatio fuerit perpetua cum consensu Ordinarij in reliquis, in nostro autem casu de licentia Summi Pontificis. Et ratio est manifesta, cum distinctus esset præsentans à præsentato; neq. Presentatus oriretur à se ipso, neq. ambitiosus
7 haberetur; Secùs autem esset, si donatio iurispatronatus pro vna tantum vice facta fuisset, quippè quæ habita præsumeretur in fraudem, vt donator à donatario presentari posset. Sic *Abbas in cap. vlt. de instit. num. 1. & 5. Rocchus supra citat. verbo ipse, vel is, à quo q. 20. num. 37. Lambertinus citat. art. 11. Viuianus allegatus num. 22.*

8 Assertio quinta. Posset filius à patre, vel nepos ab auo, & sic de alijs sanguine coniunctis nominari, vt communis fert DD. sententia de singulis iurispatronatus, *glossa in cap. quia Clerici verbo filij, & in cap. consuluit verbo propria authoritate de iurepatronatus, Cardinal. in cap. quia Clerici citat. quæst. 1. Parisius de resignat. lib. 9. quæst. 17. num. 122. Barbosa de Episcopo alleg. 72. num. 93. Azorius inst. moral. part. 2. lib. 6. cap. 21. quæst. 2. Ioseph Ludouicus tomo 3. comm. opin. titul. de iurepatron. Viuianus sæpè citat. nu. 23.* Et ratio est à contrario, cum patens non fiat ambitioni locus. Confirmatur quia executor à testatore nominatus ad bona distribuenda inter pauperes, poterit in proprios distribuere filios, & consanguineos paupertate pressos Auctore *D. Thom. 2. 2. quæst. 32. art. 9. & ibi Caietan. ac reliqui Commentatores. Abbas in cap. 1. num. 5. de cohabit. Clericorum, & mulier. Calderinus cons. 39. art. 9. Cardinal. Mantica de coniectur. vltimarum voluntatum lib. 8. titul. 5. à num. 16. Gonsales gloss. 2. ad reg. 8. cancellariæ num. 54. Viuian. de Iurepatron. part. 2. lib. 6. cap. 9. nu. 23.* Imo sibi ipsi poterit applicare, si pauper fuerit, *Abbas in cap. cEm in iure de elect. nu. 4. Nauarr. in Manuali cap. 35. num. 122. Parisius de resignat. lib. 9. q. 17. n. 120. & cit. Viuian. ergò à pari.*

Quid autèm dicendum sit, si nominatio fieret à Cõpromissario, in quem omnes, vel maior pars conueniret compromittentium diximus sæpè citat. *disputat. 4. lib. 5.*

CAPVT TERTIVM.

Nùm Præsentatio ad Cathedralem Ecclesiam certa, determinata omninò debeat esse.

SVMMA.

Ratio dubitandi, statusque quæstionis. n. 1.
Præsentatio certa debet esse, ac determinata. num. 2.
Præsentia instituentis licèt communitèr dicatur suppleri non posse, non tamèn repugnat. n. 3.
Satis est Patronum dicere, Præsento, quin personam presentatam nominet. n. 4.
In electione subintelligitur nomen dignitatis, ad quam quis eligitur. n. 5.
In stipulatione per Virginem facta subintelligitur causa dotis. n. 6.
Legatum relictum virgini intelligitur causa dotis. n. 7.
Institutio Titij, etsi non dicatur in hæredem, valida est. n. 8.
Hæc formula Presento, quem talis Cardinalis nominauerit, vel similis valet. n. 9.
Etiam generalitèr sub conditione, si vacauerit ex causa dari potest alteri facultas nominandi. num. 10.
Nequit Patronus promittere nominationem, vel presentationinem Ecclesiæ non vacantis. num. 11.
Quomodo Reges ad præsentãdum in Curia Procuratores constituant. n. 12.
Potest constitui Procurator ad præsentationem faciendam Ecclesiæ mox vacaturę ex renunciatione, translatione, vel priuatione. n. 13.
Et quoties captandę mortis alterius, qui est in possessione Ecclesiæ cessaret periculum. num. 14.

Nùm

Digitized by Google

Num vnus vel plures possint præsentari. n. 15.
An valeat secunda præsentatio, non cessante prima vel nunc primus præsentatus non consenserit, vel renunciauerit. n. 16.
Quam cautè se debeat habere præsentatus, si illius retineatur præsentatio. n. 17.
Quando poterit institui præsentatus, etiam nolente Patrono. n. 18.
An vnius Ecclesiæ Præsul ad alteram possit præsentari. n. 19.

1 DIximus de ambiguitate præsentationis formaliter, atquè in se acceptæ *cap. 2. disp. 1.* nunc de eadem aliter causata. Etenim cum præsentatio varias inuoluat habitudines, siue ad terminum ad quem, ad Ecclesiam nempè, ad quam præsentatur, siue quasi ad obiectum, id est ad personam, quæ præsentatur, siue ad subiectum, ad personam videlicet præsentantem; siuè demùm ad Superiorem, apud quem est facienda huiusmodi præsentatio, ex singulis, vel aliquibus horum capitum simul potest aliquā incertitudinem subire præsentandi actus, quæ mox explicanda nobis est.

2 Sit assertio prima. Per se loquendo certa debet esse, ac determinata ex quacumquè indicatarum causarum præsentatio. Ità communis Doctores sententia, nam cum de genere sit habentium ad aliud habitudinem absquè suis terminis consistere nequaquam poterit. Et quidèm per se loquendo omnium personarum, præsentantis nimirum, præsentati, atquè instituentis præsentiam aliquo pacto intercedere necessario requiri docent, *Lapus. allegat. 73. colum. 2. & allegat. 75. incipiente, casus talis est. Cardinal. clem. 1. colum. 2. de Iurepatron. Abbas, aliique Scriptores in cap. vlt. de Iurepatron. Lambertinus 2. part. lib. 2. quæst. 4. d num. 2.* apud quem quamplures, quibus Addo. *Vivianum de Iurepatron. 2. part. lib. 8. cap. 7. num. 5.* constat *ex cap. Ea noscitur* ibi *Ipsis Diœcesanis præsentanit*, vbi *Abbas, & cæteri de ijs, quæsiunt à Prælatis, & cap. vltim. de Iurepatron. necnon è Tridentino sess. 24.* vt clariùs infra. De persona verò præsentata *cap. diximus 1.* De præsentante constabit, dum de causa tractabimus efficienti, atquè ex assertione sequenti, ex quibus de certa Ecclesia, ad quam præsentatio fit clarius patebit. Secundo præsentare cum effectu debet esse, atquè intelligi, nam verba cum effectu intelligenda sunt per iura omnibus obuia; id autèm absq. his tribus personis, atquè Ecclesia, ad quam præsentatur, per se intelligi non potest, ergo, &c.

3 Sit assertio secunda, licet communiter dicatur Instituentis præsentiam suppleri non posse, non tamèn video cur id repugnet. Prima pars est communis Doctores apud *Lambertinum 2. part. lib. 2. quæst. 3. art. 3. num. 5. Vivianum 2. part. libr. 8. cap. 7. num. 6.* Secunda pars, quæ propria est, à paritate probatur rationis. Etenim si per Procuratorem Patronus præsentare potest, vt omnibus explo-

rarum est: si præterea vt *cap. 1.* diximus præsentia præsentati non est omnino ad ipsam præsentationem necessaria, sed ad Institutionem potiùs, & consecrationem; si fuerit Episcopus, non video cur præsentia suppleri non possit instituentis, quoad præsentationem ipsam, cur per alium ab Instituente acceptari non possit, & ea haberi, quæ ad huius actus validitatem necessaria sunt; vt clariùs fiet ex solutione fundamenti contrariæ sententiæ.

Obijcies igitur contra hanc secundam nostræ conclusionis partem ex *Viuiano num. 6. cap. 2. de integra restitus.* nec non 1. *regulam de regul. iuris in 6.* Verum *cap. 2. allegatum* nequè verbum ad rem habet, quam disputamus, sed agit de restitutione Ecclesiæ læsæ propter negligentiam Procuratoris, qui non produxit iura illius Ecclesiæ; nequè sufficientior est regula adducta, ex qua tantum constat beneficium Ecclesiasticum sine institutione canonica obtineri non posse, quod nos vltro concedimus, nequè de institutione disputamus, sed de præsentatione, quam dicimus fieri posse apud aliquem, cui commiserit Pontifex, vel alius habēa instituere, ita vt apud eum validè fieri valeat. Imò contra intentum regulæ hodiè est regula triennalis possessionis pacificæ, qua ostensa, vt glossa scribit in expositione casus, poterit se defendere beneficiarius, etiam non ostensa institutione, de quo alibi.

Obijcies secundo, Iuspatronatus competit ex gratia, ita vt à Patronis nequeat accipere perfectionem, quam totam quantam, quantam habet, ab Instituente habet, à quo confirmationem, & ius sibi vendicat. Cæterùm hæc omnia concessa, qua ratione probent Instituentem non posse per alium præsentationem admittere, cui suas committat vices, non intelligo; Sicut, Patronus per Procuratorem præsentationem ipsam inire potest.

In hoc itaquè sensu communem interpretor Auctorum sententiam asserentium, necessariam esse præsentiam Instituentis, vt præsentatio viribus certè careat, nisi apud Instituentem, vel alterum ab eo ritè suffectum fiat, aliàs sit nulla, vt in *cap. cum laici de Iurepatron.* vbi Expositores, & *Rota in vna Mediolanensi Cappellaniæ 26. Iunij 1596. coram Cardinali Panfilio, in vna Hostiensi Cappellaniæ 17. Nouembris 1600. coram Iusto. In Vidana Iurispatron. 28. Nouembris 1601. coram Ludouisio postea Gregorio XV.*

4 Sit assertio tertia. Quamuis Patronus præsentarum non nominaret, sed coram Instituente solum hoc verbum diceret, Præsento, talibus sub circumstantijs, vt prudenter intelligi posset illum Clericum ibi astantem, & non alium ad Ecclesiam hic & nunc vacantem, & non aliam, destinari, esse validam præsentationem, sic *Lapus citatus allegatione 75.* & expressiùs *Lambertinus 2. part. lib. 2. quæst. 3. art. 3. num. 5.* & probatur, nàm vt rectè *Bertacchinus in tractatu de Episcopo 1. part. libr. 3. quæst. 26.* electio valet per simplex verbum,

Digitized by Google

eligo, facta, licet non addatur in Episcopum; ergò & præsentatio à pari: Sic enim subintelligitur in electione nomen dignitatis, ad quam censentur electores vocati; sic in casu nostro *argumento glossæ textus, l. quod autem, ff. de iure dotium*, vbi in stipulatione facta per virginem intelligitur causa dotis. *Quod autem in stipulatione*, ait textus, *non est necessaria dotis adiectio*. Vnde addit *Glossa*, quod licet non dicat Capitulum, eligimus te in Episcopum, sed eligimus, valeat electio. Sic docet *Baldus in l. 4. C. de iure dotium*. 7 Qui quidem hanc eamdem habet doctrinam de legato absolutè facto alicui virgini, quod certè pro dote intelligendum est, auctore *Bartolo in citatam, l. quod autem*.

8 Confirmatur, quia institutio Titij in heredem valida censetur, esto per solum verbum Instituo facta fuerit, non addito in hæredem, *l. 1. ad finem, ff. de hæred. instit.* docetq. *Bartolus in l. filium, §. sed si portio, ff. de legatis præstandis*; fauet, *§. propositum, l. Pamphilio, ff. de legib.* 2. quę omnia probant, siue non exprimatur persona præsentata, siue Ecclesia, dummodo ex adminiculis facilè colligatur, cum non necesse sit verbis exprimi, quod alias innotescere potest; magis enim res, quam verba intuendę sunt, *l. promittendo, ff. de iure dotium*.

9 Assertio quarta. Præsentatio habita per hanc formulam à Rege, v.g. Præsento, quem Cardinalis N. nominauerit, siue vt particularis persona sit nominatura, siue vt protector alicuius Regni, valida est, si infrà tempus præscriptum dictus Cardinalis nominauerit. Sic deduco *ex Abbate infra citando, Rota 1. in 2. dub. de Iurepatron. in antiquioribus, Lapo allegat. 8. col. 1. de hoc eod. tit. Pan. in tractatu de Sede vacante in 2. par. quæst. §. 2. & vlt. colum. necnon & Lambertino 2. par. lib. 2. q. 3. art. §. n. 4. & 1. part. lib. 2. q. 4. art. 2. n. 4.* quæstionem generaliter expendente. Ratio est quia tunc propriè Rex minimè præsentat, sed potiùs procuratorem instituit ad præsentandum, siue id faciat sequens intentionem Regis, aliàs ipsi Cardinali declaratam, siue habita facultate, atque iure à Rege proprias ei vices committenti; quę quidem institutio procuratoris, oratoris, vel vices regias gerentis non modo fieri solet, Ecclesia iam vacante, ad quam præsentatur, vt probè docent *Auctores in cap. finali. de conceff. præben.* quos refert, ac sequitur *Lambertinus 1. par. 2. lib. in q. 4. sub initio art. 1.* Sed etiam vniuersaliter sub conditione nominandi facultas dari solet, ex causa tamen, quod expressè docet *Abbas in citat. textum cap. vltimi de conceff. præben. num. 6. & Lambertinus etiam art. 2. num. 3.* Prima pars nostræ conclusionis probatur à contrario iure ex regula trita, Exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis. Etenim cùm improbet Pontifex in *cap. citat.* promissiones, nominationes, donationes, seù potestates nominandi factas à Comitissa Flandrensi beneficiorum non vacantium, ad vacantia nō improbare huiusmodi facultates rectè deducitur. Secundo vt *lib. 9.* videbimus, possunt Reges præsentare, & mox etiā in *2. part.* dicemus per Procuratorem, sed in casu exposito aliud non fit, quam procuratorem, seù personam, cui suas Rex commisit vices constituere, ergo, &c. Secundæ autèm partis ratio est, quia licet, sicut Collator beneficium non potest committere vacaturum, neq. alteri facere potestatem illud conferendi, *vt in cap. constitutus, & cap. 2. de conceff. præb.* Sic neq. proprius Patronus, siue ex Priuilegio potestatem habeat nominandi ad Cathedralem, de qua nos præcipuè loquimur, nequit alicui præsentationem promittere, 11 nec dare in specie facultatem nominandi, ac præsentandi ad Ecclesiam non vacantem, sed quando vacabit, cum eadem militet in collatione, ac præsentatione ratio desiderandi, & captandi mortem alterius, qui in præsentia illam possidet Ecclesiam, ad quā daretur nominandi, seù præsentandi potestas: quod omninò contendit Ecclesia declinare. Verùm vt rectè ex DD. consensu *cit.* notat *Abbas n. 6. vers. dicunt tamèn DD. apud quem Io. And.* in genere posse huiusmodi facultatem nominādi, ac præ- 12 sentandi vniuersaliter dari ex causa, vt esset in Regibus absentia à Romana Curia, vel aliqua similis; æquiualet enim Cardinalis ille procuratori generali omnium bonorum; Procuratoris n. officium maximè necessarium est humano vsui, *l. 1. ff. de procurat.* cessatq. ratio indicati absurdi. Hoc autèm dictum volo de facultate præsentandi ad omnes Ecclesias regalis ditionis, sed etiam singulorum Regnorum v. g. Regis Catholici, quorū vnus, vel plures sunt Cardinales de facto Protectores, cùm eadē videatur esse ratio de singulis Regnis, si singularibus suis potirentur Regibus, ac si sub vno sint omnium Monarcha, dummodò talis facultas adeò non circumscriberetur, vt specialis contra *cit. cap.* cum dilecta videretur. Confirmatur quia Patroni singulares validè, ac licitè compromittere possunt in aliquem, vt docet *Lambertin. 2. part. libr. 2. quæst. principali*, & idem facere possunt omnes de Collegio, nemine illorum contradicente, vt idem auctor *ibidem 2. quæst.* est, ac alteri facultatem propriam nominan- *principali art. 17.* sed compromittere idem di tribuere, ergo & præsentare alii, quem. N. præsentauerit, & huius loci est regula super expensa, qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, fauet *Clem plures, §. quib. de iurepatr.* legendus est *Lambert. cit. q. 3. art. 7.* vbi tractat, an laicus possit esse Cōpromissarius, de qua quæstione quicquid sit, cū extra nostrū sit institutū, compertum habeo, posse Patronū laicum demandare vices alteri tanquā Procuratori etiā laico *ex c. 1. de Procuratoribus lib. 6. cap. in causa de elect. cap. si compromissarius eod. lib. 6.* His addo licet probabilitate non careat contraria opinio de Ecclesia vacatura per mortem, vt illius captandæ tollatur quæcumq. vimbra desiderijat verò poterit Patronus procuratorem ad vacaturam constituere ex causis renunciationis mox faciendę permutationis, vel simili, vt rectè *Lambert. 1. par. lib. 2. q. 4. art. 3. n. 6. do-*

om-

omnibus beneficijs Iurispatronatus agens. Imò si hæc etiam commissio poterit fieri de vacatura in specie Ecclesia Episcopo, in quo non præsumitur fraus, neq. locum haberet *cap. final. sæpè cit.* vt volunt *DD. in cap. significasti de iurepatr.* apud Lambertin. cit. n. 7. potiori quidem iure, si Rex v. g. ex Priuilegio habens præsentare acceptam Ecclesiam, Papam oraret, vt etiam ad vacaturam nominare posset.

14 Hinc vlteriùs progredior cum *alleg. Lambertino n. 8. & Roccho in eod. tract. verbo honorificum q. 5. 2. colum.* atq. in omni casu, in quo fraus, vel votum captandæ mortis cessaret, enim dispositio dicti *cap. final. de conceff. præbend.* cuius ratio adæquata desinere censeretur, in quo casu Patronus aduacatura posset beneficia Procuratorem instituere. Obijcies, *cap. in electionibus, vbi gloss. in verbo incerta de elect. lib. 6.* expressè docet inualidam electionè esse sub hac forma, *Eligo quem Archidiaconus eliget*; quia certum non exprimit consensum, atq. adeò per hunc textum reprobatur, tametsi antea conditionalis consensus, seù votum permitteretur, vti deducitur *ex cap. studij 61. dist. & Diuo Gregorio* ad Clerum, ac nobiles Ciues Neapolitanos. Et confirmatur, quia certa debet esse persona eligenda, sicut Iudex, Arbiter, Tutor, & Procurator, *cap. ad hæc de rescript. & innotuit de arbitr. ff. de test. tut. l. Tutor. incertus, ff. de Procc. l. 2.* quas quidèm doctrinas cum extendat *Glossa eum Compostellano* ad collationem, seù prouisionem beneficiorum, vtiquè ad præsentationem, seù nominationem eas latè patere videtur profectò sentire. Accedit DD. consensus, ex quo *Firman. de Episcopo idem scribit 3. part. lib. 1. q. 37.*

Respondeo, dictum textum habere locum in electione; secùs autem in præsentatione; sic *Lapus in alleg. 8. fol. 8. & allegat. 38.* Sic etiam Auctores *in 2. Clem. de iurepatr. cum glossa verbo liberæ*, ex qua causam adduco cur citatus textus hic non militet, esse nimirùm eamdem, quæ adducitur *in cap. vltimo de conceff. præbendæ.* Sicut enim ibi dicitur, non valere commissio data in speciali alicui ad certam Ecclesiam præsentandi, quia fiebat ad fraudem: sic etiam dico ob eamdem rationem locum habere in speciali electione citatum textum, quod ad auertendum fraudem locutus est, sicut autèm in casu nostro, cum datur facultas generalis ad faciliorem prouisionem Ecclesiarum, & ad quamcumq. tollendam discordiam, atq. ideò cum causa diximus, posse dari? legas, amice lector, *citatam glossam dict. cap. vltimam de iurepatron. verbo liberæ, §. non obstat*, ex qua veritatem huius doctrinæ dilucidatam habebis: fauet *glossa citat. Clementinæ 2. & Abbas ibi n. 5.*

Reliqua in confirmationem adducta, præsentationem probant faciendam à Cardinali, vel alio, cui facultas nominandi concessa est debere certæ personæ esse; non autèm probant non posse Regem certæ personæ committere præsentationem faciendam certæ etiam alterius personæ: & sicut non repugnat principali procuratorem instituere: ità neqüè à Patrono certum alterum suffici, cui propriæ committitur vices nominandi.

Colligo ex his cum *Lambertino art. 5. n. 4.* ni Titius, cui facultas est commissa præsentandi intra tempus, in quo potest præsentare, non præsentasset, cum Patronus præsentare, his stantibus non posset, facultatem deuolui ad instituentem, quem voluerit instituendi, deducitur è DD. consensu in *cap. cum Vos de offic. Ordinarij, & in cap. 2. de supplenda negligentia Prælatorum.*

Quomodo hæc præsentatio fieri poterit priuatiuè, & cumulatiuè leges apud *Lambertinum 2. part. libr. 2. quæst. 3. articul. 5. num. 4. §. vnum.*

15 Num autèm duo, vel plures possint præsentari in re nostra pendet ex priuilegio Principibus facto præsentandi; cùm nonnullis factum sit, vt vnum dumtaxat possint talibus, vt plures, quod magis consentaneum est *Clem. plures, vers. quibus etiam de iurepatr.* vt facilius Ecclesijs prouideatur.

16 An verò valeat secunda præsentatio alterius, non cassata prima; sicut de electione, & postulatione; & an Patronus possit iterùm præsentare, quando præsentatus non consensit præsentationi, vel quando post consensum renunciauerit, seù quando morte correptus, ante institutionem, probè decidunt asserendo *Firmanus in tract. de Episcopo 1. lib. in n. 3. part. q. 39.* dummodo absit fraus, & *Lambertinus de iurepatron. 1. part. 2. lib. q. 6. art. 4. 5. & 7.* qui rectè varijs sub distinctionibus quæstionem omnem diuidit, ac dirimit: quam neq. nos prorsus ieiuni prætermisimus, siquidèm *lib. 6. disput. 17.* aliquo pacto agitauimus, agentes, nùm electores, habito scrutinio, possint resilire; vbi teneri electorem, & consequenter Patronum diximus, alterum eligere, vel præsentare, si primum indignum compererint in proœmio *citatæ disput. cuius 1. cap.* varias reijcimus rationes, quibus alij docuere, non posse alterum nominari ab Electoribus, publicato scrutinio; quæ quidèm militare etiam possunt, neque subsisterent in præsentatione iam exposita coram instituente; & *cap. 2.* veram tradidimus rationem, cur variari possit intra trimestre in electionibus, non publicato scrutinio, quæ vsui esse poterit in præsentatione intra tempus infra *seq. disput.* decernendum, ante quam præsentatio fiat ante Papam; non tamèn inficior, quod ibi *nu. 9.* diximus in foro interno, peracto scrutinio, quod non sit variandum accomodari non posse ad præsentationem, cum antequam hæc coram Instituente fiat, nullas vires habeat, etiamsi de illa decreuisset Patronus antequam apud Instituentem fuisset ritè exposita.

Quod autèm ius comparetur præsentato ad Cathedralem Ecclesiam infra dicemus, quem cum electo *cap. 2. ac 3. citata disput. 17.* conferemus.

17 Insuper qua ratione cautè se debeat habere præsentatus, si forsitan de illo retractaretur præsentatio, constat ex ibi *dict. cap. 3. n. 7.*

18 Deindè sicut nolentibus Canonicis illum, de quo publicatum est scrutinium eligere, à Supe-

Digitized by Google

riorè eligendum esse documus ibi *nu.* 8. sin sc absquè rationabili, & probata causa nollet ser: mel præsentatum Patronus instituì, poterit ab instituente ad rem nostram, à Summo scilicet Pontifice, cæteris seruatis seruandis instituì.

19 An verò vnius Ecclesiæ Præsul possit ad alteram simul præsentari, pendet ex quæstione inferiùs tractanda, num ad plures Ecclesias quispiam possit consecrari Præsul; Est an vnius Ecclesiæ Antistes possit ad alteram præsentari, relicta prima, decidendum est ex dictis de postulatione *disput.* 10. *sup. lib. cap.* 1. *&* 2. & specialiùs integra *disp.* 11.

Et has quidèm quæstiones explicasse sufficiat; quippè quæ magis propriè spectare videtur ad causam materialem, seù circumstantiam circa quid præsentationis, de cuius alijs magis accidentalibus *sequent. cap.* dicemus.

CAPVT QVARTVM.

De Tempore, & loco Præsentationis.

SVMMA.

De necessitate citò præsentandi. n. 1.
Quantum distare debeat inter præsentationem noui Præsulis, & mortem Prædecessoris. numer. 2.
Quacumq. hora fieri potest præsentatio. n. 3.
Tempus ad præsentandum datum. n. 4.
Præsentatio fieri potest quacumq. die etiam feriata. n. 5.
Actus extraiudiciales diebus etiam feriatis fieri possunt. n. 6.
Intercedente lite de iudicio præsentationis, vel Iurepatronatus nequit fieri processus die feriato. num. 7.
A quo die initium sit sumendum temporis, quo debeat negligentia conuinci Præsentantis. num. 8.
Quomodo dies, à quo tempus hoc mensurandum erit potius à vacatione, quàm à notitia desumendum sit vacationis. n. 9. *&* 12.
In dubio præsumitur scientia mortis. n. 10.
Quomodo probanda sit scientia præsentantis de vacatione beneficij. n. 11.
Ex quo colligendum sit, num fauorabilis, vel odiosa sit constitutio. n. 13.
Omne tempus ex se currit de momento in momẽtum. n. 14.
Rex Galliæ sex habet menses ad nominandum. num. 15.
Quomodo in concordiam reuocari possunt dissidentes sententiæ docentes tempus præsentationis à die obitus, vel notitiæ vacationis Ecclesiæ computandum esse. n. 16.
Regi scienti neq. quadrimestre currit. n. 17.

EXplicata circumstantia quid, & circa quid Præsentationis iuxta sæpè iteratam methodum circumstantiam aggrèdimur temporis. De qua cum 1 *lib.* 6. *disp.* 15. ex instituto disputauerimus, vbi *cap.* 1. de necessitate, quam primum Ecclesijs prouidendi tractauimus; & specialiùs ad præsentem quæstionem præsentationis sensum *Clementis VIII. n.* 4. attulimus, quantumquè distare debeat inter electionem (quod 2 etiam sentiendum est de præsentatione) noui Præsulis, ac mortem defuncti *n.* 11. & 12. diximus penès doctrinam auctorem agentium *de Iurepatron.* quos citat *Viuianus lib.* 8. *c.* 1. *n.* 12. 3 cui addo ex *Abbate in cap. cum nobis in fine de elect. ac Viuiano* Præsentationem quacumq. hora fieri posse, ad quam necessariò non præquiritur celebratio missæ ad auxilium Spiritus Sancti rogandum, *vt in c.* 1. *cap. postulasti de celeb. missarum.* Præterea cum *c.* 2. *eit. disput.* egerimus de modo mensurandi trimestre, *& c.* 3. nùm ante mortem Prælati licitè, vel validè de altero promouendo tractari possit, quam quæstionem etiam *super. disput. cap. vlt.* attigimus. 4 Et cum totum tempus Patronis concessum ad præsentandum, quadrimestris nimirum laicis *cap. cum propter de Iurepatr.* Ecclesiasticis verò semestris *cap. vnico, §. verum de Iurepatr. lib.* 6. *& cap. sicut de supplenda negligentia Prælatorum* sit continuum, vt probè *Lambertin. de Iurepatr. par.* 2. *lib.* 2. *q.* 2. *art.* 1. *&* 2. præsentatio 5 fieri poterit quocumquè die etiam feriato Paschatis, quod est aliquid extra iudiciale, atquè 6 spirituale modo *disp.* 1. *explicato cap.* 1. Actus autèm extraiudiciales posse diebus etiam feriatis fieri, docet *Hostiensis in summ. tit. de feriis §. quid in his agi debeat per totum in Lectus, &. de feriis, Barbosa de offic. & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 72. *n.* 145. *&* 148. & alij passim. Quod 7 si aliqua intercederet lis de iudicio, præsentatione, vel iurepatronatus processus, die non potest fieri feriato, cum formam habeat iudicij per vulgatos *text. glossa in Clement. dispendiosum verbo in beneficijs de iudicijs, Lambert. cit. art.* 3. *& alios.*

Superest in præsentia quæstio, quam huc ex citato toto *disp.* 15. *lib.* 6. *c.* 2. *n.* 2. remisimus, nũ doctrina ibi absolutè tradita vera sit, an aliquam potius exceptionem patiatur.

8 Et quidèm non ignoro tempus ad conuincendam eligentium, seù conferentium negligentiam circumscriptum non habere, tãquam terminum à quo diem vacationis beneficij, sed notitiæ ipsius vacationis, vt expressè scribitur in *cap. Quia diuersitatem de concess. præb. ad fin. & in cap. licet de supplenda neglig. Prælatorum*, vbi communiter DD. inter quos *Rebuff. in praxi tit. de deuolut. n.* 10. *& in concordatis de nominatione regia, §.* 1. *in Gloss. intra sex mẽses ad princip. Azor non modo cap. illo n.* 2. *cit. sed lib.* 6. *c.* 27. *q.* 10. *Greger. Lopez lib.* 8. *tit.* 16. *par.* 1. *Zerola in praxi Episcopali par.* 1. *verbo Iuspatr. §.* 8. *dub.* 1. *Mantic. decis.* 269. *n.* 3. *& decis.* 458. *n.* 1. *Garzia de benef. par.* 10. *c.* 2. *nu.* 15. *vbi quamplures affert decisiones à nu.* 21. *ac deinceps, Barbos. de offic. & potest. Episcop. par.* 2. *alleg.* 146. *quos alij sequuntur.*

Et

Ecclesiæ, quia cum dictum tempus ad conuincendam, ac redarguendam culpabilem Prælatorum negligentiam concessum sit, quippe quæ talia esse nequit, intercedente probabili illorum ignorantia, causante inuincibili, siue quo peccatum cõmitti non potest, vt apud Theologos est certum, ac sæpè in his meis doctis lucubrationibus iuxta regulam *cap. cum voluntate de sentent. excomm. & in c. 2. tum ad prin. ipsum tum ad finem de constitutionibus*, & recte docet *Couarr. cap. Almaneter part. 1. §. 10. n. 12.*

9 Verùm, & quia non solum consensu DD. notitia vacantis beneficij nõ est censenda actualis, sed satis quidem est, si à notitia incipiat, quam tenẽtur prouisores, electores, nominantes, vel promouentes habere, atq. adhibita diligentia ex proprio requisita munere poterunt sibi comparare, ità vt licet in re vacationem Ecclesiæ non nouerit, eam tamen si scire debebat, ac poterat, non excusabitur, tempusq. curret à die vacationis beneficij, vt bene *Rebuff. cit. tit. de deuolut. n. 10. Petr. Gregor. sintagma iuris par. 2. lib. 17. cap. 9. n. 51. ad fin. Rota decis. 323. n. 2. part. 2. Recentiorum apud Nicolaum Garziam par. 10. c. 2. n. 29. & 30. Zerola vbi verbo suspatr. §. 8. dub. 2. Gomes cap. 2. de constitutionibus in 6. num. 54.*

10 Et quia in dubio, vt scribit *Abbas cap. quia diuersitatem n. 7. de concess. præbendæ*, præsumitur scientia siue in Episcopo, siue in alio conferente, vel eligere ad beneficium *per cap. vt nostram. 3. part. vt. Ecclesiastica beneficia, &c.* scientia præsumenda est, nisi tàm verò similes prætenderint causas probabiles ignorantiæ etiam adhibito iuramento electores, auctore Abbate ibi, vt illis, quas infrà nominatim perpendemus, causis à Iudice excussis, atque examinatis talis tollatur præsumptio: præsertim si fuerit vacatio beneficij de iure, & nõ de facto, vt si vacauerit primum beneficium per adeptionem, & consecutionem secundi incompatibilis in remotiori aliqua prouincia existentis; sic rectè *Rot. decis. 6. Mascard. de prob. conclus. 626. à num. 19. Zerola §. 8. dub. 1. & 2. Nicolaus Garzia cit. n. 31.* Tunc autem huiusmodi defectus scientiæ computandus esset inter impedimenta, quibus detentus quicumq. promouens ad beneficia, & non curret tempus præscriptus, vti nos diximus *loc. cit. cap. 2. n. 13.* ac docent præter ibi *cit. Abbas in allegatum cap. quia diuersitatem n. 3. Cosmos in pragm. Sanctionum tit. de collation. §. item circa verbo tempus, Selua de benef. 3. par. q. 64. Rebuff. tit. de deuolut. n. 13. Couarr. in cap. nos quidem nu. 4. de testamentis, Menoch. de arbitrarijs casu 182. nu. 59. Gonsales in reg. Cancellaria 8. in proœmio §. 3. à n. 38. Pontius de resign. benefic. lib. 11. q. 13. n. 4. Garzia 10. par. c. 2. à n. 16. & alij apud August. Barbos. de Episcopo alleg. 126. n. 49.*

11 Quod si quis contrarium sentire velit cum *decis. 173. apud Farinacium par. 2. Recentiorum*, scientiam nempè vacantis beneficij, ad quod præsentare debet Patronus plenè præhabendam esse, neque sufficere testes de auditu, & ignorantiam potiùs præsumi, quàm scientiam; cui doctrinæ non potui in præsentia subscribere, quam Deo dante infrà expendam, licèt eam amplectantur quamplures apud *Augustinum Barbosam de officio & potest. Episcopi alleg. 72. n. 134.* quibus ille dat manum, cum postea *alleg. 126. n. 48.* non ità sentiat; & manifestè nunc falsitatis redarguo, è textu quem allegant *cap. præsumitur de reg. iur. reg. 47.* vbi probè *Glossa verbo præsumitur* aduertit, regulam hanc locum non habere in his, quæ publicè fiunt, aut eueniunt, cuius scientia præsumitur, nisi probaretur ignorantia de *postul. cap. 1. glossa 3. verbo allegans 12. quæst. 2. quod, vt humanis, & 16. dist. quod diuitis de constitut. cap. 2.* Insuper vera non est citata regula de his, quæ scire, vel indagare tenetur, sicut in eligendo Prælato *61. dist. cap. 2. 8. quæst. 2. dilectissimi, & de elect. cum in cunctis*, vbi præsumitur scientia, nisi probetur ignorantia, *vt eod. cap. innotuit*, quæ iura si vidissent, vel citati perpendissent Auctores, fortasse magis cohærenter loquuti fuissent de Patrono, ac de Electore. Verum quicquid sit de hac opinione, cum ipse in hanc vltimam propendeam partem, solum ex contraria sequitur sententia, probandam esse scientiam, atq. impedimentum non fuisse ignorantiæ, quòd nec, contra nos militat.

12 Itaquè absolutè loquendo doctrina *cap. 2. disp. 15. lib. 6.* vera est; etenim à die obitus, & vacationis Ecclesiæ Cathedralis tempus currit, siue eligendi, siue nominandi omnibus, quibus ad id ius est, Romano Pontifice excepto, cui nullum sanè circumscriptum est tempus ad quæcumq. beneficia conferenda, iure Ecclesiastico, cum superiorem non habeat in Terris; *argument. text. in cap. aliorum quæst. 3. ac docent Rebuff. citat. num. 5. Franchus in cap. statutum de præbend. in 6. Cassiad. decis. 8. de præbend. Lamber. de Iurepatron. 2. part. lib. 5. quæst. 2. art. 8. num. 8. Mandos. reg. 34. de annua. quæst. 96. nu. 5.* meritò reprehendens *Paulum de Citadinis de Iurepatron. 6. part. art. 3. quæst. 26. num. 44.* contrarium indicantem. Qua verò teneatur obligatione ad quamprimum poterit Ecclesiis consulendum Papa, ex iure diuino naturali patet ex dictis *disput. illa 15. citata cap. 1.* Quod si supponatur notitia vacationis Ecclesiæ prouidendæ in eo, cuius interest ad eam eligere, nominare, &c. omnium calculis à die vacationis tempus currit, si dubium fuerit præsertim facti, præsumptio erit contra huiusmodi Prouisores. Si autem ignorantia probabilis, & spectata locorum distantia inter nominantem, prouidentem, eligentem, &c. ac locum, vbi Ecclesia vacauerit fama loci, qualitate beneficij cum citiùs præsumatur scientia in magno Cathedrali (verbi gratia) Ecclesiæ beneficio, quàm in Paruo, & in Curato, quàm in simplici, sicut scribit *Abbas cap. quia diuersitatem num. 7. de concess. præbend.* spectato præterea modo vacationis censebitur prudentis iudicio probabili detentum fuisse ignorantia Collatorem, vel Patronum, atquè huiusmodi ignorantiam excusare dici-

mus,

mus : quominus tempus illud præfinitum currat ; quod quidem ignorantiæ impedimentum inter cætera ponendum est, vt supra instituti dicere, quibus præscriptum interrumpitur tempus, & currere non censetur.

Addo specialem esse rationem in Cathedralium Ecclesiarum prouisione, nam compertum habeo, in illis tempus esse constitutum, ac præscriptum in earum fauorem, ne ipsarum prorogetur viduitas, & vt multa, quæ in citatis textibus indicantur mala, Ecclesijs imminentia diù Pastoribus destitutis, euitanda, citiùs remedium haberent ; quemadmodum videre est in sæpè *citata disputat. nostra* 15. *cap.* 1. & 2. quibus addo *cap. statutum de concess. præben. lib.* 6. quod quidem si Pontifex intra mensem non prouiderit beneficium in Curia vacans, concedit *post mensem à die quo dignitates, seù beneficia ipsa vacauerint numerandum, ea conferre valeant*. Vbi *glossa verbo numerandum* dat rationem, cur non computetur hic mensis à die notitiæ, sed à die vacationis, vt in textibus super allegatis ait, quia hoc statutum fuit in fauorem Ecclesiarum, nè contingerent beneficia diù vacare, cum ad eumdem finem cætera sint sancita jura, præsertim *cap. Nè pro defectu de elect.* cætera què iura *disputat. illa* 15. relata. Meritò igitur diximus, & esse in fauorem Ecclesiarum sancita, & non in odium, & consequenter non ab eius notitia, sed à vacatione Ecclesiæ, vel beneficij tempus datum computandum esse : Nequè, vt meritò, aduertit *Barbosa citatus allegat.* 126. *num.* 44. decisiones citatæ contra hanc faciunt doctrinam, sed contra illud tempus, quod in odium alicuius positum est, vti se habent statutum contra negligentes Prælatos ad nonnulla beneficia per textus adductos. Et huic interpretationi consentiunt *Abbas in repertorio cap. cum esses numer.* 34. *de test. Rebuffus in concordia titul. de nominat. reg. pal.* 11. *incip. verb. à die vacationis, & in titul. de deuolut. numer.* 15. *Tiraquell. de retract. reg.* §. 35. *glos.* 4. 13 *numer.* 26. Confirmatur quia *vt Tibr. 4. disputat.* 12. *cap. vnic. numer.* 12. dixi à fine primario intento in constitutione decernendum est, num sit fauorabilis, vel odiosa ; cùm igitur ex allatis textibus, qui non deduceret, in fauorem Ecclesiarum trimestre præscriptum esset attritæ sanè frontis, nè diù vacarent, & nè damna imminentia subirent, sequitur in his non diem notitiæ, sed vacationis esse terminum, à quo dictum debet computari tempus.

14 Confirmatur secundo, quia vt *lacis citatis tùm libr. 4. tùm libr. 2. disputat. 7. cap. 1.* scripsimus omne tempus currit de momento in momentum, vbi à jure aliud non exprimitur, & in dubio intelligitur continuum, *l. nunquam*, §. 1. *ff. de vsu capion. & post.* §. *celebrem ad rub. ff. de diuers. tempor. præsumpta*, docentquè Superiores *per cap. vnicum text. de vita, & honest. Cleric. libr.* 6. & prosequitur *Antonius Cames var. tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 3. *& ex multis Barbosa citatus num.* 43. ergò non est, cur per se loquendo alter terminus à quo huic trimestri assignetur, quam obitus Episcopi, vel Ecclesiæ vacatio.

15 Confirmatur tertio, nam vt in Concordatis cum Rege Galliarum §. *de nom.* sex menses dantur Regi ad nominandum à die vacationis, vt ex *Rebuff. ibi litera N.* inferiùs agentes de nominatione prosequemur. Quod si probabili teneatur ignorantia is, ad quem spectabit, iuxta supradicta ad impedimenta referenda illa erit ; & hoc pacto dissidentes Doctorum sententiæ, & eorum, qui cum trimestre hùc vacans impedimentis esse debere docent, illud tamèn non à die vacationis dicunt computandum, sed notitiæ, cuius defectum, atquè ignorantiam probabilem, impedimentum non esse animaduertunt, quos citauimus, auctoribus, addo *Vinianum part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 4. & 2. sauent præterea hùic sententiæ de computatione *cap.* 2. *de supplenda negligentia Prælatorum, & in cap.* 2. §. *cum vero de concess. præbend. & cap. cum de te de Iurepatron. Rebuffus in praxi beneficiorum, l.* 1. *titul. de deuolut. numer.* 8. *Villalobus tom.* 1. *commun. opin. libr.* 4. *titul.* 22. *numer.* 127. *pag.* 608. *Perens l.* 2. *verse. quæres sunt plerique titul.* 6. *libr.* 1. *ordin. pag.* 153. *Flores apud Versien part.* 10. *cap.* 3. *numer.* 25. quam communiter amplectuntur Auctores, Sententiæ, hæc si rectè perpendatur est nostræ contraria ; siquidèm currere seriò tempus, fatemur Patrono à die obitus, vel vacationis Ecclesiæ, vtiquè illi noto, nequè per ignorantiam excusari culpabilem, sed inculpabilem, seù probabilem ; qua posita diximus ei non currere, quem hoc impeditum rationabili censemus impedimento, iuxta supradicta, & penès quem sensum subscribimus Auctoribus modo citatis, nec non ab *Azorio libr.* 9. *cap.* 21. *quæst.* 1. & *cap. rubr. & cap.* 13. *num.* 393. *Caput decis.* 248. *part.* 3. *apud Aloysium Ricc. in Praxi fori Ecclesiastici collectan.* 119. & *decis.* 283. *numer.* 2. & *in dicta praxi resolut.* 155. *Flores de Vena variar. l.* 1. *quæst.* 3. *à numer.* 20. *Less. de iust. lib.* 2. *cap.* 37. *num.* 27. *Rota Romana decis.* 380. 500. & 532. *apud Farinac. in* 1. *collectione nouissimarum & decis.* 173. *apud eumdem part.* 2. *recent.*

16 Dixi trimestre ex citatis textibus vltra, quod Ecclesia Cathedralis esse non poterit viduata per se loquendo, ad quod præsentationes Patronorum censerem aptandas esse, nequè ad quadrimestre, vel semestre datum sæcularibus, atquè Ecclesiasticis *per cap. cum propter de Iurepatron. cap. vnic. §. verum de Iurepatron. in sess. cap. sicut de supplenda negligentia Prælator.* spectandum esse ; qui quidèm textus de alijs videtur loqui beneficijs Episcoparu minoribus. Hoc autèm intelligendum est, nisi de mente Pontificis, qui nullis huiusmodi legibus alligatus est, aliud legitimè cõstaret, *vt Cabbe. de patron. Regio cor. cap.* 28. *numer.* 7. *et* 8. asserens, neq. scienti Regi currere quadrimestre,

17 Regi verò Galliæ sex assignanter menses numerandi, vt infra. Demum cum si quæ sint quæstiones minimè declaratæ, hic è *disput. illa* 15.

sæpè

Digitized by Google

sæpè citata, & ex his, quæ dicturi sumus Tertio Tomo agentes de institutione facienda per Episcopum facilè innotescât) & cum nihil præterea de loco supersit disserendum; quòd ex supradictis constat, faciendam esse præsentationem coram Instituente, vel Vices eius gerente, & consequenter, vbi ille degat, & vt ex forma præsentationis patet, quę in Consistorio fieri solet ab his omnibus tempero, & ad consensum examinandum præsentati me confero.

DISPVTATIO TERTIA

De consensu personæ præsentatæ ad Cathedralem Ecclesiam.

QVamquam magna ex parte quęstiones hac disputatione comprehensę, sint explicatę *lib.6, disp.16. et lib. 7. disp.13. cap.vnic.* vbi abundè de consensu electi, & postulati disputauimus, supersunt tamen hìc nonnulla magis propria pręsentationis, maiori indigentia dilucidatione.

CAPVT PRIMVM:

An Præsentatus ad Cathedralem Ecclesiam debeat consentire.

SVMMA.

De præsentati consensu prima sententia docet esse necessarium expressè datum. n.1.
Secunda adstruens virtualem. n.2.
Primus præsentati consensus ante consequutionè omninò necessarius est. n.3.
Præsentationem fieri debere de persona præsentium. 4.
Quando Præsentatio ad Cathedralem Ecclesiam fit de præsenti, huius consensus expressus minimè necessarius est n.5.
Quando præsentatus est absens etiam notus debet consentire. n.6.
Potest consensus assertus validè dari per procuratorem, de speciali tamèn mandato, vel per literas ipsius absentis. n.7.
Non potest sanguine coniunctus absquè speciali mandato acceptare beneficium consanguinei, vel affini collatum n.8.
Speciale mandatum ad consentiendum non debet esse pro speciali Ecclesia, vel beneficio, sed vagè pro aliquo. n.9.
Consensus, an ratihabitio asserta intra tempus ad præsentandum habenda est. n.10.
Patronus non acceptante præsentato non habet tempus ad iterum præsentandum, vti habet integrum, si præsentatur post acceptationem renunciauerit, vel obierit n.11.
De necessitate consensus præsentati postulati. n.12 remissiuè.

1 PRima de hac re sententia sit affirmans *Calder. Conc.17. cuius initium est Præsentato, Rocch. in tract. de iur. patr. apud Lambertinum ibid. 2 part lib.2.q.5. princip. art.1. nu.1.* Probatur quia per consensum, quod antea per solam præsentationem non habebat Præsentatus, ius acquirit ad rem saltem; ergo debet consensum adhibere; quod etiam significarunt Nonnulli apud *Viuianum de iur. patron. lib.7.c.5.n.8.*

2 Secunda sententia est *Cardinalis in cap. finali in vlt. columna* asserens satis esse virtualè assensum, qui censetur contineri in voluntaria instituendi præsentatione reali, neq. alium requiri consensum; cum præsentia ipsa Instituendi exhibita Instituenti sufficere videatur; probatq. ex *clem. vnic. §. secus de conces. præb. & Glossa verbo præsentati, clem. dudum in vers. deindè de sepultura.*

3 Adsolutionem noto primum per se loquendo consensum præsentati ante consecrationè saltem necessarium esse, vt patebit ex dicèdis; etenim nullus præsentatus ad acceptandam Cathedralem Ecclesiam cogi potest per se loquendo, nisi in casu a nobis expresso *lib.4. disp. 2.c.3. & lib.7. disp.3. cap. vnic.n.27.* de qua quęstione in communi de quocumq. præsertim munere, qui plura cuperet, adeat *Lambertin. de iur. patr. par.2. lib.2.q.5. art.4.*

4 Notandum secundò è superiori *disp c.1. assert.1. & 2.* præsentationem fieri debere de præsenti, tametsi nonnunquam de absenti fieri posse, compertum habeam.

5 Prima assertio, quando præsentatio ad Cathedralem Ecclesiam fit de præsenti, consensus expressus minimè necessarius est, sic sentio cũ *Cardinali paulò ante cit. & cum Benedicto Caputaq. in cap. vnic. de iur. patron. in 6. & cum Rocch. per honorificum quæst.36. & Cæsar. Lam-*

ber.

Digitized by Google

ber.de iur.patr.2.part.lib.1.quæst.5.art.1.num.2. Confirmatur quia, vt potest Patronus facto præsentare, ità videtur, & Præsentatus posse, & facto acceptare, vt probat fusè *cit. Lambert. 1.part.lib.2.q.1.art.9.*

6 Assertio secunda, quando Præsentatus fuerit absens, etiam notus debet consentire. Sic sentio cum prima sententia, & cum Auctoribus supra laudatis pro nostra prima assert. & videtur esse contra *Abbatem cons.36.2.part.* & illos, qui docent, si Præsentatus fuerit notus nondum eri consentire, cùm per Procuratorem è speciali mandato Præsentatus videatur consensisse, quando est notus Instituenti.

Probatur autem conclusio, tùm fundamento pro prima sententia scripto: tùm quia cum tres in hac præsentatione transigenda necessario desiderentur personæ, Præsentantis, Instituentis, & Præsentati, huius præsentia suppleri sanè poterit notitia, quacunque sit, ac dicitur præsens, non autem consensus, quippè qui non erit consendus formalis, cum is, à quo expetitur, sit absens, non virtualis cum per factum personæ præsentis exhibitæ Instituenti hic habeatur, secùs si abfuerit; ergo nullo modo. Secundo etiamsi præsentatio de absente noto æquiparetur collationi absenti, hæc tamen cõplèta non est ita, vt faciat beneficium illius, cui collatum est, quin eius intercedat consensus, & acceptatio per *Capitulum si tibi absenti de præb. & dignitate in 6. & per legem quia absens, ff. de acq. poss.* ergò à pari de præsentatione, quæ habebit vires ante acceptationem. Confirmatur *ex l. si ego ff. de negot. gest. absent.* vbi non acquiritur dominium negotiorum gestori absenti nisi à tempore, à quo Dominus habuit ratum.

7 Assertio tertia. Potest consensus assertus valide dari per Procuratorem de speciali tamen mandato, vel per literas ipsius absentis. Prima pars est *Abb. expressa cons. illo 76. sec. part. citat. Lambert. laudati art. 9. & vlt.* probatur *ex cap. accedens de præb.* à fortiori argumento, quo paulò ante pro secunda conclusione disputauimus; nam si Procurator adesse potest ad actum collationis pro absente noto, à fortiori poterit interesse ad complementum actus præsentationis, cum per collationis actum plenum transferatur ius spirituale; secus autem per præsentationem, sed satis diminutum, vt infra, quippè quæ inchoatio est institutionis ex *cap. Quod autem de iur. patr.* Secundo quia gratificatio per intermediam potest haberi personam *l. si ego, ff. de neg. gest. & Glos. in cap. quam sit de elect. in 6.* asserente in hisce spiritualibus posse negotiorum gestorem interuenire. Ostenditur secunda pars necessariò nimirum requiri speciale mandatum; quæ quidem eorumdem est Auctorum. Ratio est, quia non sufficit mandatum generale, tùm propter qualitatem rerum huiusmodi spiritualium, tùm propter præiudicium, quod euenire possit, vt probè *Abbas in cap. Accepimus apud Lambert. de iur. patr. 1. par. 2. lib. 9. 11. art. 5. & vlt. n. 2. & cons. 76. in 4. dub.* Quamobrem tùm beneficium censebitur quæsitum absenti, cùm ipse absens per Procuratorem inuestitur, siue procurator domino absentis, *vt ex citat. cap. accepimus, arg. l. 1. C. de acqu. poss. et l. 1. §. par Procuratorem, ff. de acq. possess. aradit Lambert. cit. n. 5.*

8 Hinc fit sanguine coniunctum pro consanguineo non posse valide hoc acceptationis officium obire, nisi intercedente speciali mandato; sic *Abbas ex multis apud Lambert. cit.* quia sanguinis coniunctio non supplet specialis defectum mandati, *l. pater, ff. de minor.* docentque *Innocent. apud eumdem Lambert. nu. 5. et Speculator tit. de coniuncta persona;* & quia consanguinei promittere rarò tenerentur, quæ ratificatio promissa intra tempus infra asserendum, facienda esset, quo circa nihil operaretur, vt rectè idem *Lambert. n. 6. ad finem.* Hæc eadem argumenta probant consensum validum censendum esse per literas datum. Et confirmatur *ex cap. ea noscitur de his, quæ fiũt à Prælatis, etc. et cap. si tibi absenti de Præbendis, et dignitat. in 6. ac docent Auctores cit.*

9 Assertio quarta, speciale mandatum, ex quo Procuratori consentiendum est valide, nõ debet esse de speciali illa Ecclesia, vel beneficio, ad quod absens est præsentatus, sed sufficit, si fuerit de beneficio aliquo vagè sumpto, seù incerto, sic *Ioannes Andr. Abb. atq. Immola apud Lambert. laudatum num. 6.* Ratio est, quia per huiusmodi speciale mandatum satis patet animus Domini, siue specialis præsentari per Procuratorem constituentis.

10 Assertio quinta. Consensus, seù ratihabitio asserta intra tempus ad præsentandum à iure concessum habenda est. Sic probè *Rota Romana dec. 211. de iur. nouis, de iur. patr. et Lambert. cit. num. 2.* Ratio est, quia aliàs non euitaretur præiudicium, damnumq; quod Ecclesiæ facili negotio subirent ex dilatione completè institutionis, atq. ex ipsarum viduitate. vt sæpè in superioribus libris ostensum est.

11 Ex his deducitur, Patronum, non acceptante Præsentato, non habere tempus ad iterum præsentandum, quia præsentatio ab illo præstita, omnibus minimè fuit numeris absoluta: secus autem dicendum si postquam acceptauerit, Præsentatus renunciauerit, vel vltimam clauserit vitæ diem, ante institutionem, quando perfecta censetur præsentatio per adhibitum consensum. Quamobrem integrum erit Patrono tempus *ex cap. si electio de elect. in 6.*

12 Quid autem sentiendum sit de necessitate consensus in casu, in quo præsentatus etiam postularetur, & quomodo tunc non posset consentire, seq. gerere deberet diximus *lib. 7. disp. 13. cap. vnic.*

SVM-

Digitized by Google

CAPVT SECVNDVM.

Quod Ius Præsentatio conferat Præsentato.

SVMMA.

Quod ius conferat præsentatio Præsentato. nu. 1. & 2.
Prima sententia docet Præsentatum à Clerico habere ius in re; à sæculari verò ius ad rē. n. 3.
Secunda sententia ius tribuit præsentato implorandi officium iudicis. n. 4.
Per præsentationem non acquiritur præsentato ius in re. n. 5.
Præsentatione non acquiritur ius ad rem propriè Præsentato. n. 6.
Qualecumq. ius sit, quod in præsentatum transfertur, originem habet à Summo Pōtifice. n. 7.
An quod competit ius Præsentato præsentatione acceptata competat etiamsi à Papa non fuisset admissa. n. 8.

1 RElIquis pro mei instituti ratione præsentationis explicatis circumstantijs, vti de cęteris formis, siuè electionis, siuè postulationis egimus, præstandū nobis hìc est, quod superest è circumstantia cuius gratia, declarare, ideſt ius, quod præsentatione transfertur in præsentatum.

2 Ex his igitur, quæ de cæteris beneficijs tradunt Auctores ad nostrum tractatum spectantia, varijs seruatis, in quibus discrepant, hæc aliqualis ad Ecclesiam Cathedralem præsentatio deducenda est.

3 Itaq. absolutè de omnibus iurispatronatus beneficijs disputans *Gorfred. Tranen. apud Lambert. de iurepatr. 2. part. lib. 2. q. 5. art. 3.* videtur sentire Præsentatum à Clerico habere ius in re, à sæculari verò ius ad rem, quippè qui variare potest; quod si non variauerit, ius etiam tribuet in re, quemadmodum Clericus.

4 *Goffredo* licet adhærere videatur *Hostiensis in summ. tit. de iurepatr. §. quib. vers. alia, quia præsentato è versic. illo autem dubium*; nihilo tamē minus *in cap. fi Bertold. in 2. colum. de re iud.* siuè variauerit, siuè non variauerit patronus, ius concedit præsentato saltem implorandi officium Iudicis ad Ecclesiam habendam, ad quā fuit præsentatus, vacantem, vel vt sic habitam etiam cum iniuria primi Præsentati, si Patronus cumulatiuè varians, secundum nominauerit præsentatum, dummodo ille non fuerit institutus iuxta *cap. Pastor. de iurepatr.* cùm tunc non vacaret Ecclesia Ex quibus deducitur concedi *ab Hostiensi* Præsentato ius ad rem, quod etiam sentire videtur *Cardin. in cit. cap. cum Bertold. de re iud. & in 2. 3. & 4. opposit.*

5 Prima sit assertio. Præsentato non acquiritur, per præsentationem a quouis factam, ius in re, hæc est assertio communis apud DD. quos citat, ac sequitur *Lambert. 2. par. lib. 2. q. 5. art. 8. n. 2.* quibus addo *Felin. in sæpè citat. cap. cum Berlold.* Probatur ab electionis paritate, qua non conferri ius in re demonstrauimus *libr. 6. disp. 46. c. 3. à n. 6.* ergo cum sit nullus, qui neget per electionem maius, nè dum æquale, ac per præsentationem acquiri ius, vt videre est apud *DD. in cap. cum Bertold.* si per electionem ius in re non confertur Electo, multo minùs per præsentionem Præsentato.

6 Secunda assertio. Præsentatione non acquiritur ius ad rem propriè Præsentato, sed valdè diminutum. Prima pars est Doctorum communis, vt notat *Gay in repetitione cap. final. n. 24. de elect. lib. 6.* cum dicant per præsentationem fieri potius viam ad institutionem, quàm ius cōferri, sic *Cardin. clem. 1. de suppl. neglig. Prælat. col. 15. & cap pastoral. de iurepatr. Rocch. de iur. patr. verbo ius in 4. q. Abb. cap. quod autem de iurepatr. & cap. 2. & cap. nobis eidem, et in cap. quod sicut de elect.* necnon *cap. postul. de postul. n. 4. & alijs.* Ratio est, quia, vt incępi dicere, Præsentatio quædam est inchoatio, siuè præambulum ad institutionem *ex cap. quod autem de iurepatr. & gloss. verb. inchoatio*; hoc autem maximè verum est si Patronus variauerit. Secunda pars est *Lambert. cit. nu. 9.* nec non *Abb. in sæpè cit. cap. cum Bertold. de re iud. n. 11. & 12.* quatenus ius aliquod ait quæsitum præsentato, præsentante patrono in sua præsentatione, quo quidem iure poterit agere, vt Episcopus habens instituere, ad ipsam compellatur institutionem. Confirmatur, quia cum variare possit Patronus alterum accumulando, vt Canonistæ loquuntur, & nos mox declarabimus, acquiritur aliquale ius secundo præsentato; quo fit, vt eius institutio valida sit, & Primi infringatur. Quæ omnia cum solùm per quandam Analogiam in præsentatione ad Cathedrales Ecclesias Patronis, ac Præsentatis conueniant, quorum institutio Summi solius est Pontificis, in quem nemo ius habet, atq. à nullo cogi potest, idcirco non diù expendenda, sed videndi sunt citati Doctores.

7 Illud verò silentio haud prætermittā qualecumq. sit hoc ius, quod præsentatione censetur translatum in Præsentatum, originem habere à Pontifice Maximo, à fortiori per ea, quæ *loco cit. de elect.* dixi, neq. aliquod sibi vendicare robur ante consensum Præsentati, modo, quo necessario dandum esse supra diximus, vt probè *Cardin. consil. 17. cuius initium est Præsentato de iurepatr.*

8 Quæres, num quod asseruimus ius conuenire Præsentato præsentationem acceptanti, competat, etiamsi præsentatio non fuerit admissa? *Rocch. apud Lambert.* qui videtur subscribere *2. par. lib. 2. q. 5. art. 8. n. 12.* absolutè affirmat. Verum quæsito duplex poterit esse sensus, vel positiuus, quasi verò per positiuam reiectionem in casu nostro Pōtifex reiecisset huius personæ, ad talem Ecclesiam, nominationē, vel præsentationem factam, & penès hunc sen-

Digitized by Google

sum omninò falsa est Rocchi doctrina, ad rem nostram præsertim contractą; cum enim à Papa omne ius, siue ad præsentantem, siue ad præsentatum manet, nullum ad ipsum præsentatū deriuari poterit, Summo ipso renuente Pontifice: vel poterit sensus esse quæsito, negatiuè, ideſt, antequam Papa consentiat, num habeat ius præsentatus per solam præsentationem, & hoc pacto veram esse pronuncio assertam à Roccho sententiam.

CAPVT TERTIVM.

An Præsentans, vel nominans ad Cathedralem Ecclesiam possit ante institutionem variare.

SVMMA.

An Præsentans, vel nominans ad Cathedralem Ecclesiam possit ante institutionem variare, num. 1.
Sensus quæstionis. n. 2. & 3.
Vnde dicatur ius patronatus Ecclesiasticum, vel sæculare remissiuè. n. 4.
Variatio altera adæquata, altera inadæquata, & quænam hæ sint. n. 5.
Patroni ex Priuilegio habent nominationem ad Cathedralem Ecclesiam. n. 6.
Patronus laicus per se potest variare etiam post consensum præsentati. n. 7.
Patronus, siue laicus, siue Clericus potest multos nominare simul. n. 8.
Hoc autem negatur ab alijs de Clerico. n. 9.
Pendet ex tenore Priuilegij, vt vnum, vel plures à Dynastis nominentur ad Ecclesiam Cathedralem. n. 10.
Accumulatiua variatio intra tempus concessum ad præsentandum, præsentationis acceptatæ tantum à Præsentato, non tamen ritè expositæ Instituenti, etiam à Clerico Patrono habitæ in foro externo valida est, non secus ac facta à sæculari. n. 11.
In foro autem conscientiæ si fiat absq. legitima causa illicita censenda. n. 12.
In hac nominatione, vel præsentatione aliquo pacto imbibitur promissio, vel donatio. n. 13.
Patronus Clericus neq. validè, neq. licitè potest præsentationem acceptatam, & ritè coram Instituente expositam reuocare. n. 14.
Patrono laico per se loquendo permittitur variare quoad forum externum cumulatiuè, ideſt alium nominare etiam post primam præsentationem. n. 15.
Nullus Patronus variare pōt adæquatè contra eum, quem causa nominationis, ac præsentationis ordinare fecisset. n. 16.
Cuius damno cedere debeant expensæ factæ occasione reuocationis n. 17. remissiuè.
Quam cautè Præsentato agendum sit ante institutionem. n. 18. remissiuè.
De iure administrationis præsentatis, siue institutis conueniente: deq. specialibus, eorum muneribus. n. 19. remissiuè.
De possessione ad relata munera desiderata. n. 20. remissiuè.
Num Præsentatus, siue Institutus possit munera, quæ sunt ordinis exercere. n. 21. remissiuè.

1 NOtandum primo ad solutionē, quæstionem non esse de reuocatione præsentationis, vel defectu personæ præsentatę, quando nimirum Præsentans præsentauerit indignū, vel minus dignum, cum posset digniorem nominare, tunc enim mutatio necessario facienda est, vt monui similem expendens quæstionē *lib. 6. disp. 17. sub initio.* Verum de præsentatione rite alioquin habita disputandum erit.

2 Notandum secundo. Cū quæstio propria sit de præsentatione ante Præsentati consensum à fortiori, quę hic dicemus, vera esse censemus de præsentatione acceptata, qua maius, & firmius confertur ius præsentato, ac de qua etiam præcipuam esse quęstionem ostenditur per textū *Quod autem de iurepatr. ad Lambertino* mox citando sub initio articuli relatum.

3 Notādū tertio distinctā quęstionē esse de valore præsentationis, ac de liçita eiusdē ratione.

4 Notandum quarto. Patronum non dici Ecclesiasticum desumpta denominatione personæ iurepatronatus donatæ, sed sumpta denominatione ab Ecclesia à qua immediatè fluit ius ipsum patronatus, vt explicauimus *disput. 1. c. 1. n. 3.*

5 Notandum quinto. Variationem sumi posse tùm adęquatè, tùm inadæquatè, & primo modo accepit *Rocch. apud Lambert. 2. par. lib. 2. q. 8. art. 23. n. 4.* Et est cum penitus à primo reçeditur nominato priuatiuè, vt etiam habet *Dyn. in regula mutare de reg. iur. lib. 6.* Inadæquatè verò sumi à multis apud *Lambert. allegatum art. 22. & 23. n. 4. & 5.* cum non recedit Præsentans absolutè à primo, sed accumulatiuè, vt loquitur *Lambert.* alterum nominans, qua nominatione alteri aliquo pacto derogat.

6 Notandum sexto. Patronos ex priuilegio nominationem, vel præsentationem ad Cathedrales Ecclesias habere, essequè Dynastas, quemadmodum indicauimus *disput. 1. cap. 1.* & potius dici laicalem, vt probat *Lambertinus lib. 1. quæst. 10. art. 3. num. 1.*

7 Sit assertio prima. Patronus laicus per se validè potest variare etiam post consensum à Præsentato præstitum, & hoc pacto subscribo communi sententiæ apud *Lambertinum 2. par. lib. 2. q. 7. art. 1. ex cap. quod autem de iurepatr. & cap. pastor. eodem.* Et quamuis multas, prò qualitate geniorum, afferant rationes, approbo tamèn traditam ab *Hostiensi in summ. titul. de sponsal. duor. §.* quot modis. Quia præsentatione spirituale matrimonium de præsenti minimè contrahitur, sed sponsalia, vt probè *Laus etiam scribit in allegat. 13. fol. 27.* & sicut sponsalia Contrahens ad aliud potest transire ma-

Digitized by Google

matrimonium, ita vnum Præsentans potest alterum deinceps præsentare : & quemadmodum à sponsalibus ad matrimonium de præsenti gradus fieri potest per copulam cum altera, *ex capitulo his, qui fidem de sponsalibus*, & *capitula si inter virum eodem*, & ex communi Theologorum, & Canonistarum sententia; ità per institutionem præfitam secundo præsentato, matrimonium dicetur perfectum, non obstante Primi nominatione ex *cap. Pastorali de iurepatron.* Video hoc argumentum aliquo pacto deficere, vt ab Auctoribus proponitur, cum Præsentans non sit sponsus, sed hac ratione accipiendum puto, vt intelligatur posita præsentatione inter Præsentatum, & Ecclesiam, ad quam præsentatur, sponsalia solum resultare, non matrimonium. Confirmatur ratione tradita à *Roccho de iurepatron. verbo honorificum in quæst. 9.* deducta *ex Gloss. 2. in simili, cap. cum nos de officio ordinarij, qua etiam vtuntur Paulus de Cittad. de iurepatron. 6. part. quæst. 9. & Lambert. ibidem 2. part. lib. 2. q. 7. art. 1. num. 4.* quia Laicus veram non habet notitiam idoneitatis, quæ requiritur in Clericis, ac dubitans, nè minus dignum præsentauisset alium repræsentare poterit, vt ei conceditur *per Capitulum quod autem, & capitulum cum autem de iurepatron.* idquè, vel successiuè, vel eodem tempore fauet *Clementina* plures *in fine de iurepatron.* & fusè prosequitur *Lambertinus 7. part. lib. 2. quæst. 10. art. 4.*

Demùm hæc assertio intellecta intra tempus, quod habet Patronus ad præsentandum maximè, firmatur etiam à fortiori ex his, quæ diximus de electoribus, qui quidem in foro externo valent variare, non publicato scrutinio intra tempus eis concessum, vt *lib. 6. disputat. 17. cap. 2. num. 7.* indicauimus. Nequè dolere potest Instituens de hac retractatione etiam inadæquata præsentationis, quippè quæ coram ipso adhuc ritè habita non est, per ea, quæ tradidimus in re simili *de postulat. lib. 7. disputat. 13. cap. vnic. num. 18.* Dixi per se loquendo; nàm aliundè posset saltem illicitam esse hanc reuocationem, vt infra dicemus. Cum autem loquor hic de variatione, de inadæquata sermonem habeo, non recedendo à prima, cum exploratam etiam habeam eorum sententiam, qui docent cumulatiuè tantum, non autem priuatiuè posse laicum variare: sic *Ioannes Andreas in regula in re communi de regul. iuris lib. 6. Archidiaconus in cap. vnico in 2. colum. versic. verum de iurepatron. in 6. Abbas cap. quod autem de iurepatron. in 2. notab. opposit. 1.* & alij quamplures apud *Lambertinum 2. part. quæst. 7. art. 10. num. 3.* Patronum autem, siuè laicum, siuè Clericum posse multos simul nominare docent per *Clemen. plures*, § *final. de iurepatron. Cardinal. Petrus de Ancarano, Immola, & Ioannes Andreas cap. cum autem de iurepatron. in principio.*

9 Negat autem *Lambertin. de Clerico ex alijs Auctoribus 2. part. lib. 2. quæst. 3. art. 6. & 8.* nec
10 non *quæst. 7. art. 21.* Cùm autèm ex Priuilegio in re nostra, Dynastæ præsentent eius teneri standum est, vt multos simul nominent, ex quibus Papa vnum eligat, vel vnum tantum præsentent.

11 Sit assertio secunda. Iuncta supradicta variatio accumulatiua, intra tempus concessum ad præsentandum, præsentationi acceptatæ tantum à Præsentato, non tamèn ritè expositæ Instituenti, etiam à Clerico Patrono habitæ, in foro externo valida est, non secus ac facta à sæculari, cum in vtroquè militent rationes, quas locis citatis pro prima assertione fecimus. Nequè contra communem sententiam hanc meam esse conclusionem contendo, cum & *capitulum quod autem, & cap. cum autem, & pastoralis*, & si quæ sunt alia iura, & Auctores ea exponentes de præsentatione non modo acceptata, verum etiam habita coram Instituente loquantur: quæ si habita sit à Clerico, nulla ab eis deciditur, vt nos infra dicemus; nequè quæstionem hanc dirimunt de præsentatione tantum acceptata à Præsentato intra tempus, patronis concessum ad præsentationem faciendam.

12 Assertio tertia. Esto validè vterquè Patronus intra tempus præscriptum variare possit, vt superius dictum est, illicitè tamèn in foro conscientiæ id aget, etiam per se loquendo, si retractauerit præsentationem acceptatam à præsentato absquè iusta causa, etiam intra tempus ei concessum ad præsentandum. Porrò de Clerico Patrono hoc mihi quisquè concedat, verum de omnibus probatur argumentis factis prò varietate in electione *lib. 6. disputat. 17. cap. 2. & 3.* nam licet me non lateat maius quidem ius, & strictiùs peracto scrutinio per electionem Electo, quàm Præsentato Consentienti competere, cum præsertim sciuerim quid habeat *cap. quod autem de iurepatron. ibidem*. Quoniam antequam præsentatio per Diœcesanum Episcopum approbetur, ratum non est, quod à Patrono fuerat inchoatum, estquè maximè verum in præsentationibus, seù nominationibus coram Pontifice habitis; At quod aliquale ius Præsentato acceptanti conueniat, negari minimè potest, vt *superiori capit.* probatum est. Deindè cum etiam ei ob proprias qualitates, ac dignitatem aliquale sit ius ad huiusmodi beneficia iuxta dicta *lib. 6. disputat. 6. cap. præsertim 1. & 2. num. 14. 21. 26. & 27, & cap. 3. insuper disputat. 7. & 8. cap. 1. num. 3. ac deinceps, necnon 9. disput. & 10. cap. 1. num. 3.* non est cur post præsentationem, atquè acceptationem in arbitrium Patroni tantum reijciamus, stare dictis, nec ne, &
13 constantiam in decisis. Addo quod licet poterat hic patronus fortasse non nominare, quia multi erant eiusdem dignitatis, ac bonitatis ad hanc Ecclesiam apti; at cum semel nominauerit, in qua nominatione, & præsentatione videtur esse imbibita promissio, vel quasi donatio, vt ita dicam per hanc sanè acceptatam obligabitur, vt communis Doctorum sententia docet, promissionem scilicet acceptatam obligationem inducere grauem sub mortali in re graui, sic *Sylue-*

Digitized by Google

ster verbo pactum quæst.4. Nauarr. cap.18.sum. num.6. Sot.lib.7.de iustit. quæst.2. art.1. ad primum,& alij,quos referunt,ac sequuntur Sanchez lib.1. de matrimon. disputat.5. num.20. Lesius cap.18 dub.8.& Reginaldus lib.25.num.82. Siue iustitiæ sit hæc obligatio, vt vult *Vasquez 1.part.disputat.85.cap.6.num.4.& 4. tomo in 3.part.disputat.5.de matrimon.cap.1.siue fidelitatis,vt habet Soarius relect. de libertate diuina disputat.2.sect.2.num.22. Lesius,& Rebellus citati,* ergo cum Patronus & nominet, & hanc suam nominationem, inuoluentem promissionem,vt supra,quę etiam à facto exorditur, exponat Præsentato; qui quidem illam consentiendo acceptat, etiam si nullum præterea damnum ipsi Presentato eueniret in reuocatione; non poterit reuocare, peccabitquè grauiter,cum in re graui versemur. Nequè desunt Canonistę, qui ab hac mea sint sententia, etenim *Rocchus tract.de iurepatron. verbo honorificum quæst.11.* asserit Patronum teneri illum præsentare,cui promisit; Non tamèn inficior hunc ipsum auctorem in foro externo id ipsum sentire,à quo,quoad hoc,discrepo. Porro,& iura, quæ in contrarium possunt afferri,ac Doctores in sensu solum nostræ conclusionis admittendi sunt,non autem aliàs; sic pariter reijcio *Ioannem Andream apud Immolam cap. fin. de conceſſ.præbend. Lambertinum 2.part.lib.2. quæst.6.art.15.num.3.*,malè asserentes,non modo variare posse,sed etiam reuocare præsentationem Patronum, qui expressè aliquem certum promiserat Præsentarè ad Ecclesiam vacantem.Cum nos dicimus in eos pro veritate, non solum quando expressè Patronus promissionem alicui fecit ad Ecclesiam vacantem,sed etiam teneri promissione virtualiter inclusa in ipsamet præsentatione,quam neq. solum adæquatè reuocare potest;neq. ex parte per nominationem alterius.Consulto dixi ad vacantem Ecclesiam,nam ad non vacantem,nulla absquè dubio est præsentatio per *Cap. finale de conceſſ. præbend.alioſq. vulgatos textus.* Et licet hæc directè contra variationem priuatiuam tendant, contra tamen accumulatiuam aliquo pacto etiam faciunt, quæ derogatur iure primi nominati,si fiat absq. causa rationali, vt supponimus, & promissio facta sit ei absolutè per primam nominationem,ac præsentationem.

14 Assertio quarta.Patronus Clericus,neq. validè,neq. licitè potest presentationem acceptatam, & ritè coram Instituente expositam reuocare.Hæc est communis sententia,quæ tum *cap.quod autem* in prima responsione, tum *cap.cum autem, & cap. Pastoralis de iurepatr. expressè habetur,* fauent præterea *Clementina plures in §.finali de iurepatron.gloss cap.1.in cap. quod autem citat.Gloss.penult. in allegatum cap. cum autem,Gloss.verb.robur. in cap.pastoralis, & Gloss.in cap.vnico verb.Ecclesiasticus de iure patron in 6.omnesque expositores. Gotfred. in summ de iurepatron.column.2.vers.sed laicus repræsentet,Hostiensis in summ.directorij iuris, §. 23.& §. 31. Innocentius,Ioannes Andreas,Cardinalis,Abbas,& alij in loca citata,quos refert, & sequitur Lambertinus de iurepatron. 2.part. lib.2.quæst.7.art.1.num.1.* Verum in assignanda huius certæ conclusionis ratione,hoc opus, hic labor est; nam cum eadem non sit ratio de Clerico,ac de sæculari per iura modo citata, consensumq, Doctorum,sola tamen præsentatione ad Ecclesiasticum beneficium etiam habita à Clerico sponsalia tantum contrahuntur, non secus,ac præsentatione facta à laico, Quãob rem sicut ex hac causa laico licet variare, licebit etiam, & Clerico, vt optimè demonstrat *Lambertinus sæpè citat. num.5.* licet ergò ratio hæc sponsaliũ optima sit ad facultatem probandam resiliendi, ac variandi laici,qua *in* conclusione prima vsi sumus,secus vero, imò contra stabilitatem præsentationis à Clerico factam vrget.Insuper neq. maius ius à Clerico confertur, quam à laico, quod è *superiori cap.* deducitur, mihiq. est exploratum contra *Gloss. in cap.cum autem de iurepatron merito reiectam à Cardinali ibidem, & ab Hostiensi in idem cap. cum autem colum.vlt.* Hinc neq. vrgere ratio potest, quæ à multis DD. videtur esse *Innocentij*, quia nimirum præsentatio Clerici æquiualet electioni, à qua pariter peracto scrutinio non potest retrocedi, vt diximus *lib.6.disp.17. cap.2.& 3.* nam vt probè citatus *Lambertinus* solum quamdam analogiam maiorem inter præsentationem Clerici, & electionem indicauit Innocentius,non autem omnimodam similitudinem.alioquin plus iuris præsentatio Clerici,quàm Laici tribueret, quod est falsum cõtra *citatam Glossam.* Itaq. illa nobis arridet prę omnibus ratio, quia cum præsentatio hæc immediatam ducat originem à potestate Ecclesiastica,vt notabili quarto indicaui, est prorsus spiritualis,argumento *capituli Messanæ,& cap. Sacrosancta de electione.* Igitur cuiuscumq. variationis expers est, ne imprudenter fiat; ad quod vitandum meritò Clericis Patronis concessum est per se plus temporis,bimestre videlicet,quàm Laico: Hinc ædnotare licet,quod non idcircò laicus potest variare, non autem Clericus patronus,quia huic datur semestre, illi quadrimestre; sed è contra,quia nimirum ille variare potest,nequaquã hic, idcirco huic semestre conceditur ad rectè perpendendam, atq. habendam præsentationem,vt rectè *Lambertinus contra Glossam secundam citat. cap. cũ vos num.7.* licet contrarium indicet *1.part.lib. 1.quæst.10.art,3.à num.3.& ad finem eieat.art. 6.* Confirmatur insuper quia quædam Clericis prohibentur,quæ permittuntur laicis. Quamobrem in eodem genere delicti plus dicitur peccare Clericus, quàm laicus *cap. nulli fas 1. quæst.3.saluatur 11.q.3,* varijsq. *alijs iuribus à Lambert.relatis num.2.& 8.circa medium*; vt enim habet *Clementinam cum illusio de renunciatione,illusio,& variatio in personis Ecclesiasticis maximè sunt vitandæ,* cum variatio ponatur loco deceptionis, vel derisionis, vt aliàs. Nec refert clerico ius habenti patronatus, ratione matrimonij,posse variare, nam vt sic laicus potius patronus dicendus est,attenta dicti iuris origine, vt sæpè allegato notabili supra

di-

Digitized by Google

dictum est: & huic rationi robur esse puto, quicquid in contrarium dixerit citatus *Lambertinus ad finem 6. art. q. 7.* Porrò præsentatio illa licet terminatiuè ratione Ecclesiæ, ad quã tendit, spiritualis sit, ratione tamen causæ præsentantis, penès dicta, censetur esse à laico, cui per Sacros Canones aliqua ratione licet variare. Quod si in hoc casu non probaret hęc ratio, neq. probaret, fas esse laico Patrono variare, cuius præsentatio, etiam hoc pacto, spiritualis est, cum ad beneficium Ecclesiasticum persone Ecclesiasticę sit, Confirmari hęc omnia possunt in re nostra nominationis, & præsentationis factę coram Pontifice Maximo ex dictis *lib. 7. disp. 13. cap. vnico n. 15. & 20.*

De consensu verò Instituentis variare, nec posse sentio, licet in *loc. citat. nu. 23.* contrarium dixerimus de Postulantibus, moueor, tum quia postulantibus ex se licet variare, secus præsentanti laico: deindè Postulato nullum est acquisitum ius, at aliquale est Præsentato, vt *supra cap.* diximus.

15 Assertio quinta, Patrono laico per se loquendo in iure permittitur variare, quoad forum externum cumulatiuè, ideſt alium nominare, etiam post primam præsentationem: patet hoc ex iuribus, & *Auctoribus allegatis pro superiori conclusione*, neq. alia opus est probatione, si Lectorem meum tantum admonuerim non licere Principi variationem, vt ex *Felino* ritè notat *Lambertinus 2. part. 2. lib. q. 7. art. 2. nu. 2.* Erit autè licita hęc variatio, si ex causa fiat, vt in simili probauimus *lib. 7. disp. 13. cap. vnico n. 23. §. 3. pars.*

16 Assertio sexta, Nullus Patronus variare potest, nequè adæquatè contra eum, quem causa nominationis, ac præsentationis feciſſet, ordinare. Probatur hęc assertio eiusdem rationum momentis, quibus similem probauimus *libr. 7. disp. 17. cap. vnico n. 22.*

17 Quid autem de expensis factis, occasione reuocationis ibidem exarauimus *n. 23.*

18 Quam cautè Præsentato agendum sit ante institutionem *lib. 6.* tradidimus *disp. 17. c. 3. n. 7.* Superegrat de institutione tractare, verum cum hęc, vel propria non sit nostrę materiæ, sed reliquorum beneficiorum, vel absq. aliqua analogia nominatos ad Cathedrales Ecclesias nõ concernat, & cum ex formula clarè constabit, qua vtuntur ij, quorum interest has in Consistorio proponere Ecclesias, infra inferenda, atq. ex ea ratione, quæ Summus Pontifex de facto promouet ad Ecclesias Cathedrales tùm à Regibus nominatos, tùm non nominatos, nõ est cur à nobis in disputationem vocetur.

19 Præterea de causa finali præsentationis possemus agere, ac de iure administrationis, quod præsentatis, atq. institutis Episcopis ad regales Ecclesias, vel aliorum Principium conuenit; Cęterum satis de illo disputauimus *lib. 7. disp. 3* agentes de simili iure ad confirmatos Episcopos ante consecrationem spectante; vbi quæ diximus huius etiam loci esse dubium non est, cum quod confirmatus Episcopus habet ius administrationis ante consecrationem, habeat etiam, quasi instituendus ante confirmationem, & à Pontifice promotus, vt infra idemq. dicas de specialibus muneribus, quæ vt sic obire possunt huiusmodi Episcopi, de quibus *disp. 4. eiusdem libri* strictissimus.

20 Deindè de possessione ad relata munera requisita, tùm iure antiquo, tum nouo *disp. 5. 6. & 7* disputauimus.

21 Insuper num possint munera, quæ sunt ordinis præstare disceptauimus *disput. 8.* Demùm formula hìc desiderabatur, qua vtuntur in Consistorio Cardinales Regnorum protectores, quorum interest, & Promouendum, & Ecclesiam proponere. Verùm hęc infra referetur.

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO QVARTA.

De ratione, quæ magis est in vsu, promotionis ad Cathedrales Ecclesias.

EGgimus *lib. 7. disp. 2.* de inquisitione promouendi facienda, deq. alijs requisitis ad confirmationem habendam Episcopi electi à capitulo. Nũc de modo, qui est in vsu omnium penè promotionum, disputandum est. Itaquè hactenus adductæ rationes Episcopi promouendi ferè omnes ad Vbertatem potiùs doctrinæ factæ videntur, quàm ad vsum, in nostra præsertim Italia, Hispania, cæterisquè Regnis, in quibus tùm *Tridentinum Concilium*, tùm *Bullæ Gregorij XIV. de hac re editæ*, & venerationi, & vsui sunt. At mox agitandam agredimur ex consuetudine, ac stylo rationem maximè illustrem ad promotionem pro quibuscumq. Ecclesijs Cathedralibus à Summo Pontifice habitam, de qua regulæ extant Cãcellariæ Apostolicæ in principio, vbi Summus Pontifex sibi generaliter reseruat omnes Ecclesias Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, & Episcopales: necnon habetur in *Pontificali Romano par. 1. in rub. de consecrat.* Et sanè pro arduo, quod agitatur, negotio multa sancita sunt, & passim reperiuntur in Sacris Canonibus decreta, vt videre est in *Constitutione Alexandri III. in Lateranensi Concilio edita, & in cap. cum in cunctis de elect. siue in constitut. 6. Leonis X. incipiente, Supernæ de generali Clericorum, & Laicorum, ac Romanæ Curiæ reformatione*, quæ quidem decreta paucis, vel mutatis, vel additis vsq. ad Pontificatum *Pauli IV.* seruata sunt; qui omnium primus, & merito, præcipiens addit, vt propositiones Ecclesiarum, ac Promouẽdorum, quæ in Consistorio deinceps habendæ erunt, non eodem die, vt hactenus, sed sequenti absoluerentur, aliquo nimirum dato temporis interuallo, quo Cardinales Eminentissimi de qualitatibus Promouendi aliqua ratione certiores, fieri possent: vt rectè *Mandosius in regul. 24. Cancellar. de mal. prom. quæst. 3. sub nu.* 12 Sinè tandem videri licet in *Concilio Tridentino sess. 24 cap. 1. de reformat.* Verum sicut tempore postremum obtinet locum diploma *Gregorij XIV. Summi Pontificis*, ita dignitate, atquè obseruantia primum; quippè quod cætera videtur complexum, atquè ad Concilij Tridentini sensum explicandum, & ad formam ab illo desideratam exponendam, à Papa editum, atquè à Romana Curia maximè in præsentia obseruatum. Itaquè hoc diploma per singula membra, & eiusdem Pontificis verbis referre, nè maiestati sermonis quidpiam detrahere videar breui exponere; ac demum quæstiones nonnullas ex eodem derivare differendas decreui, quibus nonnullas expendam circumstantias, quæ alibi exponendæ essent, postquam de essentia consecrationis *disput. 7.* egimus, verum cum praxis, & vsus consecrandi alia ratione tradi minimè potuissent absquè illorum dilucidatione, illæ prius erunt expendendæ.

CAPVT PRIMVM.

Referuntur, ac breui perpenduntur Prõemium, ac finis constitutionis Gregor. XIV. P. M. de forma promouendi ad Cathedrales Ecclesias.

SVMMA.

Prõemium Bullæ Gregorij XIV. refertur, num. 1.
Scopus dictæ Bullæ num. 2.

1 POstquam Summus Pontifex eximium expresserit studium, quo in Tridentina Synodo Illustrissimi, ac Venerabiles Patres è toto penè terrarum Orbe vocati laborarunt, *vt rationem inuenirent, qua viri doctrina, pietate, prudentiaquè excellentes, & Ecclesiasticis functionibus diù, multumq. versati Ecclesiasticis Cathedralibus præficerentur*; hæc addit; *Nos igitur, qui cum in minoribus constituti, &c. in eodem Concilio cum Sanctis illis Patribus interfuimus, &c. magno semper desiderio flagrauimus, vt tam salubria generalis Concilia decreta executioni debitæ mandarentur.*

2 Ex his meus deducat Lector non ex proprio sensu modo, & quidem Sanctissimo, sed ex tãti Concilij Summum Pontificem hanc emisisse constitutionem, modum præscribentẽ, quo *instructio, examen, & inquisitio de fide, vita, moribus, doctrina, & prudentia promouẽdorum, tãm accuratè, fideliter, ac seriò instituatur, vt omnis fallaciæ fuco semoto, certo confidere va-*

Digitized by Google

leamus (ait idem Pontifex) tales à nobis Christi gregi pascendo esse propositos, quales tantum onus angelicis videlicet humeris formidandum exigit,& c.

Quale, ac quantum tale sit onus,& quæ hæc desiderata Præsulis ornamenta, tùm *tomo* 1. à nobis, tum hoc certis disputationum locis infra etiam subindicandis expensa sunt. Nunc propius ad singula allegatæ bullæ membra expendenda accedamus.

CAPVT SECVNDVM.

Expendens primam Constitutionis partem de personis, quarum interest inquisitionem, ac processum facere promouendi in Antistitem.

SVMMA.

Affertur primæ pars Bullæ Gregorij XIV.
Si promouendus ad Episcopatum in loco, vel Vrbe existat, vbi eius Ordinarius degit ad hunc defectu Legati, vel Nuntij Apostolici, spectat facere inquisitionem.n.2.& 3.
Si promouendus cum sit patria Nolanus degat Neapolis, cuius sit inquisitionem facere Archiepiscopi Neapolitani, an Præsulis Nolani. num.4.
Quæ desideretur habitatio ad mutationem domicilij. n.5.
Decennium habitationis, quid conferat ad mutationem domicilij, & an omninò necessarium sit.n.6.
An possit Archiepiscopus ad inquisitionem promouendi se ingerere, quando hæc ad Episcopum Ordinarium eius suffraganeus spectat. num.7.
Quid si Ordinarius promouendi, vel nollet, vel suspectus esset ipsi promouendo, num hoc negotium ad Archiepiscopum spectaret. num.8. & 9.
An nomine Ordinarij in Constitutione Gregorij XIV. veniat Vicarius Episcopi.n.10.
Quis sit Vicarius Generalis, ibidem.
Si Vicarius in una sola Ciuitate statuatur etiam Metropoli, non est generalis.n.11.
Ordinarij nomine omnes significantur potestatem habentes ordinariam.n.12.
Eadem est Vicarij, & Episcopi iurisdictio, idemq. Tribunal, neq. à Vicario ad Episcopum valet appellatio. n.13.
Vicarius foraneus iurisdictionem habet Delegatam tantum ab Episcopo, & non à Canone. n.14.
Quæ ignorantia excusabit à transgressione primæ partis Bullæ. n.15.
Quid importet clausula speciale mandatum. numer.16.
Satis erit speciale mandatum ad inquisitionem, vel processum faciendum Promouendi in Episcopum etiam, prout distinguitur à singulari talis Promouendi ad talem Ecclesiam.n.17.
Si mandatum tale esset, & non specificaretur ad inquisitionem, & processum faciendum promouendi in Episcopum specificè talem non sufficeret.n.18.
Ad iurandum de calumnia, quod mandatum requiratur.n.19.
Mandatum regulariter strictè exponendum est. num.20.
Per quæ verba mandatum exprimatur speciale remissiuè.n.21.

1 *CVm promouendus, vel extra Vrbem esse possit, vel in Romana Curia, primo de illo cauit Summus Pontifex, deinde de hoc.*

Præsenti nostra, inquit, *perpetua valitura constitutione decernimus, vt cum extra Romanam Curiam examen, instructio, siue inquisitio facienda erit, nemo omninò cuiuscunq. status, gradus, aut conditionis fuerit, inquisitionem prædictam sibi arrogare præsumat, sed integrum hoc negotium ijs, qui à prædicto Tridentino Concilio designantur Apostolicæ Sedis Legatis, seù Nuncijs Prouinciarum, aut eis, de quo inquisitio fit Ordinario, eoq. deficiente Ordinarijs vicinioribus relinquatur, nisi iustis de causis nobis, aut pro tempore existenti Romano Pontifici per speciale mandatum alicui alteri hoc munus, quandoq. committendum visum fuerit.*

2 Quæres si non affuerint legati, seù Nuncij Apostolici, vbi promouendus degit, quando ad Ordinarium spectare constat ex verbis præsentis constitutionis, quam expendimus, cuius Ordinarij erit hoc subire munus examinis, processus, &c. conficiendorum.

3 Respondeo, si Promouendus propria in Vrbe, vel loco existeret, vbi ipsius degit Ordinarius, rem difficultate carere; cum pateat ad dictum Ordinarium totum spectare negotiũ ex verbis *Gregorij* ibi: *aut eius, de quo inquisitio fit Ordinario.* At vrget difficultas quæsiti, vbi, N. promouendus Neapoli v.g. existeret, cum propriè esset Nolanus, num interierit Archiepiscopi Neapolitani, vel Nolani Præsulis inquisitionem, ac processum condere, N. promouendo. Et quidem, vel Promouendus cum Neapolitano domicilium mutauit Nolanum, vel non. Hoc posito in hac quæstione, de qua Auctores, qui hactenus hanc Episcopi materiam tractarunt minimè disputauere, dicendum est proprium Episcopum, atq. Ordinarium Promouẽdi ad Episcopatum, illum esse, de cuius Diœcesi ipse Promouendus est Oriundus, vel habet domicilium habitationis. Deduco *ex cap. cum nullus de temp.Ordin.in 6.* qui textus de promouẽdis ad Ordines expresse loquitur, ex quo à simili, quam dixi, deducitur doctrina propositi quæsiti dilucidatio; esto Neapoli fuerit

Digitized by Google

rit Promouendus, si tamen vel oriundus sit ab Vrbe Nolana, vel ibi suum habeat domicilium, eius Ordinarius, dubio procul erit Episcopus Nolanus. Si autem domicilium mutauerit cum Neapolitano, Neapolitanus eius erit Ordinarius.

5 Ad mutationem autèm domicilij habitationis, & ad comparandum Neapolitanum, vt in eodem pergam exemplo, adnotasse necesse est, qualemcumq. non sufficere habitationem, sed vnà cum illa animum requiri, perpetuo ibi habitandi, aliàs nunquam comparabitur, sic *Glossa ver. larem. C. de incolis lib. 10. Hostiens. summ. tit. de Paroch. §. pen. Abbas cap. final. nu. 8 de Par. & cons. 62. n. 10. par. 2. & alij, quos citat, & sequuntur Berdach. in repert. lit. D. verbo domicilium, vers. cõtrab. per decem annos, Menoch. lib. 2. de arbitrarijs cent. 1. cau. 86. nu. §. 7. & 22. & lib. 6. de præsump. præs. 42. Mascard. de prob. concl. §35.*

6 Ex quibus deducere licet, quod & si multæ leges sint exigentes habitationem decennij ad mutationem domicilij, *vt ex l. 2. C. de Incolis lib. 10.* & aliæ intelligendæ tamen, vt procedant ad præsumendum animum perpetuo ibi habitandi; ea propter comparabitur domicilium ex hoc solum, quando ex alijs coniecturis animus non deprehendetur, ad cuius notitiam & si, vti dicebam, sit satis decennialis habitatio, non tamen prorsus necessaria, cum possit aliundè innotescere, quo patefacto acquiritur domicilium statim etiam ac quis incipiat habitare per *legem domicilium, ff. ad municipum, ibi domicilium re, & facto transfertur, iuncta Glossa verb. domicilium, Hostiensis summ. titul. de par. §. penul. nu. 7. Abb. cap. fin. num. 8. de par. Felin. cap. dilect. il secondo de rescript. n. 11. vers. 2. caso vers. 2. limita, Nauar. lib. 1. cons. in 2. edict. titul. de tempore ordin. cons. 10. n. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. casu 86. n. 2. Eurigus lib. 10. de Sacram. Ord. c. 22. n. 2. & alij.*

7 Quæres secundo. An possit Archiepiscopus in hoc negotium ad Episcopum suffraganeum spectans se se ingerere. Respondeo absolutè non posse, quia non est Ordinarius ipsius promouendi, neq. iurisdictione pollet, nisi in causa, vel appellatione ad ipsum deuoluta, & in alijs casibus singularibus per *cap. Pastoralis in principio*, vbi Canonistæ: sic etiam è Theologis *Petrus de Ledesma de matrim. q. 45. art. 5. par. 3. ante dub. 4. Manuel 1. tom. summ. 2. edict. c. 219. num. 16. Secura directorio iudicum 2. part. c. 15. n. 50. & alij.* Quod si Episcopus Ordinarius promouendi, vel nollet inquisitionem, & processum facere, vel simultates exerceret cũ Promouendo, vel ob alias rationabiles causas eidem esset suspectus, fas esset Promouendo ad Archiepiscopum appellare; qui quidem si vicinior esset Episcopo Ordinario ipsius Promouendi potiori etiam iure posset, ac deberet causam cognitam amplecti, quàm quicumquè alius è suffraganeis, qui non essent adeò vicini; patet tùm ex verbis constitutionis rem traducentis ad viciniorem Episcopum defectu proprij Ordinarij: tùm quia negligente proprio Episcopo iurisdictio deuoluitur ad Archiepiscopum ex *Gloss. c. 1. verbo culpis de suppl. negligent. Brel. in 6. Abbas repetit. cap. si quis contra Clericum n. 4. de foro compet.* & in simili casu de assistentia matrimonij, docet *Thom. Sanus lib. 3. disput. 28. num. 4.* Quod si alius esset suffraganeus vicinior, quam Archiepiscopus Ordinario Promouendi, Recusante, vel suspecto, posset alicui videri rem ad eumdem Archiepiscopum spectare, quia non obstat in hac nostra constitutione dici, *Ordinario deficiente Ordinarijs vicinioribus relinquatur.* Quod in hoc casu non deficit Ordinarius, sed potius negligit, vel suspectus habetur ad ritè officium præstandũ. Quamobrem non ad alios viciniores, quibus circa hoc non est iurisdictio, sed ad Archiepiscopum spectare videtur, quippè qui in hoc casu dici poterit Ordinarius Promouendi, qui si viciniorem Episcopum adire vellet, non posset ex vi huius Bullæ, cum non esset aliquis, cui deberet ostendere defectum proprij Ordinarij. Et confirmatur, quòd iure antiquo multa erant huic muneri similia, quæ ad Archiepiscopum attinebant: sic electus in Episcopum ab Archiepiscopo confirmabatur ex *cap. innotuit, & cap. cum dilectus de elect. & cap. inter corporalia de translatione Episcopi*: insuper quando vota eligẽtium fuerint diuisa, merita, cæteraq. præferendi dona iudicio Metropolitani committuntur per *cap. fin. dist. 63.* Iterum electione intra trimestre præscriptum, non celebrata, iusto tamen impedimento cessante, Electores ea vice eligendi facultate priuantur iuxta supradicta, & ipsa electio deuoluebatur ad Archiepiscopum superiorem proximum per *cap. ne pro defectu de elect. & cap. quamquam de electione in 6.* ergo à pari de re nostra.

9 Cæterum, & si probabilis sit hæc opinio, probabilius tamen iudico promouendum teneri apud Archiepiscopum causas, rationesq. suas exponere, cur nolit tractari negotium ab Ordinario proprio, eumq. suspectum habeat, pariterq. Ordinarium teneri coram eodem Archiepiscopo momenta referre suarum rationum, ob quę differt, vel nolit inquisitionem, processum, & *cæt. facere*: deinceps Archiepiscopus cognita causa non poterit sibi examen, inquisitionem, processum, &c. sibi auocare, sed vt è re magis videbitur data sententia poterit remittere, vel non remittere negotium ad viciniorem Episcopum, & quia id expedire videtur ad exequutionem constitutionis, & ob rationem numero præcedenti factam, cum aliquin non esset, qui posset iudicare inter Promouendum, & eius Ordinarium.

10 Quæres tertiò, num in hac constitutione nomine Ordinarij veniat Vicarius Episcopi? Antequam quæstionem diluam, opere pretium est nosse Vicarium Episcopi alterum esse generalem, alterum foraneum. Primus dicitur, qui vices gerit Ordinarij eum constituentis in eodem loco, ac Tribunali, in quo consueuit, & ipse ius dicere, sic *Bart. l. vnic. fin. ff. quis, & à quo Rebuff. prax. benefic de Vicar. Episcop. nu. 6. Marant. Practic. 4. part. disp. 5. princ. an iudicium sit Ordinarium, Sbrozius lib. 1. de Vic. Episc. q. 28. n. 7. Barbosa de potest. Episcopi par. 2. allegat. 32.*

Digitized by Google

numer. 28. Couarr. pract. cap. 4. numer. 8. ità rem explicans, vt Vicarium generalem illum dici velit, qui locum tenet Ordinarij à quo com-
11 missam habeat iurisdictionem. Addiderim (à Canone concessam, vt infra) ad omnem Diœcesim se extendentem; nam si constituatur in vna sola Ciuitate etiam Metropoli, in qua residet Episcopus non erit generalis, sed foraneus, vt scribit *Sbrozius modo laudatus q. 23.* Quid autem sentiendum sit si fuerit solum in spiritualibus, vel solum in temporalibus constitutus videas apud eumdem *quæst. 25. num. 4. & 26. & quæst. 23.* ex qua constabit Vicarium foraneum illum esse, qui quam exposuimus, iurisdictione caret.

12 His delibatis respondeo præsentem constitutionem Ordinarij nomine, Vicarium generalem, comprehendisse, non autem foraneum. Ratio primæ partis est, quia quoties in aliquo decreto mentio fit Ordinarij, nisi materia, de qua tractatur aliud postulet, non modo significatur Episcopus, sed omnes etiam Ordinariam habentes Iurisdictionem, qui Ordinarij, & sunt, & dicuntur, sic *Gloss. cap. Ordinarij verbo locorum de Offic. Ordin. in 6. vbi Dom. num. 3. Abbas in cap. de mon. n. 5. vers. item aduertit de Præsb. Syluester excomm 9 casu 47. n. 92. notab. 2. vers. sed aduertit. Nauar. lib. 4. concil. in 2. edict. tract. de spons. cons. 5. n. 2. Sanchez lib. 3. de matr. disp. 29. nu. 5.* & ratio desumitur, quia Vicarius generalis Episcopi iurisdictionem habet Ordinariam concessam à *Canone ex cap. 2. de offic. Vic. in 6.* & quia à delegato appellatur ad delegantē *cap. super quæst. §. Porrò de offic. deleg.* secus à Vicario generali ad Episcopū, *cap. Rom. de*
13 *appellat. in 6.* Et quia eadem est Vicarij, & Episcopi iurisdictio, idemq. Tribunal per *tex. cap. Romana de appellat. in 6. & cap. 2. de consuetud. in 6.* sic docet *Gloss. leg. fin. verbo lect. Gloss. de Offic. eius*, qui vicem gerit, & *Gloss. cap. Officialem de Offic. Vicarij in 6.* necnon *d. cap. Romana initio verbo generaliter de appellat. in 6.* vbi Doctores, quos refert, ac sequitur *Sbrotius libr. 2. de Vicar. Episc. quæst. 55. num. 9. Mascardus de prob. concl. 1412. num. 9. & 22. Enriquez lib. 6. de pœnit. cap. 7. num. 3. & in commento lit. C. ac aliqui cum Sanchez de matrim. libr. 3. disputat. 29. num. 3.*

14 Secūda pars prob. quia cū Vicarius foraneus Delegatus sit, aliam non habet iurisdictionē, quàm ab Episcopo concessam, à quo Iurisdictio ordinaria manare non potest, vt nec etiam manat ad Vicarium generalem illam habentem à *Can. per cap. 2. de Offic. Vicar. in 6.* Quod dictum volo etiamsi ab Episcopo Vicarius foraneus cum *Bart. l. vnic. ad finem ff. quis est & à quo Cardinali in Clem. 2. de reseru. quæst. 24. Abbas cap. rel. num. 8. de Offic. Delegat. Rebuff. in prax. benef. de Vicar. Episc. nu. 6. Maranta pract. 4. par. disput. 5. princ. Sbrot. lib. 1. de Vicar. Episc. q. 22. n. 7. Sanchez lib. 3. de matr. disp. 29. n. 10. & patebit magis ex seq. cap. n. 4.*

15 Quæres quarto, quæ ignorantia excusare possit à primę transgressione partis huius Cōstitutionis? Respondeo cum in ea verbum præsumant, vsurpet Papa, ignorātiam quamcumq. excusare, quæ non sit affectata æquiualens dolo iuxta dicta *tom. 1. lib. 2. disp. 3. c. 4. præs. n. 20. & 21. & lib. 3. disp. 4. n. 8. & disp. 7. c. 3. n. 36.*

16 Queres quinto, de clausula exprimente speciale mandatum. Respondeo hanc clausulam operari, vt inquisitio, vel processus consensus promouendi sit vnus è casibus, ad quem speciale requiratur Papæ mandatum, cum Sedes Apostolica sibi hunc casum reseruasse videatur, quem solum concessit Ordinarijs promouendi, & ei, cui per speciale mandatum facultas facta fuerit, vti deducitur *ex cap. quod translationem de Offic. Deleg.* sic ad ea, quæ sunt Episcopo reseruata speciale requiritur mandatum, vt rectè *Calder. cons. 70. alias 3. de Offic. Vicarij.*

17 Illud præterea non piget adnotare satis quidem esse mandatum speciale ad hoc munus obeundum etiam, prout distinguitur à singulari, exprimente scilicet fieri facultatem alicui ad inquisitionem, vel processum faciendum Promouendi in Episcopum, etiamsi non addatur particula talis promouendi ad talem Ecclesiam iuxta ea, quæ tradit *Bald. in l. 1. C. etiam per procuratorem caus. in init. constit. Bursatt. in l. gen. ff. de ritu nup. Alexander cons. 189. n. 8. lib. 7. & cons. 155. n. 8. Proland. casu 26. n. 2. ac deinceps libr. 2. de discrimine horum mandatorum.* Ratio est, quia constitutio non distinguit, sed mandatum insinuat speciale per ea, *Nisi per speciale mandatum alicui alteri hoc munus quādoq. committendum visum fuerit.* Continet. n. certum quid munus, nimirū inquisitionis processus, & faciendorum, quod tamen veluti genus varias amplectitur species, vt è *Cravett. de duca cons. 126. n. 6.* & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l. 1. §. gen. ff. de l. præst.* vbi *Glos. verb. infinitum*, & *l. 3. in fin. ff. de Offic. Præf.*

18 Illud tamèn non negauerim non sufficere si tale mandatum esset, vt per illud facultas fieret alicui ad quamcumq. inquisitionem faciendā, examen, processum, &c. *C. de persona indignitate constituenda*, nisi expressa, & specifica fieret mentio inquisitionis, examinis, ac processus faciendi de Promouendo in Episcopum. Ratio, qua moueor est, quod illa videretur generalis expressio non exprimens speciē (vt cum logicis loquar) infimam, de qua paulò ante loquutus sum, se extendentem ad singulas inquisitiones, examina, ac processus singulorum promouendorum in Episcopos, quam satis esse diximus, licet non indiuiduaret, hoc est exprimeret inquisitionem, vel processum talis promouendi ad talem Episcopatum, sed potius subalternam explicaret speciem comprehendentem quamcumq. inquisitionem, ac processus cuiuscumq. promouendi ad quamcumq. dignitatem etiam Episcopatu minorē, quæ quidem satis non est ad speciale manda-
19 tum, sed potius generale innoluit. Sic ad iurandum de calumnia non sufficeret mādatum ad præstandum quoduis iuramentum, ni species exprimatur iuramenti, nimirum calumniæ, vt probè *Ioannes de Immola. & Franch. in cap. fin. de iur. cal. in princ. Fuscus verb. mandatum*

Digitized by Google

speciale lit. M. & num. 44. Confirmatur quia regulariter mandatum strictè exponendum est per *Roman. cons. 130. ex cap. cum dilectus in fin. de rescript.* Per quæ autem verba exprimatur speciale mandatum, si optas scire, adeas *Bart. in l. filius famil. de donationib. & in l. 1. §. pater filium ff. de fals. & in cap. qui ad agendum de proc. in 6.*

CAPVT TERTIVM.

Explicantur Secunda, & Tertia pars Constitutionis Pontificiæ exprimentis personas, ad quas attinet Processum facere, Promouendi.

SVMMA.

Affertur secunda Bullæ Pontificiæ pars. numer. 1.
An affinitas, vel consanguinitas probanda sit, num. 2.
Quo pacto computandi sunt gradus, intra quos si fuerint ille, qui processum condere debet Promouendi, & Promouendus debeat à se reijcere hoc negotium, ibidem.
Modus computandi gradus propinquitatis iure canonico, & ciuili. n. 3.
In actibus canonicis modus computandi Canonicus est in vsu in Ciuilibus ciuilis. n. 4.
Tertia pars constitutionis refertur. n. 5.
Quænam locorum distantia impedimentum erit ad examinandos testes. n. 6.
Qua ratione probanda sit distantia. n. 7.
Quinam dicantur in dignitate constituti. numer. 8.
Quid sit dignitas Ecclesiastica. n. 9.
Ex quibus signis agnoscenda sit dignitas Ecclesiastica. n. 10.
Vicarius Generalis censetur in dignitate Constitutus. n. 11.
Præest Vicarius Canonicis in Ecclesia Cathedrali, & Archidiacono. n. 12.
Quo iure dignitas Ecclesiastica Vicario competat. n. 13.
Num inquisitio specialis alicuius articuli Vicario generali commissa competat eius successori. num. 14.
Vicarius Capituli est in dignitate constitutus. num. 15.
Si Articulus committeretur Vicario, vel Officiali Præsulis, an possit examinari per Vicarium Capituli sede vacante. n. 16.
Capitulum nō potest, quod Vicarius Capituli hoc in re potest. n. 17.
An Vicarij cæterorum Prælatorum dignitatem habentium quasi Episcopalem similium commissionis sint capaces, cum etiam sint in dignitate constituti. n. 18.
Vicarius Episcopi non dum consecrati capax est alicuius ex dictis commissionibus commissis à Sede Apostolica viris in dignitate constitutis. num. 19.
Articulus commissus Officiali Episcopi duos habentis Officiales, censetur commissus præstantiori. n. 20.
Commissio facta Archidiacono, duobus existentibus, censenda est facta præstantiori. numer. 21.
Quod si vterquè Officialis Episcopi æquè principalis esset (vt esse potest) neuter censeretur idoneus, antequam ab eo declararetur; à quo committitur articulus expendendus. num. 22.
Quid sentiendum sit cum nominatur tutor incertus. n. 23. remissiuè.
Quando requiritur industria persona non satisfit iuri, si per alterum id fiat. n. 24.

1 ADdit deindè Constitutio, quod si fortè aliquis prædictorum consanguinitate, aut affinitate vsquè ad tertium gradum inclusiuè Promouendum contingeret, vt omnis opinio carnalis affectus à tam Sancto negotio repellatur, ille quidem, eo casu censeatur excluſus, atquè ad eum, qui proximè sequitur, hoc est, si legatus excludendus erit, ad Nuntium: Si Nuntius ad Ordinarium: si Ordinarius ad viciniorem Ordinarium inquisitionis officium deferatur. In Curia verò hæc functio spectat, vel ad eos Cardinales, qui à nobis, vel pro tempore existente Romano Pontifice deligentur, vel ad Cardinales earum Prouinciarum, seù Regnorum apud nos, & Sedem Apostolicam Protectores, in quibus Ecclesiæ ipsæ consistunt, si tamen ad ipsos huiusmodi vacantium Ecclesiarum relatio pertinebit. Quod si de Episcopo, vel Metropolitano extra Romanam Curiam degente ab vna Ecclesia, ad aliam, ex aliqua graui, & iusta causa transferendo agetur; hoc munus deficientibus legato, vel Nuncio Apostolico eius Prouinciæ aut Regni, vbi Ecclesia ipsa, à qua transfertur, sita erit ad Metropolitanum, si Episcopus; Ad suffraganeum verò antiquiorem Præsidentem, si Metropolitanus transferendus erit pertinere declaramus.

2 Quæres primo. An affinitas, vel consanguinitas in tertio gradu inclusiuè, de quo constitutio agit, probanda sit, & à quo? Respondeo, vbi clarè non constiterit, Probandam non esse à Promouendo; quòd nemo cogatur testificari contra se ipsum in causa propria id est ad ipsius commodum, vel incommodum spectante per *Baldum consil. 227. quando pro debito num. 3. lib. 5. & l. nimis graue, C. de testim.* Vt autem actus ritè fiant, vel Ordinarij inte-

Digitized by Google

Intererit promouendi, cui aliàs incumberet processus condere, vel asserenti consanguinitatem illam, vt ex communi sententia tradit *Tuscus lit.P.768.d nu.1.* vel de bono,& æquo ità iuridicè fiat, vt ritè causa possit ad alterum viciniorem transire.

3 Quæres secundò, quo pacto computandi sunt hi tres gradus, intra quos hic, qui códiturus esset processum, si fuerit cum Promouendo à se debet reijcere causam? Respondeo supponens non esse distinctum modum computandi huiusmodi gradus ex iure canonico,& ciuili in linea recta, vt scitè *Sanchez de matrim.disp.50. lib.7.n.7.* sed solum esse distinctum in transuersali, quia videlicet ius ciuile, si linea sit æqualis quoto gradu quis distat à communi stipite toto duplicato distat inter se: Si verò linea fuerit inæqualis, quot sunt personę, cõputatis extremis,& medijs, stipite dempto, tot sunt gradus; sic duo fratres iure canonico sunt in primo gradu,& in ciuili in secundo. Patruus,& filius ex fratre iure canonico sunt in secundo, in ciuili in tertio.

4 Quo posito dico in actibus canonicis regulam canonicam, & in ciuili ciuilem seruandam esse, sic *Couarr.4.decr.2.part.c.6.n.8.*

Reliqua vero huius secundæ partis, quòd aperta sint, atq. in dubium reuocari minimè possint absq. alia quęstione omittenda, atq. ad tertiam eiusdem constitutionis partem stylus conuertendus.

5 *Deindè quia Sacrum Tridentinum Concilium non sine magna ratione eminentes personas, & quæ negotij magnitudinem probè intelligerent ad hoc officium nominauit, declaramus, & statuimus, tàm legatos, siue Nuncios, quàm Ordinarios, vel alios ab hac Sancta Sede fortè delegandos, non per Auditores, aut Vicarios, aliosquè Ministros, sed per se ipsos inquirendi munus exercere debere, quamuis ab eiusmodi personis, aliisq. viris peritis adiuuari possint, & si Prælatus inquirens per se non posset ob locorum distantiam testes examinare circa articulum aliquem, vel legitimos natales, vel ætatem, vel aliquid huiusce modi, licebit ei articulum illum alteri personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ subdelegare, non autèm vniuersam inquisitionem.*

6 Circa quæ quæres primò; quænam locorũ distantia censebitur impedimento esse, quominus possit Prælatus testes examinare.

Respondeo modicam distantiam in considerationem non cadere, cum minimè noceat, *ff.de integrit.restit.leg.Diuus, ff.de arbitr.l.item si vnus §.1. vbi Expositores.* Deindè dico, nullam aptiorem assignari posse regulam, quàm prudentis iudicium; quo decernatur, quænam distantia legitimè possit impedimentum dici. Præterea illud ad sensum patet, locorum atquè itineris distantiam mensurandam esse directè via quidem ordinaria, ac recta, neq. aliquo pacto obliqua, per *Bart.in tract.Tyberiadis fig.20. & l.2.C.de arbitr.*

7 Demum, qua ratione distantia probetur, ac qualiter articuli formari debeant, testesq. deponere, tractat *Bart.in l.continus, §.cum itaq. ff.de verb.oblig.*

8 Quæres secundo quinam dicantur in dignitate constituti? Respondeo, hìc non esse sermonem de quatuor dignitatũ generibus, quæ post mortem Imperatorum potestas condit, de quibus videre est *Commentarium de verbis iuris verbo dignitatum genera, & ad verb.lexicon*

9 *iuris eod.verb.* sed de Ecclesiastica dignitate, quæ pœnes aliquos est præeminentia ex administratione, sic multi apud *Sbrontium libr.2.q.27.n.10. Oltrad. conc.150. in Ecclesia Valentina n.3.* Vel rerum Ecclesiasticarum administratio cum iurisdictione ex *Ioann.And. Innoc. Archidiac.& alijs in c.1.n.2.& 6.de consuetud. Abbas in cap.de multa num.21.versic.1. concluf. de probat.*

10 Cæterùm cum dignitates Ecclesiasticæ plerumq. secundum consuetudinem loci sint, hæc maximè attendenda est, vt rectè *Cardinalis Zabarella cons.62.in princ.* Præterea ex tribus spectandis signis dignosci debet. Primum, quando is, qui habet officium, præest administrationi cum iurisdictione. Secundum quando nomen officij, dignitatem aliquo pacto præsefert, vt Archipræsbyter, Archidiaconus,& Primicerius. Tertium, quando ex consuetudine, vel cõstitutione pro dignitate habetur, ita *Franciscus Aretin.concl.23.in princ.* fauent *cap.illud de præsumpt.cap.per tuos de prob. Feder.conc.8.nu.2.versic.nec præsupponitur, Gemin.concluf.101.* & vbi posse consuetudinem operari, docet, vt habens officium sine prærogatiua super alios dignitas dicatur.

11 Hinc deducitur in primis Vicarium generalem Episcopi esse, ac dici in dignitate constitutum,& quia in Ecclesia Cathedrali, prærogatiuam, & præeminentiam habet, præest enim

12 Archidiacono, nèdum Canonicis, alijsq. inferioribus,& quia iurisdictione potitur rerum Ecclesiasticarum, *cap.Rom. vbi Canonistæ sub initio de appellat in 6. cap. non putamus de consuetud. in 6.cũ Gloss. verb. videatur. vbi Archidiaconus, & alij apud Sbrotium de Vic.libr.2.q.55.& 57.* & quia non deest illi administratio, *cap.Petitio, vbi DD.de proc.cap.in nona, vbi qui administrationibus associantur 16.q.7.* ex quibus textibus firmatur hæc opinio communis, *Barb.de offic. & potest.Episcopi allegat.54.à num.133.ac deinceps, Fusch.de visitat.libr.1.cap.15.num.32. Pauin.in tract.de offic. & potest.cap.sed vacante part.2.q.10.num.16.* scio contrariam sententiam scitè defendi à *Io. Picar. Menoch. volum. 1.respons.51.& volum.325.*

13 Non tamèn inficior, hanc dignitatem non conuenire Vicario iure proprio, vt rectè *Bart. l.quod Principi in fine,& l.more num.19. ff. de iurisd.omn. iur.& ex multis Sbrot.cit. de Vicar. Epis.l.3.q.49.*

18 Quæres tertio, Nùm inquisitio alicuius articuli commissa Vicario generali Episcopi cõpetat eius successori? Respondeo hac de re duas opiniones esse, quas pro præsenti instituto iudico probabiles, quarum altera affirmat, negat altera apud *Sbrotium* modo citatũ. Nunc redeo ad propositum.

15 Secundus, qui dicitur in dignitate constitutus est Vicarius Capituli. Ratio est, quia est

Digitized by Google

Vicarius iurisdictionis Episcopalis, vt rectè *Gloss. Clem. 2. de rescript. verb. Episc.* & ibi *Cardinalis q. 13. n. 5, Anchar. n. 1. ad fin. Immola n. 10, Euerard. in Topicis loco à vi subrogationis nu. 2*, quidquid in contrarium dixerit *Bonifac. eadem clement. 2. n. 33*.

16 Verùm quid sentiendum sit, si articulus cõmitteretur officiali, & Vicario Capituli, Sede Vacante, posset examinari, cum vterq. in dignitate sit constitutus. Placet sentire posse etiam Vicarium Capituli, Sede vacãte; ratio est, quia hic non solum est in dignitate constitutus, sed succedit Vicario Episcopi. Imò ipsius Episcopi Vicarius dici potest, vt scribit *Cardinalis in Clem. 2. mod. cit.* Quamobrem *Clement. secundã de rescriptis* dicentem, Vicarios Episcoporum commissionum capaces esse, meritò DD. paulò ante citati exponunt etiam de Vicariis Capituli Episcopalem habentibus iurisdictionem, quod etiam docet *Sanchez l. 8. de matr. disp. 27. n. 33*.

17 Obijcies ex *Felino cap. eam tenum. 17. de rescrip.* contrarium sentiente Capitulum ipsum non posse hac de causa cognoscere, igitur neq. illius Vicarius, nemo enim potest plus iuris transferre, quàm habeat per *reg. 79. nemo potest in 6.* Secundò quia potestas hæc est delegata, neque Vicarius Capituli dici potest Vicarius Episcopi. Respondeo allegatam regulam æquè probare de Vicario Episcopi, ac de Vicario Capitulari, cum nec etiam Episcopus queat talem facultatem dare, qui tantum Vicarium cõstituit. Quapropter concludere dicerem argumentum, si iurisdictio cognoscendi de hac causa manaret in Vicarium Capitularem à Capitulo, vel in Vicarium Episcopi ab Episcopo; at neque quam manat, sed Episcopus suum constituit Vicarium, & Capitulum suum, qui vt sic constituti capaces sunt, ac possunt huiusmodi commissiones exequi virtute rescripti Apostolici, Vicario committentis, vel immediatè, vel mediante facultate facta Ordinario Promouendi, vel alicui viciniori iuxta supradicta.

18 Tertio loco dicerem in dignitate constitutos Vicarios Prælatorum iurisdictionem habentium quasi Episcopalem, qua dignitate etiã pollent sufficienti ad similes delegationes, vt tradit ex multis *Sanch. lib. 8. de matr. disput. 27. num. 34*.

19 Ex quo Auctore dico capacem huius commissionis etiam esse Vicarium generalem Episcopi confirmati, tametsi non consecrati ex *gloss. clem. 2. verb. Episc. de rescrip.* & ibi *Anchar. n. 1. ad fin. Bonif. num. 33.* tametsi *Immola & alij*, contrarium, sed immerito, doceant, quòd Vicarius ille verè dicatur plenam habere iurisdictionem, qua nequè caret Episcopus, & si non adhuc consecratus. Neq. fundamentum est dicendi à Canone talem non conferri iurisdictionem illi Vicario, atq. ad eam requiri consecrationem in Antistite.

20 Præterea si committeretur ab Ordinario Promouendi aliquis articulus expendendus ab Officiali Episcopi, qui quidem duos haberet Officiales, hæc commissio censeretur facta principaliori. Ratio est, quia nomen dignitatis, sub cuius expressione personæ per bullam illa commissio fit, stat in principali, & absolutè decidit *clem. 2. de rescript.* Principalem Episcopi officialem capacem esse similium commissionum, vbi *gloss. verb. Principalis, & Immol. n. 10*.

21 Ac in simili, quando commissio fieret Archidiacono, essentq. illi duo, intelligi de principaliori, docent *Bald. cap. quoniam, Abbas in 4. de offic. delegat. Bellamera quæst. 9. num. 21*. Quod

22 si vterquè esset æquè principalis, vt pollet constitui ab Episcopo tradunt è quam pluribus *Sbrotius lib. 2. cap. 50. per Clement. si princ. de rescript. vbi Cardin. num. 3. & per cap. quoniam de offic. Ordinar. Vgolin. de offic. & potestat. Episcopi cap. 4. §. 6. num. 4. Barbos. de eodem Episcop. allegat. 54 num. 136.* apud quos alij. Igitur si vterquè esset æquè principalis, & nullus illorum in rescripto, vel delegatione nominaretur, maior esset difficultas, de qua cum communiori sententia dico, neutrum esse Iudicem, vel officialem legitimum, donec Ordinarius Promouendi declaret, vtri è duobus Vicarijs, vel in dignitate constitutis elegerit ad inquisitionem, vel examen alicuius articuli commis-

23 sum. Sic à pari cum nominatur tutor incertus decernitur in *l. 2. sunt Titij, ff. de test. tutela.* & ità docent *Hastiensis citat. cap. quoniam, Abbas num. 5. Ioannes Andreas num. 35.* & alij, quos citat, ac sequitur *Sanchez lib. 8. de matrimon.*

24 Per illam autem particulam non per alios, *sed per se ipsos, &c.* iudicatur industria requiri personæ; quæ vbi desideratur non satisfit iuri si per alterum fiat, vt probè *Abbas in cap. final. §. 15. autem de offic. delegat. num. 1. post glos. in clemen. 1. de vit. & honestat. clericor. in verbo personaliter*, sic à pari statutum cum puniens, qui personaliter aliquid fecerit, illum minimè comprehendit, qui per alterum id præstiterit, ita *Bald. in l. vnic. §. nè autem num. 3. C. de caduc. tollend.* Quo pacto nominatio ad Cathedrales Ecclesias nonnullis competat Regibus, supra dictum est. Quænam sint hæ Ecclesiæ constabit ex earum albo ad finem huius Tomi adscribendo. Qui sint Protectores Cardinales patet ex vsu, cum iurisdictio vna sit, & vna facultas, siuè vni, siuè pluribus plurimorum Regnorum, vt ea, quæ Catholico Regi sunt, plures Cardinales habentia Protectores, quorum interest huiusmodi negotia pertractare.

Caput

CAPVT QVARTVM.

Enodatur quarta constitutionis pars faciens ad personas, quarum secundario interest cõcedere Promouendi Processum.

SVMMA.

Refertur quarta pars constitutionis. n. 1.
Quod sit legitimum impedimentum, & qui dicatur legitimè impeditus. n. 2.
Absentia quando legitimum constituat impedimentum. n. 3.
Inimicitia, seu simultates, quando inter impedimenta commemorentur. n. 4.
Semel inimicus de futuro præsumitur inimicus. num. 5.
Nisi probetur reconciliatio, præsumitur in hærede perseuerare inimicitia. n. 6.
Cur amicitia non asseratur in constitutione impedimentum, sicut asseritur inimicitia. n. 7.
Infirmitas est impedimentum legitimum. n. 8.
Bellum pariter impediret. n. 9.
Quid probandum sit, vt quis censeatur legitimè impeditus. n. 10.
Quid faciendum sit impedito, quando impedimẽtum non censetur legitimum. n. 11.
Ratio probandi impedimentum. n. 12.
Quibus committitur inquisitio, seu processus Promouendi committitur informatio Ecclesiæ promouendæ. n. 13.
Quid faciendum sit, si in vna Prouincia, vel Regno fuerit Ecclesia, atq. in altera Promouendus. n. 14.

1 *QVod si forte contingat aliquem suprà dictorum legitimè impediri, vt per se hoc munus præstare nõ possit, ad alios ea cura trasfertur, qui sunt ab eodem Concilio Tridentino ad hoc officium designati, vt supradictum est de ijs, qui ob consanguinitatem, vel affinitatem ab hoc munere excluduntur.*

2 Quæres primò, quod sit legitimum impedimentum, vel quinam dicatur legitimè impeditus? Respondeo impedimentum legitimum illud dici, quod nulla ratione, vel admodum difficili effugi potest, *l. quæsitum, ff. de re iudic. Bald. cons. 454. super facto n. 2. vers. tamen impedim. lib. 4.* Ex qub facili negotio deducitur quinam sit dicendus legitimè impeditus.

3 Hinc pariter colligas ad rem nostram absentiam illius, ad quem spectat inquisitionem, vel processum facere Promouendi, vel Ecclesiæ prouidendæ, si fuerit notabilis, & necessaria, excusare, atquè impedimentum legitimum esse: secus si voluntaria, vel affectata, aut procurata fuerit: deduco è *Claro, §. fin. quæst. 15. sub init. & num. 2. Farin. q. 111. & n. 32. vers. 3. impedimenti.*

4 Deduco secundo, simultates Promouendi cum Ordinario, vel cum eo, cui processus incumbit posse legitimum impedimentum dici: colligo è *Signorello cons. 131. nu. 3. Card. Tusche lit. I. 28. imped. num. 17.* & à paritate rationis; etenim liquet, si consanguinitatis vinculum meritò censetur impedimentum, merito censeri debet, per eamdem pontificiam constitutionem, si multas, vel inimicitia, eo potiori iure,

5 quò semel inimicus, de futuro præsumitur inimicus, nisi cessasse probatur inimicitia per *Baldum in l. ignorat. C. de exhibend. Felin. in cap. cũ oporteat n. 5. vers. idem se tenuit in vinculis de Accus. Surdus cons. 94. posit n. 8.* ita vt ni probe-

6 tur reconciliatio præsumitur etiam in hærede perseuerare, sic *Felinus cit. nu. 5. vers. item antè ex l. 4. ff. de adimendâ leg.* dummodo è leuibus non promanasset causis, vel animi leuitate per *Baldum consil. 176. num. 3. versic. sed inimicitiæ ortæ lib. 2.*

7 Dices, cur amicitia non erit impedimẽtum sicut, & inimicitia, eo vel maximè, quod iure amicus æquiparatur consanguineo ex *Alciato de præsumpt. reg. 1. præsump. 28. & Iason. in l. quæ dotis n. 75. ff. sol. matr.* Respondeo impedimentum consanguinitatis fuisse expressum in constitutione, quam expendimus, secus amicitia: deindè inimicitiam in damnum cedere alterius nimirum Promouendi, qui personam condentis processum exciperet, & suspectam aliàs allegaret. Quod si quis pro Ecclesia, vel Summo Pontifice intimam pariter adduceret necessitudinem inter Promouendum, & Ordinarium condentem Processum, eumq; suspectum redderet, videtur par esse ratio eiusdem casus, vt par habita est de testibus in eadem *constitutione infra, §. proindè tam cognati, ac nimirum familiares, quam inimici, atq. æmuli excludendi sunt.*

8 Deduco tertio, infirmitatem illius, ad quẽ spectat condere processum esse legitimum impedimentum colligo ex *Auth. vt spons. largit. §. hoc quoq. sancimus coll. 9. Otrad. cons. 208. vlt. dati sunt ad finem num. 2. & ex l. 2. §. 2. & 3. ff. si quis cautior.* Dummodo grauis infirmitas fuerit, atq. ex se negotium facessens, nam si esset febris quarti circuitus non impedire scribitur, *l. quæsitum ff. de re iud. apud Card. Tuschum lit. I. cons. 128.*

9 Deduco quarto, bellum sæuiens etiã quoad necessarias diligentias ad inquisitionem impediret, proprium constitueret impedimentum. Probatur à pari in eo, qui eligere, postulare, vel præsentare deberet intra certum temporis spatium, & ob bellum, diceretur legitimè impeditus per *Bald. lib. 4. cons. 469. Sanctissimæ recordationis.*

10 Quæres quid probandum sit, vt quis legitimè censeatur impeditus? Respondeo, vt impedimentum excuset, duo probanda esse, & impedimentum, de quo supra, & Impeditum

quan-

Digitized by Google

quantum, pro viribus licuit, feciſſe ad illud auertendum; ſic *Bartolus in l. qui commeatus, ff. de re milit. Alexander conſil. 49. column. 2. libr. 2. incipit inſpectis num. 5. verb. accedit, vbi Apoſt. adincleſſet, Afflictus deciſ. 29. num. 2. & alij apud Cardinalem Tuſchum liter. I. concl. 28. num. 31.* Non tamen impeditus tenetur ſe exponere periculo, cum ſufficiat probare impedimentum, ità *Beorus deciſ. 30. num. 50. & Felin. in cap. tranſmiſſa de reſcriptis.* In omni verò diſpoſitione qualificata, ſi qualitas reddatur impoſſibilis, vel natura, vel impedimento accedente habenda eſt pro impleta; & in caſu noſtro probandum eſt aliquod ex dictis impedimentis, vt res cenſeatur ad alium pertinere.

11 Quod ſi impedimentum videretur non legitimum cenſeo Promouendum teneri ſuperiorem adire, & colligo tum ex *Bartolo conſil. 16. incipit Angelus libr. 1. tum è Caſtro conſil. 278. column. 2. in fine numer. 2. verſicul. dicitur autem libr. 2. Roman. conſil. 352. num. 9. & ſequentibus.*

12 Ratio autem probandi plerumquè ſolet eſſe iuramentum Impediti, eo potiori iure, quo ille in re noſtra tractaret de damno Promouendi aliqua ratione vitando. Deduco ex *Geminiano conſil. 152. num. 3.* Nihilominus ſi eſſet facilis probationis, aut per ſe conſtaret, vel non ſufficeret, vel non requireretur, Vide *Signorellum Homod. conſil. 19. in aſſumptione.*

13 Demùm ad calcem horum capitum, quibus egimus de perſonis, ad quas inquiſitionem facere, examen habere, proceſſumquè condere ſpectat, duo adnotare eſt neceſſe, Primùm eiſdem per hanc eamdem conſtitutionem penès Tridentini ſenſum committi informationem Eccleſiarum, vel Monaſteriorū, quibus commiſſa eſt inquiſitio, examen, ſiue proceſſus perſonæ Promouendæ per ea. *Poſt inquiſitionem verò de fide, vita, & moribus, &c. Promouendi: necnon Informationem de Statu Eccleſiæ, aliiſquè neceſſarijs rebus, quæ pariter coram Superiorius expreſſis Prælatis iuxta eiuſdem Concilij decreta fieri debet.* Alterum quod ſi contingat in alio Regno, vel Prouincia eſſe Eccleſiam, & in altero Promouendum, poſſe Prælatum inquirentem ſubdelegare Epiſcopo qui erit vicinior Eccleſiæ, vel Monaſterio munus conficiendi Proceſſus de ſtatu dictæ Eccleſiæ, vel Monaſterij, vt habetur in *Conſtitutione ibi. Idem quod dictum eſt de perſona promouenda intelligatur de informatione Eccleſiæ accipienda, ſi quando contingeret, vt in alia Prouincia eſſet Eccleſia, in alia Promouendus.*

CAPVT QVINTVM.

De modo conficiendi Proceſſus per viam Inquiſitionis.

SVMMA.

Modus conficiendi proceſſum in Gregoriana Cōſtitutione Statutus, vel inquiſitionem. num. 1.

Num ſchedula, in qua nomen, cognomen, Patria, munera, ſtudia, &c. Promouendi adnotanda, ſunt ad inſtructionem proceſſum facientis, ipſi proceſſui inſerenda ſit. n. 2.

Quæ iuramenti forma præſcribatur. n. 3.

Num verbum iuro in iuramento præſtando explicitè proferendum ſit. n. 4.

Quando tangenda ſint Euangelia ad iuramentū. num. 5.

1 MOdus, quem aggredimur, eiuſdem conſtitutionis exprimendus eſt verbis, vt maius eſſe operę pretiū ſuper indicaui.

Ad hæc, vt mens eiuſdem Concilij, &c. declaramus, ac ſtatuimus non eſſe in vita, ac doctrina Promouendi inueſtiganda, atquè eam rationem adhibendam, vt ab ipſo Promouendo articuli offerantur, ac teſtes producantur, ſed oportere, vt Prælatus, qui munus inquirendi ſuſcipit, articulos conſcribat, atquè ipſe ex officio ſuo illos teſtes vocet, atquè examinet, quos de rebus inquirendis ſincerum, ac fidele teſtimonium daturos eſſe exiſtimet. Et infra. *Verum vt inquiſitio prædicta facilius, ac plenius perfici, atq. expediri queat, vtile erit, ſi Prælatus, qui inquiſitionem facturus eſt, vel à Promouendo, vel ab aliquo alio confici cures Schedulam, in qua ſint ordine deſcripta nomen Promouendi, cognomen, Patria, Parentes, ætas, Ordo, gradus, profeſſio, functio, ſi quam is forte exercuit, loca, in quibus aut Theologiæ, vel iuri Canonico operam dederit, aut longo tempore verſatus fuerit, denique amici, ac familiares, qui tam ipſum, quam parentes eius intimè norint. Quod ſi Promouendus documentum aliquod exhibere voluerit, vnde ipſius ætas, gradus, dignitas, Sacri Ordines functum officium, munera, aut aliud eiuſdem comprobetur admittendum, ac proceſſui inſerendum erit, modo documentum publicum, ſeu authenticum fuerit.*

2 Quæres, Num hæc ſchedula debeat inſeri proceſſui? Reſpondeo nequaquam inſerenda; Ratio eſt, quia petenda ſolum eſt ad aliqualem notitiam Promouendi habendam, eamq. extra iudicialem, ea propter non inſeri proceſſui, nequè mentionem eiuſdem fieri, ſed

inqui-

Digitized by Google

inquisitione facta, laceranda est.

Et infrà. *Porrò testes eiusmodi Prælatus, q examen, seu inquisitionem habiturus erit seorsim, ac sigillatim examinabit, & si quando iudicauerit expedire, eis ad memoriam reducet tum iuramenti vim, tum periurij grauitatem; eosdem etiam serio, & grauiter admonebit ipsos reos futuros apud Omnipotentem Deum eorum omnium, quorum vel committendo, vel omittendo rei erunt, qui promouebuntur, si vel falsa narrando, vel reticendo vera, in causa erunt, vt homines indigni, vel minus idonei Ecclesijs præferantur.*

§ Quæres de forma iuramenti. Forma iuramenti hæc est, vt Prælatus, cui demandatus est processus in manibus proprijs iuramentum excipiat singulorum testium, quod ab Episcopis præstatur pectore tacto, ab alijs autem inferioribus, tactis Sacris Scripturis; qùia iuramentum corporaliter hoc modo præstandum est, aliàs probari non posset præstitum, idquè coram Notario, vt *ex Baldo* deduco *cons. 436.* incipit *quæritur si factum lib. 1.* Notarius autèm etiam asserat testem ex officio fuisse accersitum, atq. examinatum à Prælato inquirente, necnon singulorum testium dicta cum alijs ad totum hoc negotium facientibus, atquè in publicum instrumentum referat.

4 Illud autem silentio minimè premam, non esse necessarium, vt verbum, iuro, exprimatur, vt bene docet *Abbas in cap. & si Christus n. 10. de iureiurando.* Præterea de consuetudine, quã refert *Tuschus lit. I. concl. 496. n. 7.* deferri solere iuramentum per tactum cuiuscumq. scripturæ, & ni ageretur de aliquo iuramento sollemni, non tangantur Euangelia, vt etiam docet *Bart. in l. qui per salutem, ff. de iur. iurand. & Vincentius Mancinus tractat. de iureiurando part. 1. quæst. 4.*

CAPVT SEXTVM.

De qualitatibus Testium.

SVMMA.

Quænam esse debent qualitates testium. n. 1.
Quinam dicantur æmuli ab inimicis distincti. num. 2.
Affectio maxima perpendenda est, quæ veritatẽ tegere solet. n. 3.

1 ILlud quoq. prohibendum censuimus, ac expressè prohibemus, nè ad testimonium dicendum de fide Catholica, vita, moribus, doctrina, atq. aptitudine ad regendam Ecclesiam quilibet homines admittantur, sed viri tantum graues, pij, prudentes, docti, qui de qualitatibus promouendorum rectum iudicium ferre valeant, ac vt supra diximus, sincerum, ac fidele testimonium dare valeant: deindè tàm cognati, ac nimium familiares, quàm inimici, atq. æmuli excludendi erunt. Et infra *diligenter etiam testium qualitates cognoscere studebit, ac potissimum, quàm sint ad Promouendum affecti, vt inde cognoscat vtrum ex affectu, an in veritate testimonium dicant.*

2 Cum ferè cuncta hisce clausulis contenta, vel per se pateant, vel quæstiunculis circa superiora habitis, illustrata sint, superest, vt

Quæras quinam dicantur æmuli ab inimicis distincti, qui quidem remouendi sunt. Respondeo proprièe æmulari, significare, ex inuidia (quæ instar ignis semper alta petit) atq. ex ambitione conari, quod ab alio cum laude præstitum est, superare ad maiorem gloriolam captandam, alterumq. vincendum, *cap. scimus dist. 44.*

3 Præterea in omnibus his perpendenda est affectio, quæ sæpè sæpiùs veritatem impedire solet, *cap. accusator, vel testes 3. q. 5.* vbi *Calistus Papa epist. 2. ad Episc. Galliæ, Accusatores* ait, *vel testes suspecti non recipiantur, nec familiares, vel de domo prodeuntes, nec etiam consanguinei accusatoris aduersus extraneos testimonium dicant: quia propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis affectio veritatem impedire solet. Amor carnalis, & timor, atq. auaritia plerumq. sensus hebetant humanos, et peruertũt opiniones, vt quæstum pietatem putent, & pecuniam quasi mercedem prudentiæ.* Quo nihil aptius dici poterat ad rationem nostræ constitutionis rectè exponendam.

CAPVT SEPTIMVM.

Modus interrogandi testes, ac respondendi.

SVMMA.

Modus affertur interrogandi testes, & num testiæ agnoscat Promouendum in Episcopum. n. 1.
Num sit eius consanguineus. n. 2.
Cuius Ciuitatis sit. n. 3.
An ab Hæreticis Ortum habeat Promouendus. n. 4. 14. & 16.
An filius conceptus antequam parens in hæresim lapsus fuerit, sit inhabilis ad Episcopatum. nu. 5.
De Matre libera concipiente, parturiente tamen Ancilla, an filius sit ingenuus. n. 6.
Debeat nè vterque parens esse hæreticus ad Canonicas pœnas subeundas. num. 7.
Filius sponte reuelans hæresim parentis, non est censendus inhabilis ad dignitates, num. 8.
An filius parentis suspecti de hæresi inhabilis sit ad Episcopatum, num. 9.

Quid

Digitized by Google

Quid sentiendum, si natus fuisset è parentibus ad fidem reuersis, vel per quos non steterit, quominus pœnitentiam egerint, num.10.
Quid si parentes promouendi in loco nati fuerint Hæreticorum, num.11.
Inhabilis est ad Episcopalem dignitatem quicũq. è parentibus Ortus crimine læsæ Maiestatis humanæ notatis.n.12.
Præsertim in Summum Pontificem, tanquam in Principem temporalem, num.13.
Ius ciuile indirectè aliquem facit inhabilem ad Ecclesiasticam dignitatem, ibidem.
Num Promouẽdus inhabiles censendus sit si fuerit filius Parentum non dum hæresis condemnatorum.n.14.
Sunt pariter ad huiusmodi dignitates inepti nepotes Hæreticorum fautores.n.15.
Quid sentiendum sit de filio hæretici, cuius statua combusta est.n.16.
De nobilitate promouendi eiusq. ætate, de quibus testes interrogandi sunt.n.17.& 18.
Num sciant testes Sacris esse initiatum Ordinibus promouendum.n.19.
De exercitio Ordinum susceptorum, ac Sacramẽtorum frequentia.n.20.
An sciant mores Promouendi, fidem, bonamque habere famam, n.21.
Quam præclara ornatus fide debeat esse Promouendus.n.22.
Hæretici etiã à prima tonsura excluduntur: necnõ à quocũq. beneficio Ecclesiastico.nu.23.et 24.
Hæreticus verè pœnitens in ordine, quem susceperat, permittitur ministrare, non tamen ad maiorem ascendere.n.25.
In hæresis irregularitate solus Papa dispensare potest, si crimen fuerit publicum.n.26.
Potest tamen in ea ex crimine occulto Episcopus dispensare, n.27. remissiuè.
Si Promouendus defecisset solum in confessione externa fidei adhuc reiciendus esset à dignitate.n.28.
Interrogandi testes de grauitate Promouendi, vbi de grauitate in se remissiuè, ac de viro graui, num.29.
Præterea de gradu in iure canonico, vel Theologia, vbi de doctrina Præsulis.n.30.
An sciant aliquod munus Promouendum exercuisse.n.31.
An aliquod dederit scandalum publicum.nu.32.
An aliqua corporis, vel animi affectus sit nota.n.33.
An vtilis talis Ecclesiæ futurus sit talis Promouendus.n.34.
Ratio exarandi relatas testiũ depositiones.n.35.

1 ITaquè primò interrogandus est testis, an Promouendum agnoscat, qua ratione, & à quo tempore.

2 Secundo an sit eius consanguineus, affinis, nimium familiaris, inimicus, aut æmulus.

3 Tertio an teneat, cuius Ciuitatis, loci, vel Diœcesis Promouendus sit, & quomodo sciat,

4 Quarto, an sciat illum è legitimo matrimonio natum è patribus catholicis, atque honestis, & quæ sit causa scientiæ circa legitimos Episcopi natales, quæ difficultates oriri solent, diluimus *tom.1.lib.2.disp.2.c.1.& 2.*

5 De Hæreticis verò quæres primò, num si promouendus fuerit filius hæretici, conceptus ante parentum lapsum, sit inhabilis ad Episcopatum. Respondeo duas esse opiniones, alteram affirmantem, negantem alteram, cui adhæreo, vt benigniori, ac probabiliori; Esset enim filius hæreticorum, vel hæretici materialiter sumpti, nõ formaliter. Porro cum iura huiusmodi pœnas in filios, cætera innocentes statuentia maximè rigida sint, vt fieri potest, strictè sunt explicanda; sic probè *Robadus vol.3. cons.74.n.6.* fauent, *l. emancipat. ff. de senat.* vbi vt quis Senatoris filius dicatur, tempus spectatur conceptionis, *l. ex facto, §. ex facto. ff. ad Trebellianum, §. sed si instituta de ingenuis;* & de matre concipiente, dum erat libera, parturiente tamen iam facta ancilla. 6 *Bart. in l. Senator nu.1. C. de dign. lib.12.* Docet expressè hanc sententiam, multisq. probat noster *Santorell. cap.34. dub.1.* neq. praxis est in contrarium, vt nonnulli volunt *apud citatum Auctorem n.2. obiect.4.* cum illa negetur à multis huius sententiæ Doctoribus apud *Rodriq. 1. tom. lum c.130.n.5.*

7 Quæres secundo debeat nè vterq. parens esse Hæreticus ad pœnas Canonicas subeundas à filio? Respondeo satis esse alterutrum, præsertim patrem; colligo ex pœna priuationis bonorum, de qua in *Lius autem ciuile. ff. de pact.* & alijs allatis iuribus à *Sanct. cit. cap.36. dub.1.n.7. & 8.* Quod si conceptus filius fuerit ab hæreticis parentibus, ad fidem tamen conuersis ante natiuitatem pueri, per vim paritatis à contraria ratione aliter videretur sentiẽdum; Verùm cum timus in odiosis, vt *nu.5.* diximus, hoc idem iudicamus non affici pœnis huiusmodi.

8 Quæres tertio, an promouendus, qui sponte reuelauit hæresim parentum, impedimentũ habeat? Respondeo, nequaquam, cum *filij* Hæreticorum etiam geniti post delictum, reuelantes, &c. huiusmodi pœnas non subeant, sic in *cap. vt inquisit. de Hæret. in 6.* atquè *ex constitut. Federici Imperatoris incipiente commissi apud Pennam, sic idem Penna in directorio Inquisitorum part.2. cap.14. comm.15.& 3. part. comm.164. Sanchez lib.2. operis moral. c.27. nu.30 apud quos alij.*

9 Quæres quarto, num contraheret huiusmodi pœnas Promouendus si filius esset parentũ Hæreticorum, qui tamen condemnati sint tanquam hæresis suspecti, non tamen, vt Hæretici?

Respondeo non contracturum cum huiusmodi suspectorum de hæresi filios, eos non contrahere docent *Auctores apud Lancham tract. de Hæres. c.28. Recin. in tract. crim. c.28. n.3. Reper. Inquis. verbo filij.*

10 Quæres quinto, num afficeretur his pœnis Promouendus, si parentes ad fidem tamen redijssent? Nec etiam, nisi fuerint combusti, vt relapsi *cap. statu. in 2. de Hæret. in 6. sic Hostiensis in summ. rubr. de Hæret. §. deprehend. num.3. Nauarr. cons.23. de Hæret. n.4. & alij.* Et idem dictum volo de paratis ad pœnitentiam, si per

ipsos

Digitized by Google

ipſos non fecerit, vt patet *ex eodem capit.*

11 Quæres ſexto, an ſubiret has pœnas, ſi natus fuerit in locis Hæreticorum? Reſpondeo nequaquam, vt rectè *Sanchez lib. 2. ſumm. cap. 27. num. 28. & lib. 4. cap. 5. num. 4. Sa. verb. hæreſ. 4. & alij.*

12 Quæres ſeptimo. Nùm ſi promouendus fuerit filius parentis, qui quidem crimen commiſit Læſæ Maieſtatis humanæ in Principem temporalem ad Epiſcopatus dignitatem ſit inhabilis? Eſt quidem; ratio eſt, quia infames, ad beneficia Eccleſiaſtica, & maximè ad dignitates, inhabiles ſunt. *Notatis enim, & Infamibus portæ dignitatem patere non debent, l. vnica, C. de infam lib. 10. & l. 2. C. de dignitat. lib. 12. cap. inter dilect. de eccleſſ. Prælator. cap. Infames 6. quæſt. 1.* vbi Scriptores; At filij huiuſmodi parentum ſunt infames, *l. quiſquis, ff. filij vero, C. ad legem Iuliam maieſt.* ergo ſunt inhabiles; maximè ad ſummam Epiſcopi dignitatem. Imò ad omne beneficium, ſic *Abb. in cap. ſuper eo de elect. num. 2. & 5. Couarr. lib. 3. variar. cap. 3. num. 3. Lambert de iurepatr. 1. part. lib. 2. q. 9. art. 16. n. 3. & alij apud Sanctorellum de hæreſ. c. 34. dub. 1.*

13 Ex quo deducimus non directè, ſed indirectè ius ciuile Infames declarando, inhabilem aliquem reddere poſſe ad Eccleſiaſtica beneficia, ac dignitates, & potiori ratione, quo infames iure ciuili, plerumquè ſunt etiam infames iure canonico per *cap. omnes vero 7. quæſt. 1.* ac rectè notant *Azor. tom. 2. libr. 6. cap. 7. quæſt. 3. Soarius de cenſuris diſput. 48. ſect. 1. num. 4. & 5. Auila de cenſuris 7. part. diſp 4. dub. 5. concluſ. 1. Felinus in cap. teſt. de teſt. num. 15. & alij.* Deducès etiam à fortiori tali pœna puniendos eorũ filios, qui in Summum Pontificem, vel tanquam Principem temporalem huiuiſmodi delictum commiſerit.

14 Quæres octauo, num Promouendus inhabilis cenſendus ſit, ſi fuerit filius parentum, qui non dum ſint hæreſis condemnati? Nequaquã reſpondeo cum *Peña in direct. Inquiſ. 3. part. comm. 163. Suar. de cenſ. diſ. 4. ſect. 3. nu. 2.* Probatur, quòd ante condemnationem parentum, filij non ſunt infames, ni fuerint notorij hæretici; idemq. dictum puta, ſi de hæreſi parentũ conſtaret per euidentiam facti, vel per propriã confeſſionem.

15 Quæres nono, num ſoli filij Hæreticorum ſint inhabiles ad beneficia, dignitateſq. Eccleſiaſticas, vel eorum deſcendentes nepotes, &c. Reſpondeo non ſoli filij Hæreticorum, ſed eorum fautores, defenſores, receptores, deſcendentes, atq. nepotes vſq. ad ſecundam generationem, *ex cap. vt commiſſi, §. priuandi, & cap. quicumq. l. Hæret. in 6. conſtitut. Innocentij IV. Nouerit Vniuerſitas, verſ. Hæretici apud Peñam inter literas Apoſtolicas.* Quod limitatum eſt, deindè in filijs, & nepotibus deſcendẽtibus per lineam paternam, & maſculinam vſq. ad ſecundam generationem, ideſt vſq. ad liberos, & nepotes, per lineam verò maternam, & fœmineã vſq. ad primam generationem, nempè vſq. ad filios *ex cap. ſtatutum il ſecondo de Hæretitis in 6. vbi Gloſſ. verbo inane, & Ioann. Monachus nu. 1. ac deinceps, Molin. t. 3. de iuſt. diſp. 658. nu. 19. Soar. de cenſur. diſp. 43. ſect. 3. n. 1. & alij.* Et propter articulus, de quo teſtes inquiruntur de promouẽdo, etiam ad eum, ſi fuerit nepos Hæretici, extendendus eſt, nam ſi talis fuerit, infamis eſt, & ſingularis. Imò non ſolum huiuſmodi Hæreticorum deſcendentes inhabiles erunt ad beneficia, dignitatemq. Eccleſiaſticam, de nouo acquirendam, ſed etiam ad retinendum beneficium, ſeù dignitatem Eccleſiaſticam, quam habuerant ante inhabilitatem, ſi contractam: ſic *Gloſ. clem. 1. de pœnit. verb. obtinend. vbi Card. n. 4. q. 3. Couarr. in cap. Alma mater 1. par. §. 7. n. 2.* ſunt, n. tales perſonæ inhabiles ad acquiſitionem noui iuris, ac beneficij, vt euenit in permutatione.

16 Quæres decimo. Quid ſentiẽdum ſit de filio Hæretici, cuius ſtatua combuſta fuit, quia cum vocatus fuerit ab Inquiſitoribus ad ſe defendendum, non comparuit. Reſpondeo etiamſi non deſint Auctores tenẽtes non incurrere tales inhabilitates filios horum parentum apud *Sanctorell. c. 34. dub. 2. n. 20.* cõtrarium tamen eſſe probabilius *ex Mol. tom. 3. de iuſt. par. 1. diſp. 659. n. 19. Decian. in tract. crim. lib. 7. c. 41. nu. 33.* Nam reputantur hi tanquam conuicti de crimine hæreſis *per gloſſ. final. in addict. cap. cũ conſumatio de hæret. in fin.* filios autèm merito puniri ob nonnulla Parẽtum delicta, conſtat *Geneſios 19. n. 17.* vbi dehiſcens terra abſorbuit filios Datan, & Abiron, *Viſitat. Dominus* (quem imitatur Eccleſia ob hæreſim) *iniquitatem patrum in filios Exod. 20.* Ratio autem cur ad pœnam de filijs deſumendam Sacri mouẽtur Canones, eſt tum quia, vt aduertit *Gloſ. verb. non infamata*, filij regulariter tales eſſe ſolẽt, quales parentes fuere, *cap. ſi gens Anglorum diſt. 56.* timetur. n. fore, vt filij mores imitentur parẽtum *ex l. quiſquis, §. filijs, C. ad l. Iuliam maieſt.* & nos proſequuti ſumus 1. *tom.* partim agentes *de illeg. lib. 2. diſp. 2. partim de nobil. lib. 2. diſp. 6. n. 1.* partim quia ſi paruiſcũt proprias ſibi impoſitas pœnas Hæretici, metuant certè filiorũ. Neq. hoc inquit *Chryſoſtomus homil. 29. in Geneſim* abſq. ratione factum eſt, *quia pater non minorem pœnam, & cruciatum habet, quã filius, grauius enim eſt videre filios ſupplicijs affici, quã ſi ipſi parentes ijs fiant obnoxij*, partim quia cum Hæretici memoria ab hominum animis delenda ſit, merito expũgitur, ob pœnas filijs inuſtas, in quibus ſe perennare putabant. Videdus eſt *Bald. in l. Gallus, §. quidem rectè num. 2. ff. de lib. & poſthum Fulgoſ. conſ. 159. nu. 1. Sanctorell. de hæc. c. 24. dub. 3.*

17 Ad propoſitum tamen examen teſtium reuerſus. De nobilitate ſcripſi *tom. 1. l. 2. diſp. 6. cap. 1.*

18 An ſciat, cuius ætatis ſit, & nũ expleuerit annum trigeſimũ, & quæ ſit cauſa ſcientiæ? AEtatem autem hanc ad Epiſcopatum neceſſariam cum nonnullis, quæ de illa poſſunt emergere difficultatibus abunde docui *tom. 1. lib. 2. diſp. 7 cap. 1.*

19 An ſciat eſſe Sacris initiatũ ordinibus, quibus à quo tempore, præſertim ſi ante ſex menſes, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

Digitized by Google

Quos expoſcat ordines Epiſcopatus docui *tom.1.lib.4.diſp.vlt cap.vnico.*

20 An ſciat eum eſſe in Eccleſiaſticis functionibus, atq; in ſuſceptorum ordinum exercitio diù verſatum? Sacramentaſæpè ſuſcepiſſe?

De exercitio ordinis lege *loc. ſuper. cit. præſertim n.2.*

De frequentia Sacramentorum per ſe patet.

21 An probè ſciat Promouendi candorem fidei, morum probitatem, bonam famam, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

22 Quanta debeat ſinceritate fidei pollere Præſul, non eſt, qui neſciat, & cum lux Eccleſiæ ſit, ac luminare ſuper Candelabrum dignitatis Eccleſiaſticæ expoſitum, quam longè à tenebris hæreticæ prauitatis abeſſe debeat Lippis, ac Tonſoribus notum eſt, hoc autem ex omnibus nominibus, quibus Præſulem noſtrũ dotari diximus *tom.1.lib.1.diſp.1.c.1.* deduci facili negotio poterit. Ratio autem, cur merito ab Eccleſiaſtica dignitate repellantur quiſquilię Hæreticorum, prędicta eſt ob irregularitatem ſæpè ſæpiùs indicatam, qua Hæretici innodãtur, vt probè tradunt *Nauar. in ſum.c.27.nu.209.& conſ.29.de hæret. Sylu. verbo irregularitas q.24. & verbo crimen q.2.n.3. Valent. tom.4.diſp.7.q. 10.punct.3.in 3.ſpecie irregularitatis, Azor tom. 1.lib.8.c.11.q.13.c.21.q.8. Sanchez lib.2. de cal. c.25.nu.2. Soar. tom.5. in 3.part. de cenſuris diſp. 43.ſect.3.n.1.& in tract. de fide diſp.21.ſect.5.n. 1.apud quos alij; ex capite nos diſtin. 51. & cap. Præsbyter de pœnit.diſt.5.cap.inter ſollicitudines de Purgat. Canon. ex concil Illiberitano c.51.* per ea. *Ex omni hæreſi, qui ad nos fideles venerit, minimè eſt ad clerum Promouendus ex epiſt. Cornelij Papæ apud Euſebium lib.6.hiſt. Eccleſ. cap 35. reuertentes ab hæreſi ad fidem non eſſe ad gradus promouendos, ac demum ex Cypriano epiſt 68. & Innoc.1.c.4.ad Epiſcopos Macedoniæ.* Sunt autem hæretici irregulares non modo propter infamiam, quam turpiter cuntrahunt ex *l. cunctos populos, C. de ſumm. Trin. ex Authent. Gazzarros in princip. C. de hæretic. ex Leone X. Exurge Domine apud Peñam inter literas Apoſtolicas, & cap. infames 6.q.1. alijs textib. atq. Auctoribus eruditè traditis ab Antonino Sanct. tract de hæreſ. c.27. dub.2.* Sed propter ipſam met fœditatem hæreſis, cui irregularitatem annexam eſſe probant, *cit. Auctor dub.1. circa me-*

23 *dium*, ità vt ad primam tonſuram admittendus ſit hæreticus ex *cap. Præsbyter, §. de his diſt.10.* ac docent *Sotus in 4.diſt.21.c.1.art.3. Sylu. ver-*

24 *bo irregularitas q.5.& alij.* Neq. beneficio aliquo donari poteſt, vt patet *ex cit. cap. laudatiſq. Auctoribus*; & licet verè pœnitens hæreticus permittatur in ordinibus ſuſceptis miniſtrare;

25 Ad maiores tamèn ordines aſcendere prohiberur, vt ſcitè *Soar. tom.1. de cenſuris diſput.43. ſect.1.n.2. Peña 3.part. directorij comm.162. & 175. Sylu. verbo irregularitas, §.5. per cap. Salubre, & cap. conuenientibus 1.q.7. cap. nos conſuet. diſt.12. cap. illud diſt.5.*

Quam verò cautè funeſtum Hæreticorum ignem, etiam cinere ſubdolæ pœnitentiæ coopertum tractare debemus, ſcripſi *tom.1.libr.3. diſp.2.c.3.n.21.*

26 In hac autem irregularitate ſolus Pontifex diſpenſare poteſt quoad ordines, & præſertim quoad hunc præcipuum Epiſcopi ſuſcipiendũ, ſi crimen fuerit publicum; prima pars huius noſtri placiti eſt *Soar. tom.1. cit. de cenſ. diſp.43. ſect.1.nu.6. Azor tom.1.lib.8.c.21.q.8. Val. tom. 4.diſp.7.q.19.punct.3. Farin. de hær. q.189.§.4.n. 13.& aliorum, quos citat, ac ſequitur Sanctorell. de hær.c.21.dub.1.n.5.*

Quid autem ſentiendum ſit de diſpenſatione in vſu Ordinũ, præſertim Miſſæ, non eſt huius loci, ſed cum acturi ſimus de functionibus, ac poteſtate Epiſcopi in 3.*tom.* videatur *citat. Sanctorel. à n.9. ac deinceps*, penès quem habetur ſecunda pars indicata de facultate Epiſcopis, facta per Tridentinum, diſpenſandi *in huiuſmodi irregularitate* proueniente à crimine occulto, de qua nos aliàs.

28 Quæres hic primò, quid ſi teſtes deponerent Promouendum ob timorem aliquem feciſſe actum externum, fidei repugnantem. Reſpondeo, & ſi ille non feciſſet contra fidem, ſed contra fidei confeſſionem, adhuc eſſe reijciẽdum; & quia præſumptio contra illum eſſet; & quia tametſi non eſſet Hęreticus, & quam modo indicauimus irregularitatem non contraxiſſet, alterum ſubiret propriam latam contra tale crimen, *cap. Præsbyteros diſt.10.* vt rectè *Maiol. lib.1.de irregul.c.3.& 4.nu.2. Soar. tom.5. diſp.43. ſect.2.n.1.& alij.*

Dicendũ hic eſſet quid nomine hęreſis propriè intelligatur; Verum, & quia quę ad noſtrũ faciunt Inſtitutum, dum nonnulla ſuper expendimus de filijs Hæreticorum examinauimus; & quia è regimine Domus Dei, ſummaquè dignitate Eccleſiaſtica non modo tetertimum crimen hęreſeos diſtare, quam maximè debet, ſed ipſius etiam leuiſſima ſuſpitio, idcirco ab his, ad propria properans calamus, temperat, contentus indicaſſe, quomodolibet Hæreticũ ab hac dignitate remouendum eſſe.

De probitate morum Epiſcopi ſcripſimus *tom.1.lib.3.diſp.2.c.1.& c.4.n.5.& 6.* de fama, & infamia diſputatum eſt *tom.1.lib.3. diſp.2.c. 2.& 3.*

29 An ſciant teſtes Promouendum eſſe virum grauem, prudentem, & rerum experientia præditum? Præſulis prudentiam expendi *tom.1. lib.3.diſp.3.c.1.n.17.* grauitatem verò *nu.18.19. & 20.* vbi de viro graui.

30 Norit nè aliquo gradu in iure canonico, vel Sacra Theologia donatus, vbi quantum tẽporis his in ſcientijs impenderit, & an eum ſufficienti ad tantum onus doctrina polleat?

De doctrina, cęteriſq. ad ſcientiã ſpectantibus Antiſtiti neceſſarijam egimus *tom.1. lib.3. diſp.1.c.1.& 2. ac lib.4.diſp.2.c.3.n.42.*

41 Num ſciat Promouendum aliquod Eccleſiaſticum obijſſe munus, & qua ratione ſe geſſerit in eo regimine?

32 An ſciat eum aliquando publicum dediſſe ſcandalum? De hoc autem lege, quæ tradidimus *lib.3.cit.diſp.2.& diſp.3.c.1.& 2.*

33 An aliquo corporis, vel animi impedimẽto, ſeù vitio teneatur?

Quę ad hũc facere videntur articulũ tradita

loco

Digitized by Google

loco modò cit. tum de impedimentis Censurarum *tom.* 1. *lib.* 3. *disp.* 4. *toto.c.* 1. & 2. *disp.* 1. *c.* 1. *disp.* 7. *c.* 3. Necnon de impedimento instituti, vel voti religiosæ vitæ *lib.* 4. *c.* 1. 3. & 4. de vitijs autem quibus maximè vacare debet Episcopus scripsi *lib.* 3. *disp.* 2. & 3.

34 Demum interrogandi sunt testes, an sufficientem, & vtilem censeant Promouendum ad munus Episcopale talis præsertim Ecclesiæ, ad quod euehendus est, & qua de causa id iudicent.

Hæc autem notitia ex Ornamentis pendet, quibus donatus esse Præsul, & è varijs impedimentis, quibus carere maximopere debet. Te-

35 stium autem horum depositiones diserte, neq; per affirmationem solum, vel negationem exarentur.

CAPVT OCTAVVM.

De ijs, quæ iuxta hanc bullam desiderantur, ad plenam notitiam doctrinæ personæ secularis Promouendæ in Antistitem, quando præsertim est Prouinciæ, in qua sunt publica.

SVMMA.

Affertur clausula desideratem expendens in Episcopo doctrinam. n. 1.
Expenditur n. 2. *remissiuè.*
Num Priuilegium Doctoratus inferendum sit processui. n. 3.
Quo sub titulo enunciandus sit electus. n. 4.
Examen indictum à Clemente VIII. n. 5.
Ad quem finem examen Præsulis indictum sit, & quanta cum æquitate cum Promouendis agendum. n. 6.
Quid respondere debeat Promouendus interrogatus, an vtrumq. sciat testamentum. nu. 7. *remissiuè.*
Quomodo peccent Examinatores indoctum, proprio voto in Episcopum approbantes. nu. 8. *remissiuè.*
Num possit cum Promouendo dispensari in doctrina ei necessaria. n. 9. *remissiuè.*
Qua teneatur obligatione Pontifex Maximus circa approbationem Episcopi quoad eius doctrinam. n. 10 *remissiuè.*
An defectus doctrinæ Præsuli electionem irritet. n. 11. *remissiuè.*
An Cardinales peccent, atq. ad restitutionem teneantur interrogati in Consistorio, eorum muneri non satisfacientes. n. 12. *remissiuè.*
Quid sentiendum sit de Cardinali, cui dubia esset sufficientia Promouendi. n. 13. *remissiuè.*

CVm locis *superiori capite interrogatorio* 29. citatis multos attulerim Canones, præcipientes non vulgari doctrina insignitos esse debere Præsules, solum hic adnotasse satis erit, constitutionem hanc maximopere vestigijs inhærere *Tridentini Concilij*, tùm *sess.* 7. *de reform. c.* 1. tùm *sess.* 22. *de reform. c.* 2. His itaq. prosequitur Pontifex.

1 *Et quia circa doctrinam plures fraudes committi solent, sæpè enim contingit, vt nonnulli scientia vacui solo Doctoris titulo, aut priuilegio glorientur volumus, vt de eorum etiam doctrina diligenter inquiratur, qui vel doctoratus, aut licentia titulis, & Priuilegijs gaudent, vel etiam à publicis Academijs testimonium habuerint, quòd idonei essent ad alios docendos, nisi forte aliquorum insignis doctrina, ex publica ipsorum functione, notoria esset. Ita verò inquisitio facienda erit, vt quibus in locis, quanto tempore Theologiæ, vel iuri canonico Promouendus operam dederit, cognoscatur. Et quoniam in quibusdam Prouincijs nulla sunt studia generalia, neq. vllæ publicæ scholæ, neq. vsus habet, vt qui studijs operam nauant vllis doctoratus, aut licentiæ insignibus decorantur, declaramus in huiusmodi locis, sufficere si testimonio virorum grauium, & Sacræ Theologiæ, vel Iuris Canonici peritorum, constet Promouendos ea scientia Theologiæ, vel Canonum vere polere, & idonei sint ad ea docenda, quæ Populum Christianum scire oportet, ac muneri iniungendi necessitati valeant satisfacere. Testes præterea deponant se de scientia Promouendorum certos redditos esse ex eo, quod proditos promouendos specimen suæ doctrinæ publicè, vel priuatim dedisse cognouerint.*

2 Circa quæ præter indicata *superiori capite interrogatorio* 29. de publico testimonio, quo doctrina Præsulis innotescere debeat, actum est à me *libr.* 3. *citat. disputat.* 1. *cap.* 1. *num.* 8.

Quomodo autem indoctus Episcopus peccet, & quid facere teneatur, ibidem dixi *nu.* 19. *vsq. ad* 28. inclusiuè.

Quis verò præferendus sit Iurisperitus, vel Theologiæ, ibidem dixi *disp.* 1. *c.* 2.

3 Priuilegium præterea doctoratus originale inferendum esse Processui, vel eius exemplar sub authentica forma rectè docet *Barbosa de potestat. Episc. tit.* 1. *c.* 5. §. *quæ requiritur.*

4 Insuper persona Promouendi hoc enuncietur titulo affectus, si fuerit Prælatus, Admodum R. D. vel P. si verò non fuerit Prælatus R. N. N. nunquam tamèn electus, ità vocatur absolutè, neq. se ipsum hac ratione nominat, vel subscribit, nisi præcesserit electio Capituli, atq. Conuentus.

5 Demum ad summum imponendum fastigium diligentiæ, qua omninò innotescat doctrina Promouèdi *Clemens VIII. Pontifex Maximus* statuit in Italia, Promouendos ad Ca-

Digitized by Google

thedrales Ecclesias in Vrbe, coram Papa pro tempore existente, sacraq. Congregatione Cardinalium, aliorumque grauium, ac peritorum Prælatorum, virorumq. doctorum: In Hispania verò, & Gallia coram S.R.E. Cardinalibus Legatis ibi existentibus, & legatis deficientibus coram Sanctæ Sedis Apostolicæ Nuncijs, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis de speciali mandato Pontificis Summi assistentibus, alijs Prælatis eruditis, doctisque viris, pro tanti qualitate negotij examini subiacere. Quod maximè consonum est *Tridentino de reform. sess. 24. c. 1.* vt nimirum hac ratione approbati digniſſimi quiq. Episcopatus tronum ascendant; par enim erat, vt si per eamdem Tridentinam Synodum ibidem Paræsias recturi propriæ periculum scientiæ in rigoroso examine facerent, certè Summi Parochorum Parochi, Cathedrales, non sine magno examine adeant Ecclesias ex *cap. rationis ad finem dist. 100. & cap suggestum 7. q. 1.*

6 Verum enim verò, vt quod sentiam de hoc examine vnico verbo, dicam potius ad stimulum inurendum Promouendis, autumo hoc esse indictum examen, quo candidati Præsulatus, & omnibus viribus doctrinę dent operam, & quanti sit momenti, quod sibi onus imponunt, intelligant: & nè oscitanter subeant, sed potius seriò de eius abdicatione curent, si sufficienti non polleant doctrina, quam ad plenã illorum scientiæ notitiam habendam. Nam quotusquisq. erit, qui ad maiestatem tantam Pontificis, & Purpuratorum in Vrbe non palleat, atq. exhorrescat? Quamobrem metu cadente in constantem virum sæpè excusandi erunt, qui alijs documentis constant esse docti, etiamsi vacillauerint. Quod cum proportione dictum volo de examine habito in Gallia, atq. Hispanijs.

7 Insuper quæro, quomodo promouendus scisciatus, an sciat vtrumq. testamentum, respondere debeat? Verum nos de hac quæstio tractanimus *loc. cit. n. 24.*

8 Quæres secundo, quomodo peccent Examinatores in Episcopum Promouentes Indoctum, vide *loc. cit. n. 29.*

9 An autem in obligatione Promouẽdi quoad scientiam eidem necessariam dispensari possit leges ibidem *n. 30.*

10 De obligatione verò, circa hoc, Summi Pontificis scripsi hoc *tom. lib. 6. disp. 6. c. 2. n. 15.*

11 An autem defectus scientiæ electionem irritet in Episcopum dixi eodem *lib. 6. disp. 9. c. 3.*

12 Insuper vtrum Cardinales peccent, ac teneantur ad restitutionem interrogati in Consistorio, dixi ibidem *disp. 12. c. 4. n. 14. 15. & 16.*

13 Quid autem sentiendum sit de Cardinali, qui esset dubius de sufficiẽtia, dignitateq. Promouẽdi ibidem dictũ habes *n. 17. & 18.* & quid si talis electionis causa non esset *n. 19. & 20.* vel si taceret Cardinalis in consistorio *n. 23.*

CAPVT NONVM.

De notitia habenda doctrinæ personæ regularis Promouendæ.

SVMMA.

Clausula de regulari in doctrina. n. 1.
Quænam sit sufficiens doctrina. n. 2.
Num status religionis impedimentum sit Episcopatui. n. 3. remissiue.
De licentia acceptãdi Episcopatum Religioso necessaria. n. 4. remissiue.

1 *QVod autem ad Regulares pertinet cum ad Ecclesias Cathedrales promouendi fuerint, nè fraus vlla subrepere possit, nè quod idem Tridentinum Concilium statuit circa Regulares à suis Superioribus sufficientis doctrinæ testimonium habeant. Nomine autem Superiorum eos dumtaxt intelligendos esse, qui nullum sui ordinis Superiorem agnoscat, &c.* Et infra. *Et nihilominus præter Superiorum testimonium, qui fidem faciant eiusmodi regulares ad alios docendos idoneos esse, volumus ea seruari, quæ de ijs diximus, qui publicum suæ doctrinæ testimonium ab aliqua Academia habent, vt videlicet serio inquiratur, an Regulares ad Cathedrales Ecclesias Promouendi eos progressus in studijs fecerint, qui in futuro Antistite inquirantur.*

2 Quid nomine sufficientis doctrinæ intelligatur declarauimus *tom. 1. lib. 3. disp. 1. c. 1. num. præsertim 23.*

3 Nùm status Religionis impedimento sit Episcopatui dixi *tom. 1. lib. 4. disp. 1. c. 2.*

4 Quæ licentia, & cuius, Religioso necessaria sit, dictum est *disputat. 1. cap. 3.* eiusdem libri.

Præter Superiorum Regularium testimonium inquirendum est de Regularis doctrina, non secus, ac de sæculari hactenus explicatum est.

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM.

In translatione Præsulis ad alterum Episcopatum quid præstandum sit;

SVMMA.

De examine habendo ad translationem Episcopi ab vna Ecclesia ad ad alteram per octo articulos à n. 1. ad 8. inclusiuè.

QVæ per inquisitionem dilucidata sunt de illo, qui primum in Antistitem promouendus est, eadem comperta esse debere de Transferendo ex vno in alterum Episcopatum nullum est dubium. Quod si huiusmodi probationes, vel non constarent omninò, ea examinandi erunt ratione, testes eiusdem cõditionis, quæ diximus desiderati ad formandum processum, primo Promoti de omnibus supra relatis articulis, de quibus minimè liquet. Præterea specialiter ij in examine adducendi sunt articuli per testes explicandi.

1 Primùm an sciat transferendum Consecratum in Episcopum fuisse, & quæ sit causa scientiæ?

2 An sciat, & per quot annos Transferendum Episcopale munus obijsse?

3 An ei compertum fuerit Transferendum in sua Ecclesia residisse; suam Diœcesim diligenter visitasse, prudenter, ac prouidè iuxta Sacrorum Canonum præscriptum regisse, & quæ sit causa scientiæ.

4 An sciat Transferendum sæpè solemniter celebrasse, propria Confirmationis, & Ordinationis Sacramẽta prò necessitate Ecclesiarum ministrasse, cæteraq. Episcopalia obijsse, & quę sit causa scientiæ?

5 Num nouerit Promouendum Dei verbo, morum sanctitate, prudentiæ, pietatis, hospitalitatis, charitatisquè exemplo populum ei commissum edificasse, atquè ad Christianam doctrinam, & vitam instituisse, & quæ sit causa scientiæ?

6 An sciat strenuè operam nauasse in defendendis, conseruandis, augendis potius iuribus, siuè spiritualibus, siuè temporalibus Ecclesiæ, quam hactenus rexerat, & quæ sit causa scientiæ?

7 An sciat Transferendum minoti quam par erat doctrina ornatum fuisse compertum, vel idoneam retinere, nequè senio, nequè alia quauis infirmitate obliteratam habere, qua possit Populum, vel maiorem (si forte talis fuerit) ei committendum sufficienter docere?

8 An idoneum censet Transferendum ad regendam Ecclesiam ei committendam vtilem, vel necessarium, & quæ sit causa scientiæ?

CAPVT VNDECIMVM.

De Professione fidei à Promouendo facienda.

SVMMA.

Modus faciendæ Professionis fidei præscribitur. n. 1.

Formola desumpta è constitutione faciendæ Professionis fidei. n. 2.

Flexis genibus hæc fidei Professio emittenda est. n. 3.

Manu tangenda sunt Euangelia, quæ Deosculabitur Promouendus. n. 4.

Vbi, & quomodo proprium adscribet nomen Candidatus. n. 5.

Prælatus, qui Professionem fidei excipit proprium etiam adscribit nomen. nu. 6.

Quid postmodum præstare debebit Notarius. n. 7.

Nomina testium ibidem adnotanda. nu. 8.

Litera omninò in fidei professione descripta vitandæ. n. 9.

Quanam pœnæ sancitæ sint in eum, qui dictam fidei Professionem non emitteret. num. 10.

Quam culpam contrahet Episcopus, qui contra professionem fidei explicitam faceret. n. 11.

Verba in dispositionibus, ac legibus quomodo accipienda sint. n. 12.

Claris verbis non est addendum, vel minuendum. n. 13.

Quando verba impropriè possumus interpetrari. n. 14.

Votum, & iuramentum duplici obligant obligatione contra quã duplici peccato specie distincto peccatur. n. 15.

Quomodo peccat, qui animo ficto iurat. num. 16.

In præsenti Constitutione, quam præ manibus habemus Gregorij XIV. *hæc circa proposita fidei Professionem à nostro Candidato Episcopatus faciendam decreta sunt.*

Digitized by Google

1 IVxta eiusdem Concilij decreta fieri debet professio fidei Catholicæ à Promouendo, quam quidem ab eo dum taxat recipiendam esse declaramus ad quem inquisitio pertinebit, nisi forte qui professionem emissurus est à Prælato inquirente longè distet; tunc enim is Prælatus ex subdelegatione inquirentis professionem committere debebit, cui Promouendus vicinior erit. Et infra, recipiat autem Prælatus professionem Promouendi præsente Notario publico, ac testibus, atq. eam à se admissam, ac receptam propriæ manus subscriptione testabitur. Is quoq. qui professionem huiusmodi in eo loco, vbi proprium nomen profitentis exprimi solet, nomen suũ manu propria adscribet. Deniquè his peractis Notarius publico Instrumento fidem faciet de professione prædicta adhibitis testibus, vt Præfertur. Et inferius in quare observari volumus, vt professio fidei eisdẽ omninò verbis describpta sit, quę in ea forma continentur, quam felicis recordationis Pius Papa IV. prædecessor noster statuit obseruandam, &c.

Constitutio hæc Pij IV. in Bullario antico est 114. in nouo autèm Laertij Cherubini est ipsius Pij IV. 80. cuius initium est. Iniunctum nobis Apostolica, &c.

2 §. Itaq. primò hæc exarata habentur. Nos volentes, &c. & ad hoc vt vnius eiusdem fidei professio vniformiter ab omnibus habeatur vna, eaquè, & certa illius forma electis innotescat, nostræ sollicitudinis partes in hoc alicui minime desiderari formam ipsam præsentibus adnotatam publicari, et vbiq gentium per eos, ad quos ex decretis ipsius Concilij, & alios prædictos spectat recipi, & obseruari, ac sub pœna per Concilium ipsum in Contrauenientes latis iuxta hãc, & non aliam formam, professionem prædictam solemniter fieri auctoritate Apostolica tenore præsentium districtè præcipiente mandamus huiusmodi sub tenore.

Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo S. R. E. vtitur videlicet. Credo in vnum Deum Patrem Omnipotentem, factorem Cœli, & Terræ, visibilium, &c. Apostolicas Ecclesiæ traditiones, reliquasq. eiusdem Ecclesiæ obseruationes, & constitutiones firmissimè admitto, & amplector. Item Sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione Sacrarum Scripturarum admitto; nec eam vnquam nisi iuxta vnanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoq. septem esse vera, & propria Sacramenta nouæ legis à Iesu Christo Domino nostro institutata, atq. ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaq. gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos, & approbatos Catholicæ Ecclesiæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio, & admitto. Omnia, & singula, quæ de peccato originali, & iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum proprium, & propiatorium Sacrificium pro viuis, & defunctis: Atq. in Santissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè, realiter, & substantialiter Corpus, & Sanguinem vnà cum anima, diuinitate fieriq. conuersionem totius substantiæ panis in totius substantiæ vini in sanguinem; quam conuersionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum, atq. integrum Christum, verumq. Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse. animasq. ibi detentas fidelium suffragijs iuuari. Similiter, & Sanctos vna cum Christo regnãtes venerandos, atq. inuocandos esse, eosq. orationes Deo pro nobis offerre, atq. eorum reliquias esse venerandas. Firmiter asſero. Imagines Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atq. eis debitũ honorem, ac venerationem impertiendam: Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse illarumquè vsum Christiano Populo maximè salutarem esse, affirmo. Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem, & magistram agnosco. Romanoquè Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac iuro. Cætera item omnia à Sacris Canonicis Oecumenicis Concilijs, ac præcipuè in Sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atq. profiteor, simulq. contraria omnia, atq. hæreses quascumq. ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas. Ego pariter damno reijcio, & anathematizo. Hãc verò Catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo eamdem, integram, et immaculatam vsq. ad extremum

vitæ

Digitized by Google

vitæ spiritum constantissimè, Deo adiuuãte, retinere, et confiteri atq. à meis subditis, seù illis quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, et doceri, prædicari quantum in me erit curaturum.

Ego idem N. spondeo, voueo, ac iuro, sic me Deus adiuuet, et hæc Sancta Dei Euangelia.

3 Circa praxim autem opus est adnotare, Promouendo genibus flexis dictam fidei pro-
4 fessionem emittendam esse, atq. in fine vtraq; manu Sacrosancta Dei Euangelia tangenda, quæ spondens, vouens, atq. iurans, vt in forma descripsimus, osculabitur.

5 Insuper Candidatus ipse, qui fidem dicta ratione profitetur, duobus in locis, sub initio scilicet, & sub fine exaratę professionis propria manu nomen, & cognomen adscribat.

6 Prælatus autèm, qui professionem excipit propria etiam manu subscribet ad finem exaratæ formæ, eamq. testabitur à se receptam hisce verbis.

Ego N. fidei professionem iuxta suprascriptam formam à R. E. P. D N. ad verbum expressam recepi, & ita manu mea testor.

7 Præterea Notarius ad finem eiusdem exemplaris immediatè post Prælati subscriptum publico instrumento extenso fidem facit de præ-
8 dictæ professionis nuncupatione, ac receptione præsentibus testibus, quorum nomina, & cognomina exprimenda ibidem sunt iuxta *Constitutionem Gregorij XIV.* super adnotatam.

9 Demum caueant, tùm Promouendus, tùm Prælatus, apud quem fidei professio habenda, tùm Notarius, nè vel minima litura, ne dicam mendæ subrepant. Ea propter expediret publicis typis magna cum diligentia dictam fidei formam mandare, propria tamen manu vti dictum est, & à Promouendo, & à Prælato recipiente subscriptam.

10 Quæres primo, quæ sint pœnæ contra secus facientes, à Concilio adnotatæ? Respondeo duobus in locis *Tridentinum Concilium* huius dispositionis fecisse mentionem. Primo *sess. 24. c. 12.* qui quidem locus in oris sub initio Constitutionis *Pij IV.* adnotatur, & *sess. 25. c. 2. de reform.* Et quidem primo in loco hæc habet. *Prouisi etiam de beneficijs quibuscumq. curam animarum habentibus teneãtur à die adeptæ possessionis ad munus intra duos menses in manibus ipsius Episcopi, vel eo impedito coram generali eius Vicario, seù Officiali ortodoxæ suæ fidei publicam facere professionem, & in Romanæ Ecclesiæ obedientia se permansuros spondeant, ac iurent.* In secundo autem loco. *Præcipit igitur Sancta Synodus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & in omnibus alijs, qui de iure, vel consuetudine in Concilio Prouinciali interesse debent, vt ipsa prima Synodo Prouinciali post finẽ præsentis Concilij habendam, ea omnia, & singula, quæ ab hac Sancta Synodo definita, & statuta sunt, palam recipiant; necnon veram obedientiam Summo Pontifici spondeant, & profiteantur: simulq. hæreses omnes à Sacris Canonibus, & Generalibus Conciliis, præsertimq. ab hac eadem Synodo damnatas publicè detestentur, & anathematizent. Idemq. in posterum quicumquè in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcoposq. Promouendi in Prima Synodo Prouinciali, in qua ipsi interfuerint omninò obseruent. Quod si quis ex supradictis omnibus (quod absit) renuerit, Episcopi Comprouinciales statim Summum Pontificem admonere sub pœna diuinæ indignatis teneantur: interimq. ab eiusdem communione abstineant.*

Ex his autèm patet per primum textum nullam decerni pœnam; per secundum autem præter præscriptum sub pœna diuinæ indignationis impositum Episcopis Comprouincialibus, priuantur etiam Renuentes id facere communione, &c.

Deinde animaduerto per citatas *Constitutiones, tùm Pij IV. tùm Gregorij XIV.* tempus præscribi distinctum eo ipso, quo quis promouendus est, antequam promoueatur, quin Synodus Prouincialis prima expectanda sit. Deindè assignari personam apud quam, nequè in Synodo Prouinciali, sed extra facienda sit hæc professio. Demùm aliam non imponi pœnam, quam præscriptam à Tridentino, quippè quã, vt ex supra relatis Concilij locis colligere licet, non video distinctam à communione, quæ prohibetur haberi à cęteris Episcopis cum Promouendo contumaci, & renuẽte, fidei professionem emittere, per ea modo adnotata. *Quod si quis ex supradictis, &c.* Etenim *Pius Papa IV.* cum in sua *Constitutione in Bullario antiquo* 112. & in nouo *Laertij Cherubini* 87. *incipiente Sacrosancta, &c.* statuisset contra Doctores, & Professores cuiuscumq. facultatis nõ facientes fidei professionem in manibus Ordinarij excommunicationem; contra Promouendos, tamen solum se remittit ad Concilium Tridentinum, vt patet ex §. 1. n. 2. *hic adnotato.* In constitutione autem Gregorij XIV. aliam pœnam iniunctam non inuenio.

11 Quæres quot, & quas contraheret culpas Episcopus, qui contra aliquod ex membris in professione fidei explicatis, faceret. Ratio dubitandi fundamentum habet in postremis relatæ formulæ verbis. *Ego ipse N. spondeo, voueo, ac iuro.* Quę quidem verba tùm voti, tùm iuramenti vinculum demonstrant.

Respondeo, Transgressorem cuiuscumq. rei grauis illa formula contentæ peccare peccato Sacrilegij, duplici formali malitia specie distincta affecti, tùm contra votum, tùm contra iura-
12 mentum. Ratio, qua moueor, est, quia præter ea, quę *tom. 1. lib. 2. disp. 1. c. 4. n. 20. & 21.* docui, verba nimirum esse cum effectu accipienda, compertum habeo; necnon verba ipsa propriè in dispositionibus, & legibus explicanda esse, *l. 1. §. si is, qui nauim, ff. de exerc.* Et in perfecto
13 sensu *l. rei appellatio, §. opere legato, ff. eodem.* Et claris verbis non esse addendum, vel minuendum, vt probè *Bald. l. maximi, C. de liber.*
14 *præter.* Neq. opus esse interpretatione, *l. continuus, §. cum illa. ff. de V. O.* & solum cum accipi minimè possint in significatione propria, vt hic non euenit, impropriari posse, *l. sed & possessionis,*

Digitized by Google

nis, §. *sed & si, ff de iureiurand.* Atqui vt paterit fine allegatæ formulæ expresse dicitur, spondeo, voueo, & iuro, ergo tùm voto, tùm iuramento Promotus dicendus est ligatus, sed qui circa eamdem etiam materiam, & voto, & iuramento debitam peccat, peccato duplicem, specificam malitiam habente, se inficit; ergo, &
15 in casu nostro. Neq. ad euidentiam huius ratiocinationis desiderari aliud video, quã probationem huius vltimæ subsumptæ propositionis asserentis transgressorem voti, & iuramenti etiam circa eamdem rem duplici malitia specie distincta peccare. Quę quidem doctrina mihi certissima est; nam esto tanquam optimã, moralem amplector regulam scitè ab *Henrich. lib. 5. de pœnit. c. 1. n. 6. Vasq. 1. 2. q. 72. art. 6. disp. 98. n. 3. & 4. Sanchez lib. 9. matrim. disp. 15. nu. 4.* alijsq. traditam, docentem peccatum lege aliqua prohibitum bifariam posse altera lege, vel iure prohiberi, primo intuitu eiusdem virtutis, quando vnicam habebit tantum malitiam: secundo alterius etiam virtutis intuitu, & tũc duplicem sibi asciscet malitiam specificam. Sic iniectio, v. g. violenta manuum in Clericum iure naturæ ob iniustitiam homicidij vetita, iure etiam Ecclesiastico ob circumstantiam personæ prohibetur; nihilominus tamen potest vna, & eadem materia aliquando prohibita esse duplici, præcepto intuitu vnius virtutis ob duplicem tamen rationem formalem, ob quam potest contra illam virtutem, eiusq. actus specie distinctos fieri, ac tunc actus, quo peccatur cõtra illam virtutem duplici scatet malitia contra duas illas rationes formales. Sic res nostra in præsentia se habet, nam licet votum, & iuramentum, eorumq. obseruatio ad virtutem spectent Religionis, quia tamen non solum diuersis prohibentur præceptis, quod ad propositũ hic, & nunc non facit, sed quia diuersa ratione formali ad ipsam Religionis virtutem pertinent; quod voti obseruatio præcipitur, vt fides Deo debita seruetur: iuramenti verò, nè Deus in falsum testem inducatur; idcircò duplici laborat malitia specie distincta huiusmodi transgressio, vt rectè *Actores citat.*

16 Qua verò ratione peccaret animo ficto id iurans, vide apud *Sanchez lib. 3. summ. c. 6. à n. 4. vsq. ad* 11. Et quomodo remaneret obligatus animo doloso iurans *c.* 10. Ad hanc formam, adnectere haberem alteram fidei exprimendam, atq. emittendam à Græcis Episcopis. Verum cum circa illã, nihil præterea occurrat, nisi vel lem falcem in messem alienam injcere, Græcorum errores, quos illa eorum fidei forma continet expendendos, non sinè maximo mei Lectoris fastidio; quem pro aliqua eorum notitia, idcirco remitto ad *Constitution. Gregorij XIII. apud Cherubinum citat. 33. initium est Sanctissimus Dominus noster, &c.*

CAPVT DVODECIMVM:

De Inquisitione, ac relatione status Ecclesiæ facienda.

SVMMA.

Articuli ad statum Ecclesiæ habendum, de quibus interrogandi sunt testes, & primo de Ciuitate. n. 1.
De Fabrica Ecclesiæ, Turri, & Campanis. n. 2.
De Sacris ædibus, seù Sacristia, & supellectili, organis, & Odæo n. 3.
De suffraganeis Ecclesijs. n. 4.
De dignitatibus, & Canonicatibus, ac cæteris beneficijs. n. 5.
An cura animarum in illa sit, vel tantum sit baptismalis. n. 6.
De eius reliquijs. n. 7.
De alijs Ecclesijs, siue Regularium, siue secularium. n. 8.
De Seminario. n. 9.
De Parœcijs Diœcesis. n. 10.
An Hæresi sit infecta. n. 11.

1 IN Gregoriana, quam hactenus expendimus, constitutione, hæc deinceps habentur. *Post inquisitionem verò de fide, &c. de statu Ecclesiæ, aliisq. necessarijs rebus,* & infra cum statuisset iuxta supradicta, à quo inquisitio, & processus personæ faciendus est, subdit. *Quod idem intelligatur de statu Ecclesiæ accipiendæ.*

1 Circa hunc autem statum primùm inquirendum est à persona, cuius interest penès dicta, an testes sciant cuiusnam Regni, vel Prouinciæ Ciuitas sit Ecclesiæ, de qua agitur: Cuiusnam situs, qualitatis, & magnitudinis, quot constat hominibus, quotuè Christianis, & sub cuius temporali sit dominio, & quæ sit causa scientię.

2 An sciant esse in illa Ciuitate Cathedralẽ vel Mettopolitanam Ecclesiam, sub qua inuocatione, cuiusnam ædificij, vetustate nè, ac temporum iniuria ruinam minantis, vel firmę structuræ? Qua in Vrbis parte, ac vicinia sita sit, & an domibus Canonicis addictis circum septa? Nùm Palatium Episcopale sit propè templum ad Episcopum, eiusq. familiæ aptum. Si ad Cãpanas Turrim habeat opportùnam, Campanis instructam, si Cœmeterium aptum ad ossa, & cineres demortuorum Christianorum condendos.

3 Nùm Sacras ædes, seù Sacristiam habeat Ecclesia, indumentis instructam ad sacra officia aptis, & ad Pontificalia exercenda, argenteis vasis illustratam, aliaq. sacra suppellectili ornatam? Nùm aptum ei sit organum, atquè Odęum

Digitized by Google

Odæum ad laudes Deo decantandas accomodum.

4 Si Ecclesia fuerit Metropolitana, num sciat quot eis sint suffraganeę Ecclesiæ Episcopales, & quæ sint: Si autem Episcopalis cuiusnã Metropolis fuerit suffraganea, & quæ sit causa scientiæ?

5 Quot sint in ea Dignitates, & quot Canonicatus, Beneficiati ad residentiam obligati, & qui cęteri Præsbyteri, alijquè Clerici. Quæ dignitas sit Princeps. Quales beneficiorum singulorum reditus, & an sit Theologalis præbẽda, & Pœnitentiaria, & quæ sit causa scientiæ?

6 An in dicto Templo animarum habeatur cura, & à quo. Num fons baptismalis in eo sit?

7 Num insignibus Sanctorum reliquijs donata sit Ecclesia, & quorum, & quæ causa sit scientiæ?

8 An reales nouerint Episcopalis mensæ, vel Archiepiscopalis reditus, è quibus deducuntur, vel vbi siti sint. An aliqua sint, & in cuius fauorem, pensione onerati, & quæ sit causa scientię?

9 Quot aliæ sint in ea Ciuitate Ecclesiæ, siue Collegiatæ, siue Parochiales, siue baptismales, siue aliæ Confraternitates, vel Religiosorum virorum, vel Sacrarum Virginum Conuentus, aut Monasteria, Nosocomia, Hospitium, Valetudinarium, Xenodochium, Mons pietatis, cęteraq. loca pia, & quæ sit causa scientiæ?

10 An institutum in ea sit, & quot puerorum, seù Iuuenum Seminarium iuxta Sacræ *Tridentinæ Synodi* dispositionem *sess. 23. cap. 18. de reformat.* & an Alumni de reditibus viuant beneficiorum, eidẽ Seminarij Collegio vnitis: Vel è fructuum portione ab alijs beneficijs deriuatorum iuxta præscriptum allegati Tridentini.

11 In Diœcesi quot sint Parœciæ, sub cuius titulo, de quibus eædem habendæ sunt interrogationes, ac de Parœcijs Cathedralis Ecclesię principis Ciuitatis.

12 Si tota Diœcesis, ac præsertim Vrbs Episcopalis Hæresis peste vacet: Quot censeatur personis constare, & quæ sit causa scientię?

CAPVT XIII.

Inquisitione perfecta, quid faciendum sit?

SVMMA.

Quid præstandum sit à Notario facta iam inquisitione, & examine. n. 1.
Cui mittendus sit Processus factus n. 2.
A quo deputandus sit Notarius. n. 3.

1 PErfecto autem examine, atq. inquisitione hactenus explicata, tùm personæ, tùm Ecclesię prouidendæ, Notarius scripturas omnes authenticas, quibus illa continentur in authenticum rediget instrumentum, ac Prælato, cuius interest, tradet.

2 A quo si extra Curiam cõfectus fuerit Processus, obsignatus, & clausus ad Romanum Pontificem immediatè transmittendus est, si ex illis fuerit Ecclesijs, quibus immediatè Papa prouidet. Quod si Ecclesia prouidenda ex his fuerit, quæ ad nominationem alicuius Regis prouideri solet, confectus mittendus est Processus obsignatus, ac sigillo munitus Cardinali Protectori Regni, vel Prouincię, in qua talis Ecclesia sita est. Ipse autem Prælatus, vt habet constitutio Gregoriana, cui insistimus, vel per literas seorsim, simul tamen cum processu, mittendas, vel per subscriptionem dicti Processus, significet, quanta fides testibus examinatis, eorumq; dictis, & scripturis productis, suo iudicio, habenda sit: simul etiam quid de Promouendo ipse sentiat.

3 Hic autem, de quo diximus, Notarius, vt rectè *Parisius de resignat. benef. lib. 8. tit. 11. n. 3.* deputandus est à Cardinali, qui relationem est facturus, si Promouendus sit in Curia. Quodsi extra Curiã, res postulat, vt à Prælato designetur, cui idem Processus commissus fuerit. Verũ hic adnotasse non abs re erit, allegatũ, *Parisiũ loc. cit.* concessisse Notario, vt coram Auditore Cardinalis, & cum eiusdem participatione testes examinare possit. Quod satis non esse constat per præsentem *Constitut. Gregorianam*, quę est præ manibus; iuxta ea, quę *cap. 2.* ex illa transcripsimus; nil tamen mirum cum vir doctus vix illam constitutionem videre potuerit, *vt num. 12. & 60. præstatur.*

Digitized by Google

DISPVTATIO QVINTA

De promouendi in Antistitem praxi Consistoriali, eiusdemq. difficultatibus.

BREVI dilucidatione *Gregorij XIV.* Constitutione illustrata ad praxim Curiæ accedimus, eiusq. difficultates explicandas, quas præsens expedit disputatio.

CAPVT PRIMVM:

Proponitur praxis promotionis habitæ in Curia.

SVMMA:

Quæ circa promotionis praxim in Curia Romana habitam dicuntur de Episcopo, Archiepiscopis etiam, & Patriarchis competunt. n. 1.
Quid facere teneatur Promouendus cum primùm nouerit Pontificis mentem, cum volentis promouere. n. 2.
Post indictum diem examinis, subsequitur ipsum doctrinæ Promouendi examen, ante quod tenetur omnes, vel plerosq. adire Cardinales. num. 3.
Quarta actio est commissio processus. Quinta eiusdem confectio reliquis cum actionibus necessarijs breuiter indicatis à nu. 4. vsq. ad 20. Promouendus in Curia maiorem Cardinalium partem adire tenetur. n. 21.
Quid præstare debeant Cardinales ordinum capita, quibus tradendus est processus Promouendi. n. 22.
A quo facienda sit in Consistorio propositio, seù præconizatio. n. 23.
Quid sit hæc præconizatio. n. 24.
Inter vnum Consistorium, in quo proponitur, seù præconizatur, & alterum, in quo expendenda res est intercedit confectio Schedulæ, cuius proponitur forma. n. 25.
Quænam sint iura soluenda Collegio Cardinalitio, & Officialibus, quæ autem ob Promouendi paupertatem, si fuerit Religiosus condonari soleat à Papa. n. 26.
Quando Sanctissimus proponit, quomodo Schedula efficienda sit. n. 27.
Eadem seruanda est forma Cedulæ, cuius nonnullum exemplar affertur aliqua munita clausula, siue per obitum Prædecessoris, siue per resignationem, siue per translationem Ecclesia vacet. n. 28. & 30.
Eodem etiam modo Coadiutor Episcopo cum futura successione datur. n. 29.
Forma schedulæ faciendæ quando Promouendus est à Rege præsentatus. n. 31.
An Præconizatio vim habeat electionis. n. 32.
Num Præconizato ius per præconizationem acquiratur. n. 33.
Formula proponendi negotium in secundo Consistorio secreto. n. 34.
Ni habeant, quod opponant Cardinales in secundo Consistorio, à Pontifice approbantur processus, & relatio. n. 35.
Admissio propositionis à Cardinali factæ de Promouendo æquiualet confirmationi. n. 36.
Cedula firmata iam à Cardinali dicitur cedula Consistorialis habens vices supplicationis expeditæ in Cancellaria. n. 37.
Formula, sub qua mittitur cedula Consistorialis ad Vicecancellarium. n. 38.
Formula cedulæ componendæ à Vicecancellario. num. 39.
Quænam dicitur contraschedula, vel contracedula. n. 40.
Num in Vrbe aliter possit, vel soleat promoueri in Episcopum. n. 41.
Quando Papa absolutè proponit Promouendum sibi omnino notum, & eius quæ forma cedulæ Consistorialis faciendæ sit. n. 42.
Omnibus peractis in Consistorio, & cedula facta quid requiratur iure antiquo, & non ad ea quæ sunt iurisdictionis exercenda. n. 43.
Cardinales tamen hac aliorum communi regula possessionis, & ostensionis literarum non comprehenduntur, quippè qui statim exercere possunt munia Episcopalia iurisdictionis. n. 44.

PRæsenti quidem capite ad maiorem claritatem, primũ habeo functiones, seù actiones enumerare, quibus promotio conficitur alicuius in Episcopũ: deindè si qua sunt circa illas difficultates euoluere.

1 Ad hoc autem præsciẽdum est, quę de Episcopis dicturi sumus, locum etiam habere in Archiepiscopis, Patriarchis, & cęteris huiusmodi Prælatis, cùm ex his, quę 1. *tom. lib. 1. disp. 1.* exarauimus, tùm quia hi in iure appellationis comprehenduntur Episcopi ex *glos. in cap. quia periculoũ de sent. excomm. in 6.* vbi Expositores.

2 Itaq. cùm primum. N. Promouendo constet Summi Pontificis consilium volentis eum in Episcopum promouere, siue ab illius Beatitudine ipsi declaratum fuerit, siue ab alio fide digno id acceperit, vbi grati animi officiũ, vti de more fieri solet per gratiarũ actiones, apud sanctitatẽ Papę, obierit: vel si propriè animę cõsulere voluerit, sãctissimos Episcopos Ecclesię imitatus, postq̃, ex corde ad pedes Põtificis humi-

Digitized by Google

humiliter se à tanto onere excusauerit, si voti compos factus non fuerit, primus in hoc negotio actus solet esse præscriptio habita à Summo Pontifice diei ad examen, & periculum faciendum scientiæ ipsius Promouendi iuxta supradicta. Secunda actio est ipsum examen, quod coram Summo Pontifice, alijsq. purpuratis Patribus, Prælatis, ac doctis viris habetur.

3 Tertia. Tenetur Promouendus omnes, vel pleroſq. adire Cardinales.

4 Quarta. Commissio processus faciendi de vita, moribus, scientia, alijsq. requisitis in Promouendo ornamentis, atq. Ecclesiæ, ad quam euehendus est.

5 Quinta. Confectio Processus.

6 Sexta. Professio fidei à Promouendo facienda.

7 Septima. Subsignandus, ac firmandus est processus à Cardinali, cuius interierit.

8 Octaua. Mittitur idem Processus tribus Ordinum capitibus, Cardinalibus.

9 Ab his tribus Cardinalibus approbatur, & subscribitur.

10 Remittitur ab his eisdem Cardinalibus ad Cardinalem referendarium.

11 Proponitur ab hoc ipso Cardinale referendario in Consistorio.

12 Fit cedula, seu schedula, quasi breuiarium quoddam Processus iam facti.

13 Huius breuiarij, ac Summæ Processus tot exemplaria fiunt, quot sunt Cardinales, qui thox in Consistorium se conferent, & vnum pro Papa.

14 Dantur huiusmodi exemplaria, tùm Papæ, tùm singulis Cardinalibus ad faciendam propositionem in Consistorio.

15 Admittitur à Papa cedula hæc, atq. à Cardinali referente subscribitur, cuius sigillo munitur, & expeditur.

16 Mittitur cedula à Cardinali referente Vicecancellario.

18 Munus Vicecancellarij circa hanc cedulam.

19 Literæ Apostolicæ expenduntur.

20 Vigore literarum possessio conceditur.

His breuiquasi per transennam indicatis ad secundum accedamus punctum, ad difficultatum scilicet explicationem. Et primo circa primum membrum secundi numeri, cum Vrbanitatis, seu grati animi contineat officiū, quod liquet, nihil mihi adnotandum est. De secundo autem abdicandi se hoc munere non habeo quid addam dictis *tom. 1. lib. 4. disp. 2 c. 1.*

De secundo autem puncto *n. 3.* indicato differui *superiori disput. c. 8.*

21 De tertio, statuit primum *Leo Decimus in sua Constitutione septima, cuius initium supernæ, de reformatione generali Prælatorum Ecclesiasticorum anno 1514. edita. Ne Cardinalis relator vllo modo referat nisi præsens in Curia Promouendus maiorem Cardinalium partem antea adierit; vt quæ à referente Collega sint audituri, occulta fide, quantum ad personam promouendi attinet, cognoscere possint.*

Deindè *Gregorius XIV.* in Constitutione sæpè citata, & à nobis superiori disputatione expensa idem decreuit ibi; *Volumus autem, vt Cardinalis relator moneat Promouēdum si præsens in Curia fuerit, vt iuxta Concilium Lateranense nouissimè celebratum omnes Cardinales, siuè maiorem partem Collegij adeat, antequam Ecclesiam proponat, vt quæ à referente collega sint audituri, occulta fide, quantum ad personam promouendi attinet cognoscere possint.*

Ex his patet finis, ad quem Promouendus Dominos Cardinales adire teneatur.

De quarta actione satis dictum est *superiori disput. c. 1. 2. & 11.*

Quintam functionem *superiori* integra complexus sum *disputatione.*

De sexta *c. 11.* actum est.

Septima à Cardinali proponente subscribitur, cui processus commissus est in publicum instrumentum redactus, vt supra *c. 11. superiori disput.* diximus, & à quo asseritur ex eo constare ipsum Promouendum requisitis affectum ornamentis.

Octaua, nona, & decima *allegato capite vltimo* comprehensæ sunt, neq. alia indigent expositione.

22 Itaq. mittitur processus tribus ordinum capitibus Cardinalibus: Seniori scilicet ex ordine Episcoporum; seniori ex ordine Præsbyterorum, ac seniori ex ordine Diaconorum, quippè qui cum perpenderint an rectè, atq. adamussim factus sit, comperta q. habeant requisita Promouendi penes obligationem reliquorum Eminentissimorum Cardinalium, quæ potiori quidem iure hos tres afficit, & à nobis declarata est *superior. disput. c. 8. nu. 12. & 13.* subscribunt, & approbant, eo tamen ordine, vt primo loco Episcopus, secundo Præsbyter, ac tertio loco Diaconus signent, afferentes singuli per accuratam exhibitam diligentiam exploratas habere qualitates, atq. ornamenta in persona Promouenda desiderata, & præscripta à iure præsertim à Sancta Tridentina Synodo, certumq. existimare illam esse idoneam. Hac autem attestatione, triumquè Cardinalium subscriptione munitus processus ad Cardinalem relatorem remittitur. Quæ omnia, vt clarius innotescant hisce verbis à *Concilio Tridentino sess. 24. c. 1. ad fin.* præscribuntur. *Omnes verò inquisitiones, reformationes, testimonia, ac probationes quæcumq. de Promouendi qualitatibus, & Ecclesiæ statu à quibuscumq. etiam in Romana Curia habitæ per Cardinalem qui relationem facturus erit in Consistorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur, ac relatio ipsa Cardinalis relatoris, et trium Cardinalium subscriptione roboretur, in qua singuli Cardinales affirment se adhibita accurata diligentia inuenisse Promouendos qualitatibus, & à iure, & ab hac Sancta Synodo requisitis præditos, ac certo existimare sub periculo salutis æternæ idoneos esse, qui Ecclesijs præficiantur ita vt relatione in vno Consistorio facta, quò maturius interea de ipsa inquisitione cognosci possit in aliud Consistorium iudicium differatur, nisi aliud Beatissimo Pontifici iudicabitur expedire.*

23 Circa vndecimam actionem quæres primò, à quo fieri debeat præconizatio, seu propositio, vel nominatio personę in Consistorio. Re-

Digitized by Google

pondeo à Cardinali, cui commissus est processus, si Ecclesia danda sit non ad nominationem alicuius Regis. Quod si danda fuerit hoc pacto à Cardinale Protectore illius Regni, vel Prouinciæ, ad quem iuxta supradicta à Nuntio, vel alio Prælato remissus est processus.

24 Quæres secundo. Quid sit hæc præconizatio. Respondeo ex *Parisio de resign lib. 8. tom. 7. nu.* 18. hac præconizatione peti in Consistorio facultatem à Cardinali, cui commissus fuerat processus, vt possit in primo altero Consistorio referre, ac proponere talem Ecclesiam, qua propter præconizatio erit, postulatio licentiæ ad certam Ecclesiam Proponendam certę personæ destinandam.

25 Circa duodecimam sciendum est, præconizatione facta in primo Consistorio, antequam hãc ipsam Ecclesiam, ad quam Cardinalis proposuit iam Promouendum, iterum in altero Consistorio exponat post nonnullos aliquos dies, si intercesserint inter primum, & hoc secundum, vt idem *Parisius scribit nu.* 18. *&* 19. Schedulam faciendam esse, seù breuem summam articulorum processus huius tenoris.

Eminentissime, ac Reuerendissime Domine.

IN Primo Consistorio si D. N. placuerit Ego Cardinalis N. referam de Ecclesia N. vacante per obitum B. M. N. vltimi Episcopi extra Romanam Curiam defuncti (vel in Romana, &c.) ac de qualitatibus Reuerendissimi Domini, seù Patris, seù Magistri, &c. N. (si fuerit Religiosus) ordinis Prædicatorum v g. ad eam promouendi. Ciuitas N. sita est in Prouincia Regni Neapolitani, quę dicitur Campania, salubri cœlo, pingui agro quinque millibus familijs, seù vt vulgò dicitur foeis constat, ditioni Regia subiecta. In ea est Cathedralis Ecclesia sub inuocatione Deiparæ Apostolicæ Sedi immediatè subiecta, vel tali Metropolitanæ suffraganea, tot habet suffraganeas, antiqua nobilis, ac perampla structura, iniuria temporis pœnè fatiscentis, ac reparatione indigentis. Turrim sex campanis ornatam habet, non multum ab ædibus Episcopalibus distat, cincta varijs domibus, pro Canonicis. Necessaria est instructa supellectili, & serica, & linea apta etiam ad Pontificalia munera exercenda, Choro subsellijs ornato, potitur Organo, musicorumq. numero satis idoneo ad diuina officia decantanda.

Quatuor ei sunt dignitates, Archidiaconatus maior, Archipresbyteratus, Prępositura, & Cantoria, sexdecim alij Canonicatus, ex quibus vnus Pœnitentiarij, ac Theologi; quinquaginta præterea alij, siue minoribus ordinibus insigniti, siue Subdiaconi, siue Diaconi, siue Sacerdotes. Quorum tertia pars singulis diebus, cũcti autem festiuis diuinis officijs, atq. Ecclesiæ inseruiũt, trecenti aurei singulis sunt Canonicis: Beneficiatis nonnullis centum, alijs quinquaginta, vel nullos alios redditus habent Canonici, quam quotidianas distributiones. Vel partim in distributionibus, partim in alijs redditibus adcentum in singulos annos ascendentibus. Fructus in libris Camerę taxantur ad florenos trecentos, pènè communem vsum computantur hismille, & octingenti aurei, non grauati, vel grauati tamen pensione quingentorum aureorum ad faucrem N. Animarum cura ab Archipresbytero per vnum Coadiutorem de gremio Capituli, ac quatuor alios Parochos exercetur. Tres præterea sunt Collegiatæ Ecclesiæ in quorum singulis duodecim Canonici sunt, ac Prior, seù Præpositus vnũ Xenodochium, vnum publicum hospitium, seù valetudinarium. Incurabilium Nosocomium, tres Confraternitates. Conuentus quatuor Religiosorum Sancti Dominici, S. Francisci, S. Augustini, & Cappuccinorũ, tria Monialium Monasteria. Diœcesi per ampla, in qua decẽ sunt oppida, quindecim villæ, ac personæ. &c.

Reuerendissimus Dominus Promouendus Catholicis, et illustribus Parentibus, atq. legitimo matrimonio natus, annum agit quadragesimum I.V.D. D.N. in vtraq. signatura Referendarius, fidei professionem in manibus meis emisit (vel ab adolescentia in Dominicanorum ordine fuit, vbi Religiosa vita, & Sacris Theologiæ literis operam nauauit, magisterij lauream adeptus, Neapoli, ac Patauij studiorum suæ Religionis moderator, ac Regens fuit, postquam in earum dã Ciuitatum Lyceo per plures annos tum Philosophiam, tum Theologiam Sacram publicè docuit. Dynastis apprimè carus, & Concionator non vulgaris, sacro Sacerdotij ordine insignitus, &c. Ceteris præterea qualitatibus præditus à Sãcta Tridẽtina Synodo in Antistite desideratis. Fidei professionẽ in manibus meis emisit, habet fidẽ suę generalis) quæ omnia in processu constant corã me firmato, & ab Eminentiss. DD. meis Cardinalibus, Ordinũ capitibus, atq. à me ipso approbato, & subscripto. Supplicatur pro expeditione clausulis, &c. consuetis, &c. (Quod si fuerit Religiosus) & si sanctitati suæ placuerit cũ cõditione iuriũ Sacri Collegij, & Officialiũ attenta magna paupertate electi.

26 Hæc

Digitized by Google

26 Hæc autem in certa quadam pecuniæ ſumma ſita ſunt, quæ ſingulis alioquin eſſet eroganda.

27 Præterea circa relatam formam primo notandum eſt. Si Sanctiſſimus fuerit, qui proponit, tùm Præſulem futurum, tùm Eccleſiam, nõ haberi præconizationem, ſed Schedula abſolutè incipit; *Vacat Eccleſia, &c.*

28 Secundo noto quacumq. ratione vacet Eccleſia eumdem ſeruandum eſſe modum, ſiue per reſignationem, ſiue per præſentationem, ſiue per translationem, variata ſolum clauſula, & vbi dicitur, *vacat per obitum, &c.* dicatur per *liberam reſignationem Illuſtriſſimi Domini N. &c. vel Eminentiſſimi Cardinalis in manibus S. D. N. per perſonã Illuſtriſſimi Domini N. &c.* Itaq. ſi quis vellet ſuum Epiſcopatum renunciare, aget, vel ipſe, vel per alterum cum Papa, vt admittat renunciationem, qui ſi admiſerit, alicui è Cardinalibus committit proceſſum, vt ſupra diximus conſtruendum, &c. cum in omnibus his modis eadem iuris ratio ſeruetur, vt rectè *Sarnanus de inſtr. reſign. q. 14. col. 1. ſub initio, & col. 2. Mandoſius in rubr. conſtit. n. 43. Pariſ. de reſign. lib. 8. tom. 11. q. 7. n. 18.* qui quidem quamplures formulas refert cum variis reſeruatoriis, aliiſq. vſu receptis clauſulis, quarum nonnullas hic adnotare ad maiorem lectoris commoditatem minimè piget. Igitur quandoq. reſignatio Epiſcopatus fit ex eo, quod velit Epiſcopus abſq. cura animarum viuere: & vt omittam renunciationem loci, ac dignitatis, quæ per crimen infligitur, probè indicatam ab *Abbate ex communi ſententia in c. 1. ſpondemus de ordine ab Epiſcopo, qui renunciauit n. 8. à Maiolo de regular. lib. 3. c. 6. n. 8. Pariſ. de reſign. libr. 1. q. 17.* aliquando renunciatur loco, cum renũciatur Ciuitas, cura, & adminiſtratio Eccleſiæ, vt in *cap. ad ſupplicationem de renunt.* & hac ratione remanet cum dignitate Præſul, qui ſecundum ſtylum adhuc denominari poterit Epiſcopus Eccleſiæ renunciatę. Quandoq. renunciat, quia ipſe transfertur Antiſtes ad alteram Eccleſiam, vel quia impetratur gratia, vt concedatur alteri doctiſſimo viro probitate inſigni, amico, nepoti, vel conſangnineo cum reſeruatione fructuum, vt patet ex Schedula.

Beatiſſime Pater vacat Eccleſia N. per ceſſionem Eminentiſſimi Cardinalis N. Epiſcopum N. ad eam nominat Rex Chriſtianiſſimus N. vt à vinculo, quo Eccleſiæ N. tenetur, abſoluatur, & ad prædictam Eccleſiam transferatur: Deinceps proſequitur, vt ſupra Eccleſia v. g. Narbonenſis, &c. vt in ſuperiori Schedula, ad cuius finem additur. Supplicatur pro translatione cum reſeruatione fructuum prædicto Eminentiſſimo D. Cardinali cedente demptis ſcutis mille, et quingentis pro eodem Domino transferendo, & retentione compatibilium. Vel aliter fructus Eccleſiæ in libris Cameræ taxantur 1000. aurei, ſuper quibus reſeruatur annua penſio 200. ſcutorum auri pro Reſignante. Suppliçatur pro expeditione cum reſeruatione Nominis denominationis, & compatibilium.

Reliquas formulas, quas breuitatis gratia prætereo, leges apud *cit.* Pariſium, apud quem inuenies, quando non in Conciſtorio, ſed ſeorſim per motum proprium reſeruantur fructus, ſeù penſio.

29 Notandum tertio, ſi coadiutor ſit ſubrogandus alicui Epiſcopo cum futura ſucceſſione, eodem reſeruato ordine, modoq. hactenus explicato confertur Coadiutori titulus Epiſcopatus etiam in partibus Infidelium.

30 Notandum quarto, ſi fuerit per translationem aliquis ad aliquã Eccleſiam Promouẽdus in Schedula dic. *Abſoluit Sanctiſſimus Promouendum à vinculo prioris Eccleſiæ, vt fuſius in literis expediendis dicemus ex Pariſ. n. 32.*

31 Notandum quinto ſi Eccleſia, ad quam euehendus quiſpiam eſt, fuerit ex his, quæ ad nominationem Regis prouidentur, ſic inſtituenda erit Schedula, ſeù memorialis. *Beatiſſime Pater vacat Eccleſia N. per obitum N. illius vltimi Epiſcopi, ad quam Sereniſſimus Hiſpaniarũ Rex Catholicus, cuius præſentandi ad eamdem pertinet, nominauit, ac præſentauit R. D. &c. plura apud allegatum Pariſ. à n. 58. & 32.* circa decimã quartam actionem non eſt quid addam.

32 Quæres tamen hic, num hæc præconizatio in Conciſtorio ſemel habita rationem ſibi vẽdicet electionis. Reſpondeo Promouendos ad Eccleſias ex libera Pontificis diſpenſatione pendentes eligi cum in Conciſtorio præconizantur, ità poſt alios *Io: Franciſcus Leo in Theſauro fori Eccleſiaſt. par. 1. c. 5.* Itaq. præconizatio rationem habet electionis. Conſulto dixi ad Eccleſias ex libera diſpoſitione Summi Põtificis pendentes, nam ad alias Eccleſias, ſi quæ nunc ſunt, quę per veram, ac propriam electionem dãtur, vel ad nominationem alicuius Regis iuxtà *diſp. 5. ſuper. lib.* ſecus fit, cum ipſa electione propriè eligantur, vel deſignatione Regia deſtinentur Promouendi. Quæcumq. tamẽ illa ſit, ſiue deſignatio, ſiuè nominatio præcedens habita à quibuſcumq. iure gaudentibus deſignandi, nominandi, vel eligendi facultate ſemper ad ſui complementum hanc deſiderat præconizationem, per quam eo conſilio nominatur perſona ad Epiſcopatũ aſſumenda, vt ſi alicui contra illam aliquid ſcit, quod opponat, exprimetę poſſit.

33 Quæres ſecundo, num per hanc præconizationem aliquid conferatur iuris Præconizato? Cum loquamur de hac præconizatione, non ſecus, ac de electione, ſicut per electionem ius ad rem comparatur electo immediate ad Epiſcopatum ſcilicet, & mediatũ in re, vt diximus *lib. 6. diſp. 16. c. 3. & lib. 7. diſp. 3. c. 2.* Ita ſentiendum de hac nominatione in Conciſtorio, & ſicut ibidem diximus nullam eſſe expeditam iuriſdictionem ad fructus, neq. ad adminiſtrationem perſonæ electæ, niſi iam cõfirmata fuerit, ſic Nominato in Conciſtorio, ac ſemel præconizato ius nullum erit, vt in terminis docet *Rebuff. form. demiſſ. liſt. par. n. 3. Oldrad. conſ. 246.*

Circa decimamquartam ſciendum eſt in altero Conciſtorio ſecreto, iterum habito, data Schedula ſingulis Cardinalibus, & ipſi Sũmo Pontifici ſub hac forma præſentationem fieri.

33 *Beatiſſime Pater vacat Eccleſia, &c.* iuxta formulã Schedulæ, ac primæ præconizationis,

ad

ad cuius finem subiungitur, *supplicatur pro expeditione.*

35 Circa decimamsextam. In Consistorio secreto post primam habito, & post primam præconizationem inquiritur, si quis Cardinalium habeat, quod opponat, & si aliquod impedimẽtum postmodum emerserit: si minus approbãtur à Sũmo Pontifice, tùm processus, tùm eius compendium, schedula contentum, & tunc admissa propositione, Cardinalis relator domi deinceps propria manu signat sigillo suo schedulam, quam vt mox dicam sub hac formula Cardinali Vicecancellario mittit.

36 Quæres hic primo, nũ admissio huius propositionis factę in secreto Consistorio vim habeat confirmationis? Respondeo, habere ex *cit. Io. Francisc. Leo n. 6.* expedita tamen cedula, vt supra diximus.

37 Quæres secundo, quomodo hæc Schedula, seù Cedula iam firmata nuncupetur? Respondeo dici Cedulam Consistorialem habentem vices supplicationis in Dataria expeditæ, quippèquæ est fundamentum iuxta dicẽda, *sequent. capit.* super quod literæ Apostolicę sub plumbo cõficiũtur, atq. expediũtur; & antequã expediãtur gratia dicitur informis nõ secus atq. ipsa supplicatio pariter dicitũr informis gratia, vt rectè idẽ *Leo cit. et Gomez de infor. resig. q. 18. n. 1.*

38 Quæres tertio sub qua formula mittatur dicta Schedula iam subscripta, ac sigillo Cardinalis relatoris insignita? sub hac.

EMinentissime Domine hodie Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster Innocentius diuina prouidentia huius nominis X. in Consistorio suo secreto, vt moris est ad relationem meam, Ecclesiam N. Prouinciæ Campaniæ in Regno Neapolitano ex eo, quod N. qui Regimini, & administrationi dictæ Ecclesiæ, cui tunc ex dispositione Apostolica præerat, obijt, vel in manibus Sanctitatis Suæ sua sponte, & liberè cessit, ipsaq. Sanctitas sua cessionem huiusmodi admittens, Pastoris solatio destituta de persona N. I. V. D. nobili genere è Catholicis Parentibus, & legitimo matrimonio nato, legitima ætate, Sacerdotij ordine insignito, cæteriscq. prædito requisitis à Sancta Tridentina Synodo de Eminentiss. DD. meorum S. R. E. Cardinalium Cõsilio Apostolica auctoritate prouidit, ipsumq. illi in Episcopum præfecit, & Pastorem, curam, & administrationem eiusdem Ecclesiæ N. sibi spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo. In quorum fidem præsentem Schedulam mei soliti sigilli impressione muniri feci, eamquè manu propria subscripsi. Datum Romæ in ędibus meę solitę residentiæ die 24. Nouembris Anno à natiuitate Domini 1644. Pontificatus eiusdem S. D. N. Papæ primo.

Eminentiss. D. V.

Humillimus seruitor
N. Cardinalis N.

38 Vicecancellarius autem, recepta hac Schedula, alteram hoc pactoscomponit breuiorem.

39 *Hodie ad relationem Cardinalis N. S. D. N. P. &c. vt supra breuiori, tamen sub ratione: & hæc contra Schedula nuncupatur,* vt probè *Mandos.* 40 *in rub. extr. de constit. n. 43. & 44. & communiter in praxi seruatur.*

41 Ad finem tandem huius capitis quæres, an aliàs Promoueri possit aliquis in Episcopum sine processu, &c.

Respondeo posse, ac aliquando fieri, *auctore Parisio sæpè citato num. 16.* ac tunc cum persona promouenda nota est Summo Pontifici, quippè qui tunc refert, & concedit, approbantibus Eminentissimis Cardinalibus, vt apud eumdem Auctorem promotus fuit à Pio V. Cardinalis Montis Regalis. Quando verò Papa proponit Vicecancellarius, vel alter ab eo deputatus de hoc fidem facit his verbis.

43 *Romæ apud S. Petrum 21. Octobris 1644. fuit Consistorium, in quo S. D. N. Proponente Sanctitate Sua absoluit N. Episcopum Nolanum à vinculo, quo ipse Ecclesiæ Nolanæ tenebatur, & eum transtulit ad Ecclesiam Neapolitanam, vt supra n. 28. vel aliter, si non per translationem, sed absolutè promouit.*

44 His autem perfectis functionibus collatio facta censetur à Papa ad Episcopalem dignitatem, cui collationi vim inesse electionis, nominationis, designationis, præsentationis, institutionis, & confirmationis nos sępissimè diximus, & scitè docet *Azorius Institut. moral. par. 2. lib. 3. cap. 29. quæst. 5. & 6.* Ex vi autem huius collationis licet iure antiquo communi, Episcopus postquam fuerit canonica institutione confirmatus, habeat ea, quæ sunt iurisdictionis exercere, nihilominus tamẽ iure nouo *Extrauagantis inuinctæ de electione inter communes*, opus est expeditione literarum Apostolicarũ, sine quibus, nec admitti, neq. in Episcopum recipi, nèc possessionem Ecclesiæ sibi collatæ cõsequi poterit, vt nos *lib. 7. disp. 6.* docuimus, & in terminis notat *Barbosa in l. diuortio in princ. part. 2. n. 40. ff. solut. matrim. Parisius de resignat. lib. 8. quæst. 5. nu. 33. Azorius dict. c. 29. q. 9. vers. cęteri n. 44.*

Huius verò extrauagantis dispositio limitatur in Cardinalibus; illa enim non obstante, poterunt, & se conferre, & iurisdictionem exercere ante captam possessionem, & literarum ostensionem; ita notant *Bellecin. de caritatiuo subsidio q. 66. n. 26.* & fuisse resolutum in vna *Burgensi Canonicatus 3. Iunij 1683. coram Eminentissimo Lancellotto refert Gonzales ad regulam Cancellariæ Gloss. 24. nu. 7.* verum de his luculentius peregi *lib. 6. disp. 5. & 6.*

Caput

Digitized by Google

CAPVT SECVNDVM.

Perpenduntur postremæ functiones ad Episcopalem Promotionem necessariæ.

SVMMA.

Quando admissa cedula lineo Rocchetto Pontifex Maximus donat Promotum. n. 1.
Formula literarum necessariarum. n. 2.
Quid requiratur ad expeditionem literarum. num. 3.
Cui standum sit, schedulæ, vel contra schedulæ? num. 4.
Contra schedulam matrix dicitur literarum. num. 5.
Semel, atq. iterum in Consistorio propositus factus inhabilis ante consecrationem; adhuc recipi potest. n. 5.
An Percutiens Episcopum in Consistorio admissum, vel confirmatum excommunicationem incurrat. Bullæ cœnæ. n. 6.
Num per electionem, & confirmationem, sive per promotionem in Consistorio iam completam, beneficia vacent Promoti. n. 7.
Beneficia Præsulis promoti, & si non dicantur vacare ante possessionem Episcopatus, prouideri tamen possunt. n. 8.
Absq. effectu tamen, ante possessionem adeptam. num. 9.
Num cessent pensiones, quas habebat Promotus per adeptum Episcopatum. n. 10.
Quid sentiendum sit de pensione, quam acquisitã habebat Promotus in Ecclesia, si illam renunciauerit. n. 11.
Promotus ad Episcopatum non potest beneficia retinere. n. 12.
Beneficia Promoti in Episcopum possunt conferri non expectata sententia declaratoria, neq. possessione. n. 13.
Promotus ad Episcopatum statim tenetur beneficijs, quæ ante habebat, abdicare, aliàs ad restitutionem fructuum obligatur. n. 14.
Pœna propriè culpam supponit, sine qua imponi non potest. n. 15.
Amissio beneficiorum antea obtentorum intelligitur fieri à Promoto, nisi Papa, vt solet dispensauerit. n. 16.
Secunda limitatio non relinqui beneficia prius adepta, est Episcoporum promotorum in partibus Infidelium. n. 17.
Quod dictum est de incompossibilitate beneficiorum præobtentorum cum Episcopatu, militat etiam in Abbatijs, alijsq. huiusmodi beneficijs n. 18. & 26.
De incompossibilitate verò cæterorum beneficiorum. n. 19.
Tertia limitatio non abdicandi beneficijs præobtentis, si Præsul à Populo non peteretur. num. 20.
Quarta limitatio, si fructus Episcopatus excipere non possit Episcopus. n. 21.
An dispositio ad trimestre, vt differatur consecratio se extendat etiam ad retentionem beneficiorum antea adeptorum Promoti. n. 22.
Quando dispensatur cum Minore ad beneficium Parochiale consequenter censetur dispensatum ne intra annum teneatur ille Sacerdotio initiari. n. 23.
Quando dispensatur ad plura beneficia, censetur dispensatum ad residendum in alterutro. numer. 24.
Non vacant beneficia præhabita à Promoto in Episcopum ob cõsecrationem dilatam propter infirmitatem. n. 25.
Quæ dicta sunt de Episcopis ad alias dignitates Episcopatu minores se extendunt. n. 26.

1 NOn me fugit, facto vltimo Consistorio, dici *Vrbanum VIII. Prædecessorem Innocentij X.* nunc Deo gratia *Ecclesiam vniuersam regentis, ac Pontificì Maximis*, admissa schedula, de more, proprijs conferre solitum manibus consecratum lineum Rocherum, quod postridie alij præstare solebant Pontifices, circa quod, quid addam, non habeo, cum de omnibus, ac singulis vestibus Episcopalibus postquam egerimus infra de consecratione, abundè dicturi sumus. Supersunt itaq. postremæ functiones ad promotionem necessariæ à suis nodis explicandæ. Et primo loco literarum formulam affero, quarum compẽdium esto tradiderim *lib. 7. disp. 6. c. 1. n. 2.* nihilominus tamẽ, vt ex ea cæteræ cum alijs clausulis facili negotio possint innotescere, referẽda est magis extensa, quæ sic habet.

2 *Innocentius Episcopus Seruus Seruorum Dei, Dilecto filio N. electo Nolanæ Ecclesiæ Episcopo ex eo, quod nos nuper venerabilem fratrem nostrum N. Archiepiscopum Neapolitanum, nuper Nolanum, à vinculo, quo dictæ Ecclesiæ, cui tunc præerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio Apostolicæ potestatis plenitudine absoluentes, illum ad Ecclesiam Neapolitanam certo tunc expresso modo vacantem, de pari consilio, Apostolica Auctoritate transtulimus præficiendo ipsum illi in Archiepiscopum, ac Pastorem prout in nostris inde confectis literis plenius continetur apud Sedem prædictam Pastoris solatio destitutã, &c. nos ad prouisionem dictæ Ecclesiæ felicem. &c. Nè ipsa Ecclesia Nolana longe vacans, exponatur incommodis, &c. de eorumdem fratrum consilio dicta auctoritate prouidemus, teq. illi in Episcopum præficimus, & Pastorem, curã, administrationem ipsius Ecclesiæ Nolanæ, &c. tibi in spiritualibus, ac tẽporalibus plenariè, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis 1644. 6. Kal. Nouembris, Pontificatus nostri anno primo.*

3 Quid autem requiratur ad literarum expeditionem, quid ad possessionem per illas capiẽdam

Digitized by Google

dam explicatum est *lib.7.cit.disp.5.& 6.* De pœnis verò contra non exequentes, quæ præcipiuntur in *Extrauaganti Iniunctæ c.2. egimus dicta disput.* vbi si quæ sunt quæstiones scitu dignæ enodatę sunt. Limitationes vero dictæ extrauagantis *ibidem c.4.* Sic de necessitate dictarum literarum egimus *c.2.& 3.* Nùm autē ante expeditas literas Ecclesia vacare dicatur *c.5.n.1.* & an conferat noua promotio ad alteram Ecclesiam literis non expeditis *ibid. nu.6.* Ante adeptam autem possessionem; quomodo Vicarius Capitularis iurisdictionem exercere debeat *nu.7.* Sede autem vacante, quando ad Capitulum iurisdictio Episcopalis euoluatur *n.8.* & an Capitulum debeat, vel possit Episcopo contradicente, Præsulatum administrare; quando literæ prouisoriæ non ostenduntur intra sex menses, decisum est *disp.7. eiusdem libr.* Præterea nonnullæ ad exactam huius rei tractationem supersunt adhuc difficultates mox expendendæ.

4 Quæres igitur primo cum *superior. capite n.17.* dictum sit Vicecancellarium, habita schedula ad eum à Cardinali relatore remissa, alteram breuiorem facere debere, dictam contra schedulam, vtri igitur ex his standum sit, schedulæ nè, vel contra schedulæ? Respondeo stādum esse contraschedulæ Vicecancellarij, quippequi Officialis est destinatus ad ea, quę Summus Pontifex concedit in Consistorio. Quod fuit resolutum in vna *Marianen. & Aum. pens. 7. Maij 1576. coram Cotta*, in qua decisione præscriptum est, vt volentes literas expedire, ex vi schedulæ expressam habeant à Papa facultatem, vt in *alia Brixiana fructuum coram Sarnano 8. Iunij 1542.* Addo vsum habere, vt è contra schedula literæ Apostolicæ expediantur, quarum ipsa contraschedula matrix dicitur, sic *Puteus dec.128. lib.1. & Paris. de resign. lib.8. tom.11. q.5. n.26.*

5 Quæres secundo, num electus, vel confirmatus, vel hac ratione semel, aut iterum in Consistorio propositus, & approbatus, factus inhabilis ante consecrationem repelli possit ab Episcopatu. Respondeo posse, vt patet ex his, quæ diximus *lib.6. disp.16. c.1. n.11. disp.17. c.2. n.6.* & hoc libro *disp.4. c.3. in prin.* docentq. in terminis *Io: And. Antonius Cardinalis, Immola, & alij in cap. ex parte de Cler. ægrot.* quos sequitur, & citat *Nauar. in cap. si quando excep. 10. n.13. de rescriptis.*

6 Quæres tertio, num percutiens Episcopum confirmatum, vel hoc pacto in Consistorio admissum, excommunicationem incurrat Bullæ Cœnæ.

Respondeo cum *Nauar. in Manuali c.27. nu. 67.* non incurrere etiamsi Promotus adeptus fuisset possessionem, ratio est, quia licet electus, & confirmatus dici possit Episcopus, ac vere sit quoad ea, quæ sunt iurisdictionis, secus tamen quoad ea, quæ sunt ordinis, eiq. deest consecratio, cui prospicere præcipuè videntur huiusmodi Priuilegia, in quorum derogatione similes fundantur censuræ. Nam Clero Priuilegium cōcessum est immunitatis, & Canonis, non ob iurisdictionem, sed ob consecrationē. Fauent nonnulli apud *Fellucium tract. 16. 6. scilicet de censuris c.9. num.240. Barb. de Episc. tract.1. cap.4. de confir. n.10.* Et in hoc sensu do manum asserentibus ante consecrationem electum, & confirmatum, siue in Consistorio admissum, dici Episcopum non posse, sic *gloss.1. in c.1. de Relig. dom. Abbas in cap. cum te notab. 1. vbi Addit. dq rescrip. & ibid. Felinus.*

7 Quæres quarto, num beneficia, quæ prius habebat Promouendus per electionem, & cōfirmationem, siue completam nominationem, & promotionem in Consistorio secundo habitam, vacent. Antequam respondeam noto quæstionem hanc, vel de iure solui posse, vel de stylo, & consuetudine. His adnotatis. Respondeo primum de iure per esequutionē Episcopatus, quodcumq. Ecclesiasticum vacare beneficium, quod ante promotionem erat ipsius Promoti. ex *cap. cum in cunctis, §. cum vero de elect. ibi Gloss. verbo ad quem, Innoc. Abbas, Hostiens. Ancharan. Dec. & alij cōmuniter apud Alphonsum Hoiedam in tract. de incomp. benef. part.c.4.* Deinde asserto hanc vacationem ipso iure sequi hic *Oldradus cons.14.* cum quæritur *Cal. cons.1. de transl. Prælat Hostiens. in summ. de elect. §. quo tempore vers. quod autem, Abb. in dictum §. cum vero cap. cit. cum in cunctis, Gigas de pensio. q.56. n.4. & alij communiter.* Tertio aio quatuor ad hanc beneficiorum prius obtentorum vacationem desiderari ex iure, prouisionem, confirmationem, consecrationem, & possessionis assecutionem per *alleg. §. cum vero, vbi Butrus, Abb. Cardinalis,* & reliqui communiter *Rebuff. in concordatis tit. de mand. Apostol. §. statuimus, & titul. Ecclesias Cathedrales Roman. cons.335. colum.1.* Quarto dico de stylo Curiæ stari, atq. à Papa quispiam promotus fuerit ad Episcopatum, eius beneficia conferri posse, tanquam fere vacantia, non expectata consecratione, sic *Abb. et Dec. in dictum §. cum vero Io. And. in clem.1. gloss. in verbo collocato, vt lite pendente, Mandos. de benef. vacantib. per permutationem q.4. n.4. Ferrer. cons.53. n.6. Horeda cit. num.14. Cassad. dec.2. de constitutione.*

8 Quinto animaduerto *ex cit. Ferrerio* etiamsi dicta beneficia conferri possint, minimè tamē dici absolutè vacare, non adepta possessione Præsulatus ab illo, cuius erant, & decisum fuit in vna *Panormitana beneficiorum coram D. Accorambono 9. Ianuarij 1548. apud Mandos. citat. & apud Caputaquensem dec.401. part.2. & in alia Senensi 23. Iunij 1573. coram Decan. Plura leges apud Flamin. Paris. de resign. benef. libr.3.*

9 *q.1. n.78.* Quamobrem teste *Vgolino* collatio horum beneficiorum effectum habere non debet, ante Promoti consecrationem, atquè Episcopatus possessionem, quam ni adipiscatur propria amittere non debet beneficia è *cap. si quis iam translatus 21. q.2. & cap. si qui Episcopi dist.92. vbi Gloss. verbo vbi prius*, quæ rectè monet etiamsi beneficia prius à Promoto possessa fuissent alijs collata, esse tamen Promoto restituenda, si adeptus non fuerit per veram, pacificamq. possessionem propriam, ad quam promotus est, Ecclesiam per varia ibi citata iu-

10 ra. Demum ait non solum beneficia, sed etiam pen-

Digitized by Google

pensiones vacare, siue extingui per promotionem ad Episcopatum, ni habeatur à Pontifice, vt de stylo solet, facultas eas retinendi, Auctore *Gigant.de pens.quæst.*56. & habetur decisum apud *Caputaquensem decis.*303.*part.*2. & 304. 400.& 401.*eadem part.*2. estq. communis sententia apud *Azorium Instit.moral.part.*2.*lib.*8. *cap.*10.*q.*2.*Vgolinum de potest.Episc.c.*1.*§.*2.*nu.* 3.*ad fin.*

11 Quid autem sentiendum sit de pensione, quæ erat Promoto super Ecclesiam, quam deindè adeptus est, & postmodum dimittit, an illa pensio reuiuiscat, dicendum puto cum *Gigante de pensionibus quæst.* 49. in hoc euentu Episcopum Episcopatui renunciantem ex obedientia Summi Pontificis ex qua ad alteram Ecclesiam tranfit, non amittere pensionem, quã habebat prius super illam Ecclesiam, secus vero si absolutè pro arbitratu se Episcopatu abdicaret: quod probari potest ex variis allatis *text.à citato Auctore à num.*6.*vsq.ad* 8.

12 Ex his fit primo. Euectum ad Episcopatum non posse renunciare in fauorem alicuius beneficia, quæ antea obtinebat, sic *Oxeda tractatu de incompossibilitate beneficiorum* 1.*par.c.*4. *num.*11.*Rebuffus in concordatis titul.de mãdat. Apostolic.§.vlt.*& ratio est, tùm quia, qui nullum ius habet supra aliquod, de illo disponere nequit: atqui promotus ad Episcopatum nullum habet ius ad beneficia prius possessa, re ipsa nunc vacantia, ergo. Tum quia cum ipso iure vacent; alienari nequeunt per *Baldum in Authentica Incestus, C.de incest.nupt.Collectan. in cap.de quibusdam colum.*1.*de pœnit. Parisius cons.*26.*num.*57.*& consil.*65.*num.*67.*volum.*3. *aliquèapud eumdem Flaminium idem de resignat.benefic.libr.*3.*quæst.*1.*&* 80. *Cald.de translatione Præs. consil.*1. Quæ rationes cum probent de iam completè promoto, à contrario videntur probare de perfectè non Promoto, vt esset electus non confirmatus, vel non omnino admissus in Consistorio.

13 Fit secundo dicta beneficia conferri posse, nulla expectata sententia declaratoria, neq. citato possessore, sic *Bald.in dictum cap.cum inuncti in princ. de elect. & in cap.*2. *de fraudis siue culp.admiss. Abbas in cap.accept.de restitut. spoliat. Card.in clem.*1.*notab.*15.*de pœnit. Mandos. in addict. Adlap.alleg.*16.

14 Fit tertio teneri Præsulem in conscientia beneficijs prius possessis, consequuto Episcopatu, se abdicare. Quæ si de facto retineret, ad restitutionem obligaretur fructuum ex communi sententia apud *Tiraquellum in l.si vnquam, versic.reuertar.num.*291.*&* 292: *& denceps, C.de reuocan.donat.& apud Paris. libr.*3. *de resignat.q.*1.*num.*81.*&* 82. Licet id non sequatur ex ratione, qua hi mouentur Auctores, quia nimirum ad pœnam, ad quam quis damnatus fuerit, obligatur in conscientiæ foro; etenim pœna, vt pœna, & propriè sumpta culpam supponit, *l.Sancimus, C.de pœnis*, nequè imponi potest absquè culpa, *l.absentem.ff.de pœnis.* Est

15 enim pœna supplicium, quo quis ob delictum afficitur, estquè punitio delicti ex communi Theologorum sententia. Sed ratio, qua moueor, est quia sicut contingit cum quis, re sua ipso iure priuatur, de re illa disponere non potest, ita in casu nostro; cum supra dixerimus ipso iure beneficijs antea habitis priuari, atquè amittere Promotum in Episcopum per promotionem, vel translationem, & possessionem ciuilem, & naturalem Episcopatus. fauet *Abbas in cap.extirpande, §.qui vero de præbendis, Felinus in cap.inquisit.volum.*2. *de accusat.* & scitè scribitur *à Rota* 5. *Iulij* 1538. *in vna Cracouiensi Decanatus coram Mædan. eodem text. in recoll.manuscripta decision.*26. *apud cit.Paris.num.* 82. qui nequè Promouendum ait renunciare posse beneficijs, quę antea habebat per *regul.*21.*Cancellariæ Sixti V.* quam dictus Auctor *num.*83. trãscribit. Ex hac autem carentia iuris, qua laborat, qui Promotus est ad Episcopatum, manat obligatio restitutionis, si perceperit, vel retinuerit fructus, qui ipsius non sunt.

16 Infertur quarta, allatam doctrinam nonnullas subire limitationes. Prima est, nisi Papa, vt de more solet, ad petitionem, vt supra in forma relationis, & schedulæ à nobis descriptæ indicauimus, retentionem concesserit prius obtẽtorum beneficiorum: ità *Gigas tract.de pension. q.*56.*n.*4.*Rebuff.in prax.tit.de dispens. de non resident.n* 77.*Caputaquensis dec.*303.*part.*2. *Mandos.de regul.de benef.vacant.per promot.q.*4.*n.*4 In hoc enim casu ex dispensatione Pontificia potest retinere, siue renunciare; cum supponatur ex eadem dispositione nunc posse quempiam plura beneficia Ecclesiastica habere, *Gloss.in cap. quia in tantum de præb. & cap. dudum il secondo de elect speculator in titul. de dispens.§.dicendum, Lambertinus tract. de Iurepatronatus par.*1.*lib.*2.*q.*7.*principali art.*5.*& Expositores cap. de multa de præb. Nauarr. in Manual c.*25.*n.*125.*& Hoyeda de incompossibili beneficiorum part.*2.*c.*22.*& vlt.* sic in commendam dari solet beneficium simplex vacans etiã per resignationem, quę sæpè admittitur, attenta præsertim fructuum mensæ Episcopalis tenuitate sub hac formula *supplicat, &c. deuotat creatura vestra N. Episcopus N. quatenus, resignationem huiusmodi admittendo, &c. beneficiũ prædictum, &c. eidem N. Episcopo per eum quoad vixerit etiã vna cum Ecclesia N. &c. ac sex, seu septem perpetuis simplicibus, &c. beneficijs Ecclesiasticis, quæ in titulum, vel commendam ex concessione, & dispensatione Apostolica obtinet, ac quorum fructus, &c. non excedunt, tenendum, &c.*

17 Secũda limitatio est in Promotis ad Episcopatus in partibus infidelium. Ratio est, quia maximè contra æquitatem esset, cum taliter Promotus possessionem assequi minimè posset sui Episcopatus, quando nequè ad aliquam obligatur diligentiam ad eum assequendum, quæ quidem frustra adhiberetur, *l. vltim. §. quis ordo in bonor.possession.seruat.l.extipulatio, §.diuus, ff.vt legat.nomin. caueat*, obligari ad abdicationem beneficiorum, quæ vacare non censentur, iuxtà supradicta *membr.* 3. *quæst.* 4. *num.*74. non intercedente possessione Præsulatus cum effectu, ad quem ille euectus est.

Digitized by Google

Neque promotus fuerit in mora ad illam possessionem capiendam, vt probè notat *Abbas in cap. cum in cunctis sæpè citat. §. cum vero in fin. vlt. notand.* Itaq. cum nihil possessione Præsulatus possit sibi vendicare, Promotus ad Ecclesiam Infidelium, nulla poterit incompatibilitas vrgere cum beneficijs, quæ prius comparata habebat. Quamobrem meritò huiusmodi Præsules vulgò nulla tenentes appellari solent, inter quos, ac alios Episcopos reales redditus verè possidentes magna intercedit differentia, ità *Bald. in authent. licentiam, C. de Episcopis, & Clericis, Ripa respons. 23. & 25. de legibus libr. 1. Sarrianus de annal. quæst. 47. Felinus in cap. postulasti num. 7. de rescript. Bursatius cons. 152. lib. 4.* Non me latet *Cardinalem in clement. in plerisque ante finem de elect. & Rebuff. super concordata de mandato Apostolico, §. statuimus*, docere in contrariam abire sententiam sentio cū *Mandosio in reg. 27. Cancell. benefic. vacant. per promot quæst. 4. Alphonsus Hozeda de de incompatib. benefic. 1. part. cap. 4. ad finem, Anastasius Germonius de Indultis, §. si verò illa num. 26. Parisius de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 1. num. 89. Pegolin de offic. & potest. Episcop. cap. 1. §. 2. num. 3. versic. excipitur; fauet Ruta in vna Panormitana beneficiorum apud Accorabonum 9. Iunij 1548.*

18 Quod autem diximus de Episcopatu sentiendum est de Abbatia; non posse Promotum ad Abbatiam, renuntiare beneficia prius obtenta, quippè quæ vacant statim post pacificam possessionem etiam ante benedictionem, vt videre est apud *Abbatem in cap. quanto de offic. ordin. Oldradum, & alios citatos à Parisio modo allegato num. 96. apud quem l. quid de duo-*
19 *bus beneficijs curatis*, num compatibilia sint, & alterum vacet per consequutionem alterius. De Personatu, de Ecclesiastica dignitate, de Canonicatu, num impossibilitatem habeant cum alijs eiusdem rationis, vacentq. similesq. alias inuenies comparationes, quas expendere nostri non est instituti, probè tamen *laudatus Auctor* explicat *ad finem vsq. cit. quæst.*

20 Tertia limitatio si Præsul non excipereturà Populo, vt rectè *citat. Pegolinus*, ratio est eadē, cum ad vacationem beneficiorum prius obtentorum pacifica requiratur possessio, quæ tū dari dicitur, cum possessor neq. de iure, neq. de facto per litem aliquā turbatur; ita *glos. in cap. commissa, §. annus de elect. Abbas c. r. confir. vtili, vel inutili, & alij.*

21 Quarta limitatio, quando non posset excipere fructus Episcopatus, ad illum iam Promotus etiamsi eius possessionem consequutus pacificè fuerit, tunc enim posset fructus beneficiorū antea adeptorum percipere, sic *glos. in cap. si tibi concesso, verbo vacare de præb. lib. 6. Tuschus lit. B. concl. 21. n. 24. & 26. Anchoran. cons. 328.* apud quos alij. Ratio autem eadem est; decet enim non subire dispendium beneficiorum antea adeptorum, Promotum, qui nullo potitur emolumento proprij Episcopatus.

22 Quæres quinto, casu, in quo Pontificia intercedit dispensatio, vt vltra tres menses à iure præscriptos consecratio differatur, num hæc eadem dispensatio ad beneficiorum retentionem extendatur, quæ à consecrationis die propriè vacare cæteroquin deberent, quemadmodum supra *n. 7.* notatum est.

Prima opinio est dispensationem illam non extendi ad dicta beneficia retinenda, & consequenter vacare, quod ità non sint connexa, quin separari possint; ergo etiamsi differatur terminus consecrationis per eamdem non est censendus protrahi terminus vacationis beneficiorum, actu à Promoto possessorum; sic *Innocent. cap. de multa n. 2. vers. sed quid si ex dispensatione de præb. & in cap. cum in cunctis sæpè cit. de elect. n. 3. vers. item, et quando Monachus, cap. si gratiosè n. 4. de rescript. in 6. Ioan. And. in cap. cit. cum in cunctis n. 19. Hostiensis ibidem nu. 26. Anastasius Germonius de Indultis, Cardinalis, §. si verò illa n. 18.* Quam tamen sententiam limitat *Hostiens. & Ioan. And. citat.* nisi dispensatio fuisset concessa motu proprio.

Cæterum contrariam sententiam, & communem, & veram absolutè pronuntio, ex qua sentio nullo pacto dicta beneficia vacare vltra illos tres menses. Ratio est, quia dispensatio non ità strictè intelligenda est, quin ad necessario, & inseparabiliter connexa extendatur, nè suo fruſtretur effectu, vt omnes fatentur.

23 Sic quando dispensatur cum minore ad habēdum beneficium Parochiale, dispensatur consequenter, nè intra annum Sacerdotio teneatur initiari, & ne incurrat pœnam decretam in *cap. licet Canon de elect. n. 6.* & ratio est, quia necessariam habet connexionem ætas, in qua ille ad dictum beneficium dispensatur cum inceptitudine ad Sacerdotium ineundum intra annum; sic probè *Antonius in cap. at si Clerici de iudiijs, §. de adulterijs num. 14. Dec. cap. cum in cunctis, §. cum vero de electione in noua edit. nu. 23. & alij apud Borg. tract. de interp. dispens. n. 5.*

24 Sic pariter cum dispensatur ad plura beneficia, dispensari censetur ad licentiam non residendi in vtroq. sed in altero, vt rectè *gloss. cap. non potest, verbo retinere de præb. in 6.* & quamplures apud *Sanchez de matrimon. lib. 8. disp. 1. num. 19.* At vero vacatio beneficiorum antea possessorum à Promoto connexionem inseparabilem solum habet cum dilatione culpabili consecrationis, qualis non est, habita per legitimam dispēsationem, ergo dispensatio ne post trimestre consecratio fiat, extenditur etiam ad retentionem beneficiorum antea adeptorum.

25 Confirmatur quia, idem *Innoc. cap. de multa n. 2. de præb. comm. receptus*, merito docet minimè vacare huiusmodi beneficia consecratione dilata ob morbum Episcopi Promoti: Quod à culpa sit immunis; at non minus culpa vacat dilatio consecrationis per legitimam dispensationem Papæ, ergo, &c.

Hinc deduco si res inspiciatur in adducto casu propriè non esse dispensationis extensionem, in qua cesset beneficiū, sed potius ex eo, quod non differatur cōsecratio cum culpa, cui annexa est talis cessatio. Amplectuntur hanc sententiam *Antonius cap. cum in cunctis, §. cum vero de elect. num. 14. & ibi Abbas num. 9. Dec. in noua edit. num. 14. Felinus cap. postulasti n. 13.*

limi-

Digitized by Google

limit. 3. de rescriptis. Rebuff. in praxi benef. tract. de dispens. ad plura benef. n. 74. Everard. loco à ratione legis largæ fallent. 11. Sanchez de matrim. lib. 8. disp 1. n. 25.

26 Ad calcem demum huius disputationis illud adnotasse iuuabit, quæ de Promouendo ad Episcopatum hactenus dicta sunt, seruanda quidē esse in eorum etiam promotione, qui nominati, præsentati, aut electi fuerint ad Abbatias, Prioratus, Monasteria, aut aliorum Regularium Præfecturas, de quibus concistorialiter prouideri solet, ijsquè præsertim, quibus spiritualis vel temporalis annexa est in Populum iurisdictio, vna tamen excepta ætate, de qua nihil innouatur, vt scitè *cit. Parisius lib. 8. tom. 2. q. 5. nu. 25.* quod potiori ratione dictum volo de Abbatijs, quippèquæ æquiparantur Episcopatibus, Auctore *Rebuff. in Concordatis de mandat. Apost. §. statuimus è variis testibus*, quos eruditè refert *Hoyeda par. 1. de incomposs. c. 5. n. 5.*

DISPVTATIO SEXTA.

De natura, & essentiali ratione Consecrationis Episcopi.

PRæluſimus satis superioribus disputationibus, quibus ad hanc diù exoptatam, primo quidem loco intentam nostri Præsulis consecrationem, viam straimus: in cuius dilucidatione alia, quā hactenus methodo tenuimus, nō vtemur; itaq. vt reliquas expendendo Præsulatus formas, circumstantias modo Aristotelico acceptas, euoluimus, sic in præsentia easdem cōsecrationi congruas exponemus. Interim tamen illud meum lectorem admonere habeo circumstantiam *Quis* partim nos infra, dum praxim consecrationis explicabimus, dilucidaturos, partim *lib. 9.* exposituros.

CAPVT PRIMVM.

An Episcopi consecratio sit Sacramentum.

SVMMA.

Status quæstionis. n. 1.
Error Aerij Hæretici. n. 2.
Qui alij hoc errore infecti fuerunt. n. 3.
Error Lutheri circa hoc. n. 4.
Nonnulli Catholici negantes iure diuino esse distinctionem inter Episcopatum, & Sacerdotium, ex parte non discedunt ab Hæreticis. num. 5.
Episcopatus verum est Sacramentum. n. 6.
Quonam modo gratia infunditur per Sacramentum Ordinis. n. 7.

1 QVamplures esse Doctores non ignoro, qui nùm Episcopi consecrationem nanciscatur ordinis, prius volunt agitandum, quam num Sacramentum sit, imò ex illo hoc sibi necessaria consequutione videntur deducere. Verum aliter nobis agendum est, & quia ratio Sacramenti per se spectata genus est ad ordinem, qui vna illius est species, & quia, vt infra disputantes, aperiemus, licet Præsulis consecratio non esset ordo rigorosè sumptus, Sacramenti rationem saltem per quandam analogiā subiret. Hoc igitur caput tria explicanda comprehendet. Primum num ordinatio Episcopi sit Sacramentum. Secundum, num distinctum à Sacerdotio. Tertium, num iure diuino, vel humano.

2 Ad hæc autem ex instituto perpendenda coguntnos audacia, & inuidia Aerij Hæresiarchæ, contra quem, & si *lib. 1. disp. 2. c. 4.* ex parte egerimus, asserentes præstantiorem esse Episcopatum Præsbyteratu, adhuc satis eum non præstrinximus, vt prò veritate nunc præstabimus. Etenim monstrum hoc cum Eustatio eius Collega, cui posthabitus est, de insula obtinenda contendens, inuidia, atq. impietate actus in rabiem, venenum, quod liuido conceperat animo contra catholicam ausus est effundere veritatem, & quam assequi minimè poterat Episcopatus dignitatem, lacessere, affligere, soloq. pro viribus æquare conatus est. Itaq. erroribus Arij imbutus, quì cum tanta erat affinitas nominis, addidit proprios, quorū tertius erat his exaratus verbis ab *Epiphanio aduersus hæreticos hæresi 25. Quid est Episcopus ad Præsbyterum? nihil differt hic ab illo vnus enim est ordo, & vnus honor, & vna dignitas. Imponit manus Episcopus, ita etiam Præsbyter: Lauacrum dat Episcopus, similiter & Præsbyter. Dispensationem cultus diuini facit Episcopus, Præsbyter similiter: Sedet Episcopus in Throno, sedet etiam Præsbyter.*

Digitized by Google

3 Vt autem Vualdenſes, ſeù pauperes de Lugduno huic errori non ſubſcripſerunt eruditè docet *Vaſquez tomo 3. in 3. part. diſp. 221. c. 1. & nos diſp. 2. c. 4. cit.* indicauimus, & tamen infectos eſſe *Marſilium de Menandrino vulgari Idiomate dictum, de Padua*, & demum *Ioannem Vuclephum* videre eſt apud *Alphonſum de Caſtro lib. aduerſus hæreſes*, verbo Epiſcopus apud *Sanderum libr. 7. de viſibili Eccleſia hæreſi 166.* & apud laudatum *Vaſquez n. 3. 4. & 5.*

4 Non ignoro peſtē illā Orbis Lutherū, hac imò peiori nota dignū eodē detentum errore; nam non ſolum Auctore *Alphonſo de Caſtro paulo ante cit. in lib. cuius titulus eſt, contra falſa nomina ſtatuum Eccleſiæ* docuit Epiſcopos indoctos, laruaſquè eſſe Papæ, quorum regimen expūgendum eſt, ſed *lib. de captiuitate Babilonica*, omnes baptizatos per ſummam impudentiam docet æqualiter eſſe Sacerdotes: quæ doctrina, & ordinem Sacerdotalem è medio tollit, & quamcumq. diſtinctionem impiè negat, ſiue de iure diuino, ſiue de iure humano, ſeù Eccleſiaſtico inter Sacerdotalem ordinem, & Epiſcopalem.

5 Cæterum Catholicorum nonnulli neq. infimæ ſortis infra citandi ab hæreticis ex parte non diſcrepantes docuere, non diuino iure, ſed ſolum humano Epiſcopatum à Præsbyteratu differre. Verum cum horum Princeps Sanctus Hieronymus fuiſſe dicatur, cuius pium declarauimus ſenſum *cit. diſp. 2. lib. 1.* ſolum hic admoneor adnotare ex hac horum Auctorum opinione neceſſario ſequi Epiſcopatum non eſſe Sacramentum, cum ab his Auctoribus aſſeratur à Chriſto inſtitutum non fuiſſe; neq. ſatis eſt dici inductum per conſtitutionem Eccleſiaſticam, vt indicauit rectè *Vazquez diſp. 240. c. 1. n. 17.* & patebit ex infra dicendis, his adnotatis.

6 Prima ſit aſſertio. Epiſcopatus verum eſt Sacramentum. Eſt hæc concluſio adeo certa, vt hac noſtra tempeſtate abſq. graui nota negari minimè poſſit: Quam etiam de fide eſſe docet, *Petrus de Sot. lib. de inſtit. Sacerd. lect. 4. de Sacr. Ord. §. & his igitur*: Periculoſam contrariam aſſerit opinionem *Michael Medina lib. 2. de fact. hom. continentia c. 15.* verum cum *Vaſq. cit. c. 4. n. 36.* eam dico clarè deductam è *Tridentino*, à quo licet definita non ſit, eſt tamen clare indicata. Porro cum *ſeſſ. 23. c. 3.* definiuerit Concilium, Sacramentum Ordinationis conſtare verbis, & externis ſignis, Gratiam conferre, & conſequenter vnum eſſe è ſeptem Sacramentis, tùm *c. 4.* definit etiam ad Hyerarchicum ordinem præter cæteros Eccleſiaſticos gradus, Epiſcopalem ſpectare: Damnans præterea *canone 6.* negantes Hyerarchiam non eſſe iure diuino ex Epiſcopis, Præsbuteris, & Miniſtris inſtitutam, manifeſtè demonſtrauit ordinationem Epiſcopi eſſe Sacramentum, per quam decreuit gratiam conferri ſanctificantem; eſt enim Sacramentum, trita Theologorum definitione, ex *Auguſtino* deſumpta *libr. 10. de Ciu. Dei c. 5.* inuiſibilis gratiæ forma viſibilis. Inſuper idem *Tridentinum* cum docuiſſet *loc. citat.* Sacram ordinationem eſſe Sacramentum, id probat ex *2. epiſtola ad Timotheum c. 1.* quam omnium calculis de ordinatione ipſius Timothei in Epiſcopum, loqui manifeſtè conſtat. Demum *can. 3.* cum hoc ipſum definiuiſſet, addit *can. 4. Si quis dixerit per Sacram ordinationē non dari Spiritum Sanctum, ac prorsùs fruſtra Epiſcopos dicere, Accipe Spiritum Sanctum, etc. Anathema ſit.* Secundò probatur ex *1. ad Timotheum 4. noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi per Prophetiam cum impoſitione manuum Præsbyterij*: Si igitur per impoſitionem manuum gratia Timotheo data eſt, ergo conſecratio Epiſcopi, quæ per impoſitionem manuum habetur, vt infra, Sacramentum eſt. Idq. ex eo mihi efficacius perſuadeo, quia gratia græcè χάρισμα, non tantum gratiam gratis datam; 7 ſed gratiam etiam gratum facientem ſignificat, vt colligere licet ex *Epiſt. ad Roman. c. 5.* non ſicut delictum, ita & donum, græcè χάρισμα, gratiæ ſcilicet Chriſti ſanctificantis: Nequè quocumq. modo hæc gratia datur per ordinationem, ſed apta, & exigens auxilia neceſſaria ad idoneè, ac dignè tantum munus Epiſcopale obeundum. Quamobrem exiſtimo hanc gratiā explicauiſſe *Ambroſium*, & *Chryſoſtomum* per officium, & ordinem Epiſcopi quaſi per finem, ad quem dirigunatur, nempè ad hæc rectè obeunda munia, datam, quo ſenſu ad eumdem *Timotheum epiſt. 2. cap. 1. verſ. 6.* dixit Apoſtolus, *propter quam cauſam admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in et per impoſitionem manuū mearum*, intelligens gratiæ nomine gratiam ſanctificantem, vt *ad Rom. 5. verſ. 25.* gratiam oppoſitam peccato χάρισμα vocauit, & effectum gratiæ auxilia ſcilicet, & dona requiſita ad munus Epiſcopale, vt enim ad *Rom. 6. verſ. 23.* per χάρισμα vitam ſignificauit æternam, quæ effectus eſt gratiæ, ita hìc, & gratiam ſanctificantem, & eius effectum indicauit. Cum ergo per impoſitionem manuum, & ordinationem Epiſcopi, tanquam *per inſtrumentum*, gratia ſanctificans infundatur, non ſecus, ac per baptiſmi ablutionem, ſicut hoc eſt Sacramentum, ita & Epiſcopi conſecratio; quippèque ſua habet ſigna, & ſymbola, vt infra, materiam, & formam, quorum Symbolorum, vt dixi, effectus eſt gratia. Nequè à rerum non omnino ignaro reſponderi poterit, hoc de ordinatione ſimplicium Sacerdotum intelligi, cum in his ſanè locis diſertè Symbolum, ſeù ſignum externum adſtruatur cum promiſſione gratiæ, & agatur de ordinatione Timothei in Epiſcopum à Paulo creati, omnium interpretum calculis. Adde *Actorum 13. de ordinat. Epiſcop.* ſermonem haberi Pauli, & Barnabæ. Demum, vt vno verbo multa concludam, quæ adduci è Sacris literis poſſent; probatiores omnes ſententias, quibus è Scriptura Sacra Catholici probant Auctores, ordinationem eſſe Sacramentum, de ordinatione Epiſcoporum maximè probare, quæ quidem *Auctore Bellarmino tom. 2. controuerſ. libr. 1. de ſacr. Ord. cap. 5.* ſi Sacramentum non eſt, certè è Sacris literis ritè probari non poſſet, ordinationem aliquam eſſe Sacramentum. Tandem Sanctorum auctoritate probatur, quorum teſtimonia locu-

ple-

Digitized by Google

pletè tradita sunt ab eodem *Eminent. Cardinali Bellarmino lib. 1. de Sacr. Ordin. cap. 3.* nam nomine Præsbyterorum, vel Sacerdotum Patres maiores nostri Episcopos passim significabant, vt nos *tom. 1. lib. 1. disput. 1. cap. 1. ac disput. 2. cap. 4.* prosequuti sumus, quibus à Bellarmino relatis vnum addo clarius *Ambrosij* testimonium *lib. de dignitat. Sacerdot. cap. 5. Quis dat frater Episcopalem gratiam, Deus, an homo? Responde sine dubio, Deus, sed tamen per hominem dat Deus*; Ergo ex *Ambrosio* in Præsulis ordinatione per hominem Episcopum ordinantem gratia à Deo confertur Præsuli ordinato. Et sanè cum *disput. 2. lib. 1. cap. 4.* demonstratum sit Episcopum iure diuino maiorem esse Sacerdote, eius profecto consecratio ritum aliquem exteriorem iure etiam diuino constitutum, par erat habere, per quem cum gratia concedatur, vt diximus non est, cur veram non obtineat rationem Sacramenti. Porro si è collatione gratiæ, sine qua Sacerdos non valeret ministrare Sacramenta, merito Theologi probant ordinationi Præsbyteri rationem inesse Sacramenti, quis adeò, attritæ frontis erit, qui Episcopi ordinationi eam audebit denegare? Cum Episcopus, & ea, quæ simplex Sacerdos Sacramenta, & propria conferat ordinationis, & confirmationis. Certè non esset bene consultum Ecclesiasticæ Reipublicæ, si gratia in Sacramento collata, quæ dari per ordinationem Sacerdotalem asseritur ad munia Sacerdotalia, rectè obeunda, denegaretur Episcopis dari per consecrationem ad munera, atquè officia longè præstantiora, ac difficiliora. Ex quibus omnibus hanc formo rationem Theologicam. In ordinatione Episcopali, & gratia confertur sanctificans habitualis, & potestas confirmandi, atquè ordinandi maximè, profecto supernaturalis, & ad munera, atquè ad officia ardua, & summa in Ecclesia destinatur Episcopus ordinatus, ad quæ summis indiget auxilijs supernaturalibus, ergo ordinatio, & consecratio Episcopi erit Sacramentum potiori quidem iure, quàm ordinatio Sacerdotalis, & matrimonium temporale. Adstipulatur huius conclusionis veritati, communis sententia *Canonistarum in cap. Cleros distinct. 21. & in cap. perlectis distinction. 25. necnon Theologorum Altisiodorensis 4 parte Summæ Theologalis Ioann. Moionis, Scoti, & Paludani in 4. distinct. 24. Soti ibidem quæst. 2. art. 3. & lib. 3. de iust. & iur. quæst. 1. art. 2. Petri à Soto sect. 4. de Sacramen. ordin. institut. Sacerd. Caietan. tom. 1. opusculorum opusc. 11. Bellar. sæpè citat. Vasquez laudatur, Valent. tom. 4. disputat. 9. quæst. 1. punct. 4. Oniate de Sacrament. ord. disputat. 20. dub. 6. num. 41.* Qui quidem Auctores cum ritum inspexerint consecrationis Episcopi, de quo nos infra dicturi sumus, atquè in nulla sanè alia ordinatione tantam animaduerterint sollemnitatē ab Ecclesia adhiberi, manuum scilicet impositionem, vnctionem, tot, ac tanta Sacramentalia, & ceremonias maximè Sacramenti rationem indicantes, merito senserunt, vel Episcopi consecrationem verum esse Sacramentum, vel vt supra dicebam, nullum ex ordinibus Sacramenti rationem inuoluere.

Nonnulla supererant argumenta in contrarium, quæ post assertam ordinis rationem facilius infra expendentur.

CAPVT SECVNDVM.

An Episcopi consecratio Sacramentum sit Ordinis penes varias Auctorum sententias.

SVMMA.

Status quæstionis. n. 1.
Prima refertur sententia. n. 2.
Fundamenta primæ sententiæ negantis consecrationem Episcopi esse Sacramentum. n. 3.
Secunda sententia docens consecrationem Episcopi verum esse Sacramentum, & Ordinem. num. 4.

1 SVperiori quidem capite rationem Sacramenti consecrationi tribuimus Episcopi, reliquum est, vt quænam hæc sit, explicetur; cum enim instar generis ratio Sacramenti se habeat ad hoc, vel illud comparatum, vt supra indicaui, nobis in præsentia inquirendum est, num rectè illa contrahatur, tanquam per specificam Sacri Ordinis differentiam, cum qua compositione metaphysica, vt philosophicè loquar, vnam componat metaphysicè speciem Sacramenti: nam vt optime *Bellarm. tom. 3. controu. lib. 1. de ord. cap. 7.* non idem est Ordo Sacer, & Sacramentum, nam multi existimant ordines minores esse Sacramenta, cum eos appellare non possint Ordines Sacros, vt appellantur soli tres Diaconatus, Archidiaconatus, & Præsbyteratus, *Auctore Magistro lib. 4. dist. 24.* Itaq. quærimus num Episcopatus, ita Sacramentum sit, vt verè sit Ordo Sacer.

a Duæ se se offerunt de hac quæstione sententiæ. Prima negans consecrationem Episcopi propriè ordinem esse, ac Sacramentum, & characterem imprimere, esse tamen Episcopatum impropriè ordinem, quatenus ordo sumitur pro officio ad nonnullas functiones sacras directo. Habet hæc sententia non paucos Auctores *D. Thomam in 4. distinct. 24. quæst. 3. art. 1. quæstiuncul. 2. D. Antonin. 3. part. titul. 4. cap. 6 Sanctus Bonauent. in 4. distinct. 24. 2. part. titul. 2. quæst. 3. Capreol. ibidem dist. 25. quæst. 1. art. 1. ibidem Dezam dist. 23. quæst. 2. & Riccardum ibidem art. 3. quæst. 3. ad prim. & art. 5. quæst. 2. Bartholomæum à Ledesma de Sacrament. Ord. dub. 5. 8. 9. & 10. & in dub. 5.* qui contrariam sen-

Digitized by Google

sententiam vocat temerariam. Verum vereor ne hic Auctor eam notam contraxerit, quam tot Doctorum virorum opinioni, quos infra recensemus, immeritò inurere ausus est. Sunt etiam eiusdem opinionis nonnulli Canonistæ, *Panormitanus cap. ex literis de excess. Prælatorum, Turrecremata in cap. Cleros dist. 21. num. 16 & 17. Couarruuias libr. 1. variar. resolut. cap. 10. num. 15.* & è Summistis *Siluester ordo 1. quæst. 1. dub. 3.* apud quem *Rosella ordo 1. n. 4. Tabienna verbo Episcopus quæst. 8. Bonac. disputat. 8. P. nu. 3. ad finem.* Primum horum Auctorum fundamentum est, quia Sacramentum ordinis ad Eucharistiam refertur, quatenus actu perficitur, vel præparatione rerum ad id necessariarum, ad quam inferiores inseruiunt ordines, vel ipsius perfectioni operis, ad quam Sacerdotium ordinatur. Episcopatus autem remotè solum ad collationem ipsorum ordinum se habet: non est igitur ordo. Secundo si Episcopatus, ordinis haberet rationem, octo sanè numerarentur ordines, ac totidem Sacramenta contra *Trident. sess. 23. cap. 2.* communemque Ecclesiæ sensum, septem tantum agnoscentis, & numerantis Sacramenta, ergo, &c. Tertio si Episcopatus esset ordo, posset aliquis non Sacerdos in Episcopum ordinari, & consequenter posset Eucharistiam consecrare, quod est absurdum: Probatur antecedens, Ordo superior inferiorem è Sacramenti necessitate non prærequirit; posset igitur Sacerdotio non insignitus in Episcopum cõsecrari, qui quidem cum inferiorem Sacerdotij ordinem virtute saltem contineret, posset officio, ac potestate Sacerdotis fungi ad Hostiam consecrandam, non secus atq. Sacerdos officio potest fungi Diaconi, & si Diaconus non esset. Demum quia si Episcopatus esset ordo, daretur Ordo Ecclesiasticus Sacerdotio perfectior contra Doctorum consensum, cum enim ordines per habitudinem ad Eucharistiam instituti sint; neq. perfectior illo inueniatur, quo à Sacerdote conficitur, consequens est, vt hoc cæteris omnibus præstet.

4 Secunda sententia huic est opposita docens, Episcopatum, & esse verum Sacramentum, & proprium esse ordinem. Est communis *Canonistarum in cap. vnico de ord. ab Episcopo, qui Episcopatum renunciauit, teste Couarruuia supra citat. & habetur à Gloss. in proemio 6. verbo Episcopus ab Abbate tum in cap. citat. tum in cap. aqua de consecrat. Ecclesiæ.* Nec desunt Theologi *Caietan. tom. 1. opusculorum tractatu 11. de modo tradendi ordines, Petrus à Soto sect. 4. de ord.* qui tanquam de fide esse tenendam docet *Altisiodorensis 4. part. summ. tractat. 8. quæst. 1. Maior, & Almainus in 4 dist. 24. quæst. 1 ibidem, Durandus quæst. 6. & Palatius quæst. 7. Bellarm. controuers. tom. 3. de Sacr. ord. lib. 1. cap. 5. Vasquez in 3 par. tom. 3. disp. 240. cap. 4.* asserens contrariam absq. dubio sine graui nota defendi non posse, *Valentia tom. 4 disput. 9. de Sacr. Ord. quæst. 1. par. 4.* qui quidem *§. quod cum Durandus*, putat, si D. Thomas in Partibus suis Theologicis hanc agitauisset quæstionem, oppositum sanè fuisse sensurum *Conink de Sacr. Ord. disput. 20. dub. 6. nu. 41. Nauarrus summ. lat. cap. 22. num. 18. Sà verbo ordo num. 7. Fornarius cap. 1. de ordine, & alij Recentiores.* Horum Auctorum sensus cum maximè catholicæ consentaneus sit veritati, magisq. ab hæreticorũ discrepet ineptijs, mihi arridet, quem, de more si prius pauca prænotauerim aliquibus exponam assertionibus.

CAPVT TERTIVM.

Vera sententia de Consecrationis Episcopalis Sacramento à Sacerdotio distincto.

SVMMA.

Quid sit Ordo sub latiori acceptione sumptus: num. 1.
Quid sit Ordo ad Ecclesiasticam Rempublicam contractus. n. 2.
Episcopatus est ordo pro gradu in Ecclesia sumptus n. 3.
Episcopatus est in omni rigore ordo. n. 4.
Distinctio inter Sacramentum consecrationis Episcopi, & Sacerdotis est iuris diuini. n. 5.
Duo Sacramenta ordinis, & confirmationis proprièe esse Episcopi. n. 6.
Aliquando simplices Sacerdotes confirmarunt id ex delegatione, vel permissione fecerũt. num. 7.

1 OMissa latiore Ordinis acceptione, de qua *Augustinus libr. 9. de Ciuitate Dei cap. 13. & Aristoteles 12. Metaphysices cap. 10. text. 52.* Quæ est rerum parium, disparium q. sua loca tribuens dispositio, quo pacto hic non accipitur ordo.

2 Notandum primo Ordinem ad Ecclesiasticam Rempublicam contractum bifariè accipi posse; primum pro gradu, seù statu Clericorum eminenti ad certas Ecclesiasticas functiones, & munia consecratorum, vt probè *Scotus in 4. dist. 24. q. 1. §. circa quæstionem.* Secundo pro actione ipsa Sacra, qua huiusmodi homines Deo Sancti consecrantur.

Notandum secundò hanc actionem, consecrationem, seù ordinationem tum ex *Magistro in 4. dist. 24. lit. R. tum ex alijs Theologis*, ità definiri; Sacramentum, quo spiritualis significatur, ac traditur potestas aliquo modo destinata ad venerabilem Eucharistiam ritè pera-gendam.

3 His breui notatis, prima sit assertio, Episcopatus est ordo Ecclesiasticus primo modo sumptus. Placitum hoc commune quidem est tum

Digitized by Google

tùm *Doctorum primæ sententiæ, tum secundæ*; & præterea probatur, quia eminens illegradus in Ecclesiastica Republica instar gradus equestris Nobiliũ, & Senatorum, quo in Republica carere Plebei dicuntur, cùi potiori conuenit iure, non video, quam Sacris Præsulibus, siue ratione summæ, quam adepti sunt in Ecclesia, dignitatis, siue ratione functionum Episcopi propriarum, vt mox dicemus, siue ob specialem firmitatem, stabilitatemquè ab ordine Ecclesiastico requisitam, & consecratione collatam, vt optimè sensu catholico contrà nouatores Hæreticos aduertit *Egid. Conink disp. 20. de ord. dub. 1. n. 4.* quam quidem stabilitatem, vt aptè sibi Episcopatus adsciscit, docuimus *tom. 1. lib. 1. disput. 1. c. 3. & 4. necnon disput. 2. c. 1.*

4 Secunda sit assertio. Episcopatus verus, & proprius est ordo sub propria significatione acceptus. Probatur ex applicatione definitionis supra *notabil. 2.* ex communi Doctorum sensu traditæ; nam consecrationem Episcopi esse Sacramentum *superiori cap.* probatum est. Ex quo pariter deducere licet, & spiritualem potestatem significari, ac tradi omnibus, qui ordine potiuntur Ecclesiastico, ideoq. relati ad Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. Secundo probatur ex *cap. 1. dist. 32. adiunctis Glossa verbo à capite, ac Tridentino sup. cap. perpenso.*

Tertio Episcopi ordinatio tria continet ad verum Sacramentum ordinis necessaria, primum externum ritum: Secundum eius diuinitus traditam institutionem: Tertium collationem gratiæ, igitur est verum Sacramentum Ordinis. Consequentia certa est non apud Catholicos modo, sed apud etiam Hæreticos; Tota verò difficultas in antecedenti propositione sita est, quæ quidem quoad primam partem negari minimè potest, etenim ordinatio Episcopi, ità fit semper, vt liquet authoritate *Pauli 1. ad Timotheum 4.* cum impositione manuũ Præsbyterij: & *secunda ad eumdem Timotheum c. 1. Resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum.* Nec non ritu Romano, quem infra fusè perpendemus è Rituali; ergo consecratio ritu fit externo, quo confertur gratia, vt superiore prosequuti sumus capite. Confirmatur, quia si quis ad aliquod officium, seu dignitatem eleuaretur à Deo, in cuius exercitio gratia requireretur, hanc ipsam gratiam ab eodem Deo reciperet, quippè qui dum aliquem tanquam ad finem vocat, vocat, & dat ea, quæ sunt ad illum finem; vocansq. ad dignitatem, dat ad eam gratiam necessariam; sed Episcopus in suis functionibus, certè difficilibus, indiget gratia tum actuali, tum habituali, præsertim dum ordinat, confirmat, & consecrat, secus mortaliter peccat; ergo in sui consecratione gratiam recipit. Superest secundum requisitum è tribus indicatis, probandum, hunc scilicet ritum diuinitus institutum esse, ex quo maximè veritas superioris capitis dilucidatur. Porro noster *Vasquez 3. tom. in 3. par. disp. 240. c. 3.* acutè probat Episcopatum à Christo Domino primò institutum, deindè Sacramentum, & ordinem esse, à quo non discrepamus, solum aduertimus, & ex eo, quod talis ritus hoc pacto à Christo institutus sit, posse ostendi Sacramentum, & etiam ex alijs momentis superiori capite adductis, quæ maximè ex hac institutione corroborantur, quæ institutio, tùm ratione ritus externi, tum Sacramenti, tum gratiæ productionis adiunctæ, Episcopi consecrationem, verum esse Ordinis Sacramentum demõstrat. Et quidem nostri Præsulis consecrationem à Christo Domino institutam docent *Durand. in 4. dist. q. 5. nu. 9. Paladan eadem dist. q. 2. art. 3. n. 13. & 14. Supplementum Gabriel. ibidem quæst. vnica dub. 6. Maior eadem dist. 24. q. 1. colum. 2. §. sequent. Almainus ibidem quæst. vnica art. 2. ad finem, Nauarr. in summ. c. 22. n. 18. Petrus Sotus lib. de institut. Sacerd. lect. 4. de Sacram. Ord. §. ex his ergo, & alij*, quos citat, & sequitur *laudatus Vasquez n. 25.* qui *nu. 26.* punctum hoc negari absq. hæresis nota minimè posse merito docet; Est enim expressè definitum *à Trident. Concil.* vt superiori capite indicaui; nam *canone 3.* in vniuersum definit Ordinem Sacramentum esse, & *can. 4.* ex impressione Characteris sacros initiatis ordine facta, decernit laicos iterum fieri nõ posse contra Hæreticos, & eos præsertim, qui docent omnes pari potestate potiri, omnesq. Christianos promiscuè Sacerdotes esse, Hierarchiam Ecclesiasticam confundentes, ad quã & Episcopos Presbyteris Superiores pertinere dicit, quorum aliqua sunt propria ministeria, quæ ab alijs fieri nequeunt, ac demum hanc ipsam Hierarchiam iure diuino constitutam Patres Concilij hisce decernunt. *Si quis dixerit in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Præsbyteris, & Ministris, Anathema sit, vt nos tom. 1. lib. 1. disp. 2. c. 4.* prosequuti sumus. Tertiũ autem requisitum ad rationem Sacramenti ordinis, collatio scilicet gratiæ, superiori capite demonstratum est; ergo consecratio Episcopi veram habet rationem Sacramenti ordinis.

5 Hinc Tertia sit assertio, distinctio inter Sacramentũ consecrationis Episcopalis, & Sacerdotalis est iuris diuini. Cõclusio hæc ex his deducitur, quæ locupletè *tom. 1. lib. 1. disp. 2. cap. 4.* dicta sunt, vbi tum potestate ordinis, tùm iurisdictionis maiorem esse Præsulatum Præsbyteratu docuimus, idq. iure diuino. Probatur præterea auctoritate *Anacleti Martyris, atq. Pontificis IV. à S. Petro epist. 3. c. 1. hæc habentis. Sacerdotum, fratres, ordo bipartitus est, & sicut Dominus illum cõstituit à nullo debet perturbari:* quo testimonio quid clarius possit adduci, non video. Deindè postquam Episcopatum asseruisset idem Pontifex ordinem sub Apostolis traditum fuisse, atq. eorum loco institutum, ordinationem verò Sacerdotum loco 70. duorũ discipulorum assertam; ad finẽ addit. *Amplius quam isti duo ordines Sacerdotũ, nec nobis à Deo collati sunt, neq. Apostoli docuerunt*, non quia cæteros negauit ordines, sed vt Chore Episcopos excluderet, vt probè notauit *Vasquez cit. c. 5. n. 9. & disp. 238. c. 3. n. 27.* Quibus veritatem hanc, & à Christo traditam esse, & Apostolica traditione certam insinuat. Perturbantur igitur

non

Digitized by Google

non solum ab Hæreticis, sed à Catholicis quibuscumq. hi ordines si asserantur iure diuino non esse distincti. Dices *eumdem Summ. Pontificem c.3.* distribuisse ordinem Episcoporum in Primates, & Patriarchas, qui quidem ordines distincti minimè sunt. Verum ipsius Pontificis verba huius instantiæ solutionem exhibeant. *Episcoporum, ait, ordo vnus est, licet sint Primates illi, etc.* ac si dicat, vt probè *Vasquez cit. n.29.* vnus iure diuino est Episcoporum ordo, licet in Primates, Patriarchas, & cæteros postmodũ Ecclesiastico iure, sit distinctus.

Demum duo Sacramenta Episcopum agnoscere proprium Ministrum *3.tom.* Deo dante, è consensu totius Ecclesiæ dicemus cum *Eugenio IV. in Conc. Florentino in decreto fidei post vltimam sess. atq. è Tridentino sess.7. can.3. de confirm. & sess.23.c.4. atq. ab Eusebio Papa in epist 3. quæ est ad Episcopos Campaniæ. Manus quoq. impositionis Sacramentum magna veneratione tenendum est, quod ab alijs perfici non põt, nisi à Summis Sacerdotibus, nec tempore Apostolorum ab alijs, quã ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur peractum esse, nec ab alijs, sicut iam dictũ est, quam ab illis, qui eorum locum tenent vnquã perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur, & vacuum, neq. inter Ecclesiastica vnquam reputabitur Sacramenta.* Adstipulatur *Innocentius I. ac decernit epist.1.* quæ est ad Decentium Episcopum Eugubinum.

Ex hac assertione deducere licet tenebrionẽ illum Aërium non adeò in suis tenebris cecutijsse, vt non videret ex diuersitate ministeriorum, ordinum colligi distinctionẽ, eaq. propter vt probaret nullum esse discrimen inter Episcopũ, ac Præsbyterũ, vnũ, & eumdẽ eorũ ordinẽ esse, impiè docuit, easdẽ vtriusq. esse functiones, quemadmodum scitè notauit *Vasquez tom. 3. in 3.par. disp.240.c.3.nu.32.* Verum Aërius noctuas tulit Athenas; Porro nos è catholica doctrina, propria Episcopis ministeria assignauimus, idq. ex iure diuino, sacros conferendi ordines confirmandi, & nonnulla consacrandi, & propriè etiam discrimen esse inter Antistites, & simplices Sacerdotes iure diuino, adstruimus, & cũ Epiphanio aduersus *eumd. Aërium c.1.* ex diuersis ministerijs Episcoporum, ac simplicium Sacerdotum, quod hi præsertim filios per baptismum, & Pœnitentiam: Episcopi vero patres in Ecclesia generant, nempè Sacerdotes ipsos, ideoq. iure diuino deducimus palmare inter illos discrimen.

7 Neq. huic doctrinæ officit, simplices Sacerdotes nonnunquam confirmationis contulisse Sacramentum; eum id, vel fecerint ex sola commissione, seù delegatione, vel ex sola *Gregorij Magni* permissione, vt suo loco *3.tom.* fusius dicemus.

Auctoritati Hieronymi adductæ in contrarium quid dicendum sit, constat ex *disp. illa 2. cit. lib.1.* superest, vt contrarijs satisfaciamus argumentis, quod sequenti capite præstabimus.

CAPVT QVARTVM.

Soluuntur argumenta contraria pro prima sententia relata.

SVMMA.

Episcopatus vt ordo ad Eucharistiam ordinatur. num.1.
Potior est habitudo Episcopatus ad Eucharistiam, quam Subdiaconatus, ac Diaconatus. num.2.
Non est nouum asserere plures quam septem esse ordines. n.3.
Nouem esse Ordines dicunt Canonistæ. n.4.
Probabilis opinio est asserens ordines esse octo. num.5.
Admittitur septenario numero contineri ordines, & in quo sensu. n.6.
Non est definitum à Concilijs, num septem sint ordines vnitate specifica, vel generica. n.7.
Qua ratione præstantior aliquo pacto sit in Episcopo potestas Eucharistiam conficiendi. num.8.
Vnitas, & pluralitas Sacramenti ordinis, Extremæ vnctionis, & Eucharistiæ declaratur. num.9.
De potentia saltem ordinaria non potest Episcopus ordinari, qui non initietur, vel initiatus nõ sit Sacerdotio. n.1.
Cur Episcopatus Sacerdotium inuoluat, & potestatem consecrandi, & absoluendi. n.11.
Qua ratione Episcopatus maior sit Sacerdotio. num.12.
Nec bene explicatur ex maiori intentione. n.13.
Lumen gloriæ perfectius est visione beata. n.14.
Per pulchra comparatio inter ordinem, Episcopalem, & Sacerdotalem, atq. inter lumen gloriæ, & visionem beatam. n.15.

PRimo argumento pro prima sententia relato *cap.1.* Respondet *Vasquez sæpè citat. cap.5. num.51.* negans desumendam esse per solum respectum ministerij ad Eucharistiæ consecrationem relati. quid enim, ait, obstare potest, quominus etiam per respectum ad consecrandos, atq. ordinandos Sacerdotes Eucharistiæ Ministros possit ordo constitui, qualis est Episcopatus? Verum ne à communi Doctorum definitione recedamus; cum turpe semper existimauerim rerum definitiones à maioribus nostris scitè
1 traditas non venerari, nè dum eis nostras præferre, Admissa maiori illius argumenti propositione; ad minorem, negamus Episcopatum non ordinari ad Eucharistiam, non modo rerum præparatione, dum actu perficitur; ordinatur enim ad consecranda vasa, sine quibus

rite

rite perfici minimè poteſt Euchariſtia. Deindè cum *Vaſquez* in hoc ſentimus, abſq. fundamẽto, neque ex mente Maiorum, contrarios Auctores illam appoſuiſſe particulam in definitione ordinis, hunc nempè referri ad Euchariſtiam, dum actu perficitur, in eo ſenſu, quaſi ſatis non eſſet ad ipſam referri abſolutè ſumptã. Quamobrem ſatis eſſe dicimus ſi ordo referatur ad initiandos Sacerdotes, alioſq. miniſtros omnes ad Euchariſtiæ conſecrationem neceſſarios. Imo ſi velint Contrarij illam clauſulam in rigore exponendam eſſe, ſequitur profectò, vel Subdiaconatum, & Diaconatum non eſſe ordines, vel potiori iure Epiſcopatum ordinis rationem ſubire; qui quidem multo magis ad Euchariſtiam refertur, quam illi, quippèquæ abſquè illorum ordinum miniſterio confici poſſit; non ſine miniſterio Præſulis, ſine quo Sacerdotes nullatenus eſſent ad conſecrãdam Euchariſtiam neceſſarij. Et vt argumentum in eos contorqueam ſic argumentor. Quãdo hi Auctores dicunt, ordinem, vt Sacramentum importare habitudinem ad Euchariſtiã, intelligunt de habitudine immediata in conſecrando tantum, & contra ſe ipſos dicunt, qui aſſerunt, ſaltem Subdiaconatum, ac Diaconatum verum eſſe Sacramentum ordinis, cum hac habitudine careant; vel intelligunt etiam indiſponendo ad conſecrationem, vel conſecrati ſuſceptionem, & planè ſecum ipſi pugnãt, quia ſicut poteſtas Diaconatus, & Subdiaconatus refertur ad diſponendum, vel ad conſecrationem, vel ad conſecrati ſumptionem, ità poteſtas Epiſcopi refertur ad ordinandum miniſtrum neceſſarium ad Euchariſtiæ conſecrationem, & ſicut dicitur præſtantior habitudo, quam habet conſecrans ea, quam habet Recipiens Euchariſtiam, ità præſtantior eſt habitudo Epiſcopi alia quacumq. aliorum ordinum.

2 Ad ſecundum argumentum primo dicimus rem nouam minimè nos tradituros, ſi plures ordines, quam ſeptem eſſe pronunciaremus.

4 Nouem enim contendunt, primam tonſuram, & Epiſcopatum, de quo diſputamus, ſeptem ordinibus communiter receptis addentes *Canoniſtæ in in cap cum contingat de ætate, & qualitate per eumdem textum, & per cap. Cleros 21. diſt. cap. perlectis 25. diſtinct.* nec deſunt, qui varias huius numeri afferunt coniecturas non improbabiles, quibus omnibus liberalior *Tilmanus lib. de Sacramentis cap. 3.* Pſalmiſtarum,

5 ſiuè Cantorum adiungit ordinem alium, cui fauet *Conſilium Carthaginenſe 4. can. 10.* Deindè ſi octo eſſe ordines aſſeramus probabilem ſanè ſententiam amplecti videmur, & præter ſeptem, qui vni, & eidem ordinariè ſolent conferri, & paſſim exponuntur ab Auctoribus ſeptenario numero ſcribentibus contineri ordines, Epiſcopatum addentes, ſentiremus enim non modo cum Canoniſtis ſuprarelatis, ſed etiam cum Theologis non infimæ notæ *Altiſiodorenſi libr. 4. ſumm cap. de ſacr. ord. quæſt. 1. Durando in 4. diſt. 24. quæſt. 6. Paludano ibidem q. 7. Vualdenſi tom. de Sacr. cap. 19. Caiet. tom. 1. opuſ. tract. 11. qui eſt de modo tradẽdi, ac recipiẽdi ordinis, Michaele Medina lib. 1. de celebr. cap. 16. Petro de Soto lib. de inſtitut. Sacerd. lect. 4. §. ex his igitur, Nauarro in manual. cap. 22. num. 18.* quiquidem ait, ſe non poſſe bona fide reſpondere *Trident. ſeſſ. 24. cap. 4.* abſolutè Epiſcopatum dicenti eſſe ordinem *Valentia diſputat. 9. quæſt. 1. de Sacrament. ordinis punct. 2. ad finem.* Nequè in contrarium vrget *Tridentinum Concilium*, quod quidem non definit vtra opinio Canoniſtarum, ac illorum, quos modo laudaui Theologorum, ac Cæterorum ſit tenenda, vt probè notauit *Nauarr. citat. num. 18. § porro ad reuertendum.* Deindè ad vberiorem doctrinam admittimus ſeptenarium ordinum numerum indicatum tum à *Florent. Conſ. in decretis Eugenij IV. quod eſt poſt ſeſſionem vlt. et à Trident. ſeſſ. 1. can. 1. & 3.* tum quia communis hæc eſt Doctorum ſententia apud *D. Thomam in ſupplemento quæſt. 32. art. 2. & apud cæteros modo relatos*, tum quia *Trident. loc. citat.* dogmaticè cum loquatur omninò videtur veros ordines enumerare, alioquin imminutam certè proferret doctrinam, quam eo ſanè loco euitare prorſus debuit; cum præſertim ibi contra Hæreticos agat, quippè qui aliquos admittentes ordines, reliquos petulanter negabant, contra quos intendit S. Synodus docere, quot, & quinam ſint. Cæterum licet hæc vera ſint, hactenus tamen definitũ nõ eſt, an ſub aliquo horũ ſeptẽ ordinũ aliæ ſpecies diſtinctæ cõtineãtur, ſed id in cõtrouerſia poſitum eſt apud Scholaſticos. Qua propter nõ deſunt, qui probabiliter id ſentiũt in ratione Sacramẽtũ de extrema vnctione propter varias vnctiones, & formas verborum, quas illa continet; iureq. potiori de Sacri ordinis Sacramento ſentire debent, nam ſinguli ordines ſeorſim conferuntur, ac propriam habent ſignificationem, & effectum gratiæ, quod non pauci docent de Euchariſtia, vt mox explicabo: & nè diù per alias materias vagetur oratio contrahatur ad Epiſcopatum, quem (& hæc ſit pro ſecunda argumenti ſolutione) ſatis, ſuperq. probabiliter cum *Scoto in 4. diſt. 24 quæſt. vnic. § ſed tunc, Maiore quæſt. 1. § circa hanc quæſtionem. Almaino quæſt. vnic. § conſequenter quæritur, Vaſquez ſæpè citat. diſp. 238. cap. 3. num. 6. & cum Eminentiſſimo Bellarmino citat. cap. 6. Conink diſp. 20. dub. 6. n. 3.* pronuncio eſſe vnum cum Sacerdotio, non ſpecie, ſed genere, ad quam declarandam ſolutionem noto, ſpeciem quamcumq. hominis v. g. compoſitione methaphyſica duabus eſſe compoſitam rationibus, altera generica, altera differentiali, & à generica hominem habere principium ſentiendi, & à ſpecifica differentia principium ratiocinandi: ſic à pari, vt per ea, quæ naturalia ſunt, ſupernaturalia cum proportione, & innoteſcant magis, & explicentur, Epiſcopatum ſpeciem quamdam eſſe dicimus omnino perfectam Sacerdotij, quæ à gradu generico, ratione ſcilicet puri Sacerdotij facultatẽ conſecrandi Euchariſtiam inuoluit, ſuper quã ſpecialiſſimam addit rationem ſacramentalem per propriam materiam, & formam Aio præterea gratiam ſignificare, ac tradere neceſſariam ad alias duas poteſtates conferendi ordines ſacros, & confirmandi. Quamobrem Epiſcopatus & adæquatè, ac totaliter ſecundum totũ, quod

Digitized by Google

includit, considerari potest, & formalissimè: Primo modo, & duas claudit rationes alteram per modum generis, alteram per modum proprijssimæ differentiæ, & formalitatis, & duos etiam characteres, vt infra, & probè indicat *Bellarm. cit. §. itaq.* Neq. seruata proportione naturali ad super naturalem, & aliquo pacto moralem video quid discriminis sit inter compositionem methaphysicam hominis, & Episcopatus, quam vnum, vel alterum, quod prima fronte perspicuo apparet. Etenim, quod perfectius est principium, nempè ratiocinandi habet homo; à differentia, graduq. specifico addere enim huiusmodi differentiam aliquid perfectionis mihi exploratū est è definitione tradita à *Porphirio*, differentia est id, quo species excedit genus; at vero Episcopatus à gradu generico Sacramenti, dicente habitudinem ad Eucharistiam, nec quomodoliber, sed immediatam per potestatem illam conficiendi, qua perfectior non datur, habet præstantiorem rationem; per specificam autem sibi minus præ-
8 stantem adscisit. Verum si penitius rem inspiciamus; etiam quoad hoc, Totum nostrum Methaphysicum Episcopatus supernaturale rectè componitur cum naturali; nam & si Episcopus; quà Sacerdos, eamdem essentialiter habeat potestatem cōficiendi Eucharistiam, ac quicumq. alius Sacerdos; nihilominus tamen per consecrationem Episcopalem complementum videtur consequi, siue expeditionem facientem ad vltimam talis potestatis perfectionem, quæ quidem expeditio in hoc sita est, vt possit hanc ipsam facultatem alijs simplicibus communicare Sacerdotibus, quos quasi generat, atq. efformat, & sicut iuuenis ætate rubustiori præstat puero, ob facultatem generatiuam expeditam, vt probè noster indicat *Vasquez citatus num. 50. ad finem*, sic Episcopus simplici præstat Sacerdoti, sic pariter *tom. 1. lib. 1. disput. 2.* indicauimus perfectius esse, quod potest facere sibi simile cum *Durando in 4. dist. 24. q. 6. num. 8.* ita, & Episcopatus se habebit per cuius collationem Sacerdos facultatem accepit, nouos creādi Sacerdotes, & suo modo, vt infra etiam Episcopos. Quamobrem hæc ipsa potestas puri Sacerdotis, & ordo Sacerdotalis supernaturalis ab Episcopali pendet, ita vt neq. esset, nisi ab hoc penderet. Deindè pendet, ita hæc eadem potestas Sacerdotalis ab Episcopali specifica ratione, quoad actum, cum possit Episcopus Sacerdotes suspendere, ad tempus interdicere, nè consecrent, vel præcipere, vt tali loco tempore, ratione, nec aliter celebrēt, vt probè *Bellarm. cit.* & sicut dicitur Papatus intrinsecè, & essentialiter Episcopatum includere, sic Episcopatus Sacerdotium, & sicut quatuor dicuntur virtutes morales, cum tamen sub se plures alias species nonnullæ illarum contineant, ita in ordinibus, dicuntur septem Ordines esto aliqui plures amplectantur species, quo etiam pacto ratiocinatus est *Vasquez laudatus de Sacramentis*, quæ absurdum nullum esse putat asserere plura, quam septem esse in specie infima, tametsi genericè non sint plura.

Objicies si ratio Sacramenti se habet instar generis, vt initio *c. 1. & 2.* diximus, quo pacto hic asserimus Sacerdotium vicem generis gerere in Methaphysica Episcopatus cōpositione. Respondeo rationem Sacramenti ab omnibus Sacramētis abstractam ad modum generis generalissimi se habere: Sacerdotij vero ratione generis immediati, vel quasi generis, quod contrahitur ad Sacerdotium simpliciter sum-
9 ptum, & ad Episcopatum. Quocirca satis, superq. probabile erit Ordinem, Extremam vnctionē, & Eucharistiam, singula esse, vnum genere Sacramentum, & sub vnoquoq. ex ijs plures contineri species talis participantes rationem Sacramenti, quæ referuntur ad vnum finē Sacri ministerij, aut ad vnum præcipuū *Sacramentum* illius generis, quod videtur *speciales* trium indicatorum Sacramentorum, ex quibus ad alia quatuor rectè duci non potest argumētum, quæ quasi partes integrantes, vel subiectiuas non habent, quibus nomen, & ratio conueniat Sacramenti, vt habent Extremaunctio, Eucharistia, & Ordo, & specialis hic Sacerdotij. Sicut igitur non est improbabile asserere species panis, & species vini consecratas cum aliqua restrictione, duo esse Sacramenta, cum horum singula vere Sacramenta ex *Trident.* dicātur *sess. 21. c. 3.* & quodāmodo completa, & specie distincta, dummodo concedatur ex eis cōpositū tale Sacramētū Eucharistiæ, simpliciter vnū in ratione conuiuij; sic potiori iure cōpleta sunt Sacramēta Sacerdotiū, & Episcopatus, esto hic sit omnino cōpletus ex vtroq. cōstitutus. Instabis in naturalibus vnam speciem ad compositionem alterius non ordinari, at verò è nostra hac solutione sequitur vnā Sacramenti speciem, Sacerdotium nempè referri, imò cōponere alteram speciem, scilicet Episcopatus. Respondeo hoc esse alterum discrimen, quod paulò ante subindicaui inter compositionem speciei naturalis, & hanc supernaturalis, neq. omnia cōponi rectè possunt in huiusmodi cōparationibus, in quibus inter ea, quæ componuntur, aliqua intercedit Analogia. Addo discrimen ex eo desumi, quia species Leonis v. g. sic est contracta ratio animalis per suam differentiam specificam, vt vltimo constituta sit specificè cum negatione compositionis alterius speciei, quam excludit: Cæterum ratio Sacramenti Sacerdotalis, ità constituit Sacerdotiū, vt quamuis in ratione puri Sacerdotij vltimo cōstituat cū negatione, atq. exclusione alterius similis Sacerdotalis Characteris, nihilominus tamē non habet ità cōstituere, vt faciat incommunicabile, atq. excludēs alterā rationē Sacramenti Ordinis, & Characteris, cū qua vnū totale fiat Sacerdotiū adequatū, & omninò completū Episcopatus, & sicut non repugnat speciei cōponere cū differentia indiuiduali *indiuiduū* aliquod, ità possumus aliquo pacto hāc Episcopatus adequatā rationem explicare; & sicut sentiendum est de singulis Sacramentis specierum panis, & vini singula esse completa in ratione cibi, & potus. incompleta vero quodammodo in ratione conuiuij, quę si lato modo plura possunt dici Sacramenta, tum quia plura continent signa partialia gratię, tum quia quę-
libet è speciebus quādā rē Sacram significant alte-

Digitized by Google

alteram nempè carnem, alteram sanguinem Christi, ità ob singulas rationes poterunt hæc duo dici Sacramenta, & duo ordines Sacerdotis, & Episcopi, quia gratiam distinctam, distinctum characterem, distinctamquè significant, & conferunt potestatem; Quapropter distinguntur distinctione includentis ab incluso; cum Episcopatus Sacerdotium includat, cui aliquid aliud addit; vnum autem genere erit Sacerdotium; & sicut omnes tenentur simile argumentum soluere de Sacramentis, quæ cum in confesso sit esse septem, vel dicendum Subdiaconatum, ac Diaconatum non esse Sacramenta, vel plura esse Sacramenta, quam septem, quod tamen argumentum à quampluribus modo a nobis indicato ad rem nostram soluitur; Deindè dico Ordinem vnum dici posse cum *Durando supra citat.* & *Sanchez lib. 7. consil. moral. cap. 1. dub. 9.* qui hanc nostram sententiam, vt probabiliorem amplectitur tanquam perfectum, & minus perfectum, quòd Episcopus sit eximius, seù primus Sacerdos, & sicut secundum sententiam horum Doctorum consecratio panis, & vini vnum constituunt Sacramentum, tanquam partes integrales Etherogenicæ, ità consecratio puri Sacerdotis, & principis Sacerdotis, id est Episcopi. Ad calcem demum solutionis huius argumenti operæ pretium erit adnotasse, quæ de Episcopatu hactenus dicta sunt propriè conuenire consecrationi Præsulis, quo nomine explicatur etiam Episcopatus, nam consecrationi, siuè Sacerdotis, siuè Episcopi propria competit ratio Sacramenti, quemadmodum competit esse signum sensibile gratiæ insensibilis. Sacerdotium verò, & Episcopatus ratione consecrationis hoc habent nomen. Præterea cum consecratio, qua Episcopus consecratur, vt signum gratiæ, & verum Sacramẽtum Sacerdotis non includat consecrationem, quam supponit, & si integrum sit gratiæ signũ absquè respectu ad aliud, consequenter fit, vt optimè notauit *Coninck citat. num. 42.* hanc consecrationem Episcopi, & consecrationem Sacerdotis posse potiori iure duo Sacramenta dici, quam ordines duo, quia in ratione Sacramenti altera, alteram non includit, in ratione autem ordinis, Episcopatus, quia perfectum statum personæ significat, omninò intrinsecè includat Præsbyteratum, vt supra dictum est, licèt non obstet, quominus ét in ratione ordinis possint dici duo modo supra declarato.

10 Ad tertium respondeo impossibile esse de potentia solum ordinaria in Episcopum initiari, qui, vel antea non fuerit Sacerdotio insignitus, vel tunc simul vtrãq. excipiat consecrationem; quia vt sæpè diximus vtraquè consecratio de essentia est Episcopatus, ea propter Episcopalis ordo formalissimè sumptus, & non adæquatè ab alia comparte pender, qua cum adæquatè constituitur, vt enim distinguitur Virginitas à castitate, quam includit, ità Episcopatus à Sacerdotio, neq. vrget paritas Diaconi, & Ptæsbyteri, quia Præsbyteratus essẽtialiter non includit Diaconatum, sicut Episcopatus Præsbyteratum, cuius est vltima perfectio, & consumatio. Addo non deesse Canonistas docentes, posse quempiam in Episcopum consecrari, qui prius Sacerdos non fuerit, addentes non posse ordinem Episcopatus exercere, si Sacerdotio non fuerit initiatus, sic è *Ioanne And. Couarr. lib. 1. variar. resolut. c. 10.* *Marcus Ant. Cuccus lib. 2. inst. maior. tit. 6. num. 20.* verum ex communi, & vera opinione, quod paulò ante dixi, certum iudico.

11 Hic quæres rationem, cur Episcopatus intrinsecè Sacerdotium inuoluat. Omissis, quas indicat, rationibus Recentior quidam, rationẽ esse aio, quia cum Episcopus essentialiter sit Pastor, & Medicus, vt vlterius demonstrauit *lib. 1. disput. 1. & 2.* facultates essentialiter sibi vendicat præstandi, tum cibum ouibus per verum Christi Corpus consecratum, tum easdem curandi per potestatem conferendi pœnitentiam, & absolutionem peccatorum, quæ quidẽ potestates Sacerdotis propriæ sunt, vel dicas duo hæc munera sibi Præsulem vendicare, siuè quà Pastor cuius interest, & pascere, & curare oues *Ezecchiel 34.* siuè qua Medicus cui, & curare, & cibare infirmos incumbit, & licet cum *Valentia disp. 9. q. 1. de Sacerd. puncto 4. & cum Canonistis modo laudatis*, admitterem us posse de potentia Dei absoluta Characterem Episcopatus, & potestates proprias Episcopales conferri, non collata prius, vel simul potestate simpliciter Sacerdotali; at ex hoc non sequitur illum, qui hoc modo per saltum tali potestate afficeretur, posse eadem vti; nam vel nulla posset fungi, vt indicabant Canonistę, vel cum non esset Sacerdos, non posset Corpus Christi conficere, vel peccata remittere, imò non esset, nec etiam in rigore, & adæquatè Episcopus, quòd Episcopatu omnibus illis potestatibus constante non polleret. Vtrum autem posset in tali casu confirmare, & ordinare *Valentia citat.* videtur negare, quo ad ordinationem Sacerdotis cum potestatem Sacerdotis ordinandi dicat habere, & qua Episcopus, & qua Sacerdos: Verum vel id concedendum iudico, cum potestatem completam videatur ad has functiones habere, vel si negandum, non quia, quatenus Sacerdos ordinat, sed quia cum Episcopatus essentialiter constet omnibus his facultatibus, non habens mere Sacerdotales, propriè non est Episcopus. Vel dicendum cum *Durando cit. n. 9.* actus reliquorum ordinum inter se non habere necessariam connexionem, vt actus Episcopalis, & Sacerdotalis; cũ enim Episcopus Sacerdotes creare possit, quibus consequenter est maior, non esset profecto talis, ni Sacerdotium includeret, vt explicatius mox dicam; hoc enim modo melius, & clarius Episcopatus Præsbyteratu maior catholicè defenditur, penès quam solutionem negamus sequi Episcopum non Sacerdotem, Eucharistiã consecrare posse, quia pugnantia est in adiecto, dari nempè posse Episcopum, qui Sacerdos non sit. Qua propter doctè *Bellar.* hoc esse docet figmentum, vt in naturalibus esset rationale, quod non esset Animal, & Archiepiscopus, qui non esset Episcopus.

12 Ad quartum respondeo, vel comparationẽ

Digitized by Google

fieri inter simplex Sacerdotium, & Episcopatum, vel inter ordinem, & characterem, quem habet Episcopus, qua Sacerdos est, & ordinē, & characterem, qua Episcopus est, sumpto Episcopatu inadequatè, & formalissimè, si primo modo maiorem, ait, esse ordinem Episcopalem adequatè sumptum, vt rectè *Bellar. ad fin. c. 5. et Sanchez n. 7.* quoniam, vt sic Episcopatus habet se, vt totum quoddam non modo suum propriū ordinem, & charecterem includens, sed etiam Sacerdotalem, penès quem sensum Episcopatus Præsbyteratu est maior, vt nos *tom. 1. lib. 1. disp. 2. c. 4.* diximus, si autem comparatio secundo habeatur modo, maiorē esse dicunt *cit. Auctores* intēsiuè Sacerdotalem ordinem, ordine Episcopali, non autem extensiuè. At ego non
13 percipio, quid sibi velint hoc modo loquendi Auctores hi, cum intensio, quando in aliquo, vt in charactere admittitur essentialem non cōferat perfectionem, sed intra eamdem speciem rationem indiuidualiter perfectiorem; & perfectio characteris, & ordinis Sacerdotalis si sumatur per habitudinem ad immediatā Eucharistiæ consecrationem, ita vt Tò immediatè de essentia sit talis potestatis, perfectionem specie potius distinctam, arguat in potestate, & charactere illo, quam intentionem, tum ex nimia distinctione cum alijs Episcopi potestatibus, tum quia maior intentio non potest distinctū effectum formalem dare subiecto per gradum perfectiorem, sed solum materialiter, seù ad sūmum eterogeneè distinctum, vt ex cōmuni Philosophorum sentētia suppono, & patet adsensum in colore, & calorē. Itaq. argumento respondeo si cōparetur ordo, & character Sacerdotalis cum ordine, & charactere Episcopi inadequatè sumpto per habitudinem non ad à Sacramentum confirmationis conferendum, sed ad Sacramentū ordinis, esto absolutè non adequet perfectionem potestatis immediatè conficiendi Corpus Christi, Eucharistiamq. consecrandi, ex hac præcisa ratione, quam inspicientes Sacri DD. docuere, maiorē Sacerdotij potestatem nullam dari; at adæquat sub alia consideratione non modo extensiuè, cum Episcopatus includat, & potestatem confirmandi, & ordines cōferendi, sed etiam, quia cum hi omnes ordines habitudinem habeant ad venerabilem Eucharistiā, dum character, & potestas Episcopalis, vt sic illos respicit, quos cōferendo ministros ipsius Eucharistiæ, Sacerdotesq. generat, & consequenter per hanc habitudinem, ipsam etiam Eucharistiam respicit à qua summam sortitur dignitatem, & in se formaliter, & etiam extēsiuè; cum non tot, quin plures respiciat, quos potest ordinare ministros Eucharistiæ; Porrò si character, & Episcopalis potestas ordines Sacros conferendi in ratione potentiæ, & causæ aliquo pacto considerentur respectu potestatis, & characteris Sacerdotalis illis præ-
14 stabit. Nā sicut habitus luminis gloriæ à quāpluribus Theologis asseritur perfectior visione beata, licet hæc immediatè Deum repræsentans attingat, siuè quia respectu illius rationē habet potentiæ, quæ nobilior est actu, siue quia omnis visio beata est suo habitu luminis gloriæ inadequatus actus, cum in ea sim sententia, vt existimen omnem habitum luminis gloriæ ex se latepatere, atq. extendi posse ad videdas in Deo omnes creaturas, quę ab intellectu crea-
15 to in eo possunt cognosci: sic à pari character, & potestas sacros conferendi ordines Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotij penès hanc considerationem maiorem includit perfectionem his omnibus ordinibus, esto character, & potestas Sacerdotalis immediatè cōcurrant ad consecrationem Eucharistię, & quia habet rationem potentiæ concurrentis ad collationem illorum ordinum, & quia nullus eorum ipsius est actus adequatus cum Episcopalis potestas ad plures, & plures se extendant huiusmodi ordines conferendos. Nec refert à Sacerdotali facultate immediatè attingi consecrationem Corporis Christi, sicut non obstat visionē beatam, ex qua à simili duximus argumentum immediatè attingere vitali expressione Deum, quem representat, nè in perfectione vincatur à lumine gloriæ.

Et hoc sanè, me quidem Iudice, contendit Epiphanius nobis exponere hęresi 75. *Dicere ipsum Episcopum, & Presbyterum æqualem esse, quomodo erit possibile? Episcoporum n. ordo Patrum generator est, Patres n. generat Ecclesię; Præsbyterorum verò nō potens generare Patres per lauacri regenerationem, generat filios Ecclesiæ, non tamen Patres, aut DD. & quomodo possibile erat Præsbyterum constituere non habentem manuum impositionem ad eligendum, aut dicere ipsum æqualem esse Episcopo?*

Dices maiores ordines in Sabbato solū conferuntur, ergo cum Episcopatus conferatur in Domica die, non est ordo. Verum instantia hæc est nullius momenti, nam id solum est ab Ecclesia institutum *c. 1. dist. 75.* vel ob maiorem solēnitatem, maiori, ac perfectioti debitam ordini, vel quia cum Sacerdotium, qui est inchoatus Episcopatus, die conferatur, Sabbati, eius cōplementum ad summum Sacerdotium dandū fuit die Dominj, qui est summus, & Princeps Sacerdos, vel quia ad sponsalitium, vel speciale mrtimonium inter Episcopum, & Ecclesiam de quó infra dies Dominicus erat, aptior, vt rectè *Durand. cit. ad fin. q. 6.*

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO SEPTIMA:

Præuia ad characterem Episcopalem, characteris absolutè sumpti, & secundum se explicans rationem.

RElíquum est ad exactam Episcopalis consecrationis notiam, scire, num per eam character imprimatur, nec ne? quę quidem quęstio prębambulam hanc sibi vendicat de ipsius characteris natura.

CAPVT PRIMVM:

Aliorum afferuntur, ac reijciuntur opiniones de Charactere.

SVMMA.

Character non est relatio rationis.n.1.
Neq. relatio prædicamentalis.n.2.
Dicit character ad varios relationem transcendentalem n.3.
Character non est modus, neque in opinione Soti. ibidem.
Quid sit modus.n.4.
Quodnam sit fundamentum distinctionis modalis.n.5.
Quodnam sit signum modalis distinctionis.n.6.
Licet dicatur modus à Deo creari posse, non potuit tamen esse sine actuali dependentia à re, cuius est.n.7.
Character accidens est reale de Prædicamento qualitatis.n.8.
Non est figura.n.9.
Non ad speciem potentiæ, atq. impotentię spectat.n.10.
Character Episcopalis, potentia non est activa in ordine ad Sacramenta, quæ confert Episcopus.n.11.
Neq. est potentia in ordine ad effectus Sacramentorum.n.12.
Episcopalis character ad alios Sacerdotales, vel pariter Episcopales per physicam actionem producendos non concurrit.n.13.

1 PRimum itaq. ad veritatem percipiendam habeo dicere contra *Durand. in 4. dist.4 q.1.* characterem non esse relationem rationis, à qua sententia non longè *Scotus* abfuit *ibidem dist.6.q.10. & in 1.dist.45.q.1.ad vltimum argum.* vbi cum tria relationum genera tradiderit: primum realis intrinsecè: secundum extrinsecè aduenientis, qua forsitan extrinsecam exponere voluit denominationem, quippèquæ si ab intellectu concipiatur, vt forma subiectum denominans, ac referens, relatio dici poterit rationis: genus demùm tertium relationis proprium rationis; addit characterem esse relationem extrinsecus aduenientem: neq. qualitatem absolutam, saltem problematicè, vt videre licet in *§. ad quæstionem*, poteſt dici. Verum in his non immoror, vt neq. in vendicanda hac *Durand. & Scot.* sententia à censura Ecclesiastica, quod præstant *Sot. in 4.dist.1.q.4.art.2.§.hanc fateor, & Vasq. tom.1.in 3.part.disp.84.c.2.* in quem agũt *Ægid. Conink de Sacramentis q.63. art.2.nu.6.* & expressiùs, atq. vberius *Eminent. Ioannes de Lugo ibid.disp.6.sect.2.d n.18.* potius (vt credere par est) discedẽdi causa è modo loquẽdi Hęreticorum, quam *Vasquij* doctrinam impugnandi, quæ cos ingeniorum, cum acuit, non præciditur.

2 Deindè suppono, characterem non esse relationem prædicamentalem: tum quia ad relationem propriam, non datur per se motus ex *Philosopho 5. physicorum c.3. vt prosequitur Caietanus in 3.part.q.63.art.4. Capreolus in 4. dist. 4.q.1.art.3. ad argum.* contra primam conclusionem, *Vasq. citatus à n.41. §. sed vero*: at character re ipsa per se producitur, estquè productionis, motus, seù mutationis terminus. Quod rationis momentum ponderis eò magis habet, quò euidentius *in logicis cap. ad aliud* probauimus, prædicamentalem relationem modum nõ esse intrinsecum superadditum fundamento, sed formalitatem fundamenti suum communicantem effectum, posito termino, ad quem illud refert: tum quia character subiectum perficit, signat, atq. illustrat, vt mox dicam. Nec solum ad alium refert, quod proprium munus est prædicamentalis relationis, sed alia, vt dixi, præstat munera, quemadmodum eruditè prosequitur *Soar. 3.tom.in 3.part. sect.2. §. secunda argumenta opinionis.*

3 De relatione verò transcendentali non sũ loquutus, quam non repugnat importare characterem, tum ad Christum, cuius est, tum ad auxilia ratione Sacramenti debita, tum ad hominem, in quo recipitur tanquam in filio, ser-

uo,

Digitized by Google

no, milite, vel ministro.

4 Supponendum est præterea characterem non esse modum, quam opinionem tribuunt, *Soar. tom. 3. in 3. par. disp. 11. sect. 2. §. 3. sententia, & Ioannes de Lugo, Soto in 4. dist. 1. q. 4. art. 2.* quippè qui, *§. hæc fateor opinionem* licet dicat: *Quantum ad id, quod ponit character non esse rem distinctam à subiecto, nūquam vbi visa est à veritate ità multum aliena, &c.* Verum horum Auctorum erat perpendere de quanam opinione *Sotus* loquebatur: etenim comperissent de sententia Durandi eum agere, quam immediate exposuerat, ac vendicauerat ab omni cēsura, in quam argumenta contraria per hæc soluit. *Quod, scilicet cum character sit terminus actionis realis. Item quod cum sit potestas agendi aliquid reale, nempè suscipiendi, aut administrandi Sacramenta, non est merum ius rationis: eadem. n. argumenta currunt de Prætore, & Iudice à Rege instituto*; Hæc ille quibus, & alijs deinceps allatis manifesto docet, nomine rei distinctæ à subiecto non intelligere realem, op positam modo reali, sed oppositam enti rationis. Quamobrem hæc opinio non est Soti, sed probabiliter tantum tradita; ex se tamèn falsa; & omninò reijcienda: tum quia propria, ac reali actione producitur character ad eum directè terminata; cui quidem independenter etiā à gratia habituali in Sacramento vires esse iudico, quidquid in contrarium *citatus Sotus* adducat. Insuper non aliter, ac gratia habitualis, & charitas est accidens supernaturale productum; de quibus neq. fundamentum alioquin haberemus asserēdi, qualitates esse absolutas, vt probè indicat *Soarius citat. §. 2. sententia, & Cardinal. Ioannes de Lugo ad finem citat. sect. 2.* tum quia in metaphysicis docui, licet per quādam similitudinem, modi variè ab Auctoribus vsurpari soleant; at propriè eos esse, qui in rebus realibus inesse censentur ob varias dependentias, indeterminationes, & compositiones, quarum causa varijs indigent illæ adminiculis: hæc autèm cum entitates, neq. esse, neq. intelligi possint, modi dicuntur, afficientes entitates, extra tamen earum essentias, atq. individuam existentiam, quam non extrahunt è propria ratione formali. Quo circa neq. simpliciter entia, neq. propriam videntur habere existentiam, sed secundum quid, & consequenter nequè de potentia Dei absoluta possunt esse sine, cuius sunt modi, habentq. necessitatē inhærendi, cum res è conuerso, sine hoc saltem,
5 vel illo modo esse possit. Fundamentum autem huius modalis distinctionis, ibidē etiam attuli, limitationem nempè intrinsecam entitatis in re indigente determinatione, vel dependente, aut componente, necnon carentiam entitatis
6 in altero, nempè in ipso modo. Signum autèm talis distinctionis esse à posteriori cognoscibilitatem adæquatam vnius sine alio ad intrinsecam eius rationem spectante, & separationē in individuo, cum necessaria, & omnimoda destructione, ipsius videlicet modi, quæ nequè à
7 Deo impediri potest. Etenim esto quis cum *Mendoza in disputat. 12. physica sect. §. à num. 49.* nonnullos cōcedere vellet modos à Deo creari posse; at hi esse neq. diuinitus valerent hoc eodem Auctore *num. 51.* sine dependentia à rebus, quarum sunt modi: quæ sanè dependentia de illorum sit intrinseca natura, & essentia. Verum hæc minimè characteri possunt conuenire, de quo nulla specialis apparet ratio, cur aliter sentiamus, quàm de gratia habituali, cęteris. habitibus supernaturalibus, qui reales qualitates meritò Theologorum consensu es-
8 se dicuntur. Erit igitur character accidens reale, & quidem absolutum, & cum non sit duratio, vbicatio, habitus, seù vestitus, nec situs ad qualitatem pertinere necesse est. Cęterum nè fusius, quam meum expetit institutum agam, cursim alijs speciebus qualitatis rejectis in propria pedem sistam,

9 Itaq. character non erit propriè figura ad quartam spectans qualitatis speciem, quod voluit *Marsilius in 4. q. 4. art. 1. concl. 7.* cui subscribit *Catherinus in opusc. de carit. parum à princ.* quorum sententia refellitur è principijs *D. Thomæ q. 63. art. 2. ad 1. à Soto in 4. dist. 1. q. 4. art. 2. Vasq. cit. disp. 234. c. 3. num. 50. Soario tom. 3. in 3. par. disp. 11. sect. 3. §. 2. sententia.*

10 Non ad potentiam, atquè impotentiam reuocandus est character, vt arbitrantur *Thomistæ, Caiet. Sot. Capreol. Paludan. & alij*, quos refert *Salas. 1. tom. in 1. 2. tract. 2. disp. 8. sect. 3. nu. 57. & reijciunt Soarius, & Vasq. modo citat.*
11 manifestis rationibus. Ex quibus eas reticere non possum, quibus character Episcopalis, ad cuius dilucidationem hanc instituimus disputationem, potiori quidèm titulo demonstratur potentiam physicam non esse. Igitur si nullus character potentia physica erit siue passiua, siuè actiua, vrgentiori quidem ratione, nec etiā erit Sacerdotalis, seù Episcopalis; Et sanè non est character passiua potentia, cum non dentur huiusmodi potentiæ accidentales ad recipiēdum, vt ex Physica suppono melioris notę Auctoribus exploratum esse. Non actiua, nam esset ordinata, vel ad auxilia, vel ad gratiam Sacramentalem. Non ad primum, nam auxilia, quæ dantur ratione confirmationis, aut ordinis sunt actus voluntatis, & intellectus ad professionem fidei, vel Sacerdotale munus obeūdum, qui absq. alio necessario adiumento ab habitibus producuntur infusis, vel à Deo vna cum intellectu, & voluntate. Non ad secundū, ad quod sicut ad Sacramenta à Sacerdotibus, atq. Episcopis collata, eorumq. effectus nimè necessaria, talis erit potentia; quia Sacramenta ferè omnia, etiam suo modo Eucharisticum (vt explicat *Soarius citat. §. atquè ex his*) quoad suum esse, in re solum sensibili, seù insensibili sita sunt actione; sed ad huiusmodi sensibilia sufficientia sanè sunt organa, potentiæq. corporis Episcopi, vel Sacerdotis: nam ad verborum prolationem naturalis sufficit vis loquendi; ad lauandum, vel vngendum potentia manus motiua, vna cum aqua, & oleo, & sic da alijs; ergo ad id præstandum, quod est sensibile in hisce Sacramentis alia potentia præsertim spiritualis physicè actiua, vti character necessaria non erit; vt nec etiam ad institutionem ipsius Sacerdotis, vel Episcopi: neq. ad in-

ten-

Digitized by Google

tentionem, perfectionemq. Sacramenti necessaria; quippè quæ nulla indiget potentia physica supernaturali, ni miracula, & entia supernaturalia multiplicare absq. necessitate, velimus.

12 Hoc idem probari potest, si characteres isti referantur ad effectum Sacramentorum ab illis collatum, gratiam videlicet: quia vel impossibilis est qualitas ordinata, vt potentia actiua, & causa principalis ad physicam gratiæ productionem, vti prosequitur *Soarius citat. §. superest, vt probemus*: neq. ipse definio, cum ad visionem beatam nouerim de facto lumen gloriæ, vt causam principalem, multorum sententia, satis, superquè probabili, se habere: vel quia omninò superflua, vt sic erit, atq. in ratione potentiæ actiuæ. Quod si quis assereret, characterem Sacerdotalem, vel Episcopalem instrumentariam esse causam gratiæ Sacramẽtorum à Sacerdote, vel Episcopo collatorum, præterquam, quod absquè sufficienti loqueretur fundamento; nil assereret referens ad specificam characteris naturam explicandam, cum vnaquæq. qualitas, imò & ens per obedientialem eleuari poterit potentiam ad effectum improportionatum, vt ad gratiam v.g. Eucharistiæ; ad quam conferendam Sacerdos potius se habet, vt applicans Sacramentum iam factum, vt probè ratiocinatur *Soarius sæpè laudatus, §. atq. ex his*. Et licet character Episcopalis sibi similem efficere, vel in specie, vel genere videatur, vt constabit ex infra dicendis, cum Sacerdotem Episcopus ordinat, vel alte-
13 rum consecrat Episcopum: qua de causa rationem posset subire potentiæ physicæ: verum, & quia non per physicam actionem Episcopalis character ad alterum imprimendum terminatam concurrit, sed per formam, & materiam Sacramenti, quod confert siue sit ordinis, siue sit confirmationis, & quia huiusmodi actiones generandi sibi similes longè distant à qualitatibus supernaturalibus, quæ in ratione principij remoti, seù proximi ad actus immediatè tendunt vitales; vt in gratia, cæteris q. videre est habitus supernaturalibus, qui immediate, nequè alios producunt similes, neq. se ipsos intendũt. & quia cum simplex Sacerdos ex commissione Summi Pontificis (de quo infra) Diaconatu possit, & Subdiaconatu initiare, non posset dici eius character, vt sic, producturus sibi similem: neq. si ex commissione eiusdem Papæ conferret confirmationem, vim haberet imprimendi characterem ex sola extrinseca deputatione, quam antea non haberet.

CAPVT SECVNDVM.

Vera de Charactere sententia.

SVMMA.

Character est signum, quo siue in filium, siue in seruum, siue in militem, siue in famulum quis adscribitur. n. 1.

Quæ in Sacris literis accipiuntur de Christo capite in sensu primario: in secundario de membris intelligenda etiam sunt. n. 2.

Quæ conueniunt Christo, vt filio naturali Dei, cõpetunt secundario aliqua ratione filijs adoptiuis. n. 3.

Quomodo Christus quatenus homo dicatur insignitus, & sigillatus. n. 4.

Ratio imaginis, & sanctificationis, ac veri signi, & characteris in nobis est. n. 5.

Character baptismalis est aurea bulla filiorum Dei. n. 6.

Quomodo character est signum seruitutis Christi. num. 7.

Quid est alteri nomen dare, vel alterius nomen ferre. n. 8.

Quo spectat mos imponendi nomen in baptismate. n. 9.

Quomodo character signum est militiæ Christianæ. n. 10.

Quomodo character ad famulatum faciat. numer. 11.

Character signi rationem habet non extrinsecè, ex mera extrinseca institutione diuina ad placitum. n. 12.

Character non est representatio formalis, vt species expressa, scù verbi, neq. virtualis, vt impressa, sed obiectiuæ rerum explicatarum, quas significat, quo viso, vt quod in cognitionem earumdem deueniatur. n. 13.

Quomodo character Deum, Christum, filiationem adoptiuam, seruitutem, militarem dignitatem, ac munus famulatus, necnon gratiam, auxilia, & alia Sacramenta repræsentet. numer. 14.

Quomodo cætera indicat Sacramenta, cum quibus connexionem habet, & ad quæ disponit. n. 15.

Idem non esset character, si vnum è representatis per ipsum, vel non fuisset possibile, vel institutum ad illud non esset repræsentandum. num. 16.

Connexio characteris cum rebus, quas repræsentat, non habet actuale exercitium, sed illud petit. num. 17.

Nullus cæterorum est capax Sacramentorum absq. charactere baptismatis. n. 18.

Sanctificatus in vtero esset baptizandus. n. 19.

Character, neq. potentia est, neq. potentiæ prædicatum includit. n. 20.

Quæ

Digitized by Google

Quæ secunda qualitatis species sit, nimirum potentia.n.21.
Duplex est resistentia, effectiua, & formalis. num.22.
Neutra ad secundam spectat speciem qualitatis, neq. ad rationem characteris.n.23.

1 SIt prima assertio. Character est signum, & sigillum, quo siue in filium adoptiuũ, siue in seruum Dei, siue in Militem, siue in famulum adscribitur quispiam. Expositurus itaq. assertionem meam de charactere ad seruitutem, militiam Christianam, Deiq. famulatum breui rationibus vtar Auctorum, qui hactenus eruditè quæstionem hanc illustrarunt. At verò quoad filiationem Dei adoptiuam nonnulla subdam, ad quam præcipuè, ne quidem ludice, tendit Baptismus per characterem, quem imprimit *ex Ioannis 3. nisi quis renatus fuerit, &c.*

2 Ad cuius dilucidationem generalis notanda est regula consensu Sacræ Scripturæ Interpretum recepta, eorum nempè, quæ in Sacris literis dicuntur de Christo tanquam de capite in sensu primario, in secundario singulis cõ-
3 petere membris: Ex qua probè deducitur, nil esse mirum, si quæ Dei filio naturali propria sunt, filijs etiam aliquo pacto conueniant adoptiuis. Inter hæc autem pulchra profecto characteris est ratio, signi, sigilli, siue figuræ substantiæ Patris *ex Epistola ad Hebræos 1. qui cũ sit splendor gloriæ, & character, seu figura substantiæ eius*, vbi figura græcè exprimitur χαρακτὴρ id est expressa, & quasi sculpta imago. Hinc *Concilium Ephesinum nu. 1. in epist. ad Nestorium tom. 1. conciliorum fol. 316. Cũ enim, ait, de duobus dignissimè loquitur de se ipso, qui me videt, videt, & Patrem, & ego, & Pater vnũ sumus, diuinam eius intelligimus, ineffabilemque naturam, secundum quam vnus est cum Patre suo propter vnam, eandemq. substantiam, imago, & character, splendorq. gloriæ eius existens.* Hoc idem docent *Epiphanius, Basilius, Cyrillus, Athanasius, atque alij*. Imo non solum quà Deus, sed etiam quatenus homo Christus Dominus dicitur sigillatus *Ioannes 6. 27.* hunc enim Pater signauit, græcè ἐσφράγισεν id est sigillauit. Nam vt rectè *Augustinus* ait *tract. 25.*
4 *Pater signauit hunc hominem, quia diuinitatem illi humanitati, velut impressit per vnionem: quia homo ille Deus est.* Quamobrem bene etiam Toletus in citatum locum, hanc sigillationem, & signationem dici, scribit, quia filius, qui imago, & character Patris est, ille est vnius, & coniunctus humanitati, vt optimè notat *Hilarius lib. 8. de Trinit.* Et licet adoptiua filiatio, ad Christi Domini filij naturalis Dei exemplar, ratione gratiæ sanctificantis propriè competat iustis; quæ quidem gratia appellationem sortitur characteris, sigilli, atq. imaginis, vt loquitur *Ignatius epist. 3. ad Magnesianos*, saltem moraliter ad *Ephesios 4. Nolite contristare Spiritum Sanctum, in quo signati estis in die redemptionis*, vt mox dicam; non tamen excluditur, quin hæc sigillatio intelligatur de charactere saltem quoad externam faciem sigilli, significantis internam vitam, & imaginis animam, secundum quã filius generatur similis Patri hac spirituali generatione gratiæ: quæ quidem in fronte residere dicitur *Apocal. 7.* in mente scilicet superna hominis parte cæteras regente, quæ omnia ad miraculum *Ambrosij* declarauit eloquentia *4. tom. lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 6. locum explicans secũdæ ad Corinth. 1. Qui vnxit nos Deus, qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Sicut enim, inquit, in Christo morimur, vt renascamur, ita etiam Spiritu signamur, vt splendorem, atq. imaginem eius, & gratiam tenere possimus, quod est vtiq. spirituale signaculum. Nam & si specie signemur in corpore: veritate tamen in corde signamur, vt Spiritus Sanctus exprimat in nobis imaginis cœlestis effigiem.* In quibus verbis, & ratio aliqualis imaginis Dei in nobis expressa per gratiam sanctificantem declaratur: & ratio signaculi, sigilli, characteris, & signi eiusdem gratiæ, qua constituimur filij adoptiui. Sic etiam exponit idem Sanctus Doctor addens. *Quis igitur audeat dicere discretũ à Deo Patre*, & Christo esse Spiritum Sanctum, cum per ipsum ad imaginem, & similitudinem Dei esse mereamur, & per ipsum fiat, quemadmodum *Petrus Apostolus* dixit, *vt diuinæ simus consortes naturæ?* In quo vtiq. non carnalis successionis hæreditas, sed adoptionis gratiæ spirituale comercium est. Confirmo hoc idem ex *D. Thom. 3. part. q. 63. art. 1. ad 2.* qui habere rationem huiusmodi signi characterem ait, etiamsi sensibilis non sit, additq. sicut Christus dicitur figura paternæ substantiæ ad *Hebræos 10.* Fauet huic meæ ratiocinationi *Chrysostomus homilia 2. in Epist. Ephesios. Porrò idem, inquit, charactere Spiritus Sancti nos insigniuit*, & infra. *Signati sunt etiam Israelitæ, sed circumcisionis nota, vt pecora; nos autem, vt filij signati sumus Spiritu Sancto.* Huius etiam sententiæ fuerunt, ni fallor *Alensis in 4. par. q. 8. membro 8. art. 1. §. 3. & Bonauentura in 4. dist. 6. 1 par. q. 3.* cum dicunt, charactere animam nostram ad similitudinem Dei conformari.

Quæ omnia dicta eo sensu velim, vt hoc signaculum actualem non habeat connexionem necessariam cum spirituali filiatione gratiæ, sed eam habere petat ex se modo infra declarando, vt patet in eo, qui gratia sanctificante ob peccatum caret: verum ita signo characteris baptismalis insignitus est, vt Christianus semper sit. E contra etiam ipsa ratio imaginis, & filiationis per gratiam adoptionis esse possit in anima (vt nihil de Angelis hic dicam,) quin hoc signetur charactere, vt videre in ijs est, qui baptismo sanguinis, vel flaminis per veram charitatem, & contritionem saluantur.

6 Hunc igitur characterem, quasi auream dixerim bullam, quæ insigne ingenuorum erat puerorum ex varijs Auctoribus apud *Tiraquellum in Alexandro ab Alexandro lib. 2. genialiũ c. 19. & 25.*

7 Secundam aggredior conclusionis partem de seruitute, ad quam per baptismum initam significandam opus esse diximus charactere.

Et

Digitized by Google

Et vt omittam quæ ex *Vegeſio lib. 1. de re militari cap. 8. ex Baſilio Nat. 13. Nanziazeno oratione in ſanctum Baptiſma, Chryſoſtomo hom. 2. in Epiſt. ad Epheſ. Epiphanio, Ambroſio, & Auguſtino* eruditè afferunt S. *Thomas 3. part. quæſt. 63. art. 1. Bellarminus lib. 2. de effectu Sacramentorum cap. 21. Soarius, Vaſquez, & Salas citat.* è quibus, vt apis *Cardinalis de Lugo* optimus mellis opifex ſuos fingit fauos. Primum ſic expono per *Epiſtolam Pauli ad Epheſ. cap. 4. Nolite contriſtari Spiritum Sanctum, in quo ſignati eſtis in die redemptionis*, quo ſigno, ac ſigillo, vel ſicut literas regias obſignatos vos filios eſſe Dei cognoſcant per gratiam cum charactere, & ſigno datam *in die redemptionis*, id eſt, in die, quo baptizati eſtis, quando redempti eſtis à ſeruitute peccati, ac Diaboli, vt probè *Oecumenius, vel in die redemptionis*, ideſt reſurrectionis, in qua liberandi eritis ab omni malo, atquè ad cœleſtem gloriam, ac beatam vitam adſcribendi, vt potè iam adſcripti in libro vitæ, tanquam domeſtici Dei, eiuſq. gratia, quaſi ſigillo, & arrha hæreditatis Cœleſtis obſignati, vt rectè *Chryſoſtomus, Hieronymus, Theodoretus, atquè Ambroſius*. Et licet adequatè hæc obſignatio ob gratiam fiat, etiam diuerſimodè datam, vt infra dicata, inchoatiuè tamen per characterem indelebiliter impreſſum, vt ſemper ſimus, & maneamus deſtinati ad Chriſti ſeruitium, vel ex eius familia, vel ex eius athletis. Verum vt ſigillatim de ſingulis loquar, ad Characterem Baptiſmi, de quo Paulus hic, illud affero, ſeruos quondam dominorum nomina frontibus inuſta præferre. Hinc *Seneca, Epiſt. 35.* nullius ſententiæ ſe addictum aſſereret, nulliquè magiſtro tanquam aſſeclam nomen dediſſe: *Non enim me*, ait, *cuiquam mancipaui, nullius nomen fero, & Plinius lib. 18. cap. 3.* loquutus de agris, qui olim ab Imperatoribus colebantur, ſeruos ita deſcribit. *At nunc eadem illa vincti pedes, damnatæ manus, inſcripti vultus exercent.* Ea propter Auctore *Cœlio Rhodigino lib. 7. cap. 31.* ſerui dicebantur literati. & *Philo Hebræus lib. quod mundus ſit corruptibilis ad initium. Vitiorum ſcripſit ſtigmata vix eluibilia.* Atq. huc ſpectaſſe mos Eccleſiaſticus videtur nomen imponendi in Baptiſmate inſtar Iudæorum in circumciſione *ex Geneſi 17. num. 12. Leuitic 12. num. 3. Luc. 1. num. 59.* nam quo die Deo per gratiam quis naſcitur, eodem donandus eſt nomine. Et ſicut prius per circumciſionem ſignabatur corpus, ſic in baptiſmate, charactere afficitur, gratia illuſtratur, ac nomine Chriſtiani digno donatur. Hinc *Theophilactus c. 1. quia prius, inquit, ſuſcipiendum eſt ſignaculum Dei, & tunc humanum nomen, ſeu quia nullus niſi prius abiiciat carnalia dignus eſt, vt nominetur miles Dei, & in libro Cœlorum ſcribatur nomen eius.*

10 Ex his ad rationem militis, qua Chriſtianus conſtituitur in confirmatione, gradum facio, ad quam character pertinet, vt citati Auctores doctè proſequuntur; quibus addo, quod licet temporalis militia non ad fœminas, ſed ad viros ſpectet, Auctore *Virgilio*.

Bella viri, paceq. gerant, quis bella gerenda.

Spiritualis tamen mulieres etiam admittit, vt eruditè *Diuus Laurentius Iuſtinianus libr. de inſtitut. & regim. Prælatorum cap. 14.* Quibus enim communes hoſtes ſunt caro, & ſanguis, Principes, & Poteſtates, Mundi Rectores tenebrarum harum, ſpiritualia nequitia *Epheſ. 6.* quibus paria ſunt etiã arma, non carnalia, ſed à Deo data *2. Corinth. 10.* Lorica videlicet iuſtitiæ, ſcutum fidei, galea ſalutis, gladius ſpiritus, quod eſt verbum Dei ad *Epheſ. 6.* eiſdem eadem plane certamina ſunt cõmunia, in quibus imbecillitas ſexus ſolet virtute compenſari ſpiritus, vt probè *Chryſoſtomus homil. 8. in Matth.* Sæpè enim in huiuſmodi acie fortius viris fœminæ decertarunt, ac trophæis inſignibus claruerunt.

11 Et nè diù immorer, charactere debent inſigniri Dei obſequio Addicendi, tum ob alias à cæteris Auctoribus allatas rationes, tum vt intelligant ſoli Dei ſeruitio, ſeù obſequio dediti, cum nemo duorum nomina dominorum præferre ſanè poſſit; *nemo enim poteſt duobus Dominis ſeruire Matth. 6.* Nequè eamdem imaginem animæ per characterem penè inciſam famulatus, & ordinis Eccleſiaſtici alteri, quam Deo offerre. Sic probè *Hieronym.* exponens è *Sophoniæ 1. num. 5. verba. Diſperdam, qui iurant Domino, & iurant in Melcon. Hi ſunt, ait, qui ſæculo pariter, & Domino putant ſe poſſe ſeruire, & duobus Dominis ſatisfacere Deo, & Mammonæ, qui militantes Chriſto obligant ſe negotijs ſæcularibus; & eamdem imaginem offerunt Deo, & hominibus.* Quod ſpectant renunciationes, & abdicationes factæ tum in Baptiſmate, tum cum ordinibus initiantur clerici, quiquè, faciunt etiam quæ à *Theophilacto ad locum 1. ad Corinth. num. 21.* ſcribuntur *Qui, & ſignauit nos, & vnxit nos, & ſignauit in Reges, Prophetas, & Sacerdotes*. Tametſi ille locus *Pauli* accomodatius explicetur à *Bellarmino 3. tom. controuerſ. 2. libr. de effectu Sacramentorum cap. 2. & à Cornelio à lapide ad charactere confirmationis recte declarandum ibidem num. 20.*

12 Sit aſſertio ſecunda. Character ſignificationem habet non extrinſecè, atquè ex mera inſtitutione diuina ad placitum; ſed ex ſua intrinſeca natura ſignificans. Ita *Salas in 1. 2. tract. 2. diſputat. 8. ſect. 3. num. 61. & Cardinalis Ioannes de Lugo de Sacrament. diſputat. 6. ſect. 3. num. 38.* Ratio eſt, tùm quia meliori quidem modo, & Sacræ Scripturæ loca, & *Patrum*, *Theologorumquè* ſententiæ explicantur. Cum igitur qualitas ex ſua natura, ſiuè gratiam, ſiuè poteſtatem, ſiuè filiationem adoptiuam, ſiuè ſeruitutem, ſiue militiæ rationem connotare poſſit, non eſt cur concedenda non ſit; tùm quia fundamentum alioquin nequaquam haberemus, quo characterem, qualitatem diceremus eſſe ſupernaturalem, ni ex propria eius natura iam indicata ſignificaret, ſed tantum extrinſecè ex inſtitutione diuina, ad quamquæcumquè potuiſſet res aſſumi, vt repreſentatiua; ſicuti quælibet res in genere inſtrumenti per potentiam obedientialem ad effectus improportionatos, vel ſupernaturales. Imò

Digitized by Google

neq. proportionem haberet, qua nonnulla sunt affecta instrumenta in illo genere, vt intellectus ad visionem beatam, ad quam concurrit effectiuè, & in qua quidpiam reperitur illi respondens, nempe vitalitas; cum characteri extrinsecè deputato ad repræsentationem, nihil prorsus esset proportionis maioris, quam in qualibet alia re ad illud munus expressionis.

13 Sit assertio tertia. Character non est repræsentatiuo formalis, vti cognitio, species expressa, seù verbum, neque virtualis, vt species impressa, sed obiectiua, quia cognita, vt quod, in cognitionem nos ducit rerum, quas exprimit. Non quidem propter similitudinem, vel conuenientiam entitatiuam, sed ex intrinseca connexione, atq. habitudine ad illa exprimenda.

Probatur assertio: tale signum spirituale è sua intrinseca vi repræsentans dari minimè repugnat: etenim si intra limites entis naturalis, & possibile, & actualiter illud est reperire, cur intra fines rerum spiritualium id repugnabit? Quod si non repugnat, cum connaturaliori, perfectioriquè modo, & res, ad quas significandas aptum est natum, repræsentet, & hoc pacto positum melius per Sacras literas, consensumquè Doctorum, quæ dicuntur explicari possunt, non est, cur hoc pacto asseri non debeat. Antecedens probatur, tum in brutis, quibus obiectiua sunt signa ex sua natura exprimentia, siuè appetitus, siuè variorum affectuum. Sic latratus canis, & caudæ motus, siuè ad blanditias Domino, siuè ad vexationem, siue contra hostes tutelam significantes. Columbarum, ac Turturis gemitus, aliaquè huiusmodi sexcenta signa absquè vlla prorsus entitatiua, vel intentionali similitudine significantia. Præterea paris etiam rationis in homine risus, lætitiæ, gemitus, ac suspiria, tristitiæ, seù mœsti animi, ac doloris signa sunt, & obiectiua, & naturalia, quæ visa, vel audita ob connexionem, atquè innatam habitudinem significatiuam, quam habent, obiectiuè illa significant, atquè exprimunt, ad quorum notitiam nos deuenimus, & instar vocum, quæ ex institutione hominum quidpiam significant, omnia hæc siuè dolorem, siuè lætitiam, siuè alium naturaliter exprimunt affectum. Ad horum igitur signorum naturalium similitudinem non repugnare dicimur signa supernaturalia, cuiusmodi characterē de facto signum esse supernaturale, qualitatemq. contēdimus:

Obijcies è *Soario tomo 3. in 3. part. disputat. 11. sect. 1. §. secunda opinio est ad finem.* Character non potest repræsentare Sacramenta futura, quia fieri potest, vt nunquam sint, nequè hunc hominem illorum esse capacem: quia sicut Sacramenta pendent ex institutione; ita quod homo tali affectus entitate characteris, sit illorum capax, & non alio modo, ex institutione pendet, & non ex rei natura.

Respondeo, characterem, & significare, & dicto disponere, modo ad Sacramenta, vel recipienda, vel conferenda, vt vberius infra declarabimus, præsertim *assertione* 5. per innatam vim, atquè habitudinem ad illa ex suppositione, quod à Christo instituta fuerint: potest enim aliqua qualitas huiusmodi dari, vt connexionem innatam cum alijs habeat rebus ex suppositione producendis. Sic gratia habitualis, auxilia petit immò Sacramentalis ex institutione danda per Sacramentum connexionem innatam habet cum auxilijs proportionatis.

14 Assertio quarta. Character primo loco, vt effectus supernaturalis repræsentat Deum, à quo solo fieri potest: iterum baptismalis Deum ipsum, cuius filiationis adoptiuæ signum est illam petens. Christum præterea, & in ratione causæ meritoriæ; & instrumenti ad Sacramenta, à quibus vel physicè, vel *moraliter* producitur, pro varietate opinionum, penès quas dicuntur Sacramenta ad gratiam concurrere. Peculiari etiam ratione eumdem Christum Dominum, velut illum, cui homo insignitur, ac designatur tanquam frater ob filiationem adoptiuam iure suo expetitam à charactere Baptismi, qua sicut filius adoptiuus Dei, constituitur Christianus, ob gratiam habitualem sanctificantem, & hæres Regni cœlestis, ita frater statuitur ipsius Christi, qui tanquam homo filius ēt est naturalis Patris Dei *Matth. vlt. num. 10. Ite nunciate fratribus meis, vt eant in Galileam, &c.* vbi *Maldonatus, Cornelius, & Tanderus* probè post Antiquos, vel designatur, aiunt, Seruus, vel Miles, vel Minister, ac Domesticus. Ad hæc exprimit character ipsū munus, aut filiationis, aut seruitutis, aut militiæ, aut ministerij, ac famulatus. Deinde gratiam ipsam Sacramentalem, atq. habitualem sanctificantem non qnasi actualiter in seruo, milite, vel ministro existentem, sed quam petit infundi ex vi Sacramenti, quod comitatur, remoto quocumque obice, & etiam suo modo petit cum ea inesse, vt semper quidēm inesset; ni ob peccatum Christianus *illa nudaretur.* Repræsentat insuper auxilia *Diuina, quæ debentur* homini, siue ratione Sacramenti, siue ratione gratiæ habitualis per Sacramentum collatæ. Insuper, repræsentat pactum Dei cum homine ordinato de cōcursu Diuino in āctionibus Sacramentalibus, vt rectè *Bellarm. lib. 1. de Sacr. ord. c. 5. §. nitent.*

15 Demum, indicat alia Sacramenta, cum quibus ipse character connexionem habet, ita vt de ea recipienda, vel conferenda suo modo ius conferat, ac disponat. Etenim per characterem Baptismi homo cæterorum fit capax Sacramentorum, & Subdiaconus secundum communiorem Auctorum sentētiam, proprio charactere natura sua sternit viam ad Diaconatū; Diaconatus verò ad Sacerdotium, cuius character, vel includitur, vel supponitur, vel extenditur, iuxta dicenda de charactere Præsulatus. Nec non Sacramenta significat Pœnitētiæ, Eucharistiæ, Extremæ vnctionis, quæ Sacerdos conferre potest.

16 Ex hac assertione colligo, non futurum eumdem characterem, si aliquid ex his, quibuscum necessariam habet connexionem, ordinemque intrinsecum, minimè repræ-

Digitized by Google

repræſentare valeret. Præterea character Epiſcopalis ad Sacramentum ordinis, & confirmationis ſe habet, quæ ſolus Epiſcopus conferre valet: neq. potiorem eſſe rationem de charactere ordinis cũ alijs Sacramẽtis collati, quam Baptiſmi cum cæteris pariter Sacramentis, & functionibus, quàm etiam Confirmationis ſuis cum muneribus.

17 Aſſertio quinta. Connexio hactenus expreſſa nequè ex parte characteris cum rebus quas repreſentat, & petit, neq. harum rerum cum illo neceſſarium omnino habet actuale exercitium ex parte vtriuſq. extremi, ſed illud certe petit; Etenim, vt *aſſertione* 3. dictum eſt, licet character in Baptiſmate datus hominem ad adoptiuam Dei filiationem deſignet, eamquè petat ex ſua intima ratione, illam tamen neceſſario non inducit, vel inductam, atq. actualiter exiſtentem in homine baptizato repreſentat, vt fide certum eſt, locoq. citato declaratum, cum, vel ex obice, dum Sacramentum Baptiſmi ſumitur, vel ob peccatum à Baptizato poſtea commiſſum integro perſeuerante charactere fieri poſſet, vt non adſit ſanctificans gratia. E contra verò ſi quis Baptiſmo ſanguinis, vel flaminis, ac deſiderij per verum contritionis, vel charitatis actum in voto realis Baptiſmi ſanctificaretur modo quo *Doctores* cum *D. Thoma* tradunt *in 3. part. q. 68. art. 3. apud Vaſq. ibid. diſp. 199.* vel ſi quis ritè baptizaretur, ac Deus tunc nollet characterem præducere, vel alio modo eius impediret productionem, de abſoluta ipſius potentia preciſo ordine per rationem ad ſuum decretum de facto de quo inſtitutionis decreto mox dicam à *num. 19.* eſſet profectò Chriſtianus per Sacramentum Baptiſmi, eiuſq. Sacramentalem gratiam, haberetq. huiuſmodi à qua luſtrali, ac Sancta ablutus ius ad auxilia; & gratias baptizatis cęteris debitas, eſſetq. cęterorum capax Sacramentorum, vt volunt nonnulli, à quibus minimè diſcrepat *Cardinalis de Lugo de Sacramentis diſp. 6. ſect. 3. n. 45. & 46.*

18 Verum hanc ipſe neceſſariam cõnexionem admitto in primis inter characterem baptiſmalem, & alia Sacramenta, quorum ſine illo nullum exiſtimo capacem, neq. validè ſumere, vt communis fert Theologorum ſententia cum *D. Thom. in 4. diſt. 45. art. 6. in corpore*: & licet darem, poſſe diuinitùs gratiam infundi bap-
19 tizato ſine charactere: at vt optimè *D. Thom.* & ex eo *Syluęſter verbo Baptiſmus 4. ſub initio*, Sanctificatus in vtero matris baptizandus eſſet, vt ſigno afficeretur, atquè incorporaretur Chriſto, & vt filius, ſeruus, miles, ac famulus eiuſdem inſigniretur. Quamobrem etiamſi daremus poſſe Deum ad characterem producendum baptizati non concurrere, vt nunc ſuppoſita tali baptiſmatis inſtitutione, non pót nó cõcurrere deberẽtur ramẽ ei, & gratia habitualis, & auxilia, non tamen connaturaliori modo, vt ab intrinſeco expetita de facto ſunt per characterem. Qua de cauſa merito dixi, non eſſe omninò neceſſarium exercitium huius mutuæ connexionis, quòd maior ſit ex parte characteris cum rebus ſignificatis, ad quas ordinatur, quam harum ad ipſum abſolutè: quæ omnia ex ſequenti aſſertione magis patebunt.

20 Aſſertio ſexta. Character non modo potentia non eſt, ſed neq. propriè in ſua entitate phyſicæ prædicatum potentiæ includit. Hæc aſſertio eſt directè contra doctrinam nonnullorum Recentiorum; Verum non modo eſt noſtri *Vaſq. c. 4. nu. 95.* in quem agit noſter *Cardinalis de Lugo de Sacram. diſp. 6. ſect. 3. n. 42.* ſed etiam *Soarij diſp. 11.* qui cum per totam penè *ſect. 3.* characterem probauerit, neq. potentiam phyſicè paſſiuam, neq. actiuam eſſe. Demum *§. quarto ex his conſtat*, ſolam ei rationem poteſtatis concedit moralis, non autem phyſicæ: ac demum, *§. vltimo ergo*, adſtruit eam potentiam ad primam ſpectare qualitatis ſpeciẽ, vt mox dicemus. Et vt omittam, quas tũ ipſe *Soarius*, tum *Vaſquez* exararunt copioſè, atquè acutè, quibus directè probant characterem non eſſe potentiam: tm̃ contendam Prædicatum neq. habere potẽtiæ phyſicæ, tametſi Recẽtioribus concedam, characterem, tãquam notum Deo, atq. Angelis illos mouere, vt illo in frõte ſignatorũ ſpecialem habeant curã illuminandi, protegẽdi, & gubernandi. Verum quomodo ex his characteri ſequatur intimè prædicatum ineſſe potentię phyſicæ non video. Etenim mouere ad illuminationem, protectionem, & gubernationem paſſiuam, vt ita dicam, quidpiam eſſe morale, non eſt, qui non videat: nam neq. characterem phyſicè ad lumen recipiendum, protectionem, aut gubernationem concurrere lippis, ac tonſoribus eſt notum. Neq. effectiuè huiuſmodi munia præſtare: neq. quodnam ſit illud lumen ab his auctoribus declaratur, qui ſe exprimere contendant auxilia, hoc mox reijciam.

Protectionem præterea, & gubernationem prout diſtinctam à ſerie auxiliorum quidpiam eſſe morale, vt etiam excitationem ad illas nõ ſpectare ad phyſicam potentiæ qualitatem, nõ arbitror eſſe, qui neget. Quamobrem, vt nobis eſt in votis, ab his Auctoribus declarandũ erat, quid gubernatio, quidue protectio, præter auxiliorum ſeriem comprehenderet. Dices *Salas 1. tom. in 1. a. tract. 2. diſp. 8. ſect. 3. num. 65.* hæc quidem moralia eſſe, ſed phyſicè expoſci per exigentiam petentem exaratos effectus. Verum enim verò ſi terminus huius exigentiæ aliquid eſt morale, quomodo potentia, & exigentias illius erit phyſica? Deindè vndè quæſo phyſicam rationem, ac ſpecificationem hæc exigentia deſumet, cuius terminus actui reſpondens adæquato veræ potentiæ ſit moralis? Inſuper dò, moueri charactere Deum optimũ maximum ad ea conferenda in ordine ad functiones, ad quas per Sacramentum deſtinantur Chriſtiani, quo ſenſu dicuntur armari, atq. inſtrui charactere talia exigente arma: necnon expoſcere tentationes, vel impediri, vel refrangi, ac minui. Verum hanc exigentiam non eſſe prædicatum potentiæ conſtat, tum quia potiori ratione id gratiæ competeret habituali, quam tamen Doctorum conſenſus ad tertiã dicer pertinere ſpeciem qualitatis, tum quia cum aſſeratur ineſſe characteri prædicatum

Digitized by Google

potentiæ ; quæro de quanam potentia sermo habeatur ? dè ea nè, quæ ad secundam attinet speciem qualitatis, vel de alia ? Si de alia, non est cur fatigemur; cum de potentia conficta sermo habeatur ab his Auctoribus, quæ hoc nomine ad libitum donatur ; & cum distincta ratione res ad prædicamenta spectantes pro arbitratu statuere, quam *Aristoteles*, ac Philosophi antiqui tradere, integrum cuiq. esse minimè putem. Arctius vrgeo, secunda qualitatis species, potentia nimirum, est qualitas primo, & per se insita à natura, vt principium operandi; quemadmodum in logicis, prædicamentum hoc expendens, docui ex verbis *Philosophi, sed qua naturalem, aut vim, aut imbecillitatem facile aliquid faciendi habent*, vel melius à *Perionio* redditis, *sed qua vim quandam, aut imbecillitatem eis natura tribuit*. Ex quibus duo prima potentiæ prædicata deducuntur ; Primum, quod sit à natura; secundum quod ad agendum primo, & per se data ; num autem ad recipiendum, nostra nunc non interest. Quamobrem cum character à natura non insit, sed qualitas sit supernaturalis à Deo producta per Sacramentum, hoc certè prædicatum potentiæ non habet, vt probè *Vasq. supra cit. n. 77. 78. & 79.* Deindè cum neque primo, & per se sit operatiuus character, sed ad summum moraliter excitatiuus, vel Dei, vel Angelorum, nequè secundum sibi vendicabit attributum potentiæ. Deniq. quæcumq; esset potentia resistendi, hæc sanè ad hanc potentiæ qualitatem non spectaret, neq. eius aliquod attributū illi physicè competeret. Siquidem duplicem agnosco
22 resistentiam, alteram effectiuam, qua media actione retunditur, minuitur, atq. extenuatur contrarium, vt calor ignis, media actione agit in frigus, illud destruens. Alteram formalem, qua ex sua intrinseca natura qualitas vna trudit contrariam, qua cum impossibilitatem in eodem habet subiecto : sic albedo, vt octo, & nigredo pariter intensa. At neutra harum resistentiarum, potentiæ conuenit, de qua loquimur, quæ secunda species est qualitatis ; nam secunda resistentia nullo modo ad agendum ordinatur : & prima secundario tantum, vt quamplures volunt : Quapropter non modo characteri prædicatum non competeret potentiæ, ob aliquam ex hisce resistentijs, etiamsi eam haberet ; verum eo longius ab hoc distat prædicato, quo nec etiam huiusmodi resistentias immediatè sibi asciscit ; sed merè moraliter, & occasionaliter. Quamobrem si tam tenui fundamento prædicata potentiæ characteri dicemus inesse, eadem profecto facilitate eidem possemus prædicata cuiuscumquè speciei qualitatis tribuere ; vt legenti primo quidem intuitu patebit; eo vel maximè, quod Recentiores, quos reijcimus, admittunt baptizatum, charactere diuinitus impedito, habere ius ad auxilia, & gratias characterè Baptismatis Insignito debitas, capacemq. esse aliorum Sacramentorum, quod supra *n.* 19. & nunc constanter consensu Doctorum negamus. Quo circa coguntur hi Auctores asserere, characterem esse instar bullæ aureæ, & sigilli, quo testificatur Deus, & profitetur potestatem, & ius, quod homo per Sacramentum acquisiuit. Ex quo patet, quam per accidens sit quæcumq. altera exigentia, quæ præter assertam significationem, atq. attestationem iuris, & potestatis dicatur inesse characteri à Recentioribus istis, sine quo integra est in eū nō habente. Omitto hic indicare bullas, seu Apostolicas literas, cum quibus characterem componunt non esse de substantia gratiæ, quam supponunt, sed potius probationis, vt videre est apud *Auctores* à me citatos *superiori libro disp. 6. c. 2. nu. 4.* Quapropter deficiunt etiam in hac comparatione Doctores allegati.

CAPVT TERTIVM.

Ad quam speciem qualitatis character spectet.

SVMMA.

Opinionum varietas de inscripta quæstione. num. 1.
Hæc quæstio non est tantum de nomine. n. 2.
Sub certa specie qualitatis est character. n. 3.
Qualitates naturales, & supernaturales vnioce conueniunt. n. 4.
Sub certo genere subalterno, & specie vltima est character. n. 5.
Character ad primam non spectat speciem qualitatis. n. 6.
Character ad tertiam qualitatis speciem pertinet n. 7.
Ad hanc eandem tertiam qualitatis speciem gratia sanctificans reducitur. n. 8.
Non solum qualitates sensibiles sub tertia specie sunt qualitatis. n. 9.
Subiectum proprium, & proximum inhæsionis, ac denominationis characteris est anima. num. 10.
De potentia Dei ordinaria character est indelebilis. n. 11.
De absoluta Dei potentia posset character destrui. num. 12.
Character post mortem etiam remanet. n. 13.
Christianus è morte reuocatus iterum non est baptizandus, neq. si fuerit Sacerdos, iterum Sacro initiandus est ordine. n. 14.
Visio beata, & fides supernaturalis eiusdem mysterij non physicè, sed moraliter repugnant esse in beato. n. 15.
Cur sicut habitus luminis gloriæ, & fidei supernaturalis in Patria moraliter nequeunt in beato esse, nequeat etiam esse character. num. 16.
Cur Ecclesia consecrata destructa consecrationem amittat, quam nequè iterum adipiscitur extructa eisdem cementis, secus de homine ini-

Digitized by Google

initiato morte deſtructo, in cuius anima ſemper character perſeuerabit. n. 17.

Character manet in anima poſt mortem, abſquè poteſtate tamen, vel iuriſdictione ei annexa. num. 18.

Sacerdos iterum ad vitam reuocatus, ſicut denuo non eſſet ordinandus, ita vtraq. potiretur poteſtate tùm ordinis, tùm iuriſdictionis. num. 10.

Chriſti Sacerdotium eſt æternum: ſecus noſtrum. num. 20.

Ex ſua natura character eſt indelebilis, & non ex mera, atquè extrinſeca inſtitutione. num. 21.

Poſſibilis eſt qualitas contraria characteri illum expellens in pœnam. n. 22.

Num autem capax ſit extentionis character. nu. 23. remiſſiuè.

NOn eſt conſilium ſingulas expendere Auctorum ſententias, quod eruditè præſtitere poſt antiquos *Soarius 3. tom. in 3. part. diſp. 31. ſect. 3. Vaſquez 2. tom. in eamdem 3. part. diſp. 134. c. 3.* & alij, nè actum agam, ſed eis tantùm indicatis, ſi qua ab aliquo addita ſunt momenta rationum contra noſtra principia reijcere.

1 Itaq. cum quatuor qualitatis ſpecies à Philoſophis, duce Ariſtotile, tradantur, habitus videlicet, & diſpoſitio. Potentia, & impotentia. Paſſio, & Patibilis qualitas. Forma, & figura. Auctorum nonnulli ad nullam ex his ſpectare characterem docuerunt directè, ſed ſolum reductiuè. Sic *S. Thomas 3. part. 63. art. 2.* quem communiter pleriq. ſequuntur Thomiſtarum. Alij ſub quarta ſpecie qualitatis directè ſtatuunt characterem, ſic *Marſilius in 4. q. 4. art. 1. concluſ. 7. ad 4.* Alij ad primam ſpeciem habitus nempè reuocant, ſic *Alenſis in 4. part. q. 19. art. 2. Sot. in 4. q. 10. Soarius §. vlt. dicendum. Vaſq. num. 70. Conink de Sacrament. q. 63. art. 2. num. 12.* non alio fundamento, quàm aliarum opinionum reiectione. Sumunt autem hi Auctores habitum non tanquam principium ſimpliciter, vel facilius operandi, ſed tanquam formam diſponentem ſubiectum ſecundum ſe, vt bene ſe habeat. Alij quarto ad tertiam referunt ſpeciem qualitatis, ſic *Altiſiodorenſ. lib. 4. tract. 3. c. 2. verſ. ad id, quod quæritur*, cui nuper *Eminentiſs. Cardinal. de Lugo ſuperiori cap. citat. n. 47. & 48.* ſubſcripſit.

2 Verum ad ſolutionem noto primum. Non eſſe de voce ſi penitus quæſtionem hanc ſpectemus; nam eſto prædicamenta formaliſſimè ſumpta, vt *in Logicis* expoſui, rationis ſunt entia, cum prædicamenta ſuperiora ab inferioribus realiter, vt res à re non diſtinguantur, & conſequenter ordo ille ſit rationis; at verò prædicamenta materialiter ſumpta pro rebus ſub illis poſita, ſunt quidem realia, & pro aggregato ſumpta eſſe res ipſas reales non abſolutè, ſed conſideratas à noſtro intellectu, quod ſignificauit *Gabriel in 4. diſp. 6. q. 2. dub. 3.* dicens, collocari res in prædicamento non abſolutè, ſed vt nominibus ſignificantur, quia, vt probè *Vaſquez citat. n. 53.* voces ſubſtituuntur in locum conceptuum. Ex quibus planè fit, cum de charactere inueſtigemus ſub qua ſit ſpecie qualitatis, de eius reali natura nos quærere, quæ probè per prædicamentum innoteſcit.

3 Aſſertio prima. Sub certa ſpecie qualitatis character eſt, nec ſolum reductiuè. Sic maior Auctorum pars, atq. expreſsè *Soarius ſæpè laudatus ſect. 3. ſub initio, Vaſq.* toto illo capite ſupponit, vt certum, ac *diſp. 134. probat cap. 3. num. 49.* alijq. Recentiores. Et quidem ob duplex fundamentũ à recta ſerie directè alicuius prædicamenti videtur reijci character ab Auctoribus cõtrariæ ſententiæ, vel quia ſupponitur eſſe aliquid incõpletũ, vel quia ſupponitur eſſe inſtrumentum, q̃ indicare videtur *S. Thom.* vel quia ſupernaturalis eſt, quod potius amplectitur *Riccardus in 4. diſt. 5. art. 1. q. 1. ad 3.* Non ob primum, quia, vt modo dicemus, & probè ratiocinatur *Soarius citatus* nõ eſt quidpiam incompletum character, neq. inſtrumentum. Non ob ſecundum, nam vel excluderetur, vt qualitas ſupernaturalis, vel vt talis: non vt qualitas, cum qualitates naturales, ac ſupernaturales conueniant vniuocè ſub ratione communi qualitatis, quæ ſecundum vnicum conceptum concipi poteſt ob ſimilitudinem, & conuenientiam, quam ſingulæ ſeruant in habitudine, ac ratione ſubiectum afficiendi: ſicut actus ſupernaturales omnes, ſiuè intellectus, ſiuè volũtatis in ratione actus vitalis vniuocè etiam conueniunt ſub ratione communi qualitatis vitalis; cum ſupernaturalitas non ſit conditio diminuens, ſed eminentior ad illuſtriorem potius euehens ordinem qualitatem ipſam: neq. quatenus talis qualitas ſupernaturalis id habet; quippè quæ comparata cum alijs ſupernaturalibus, non eſt cur dicatur ſecundum quid, vel analogicè, cum ſimpliciter afficiat, perficiatq. animam, ſitq. permanens, perpetua, atq. indelebilis: nec habitudinem aliquam dicit ad aliud, quæ forſitan vniuocationi obſit: nam vel tranſcendentalis eſt, vel ad modum ſigni, ſeu expreſſionis, vt ſupra diximus: quibus habitudinibus, vtpotè nobis notioribus, qualitates ſæpiùs explicantur, quemadmodum probè *Vaſquez* notauit *n. 53.*

4 Ex his autem cum Soario neceſſaria deduco ſequela, ſub certo genere ſubalterno, & ſpecie vltima qualitatis characterem directè, & propriè conſtitui, cum fieri non poſſet quidpiam eſſe ſub aliquo ſupremo genere, niſi mediis generibus ſubalternis, ac ſpeciebus adequatè diuidentibus illud genus.

Deduco præterea licet daremus *Cardinalis de Lugo ſect. 3. n. 32.* characterem verè eſſe indiuiduum completum qualitatis; ex hoc tamen non neceſſario deduci, ponendum eſſe ſub certa ſpecie, & prædicamento qualitatis, cum aliquis contendere poſſet, ſub hac ſupernaturalia indiuidua non eſſe, vt volebat *Riccardus in 4. cit.* ſed ſolum naturalia, quibus cum vniuocè *Riccard.* dicit, non conuenire. Itaq. aſſerta concluſio, quam etiam amplec-

Digitized by Google

ctitur *Eminent. de Lugo* eius probari fundamẽto non potest, nisi quę retulimus è *Soario* adhibeantur ad probationem.

6 Assertio secunda. Character ad primam non spectat qualitatis speciem. Probatur; quia vel quándo inuestigamus specificam rationem characteris impropriè cum metaphora, seù reductiuè de illa philosophamur, vel propriè, atq. in rigore, vt par est, dum rerum essentias inquirimus. Si primum, sicut ad primam qualitatis speciem, sic ad cęteras character reduci facilè poterit. Si secundum cum essentia primę speciei qualitatis sita sit in eo, quod per se primo instituta tendat ad perficiendam substantiam in ordine ad operationem, ob quod munus sit addita potentiæ ex *Philosopho 2. Ethic. c. 5.* & id characteri minimè conuenire fateantur vltro huius opinionis Patroni, non video, quomodo sub habitu illum statuant. Secundo vel habitus à dispositione ponitur essentialiter distinctus, vt vult *D. Thomas 1.2. q. 49. art. 2. ad 3. Sotus, Caiet. Toletus, Rubeus*, & alij, vel non; Si primum, cuius opinionis videtur esse, etiam *Soarius disp. 42. metaph. sect. 5. n. 15.* non poterit character habitus dici: quippè qui potius erit asserendus dispositio, cuius differentia specificans, eamque distinguens essentialiter ab habitu eodem Auctore *Soario*, est esse formam, & actum secundum, perficientem potentias; habitum verò actum primum ordinatum ad operandum. Quod si secundum aliquos dicatur dispositio ab habitu distincta per id, quod facile mobilis sit facilitate proueniente ex causis efficientibus, vt sentiunt *Conimbricenses*: vel ex parte subiecti, vt *Rubeus q. 2.* spectare non poterit character ad dispositionem, qui quidem est difficile mobilis, imò indelebilis. Si autem essentialiter nõ dicuntur hæ duæ qualitates distinctæ, vt opinor probabilius cum Græcis interpretibus *Alberto Magno, Vasquez 1.2. disp. 78. c. 3. nu. 20. aliisq.* cum earum essentiam character minimè participet, qualitatis nimirum primo, & per se superadditæ potentiæ ad operandum, quam habitus perfectè sibi vendicat, imperfectè vero dispositio, ad quam habitus imperfecti reuocantur, consequens est ad hanc primam qualitatis speciem non reuocari characterem.

7 Assertio tertia. Character ad tertiam spectat speciem qualitatis. Sic sentio cum Auctoribus quartæ sententiæ, & cum alijs, quos tacito nomine, indicat *Soarius sect. 3. 3. paulò ante finem, §. nisi forte, necnon cum quampluribus Recentioribus Hispanis Theologis*, quibus hæc erat communis opinio, dum apud eos studijs operã darem. Nequè fundamento moueor *Altisiodorensis*, cum non arbitrer characterem lumen esse spirituale; cuius rationem si haberet, potius habitus esset, qui disponeret, adiuuaret, vel eleuaret intellectum ad perfectius, vel vltra naturales vires operandum. Præterquam, quod vti super. confecimus, character non est per se operatiuus in ordine præsertim ad intellectum, cum quo actum, atq. expressam representationem producere deberet. Nec quia terminus est proprius actionis; etenim vt probè *Soarius citatus*, hæc ratio termini vt sic, est sola denominatio extrinseca, atq. à cęteris ferè omnibus vindicatur. Sed quia cum hæc qualitas per se primo sit instituta ad perficiendam substantiam in suo esse, & character à Deo per Sacramentum inducatur ad animam perficiẽdam, vel in ratione exigentiæ filiationis adoptiuæ, vel seruitutis, militiæ, famulatus, ac ministerij; 8 sicut etiam gratia sanctificans (si distinguatur realiter ab habitu charitatis) quæ sanctificat animam, perfectaq. ratione facit filiam, ornat, ac quodammodo Deificat, cum diuinæ participem faciat naturę, ad hanc eamdem censeo spectare speciem, vt eam communiter ponunt *Theologi apud Soarium in metaph. tom. 2. disputat. 42. sect. 4. num. 23. estio tomo 3. de gratia lib. 2. num. 11.* indicat esse sub specie habitus. Deindè sufficiens enumeratio cęterarum specierum, à quibus meritò rejicitur character, id probat. Demum quia & scripturæ loca, & Auctorum dicta propriori ratione hoc modo declarantur, cum characterem asseramus tendere ad perficiendam, & tigno afficiendam animam iuxta dicta.

9 Neq. ab hac sententia me retrahit, quod in hac specie solum corporeæ videantur collocari qualitates, quæ sunt obiecta sensuum cum Auctore *Philosopho in prædicamentis, cap. de qualitate*, huius speciei sint etiam qualitates spirituales: quapropter iracundia, atq. insania constituuntur, quæ tamen sensibiles per se non sunt, vt nequè actus intellectus, & voluntatis, qui tamen ab his, qui docent qualitates tantum sensibiles huius esse speciei sub illam ponuntur. *Diuus autem Thomas 5. metaph. sect. 16.* qualitates asserens tertię, & quartia speciei solis rebus conuenire corporalibus, ex natura rei exponendus est; cum in subiecto naturali hæ subiectentur qualitates; non tamèn de potentia absoluta Dei, supra naturæ ordinem aliquid producente, vt probè idem *Soarius disputat. citata 42. sect. 4. num. 11. & 12.* Hæc autem licet ita se habeant, non ideò tamen negauerim, characterem, siue vt notam exigentem filiationem adoptiuam, vt de baptismali dictum est, siue vt signum seruitutis militiæ, ac famulatus iure quidem suo exigere auxilia, & gratias ad has prerogatiuas, & munia debitas, nec non characterem ordinis postulare potestatem, & iurisdictionem Sacerdotalem conficiendi Corpus Christi, & remittendi peccata, iuxta infra dicenda. Verum cum primo, & per se hæc non expetat, sed in ordine ad perfici endam, signandam, atquè illustrandam animam datus sit, propriori ratione ad tertiam refertur speciem, non secus ac primæ qualitates, vt calor, &c. quæ tametsi operatiuæ sint, non tamen ordinantur primo, & per se ad operationem, sed ad perficiendam substantiam; cum igitur *D. Thomas* dicat esse characterem sub secunda specie, explicandus est in sensu morali, in quo reductiuè ad primam etiam statuit; vel explicasse secũdario characterem, vt *art. 4.* considerauit.

10 Assertio quarta. Quidquid sit de alijs opinionibus, quas *Vasquez laudatus cap. 4. & Soarius*

Digitized by Google

rius eruditè, ac doctè reijciunt, characteris ſubiectum propriè, ac proximum inhæſionis, ac denominationis, in ſcholis ſubiectum quod, appellari ſolitum eſt anima, neq. alio præter eã indiget ſubiecto, quo; ratione cuius animæ totus homo ſubiectum dici poteſt, quo pacto intelligendus eſt *Eugenius IV.* in decreto fidei *Concilij Florentini poſt ſeſſionem vltimam*, §. 5. *Eccleſiaſticorum, ac Trident. ſeſſ. 7. can. 9. de Sacramentis, ſic Marſilius in 4. quæſt. 4. art. 1. ad 2. dubium, quod eſt in fine articuli, Vaſquez citatus num. 77. Soarius pariter citatus, §. in hac re, Conink in art. 4. & alij* Recentiores. Fundamentum primæ partis eſt ad noſtra principia conſonum, quia cum character tertiæ ſpeciei ſit qualitas perficiens, atq. animam ſignãs ad varias prærogatiuas, officia, functioneſque ei profectò debet ineſſe, quam ſignat, illuſtrat, atquè deſignat; neq. dici poteſt ineſſe tamquam ſubiecto, quo, potentiæ intellectus, vel voluntatis: etenim cum neq. naturalem potentiam characterem eſſe, neq. proprium eius prædicatum habere ſupra demonſtratum ſit: neq. propter eſſe operationis, ob quod à ſecunda ſpecie illum reijcimus, ſed qualitatis tertiæ ſpeciei rationem, vti dictum eſt, ſortiatur, animam nempè perficientem ſecundum ſe, atq. in ſe ipſa, non ſecus, ac de gratia ſanctificante ſentimus. Quæ quidem ratio non modo probat in minus probabili ſententia docente, potentias animæ realiter ab illa non diſtingui, quemadmodum patet, ſed in probabiliori etiam aſſerente, illas quidem diſtingui. Rationes autem contrariorum rectè tum à citatis ſoluuntur Auctoribus, tum *à Cardinali de Lugo diſputat. 6. de Sacramentis ſect. 4. à num. 56.* Verùm quia ratio quędam à *Salas ſupra citato ſect. 3. num. 68.* noſtræ opponitur ſententiæ magis directè, quàm cęteræ, ſic ſoluenda, vt licet rationem imaginis; ac ſimilitudinis ſpiritualis, intentionalis, & expreſsæ meritò collocandam eſſe demus in intellectu: ſecus autem de charactere ſentimus, quatenus rationem imaginis, & ſimilitudinis ſibi vindicat non intentionalem, ſed obiectiuã modo ſupra declarato.

11 Aſſertio quinta. De potentia ordinaria character eſt indelebilis in hac vita. Eſt communis Auctorum ſententia, *D. Thomæ quæſt. 63. art. 5. Caietani ibidem, Vaſquez cap. 1. Suarez in expoſitione art. 5. citatæ quæſtionis 63.* & aliorum apud hos. Et quidem de potentia ordinaria diuina, atq. in hac ſaltem vita, aſſertionem intellectam, de fide docet eſſe, *Soarius ſub initio*: vtquè firmam, & conſtantem perpetua Eccleſiæ traditione, definiuit *Eugenius 4. in citato decreto Concilij Florentini poſt vltimam ſeſſionem, §. 5. Eccleſiaſticorum*, necnon *Concilium Trident. ſeſſ. 7. can. 9. de Sacrament.* cum enim Sacramenta, quibus character inuritur iterari nequaquam poſſint, ſignum eſt, characterem ſemper in hac vita ſaltem permanere. Neq. obſtat gratiam habitualem ſanctificantem charactere perfectiorem peccato lethali expelli; nam cum gratia rationem filiationis adoptiuæ actualis, & amicitię, necnon conuerſionis ad Deum ſuo modo contineat, minimè cum mortali poteſt peccato conſiſtere, ſaltem de potentia Dei ordinaria, ſimulq. eſſe, quo infectus homo, adoptiuus filius amplius non eſt, adoptione orbatus, ſed inimicus, Deo inuiſus, & auerſus: ſecùs cum charactere, qui quidem ſolùm illam petit filiationem, atq. amicitiam: & ſicut primo poterat cum peccato exiſtente produci, & recipi, ſic pariter deinceps conſeruari.

12 Prudens loquutus ſum de potentia ordinaria; nam de abſoluta, licet admitterem, non poſſe qualitatem produci, vel certè cum fundamento aſſeri, characteri contrariam, de qua infra breui dicam: at poterit certè Deus ſuum contrahere concurſum; quo character, vt potè realis qualitas conſeruatur, eoq. contracto, ac denegato, ad nihilum reducere: imò etiamſi cum eis ſentiremus, qui characterem extrinſecam dicunt denominationem, vel relationem rationis prouenientem è præterita Sacramenti actione, poſſet etiam deleri character, vt probat *Vaſquez citatus cap. 5. num. 77.* ſi ſtatueret Deus, vt qui peccatum mortale committeret, aut inhabilis ad filiationem adoptiuam, & ad alia efficeretur Sacramenta, nè iterum baptiſmate noxam abluеret, aut Sacramentum nõ poſſet adminiſtrare, niſi iterum ordinaretur, aut minimè cenſeretur ad diuinam deſignatus militiam, niſi denuo confirmaretur; vbi non ſecus, ac Eccleſiæ conſecratio, quæ ſicut non ſolum ex actu præterito conſecrationis, ſed ex inſtitutione diuina, vel Eccleſiæ pendet, ita character ſi hac eadem inſtitutus fuiſſet ratione, vt poſito aliquo peccato illum habentis deleretur, quo poſito peccato profectò tolleretur, vt rectè proſequitur *Soarius §. præterea.*

13 Aſſertio ſexta. Character poſt mortem etiã remanet. Ita *S. Thomas 3. part. quæſt. 63. art. 5. ad 1. Alexander 4. part. quæſt. 8. membro 8. art. 1. Bonauentura diſt. 6. in 4. art. 2. quæſt. 5. Scotus ibidem diſt. 1. quæſt. 4. art. 6. Vaſquez, & Soarius modo citati, aliique Recentiores.* Ratio eſt, quia perſeuerat eius immediatum ſubiectum, anima ſcilicet, in qua fruſtraneus non erit; etenim in anima iuſti inſitus ponitur ad ornatum, decorem, illuſtremq. teſſeram, ſiue ſigilij, ſiue militis, ſiue famuli, aut ſerui Dei: in anima verò damnati ad opprobrium, fœdamquè ignominiam, ac turpiſſimam pœnam, ſiue exhæredationis, ſiue defectionis, ſiue infidelitatis, & contumacię, quòd inſignius tali nota, ſeù ſigno illis omnibus donis, quæ ab eo petebantur per propriã culpã cũ ſpoliatus ſit, parerat, & rationi conſonum, vt indelebilis perſeueraret character.

14 Secundò à poſteriori. Chriſtianus per diuinam potentiam ad vitam è morte reuocatus non eſt iterum baptizandus, neq. ſi fuerit Sacerdos iterum initiandus, Sacerdotio; ergò ſignum eſt perſeuerare characterem, nec morte deſtrui; cum Concilia ex eo, quod tria Sacramenta non poſſint iterari, colligant, characterem imprimi: Et licet dici poſſet, quod è mortuis ſuſcitato, Deus illo tunc characterem reſtitueret, hoc tamen miraculum abſq. neceſſitate aſſerendum non eſt.

Obij-

Digitized by Google

Obijcies habitus fidei perire per ingressum in beatitudinem, qui tamen resurgeretur beato, si rediret ad statum viatoris; ergo etiam character amissus restituendus esset ad vitam reuocato.

15 Respondeo. De lege saltem ordinaria actum fidei, & visionem beatam incompossibiles esse in eodem intellectu: & habitum fidei, & lumen gloriæ, non ob fundamentum à *Soario inductum 1. tomo in 3. part. quæst. 7. art. 3.* quia nimirum fides debet esse de re obscura, qualia non sunt mysteria fidei beatis, à quibus per visionem
16 clarè videntur: nam ad fidem solum requiritur, vt res credita sit obscura per medium suũ ei proportionatum, videlicet extrinsecum, non verò vt obscura sit per aliud medium, vt in simili philosophatus sum de fide, scientia, & opinione, & in materia de Incarnatione dixi. Sed incompossibiles censeo dictos actus non physicè, sed moraliter ratione status beatifici; quip pèqui cum præstantissimus sit cæterorum omnium, nõ est, cur in eo actus obscurus asseratur fidei circa ea, quæ meridiana luce clariora beatus intuetur. Sicut multa, quæ licet Regibus, ac Dynastis physicè non repugnant; moraliter tamen eos dedecent ratione præclarissimi status. Et sic pariter ratiocinatur *citatus Soarius* ad probandum in Christo Domino admittendos non esse actus fidei humanæ, vel opinionis, imò, & morbos, & cætera huiusmodi, quæ physicè cum natura Christi Domini nullam habebant oppositionem. Vt igitur moraliter actus visionis, & fidei repugnant esse in vno beato; sic etiam & habitus fidei, & lumen gloriæ de lege ordinaria, & ratione status; què quidem habitus ad illos cum ordinẽtur actus; nihil mirum si eodem pacto simul esse non possint; si habitus igitur fidei destrui supponitur in beato, hic ad vitam si reuocaretur, iterum eo reproducto donandus esset. At character nullam habet oppositionem cum aliquo habitu, siue visionis beatæ, luminis videlicet gloriæ, vel amoris Dei in Patria, aut cum aliquo dedecore damnati. Præterea habitus fidei cum per se primo ad actum ordinetur, frustraneus esset in Patria, in qua de lege saltem ordinaria, ratione status, vt dixi, actus fidei esse non potest; verum cum character primo, & per se ordinetur ad hoc, vt insigniret, ornaretq. filiũ, famulum, seruum, vel militem Dei, sicut bulla, tesseraq. militis, quæ etiam à milite gestabatur in triũpho, perseuerare dicẽdus in Patria; sæpè .n. insignia dignitatis, publica instrumenta magnorũ officiorũ armaq. victoriq ad familiq splẽdorẽ asseruantur accuratè; quę ad dedecus hominũ, & insequuntur quo pacto ex iustitia Dei character perseuerabit in damnato, qui christiani nominis gloriam propriorum dedecorum tenebris offudit, & illustri Reipublicæ muneri minimè satis faciens, vel eam malè gessit, vel deficiens notam perpetuę contraxit infamiæ.

17 Neq. obstat Ecclesiam consecratam destructam; consecrationem amittere, quam non recuperat etiamsi iterum eisdem rædificetur cementis, cum illa consecratio toti adhæreat compositi, vt ad modum entis moralis potest, quo quidem destructo, deleta illa censetur; at character qualitas cum sit realis inhærens tanquam immediato subiecto animæ, vt hæc perseuerat, secuta hominis morte, etiam & ille perseuerabit per æternitatem sicut, & anima.

18 Assertio septima. Character permanebit post mortem non tamen cum potestate, sed in illius signum, quam quis habuit, si fuerit præsertim confirmationis, vel ordinis conferendi, vel Eucharistiam consecrandi, vel peccata remittendi, *sic è Ledesma* docet *Vasquez citatus. nu. 96.* Et quidem perseuerantiam characteris in Patria ad maiorem honorem, felicitatemq. beati, & in barathro infernali ad æternum dedecus damnatorum supra probatum est: carentia verò potestatis probatur ex eo, quod annexa est characteri tantum existenti, atquè inhærenti homini viatori; quod ex eius fine constat, ad quem ordinatus refertur, quo cessante cum vita mortali: Si quidem in Patria Sacramentorũ vsus non esse liquet, cessare etiam debet.

19 Ex hoc consequenter fit. Sacerdotem, ad vitam si reuocaretur, non esse iterum ordinandũ, cum characterem retineret, quemadmodum *Angelicus* docuit *lectione 7. in cap. 11. Epistolæ ad Hæbreos*. Consequenter igitur potiretur vtraq. consecrandi, atq. absoluendi potestate, eam exigente characterе in homine iterum facto viatore, atq. coniunctionem hanc moraliter expetente: non autem post vniuersalem resurrectionem postquam super vacaneæ sunt vt probè prosequitur *Vasquez num. 94.* Idemq. dices de Episcopo rediuiuo quoad potestatẽ etiam confirmandi, ordinesq. conferẽdi: Quod à fortiori concedunt Auctores asserentes Sacerdotium Christi post extremum illum diem minimè mansurum, quos citat, & reijcit *Vasq. 1. tomo in 3. part. disput. 85. cap. 1. & 2.* cum quo,
20 vt ibidem diximus, Sacerdotium sentimus Christi mansurum in æternum; quia Sacerdos est suaptè natura; nos autem participatione quadam accidentaria. Verum satis de his, cum directè ad nostrum non faciant institutum.

21 Fit præterea characterem esse natura sua indelebilem, & non ex Dei tantum institutione. Etenim cum nobis certò constet esse indelebilem in hac vita in homine viatore existentem, & probabiliter etiam constet tum ex carentia contrarij de facto, tum ex ratione, & Scholasticorum auctoritate perseuerare in altera vita, & post resurrectionem esse etiam perseueraturum: quæ quidem sicut post mille, & quingentos annos v.g. fieri posset; ità & duratio interminata characteris asserenda est; quæ qualitati non repugnat, nec fingenda sunt, vel asserenda miracula absquè necessitate.

22 Nùm autem sit possibilis qualitas contraria characteri, negari videtur à *Vasquez disput. 134. cap. 5. n. 86. ad finem.* At mihi de potentia absoluta Dei non est improbabilis: eius autem effectus esset incapacem reddere hominem ex aliquo v.g. grauissimo peccato, tum ad omniũ

di-

Digitized by Google

dictarum prærogatiuarum designationem, tum ad ornamẽta, & decora omnium potestatum. Nam vt per peccatum originale tot miser homo contraxit calamitates, & spirituales, & corporeas præter orbationem gratiæ, Dæmon quoquè subijt obstinationem in pœnam peccati, per quam à peccato resurgere, atquè in gratiam sanctificantem nequeat redire, & sicut per peccatum subtractionem cuiuscumq. gratiæ etiam sufficientis in pœnam idem meruit, ita & posset Deus ordinare, vt per peccatum aliquod homo priuaretur quocumq. charactere, præsertim ordinis sacri, nè tam illustri tessera insignitus esset, idq. significare contraria altera qualitate, atq. infami nota etiam speciali, quæ instar esset turpis habitus, seù vestitus, quo à Iudicibus Sacri Tribunalis fidei inquisitoribus indui merito solent Rei: talem enim qualitatem repugnare Diuinæ Omnipotentiæ non video, ac iustè posset inuri in pœnam homini peccatori, qui quidem ob peccatum priuari meretur quocumq. spirituali beneficio, & qualibet affici pœna.

23 An autem intensione, vel extensione sit capax character cum sequenti disputatione de ordine, & Sacramento Episcopali disputaturi sumus prò nostri necessitate tractatus, non nihil dicemus.

DISPVTATIO OCTAVA.

De Charactere Consecrationis Episcopalis.

PER prolusionem superioris disputationis naturam Characteris prò nostri necessitate instituti exposuimus: Reliquum est, vt expendamus, an per Episcopi Consecrationem nouus à Sacerdotali distinctus imprimatur, vel potius quasi per nouam accessionem, atq. auctum, vel alia ratione Sacerdotalis character extendatur.

CAPVT PRIMVM.

An per Consecrationem in Episcopum Character imprimatur penès varias opiniones.

SVMMA.

Prima sententia negat per consecrationem Episcopi characterem produci, vel imprimi. nu. 1.
Secunda sententia docet per consecrationem Episcopalem nouum non imprimi characterem, sed extendi Sacerdotalem. n. 2.
Tertia sententia eodem pacto characterem Sacerdotalem extendit ad Episcopatum, ac consecrandi characterem ad remittenda peccata. num. 3.
Quarta, & vera sententia nouum imprimi characterem docet. n. 4.

1 PRima sententia negat omnino per cõsecrationem, & ordinationem Episcopi produci characterem, siue intelligat nomine productionis nouam illius eductionem, siue primi Sacerdotalis extensionem, vt alij citandi sentiunt, sic *Vasquez tum disputat. 240. cap. 5. n. 54. tum disputat. 239. cap. 6. num. 54.* qui eodem permanente charactere Sacerdotali potestatem Episcopo asserit conferri distinctam ab ea, qua potiebatur, quatenus Sacerdos, Eucharistiam consecrandi, & peccata remittendi. Fundamentum, quo vtitur, est, quia, vt distincti characteres in ordinationibus imprimãtur, opus est, vt vnus alium non supponat necessariò; Cùm igitur propriæ potestatis Episcopales, potestates supponant Sacerdotales, ita, vt si quis non Sacerdos ordinaretur in Episcopum, Episcopus non esset, neq. facultatem ordinandi, & confirmandi haberet; quippè quæ ab illis pendent, consequenter vna cũ hisce Episcopo character non imprimitur. Confirmatur à paritate, nam sicut esto distincta sit consecrandi potestas à potestate remittendi peccata, quæ quidem per distinctam materiam, & formam, ac distincto tempore traditur, non arguunt tamen, neq. dicuntur per distinctos characteres dari ob hanc necessariam inter eas connexionem, qua potestas obsoluẽdi necessariò potestatem consecrandi supponit, ita vt si quis facto ipso illam sine hac vellet alicui conferre, nihil efficeret: ità cum eadẽ ratione se habeant potestates propriæ Episcopales cum his Sacerdotalibus neq. arguent, neque per eas duo coferentur characteres.

2 Secunda sententia est *Sot. in 4. dist. 20. q. 1. art. 2. post conclus. 3. ad fin.* docens, per ordinationẽ Episcopi nouum non imprimi characterem, sed Sacerdotalem extendi, quod non euenire sentit in charactere impresso Sacerdoti cũ potestate consecrandi, quem non extendi putat,

Digitized by Google

tat, cum eidē Sacerdoti cūfertur potestas alios absoluendis à peccatis, vt asserit *dist. 24. q. 1. art. 4.* tametsi primo *loco cit.* id concesserat in charactere Apostolorum, quem primum Sacerdotes in cœna receperunt ad consecrandum, & post Resurrectionem Domini extensum habuerūt ad absoluenda peccata. Huic sententiæ nonnulli adiungulantur Recentiores.

3 Tertia sententia est *Paludan. in 4. q. 7. art. 3 n. 16.* qui eodem pacto philosophatur de charactere Sacerdotali, qui quidē imprimitur ad Eucharistiam consecrandam, & extenditur ad remittenda peccata, atq. in hoc Sacerdotali, qui extenditur per consecrationem Episcopalē ad confirmandū, & ad ordines conferendos.

4 Quarta sententia est *Michael. Medinæ lib. 1. de Sāctorū hominū conscientia c. 16. §. imbecilliores*, qui Recentiores pro secūda sententia relatos irridet, & prò viribus asserit p ordinationē Episcopi nouū produci, atq. imprimi characterem.

CAPVT SECVNDVM.

Vera sententia de Episcopali charactere,

SVMMA.

Per consecrationem Episcopi aliquod intrinsecū imprimitur consecrato. n. 1.

Quod in consecratione Antistitis producitur est verus, & proprius character. n. 2.

In quo sensu Episcopus sit Christi seruus. n. 3.

Per hoc intrinsecū quod produci dicimus, Sacerdotalis non extenditur character, sed nouus specie penè distinctus producitur. n. 4.

Expenditur, et impugnatur extentio characteris. num 5.

Episcopus rediuiuus polleret facultate ordinandi, & confirmandi, non autem Iurisdictione in Ecclesia altero Episcopo concesso. n. 6.

SIt prima conclusio, per ordinationem Episcopi aliquid intrinsecum ei consecrato imprimitur, hæc assertio contra primam sententiam, est *Auctorum 2. 3. & 4. necnon Bellarm lib. 1. de Sacr. ord. c. 5. §. tertio in Episcopo, Conink disp. 2. dub. 6.* Probatur primo, quia hic ordo repeti non potest; ergo imprimit aliquid intrinsecum ordinato Episcopo; ex hoc enim à posteriori deducimus characteris impressionem in Sacramento Baptismi, & Confirmationis. Secundo, quia per tres ordinationes Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotij aliquod producitur intrinsecum, etenim sola destinatione extrinseca, vel relatione aliqua rationis ad munera propria illorum ordinum, satis non censentur constituti Subdiaconi, Diaconi, & Sacerdotes; atqui Episcopus per consecrationē constituitur in eminentiori gradu Ecclesiastico ad duo Sacramenta, quæ solus conferre potest; ergo per consecrationem illius aliquid intrinsecum in eo producitur.

2 Secūda cōclusio, intrinsecū, q̄ producitur per consecrationē, est proprius, & verus character. Probatur primo auctoritate *Dionys. Areopag. de Ecclesiast. Hierarchia c. 5. Episcopo, Sacerdoti & Diacono virtus sacratior, habitusq. infunditur.* Nomine aūt virtutis characterem certē intelligentis, & nomine habitus gratiā sanctificantem, vt in cęteris, quos indicat, ordinibus Sacerdotij, ac Diaconatus. Secūdo probatur à priori, quia, vt *super. disp. c. 2.* dixi character est signū ex sua natura tale, quo cognito, vt quod in cognitionem deueniuntur rei, quam significat; sed per consecrationē Episcopi gratia habitualis sanctificans cōfertur, & cōstituitur insignitus minister, famulus, & suo modo seruus Dei iuxta illud, *Quis putas est fidelis seruus, &*
3 *prudens?* Seruus, inquam, honorarius, dispensator, Oeconomus, Vicarius; hęc .n. omnia nomina Præsuli esse *tom. 1. lib. 1. disp. 1.* docui, nā huiusmodi serui Hæbraicè Mecaretim, quasi ministri dicuntur ad eorū distinctionem, qui Abadim appellantur, serui nempè, qui vilissima sunt mancipia in neruis, & compedibus habita. Siue alij, qui Mediastim, vt sunt famuli Ciuiū, seù nobilium, quorum omnium non habent rationē Episcopi, sed primorū quidem, ad quorū munus characterem dicimus imprimi, sic *Paulus 1. ad Corinth. 4. vers. 1. vocat Episcopos dispensatores, & Dauid appellat Principes, Constitues eos Principes super omnem Terram.* eodēq. sensu Christus Summus Pontifex *Isaiæ 49. ver. 3.* dicitur *Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor, vt hic Hieronymus, & Cornelius à Lapide 1. cap. epist. ad Philippenses n. 3.* quæ denominatio quomodo conueniat Christo, vt homini scitè docet ex multis *Soar. in 3. p. disp. 44. 1. & 2.*

4 Sit tertia conclusio per hunc, quem dicimus produci characterē, non extenditur character Sacerdotalis, sed est numero, & aliquo pacto species distinctus ab illo; spectans ad totalē rationē Episcopatus, fundamentalis huius nostrę assertionis ratio deducitur ex loco paulò antè allegato *sup. disp c. 2.* Porro cum signum specificetur à rebus, quarum est signum, & character suo modo signum sit, vt quos exprimēs, vel diuersa munera propria Episcopalia, vel distincta Sacramenta, vt ordinis, & cōfirmationis, ad quæ conferenda, est Episcopo potestas: vel significans distinctum statūm, & gradum in Ecclesia maximum Episcopi, vel gratiam sanctificantem, variaq. auxilia ad modo indicata munera congrua, & ab his, quæ per cætera Sacramēta donātur aliquo pacto distincta, manifesta cōcluditur consequētia characterē hunc in ratione signi, quā gerit, pluſquam numero à charactere mere Sacerdotali differre. Secūdo Auctores asserentes extensionem characteris, vel volunt Sacerdotalem characterem extendi re ipsa, vel quoad solam significationem, quatenus in Episcopo signum est plurium potestatum, quam in Præsbytero: Si primum, cęremonia, quæ hūc habet effectum spiritualem, & supernaturalem, realem scilicet extensionē characteris, & erit Sacramentum, & sufficientem inuoluet vim nouū imprimendi, cum extensio realis, vt mox dicam, vel erit nouj gradus, vel nouæ partis, ad cujus productionem tantū desideratur virium, atq. ad indiuiduum characteris producendum: Si secundum, Auctores, in

quos

Digitized by Google

quos agimus, dixerint, non video quo pacto in ratione signi possit extendi character tot, ac tanta supernumerata significans, quæ non significantur, nequè arguuntur per characterem sacerdotalem, quin etiam entitatiuè, imò specie, vt institui dicere, ab illo distinguatur. Ad hæc cum hoc signum quid reale fit, vt supra probatum est, sicut cum noua assignantur munera nouus status, & gradus, & noua potestas, nouus profecto character asseritur, ità cum noua fiat additio realis, additio noua asserenda est characteris. Tertia ni velit quis prorsus allucinari, nō videbit magis distare potestatem consecrandi, & absoluēdi à peccatis, à potestate confirmādi, & conferendi ordines, quam potestatem legendi Epistolam, & Euangelium in Missæ sacrificio, sed ad hæc pro nuntur ab Aduersarijs duo distincti characteres in Subdiacono, ac Diacono, neq; satis esse censetur vnus ad alterum extendi; ergo hoc idem censendum est in Sacerdote, atq. in Episcopo. Demum, vel hæc extensio characteris fieret instar extensionis rei quantæ, vel instar extensionis habitus, qua nonnulli putant vnū, & eumdem habitum ad plures extendi actus, sic habitum acquisitum circa primam conclusionem ad reliquas volunt extendi; atqui neutro modo satis exponi poterit huiusmodi extensio, ergo. Non primo, nam per talem extensionem, nihil diuersæ naturæ additur rei extensæ, quod ante in illa non contineretur; igitur si hoc pacto characteris Sacerdotalis fieret extensio, nulla potestas Episcopo tribueretur per eius consecrationem, quæ in Sacerdotali antea non cōtineretur puro Sacerdoti collata, quod plusquam falsum est: sequi autem necessaria sequela, quod intuli, vel ex hoc patet, quia sicut extensio partium quantitatis, vel rei quantæ, non tradit rei extensæ nouam substantiam, quantitatem, aut vim, ità neq. maiorem ad operandum virtutem tribuet, vt videre est in extensione ceræ, vel pellis, qua maiorem solum habet cera, vel pellis occupare locum; Nequè etiam instar extensionis habitus, tum quia, vt in logicis docui, huiusmodi extensio nulla est ex communi Doctorum sententia; tum quia vnus numero habitus acquisitus ad plures specie distinctos nequit se extendere, cum facultatem tribuat ad actus tantum similes illis, à quibus productus est: tùm quia huiusmodi actus specialem habent difficultatem ab alia aliorum distinctā. Verum quidquid sit de habitibus certè vix poterit hæc extensio satis declarari, qua ratione fiat, quin pars noua, siuè nouus gradus producatur in primo charactere, ad quem producendum, vt supra dicebā, nescio, quæ minor efficacia, vel potestas desideretur, quàm ad nouum characterem producendum, qui omnino nouus, ac distinctus dicēdus sit. Ea propter ad rem *Valentia de Sacram. Ord. disp. 9. q. 1. punct. 4. §. quo enim*, merito docet contrarium vix ab aliquo intelligi posse, additq. & puto si *D. Thomas in summ. Theologica hanc quæstionem* tractare potuisset, aliter fuisse sensurum. Adde characterem non precisè imprimi ad potestatem aliquam supernaturalem conferendam, alioquin confirmatione non imprimeretur, per quam nulla potestas propriè confertur, quod rectè indicauit *Conink laud. n. 51.*

Ex his infero, sicut supradictum est, Sacerdotem Rediuiuum characterem, & vtramq. potestatem habiturum consecrandi, atq. absoluendi, sic Episcopum Rediuiuum eisdem ornatum esse confirmandi, & ordines conferendi; non autem iurisdictione pollebit in Ecclesiam, quam morte reliquerat, si fuerit prouisa.

CAPVT TERTIVM.

Soluuntur argumenta contraria.

SVMMA.

Necessaria connexio inter Sacerdotium, et Episcopatum, non obstat propriæ noui Characteris productioni. n. 1.

Quid secundum veram opinionem dicendum de Episcopo ordinato per saltum. Quid in opinione aliorum, an possit consecrare, & peccata remittere. n. 2.

Sacerdotalis potestas potiùs videtur dispositio, quàm concausa ad ordinandos Presbyteros, vel Christianos confirmandos. n. 3.

Ratio, cur vnus, & idem character sufficiat ad Eucharistiam conficiendam, & peccata remittenda, & vnus, et idem character non sufficiat tum ad hæc, tùm ad ordinandum, & confirmādum. n. 4.

1 AD fundamentum *Vasq.* quo primā probabat sententiam. Respondeo gratis, & absq. rationis momento assumi characterem, tunc tantum asserendum esse in ordinibus, quādo vnus necessario alterum non supponit. Porro in reliquis ab institutione Christi docemur aliter; supponūt .n. necessario cæteri characteres, qui per alia Sacramenta imprimuntur characterem baptismatis, quin eorum productioni, atq. impressioni necessaria illa connexio obstet: eratq. *à Vasq.* probādum hoc ipsum, quod tanquam exploratum assumit, & nos negamus, & cum tota hæc res à diuina pendeat institutione, ex hac solum desumitur asserta cōnexio inter characteres, & potestates puri Sacerdotis, & Episcopi, quę non inuenitur inter characteres cæterorum ordinum inferiorum cū characteribus Superiorum. Ea propter institutione 2 Christi factum esse dicimus, vt Sacerdotium collatum, non prēmisso Diaconatus ordine, vel Subdiaconatus verum sit, & si mum, at Episco-

Digitized by Google

patus adæquatè non habeat essentiam, nisi præuio Sacerdotio, sicut nequè potestas absoluendi de potentia ordinaria Sacerdoti confertur, suppositâ, quam indicauimus, Christi institutione, non præconcessa potestate consecrandi, vt infra dicam. Congruentia verò talis Christi institutionis, vel desumẽda ex nostra ratione, quam *disp. 6. cap. vlt. ad finem solut. 3. arg. n. 11.* tradidimus, vel neq. improbabiliter, si sentire velis cum *Val. cit. in solut. 1. arg.* dicas, Episcopum secundum certam, atq. ordinariam Dei legem adhoc ordinari, & Characterem, potestatemq. excipere, vt alios possit Sacerdotes creare, quod simplex Sacerdos præstare non valet, & consequenter opus est, Sacerdotali etiam potestate donatum esse, vt præstantior sit suo effectu, vel quasi effectu, cum autem ille potestatẽ habere minimè possit eminenter, certè in aliquo ordine Sacerdotio præstantiore formaliter contineri debet, quo nullus sanè cæterorum ex communi sentẽtia de facto, ac de potẽtia ordinaria perfectior est, & præter eam alias potestates sibi vendicat Episcopatus, vt sunt confirmandi, & ordinandi, quibus instructus præstantior sit Præsbyteratu. Cæterum hæc de potentia dicta sint ordinaria; nam cum nobis ab Aduersarijs, & iure cõcedatur aliqua potestas tpaliter distincta in Episcopatu, qua Sacerdotium caret, rectè cũ *cit. Valen.* inferri poterit, posse peculiarem Episcopi potestatem dari per saltum, non præmissa, vel præaccepta Sacerdotali, quod fieri posse de potentia ordinaria, negamus, quodq. in cæteris ordinibus de facto de eadem potentia ordinaria, esto illicitè fieri concedimus.

3 An autem Episcopus ad conferendum Sacerdotium non modo potestate propria vtatur, vel simul & Sacerdotali, ità vt vtraquè ad creandum Sacerdotem influat, & nùm ad reliquos ordines Sacerdotio minores non per vtramq. potestatem, sed per solam Episcopalẽ inadequatè sumptam concurrat, in quod *Val. cit. §. atq. ex hac doctrina* propendit, non est huius loci, parumq. refert vtro modo ad rem nostram dicatur; & in præsentia ex ordinatione potius diuina, præuia Sacerdotalis potestas in Episcopo videtur desiderata potius, vt cõditio, & præuia dispositio, quam vt concausa.

4 Ad confirmationem verò primæ sententiæ Respondeo, rationem discriminis potissimam desumendam esse tùm ex connexione maiori, quę est inter potestatem consecrandi Eucharistiam, & absoluẽdi à peccatis, quam inter has, & potestates confirmandi, atq. ordinandi, vel quia primæ ad Eucharistiam tẽdunt, altera immediatè conficiendo, altera mediatè ad eamdẽ fideles disponẽdo, vt supra ex *D. Thom.* docuimus; vel quia Sacerdos est Princeps, Minister, & Mediator vnionis Christi cum Ecclesia, quę præcipuè fit per Eucharistiam iure dictam Sacramentum vnionis, & etiam minus præcipuè, siuè dispositiuè, siuè per gratiam, quę cõfertur ex vi Sacramenti Pœnitentiæ, vt probè indicat *Durand. in 4. dist. 24. q. 2. n. 14.* Nil igitur mirum, si vni, eidemquè characteri hæ duæ potestates adeò connexę, coniũctę sint, ad alias verò duas Episcopatus proprias alter ponatur character in Episcopo. Ad hæc neq. ad characterẽ imprimendum necessario requiritur potestas tradita, neq. ex hac potestatũ distinctione arguitur characteris distinctio, alioquin nullus per cõfirmationẽ imprimeretur, vt optimè *Conink sup. laud. dub. 6. n. 5.* Sequeretur præterea duos assignandos esse characteres in simplici Sacerdote, & quatuor in Episcopo, quod est inauditũ. Itaq. cum characteres, vt *ex superiori disp.* constat, signa sint, notæ, & qualitates instar texturarum, quibus in certo statu, & gradu, vel filiorũ vel militum, vel ministrorum, aùt famulorum, cum aliqua immutabilitate cõstituitur aliquis, quando talia munera, seù prærogatiuæ reperiũtur in vno, & eodem, vt satis abundè in Episcopo, qui in statu pfectissimo, & supremo gradu Ecclesiastico statuitur, certe per characteres dicendum est ea significari, vt rectè *cit. Conink dub. 6. nu. 51.* eo vel maximè, quòd consequenter potestates ad talem gradum, statum, & officium conceduntur, quæ etiam ipsomet significãtur charactere, iuxtà dicta super *alleg. capitis.* Igitur quia per consecrationem Episcopus in Supremo Ecclesiæ gradu, perpetuoquè statu collocatur, merito characterem per eam illi dicimus imprimi: cum autem Sacerdos habens facultatem conficiendi Corpus Christi, non euehatur ad alterum gradum Ecclesiasticum per potestatem remittendi peccata, imò cum prima potestas, & actus sit præstantior, & ad collationem præstãtioris, siuè actus, siuè potestatis communicatæ character imprimatur, quando aliqua ordinatio non vnum, sed duo respicit, siue actum, siue potestatem, vt notauit *Durand. cit. nu. 8.* rectè deducimus vnum solum produci characterem per Sacerdotalem consecrationem, & non duo, & ea propter *Sot.* extendi docuit, vt in secunda sentẽtia retulimus, characterem Sacerdotalem in Episcopo, non autem datum Sacerdoti characterem opus esse extendi ad solutionem dandam. Ex his patet falsitas primæ, secundæ, & tertiæ opinionis, quartã verò nostris principijs amplexi sumus.

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO NONA.

De materia, & forma Sacramenti Consecrationis Episcopalis.

VBi consecrationem Episcopi veram habere rationem Sacramenti Ordinis asseruimus, supersunt materia, & forma declarandæ, ex quarũ notitia eiusdem natura Episcopalis ordinis clarius innotescet.

CAPVT PRIMVM:

De materia ordinationis Episcopi variæ sententiæ.

SVMMA.

Prima opinio de materia remota, proxima, & forma ordinis Episcopalis docens esse oleum, vnctionem, & verba. n. 1.

Secunda sententia materiam asserit librum Euangeliorum impositum super scapulas Episcopi, formam verò. Accipe Spiritum Sanctum. num. 2.

VAsquez 3. tomo in 3. part. disput. 240. cap. 5. n. 56. de materia, & forma ordinis Episcopalis, quam aggredimur explicandam, nihil apud Scholasticos præterquam in vno, vel altero, neq. in Pontificali Romano notatum legisse fatetur. Verum *Canonistæ in cap. Episcopus dist. 23.* hanc fusè disputant quæstionem, & præterea *Hostiensis in summ. Rubricæ de Sacra Vnctione, §. à quo, & alij apud Turrecrematam in citat. cap. Episcopus n. 7. §. ad 4.* necnon *noster Enriquez*, qui primum Venetijs *anno* 1596. summam Theologiæ moralis publicis consignauit monumentis *libr. 10. de ordin. Sacr. cap. 7. expresè num. 4.* impositionem manuum materiam, verba vero formam esse docuit. Accedit *Bellarminus* de hac eadem non solum in communi disputans *de Sacr. ord. lib. 1. c. 9. sed de Cler. lib. 1. c. 5.*

1 Itaq. ordinis materiam remotam posset aliquis suspicari esse Chrismà, proximam verò vnctionem, qua consecratus vngitur in capite, formam autem esse verba, quæ in ipsa vnctione proferuntur ab Episcopo ordinante, ac dicente, *vngatur, & consecretur caput tuum cœlesti benedictione in ordine Pontificali in nomine Patris, &c.* Probatur primo, quia nullis alijs verbis clariùs exprimitur potestas, & propriũ munus, ad quod consecratur Antistes, quam relatis, ergò hęc erunt forma, & materia Chrisma, & Vnctio tunc adhibita. Secundo si quæ alia esset materia, & forma maximè impositio manuum Episcoporum, verbaq. illa *Accipe Spiritum Sanctum*: Sed hæc vsq. adeò generalia videntur, vt proprium non exponant munus, ac dignitatem, seù potestatem Episcopalem, quod proferuntur etiam in ordinatione Diaconi, & Præsbyteri, &c. §

2 Secunda sententia formam docet esse illis verbis expressam *Accipe Spiritum Sanctum*, materiam verò non esse manuum Episcopalium, sed libri Euangeliorum impositionem super scapulas, seù Cervicem Episcopi consecrandi vna cum manus impositione super caput eiusdem Ordinandi, sic *Antoninus 3. part. tit. 4. c. 16. §. 9. Turrecremata in cap. Episcopus dist. 23. apud quem alij Canonistæ, Carolus Bouius in schol. cap. 3. lib. 8. const. Clement. in 1. tom. concil. ac Franc. Turrianus lib. 2. pro epist. Pontif.* in hanc eamdẽ propendens sententiam.

CAPVT SECVNDVM:

Vera sententia de materia, & forma Sacramenti Ordinis Episcopalis.

SVMMA.

Quid sit de ratione materiæ ordinis. n. 1.

Sacramentum consecrationis Episcopalis propriam habet materiam, & formam. n. 2.

Vnctio in capite Consecrandi habita probabiliter non est materia, neq. verba tunc dicta sunt forma huius Sacramenti. n. 3. tametsi æque probabile sit contrarium. n. 4.

Minister huius Sacramenti Ordinationis Episcopi plures sunt Episcopi, non vnus. n. 5.

Impositio libri Euengeliorum supra scapulas cõsecrandi non est materia Sacramenti consecrationis. n. 6.

In omnibus ferè Sacramentis eiusdem ministri est adhibere materiam, & proferre formam. num. 7.

Expenditur Capitulum Episcopus dist. 23. n. 3.

Est æque probabile materiam remotam esse Chrisma: proximam vnctionem: formam verò esse verba. n. 8.

Ma-

Digitized by Google

Materia proxima consecrationis Episcopi, est manuum impositio trium Episcoporum super caput Consecrati: forma verò verba, quæ ab illis Episcopis proferuntur. n. 8.

Variæ significationes impositionis manuum ad victimas Deo sacratas significandas, & ad libertatem seruis conferendam. n. 10.

Manuum impositio quid demum ad rem nostram exprimat. n. 11.

1 AD solutionem noto, materiam Sacramenti ordinis generaliter sumpti è communi sententia indicata à *Bellarmino de Sacram. ord. lib. 1. c. 9.* sub initio aliquod esse signum sensibile, formam verò esse verba, quæ dicuntur, dum illud exhibetur signum. Quo prælibato.

2 Prima sit assertio Sacramentum Ordinis, & consecrationis Episcopalis propriam debet habere materiam, & formam. Est communis sententia è cæteris deducta Sacramentis, & è Sacramento Ordinis. Probatur, plus requiritur ad dispensandum, quam ad suscipiendum Sacramentum. Sed Baptismus, qui datur ad suscipienda Sacramenta, materiam, & formam habet; ergo Sacramentum Ordinis datum ad ministranda Sacramenta materiam; & formam habet. Confirmatur quia plus requiritur ad ordines dispensandos, & potestatem conferendâ dispensandi Sacramenta, quàm ad ipsam Sacramentorum dispensationem, cum hæc dicat actum, illud autem potentiam, & facultatem: sed omnes ordines sacri materiam habent, & formam; ergo & ordo præcipuus Episcopalis, ex quo cæteri manant materiam potiori iure, ac formam habebit.

3 Sit assertio secunda. Probabile est Vnctionem in capite Consecrandi adhibitam non esse materiam Sacramenti Ordinis, & consecrationis Episcopi, neq. formam esse verba, quę tunc dicuntur, & si èquè probabile sit contrarium prima pars est, *Vasq. 3. tom. in 3. part. disp. 240. n. 58. & Auctorũ pro 3. concl. infra citandorũ.* 4 Et prêter ea in confirmationẽ, quartæ conclusionis adducenda probatur in præsentia. Ex diuina institutione multi requiruntur ministri ad cõsecrationem nostri Antistitis: atqui vnctio in capite consecrati ab vno tantum habetur Episcopo, ergo, &c. Maior propositio probatur auctoritate *Damasi Papæ, qui epist. 4.* vna ex rationibus, quibus Chorepiscopos probabat veros non esse Episcopos est, quia illorum ordinatio ab vno tantum Episcopo fiebat ordinante: at veri Episcopi consecratio non vnum, sed tres necessarios sibi per se vendicat Præsules ordinantes. Secundo ex eo, quod nõnulli Chorepiscopi à pluribus Episcopis fuerint ordinati, vt habetur in *Concilio Antiocheno can. 10.* quamplures deducunt Theologi eos fuisse veros Episcopos, vt non erant, qui ab vno: neq. ob hanc rationem à *Damaso epist. 10.* reiecti, ex quo penès communem sententiam rectè deducit noster *Vasquez tum disp. 240. c. 5. n. 58. tum 238. c. 6.* proprios ministros iure diuino constitutos consecrationis Episcopalis esse tres Antistites; nùm autem allatus sensus fuerit proprius Concilij Antiocheni non est huius loci, rectè tamen à *cit. Vasq. disp. illa 238. c. 7. n. 71.* perpenditur.

Secunda pars probatur, tum ex rationibus pro prima supra relatis, præsertim secunda; nã ob similem defectum noster *Vasquez disp. 238 cap. 4.* huiusmodi verba *Accipe Spiritum Sanctum* dicta supra Ordinandum in Diaconum, docet non esse formam Ordinationis Diaconi. Iterum quòd adducenda verba *n. 7. ex canon. 5. consil. 4. Carthaginenses non vulgarem ingerunt difficultatem.* Porro ex illis primum deduco, tunc vnum fuisse Præsulem formam proferentem Auctore *Vasq. alleg. nu. 64.* igitur non est omnino certum formam huius Sacramenti per illa verba à tribus Episcopis prolata constitui: vel dicendum hanc formam subijsse variationem contra communem doctrinam apud eumdem *Vasquez* insuper deduco ab vno proferri formam, & ab alijs materiam, vel non omnes proferre formam, qui applicant materiam adæquatum.

Tertia sit assertio, neq. materia Sacramenti ordinationis Episcopi est impositio libri Euangeliorum super scapulas, seù Ceruices Consecrandi, sic rectè *Vasq. disp. 240. cap. vlt. n. 62. & Auctor. pro 3. conclus. mox laudandi:* nequè eo hæc mea tendit assertio, vt velim negare hanc Sacram ceremoniam suam duxisse originem ab Apostolorum tempestate, quod eruditè contra Centuriatores noster probat *Turrianus lib. 2. pro Epistolis Pontificum*, cuius meminere *Clemens citat. & Dyonisius de Eccles. hierarchia cap. 5. par. 3. quæ de spirituali est intelligentia post medium, alias c. 10. in contempl. 2 post medium*; Sed cum eam admittam omni veneratione dignam, nego tamen materiam esse huius Sacramenti; Idq. probatur in Sacramentis cæteris, vno excepto Pœnitentię, vt suo loco prosequar, & mox breuiter indicabo. Ab eodem legitimo ministro adhiberi debet materia, à quo profertur, vel proferri potest forma, sed liber Euangeliorum scapulis imponitur Consecrandi ab vno è Cappellanis, vt habetur in *Rubrica Pontificalis Romani*, & olim à Diaconibus fiebat *Auct. Clemente lib. citat. alias 3. cap. 2. alias 3. ad finem*; qui quidem omnes non sunt ministri, neq. formam proferre possunt; ergo hæc impositio libri non potest esse materia Sacramenti. Maior huius ratiocinationis propositio ex communi Theologorum probatur placito; quippèqui nec etiam in casu extremæ necessitatis, nequè in Sacramento ad salutem per se necessario, vt est Baptismus, admittunt ab vno posse adhiberi materiam, ab altero verò formam, sic *S. Thomas 3. part. q. 77. art. 6. ad 3. Alexander 4. part. q. 8. membr. 8. art. 6. Bonau. in 4. dist. 5. art. 1. q. 1. ad 1. Durandus q. 3. n. 5. & sequent. Scotus disp. 6. q. 2. §. respondeo, vel secundo membro, Gabriel in eadem disputat q. 1. art. 2. conclus. 6. Caietanus in comment. art. 6. quæst. citat. 77. §. ad euidentiam*, & si contrarium doceat §. *in responsione ad 3.* in extrema necessitate. 6 Deindè confirmatur ratione; nam in administratione Sacramentorum, quæ in actione con-

Digitized by Google

consistunt, atquè in applicatione materiæ, & prolatione formæ, vno excepto Pœnitentiæ, eiusdem ministri est, vtrumq. præstare munus applicandi materiam, & formam pronunciandi, alioquin sufficienter propria non significaretur actio ministrandi, quod iurè diuinò requiritur, ergo, &c.

Confirmatur secundò à paritate Baptismi, de quo expresè *citat. Auctores* disputant, sicut enim vno aquam infundente, vel applicante, & altero dicente, ego te baptizo, vel nos te baptizamus, nihil facerent, neq. validè Baptismum conferrent, quia hoc modo satis non demonstraretur actio ministri, ità in ordine consecrationis verum non fieret Sacramentum, si vnus vt materiam adhiberet impositionem libri Euangeliorum, Episcopus verò verba proferret formę, dicens *Accipe Spiritum Sanctum*, cum non significaret se ordinem Episcopatus, & potestatem conferre: secus est, vt modo institui dicere, de Sacramento Pœnitentiæ, quod cum institutũ sit per modum iudicij absolutionis ab vno, pœnitente scilicet applicari debet materia per confessionem, à Sacerdote verò debet forma proferri, qui alterum à peccatis confessis, non autem se ipsum absoluit. Ea propter actio ministri pœnitentiæ in sola consistit absolutione, non autem actio Sacramenti Ordinis, confirmationis, & cæterorum huiusmodi, quæ non in sola forma, sed in applicatione sita est materiæ, ad quam verba formæ referuntur, vt probè *Vasquez tom. 3. in 3. part. disp. 237. c. 2. nu. 24. tum 2. tom. in eamd. 3. part. disp. 148. c. 4. n. 19.*

7 Obijcies *Capitulum* Episcopus *dist.* 23. ibi: *Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi ponant, & teneant Euangeliorum Codicem super caput, & ceruicem eius, & vno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt manibus suis caput eius tangant*, ergo per *Concilium 4. Cartag. can. 2.* vndè desumptus est textus allegatus, non requiritur, vt ab eodem ministro, à quo applicatur materia, proferatur forma, cum ex allegatis verbis constet ab vno tantum Episcoporum tunc proferri consueuisse formam. *Accipe* scilicet *Spiritum Sanctum*, benedictionis nomine significatam, & ab alijs manus imponi; ergo ab vno adhibebatur forma, & ab alijs materia. Respondeo ex allegato *textu* solum deduci vnum tantum Episcopum consueuisse tunc formam proferre, qui etiam manus imponebat, applicabatq. materiam; ex quo non sequitur, iuxta nostra dicta, posse ab vno materiã adhiberi, & ab alio ministro formam, vt autem cuncti concurrere dicerentur ad consecrationem, satis erat communicare in applicatione materiæ id est in impositione manuum, sic probè *Vasq. 2. tom. in 3. par. disq. citat. 240. n. 64.*

Instabis non potest vnus minister applicare materiam, & alter, vel alij proferre formam, ergo è contra non poterat olim vnus proferre formam, & alij applicare materiam. Probatur consequentia; nàm sicut non satis exponeretur actio consecrationis consistens non solum in prolatione formę, sed in applicatione materiæ, si ab vno forma proferretur, ab altero adhiberetur materia, sic neq. exprimeretur consecrationis actio, si à multis adhiberetur materia, & non forma, quæ solum ab vno proferretur. Respondeo ad consequentem illationem, si à multis adhiberetur materia, excluso illo, à quo proferretur forma, & concedo; illo incluso, & nego. Vrgebis, ergo non omnes dicerentur consecrare, sed solus ille, qui promeret formam, *Accipe Spiritum Sanctum*, qui etiam materiam, impositionem scilicet manuum abhiberet. Ar, concedo cumè tribus illis Episcopis vnus tantum dicatur propriè cõsecrator, alij de facto Episcopi solum inadæquatè, vt communicantes in applicatione materiæ.

8. Quarta sit assertio. Proxima materia consecrationis Episcopi est impositio manuum trium Episcoporum super caput Ordinandi: forma verò sunt verba, quæ tunc simul ijdem Episcopi proferunt, sic sentio satis probabiliter cum *Vasquez citat disputat. illa quadragesima cap. 5. num. 58. Maiore in 4. distinct. 24. quæst. 1. column. 4. in extremis verbis ante §. his paucis, Armilla verbo Ordo numer. 11. Coninck de Sacr. ord. disputat. 10. dub. 7. num. 58. & alijs Recentioribus*, quibus subscribit *Cornelius à Lapide in 1. ad Thimot. c. 4. n. 38.*

Probatur primo ex omnibus Sacrarum literarum locis, ex quibus *superiori disputat. cap. 1.* probauimus ordinationem Episcopi verum esse Sacramentum, præsertim *ex 1. ad Thimot. cap. 4. noli negligere gratiam, quæ data est tibi per Prophetiam cum impositione manuum Præsbyterij*, vt enim ibi diximus de ordinatione Thimothei in Episcopum sermo habebatur, & nomine Præsbyterij, conuentus, siue Episcoporum significabatur concursus: cum igitur Paulus per impositionem manuum Episcoporum collatam esse gratiam asserat, profectò sequitur hanc esse materiam; formam verò verba, quæ illo tunc pronunciantur ab Episcopis, *Accipe Spiritum Sanctum*. Neque satisfacies respondens impositionem manuum allato demonstrari quidem *textu*, ac alijs similibus *loco citato* perpensis, verum ex eis non deduci illam esse essentialem. Nàm vt rectè ratiocinatur *Bellarminus libr. 1. de Sacrament. Ord. cap. 9.* si licet ità scripturas exponere, eadem sanè facilitate poterimus materiam negare omnium aliorum Sacramentorum, ac dicere aquam non esse de essentia Baptismi, nec vinum in Eucharistia, neque in extrema Vnctione Oleum, quo quid absurdius dici potest? Deindè gratiæ promissio non est facta accidentalibus cęremonijs, sed essentialibus. Demum cum scriptura non soleat in alijs Sacramentis nisi essentiales ritus, & cęremonias tradere, quis adeò hebes erit, vt sibi persuadeat in ordinis Sacramento accidentalem semper indicari cęremoniam, omissâ essentiali? Secundo probatur ex Concilijs, & Patribus, gratiæ infusionem de omnibus ordinibus, ac speciatim de hoc Episcopatus asserentibus, quorum sententias non habeo huc transferre è *Bellermino citat.* contentus *Tridentin. sess.*

Digitized by Google

sess.23. can.4. Si quis dixerit per sacram ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ac proinde frustra Episcopum dicere Accipe Spiritum Sanctum, Anathema sit, quibus verbis tum ordinari, Præsbyteros ostenditur, eisq. dari gratiam Spiritus Sancti, cum illis dicitur *Accipe Spiritum Sanctum*, atqui tunc imponuntur eisdem manus, ergo sicut forma expressa est illis verbis, ità materia sita est in impositione manuũ. Plura refert Bellarminus Sanctorum testimonia apud ipsum legenda *loc.citat.* quæ quidem de ordine in communi probant, cuius materia manuum assignatur impositio.

9 Loquuntur enim Sacrę literæ, Concilia, Patres, ac Doctores de ordinatis non secus, ac de victimis oblatis Deo, & consecratis, quibus manus imponebantur *Exod.29.n.10.15. & 19.* quo ritu significabatur è Sacerdotali manu rẽ in ius Dei transire: Sic etiam simili cœremonia Romani suis se abdicabant seruis, quos manu mittebant; tenens enim serui caput, Dominus dicebat hunc hominem liberum esse volo, quem manu propria emittebat. Sic pariter apud Gentiles eosdemq. Romanos, *Auctore Liuio lib.1.decada 1.capiti*, Numę Põpilij cum in summum Sacerdotem crearetur, manus impositæ fuerunt.

Cœterum ego de re nostra in particulari, non quamcumq. neq. cuiusuis impositionem manuum probabiliter assero materiam esse huius Sacramenti, sed trium Episcoporum ad ordinationem concurrentium, quod hactenus è scriptura tantum deduximus: Nunc autèm ratione probamus. A ministro proprio Sacramẽti, à quo forma profertur, debet etiam adhiberi materia, vt super indicauimus, aliàs actio propria ministri, vtrumq. significans munus, non exprimeretur: sed minister proprius iure diuino Sacramenti ordinationis Episcopalis tres sunt Episcopi; ergo, & hi formam, & materiam applicare debent: atqui hæc est impositio manuum; ergo impositio manuum à cunctis tribus habita, erit materia. Huius ratiocinationis prima minor præpositio probationis indiget, quam nos de causa efficienti, Deo dante disputantes initio *3.tom.* probabimus, contenti nunc asserere ad veram ordinationem Episcopi iure diuino tres requiri Episcopos tanquam ordinarios ministros, licet ex commissione duobus etiam, imò, & vni soli hoc ministerium committi potuisset, vt videtur indicatum *ab Antiocheno Consilio supra relato*, saltem
10 quoad prolationem formæ. Atq. hac manuum impositione potiori quidem iure vtpotè ad apicem Ecclesiasticæ potestatis, & muneris necessario cõmunicatio significatur Spiritus Sancti, vt probè *Amalarius lib. 1. de Eccles. offic. c. 12.* quam exprimit ordinans, dum profert formam, *Accipe* scilicet *Spiritum Sanctum*, non quomodocumquè datam, sed cum plenitudine desiderata ad tot, tantasq. functiones, atquè ad summum munus ritè obeundum, sic *Deutor.24. vers. 9.* Iosuè repletus est Spiritu Sapientiæ, quia Moises posuit super eum manum suam, quasi consecrans ducem populi, sua nempè manu protegendum, regendum, atq. ad culmẽ perfectionis exercendæ dirigẽdum, vt insinuauit *Areopagita de Eccles. Hierarchia cap.5. par.3.* his verbis. *Manuum impositione indicatur protectio Principis, & perfectoris Dei, qua interne illi ipsi, quibus manus imponitur, tanquam filij ab eo gubernantur, & quæ virtutem, ac robur illis largitur.*

11 Dixi prudens me satis probabiliter sentẽtiæ huic supra consentire, quã non habeo certã, tũ ob rationes pro secunda parte citatæ conclusionis habitas: tum quia *3.tom.* Deo dante, *disputat.* 1. dicemus non omnino necessarios esse tres Episcopos ad consecrationem, & consequenter non erit omnino certum horum trium impositionem manuum esse materiam, ni velimus concedere variationem in illa, quæ sanè vitanda est. Itaq. siuè hanc quam modo declarauimus sententiam: siuè alteram asserentem materiam huius Sacramenti remotam esse Chrisma, proximam vero esse vnctionem in capite, formã vero esse verba nẽpè, *vngatur, & consecretur caput tuum cœlesti benedictione in ordine Pontificali in nomine Patris, &c.* poterit ad libitum, quis problematicè, ac probabiliter amplecti.

CAPVT TERTIVM.

Soluuntur Argumenta contraria.

SVMMA.

Cur vnctio in capite non sit materia Sacramenti ordinis Episcopalis.n.1.

Manuum impositio, & verba illa Accipe Spiritum Sanctum, *qua ratione propriè determinentur, vt sint forma, et materia huius Sacramenti.n.2.*

Non est improbabile Christum Dominum non reliquisse institutam aliquam materiam determinatam ordinis, & præsertim huius Episcopalis.n.3.

1 SVpereſt, vt argumentis initio capitis adductis faciamus satis, quod operosum non erit. Itaq. vnctionem in capite materiam non esse consecrationis Episcopi deducimus, tum quia, cum ex supra disputatis constet, ministros adhibentes materiam tres esse debere, non poterit vnctio prædictæ materiæ rationem subire, quæ ab vno tãtum fit, vt in Pontificali videre est; nequè ex commissione, sed ita posse ex ipsius institutione. Hinc fit consequens, nequè formam illa esse verba, quæ tunc proferuntur: contrarium autem esse probabile non negamus.

2 Secundo argumento dicimus manuum impo-

posi-

Digitized by Google

positionem, quæ absolutè sumpta generale quoddam est signum, vt etiam verba illa, *Accipe Spiritum Sanctum* facta tamen à tribus Episcopis, quos omnes dicimus per se loquendo necessarios huius Sacramenti ministros: ac præfata verba ab eisdem relata, & materiæ rationem subire, & formæ, quia tres Episcopi simul talia proferentes super ordinatum, illum in ordine Episcoporum satis asserere significant, talemquè gratiæ vbertatem eidem conferri, quæ ad tot, ac tanta desiderantur munia Præsulis; cum enim dicatur dari Spiritus Sanctus ad hæc speciosa, atquè omnium maxima munera, magis aliquid significatur, quàm elargitio cuiuscumquè gratiæ; igitur eius plenitudo hic indicatur dari ad summum ineundum Ecclesiæ gradum, summumquè officium exercendum necessaria, vt optimè indicat *Vasquez disputat. 240. cap. 5. citat. num. 61.* quæ quidem gratiæ plenitudo, nequè significatur, nequè confertur per impositionem manuum, habita ab vno Episcopo in quocumq. alio ordine, & verba illa absolutè prolata.

Fundamento secundæ sententiæ tametsi cõcedamus contra Centuriatores cũ nostro *Turriano citat. cap. 4.* hanc cęremoniam vsu receptam esse, etiam apud Apostolos in consecratione Episcoporum: at non esse materiam probauimus, quia non adhibetur ab eisdem Episcopis, à quibus profertur forma.

Obijcies Christum Dominum, siuè immediatè ordinauerit omnes Apostolos, siuè solum Sanctum Petrum, Episcopi ordinantis munus solum exercuisse, vt etiam postmodum Apostoli cæteros consecrarunt Episcopos, quos in vniuersam distribuerunt Ecclesiam; ergo non est de essentia materiæ impositionem manuum trium Episcoporum.

Respondeo, quod de pluralitate trium Episcoporum sentiendum sit ex instituto, nos infra dicturos *initio 3. tom.* disputantes de causa efficienti cum Canonistis in *cap. Porro dist. 38.* & cum Theologis præsertim *Vasq. 3. tom. in 3. par. disp. 245. c. 6.*

3 Deindè aio non esse improbabile Christum Dominum non instituisse aliquam determinatam, atquè individuam huius ordinis materiam, sicut nequè absolute Sacramenti ordinis, sed aliquo pacto, vagam, atquè indeterminatam quoad specificationem saltem, sic *Vict. de Sacr. ord. num. 227. vbi ait, omnes ordines fuisse à Christo institutos in particulari ipso viuente, vel saltem generaliter, quia Christus dedit potestatem Ecclesiæ constituendi ministros, & consecrandi eos ad Sacrificium Eucharistiæ, idemquè* docet *Bellarminus de Sacrament. ordinis libr. 1. cap. 9. ad finem*, credibile namquè scribit esse, Dominum instituisse materias ordinum non quidem in particulari, sed generatim. Quamobrem instituisse manuum impositionem per se loquendo à tribus Episcopis habitam, formamquè ab eisdem tunc prolatam, vt nunc est in vsu, ac testatur *Ægidius Coninck disp. 20. dub. 1. nu. 58.* vel saltem ab vno, vt indicare videtur *cap. Episcopus dist. 23. de sumptum le Canone Concilij 4. Carthaginensis super adductum.*

Digitized by Google

DISPVTATIO DECIMA:

An Episcopatus spiritualis rationem habeat matrimonij, & quà tale Sacramentum sit.

TVm tom.1.lib.1. disputat. 1. cap. præsertim 4. tùm hisce vltimi libri modo exaratis disputationibus sæpè mentionem fecimus quæstionis, quam penè suppositimus, nunc ex professo perpendendam.

CAPVT PRIMVM:

An Episcopatus spirituale sit Coniugium Episcopi cum Ecclesia.

SVMMA.

Spiritualis coniugij rationem Episcopatus sibi vendicat n.1.

Ratio matrimonij spiritualis comparatione corporalis exprimitur n.2.

In concordiam reuocantur textus Capituli licet de translatione, & cap. inter corporalia eod. tit. *n.3.*

Quanta sit similitudo inter matrimonium carnale, & spirituale. n.4.

Discrimina inter carnale, & spirituale coniugiũ. num.5.

Quomodo Episcopus in Partibus Infidelium Ecclesiam habens verus Episcopus sit. numer.6.

Ad quid teneantur Episcopi habentes Ecclesias in partibus Infidelium. n.7.

Andreæ de Ouiedo eximia commendatur virtus. num.8.

Episcopus nullius Ecclesiæ quomodo sit sponsus. num.9.

1 NON est, quem viderim, auctor rationem coniugij negans Episcopatui, quæ expressis adeò verbis à Sacris Canonibus asseritur, vt plusquam temerarium esset eam inficiari. Itaq. Catholicæ sententiæ subscribens, compertum habeo, Episcopatum veram, habere rationem coniugij spiritualis; id enim clarè docetur *Canon. Inter corporalia de trasl. Episcopatus, ibi dubitari non debet, quia Omnipotens Deus spirituale coniugium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam suo tantum iudicio seruauit dissoluendum, et capitulo nisi cum pridem de Renunciat.* ibi. *Propter laboris angustias, aut persequutiones incursus, non debes deserere sponsam tuam, cui defigēdo manum apud Extraneum, tē fide media copulasti.* Hinc *Hostiens. in d. cap. inter corporalia de transl. n.18. Vere ergo*, inquit, *non solùm dignius est spirituale matrimonium, quàm carnale, honorabilius, atq. spiritualiter fœcundius, salubrius, atq. securius, sed firmius in aliquo sēsu.*

2 Verum præ[illegible]nibus illustrem hanc spiritualis matrimonij coniunctionem Episcopi cũ Ecclesia nobis exposuit *Euaristus Pontifex Maximus, qui anno Domini vigesimo* 112. *epist. 2. de Episcopis electis ad Episcopos Galliæ*, cuius maiestatem doctrinę, ne meus stylus aliquo pacto obrumbet, & vt ad manus habeant Episcopi, quibus inseruio, eisdem exponã verbis. *Ipse. n.* (id est Christus) *est sponsus, & Ecclesia sponsa, cuius filij nos sumus, & ideò vnum Patrem habemus Deũ in cœlis. Sacerdotes verò vice Christi legatione fungũtur in Ecclesia: & sicut ei cõiuncta est sponsa, ideò Ecclesia sic Episcopis cõiungãtur Ecclesiæ vnicuiq. proportione sua: & sicut vir nõ debet negligere vxorẽ suã, sed diligere, & iustè custodire, & amare, atq. prudẽter regere, sic Episcopus, & multo magis custodire, et amare, atq. prudẽter regere debet Ecclesiã, et velut vxor, quę sub manu est viri, obedire debet viro suo, eũq. diligere, et amare, ità potius ut Ecclesia Episcopo suo in omnibus obedire, eumq. diligere, & amare, vt animam suam debet, quia illud fit carnaliter, hoc spiritualiter.* Plura in hoc argumento congerit Summus Pontifex, quæ si lubent, poterunt facili negotio è *citat. loco epist. peti, quæ habetur primo tom. Conciliorũ vbi de Euaristo Papa VI.* dato *d Diuo Petro.* Concinit *Calixtus in epist. 2.* quæ est ad omnes Episcopos Galliæ, & refertur *cap. si quis 7. q. 1. & cap. licet de translat per ea. Quod matrimoniũ in electione initũ, ratũ in cõfirmatione, & in consecratione intelligitur consummatum*, vti sæpè hoc tomo scripsimus, dum rationem electionis, & confirmationis expendimus. Hùc etiam tendunt verba consecrationis Episcopi, quemadmodum infra è Pontificali trademus Romano. *Accipe Annulum fidei (lignaculũ scilicet) quatenus spõsam Dei sanctã (videlicet Ecclesiã) intemeratã fide ornatus illibatè custodias.* Etenim Annulus apud ferè omnes nationes symbolũ fuit matrimonij Nec refert Ecclesiam dici sponsam Christi, cum hic sit vniuersalis Ecclesiæ, & omniũ sponsus, Episcopus vero visibilis, & huius specialis, cui alioquin minimè traderetur Annulus, vt rectè *Vasq. 3. tom. in 3. par. disp. 241. c. 1. n. 5.*

3 Hinc

Digitized by Google

3 Hinc duo *textus* prima fronte contrarij, sunt in concordiam reuocandi: primus est *capituli licet de translat.* paulò ante citati, vbi *Innocentius III. Quod* (matrimonium videlicet) *in electione initium, ratum in confirmatione, & in consecratione intelligitur consumatum. Alterum cap. inter corporalia eodem titulo, vnde cum non sit maius vinculum Episcopi ad Ecclesiam, quam electi maximè cum fuerit cõfirmatus, imò idem penitus, & non aliud, idem iuris obtinet in vtroque.* Nam, vt doctè *Vasquez citat. num. 6.* non ità primus locus accipiendus est, vt dicamus ordinationem Præsulis essentialiter esse matrimonij consumationem, tum quia quando ad vnam Ecclesiam ordinatus ab ea ad alteram transfertur, cum hac ipsa aliud matrimonium init, & consequenter, vel iterum ordinandus esset, nè suo careret essentia matrimonij, vel cum hoc falsum sit, dicendam ordinationem nouu esse de illius essentia, nequè iterum consecrandum esse Antistitem ab vna in alteram translatum Ecclesiam, vnamquè pro pluribus Ecclesijs consecrationem esse sufficientem. Ea propter Episcopatus dicitur coniugium initum electione, cõfirmatione ratum, & consumatum consecratione, quod his omnibus confectum, omnium complexionem habeat numerorum, plenamquè possessione capta, Ecclesiæ suscipiat curã Episcopus, cui adeò adhæret, vt iam sint vnus spiritus, & quasi vna caro, ex qua mutua traditione manat indissolubilitas à nobis *lib. 1. disput. 1. cap. 4. & disput. 2. cap. 2.* declarata, coniugalis vinculi spiritualis inter Episcopum Sponsum, & Ecclesiam ipsius Sponsam, à neutro coniugum prò arbitratu dissolubilis. Hoc autem non opponi secundo, quem citauimus loco *cap. inter corporalia* mihi exploratum est, quòd ibi tantum vnum, atquè idem esse vinculum contendit textus, neq. aliquid essentiale deesse Præsulatui, post electionem, & confirmationem, omninò ad indissolubilitatem requisitum, cum matrimonij huius spiritualis contractus idem omninò sit, idemq. ius in alterutro coniugum, quod neq. ab altero, neq. ab vtroq. nequè alicuius potestate, quam Papæ tolli possit. Quamobrem *Abbas in cap. cit. inter corporalia n. 10. & 11.* ait, matrimonium hoc ante consecrationem consistere, & *n. 9.* addit eligentes esse loco Ecclesiæ, inter quam, & consentientem Electum fieri contractum matrimonij.

4 Ex his doctrina à nobis *loco citat.* tradita maximè firmatur, ac deducitur, omnimodam inter carnale, ac spirituale matrimonium seruandam non esse similitudinem, nequè ab vno ad alterum omnimodam esse ducendam argumenti paritatem, vt ibidem etiam ostendi contra *Vasquez* qui tamen hic *disputat. 241. cap. 1. ad finem*, ab hoc nostro sensu minimè dissentit. Hinc probè *Soarius 3. tom. de relig. lib. 1. cap. 16. num. 2.* monuit comparationem inter hæc coniugia carnale, & spirituale non esse per similitudinem, seù conuenientiam vniuocam, sed per quamdam proportionalitatem, vt magis patebit ex his, quæ *sequenti cap.* trademus. Etenim matrimonium carnale sola cõiugum per-

5 ficitur consensu, vt sit ratum: secus spirituale, quod præter electionem, atq. acceptationem, confirmatione Pontificis indiget, vt ex *eodem capitulo inter corporalia et cap. licet de translat.* constat. Præterea carnale matrimonium perfectum consumatur contrahentium, quod coniugij vinculum maiorem subit indissolubilitatem è communi Doctorum consensu, catholicaq. doctrina; at spirituale, vt modo dicebam, nihil firmitatis maioris habet per consecrationem. Insuper matrimonium carnale consumatum, nequè Papæ dissolui potest auctoritate, *quos enim Deus coniungit, homo non separet*, secus spirituale auctoritate Pontificis dissolubile, vt *loco supra laudato 1. tom.* Uberius tractatum est. Demum auctoritate Pontificia nemini licet duas ducere vxores, at vni Episcopo per eam duę concedi possunt Ecclesiæ, vt infra. Hæc, & alia similia hæc inter coniugia difficile non esset inuenire discrimina.

6 Obijcies matrimonium spirituale consistere minimè poterit inter Episcopatum titularem, & Ecclesiam in partibus Infidelium existentem: ergò de ratione Episcopatus non est ratio coniugij, *Andreas Freyhub in disp. Lipsica*, futili ausus est fundamento asserere huiusmodi non esse veros Episcopos, quòd in *Concilio Calcedonensi act. 15. can. 6.* statutum sit nullum absq. Ecclesia in Episcopũ ordinandum esse, & manuum impositionem absq. certa Ecclesia, nullam esse. Cæterum, vt bene *Vasquez disput. sæpè cit. 241. cap. 1. n. 6. canon citatus* non modo de Præsbyteris, verum de Diaconibus, ac de quibuscumq. in Ecclesiastico gradu per ordinationem constitutis loquitur. At errat profectò *Andreas Freyhub* putans idem esse absolutum ab omni Ecclesia, vel absq. omni Ecclesia ordinari Episcopum, atq. ordinari ad Ecclesiã impeditã; nam eos qui hac ratione ordinãtur, error est asserere non esse Episcopos, quos vt tales agnoscit *Tridentinum sess. 14. cap. 2. de reform.* docetq. modum, quo ministrare debẽt, & sicut qui antequam Ciuitas caperetur ab hostibus, verè illius erat Antistes; ita, eadem capta, non priuatur ordine Episcopali; Quod si è vita decedat, ille qui sufficitur, verum cum Ecclesia destituta Pastore etiam ab inimicis detenta, spirituale iniret matrimonium, quam teneretur adire, atq. administrare, si quando è

7 captiuitate illa emergeret: Quapropter in literis, quas vocant dimissorias, seù expeditionis eis tantum, non alijs Ecclesias expeditas habẽtibus, Pontifex Maximus iniungit, vt ad Ecclesias sibi commissas se conferant, non quasi statim ad illas ineundas obligare illos velit, quarum nulla est spes conuersionis, vel spiritualis profectus, sed vt moneantur spiritualis matrimonij vinculo teneri ad residentiam, earumq. conuersionem, & curam statim atq. ab hostili furore iugo liberatæ; licet in præsentia ob periculum excusentur, quod tamen nonnulli fortes Episcopi propria constanter post habita vita per summam caritatem adiuere, sic *Bartholomæus Bononiensis auctore Leandro Bononiensi*

8 *in lib. de viris illustribus.* Sic etiam hac nostra ætate vir eximiæ virturis, ac doctrinę *Andreas*

Digitized by Google

Quiedus nostræ Societatis, Primus Neapolitani Collegij Rector Aethiopiam petijt Episcopus Hieropolitanus. deinceps Aethiopiæ Patriarcha creatus, summis exantlatis laboribus magis quam ætate confectus, non semel petitus ab Abessinis ad mortem, eam cum vita æterna meritorum corona ad omnium tuporem redimitus, vt par est nobis sperare commmutauit. Tandem huiusmodi ordinati Episcopi suis oui bus maxime sunt adiumento precibus apud Deum, & reliquis Episcopis nostræ præsertim Europæ ad munera Episcopalia plerumq. præsto sunt; stra vt in Germania suffraganei dicantur Episcoporum, certas regentium Ecclesias, Demum ordinatos etiam absq. titulo alicuius certæ Ecclesiæ docuimus *tom.1.disp.1.lib.1.c.4 n.9.* & mox iterum dicemus veros esse Præsules, ergo à fortiori hos, de quibus loquimur, qui ad certam initiati sunt Ecclesiam, esto impeditam.

9 Obijcies secundo *tom.1.lib.1.disp.1.c.4.nu. 9.vit.* dictum est, non repugnare, imò expedire nonnullos veros creari Episcopos absq. certa Ecclesia: sed hi coniuges, seù sponsi esse non possunt absq. sponsa; ergo potest dari Præsulatus, qui non sit spirituale coniugium, & matrimonium. Verum admissa doctrina allegata, quã præter *Soar.* ibi *cit.* defendit *Vasq. sæpè laudatus disp.illa 241.c.1.nu.8.* & *Clemente Romano lib.7. Constitutionum Apostolicarum 47.aliàs 46.atq. ex Epiphanio cõtra hæreses hæresi 427.post medium*, asserẽtibus S. Linum, & Cletum hoc pacto fuisse ordinatos, vt *loc.cit.* indicaui, cui doctrinæ non obstare *Concilium Chalcedonense*, tum ibi diximus, tum scribit *cit. Vasq. ad finem n.9.* cum ex illo consilio ad summum prohibitio deducatur Ecclesiastica, quam relaxati nõnunquam ex causa idem docet *Auctor.* Obiectioni tamen dico vnum è discriminibus, quæ assignari possunt inter spirituale, & carnale matrimonium, hoc esse, quod aliquo pacto spirituale subsistat cum colligatione ad Ecclesiam Vagè, *vt loc.cit.1.tom.* fusius scripsi; deindè aio non esse necessarium consensum Ecclesiæ etiã peculiaris, ad quam eligitur Episcopus, sed loco Ecclesiæ esse siuè Electores, quorum interest eligere Antistitem, siuè Nominantem, siuè Sũmum Pontificem, cuius nominatio, vt sæpè dixi, in Consistorio vim habet electionis, & confirmationis, idq. deducere videor ex *Abbat. in cap. inter corporalia n.9.* docente, Eligentes esse loco Ecclesiæ, qua propter cum Episcopis absq. certo Ecclesiæ titulo, vel eligitur, vel proponitur à Regibus, vel à Summo Põtifice nominatur, vt supra, consequenter fit, aliquo pacto esse, qui vicem Ecclesiæ sponsæ gerat.

CAPVT SECVNDVM.

In quo sita sit essentia matrimonij inter Episcopum, & Ecclesiam,

SVMMA.

Definitio carnalis, & spiritualis matrimonij. num.1.
Quæ puncta in disceptationem cadere possunt. num.2.
In quo sita sit essentia coniugij spiritualis.n.3.
Vinculum matrimonij, tum carnalis, tum spiritualis, an relatio sit realis, vel rationis.n.4.

SAcris Canonibus insistentes, quos superiori citauimus capite, essentiam spiritualis matrimonij instar corporalis expendere contendimus, ad quod.

1 Suppono primum è carnalis matrimonij definitione tradita in *cap.Illud in fine, de Præsumptionibus, & 27.quæst.2. cap. in summa, necnon leg.1.ff.de ritu nuptiarum, & §.1. instituta de patr.potest.* matrimonium est coniunctio maritalis viri, & fœminæ inter legitimas personas indiuiduam ritè consuetudinem retinens; hanc possemus deducere Episcopatus in ratione matrimonij spiritualis. Episcopatus est spiritualis, & maritalis coniunctio Episcopi canonicè Promoti, atq. Ecclesiæ.

2 Suppono secundo ex definitione carnalis matrimonij sex inueniri rationes, de quibus disceptatio esse potest, in qua illarum sit vis, atq. intrinseca ratio matrimonij. Prima mutuus consensus, Secunda externus contractus; Tertia mutua corporum traditio, quæ immediatè est effectus illius contractus, Quarta vinculum ortum ex illo contractu, Quinta mutua obligatio ex his omnibus manans ad reddendum debitum; Sexta vsus, & consummatio matrimonij, & licet possent cũcta hęc proportione quadam in hoc, quod expendimus coniugio spirituali, & assignari, & exponi; breui tamen ea sola, quæ ad rem faciunt, & cadere in controuersiam possunt, perpẽdẽda se se offerũt, mutuus. s. consensus inter eligentes, & nominantes, qui vicem gerunt sponsæ, & Ecclesiæ, *vt superiori capite* indicaui, & ipsum electum, vel nominatum Episcopum consentientem; sic patiter externũ contractũ erit inuenire, vt ex *superioribus libris hoc tomo præsertim contentis* liquet: tertium, vinculum quoddam ex illo contractu manans, ex quo mutua deriuat obligatio perpendi in hoc cõiugio sensibili firmato perpetuitate, & indissolubilitate solum à Summo Pontifice, vel à morte pendente.

Demum suppono carnalis essentiam matrimonij bifariam sumi posse, vel pro contractu,

vel

Digitized by Google

vel pro vinculo resultante ex ipsomet contractu, vt rectè *Ægidius Coninck disp. 24. de essentia matrimonij* sub initio, & primo modo in ipso contractu essentialiter consistere, secundo in vinculo, quo formaliter sunt coniuges vniti, sic optimè tradit ex multis *Sanchez libr. 2. de matrimonio disputat. 1. num. 6. ex Diuo Thoma, & alijs.*

3 His in hunc modum constitutis. Dicèdum est matrimonium hoc spirituale situm esse proportione quadam, & in ipso contractu pro fundamento, & in vinculo, & formali, ac mutuo nexu.

4 Quæres num hoc vinculum sit relatio realis, vel rationis? *Sotus in 4. dist. 26. art. 3. & alij* dicũt in matrimonio carnali esse rationis, probant quia est immanens, & nihil in re ipsa hoc vinculum ponit, ideoq. neq. producere potest realem relationem.

Sanchez vero cit. nu. 7. ex alijs verius existimat realem esse relationem, quia fundatur in ratione externa, & reali contractu externo, nõ autem interno.

5 Cæterum huius quæsiti, vtpotè ad rem parum conducentis, breuis danda est solutio, ac dicèdum matrimonium spirituale pro fundamento vinculi sumpto, verum esse, & proprium realẽ contractum situm, & in actibus internis, & in externis vtpotè internorum actuum expressiuis cõiugum supradictorum. Vinculum autem ex illo resultans contractu, vel quippiam esse morale, relationis realis nexus instar, quod existimo nobis testatum reliquisse Doctores primæ sententiæ, vel quidpiam reale instar relationis realis non solum fundatæ in actione externa reali, sed in actu interni consensus, qui quidem realis qualitas est, non minus atq. externus, etiam sufficiens ad hoc vinculum relatiuum reale fundandum. Contra quod quo rationis momento videatur sentire *Sanchez citatus*, non video.

Verum hæc omnia per quamdam proportionem analogicam dicta sint, vt supra instituì dicere.

CAPVT TERTIVM.

An Episcopatus, qua spirituale matrimonium, sit Sacramentum.

SVMMA.

Quotuplex Sacramentum sumatur n. 1.
Episcopatus quà coniugium spirituale aliquam habet rationem Sacramenti n. 2.
Multiplici sub ratione gratia, & character confertur per Episcopatum, quatenus sacrum coniugium est n. 3.
Episcopatus quatenus ordo, distinctum non est Sacramentum à se ipso, quatenus sacrum est coniugium n. 4.
Quænam sit materia, & quæ forma spiritualis matrimonij n. 5.
Ad valorem spiritualis matrimonij non requiritur certa verborum forma n. 6.
Spirituale hoc matrimonium pergit esse Sacramentum etiam post Consecrationem n. 7.
Quomodo non peccant tum Episcopus, tum Ecclesia spirituales ineuntes matrimonium in peccato mortali n. 8. & 9.
Quomodo alias peccet Episcopus ille tale suscipiens Sacramentum n. 10.

AD Auctoribus, qui materiam hanc illustrarunt, vt nonnullas alias hactenus à nobis dilucidatas, hanc cum non inueniam quæstionem disputatam, si proprio marte quidpiam ad eam exponendam afferre necessarium habuerim, condonandum est nouitati rei explicandæ.

1 Notandum primo est, Sacramentum bifariam sumi posse, vt super alias indicaui, primo lato modo pro quocumq. signo rei sacræ diuinitus instituto. Secundo propriè pro re, vel cæremonia diuinitus nobis data, quæ quidem si vt communis sumatur, etiam se extendens ad Sacramenta veteris legis solam habet rationẽ signi veræ sanctitatis, & gratiæ, vel ab eo non collatæ, quod colligo ex *Vasq. tom. 2. in 3. part. disput. 128.* si autem contracta consideretur ad nouam legem, rationem habet signi efficacis veræ sanctitatis, & gratiæ.

Notandum secundo. Nonnulla Sacramenta vt Eucharistiæ, & matrimonij carnalis considerari posse tùm in fieri, tùm in facto esse, sic & Episcopatum quà Sacramentum in consideratronem cadere posse.

2 His adnotatis primum dico Episcopatum quà spirituale matrimonium est, aliquo pacto rationem susbire Sacramenti. Hanc assertionẽ videntur tùm Theologi, tùm Canonistæ supponere, licet illorum, quos viderim, nemo exprimat: sic *Hostiensis in cap. Inter corporalia de translat. relatus ab Abbate ibid. n. 14.* conferens carnale, & spirituale matrimonium, ait, Episcopatum dici coniugium, & *quidem spirituale, quia fortius imprimitur, & fortius operatur, cũ Character imprimatur in anima per consecrationem ipsius, quæ nunquam delebitur, & gratia datur, & multiplicatur, quod non est in corporali.* Hæc ille, vt autem supra indicauimus character, & gratia neq. imprimitur, neq. hoc pacto ex vi alicuius signi sacri datur, nisi per Sacramentum. Ex hoc autem facile deduci poterit Episcopatum, vt coniugium spirituale, & primo, & secundo modo sumptum esse Sacramentum. Primo modo, quia quatenus coniugium spirituale inter Antistitem sponsum, & Ecclesiam sponsam spiritualis est signum vnionis, & charitatis, necnon gratiæ ad hunc finem datæ; imò potiori quidem ratione, quam corporale signum vnionis, & vinculi perpetui inter Chri-

stum

Digitized by Google

stum, & Ecclesiam, de quo possunt à fortiori pronunciari verba *Pauli ad Ephes. 5. Sacramẽtum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia*; cum Episcopus vicem gerens Christi Summi Sacerdotis, & Episcopi Animarum nostrarum Ecclesiæ particulari se coniungat. Hinc, & secundo modo rationem etiam sibi vendicare Sacramenti constat, cum sit signum
3 efficax gratiæ, & characteris, quem imprimit, quod eo sensu dictum volo, non quasi nouum characterem, nouamq. gratiam imprimi, atquè infundi contendam per hoc Sacramentũ, quatenus coniugium spirituale est, & quatenus ordo Sacer, sed eamdem gratiam per hoc Sacramentum multipliciter dari; Etenim per illud, vt ordo Sacer est, gratia significatur, & cõfertur instar sanctitatis requisitæ ad suprema Episcopalia munera exercenda, per auxiliã illis proportionata, ab eaq. gratia sanctificante requisita, quemadmodum supra vberiùs diximus. At vero, vt spirituale matrimonium est, gratiam significat, & confert per modum vnionis, & spiritalis nexus vinculi, & coniugij, quo Episcopus, & Ecclesia coniunguntur siue ad spirituales, filios producendos, atq. educãdos, prolemq. Christianis Sacramentis, legibus, & moribus imbuendam, siue ad perpetuitatem huiusmodi declarandam, firmandamq. siue ad admirabilem vnionem diuini Verbi cum humanitate firmam, omnisq. expertẽ mutationis adumbrandam, siue hoc ipsum insolubile coniugium Christi vniuersali cum Ecclesia sua Sponsa, cui adhærebit vsq. ad cõsumationẽ sæculi, dũ erimus in via, & postmodum in cœlesti Patria per æternitatem. Hoc ipsum de Charactere dico, nam vt ordo Sacer illum imprimit, quo signatur, & significatur Antistes tanquam Minister, famulus, & suo modo seruus honorarius ac dispensator iuxta dicta *disp. 9. c. 1.* At vero vt coniugium spirituale characterem imprimit Episcopatus, quo insignitur Episcopus in Sponsum intercedente consecratione, vt mox declarabitur, quod sicut ex *Hostiens. & Abb.* indicabam, non inuenitur in corporali coniugio, cui vel ex hoc ipso præstat.

4 Ex his deducere licet, neq. hoc Sacramentum à nobis asseri, quasi distinctum à Sacramento Ordinis, sed Episcopatum dicimus, non modo rationem subire Sacramenti, quatenus ordo Sacer est, & quidem in omni rigore, sed aliquo etiam pacto, quatenus spirituale coniugium est cum Ecclesia.

5 Dico secundo materiam, & formam propriam spiritualis matrimonij inferi consideranti esse verba, seù signa; Contrahentes autem Episcopum nempè, & Ecclesiam esse materiam circa quam. Probatur à paritate corporalis cõiugij, cuius penès probabiliſſimam sententiam verba, seù signa consensum exprimentia contrahentium sunt materia, & forma, vt rectè *Sanch. libr. 2. de matr. disp. 4. n. 6. Conink disp. 24. sect. 3. d n. 33.* & penès hanc eamdem sententiã seruatis seruandis in re nostra idem dicendũ; in verbis enim, seù sufficientibus signis est expressio mutuæ traditionis, & secundum hanc rationem materia dicuntur: Quatenus verò sunt expressio mutuæ acceptationis, qua quilibet coniugum alterius acceptat traditionem, sunt forma. Quod ex eo constat, quia traditio illa imperfecta est, atq. inefficax, donec suum acceptatione habeat cõplemẽtum, quo ratum omninò intelligatur matrimonium. Hæc autẽ, quæ iuxta citatam, ac veram sententiam de corporali matrimonio explorata sunt, vt apud *cit. Auctores* videre est, suo modo spirituali etiã competunt coniugio Præsulatus. Nam, vt supra sæpè indicaui, eligitur sanè Antistes, siuè canonicè à Capitulo iuxta dicta *libr. 5. 6. & 7.* siuè à Summo Pontifice promouetur, quæ promotio electionis, & confirmationis vicem habet, at consensus præterea desideratur ipsius electi, quibus positis actibus, tam coniugium hoc spirituale censetur initum, *vt c. 1.* indicauimus ex *Innocentio III.* dicente matrimonium in electione initum, ratum in confirmatione, & in consecratione intelligi consumatum.

Illud solum perpendere necesse erit, spirituale hoc matrimonium requisita non habere, ni ex vna parte electio, & confirmatio, vel Pontificia nominatio intercedat, & ex altera Promouendi consensus, quibus positis omnia, quæ ad rationem mutui vinculi, & ad stabilitatẽ nodi desiderantur ei conueniũt, vt ex *loco cit. Innocentij III. & per cap. inter corporalia de transl.* cõstat; & præterea opus est ad perfectionẽ omnẽ, vt super indicaui, insigniri Characterem, quem supra coniugium corporale hoc spirituale sibi adsciscit.

Hinc etiam deducere habeo meam non esse mentem, vt aliàs institui dicere, nouum asserere Sacramentum Episcopatus, quà matrimoniũ est, neq. esse substantialiter perfectum, non intercedente consecratione, sed vnum, & idem in re, tametsi penès varias formalitates non solum hanc subit rationem, quà ordo est, sed etiã quà matrimonium, cuius materiam, & formã in fieri assignauimus, & mox in facto esse indicabimus ad Canones supra relatos, communemquè catholicam doctrinam magis diluci-dandam.

6 Tertia conclusio. Ad valorem spiritualis matrimonij certa non requiruntur verba, sed quæcumq. sufficiunt signa. Conclusio hæc, & pater ex materia matrimonij corporalis, ex qua nostri spiritualis deducimus similitudinem, & è superioribus libris de electione, cõfirmatione, & acceptatione disputauimus.

7 Quarta conclusio. Spirituale hoc matrimonium pergit esse Sacramentum etiam post cõsecrationem; nam viuente Præsule, & suam Ecclesiam regente, coniunctio inter coniuges est signum externum coniunctionis internæ, mutuæq. charitatis, & gratiæ illos cõglutinantis, & etiam mutui nexus, atq. coniunctionis Christi, & Ecclesiæ vniuersalis. Itaq. in facto esse ipsi contrahentes, Episcopus scilicet, & Ecclesia sunt materia ex qua; coniunctio verò, & vinculum, & signum externum sunt proxima ratio Sacramenti, sicut. n. Sacramentum Eucharistiæ à nonnullis declaratur Theologis, vt est in fieri in verbis consistere, cuius materia circa

quam

Digitized by Google

quam sit panis, & vinum; at dum postea permanet, species materia sint ex qua: Sacramentũ pariter carnalis matrimonij, dum est in fieri tãquam materiam, & formã verba habet, & contrahentes respicit, tanquam materiam circa quam: postmodum autem dum pergit, est etiã Sacramentum, cuius materia ex qua sunt contrahentes, & eorum coniunctio est signum externum gratiæ, & coniunctionis Christi cum Ecclesia, vt probè ex multis declarat *Sanchez cit. n. 6. et 4.* ità in re nostra seruata proportione

Obijcies Episcopatui, vt spirituale matrimoniũ distincta materia est, ac distincta forma à materia, & forma eidem assignata, quatenus ordo Sacer, vt ex dictis patet; igitur est distinctum Sacramentum. Secũdo posita materia, & forma Sacramenti tota ponitur essentia Sacramenti, sed materia, & forma Episcopatus, quà matrimonium est, ante consecrationem ponitur, & ante characteris impressionem; ergo tota eius essentia posita censebitur absq. consecratione, & absq. charactere. Tertio Minister Sacramenti Episcopatus, quatenus est ordo sacer, vel est vnus Episcopus consecrans, vel omnes tres Episcopi, sed eiusdem, vt spirituale cõiugiũ. est, sunt ipsi contrahentes, à paritate matrimonij corporalis, cuius ministrum, ipsos esse contrahentes, probabilior opinio docet apud *Sanchez lib. 2. disp. 6. n. 2. ergo, &c.* Quarto. Tametsi Promouendus in Episcopum, dũ eligitur, confirmatur, & cõsentit, in lethali peccato existens, non peccaret mortaliter, quatenus minister est Sacramenti spiritualis coniugij, vt nec peccare coniuges quà sunt ministri corporalis ex communi sententia idemet *Sanchez docet n. 4.* at verò quatenus susciperent illud Sacramẽtum, peccarent certè, vt omnibus exploratũ est peccare coniuges corporales suscipientes matrimonij Sacramẽtum in mortali peccato: ergo idem erit de Episcopo suscipiente hoc Sacramentum; imò & Ecclesia spiritualis eius sponsa deberet in statu gratiæ esse. Hoc autem inauditum est in Ecclesia Dei.

Cæterum hæc omnia rationum momenta nodum haberent inexplicabilem, si propriam, & rigorosam Sacramenti rationem dedimus Episcopatui, verum cum sæpè dixerimus proportione quadam, & analogicè potius ei hanc spectare, non est, cur multum impendamus laboris in illorum solutione. Itaq. cum Sacri nos doceant Canones superallegati, Episcopatum rationem subire spiritualis matrimonij: cũ præterea in eo characterem imprimi insinuent, nec multiplicanda sint entia absq. necessitate; ideò respondemus ad primum arguuentum, veram illam esse regulam de Sacramentis propriè acceptis: Episcopatus autèm, cum propriè Sacramentũ sit, quatenus est ordo sacer, tametsi, vt coniugium est spirituale, cũ Ecclesia etiam suo modo sibi adsciscat rationem Sacramenti, at ex sua institutione non, nisi dependenter à consecratione. Quamobrem esto in ratione contractus, & insolubilis nodi cum sua sponsa à consecratione non pẽdeat, vt è textibus supracitatis constat; at vero completam non est censendus habere rationem Sacramenti, etiã analogicè sumpti, nisi charactere impresso, qui ante consecrationem non imprimitur, idq. ex sua institutione; quã nos deducimus ex varijs Canonibus, qui penès modum loquendi scripturę Episcopum nominantis sponsum, & Ecclesiam sponsam, coniugij, ac matrimonij nomine donant Episcopatum.

2 Ex his autem solutio patet secundi argumenti. Ad tertium, esto ministri corporalis matrimonij sint soli contrahẽtes, nihilominus tamen huius nostri spiritualis coniugij ministri, sunt quidem Contrahentes in ratione contractus, at vero in ratione Sacramenti præter ipsos aliquo pacto, & proportione analogica seruata etiam Episcopus, vel Episcopi ordinantes, & consecrantes sunt; sicut igitur nonnulli Theologorum docent corporalis matrimonij, ministrum esse Parochum, vt *Canus lib. 8. de locis Theolog. c. 5. in solutione ad 3. et Autor Enchiridij Concil. Colonienſis* sic in hoc nostro dicimus.

10 Quarto respondemus, peccare suscipientes Sacramentum in lethali, tum quia ponũt obicem gratiæ, neq. per necessariam dispositionẽ peccatum retractant modo requisito ad primã gratiam recipiendam, vt cum *Magistro in 4. dist. 14. & D. Thom. 3. par. q. 62.* tradunt Doctores, sic etiam peccare sentimus Episcopum, si Sacramentum proprium Episcopalis cõsecrationis susciperet absq. debita dispositione: at vero quatenus Episcopatus etiam rationem aliquo pacto subit Sacramenti in ratione matrimonij, nec quando suam habet firmitatem, nodumq. perpetuum natura sua, solumq. dependentem ab absoluta Pontificis potestate, sed quãdo per impressionem Characteris omnino cẽsetur perfectum, cum quo, & infunditur gratia, & deinceps auxilia ad illum ordinem ritè exercendum, & gratiam, & proportionata etiam auxilia ad matrimonium obeundum ritè contractum. Quamobrem tunc si obicem poneret, atq. in peccato esset, peccaret sanè peccato Sacrilegij, vno quidem numericè, formalitates verò distinctas habente malitiæ, quatenus contra effectum Sacramẽti propriè sumpti in ratione ordinis, & aliqualiter accepti in rationem matrimonij spiritualis. Plura adhoc spirituale coniugium facientia, ex quibus maximopere hæc illustrantur, videri possunt *tom. 1. lib. 1. disp. 1. c. 4.*

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO VNDECIMA.

Præambula ad Episcopalem Iurisdictionem de Iurisdictione cuiuscumquè Sacerdotis.

PRinceps Episcopi ratio, cui cæteræ hactenus explicatæ, omnes ancillantur, sua iam luce oculos ad se conuertit; verum nè perstringat, inscriptam ei præferendam arbitramur quæstionē, cuius explicatione clarior profecto fiet dilucidatio consecrationis.

CAPVT PRIMVM.

De Iurisdictione cuiuslibet Sacerdotis in mysticum Christi Corpus secundum varias Auctorum sententias.

SVMMA.

Ratio dubitandi.n.1.
Sententia Durandi explicatur. n.2.
Eius impossibilitas.n.3.remissiuè.
Secunda sententia eiusdem Durandi, Cani, & aliorum distinguens potestatem ordinis, & iurisdictionis, quomodo partim vera, partim falsa.n.4.& 5.
Tertia sententia Caietani iurisdictionem statuens à pœnitentibus promanare. n.6.
Reijcitur remissiuè.n.7.
Quarta sententia Nauarri distinguens iurisdictionem in habitualem, & actualem.n.8.& 9.
Quinta sententia Soarij distinguens sententiam declaratiuam, & eius executionem, & illam esse ab Ecclesia, & à potestate iurisdictionis, per quam ius dicit Sacerdos; hanc autem importare efficientiam gratiæ sanctificantis soluentis, ac delentis peccata, esseq. à potestate ordinis.n.10.
Soarius potestatem iurisdictionis à potestate ordinis, & in simplici Sacerdote, & in Parocho non adhuc ordinato distinguit.n.11.
Sexta sententia Coninck dicens, potestatem ordinis esse, incompletam potestatem iurisdictionis, hoc autem complementum tribui ab Ecclesia, & ab hoc, quod est idem, ac potestas iurisdictionis applicationem distingui materiæ, quæ fit à pœnitentibus.n.12.

1 DIfficultatis ea est ratio, quia negari minimè potest Sacerdoti potestas aliqua in mysticū Christi Corpus, vna simul data cum potestate *in* verum, ac reale ipsius corpus conficiēdū in Eucharistia: Nā Io.20.legimus. Quorū remiseritis peccata, &c. quibus constituūtur Iudices, vt ex ijsdē verbis deducit *Trid.sess.14 c.* 5. Ex altero tamē capite Catholici omnes, quotquot sunt, auctores conueniunt, perspecta saltē canonica lege, ac statutis, non omnibus, singulisq. Sacerdotibus hanc esse facultatem expeditam, vt absolutionem ad libitum dare cuicunq. Christianorum valeāt. Qua igitur ratione hæc sint componenda, quomodo nimirum illa sola potestas per consecrationem Sacerdoti data non sufficiat, & quid præterea desideretur, & à quo debeat concedi. Hæc inquam omnia quā proposuimus difficultatē scitu dignam, & minimè facilem inducunt; ad nostrum etiam institutum spectantem, ex qua quod dicturi sumus de consecratione, ac iurisdictione nostri Præsulis maximè pender.

2 *Durandus* itaq. *in 4.dist.19.q.2.* tametsi *n.13.* ad finem communem sequatur sententiam; alteram tamen efficaciter proponit, quam ei aliquando placuisse fatetur, & quam videtur sequutus *Armacanus lib.11. qq. Armenorum & c.1.* quatuor comprehendentem placita. Primū, secluſa quacunq. Ecclesiæ ordinatione, à quolibet Sacerdote, per Christi institutionem, quēlibet Christianum absolui sacramentaliter de quocumq. crimine posse'. Secundum per inhibitionem Ecclesiasticam non posse quemlibet Christianum à quocumq. Sacerdote absolui. Tertium Ecclesiam suis ritè sancitis legibus nil immutare de sacramentorum essentialibus. Quartum addit 7. *numer.* Sacerdotem esse Iudicem arbitrarium de voluntate Partium assumptum, ex se iurisdictionem habentem. Ex his autem infert Durandus, quod quamuis si pœnitens scienter aperiret sua peccata Sacerdoti non habenti facultatē; confessio esset nulla ob obicem peccati, quod committeret ipse pœnitens; at si bona fide id præstaret, valida esset confessio, & absolutio; teneri tamen huiusmodi pœnitentem iterum illa peccata legitimo iudici aperire, cum primum cognouerit illum Sacerdotem facultate non potiri, ob præceptū Ecclesiasticum.

3 Hæc à Durando allata, vt probabilia, quam à veritate sint aliena doctè præ alijs demonstrat *Vasq. de pœnit. tom.4.* in tertiam partem *q.* 93. *art.*1. singulari cuius doctrinæ profecto nihil addi potest.

4 Se-

Digitized by Google

4 Secunda sententia communis est asserens præter ordinis potestatem iurisdictionis etiam requiri facultatem in ordine ad mysticũ Christi Corpus,ideſt Ecclesiã,vt Sacerdotes absoluere valeãt. Verum quo pacto,& à quo detur, vel habeatur hęc absolucdi potestas,vel clauis aperiendi, qua tamẽ ad libitũ vti non possunt Sacerdotes,non vulgarẽ continet,vt modo dicebam difficultatẽ: quippèquæ Theologorum ingenia in varias diuisit opiniones : ex quibus *Canus* duas distinguit potestates,alteram ordinis,alterã iurisdictionis,idemq. prẽstiterat *Durand.in* 2. & primã aiunt à Christo immediatè conferri in ipsa ordinatione,quę tamen sola nõ sufficit;secundã verò ab Ecclesia tantum,à qua circumscribi ad certas quasdam, & non alias personas,& ad quędam peccatorũ genera, facta cęterorum reseruatione,addit *Medina,C.de confess.quæst.de alieno sine licentia proprij de facto absoluente quempiam.*Solum Pontificẽ Maximum immediatè à Christo accipere iurisdictionem,alios verò ab illo.

5 Hæc autèm sentiendi ratio veritatẽ quomodo contineat ex veræ sententiæ declaratione patebit.Quomodo aũt obscura sit,& à veritate deflectere videatur,traditur à *Vasq.cit. num.9. Caiet.tom. 1.opusc. tract.7.q.1.* distinguit potestatem ordinis à potestate iurisdictionis: deindè ait,bifariã hanc haberi posse,ideſt,ex parte principij iudicandi, quippèquæ virtutem,& efficaciã Iudici tribuit,vt iudicare possit,similẽ ei,quæ in Principe est ad pũiendũ,& in Ecclesia ad cẽsuras ferẽdas :alterã ex illius parte, qui iudicandus est,vt videre est in iudicio Arbitrorum:nã hi non habẽt ex se potestatẽ iudicandi , habent tamen hoc secundo modo acceptam ab ijs,qui iudicandi sunt. Docet demũ *Caiet.*necessariam non esse iurisdictionem primo modo;Sed secundo,acceptã ab ijs, qui absoluendi sunt.

7 Hic autèm ratiocinandi modus,& quoad rẽ, & quoad modum cùm à *Nauarr.cap.placuit de pœnit.dist.6.à n.7.ac deinceps præsertim n.16.* tũ à laudato *Vasq.à n.18.* probè reijcitur,vtpotè à veritate declinans, necnon *à Soar.tom.4.in 3. par.disp.16.n.11.12.& 13.*

8 *Nauarr.autèm modo citat.à n.14.* docet potestatem iurisdictionis immediatè Sacerdotes à Christo accipere,verum habitualem;actualem verò ab Ecclesia.Quid autèm intelligat *Nauar.* nomine habitualis,& actualis iurisdictionis explicat à dicto numero,ac deinceps habitualẽ.s. esse potestatẽ absoluẽdi,Sacerdoti traditã in ordinatione in Corpus mysticũ Christi,non secus ac potestas consecrandi,quę quidem,nec tolli, nec circumscribi possunt : *num.vero 22.& 25.* addit, habitualem iurisdictionem in actualem reduci per legitimam pœnitentis subiectionẽ, & *n.27.* affirmat;in primitiua Ecclesia concedi solitam cùm potestatem habitualẽ,tùm actualem, ideſt nulla lege Superioris impeditam, vt nunc est per *cap.Placuit* imò per Tridentinum coarctata, quomodo in ordinatione recipitur. Quamobrem in *sent. Nauar.*actualis iurisdictio est iurisdictio non impedita,cui non est subtracta materia ab humana lege, a qua subtrahi potest;habitualis autem,vel erit impedita, vel absq. materia proportionata,vel quia nunquã cõcessa,& assignata,vel quia fuerit subtracta : *nu.48.* demum addit,Pontificem non posse potestatem adimere Sacerdoti absoluendi, vel ligandi;sed tantum materiã, cuius defectu nulla erit absolutio, sicut auferre potest materiã panis,& vini,cuius defectu nulla erit cõsecratio.

9 At in quo *Nauarr.*claudicet,patebit *ex seq. cap.*& rectè *à Vasq.cit.*demonstratur *n.13.*atq. *à Soar.disp.16.de pœnit.n.15.* qui tamen, ni fallor,*Nauar.cit.*præsertim *n.48.*immerito dicit , non distinguere iurisdictionem habitualem à potestate ordinis,quam tamẽ supponere,vbiq. distinctam arbitror,& locis citatis non obscurè indicare.At non explicat *Nauar.* quomodo sola Summi Pontificis prohibitione tollatur omnino materia,& subditus, vt.n. quacumq. prohibitione posita,si Sacerdos,vel furtim,vel quocumq. modo panẽ habeat efficax erit consecratio super pane illo prohibito ita, si Sacerdos plenam, quantum est ex parte sua habeat à Christo potestatem, atquè iurisdictionẽ absoluendi,si quis propria peccata ei subdat per propriam confessionem efficax erit absolutio; vt.n. ibi non deest materia consecrabilis de facto, etiam si de iure desit : ita neq. hìc deest materia remissibilis de facto,etiam si desit de iure ob prohibitionẽ; remissibilia .n. sunt peccata ipsa, & ille pœnitens iure ducatio per *Nauarr.*est subditus.

10 Accedit *Soar.* qui alijs modis reiectis explicandi nodum hunc,nostram sententiam,quam sequenti capite præferemus cęteris ait *nu.26.* nominibus,vocibusq. solis à secunda opinione supra relata differre; quam ipse ità declarat , atq. amplectitur *nu.27.* vt in actu iudicij pœnitentialis duo distinguantur.Primum sententia, quatenus est declaratio iuris , inuoluens iudiciũ,quo Confessarius iudicat hunc pœnitentẽ dignum tali sententia. Secundum exequutio huius sententiæ,seù effectio illius remissionis, & huic actui, seù sententiæ secundo modo acceptæ respondere ait,supernaturalem efficientiam conferendi gratiam sanctificantem ex vi supernaturali collatã Sacerdoti per Sacramentum ordinis; verum actui, seù sententiæ declaratoriæ iuris,atq. iudicium inuoluenti respondere iurisdictionem requisitam ad moralitatẽ ipsius sententię,quam declarationem affert sępissimè *n.32.* respondens argumentis,vbi circa medium,Sacerdotes,inquit, ex vi ordinationis non habere ius ad ferendam sententiam ; sed præcipuam potestatem in tali sentẽtia,& *n.33.* confessarium non modo proferre sententiam addit,quatenus declaratiuam iuris; verum vt eius effectum efficacem habeat, quem significat, quam quidẽ efficaciam à potestate habet ordinis. Itaq. duplex,vel vna ex duabus integrata partibus asseritur à *Soar.* potestas in hoc foro ; altera, quæ confertur in Sacramento ordinis ad remittenda peccata per infusionẽ gratiæ exequutioni mandando sententiam,quam non appellat iurisdictionem: altera,quæ cõfertur ab Ecclesia,qua ius dicitur,& sententia fertur,& ab eo appellatur iurisdictio,tùm ibi,tùm

Digitized by Google

sect.3.n.27.et n.29. docet, ab Ecclesia dari hanc iurisdictionem. Itaq. *Soar.* in re inter assertas opiniones distinctionem non agnoscit, sed in modo loquendi, eamq. præfert, quæ Sacerdoti negat iurisdictionem in ordinatione dari, quã ab Ecclesia sanè conferri putat: & quia admittitur passim à Theologis, præsertim *D. Thoma 2.2.q.38.art.3.& 4. contra gentes c.72. & in 4. dist.17.q.3.art.3.quæstiunc.4.& dist.19.q.1.art.3.quæstiunc.1.aliisq. ab eo relatis n.7.* & quia hic modus magis consentaneus est rationi conciliorum tùm *Florentini in decreto Eugenij*, tùm *Trident.sess.14.c.7.per ea. Quoniam igitur natura, & ratio iudicij illud exposcit, vt sententia in Subditos dumtaxat feratur, persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, et verissimum esse Synodus hæc confirmat nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in cum profert, in quẽ ordinariam, aut sublegatam nõ habet iurisdictionem.* Ex his ait *Soar.n.26.* ex necessitate Subditorum colligere Concilium iurisdictionis necessitatem, cum hæc se habeant, vt correlata. Supponit autèm Concilium, Sacerdotem omni carere iurisdictione, & ideò posse subditis pariter carere, in quos ferat sententiam, etiamsi potestate potiatur ordinis. Quod si respõdeas absq. Subditis, applicationeq. materiæ, esse incompletam iurisdictionem in Sacerdote, instat *Soar.* hanc loquendi rationem nouam esse, concilijs inusitatam, ineptam ad explicationem, vt ad confusionem aptam.

11 Præterea *n.29.* scribit, has potestates ordinis, & iurisdictionis esse distinctas, cum sint mutuo separabiles non solum in simplici Sacerdote, qui quidem ordinis gaudet potestate, non autèm iurisdictionis, verùm in Parocho non adhuc ordinato, qui potestatem iurisdictionis habet, & non ordinis.

12 Demùm *Conink de Sacramentis disp.8.dub.2. n.11.* sic secundam à nobis supra relatam sententiam defendit, vt esse distinctam potestatẽ ordinis à potestate Iurisdictionis velit, illamq. esse incompletam Iurisdictionis, quippèquæ in actum exire non potest, nisi complemento addito potestatis, quæ ab Ecclesia confertur, & propriè dicitur Iurisdictionis; esseq. simplices Sacerdotes non secus, ac licentiati ab Vniuersitate studiorum, siuè Doctores, qui quidem eligi possunt in Iudices, cũ habuerint Iurisdictionis potestatem, siuè complementum primæ illius potestatis Doctoratus. Ait præterea distingui hãc Iurisdictionis potestatem ab applicatione materiæ, quæ tantum fit per pœnitentes. Summus autem Pontifex pœnitens in se ipsum Iurisdictione, qua vtitur Dei nomine, posse per alterum vti.

CAPVT SECVNDVM.

Prolusio Disputationis.

SVMMA.

Iudicium bifariam sumitur n.1.
Quid significet iudicium stricto modo, & ciuiliter.n.2.
Quid sit causa.n.3.
Quid sit Iurisdictio.n.4.
Iurisdictio diuiditur in ordinariam, delegatam, et voluntariam.n.5.
Iurisdictio distinguitur ab eius exercitio.n.6.
Iudex, qui dicatur.n.7.
Iudex alius Ordinarius, alius Delegatus, alius Arbitrarius, & quod eorum munus.n.8.
Quinam sint Iudices chartularij.n.9.
Quæ differentia inter Iudices Arbitrarios, & chatularios.n.10.

1 NOtandum primò. Iudicium bifariam accipe posse, primo generatim pro animi sententia vera, vel falsa de quacumq. re, & sic à simplici distinguitur apprehensione, in qua neq. veritas propriè, nequè falsitas est, actusquè est intellectus ad secundam eius spectans operationem componentem, vel diuidentem.

2 Secundo strictè, vel ciuiliter pro determinatione iuris, facta per Iudicem, idest pro sententia Iudicis, qua quod secundum ius Iudex existimauit, exterius profertur; atq. in humanis controuersijs, negotijsq. siuè contractuum, siuè delictorum, siuè similium rerum, quod cuique competit, definitur. Dicitur præterea iudicium, quasi Iurisdictio. *ita cap. forus mox citandum*, & extenditur ad totius causæ discussionem. Hinc *citato cap. Forus de verborum significatione.* Causa; à casu, quo venit dicitur: est enim materia, & origo negotij: nec dum discussionis examine patefacta, quæ dum proponitur, causa est, dum discutitur, iudicium, dum finitur, iustitia.

4 Notandum secundo. Iurisdictio dicitur, quasi dictio Iuris: dictio enim Auctore *Azone de iurisdict. omnium Iudicum* est iudicium, idest potestas Iudicis legitimi, & probè definitur facultas ei concessa, qui iuri dicendo præest, sic ex ipso *Azone, & aliis. Syluester verbo Iurisdictio n.1.* idest facultas statuendi, sententiandi, cæterosq. actus præstandi, qui ad adequatam iuris faciunt dictionem, quaq. potestate commissa, intelliguntur omnia concessa, sine quibus explicari non potest, *sic lex 2.ff.de iurisd. omn. iud.* 5 Diuiditur autem in ordinariam, delegatam, & voluntariam; & quamuis distinctio horum membrorum à causa illam concedente desumi soleat, ita vt ordinaria sit, quæ de-

Digitized by Google

datur,vel à lege mortua, vel viua, vt à Principe,Imperatore,& Papa,vel à conſuetudine,vel ab vniuerſitate approbata. Delegata verò ab habente ordinariam,vt videre eſt apud Auctores agentes de Iuriſdictione omnium Iudicũ, præſertim *Azonem cit.* & de foro competenti; at ex eodem ad rem noſtram ordinaria eſt,quæ datur non ad vnam,vel alteram cauſam,ſed ad omnes ferè illius Ciuitatis; delegata verò ad vnam,vel alteram,vt n.2.& 5.demùm voluntaria,quæ exercetur inter volentes.

Notandum tertio, diſtingui quidem Iuriſdictionem ab eius executione, neq. nomine iuriſdictionis accipi in iure propriè executionem.Quamobrem probè *Bald.in l.1.ſi non à Iudice competent.n.24.* Iuriſdictionem ait differre ab officio Iudicis, ſicut differt habitus ab actu,cum Iuriſdictio ſit poteſtas exhibendę iuſtitiæ:officium autèm ſit Iudicis,illius exequutio poteſtatis; licet reſpectu Iudicis, quandoq. Iuriſdictio,& officium tãquam idẽ habeantur. Sic tituli,qui tractãt de officio Magiſtratuum, nomine officij Iuriſdictionem intelligunt, vt idem *Bald.notab.l.cum ſcimus nu.2.vbi,& apud quem*,& hic ait, Iuriſdictionem ordinariam eſſe in territorio,tanquam in re,ac in Iudice,tanquam in perſona.

7 Notandum quarto. Iudicem dictum eſſe quaſi ius dicentem Populo,ſiue qui in re diſceptat,ideſt iudicat iuſtè,*de verborum ſignif. cap. forus,§.in omni*:Secundum autem *D.Thom.2.2. q.67.art.1.in corp.& ad 1.* Iudex eſt Ordinarius,

8 Delegatus,& Arbitrarius.Ordinarius,vt rectè *Syluester verb.Iudex 1.nu.1.ex Innocentio, Hoſtienſi, Archidiacono,& Io.Andrea*, eſt, qui ab Vniuerſitate, vel Collegio electus, & per Superiorem confirmatus:adde ex *Azone notabil. 2.* ad omnes cauſas illius communitatis. Delegatus,qui non præficitur omnibus cauſis, ſed nonnullis,vt ex eodem auctore patet,affertque

9 *Syluester modo cit.* Arbitrarius autem duplex, vel qui eligitur,vt purus arbiter,qui iuxta ordinem ſeruare debet,vel arbitrator de bono, & æquo inſtar amici rem dirimens, vel vt Iudex chartularius,qui maximè ad rem noſtram ſpectat, vt ſupra, & de quo tum *l.1.de iudicijs adiuncta gloſſ.verbo,qui tribunali ad finem, tum lex finalis,C.vbi,& apud quem*,tùm *l.1.ff.de iuriſd.omn.iud.* mentio fit, & apud *Bartol.in l.fin. C.vbi*,& apud quem *citat.ex gloſſ.ibi* in quæſito vltimo,vbi ait, Iudices huiuſmodi nulli præeſſe adminiſtrationi, qui voluntariã habent iuriſdictionẽ,& in *l.1.ff.de Iuriſdictione* paulò ante citata addit,*non eſſe de neceſſitate, quod iuriſdictio cohæreat territorio,põt.n.eſſe iuriſdictio ſine territorio,vt in iudicibus chartularijs.* Hæc ille.

10 Ex his autèm patet diſcrimen eſſe inter hos chartularios Iudices,& Arbitros: nam Arbitri eligebantur ex litigantium conſenſu;at Chartularij ab Imperatore poteſtatem habebant, vt ius dicere, atq. iudicare poſſent in eorum cauſis,qui ſe vellent illis ſubijcere. Quamobrem à Rege, ſeù Imperatore deriuata facultas eis erat ius dicendi,quę propriè eſt iuriſdictio, vt indicauimus ſecundo notabili: nequè aliud eis deerat,quàm materia, circa quam vti hac iuriſdictione poterant; quippè quæ non actu fuerat aſſignata ab Imperatore,ſed potentia, & in communi,ſiuè vagè tranſiens in actualem pro arbitratu illorum,qui a tali Iudice iudicari voluiſſent;non quaſi ab illis iuriſdictio tribueretur,quæ quidem ab Imperatore cõmunicata ſupponebatur; ſed quia indeterminatè data à Principe pro arbitratu iudicandorum cẽſebatur determinata, vt deducere mihi videor ex *Bartol. modo cit.* rectè dicente,poſſe iuriſdictionem eſſe talium Iudicũ ſine territorio, & ſubditis actu determinatis.

CAPVT TERTIVM.

Relatæ de poteſtate Iuriſdictionis ſententiæ reijciuntur.

SVMMA.

Ad validam abſolutionem requiritur Iuriſdictio ex iure diuino promanans.n.1.& 3.

Cum in iure exprimitur quidpiam fieri non poſſe, de inualiditate ſermo eſt.n.2.

Iuriſdictio ſufficiens ad abſoluendum neq. datur, neq. dari poteſt à ſubditis.n.4.

Ad quid requiratur voluntaria pœnitentis ſubiectio.n.5.

Iuriſdictio primmediatè completè daretur per ius diuinum,ab Eccleſia minimè tolli,vel limitari poſſet.n.6.

Directè non poteſt ſemel deſignatam Sacramenti materiam Eccleſia impedire.n.7.

Non admittitur antiqua conſuetudo eligendi ad libitum ſibi confeſſarium.n.8.

Iuriſdictio perfecta,& completè ſufficiens ad iudicium abſoluendi,& eligendi,neq. datur,neq. poteſt ab Eccleſia dari.n.9.

Prima Soarij ſolutio,eiuſq. reiectio.n.10.

Secunda Soarij ſolutio dicens dari facultatem exquendi ſententiam per infuſionem gratiæ,vel non exequendi per negationem affertur,atquè expungitur.n.11.

Tertia Soarij ſolutio afferens, in ordinatione Sacerdotes Iudices fieri non actu, ſed aptitudine impugnatur.n.12.

Iuriſdictio neceſſaria in foro pœnitentiæ non eſt ſolum ad executionem ſententiæ.n.13.

Ab effectu primario remiſſionis culpæ, & pœnæ gratiæq. infuſionis non poteſt ſeparari Iuriſdictio,iudicium,ſententiæ latio, & applicatio.num.14.

Actus retinẽdi peccata,cuius poteſtatis ſit.n.15.

Quid ſit poteſtas clauium.n.16.

Digitized by Google

1 HIS, quæ ſuperioti capite prænotauimus ſuppoſitis, Prima ſit aſſertio contra primam opinionem ad validam abſolutionem in foro pœnitentiæ poteſtas neceſſario requiritur Iuriſdictionis, ſeù ipſa iuriſdictio ex iure diuino. Hæc ſententia communis eſt expreſſa ab Auctoribus ſecundæ opinionis ſupra relatæ, & rectè dicitur de fide à *Vaſq. tom. 4. de pœnitent. q. 93. art. 1. dub. 2. n. 6.* cuius ingenium, eruditionem, cohærentiam, diuinamq; penè doctrinam in hac quæſtione ſatis mirari non poſſum, vtinam imitari valeam, vt prò viribus contendam: ſubſcribit *Conink de pœnitentia diſp. 8. dub. 2. concl. 1.*

Probatur primo ex *Concilio Florentino ſeſſ. vlt.* in decreto Eugenij, quippè qui Sacramentum pœnitentiæ declarans *4. loc. §. quartum Sacramentum, ad finem*, ait; *Miniſter huius Sacramenti eſt Sacerdos habens auctoritatem abſoluendi, vel ordinariam, vel ex commiſſione Superioris*, quibus cum explicat, quæ iure diuino ad eſſentiam requiruntur Sacramentorum, apertè docet, hanc Iuriſdictionem iure diuino neceſſariam eſſe.

Probatur ſecundo è *Trident. ſeſſ. 14. c. 5.* docente, abſolutionem à peccatis ex Inſtitutione Chriſti actum eſſe iudicialem per ea. *Quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus è terris aſcenſurus ad cœlos Sacerdotes ſui ipſius Vicarios reliquit tanquam Præſides, & Iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Chriſti fideles inciderint, qui pro poteſtate clauium remiſſionis, aut retentionis peccatorum ſententiam pronuntient, &c.* Addit. *Quoniam igitur natura, & ratio iudicij illud expoſcit, vt ſententia in ſubditos dumtaxat feratur, perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, & veriſſimum eſſe Synodus hæc confirmat nullius momenti eam abſolutionem etiam eſſe debere, quam Sacerdos in eum profert, in quē ordinariam, aut Subdelegatam non habet Iuriſdictionem.* Ex his propria deducitur ratio in hunc modum. Abſolutio à peccatis eſt vera, & iudicialis ſententia: ſed hæc natura ſua petit Iuriſdictionem, vt ex primo Tridentini loco, è noſtris notandis, atquè ex omnium votis patet; ergo ſic inſtituram eſſe abſolutionem, atq. huius iudicium fori ſentiendum eſt. Et quamuis potuiſſet in omnes Iuriſdictionem ſingulis Sacerdotibus concedere Chriſtus, ſi voluiſſet; noluiſſe tamen conſtat, quod alias omnibus Sacerdotibus, quos certè cōſtituit Iudices, vt definit Tridentinum, ordinaria, & non delegata eſſet Auctoritas, nullaquè limitatione coarctari poſſet ab Eccleſia, ſi iure Diuino eis, vt ſic abſoluta ab omni ſubordinatione ad Eccleſiam data eſſet, quemadmodum ſequenti dicemus aſſertione; imò fruſtra Cathedrales Eccleſiæ, ac Pareciæ inſtitutę eſſent: & Iuriſdictionis diuiſionem, validaquè eſſet quælibet abſolutio à quocumq. cuilibet pœnitenti data; cum materia, forma, ac legitimus Miniſter adeſſent: quod falſum eſſe patet; quin etiam cum *cap. ſi Epiſcopus de pœnit. & remiſſ. in 6.* definiatur, *quod nulla poteſt cōſuetudine introduci, quod aliquis præter ſui Superioris licentiam confeſſorem ſibi eligere valeat, qui eum poſſit ſoluere vel ligare*, ubi definitum erat *cap. omnis vtriuſq. ſexus de pœnit. & remiſſ.* manifeſtè conficitur ex iure Diuino manare impoſſibilitatem, qua laborat quicumq. velit ab alio, quàm à Suo Sacerdote abſolui, & qua Sacerdos tenetur, nè ad libitum quemcumq. abſoluere poſſit.

2 In his autem Canonibus Tò poſſit, & poſſe notanda ſunt, ex quibus non ad licitam, ſed ad validam abſolutionem, completam non habere facultatem Sacerdotes non proprios, declaratur: nam ſi ab Eccleſiaſtico iure id manaret, in ipſum profecto conſuetudine præſcribi poſſet, vt habetur *cap. vlt. de conſuetudine.*

3 Neq. hanc aſſertionem ita intelligo, vt cū *Suar. & Ægid. Conink de pœnit. diſput. 8. dub. 2. concluſ. 1.* aliiſq. apud eos, velim iure diuino requiri in Sacerdote poteſtatem Iuriſdictionis quam tamen hi Auctores ab Eccleſia immediatè dari docent, & mediatè à Chriſto, ſed eo ſenſu illam aſſerimus, vt hanc Iuriſdictionem competere immediatè Sacerdotibus iure Diuino ſentiamus, quibus à Chriſto, vt infra dari ſufficienter, vt Iudices dicantur, ac ſint, mox dicemus.

4 Secunda ſit aſſertio. Iuriſdictio neceſſario requiſita ad abſolutionis valorem in Sacerdote nec datur, nec dari poteſt à ſubdito, ſeù pœnitente. Hęc aſſertio eſt directè contra *Caietanum ſuper cap. cit.* à pleriſq. ferè Theologis reiectum, ſic doctè *Nauarrus cap. Placuit de pœnitent. d n. 17.* ac deinceps, & quidem ſi de actiua poteſtate intelligatur, dat manum *Caiet.* quem ſicut refetens eius opinionem dixi, cum reijciant citati Auctores, non eſt cur actum agam, ſolum oſtendam, Iuriſdictionem neceſſario requiſitam ad hoc iudicium Sacramentale non poſſe dari à pœnitente abſoluendo. Primo quia aſſertam facultatem ligandi, atq. ſoluendi hanc continere Iuriſdictionem nobis exploratum eſt, & fiet euidentius ex infra dicendis, probeq. aduertit *Vaſquez citat. n. 20.* cum enim Sacerdos ſit Iudex, & Superior, profecto Iuriſdictionem, ac poteſtatē, ius dicendi, ſententiā ferendi, ligandi, ſoluendiq. habere debet; igitur, cum *Caiet.* hanc actiuam facultatem à Chriſto deriuatam in Sacerdotes, & non à Subditis fateatur, dicat etiam neceſſe eſt, Iuriſdictionē non à Subditis concedi. Secundo probatur à priori, Iudicium, quod in Sacramentali fit foro, eſt inter Deum, & hominem: eſt enim homo reus, Deus autem Opt. Max. Princeps offenſus, & Iudex; ergo nullus Iuriſdictionem dare potèſt in tali iudicio, niſi vel ſolus Deus, vel qui Vices eius habet; cum igitur pœnitens vices non gerat Dei, non poterit Iuriſdictionem, ac poteſtatem iuridicè agendi tribuere Sacerdoti, quem, vt infra dicemus ex *Trident. ſuper. concluſ. allato*, Vicarium, Præſidem, ac Iudicem, cum Chriſtus reliquerit, ipſi formam, per quā talis conſtitualiter intrinſecè conceſſit.

5 Voluntaria verò ſubiectio ex parte pœnitentis conſiderata in hoc iudicio cò tantum neceſſaria eſt, vt in illo fiat proportionata, ac ritè habita accuſatio: quo pacto pœnitēs, actor, &

Digitized by Google

& reus dicitur; non autem, vt conferat iurisdictionē. Quamobrem distincto sanè modo hoc iudicium, ac iudicium Arbitri procedit; nam huic partes, siuè Iurisdictionem, siuè notionem dant proprio cedentes iuri, quod in Arbitrum, vel Arbitratorem transferunt. At verò pœnitentiale totum, quantum est, & est supernaturale, & iurisdictio ad illud requisita, siuè immediatè, siuè mediatè è Christo fluere necessario debet. Demum quia constat *ex Florentino, & Tridentino Concilio*, hanc Iurisdictionem, vel ordinariam, vel Delegatam esse debere, quam patet à pœnitente non posse tribui; & si posset iure Diuino, nulla interueniente Ecclesiæ prohibitione, quicumq. Sacerdos, omnes, & singulos fideles absoluere, qui vellent illi se subijcere, imò nec posset ab Ecclesia limitari, vt mox *contra Nauarrum* dicemus.

6 Assertio tertia. Iurisdictio hactenus asserta, si iure Diuino immediatè Sacerdoti daretur ex se completa, ac determinata; nequaquam posset quoad efficaciam, & validitatem ab Ecclesia pendere. Est conclusio hæc directè contra *Nauarr. super. cap. cit.* Probatur, quia Iurisdictio Sacramentalis; & in habitu, & in actu ex se iam per *Nauarr.* immediatè à Christo dari dicitur, vt secluſa prohibitione, atq. Ecclesiæ constitutione quiuis Sacerdos (vt eodem Auctore referente, fiebat in primitiua Ecclesia) quemlibet volentem se illi subijcere absoluere posset; ergò quamuis Ecclesia prohibeat hanc subiectionem cuiuscumq. Christiani cuilibet Sacerdoti factam; hæc sanè prohibitio operari poterit, nè licitè iudicium habeatur, non autē, nè validè. Probatur consequentia in ordinatione per *Nauarr.* quicumq. Sacerdos actu recipit Iurisdictionem, & potestatem sufficientem in quemlibet Christianum, qui se velit ei subijcere; igitur quilibet Christianus volens se subijcere materia est legitima Sacramentalis illius iudicij: sicut omnis panis triticeus, & vinum ex vuis, Eucharistiæ, ergò sicut Ecclesia nequit sua
7 prohibitione cōsecrādi potestatē quoad valorē impedire, sed solum indirectè subtractione corporalis panis, ita in casu nostro subtractione pœnitentis; & sicut iure Diuino designata Eucharistiæ materia potestati non subest Ecclesiæ, vt mutari, vel auferri possit quoad validitatē cōsecrationis; ità designata materia pœnitentialis Iurisdictionis, vt ex se quicūq. sit Christianus, volēs se subijcere, nō esset prohibitioni Ecclesiasticę subiecta quo ad valorē illius iudicij, sed solū indirectè. Secūdo sic ratiocinor. Iurisdictio hęc vel iure Diuino sufficiēs ex se ad iudiciū, & cōpleta, quacūq. Ecclesię secluſa lege, datur in ipsa ordinatione: vel posita subiectione volūtaria pœnitētis cōfertur à Christo: neutro modo, ergo, &c. Probatur primū membrū; Si daretur in ordinatione ab Ecclesia impediri, aut coarctari non posset: atqui circumscribitur, & impeditur, vt patet, & omnibus *ex Conciliis in 1. conclus.* adductis, ergo, &c. Probatur hæc sequela. Si daretur in ordinatione, ab Ecclesia auferri nequiret; sed si auferri non posset, nec posset impediri, ergo. Probatur maior propositio à paritate Sacramenti Euchatistici supra declarata: tum quia sicut potestas ordinis cum detur ex vi ordinationis per impressionē characteris, auferri nequit, ita neq. Iurisdictio hęc tum quia vel impediri posset ab Ecclesia, nè daretur, vel data auferretur: neutrum dici potest; ex quo sequeretur neutrum effectum esse Sacramenti ordinis, si ab Ecclesia ex sua volūtate impediri possit, nè conferatur, positis omnibus iure Diuino requisitis, vt neq. semel tributum impediri: cum præsertim hæc potestas dicatur in hac sententia data ex vi Sacerdotalis ordinationis, quia continetur in significatione illorumq. verborum efficacia. *Accipe Spiritum Sanctum quorum remiseritis peccata, remittuntur.*

Hinc gradum facio ad alteram illationis partem, nimirum, si auferri ab Ecclesia hæc Iurisdictio non posset, ab eadem, nec impediri valeret. Probatur itaq; & è paritate potestatis ordinis, quam cum auferre nequeat Ecclesia, nec potest impedire, quominus ea Sacerdos validè vtatur, quoad Corporis Christi confectionem; ergo cum potestas Iurisdictionis, secluſa quacumq. Ecclesiastica lege, ex se ponatur sufficiens concessa Sacerdoti, erga Corpus mysticū Christi ad proprium actum iure Diuino, etiam sufficiet quacunq. posita prohibitione Ecclesiastica; quippè quæ positis omnibus per diuinum ius requisitis, nihil sanè potest operari circa valorem actus abilla non pendentis; igitur cum supponamus Iurisdictionem ex se completam, & sufficientem Diuino iure datam Sacerdoti, eiusdem intentionem, subiectionem voluntariam pœnitentis, esto illicitam contra prohibitionem Ecclesiasticam; hæc tamen nihil contra valorem efficere poterit illius Sacramenti. Et quamuis, vt in Eucharistia, posset Ecclesia prohibere, nè applicaretur hæc, vel illa panis materia, vel vini, quod potius ad vim spectaret, à quocumq. potente valentem præstari; non tamen posset efficere, vt semel applicata, reliquis adhibitis necessarijs non consecretur: ità in casu nostro, hac posita opinione, esset quidem auctoritas Ecclesiæ, ne hic, vel ille fidelis subijciatur, & nè licitè; at subiectus, nè validè absoluatur, non est; voluntaria enim subiectione pœnitentis omnia compleri in hac sententia defenditur. Et sicut quicumq. Sacerdos habere dicitur Iurisdictionem ex se, per quam potest absoluere: ità quicumq. Christianus pœnitens subijcibilitatem habet requisitā, vt possit absolui. Et sicut illa in se ab Ecclesia non pendet, sic neq. ista; nam correlatiua sunt, vt probè notauit *Soar. cit. dis. 16. sect. 3. n. 20.* circa medium *ex Tridentino, & Florentino allegatis.*

Secundum autem membrum primi argumenti ex eo patet, tum quia *Nauarr.* hoc pacto neq. dari concedit Iurisdictionem: tum quia non expediret ad regimen Ecclesiasticum ità concessa facultas à Christo, vt ex arbitrio cuiuscumq. penderet pœnitentis: tum quia nequiret ab Ecclesia ob ratiocinationem iam factā limitari, sicut Prælatus inferior facultatem à Papa factam alicui sibi eligendi confessarium, impedire non potest. Neq. credibile est fuisse con-

Digitized by Google

concessam talem subditis potestatem dependenter ab Ecclesia, vt si concederetur à Papa subditis alicuius Episcopi dependèrent ab illo, quo autèm pacto hæc Iurisdictio per Christum conferatur dependenter ab applicatione materiæ, suiq. termini ab Ecclesia, infra dicemus.

8 Quam autem scribit, antiquam Ecclesiæ consuetudinem *Nauarr.* de libera à quocunquè Confessarij electione non admittimus, contra quam nó modo *Vrbanus II. in cap. Placuit*, sed ante *Dyonis. c. 1. 13. q. 1. & Calistus I. 9. q. 2. c. 1.* diuisione Parœciarum abstinere, quorum decreta non fuisse recepta, sine fundamẽto à *Nauarro* asseritur, vt scribunt *Vasq. 4. tom. in 3. par. art. 1. dub. 2. n. 15. & 16. & Soar. ibid. sect. 3. nu. 22. 23. & 24.*

9 Assertio quarta. Iurisdictio perfecta, & cõpletè sufficiens ad validum iudicium, & sententiam ferendam ligandi, vel soluẽdi neq. datur, neq. potest ab Ecclesia dari. Hæc assertio est in Auctores secundæ sententiæ supra relatæ, & contra *Soar.* est tamèn tum Auctorum primæ sententiæ, tùm *Nauarr.* tùm *Antonini 3. par. tit. 17. c. 4. cas. 3. Angel. verbo confessio 3. n. 4. Maioris in 4. dist. 19. q. 1. circa fin.* & expressius est *Paludan.* infrà in explicatione verè sententiæ citandi, & deducta est ex *Vasq. sæpè laudato*, qui præ omnibus clarius, ac doctius rem acu tetigit. Itaq. si conclusio solum intelligatur de passiua quasi Iurisdictione, seù applicatione hanc solum quomodolibet acceptam non sufficere contra *Caietan. asser. 2.* declaratum est: & à fortiori si de hac eadem Iurisdictione ab ipsis pœnitentibus data. in quo cuncti conueniunt: Si autem de actiua, siuè incompleta, idest non applicata, siuè completa intelligatur secũdum totum, quod includit, probatur. Ab Ecclesia non constituuntur Sacerdotes Præsides, & Iudices, neq. vt habeant claues claudendi, vel cœlum aperiendi, peccata detinendi, aut absoluẽdi; imò nec dari potest talis illis facultas; igitur neq. Iurisdictio. Probatur consequentia ex iurisdictionis definitione *notabil. 2.* relata: quippè quæ est potestas ius dicendi, sententiam ferendi, &c. vt ibi. Antecedens probatur de facto tùm ex *Concilio Trident. sess. 14. c. 5.* cuius verba retulimus *nu. 1.* ex quibus constat, à Christo Domiuo Sacerdotes constitutos esse Iudices, ac Præsides; tùm quia in forma Sacerdotes ordinandi, qua Christus vsus est, sunt hæc verba. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c.* Sed hæc vi potè Sacramenti efficacia sunt, idq. efficiunt, quod significant; ergò vim, & facultatem detentiuã, vel remissiuam peccatorum Sacerdotibus cõferunt; ergò hac facultate à Christo Domino, & non ab Ecclesia donantur Sacerdotes, imò nec possunt donari: Catholica enim docet sententia, Ecclesiam, neq. instituere, neq. posse mutare, vel cõferre aliquid circa finem, materiamq.
10 Sacramentorum. Occurrit huic argumento *Soar. cit. n. 32.* & per citata verba docet, dari quidem Sacerdotibus veram potestatem per se, atq. in suo ordine sufficientem ad subditorũ remittenda peccata, quando illos habebunt, non verò iurisdictionem dari, seù Subditos. Verum si velit *Soarius* non dari Iurisdictionem, idest materiam Iurisdictionis, quæ identificatur cum Subditis, sane nobiscum sentit; at nos contendimus magis proprio modo loqui. Quod si aliud velit, argumentum certè adhuc vim habet: quia potestas soluendi, & ligandi, sententiæ ferendæ, necnon iuris dicendi negari minimè potest, quod propria sit Iurisdictio: cum definitionibus debeamus, vti iam iure probatis. Deindè subditi non sunt ipsamet Iurisdictio, & facultas iurisdicendi; sed materia, circa quam ius dicendum est, & sententia ferenda. Iterum vel illis verbis, potentia confertur passiua, vel actiua, vel neutra, vel vtraq. Non passiua: nam retinere peccata, & remittere, non sunt *actus* potentiæ passiuę, vt ad oculum patet: non neutra, vel vtraq. vt ab Aduersarijs ingenuè conceditur; ergò actiua, & propria. Insuper vel per assignationem subditorum datur Iurisdictio distincta ab ea, quæ non potest negari, vtpotè à Concilio definita, & Christi verbis declarata: vel non datur. Si datur, erit duplex Iurisdictio supra Corpus mysticum Christi, quod est inauditum, & alterutra erit superuacanea: Si non datur, habemus intentum.

11 Respondere præterea quispiam posset iuxtà huius sententię principia, dari facultatem soluendi, idest exequendi sententiam per infusionem gratiæ, vel non soluendi per non infusionem; & hanc facultatem ordinis Sacramento respondere: non autèm iudicandi, & sententiam ferendi, quæ confertur ab Ecclesia. Sed contra quia si hoc esset à Christo Sacerdotes constituti non essent Iudices in ordinatione, sed executores sententiæ Iudicum, vt *sequenti* prosequar *cap.* Deindè Sacramentum ordinis, & character, per quem conceditur facultas in Corpus reale, non dicit habitudinem ad Corpus Christi mysticum, neq. ex se, & vt sic collatiuum est gratiæ primò sanctificantis. Demùm optarem scire, quæ nam potestas est *illa* ordinis, vt distincta à Iurisdictione, qua detinetur peccatum, nec soluitur peccator, neq. aperitur, sed clauditur potiùs Cœlum, nec per gratiam, imò è contrario per carentiam fit gratiæ, quæ omnia ex infra dicendis clarè cõstabunt in nostra sententia.

12 Demùm, tertiò respondent oppositæ sententiæ DD. Sacerdotes Iudices à Christo constitui per potestatem iudiciariam, cuius actum exercere non possunt, nisi per modum iudicij, quæ cum per se nun sufficiat ad illud exercendum absq. Iurisdictionis potestate, dicẽdi sunt Sacerdotes per eam institui aptitudine, non actu. Verum enim verò hic tantisper meum cãdidum rogo Lectorem, vt suo prudenti perpẽdat iudicio vtra harum duarum sententiarum, etiam in modo loquendi, Concilijs magis consentanea sit. Etenim cum Tridentinum Sacerdotes constitutos esse à Christo Domino decernat; *& qui pro potestate clauium remissionis, vel retentionis peccatorum sententiam pronuntiant.* Quam parum Consilio consonet, eos aptitudine, ac remotè Iudices dicere, non est, qui non videat, cum hi Iudices tales profectò non

sint,

Digitized by Google

sint; sed potius sint futuri Iudices; neq. possint sententiam ferre, ex eo quod hoc modo Iudices remotè, & aptitudine constituti à Christo sint; sed ex Iurisdictione potius, quā deinceps accepturi sunt ab Ecclesia. Itaq. cum *Soar.* propter hoc præcipuum fundamentū *lac. cit. n. 26.* traditum, relatam amplectatur sententiam, quod constat vacillare, & cum magis consona sit nostra mox explicanda asserens, Sacerdotes veros constitui Iudices per propriam Iurisdictionem à Christo datam, *ad quos omnia mortalia crimina deferantur, &c. ac de quibus verè sententiam ferre possint*, vt ait *Concilium*, consequenter fit, vt non in solo loquendi modo à veritate declinent huius opinionis auctores; sed re ipsa, ob quam.

13 Sit assertio quinta. Potestas Iurisdictionis necessariò assera non est ad exequutionem sententiæ latæ à Sacerdote, atq. ad gratiæ tantum infusionem, & non ad iudicium faciendū, ipsamq. sententiam ferendam. Est hæc assertio, directè contra doctrinam appositam, in quam ceterorum habeo Theologorum sensum, apud quos ferè inaudita hactenus fuit superallata distinctio. Deindè adduco verba ipsa *Concilij cap. illo 7.* superius adnorata, quibus & Præsides, & Iudices, ad quos peccata sunt deferenda, circa quæ sententiam ferant, merito dicuntur Sacerdotes. At verò Iudex non est qui sententiam exequitur, vt ad oculum patet, præsertim ex *notabil. 4.* Præterea Iurisdictio, atq. Iudicis officium distinguntur tanquam habitus, & actus, vt indicaui *notabil. 3.* Quamobrem etiāsi ad officium Iudicis admitterem exequutionē spectare sententiæ in foro pœnitentiæ; hāc tamen Sacerdos minimè constitueretur Iudex, neq. hęc esset Iurisdictio iudiciaria, qua formaliter constitueretur Iudex. Nam quis Iudicem appellare, ni desiperet, eum auderet, qui bona fisco addicta, restituere curaret reo, non autem illum, qui iudicaret, rerum esse dignum variis de causis condonatione, & restitutione bonorum amissorum? Insuper & à priori, & ad hominem sic argumentor contra dictam opinionem. Sacerdotibus duplex in ordinatione confertur potestas: altera consecrandi, & in Corpus Christi reale; altera ligandi, atq. soluendi, & in Corpus Christi mysticum, vt traditur à *Concil. Trident. sess. 14. c. 6. & can. 10. necnon sess. 23. c. 1.* & docetur ab ipsomet *Soar. disp. 16. sect. 3. n. 3.* sed hæc potestas Iurisdictionis est iudiciaria, siuè per modum iudicij exercenda, vt esse de fide idemmet fatetur *Soar. sect. 1. n. 19. ex Trident. sess. 14 cap. 1. & can. 9.* ergo proprius actus potestatis iudiciariæ, veræq. Iurisdictionis est iudicium, sententia, & iuris propalatio, atq. huic casui applicatio, etiamsi nihil efficaciæ haberet ad exequutionem. Quod præ reliquis explicauit *Hieronymus epist. 1.* Sacerdotes asserens eos esse, quos traditione Ecclesiæ semper attestante reliquit Christus Dominus, vt Iudices, quorumq. in Ecclesia spirituale conscientiæ Tribunal institut, habentes claues ante diem Iudicij iudicare.

14 At respondebis, verum hoc esse, Iurisdictionemq. Sacerdotibus conuenire ab Ecclesia data. Cęterum si rectè rationis factæ perpendatur momentum, facilè comperietur, vim habere ad hominem etiam cōtra *Soar.* cum & è scriptura, & è Concilio Tridentino constet, immediatè dari à Christo Sacerdotibus in ordinatione Iurisdictionem in Ecclesia, in qua Iudices, Præsides constituuntur, & hoc patet spirituale erectum esse Tribunal. Et licet potestas Iurisdictionis, vt primarium habeat effectum, peccatum remittere quoad culpam, & quoad æternam pœnam, & consequenter etiam temporalem iuxta pœnitentis dispositionem; nihilo tamen minus, cum hoc totum iudiciali modo præstandum sit ex sua institutione, à qua hanc habent Sacerdotes potestatem, ab eo habent etiam iudicialem auctoritatē; Cum itaq. hæc eis conferatur in ordinatione, vt diximus esse de fide, exploratum etiam asserimus in ea propriam Iudicum eis fieri auctoritatem, potestatemque Iurisdictionis, à qua vt sic secerni minimè potest iudicij, iuris explicatio, dictio, ac sententię prolatio. Demùm sic hāc opinionē argumentor. Actus retinendi, & ligandi expressus per illa verba, *quorum retinueritis, vel quorū ligaueritis*, quibus verbis in ordinatione Sacerdoti potestas tribuitur Iurisdictionis in hoc Tribunali necessario iudicium, & sententiam inuoluit prolatam, qua decernitur hic reus indignus esse remissionis peccati, qui consequenter ex eo non soluitur, igitur actus soluendi, & remittendi non solum exequutionem sententiæ, & remissionem, solutionemq. per gratiæ infusionem, sed ipsum iudicium, & prolationē debet sententiæ comprehendere; igitur totus quantus, est erit, Iurisdictionis datæ in ipsa ordinatione.

15 Primum antecedens probatur, tum quia actus retinendi peccata non est positiuus, neq. fit per directam huius potestatis actionem, cū in culpam non influat, aut eam conseruet, aut eius impediat remissionem; tum quia hæc omnia sunt præter primarium eius potestatis finē, vti docet *Soar. disputat. 16. sect. 2. num. 15. ad fin.* Prima illatio probatur à paritate rationis, secunda ex vi consequentię. Quod si dicas, disparitatē esse inter hos actus illius potestatis inadæquatos, quòd actus retinendi cum non sit positiuus ex se adsciscere sibi debet positiuam sententiæ prolationem, secus actus soluendi, qui per gratiæ infusionem exequutioni mandatur. Porrò hæc gratis, & absq. fundamento in re tam graui dicuntur, cuius institutio ex sola Christi libera voluntate pependit. Deindè quam parum rationi consentaneum est iudicium vtrumq. actum tot inter formalitates inter se oppositas distinguere, atq. asserere collationē gratiæ, resguere iudicium ex se, illudq. non requirere, quo talis gratia meritò conferēda iudicetur, & hoc ipsum tribuere alteri facultati à sola Ecclesia datæ; idemq. in retentione peccati non sentire, quæ quidem retentio quamuis dicatur deriuari à potestate Iurisdictionis in ordinatione data; includere tamen asseritur iudicium, prolationemq. sententię, ad quam potestas ab Ecclesia conferri dicitur. Iterum cur ita totaliter exequutio sententię quo-

ad

Digitized by Google

ad infusionem gratiæ respondebit Iurisdictioni à Christo datæ in ordinatione, vt eidem non possit etiam iudicium, & sententia de eadem danda, tribui? Deniq. Iurisdictio à Christo data quoad actum retinendi, & non soluendi, totalis erit per *Soar.* & completa, neq. pendens à Iurisdictione data per Ecclesiam; secùs verò iurisdictio soluendi, atq. remittendi, quæ quoad iudicium, & sententiam ferendam à Iurisdictione Ecclesiæ ortum habebit. Hęc aût, quam consona sint rationi Theologorum consensui, Sacrisq. Concilijs; æquus, atq. eruditus iudicabit Lector.

Sequitur præterea, Parochum Sacerdotali adhuc non insignitum ordine posse confessionem peccatorum excipere, atq. iudicare, num hic pœnitens absoluendus sit, nec ne, atq. sententiam proferre ex vi Iurisdictionis ei tributæ ab Ecclesia. Deindè exequutionem sententiæ à se latæ posse committere Sacerdoti. Etenim, cum hæ duæ potestates ita realiter distinctæ sint, vt altera sine altera dari possit; quemadmodum Auctores contrariæ sententiæ, eas destinguentes, passim concedunt, & altera in ordinatione, altera moraliter per extrinsecam collessionē, aut alicuius Ecclesiastici muneris Pastoris, aut Parochi collationem detur independenter à potestate, siuè ordinis, siuè Iurisdictionis datæ in ordinatione, vt expresè de Parocho non Sacerdote tradit cum communi *Soar. disp. 16. sect. 3. n. 17.* sanè non video quomodo negari possit earum actus non posse seorsim exerceri. Et quamuis ipsa solutio infusionem gratiæ sanctificantis exequēs, necessario supponat potestatem ordinis: at verò iudicium, & sententię prolatio, quæ proprius est Iurisdictionis actus per *Soar.* ab Ecclesia traditæ, poterit quidem exerceri absq. potestate eius exequutionem faciendæ: Φ an Cōtrarij concederent maximè ambi-
16 go. Tandem sic arguo. Potestas iudicialis remittendi, ac detinendi peccata in ipsa ordinatione Sacerdotibus concessa rectè comprehēditur, atq. explicatur metaphora clauium, quarum potestas ex *Ioanne XXII. in extrauaganti, quia quorumdam de verborum significatione §. clauis*, definitur potestas, qua Iudex Ecclesiasticus dignos admittere valet ad Regnum Cęlorum, & repellere indignos, vt concedit *Soar. cit. sect. 4. n. 3. & à n. 7. ac deinceps*; de qua potestate omnibus etiā Sacerdotibus concessa *Eusebius Emissenus Homil. in Natali S. Petri. Petro, ait, principaliter dicitur; cęteris tamen Apostolis etiam dictum esse intelligi debet, & Episcopis, & Sacerdotibus; illis enim, & clauis, & potestas à Deo data est, vt non solum Ecclesiam, sed etiam cęlos aperiant.* Atqui sub actu harum clauium comprehenduntur, vel sunt duo requisita ad omne iudicium; alterum est examinatio, seù causę cognitio: alterum sententię prolatio, igitur causæ cognitio, & prolatio sententię sūt actus potestatis concessæ Sacerdotibus in ipsa ordinatione; huic igitur potestati non respondet tantum exequutio sententiæ, atq. infusio gratiæ, qua deleantur peccata. Huius autem ratiocinationis quantum sit pondus prudens arbitretur Lector, qui maiorem propositionē apud *Soar. paulò ante cit.* reperiet: minorem autem ipsissimis eiusdem auctoris verbis expressam eadem *disp. 16. sect. 4. n. 6.* ex quibus quidēs est consequutio.

Hinc discerem à *Soar.* quid illi potestati deest, quominus in suo ordine perfecta non sit iurisdictionis, ad quā & actus cognitionis, & examinationis causæ, & sentētię prolatio, & ipsius exequutio, solutio .s. & remissio peccati spectat: quæ completissima, quemadmodum dicemus quoad intrinsecum est, nec quod ei desit assignari facilè potest, præterquam applicata materia. Neqúe hæc potestas, vt ordinis est formaliter ad hos actus se extendit, *sed* quatenus est Iurisdictionis immediatè *à Christo* concessa, dependenter tamen à Petro, & in administratione materiæ, & quatenus ipsemet ordo, eiusq. potestas à Petro per potestatem ordinariam ad reliquos promanauit Sacerdotes. Cōfirmatur, quòd Ecclesia claues Regni Cęlorum in foro pœnitentiæ conferre non potest, cum tantum clauem tribuat potestatis ad censuras ferendas, vel soluēdas, atq. indulgentias concedendas, quam cui voluerit, etiam laico, vt *superiori diximus libro* tribuere potest. Verum ad tollenda peccata, aut detinēda, non confert, neq. conferre potest clauem; ergo neq. potestatem Iurisdictionis. Quamobrē vel hi Auctores fateri tenentur, claues non dari in ipsa ordinatione, quod refugiunt, vt vidimus ex *Soar.* præsertim *nu. 8.* vel concedere, & quidem perperam, metaphora clauium non comprehendi potestatem Iurisdictionis, vt scripsit *Caiet. tom. 1. opusc. tract. 7. de Romano Pōtif. c. 5.* à quo merito dissentit *Soar. cit. n. 7.* vel continere perfectā iurisdictionis rationē, quæ neq. sit ab Ecclesia, sed à Christo. Ex his autem reicitur explicatio *Conink vlt. loc. super. cap. cit.* duplicem distinguentis iurisdictionis rationem; alterā requisitę iure diuino; alterā datā ab Ecclesia: & primo modo esse rētis esse potestatem iurisdictionis. *vt ad fin. n. 9.* secundo modo esse in cōpletā pariter iurisdictionis, vt *nu. 12.* Neq. hic auctor, cū *n. 10.* ait, requiri iurisdictionē iure diuino in ministro huius Sacramēti se satis explicat, nùm .s. à Christo immediatè datam, vel iure diuino ità prescriptam velit, vt per Ecclesiam postea in ordinatione detur, vt videtur significare *n. 11.* Illud autem, quod idē Auctor ex doctrina Soarij affert, posse vnum, & eumdem in se ipsum iurisdictione vti, eiusq. actum exercere, sub diuersa ratione personæ, vt Pastor, vel Christi Vicarius ius dicens, & vt ouis sibimet subijciens, præterquam quod maiori quidem indiget explicatione, vt ex pluribus, quæ affert *Nauarr.* apparet *cap. Placuit de pœnit. dist. 6. à n. 15. ac deinceps* non facit adeò facilem solutionem, cur Papa se ipsum neq. absoluere possit; cum distinctio illa personarum in hoc Sacrāmento præcipuè nascatur ex distinctione Rei, & Iudicis, aliundè Auctoritatem habentis. Quod quidem argumentum, quam facilem habeat explicationem in nostra sentētia mox demonstrabimus.

Caput

Digitized by Google

CAPVT QVARTVM.

Vera sententia de Sacerdotis Iurisdictione.

SVMMA.

Quos aliorum scopulos declinare debet vera de Iurisdictione Sacerdotali sententia. n. 1.

Quinis Sacerdos in ordinatione immediatè à Christo vera accipit Iurisdictionem iuridiciariam ex se omninò perfectam, & actualem, non tamèn ad certos Subditos applicatam. num. 2.

Sacerdotes instar Iudicum sunt chartulariorum, vna limitatione tantum adhibita. num. 3. & 8.

Carentia determinatorum Subditorum Iurisdictioni non obstat actuali. n. 4.

Essentia relationis expenditur, ad cuius similitudinem explicatur actualis Iurisdictio Sacerdoti data in ordinatione. n. 5.

Omnis causa, & forma suas petit conditiones, ac dispositiones ad effectum edendum. n. 6.

Asserta Iurisdictio Sacerdotalis singulis non datur iure Diuino expedita, determinanda à singulis pœnitentibus, neque immediatè determinata à Christo Domino in ipsa ordinatione. num. 7.

Iudex non dicitur ab actuali exercitio iudicandi, sed à potestate, ac facultate. n. 8.

Vnde constet non fuisse institutum ordinis Sacramentum cum potestate, atquè Iurisdictione ad tollenda, vel retinenda peccata dependenter ab Ecclesia. n. 9.

Quam consentaneum rationi fuit, vt applicatio Sacerdotalis Iurisdictionis ab Ecclesia, eiusq. Prælatis penderet. n. 10.

Quod melius decerni potest à viua lege, superiore videlicet in illum referendum est n. 11.

Diuisio Paræsiarum, quàm prudenter remissa sit Ecclesiæ Prælatis. n. 12.

Potestas actiua à peccatis absoluendi, & vera, propria Iurisdictio est distincta à potestate ordinis, vt modus, & res. n. 13. & 16.

Iudæ non fuit data potestas Iurisdictionis. numer. 14.

Potestas Iurisdictionis inualidè censetur dari, cui non est data potestas ordinis. n. 15.

Potestas ordinis, atquè Iurisdictionis non modo realiter, modaliter, vt n. 13. & 16. dictum est, sed formaliter, & specificè distinguntur. num. 17.

Potestas Ordinis, & potestas Iurisdictionis per distinctas materias, ac formas in Sacramento ordinis, & significantur, & conferuntur, num. 18.

Inadæquata materia Sacramenti ordinis est manuum Episcopalium impositio. n. 19.

Quid nomine Præsbyterij à Tridentino significetur. n. 20.

Inadæquata forma Sacramenti ordinis est illis expressa verbis: Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata, remittuntur eis, & quorum, &c. *n. 21.*

Quæ sit adæquata materia, & adæquata huius Sacramenti forma. n. 22.

Per singulas materias, singulasq. formas inadæquatas distincta potestas, & gratia ad eius vsum confertur. n. 23.

Si quis ordinaretur Sacerdos per inadæquatam materiam, traditionis videlicet Patena cum hostia, & Calicis cum vino, inadæquatamquè formam his expressam. Accipe potestatem offerendi Sacrificium, &c. *non posset remittere peccata, neque in Sacramento pœnitentiæ, neque in Sacramento extremæ vnctionis. num. 24.*

1 ALijs à veritate deflectentibus sententijs seclusis, eatum fugientes scopulos, recta ad veritatem peruenire conabimur. Itaquè neruis omnibus contendemus, nè cum prima relata sententia quidquid ad valorem iudicij, atquè expeditam absolutionem Sacramentalem, necessarium est iure Diuino, Sacerdoti asseramus in ipsa ordinatione ità dari, vt nullo pacto ab Ecclesia pendeat, vel solum indirectè, vt volebat *Nauarrus*. E contra verò secundæ sententiæ nè tantum adhæreamus, vt Iurisdictionem, quanta quanta est ab Ecclesia Sacerdotibus conferri putemus, vel à pœnitente, vt malè *Caietanus* videtur indicasse, neq. Iurisdictionem actiuam in Sacerdote negantes, nequè actum pœnitentialem in plures formalitates, præter ferè omnium grauissimorum Theologorum sensum, in prolationem, atquè exequutionem sententiæ perperam diuidamus, illamq. immeritò Iurisdictioni ab Ecclesia deriuatæ: hanc potestati ordinis tribuentes, vt nō rectè præstitisse videntur alij.

2 Prima itaquè sit assertio. In ordinatione immediatè à Christo Domino quicumquè Sacerdos verum accipit iudicialem Iurisdictionem ex se omninò perfectam, & actualem; non tamèn applicatam ad certos Subditos. Hæc assertio est in terminis exarata à *Vasquez* quem præcipuum in hac re ducem sequar 4. *tomo in 3. part. quæst. 93. art. 1. dub. 2. à num. 73. vsquè ad 26. inclusiuè*. Et quidem ad hoc iudicium Iurisdictione opus esse iure Diuino, probatum est *superior. cap. assert. 1.* Hanc autem non è Subditis deriuari *assert. 2.* Nequè ab Ecclesia dari *assert. 3. 4. & 5.* sed à Christo immediatè *per totum citat. capitulum demonstratum est.* Superest igitur, vt explicemus, hanc esse in se perfectam, atq. vt sic esse posse, tametsi adhuc non applicatam ad certos Subditos. Quod
3 primo præstamus exemplo Iudicum chartulariorum, quorum instar Sacerdotes constitutos esse Iudices, vna solū adhibita limitatione, de qua infra, meritò putamus. Et sanè hisce Iudi-

Digitized by Google

cibus ab Imperatoribus veram Iurisdictionem olim datam esse, textibus *notabili 4. cap. 1.* adductis patet, quod immeritò negauit *Soarius citatus sect. 3. nu. 32.* horum autem Iurisdictioni similem dari à Christo Sacerdotibus probamus; nam sicut actuali cum potirentur Iurisdictione chartularij illi Iudices nulli præerãt administrationi, quemadmodum *ex Bartolo* ibidẽ tradidimus, ità pariter assertum volumus de Sacerdotibus, quibus & si vera, completa, & actualis sit Iurisdictio, nihilo tamen minus determinatis carent subditis, nulliq. ex se præsunt administrationi. Neq. hæc actuali Iurisdictioni obstare probatur ex doctrina, quam ibidem exarauimus ex *eodem Bartolo*, & mox iterum philosophicè probabimus. Nec nostro Martè absq. locupletè Auctore, Sacerdotalem explicamus Iurisdictionem comparatione chartulariorũ Iudicũ, cũ textus superiori loco adduxerimus, quibus expressè vsus est omnium primus, quẽ ipse viderim, *Petr. Paludanus, qui viguit anno 1350. in 4. dist. 17. quæst. 3. art. 3. casu 3. num. 21. & col. 7. vers. 1. casus*, vbi *omnis*, inquit, *Sacerdos est, sicut erant olim Iudices chartularij, qui à principio fiebant Iudices eorum, qui se illis subijciebant; ita quod priuatorum consensus non dabat eis Iurisdictionem.* Ex hoc autem Auctore multi è Canonistis, præsertim *Panormitanus Clementina Religiosi de pœnit. nu. 16. necnon Nauar. allegatus* idem docuere, authoritate etiam ducti *Hostiensis in summ. in titul. de pœnit. & remiss. §. cui.* Porro toto cœlo distinctum est habere potestatem absoluendi peccata, & habere subditos, in quos hæc potestas exerceri possit; nam Reges, & Præsides laici habent quidem populos subditos, at eos non possunt à peccatis absoluere, quòd hanc à Christo non habeãt potestatem; imò in hoc ipso pœnitentiali foro est quidem aliquis, cui subditi sint; quos tamen absoluere à peccatis nequeat, vt videre est in Parocho non Sacerdote; is enim cum collatum excipiat beneficium Parochiale, priusquam ordinetur ordinariam habet Iurisdictionem, subditosq. omnes suos Parochianos, etiam, quoad forum pœnitentiale, cum possit hanc ipsam Iurisdictionem committere, atq. alicui Delegare Sacerdoti approbato, qui ex tali delegatione poterit absoluere subditos dicti Parochi non Sacerdotis, qui quidem ab illo absolui non possunt Sacramentaliter, igitur euidens est potestatem remittendi peccata aliquid esse distinctum à subditis, atq. à completa Iurisdictione ordinem inuoluente ad subditos etiam in foro pœnitentiali, sic etiam Vicarius Episcopi, quandoq. est Clericus non Sacerdos, & tamen subditos habet, atq. Iurisdictionem erga omnes fideles Episcopalis suæ Diœcesis etiam in foro pœnitentiali ita, vt Sacerdotibus facere possit licentiam, vt audiant confessiones, absoluantq. à reseruatis, quam ipse per se non valet exercere. Sic etiam in foro exteriori, ac seculari potest aliquis Iudex, vel Præses constitui ita, vt habeat iudicandi potestatem, qui habeat siue subditos, siuè causas forẽses, quę tamen in particulari postea illis assignantur. Fiat res exẽplo clarior è nostro Regno Neapolitano petito, in quo ita Prorex Magnæ Curiæ Vicariæ creat Iudices, vt tamen nullius causam iudicare possint, nisi eorum, quæ illis in specie assignantur à Regente ipsius magnæ Curiæ; sic etiã in Tribunali Sacri Consilij creantur à Rege Cõsiliarij, qui tamen eorum solum causas iudicare possunt, quas eis Præses eiusdem Consilij speciatim assignat.

5 His addo rationem philosophicam; etenim sicuti in cap. de relatis in Dialectica fusè docui, totam formalitatem relationis existere posse antequam ponatur terminus, quo posito exercitè hic, & nunc denominat subiectum relatũ, illudq. refert ad terminum, cuius positione aliquid de nouo non adiungitur fundamento, vel relationi intrinsecum, de cuius essentia non est dicere actualem respectũ, vel denominare fundamentum relatum ad terminũ, nisi positis requisitis, vt ibidẽ tradidi cum *Baccone in prima distinctione 30. articulo 5. §. 1. Smiglesio disp. 10. quæst. 2. dicto 3.* neq; discrepat *Soarius disp. 47. Metaphysices sect. 6. num. 9.* quam sententiam si per vitam, & vires licebit, Deo dante, cum nostris Philosophicis lucubrationibus edemus, in

6 præsentia contenti fundamentum cursim indicare. Itaq; singulę causę conditiones petunt, siuè dispositiones, sine quibus non agunt, quod ad sensum omnium patet, neq; indiget probatione in efficienti approximationem petenti, cæteraq. pasi proportiones cum agente. Idẽ etiam est videre in causa finali, quæ quin proponatur, ex qua propositione denominationẽ tantum sortitur extrinsecam, mouere minimè potest. In formali vero, & materiali costans etiã est, licet enim in materia intrinsecè, ac penetrata quodam modo poneretur forma, nulla tamen intercedente vnione, qua media informarẽtur, neq. formaliter causaretur, neq. eam causaretcui potius assisteret. Hoc idem reperitur in actu vitali, qui si poneretur in lapide, vt potest secundũ probabilem opinionem, illum non redderet formaliter intelligentem defectu capacitatis subiecti, licet denominaret qualem.

Quantitas pariter in Eucharistia esto, secundum probabilem nonnullorum sententiam, vniatur etiam formaliter Christo, non tamen illum reddit extensum; quia vt sic incapax est talis effectus formalis, ac denominationis, corpus etiam indiuisibile positum, vt est Christi in Eucharistia; tametsi intra spheram sit oculi; at non videtur defectu extensionis necessario requisitæ. Gratia demum substantialis vnionis hypostaticæ, licet facta fuerit ad singulas partes substantiales, atq. integrales Corporis Christi Domini, eas tamen non illa sanctitate reddit Sanctas, qua reddit animam; quia huius partes illæ non sunt capaces, sed proportionata solum afficit dignitate; igitur idem dicendum est de forma relatiua, cui non repugnabit totaliter esse quoad intrinsecum in fundamento, quin illud denominet antequam ponatur terminus,

cuius

Digitized by Google

cuius exiſtentiam exigit ad actuale exercitiũ, vt vberius alibi, Deo dante, dicam; igitur idem erit de Iuriſdictione Sacerdotali, de qua loquimur; quippè quæ tota, quoad intrinſecum eſſe poterit, & erit Sacerdoti, antequam adhibeantur ſubditi, applicetur q. materia, ad quã, vt ad terminum, quemadmodum dicemus, ſe habet. Quare neq. de eſſentiali ratione formæ, quæ eſt relatio, eſt actu referre, vel reſpicere terminum, ſed poſita tantum exiſtentia eiuſdẽ termini, & conditionibus ad id neceſſarijs: ac de eſſentia Iuriſdictionis non eſt actu reſpicere ſubditos, ac Territorium, vt retuli ex *Bartol.* ſed poſſe proximè, & actu poſitis ſubditis, & applicata materia, necnon Territorio.

7 Sit ſecunda aſſertio. Sacerdotalis Iuriſdictio non conferatur Sacerdotibus iure Diuino expedita, determinanda ab omnibus, & ſingulis pœnitentibus; neq. immediatè determinata à Chriſto Domino in ipſa ordinatione, ſed determinanda ab ipſius Vicario, alijſq. Prælatis. Ita deduco *ex Antonino 3. part. titul. 17. cap. 4. caſu 3. Angelo verbo confeſſio 3. num. 4. Maiore diſt. 19. quæſt. 1. circa finem*, & expreſſius *ex Vaſquez ſæpè citato num. 25. 26. & 27.* Prima pars probatur argumentis, quibus firmauimus ſecundam, & tertiam Superioris capitis concluſionem. Nam ſi hoc pacto determinatam, atq. in omnes, qui vellent, expeditam à Chriſto ſuſciperent Iuriſdictionem, Sacerdotes, probè ibi demonſtrauimus fore, vt non poſſet illa de-
8 inceps ab Eccleſia limitari. In quo vno differunt Sacerdotes è chartularijs Iudicibus, quibus cum à me ſupra compoſiti ſint, hac ſolũ addita limitatione: Si quidem illi Iuriſdictionem ea ratione determinatam ab Imperatore accipiebant, vt in omnes, eos eligentes exercere poſſent, neq. alia materiæ applicatione, ſinè determinatione indigebant: ſecus aſſerendum eſt de Sacerdotibus, qui quidem ſi eodem pacto, etiam quoad hoc, à Chriſto Domino determinata, atq. in omnes prò arbitratu volentes expedita inſignirentur Iuriſdictione, non poſſet hæc per legem Eccleſiaſticam eis limitari, aut tolli, vti neq. Iuriſdictio chartulariorum à Principe Imperatori inferiore coarctari, aut auferri, quin etiam clariùs hoc ipſum exemplo Iudicum in hoc noſtro Regno, & Conſiliariorum, inſtar quorum Sacerdotes Præſides, & Iudices à Chriſto Domino Conſtituuntur poteſtate, atq. Iuriſdictione eis facta iudicandi, ac peccata remittendi in foro interno, eorum tamen Subditorũ, quos aſſignatos habebit à Superioribus Prælatis, atq. à Papa, ſinè quibus illa Iuriſdictio defectu externi connotati, Subditorũ. ſ. omnino completa pẽnès ordinem, & habitudinem minimè dicetur. Declarat *Vaſq. citat.* hanc doctrinam paritate præcepti confeſſionis, quod ſicut à Chriſto ſancitum fuiſſe docet indeterminatum ſanè, quoad tempus, minimè aſſignatum ijs, quos eo voluit obligare, determinandum tamẽn à ſuo Vicario, in quo conuenit etiam *Soar. in 4. tom. in 3. part. diſp. 35. ſect. 3. num. 9.* ſic Sacerdotes pariter in ordinatione conſtituit veros, & actualiter Iudices per veram, actualemquè Iuriſdictionem, ideſt poteſtatem dicendi ius *in peccata*, peccatoreſq. qui autem hi futuri ſint, non aſſignauit Chriſtus, ſed aſſignandos reliquit eius Vicario, reliquiſq. Epiſcopis, ac Prælatis Eccleſiæ, ad cuius bonum regimen expediebat, vt è ſequenti concluſione clariùs fiet.

9 Neq. remotè Iudices illa poteſtate iudicãdi, & actuali Iuriſdictione potiuntur, ſed vera, & propria; etenim Iudices non ab actuali exercitio, ſed ab actuali forma eos conſtituente tales actualiter, & eſſe cenſentur, & dicuntur; actualis autem forma eſt Iuriſdictio, ſiuè poteſtas actiua ius dicendi, cui nihil intrinſecè deeſt, antequam determinetur, vti declaratum eſt ſuperiori concluſione; ſed ſolum extrinſeca materia terminus, vel potentia paſſiua deſideratur, vt ſtatim explicabimus. Demum licet poſſibilis fuerit inſtitutio huius Sacramenti, ita vt vel ad libitum ſubditorum adhiberi poſſet materia per voluntariam ſubiectionẽ, quorum Iuriſdictio in Sacerdotibus ſupponeretur determinata reſpectu cuiuſcumq. peccatoris, vel vt Eccleſia, ſuppoſito charactere ordinis, poſſet Iuriſdictionem, ac poteſtatem iuris dicendi, atq. abſoluendi tribuere: verum non ità inſtitutum de facto fuiſſe colligimus; tum quia conſtat è ſcriptura, & concilijs ſupra citatis, Sacerdotes conſtitutos, relictoſq. Iudices à Chriſto Domino fuiſſe, à quo conſequenter per nos aſſeruntur donati Iuriſdictione, tanquam vera forma Iudicem conſtituente. Et quidem conſentaneum id erat rationi, vt ſtabiles, & firmi Præſides talis iudicij eſſent in Eccleſia, & ſicut quoad facultatem, & valorem conficiendi, & conſecrandi corpus Chriſti reale independens eſt Sacramentum à quacumq. humana voluntate ſecundum formam, materiam, atq. eſſentialia, & ſubſtantialia; ſic etiam quoad facultatem ſupra myſticum eiuſdem corpus ſoluendi, ligandi, retinendi, ac tollendi eius culpas. Præterea cum è Concilijs nobis conſtet, inualidam eſſe ſententiam latam à Sacerdote Iuriſdictionem Ordinariam, vel Delegatam non habente; conſequenter dicimus, ita Sacerdoti communicari actualem Iuriſdictionem, & facultatem iudicandi, ſententiamquè ferendi in hoc foro, ac Tribunali, vt non ſit determinata ad omnes fideles; alioquin omnis Sacerdos ordinaria potiretur Iuriſdictione, neq. vlla eſſet Delegata.

10 Inſuper ſicut par erat, vt Iudices talis, tanti q: negotij, Præſideſquè huius Tribunalis à Chriſto Domino immediate fierent, ac relinquerentur, ità conſonum maximè rationi erat, vt applicatio materiæ, diuiſio Paræciarum, Diœceſium, atq. Eccleſiarum, quæ prò humana conditione à varietate Regnorum, & Prouinciarum, à volubilitate ditionum, à varia propagatione fidei, apoſtaſia ab illa, ab inconſtanti ſerie rerum, bellorum, viuæ legi, Principi, nimirum Eccleſiaſtico, Summo Pontifici, alijſq. Prę-
11 ſulibus ſubiecta, & ſubordinata eſſet. Etenim probè *Philoſophus 3. Politicorum cap. 12.* ita docet. *Quæcumq. tamen videntur per legem quidem terminari non poſſe, per hominem verò cognoſci poſſe, prudenter cauens lex adiungit.* Vbi *Diuus*

Digitized by Google

Thomas lect. 15. *iterum* ait, *Si aliquid inueniatur secundum rationem melius, quam lex posita determinet, istud dimittendum est Principi, vt ipse*
12 *ordinet pro lege*: Qui noster est casus de diuisione Parœciarum Ecclesiarum, ac Diœcesum, quæ vniuersali, ac perpetua decerni lege non poterat, cum ex varijs singularibus pendeat, atq. accidentibus. Addo demum eiusdem Philosophi doctrinam alteram, eodem loco traditam, ex qua Iurisdictionem ex se permanentē, stabilem, ac sufficientem Sacerdotibus datam; indeterminatam tamen quoad subditos, Territorium, Parœcias, ac Diœceses clarissimè cōstabit, prudentissimè à Christo Domino institutam esse ea quidem ratione, vt Pontifex maximus, cæteriq. Ecclesiæ Prælati determinent, *Sunt autem*, ait *Aristoteles*, *etiam nunc Magistratus cum potestate iudicandi de quibusdam, & eis Iudex, de quibus lex prouidere non potest; nā de quibus lex determinare potest, nemo dubitaret, sed cum quædam comprehendi legibus possint, quædam non possint: & hæc sint illa, quæ dubitationem, & quæstionem faciunt, vtrum melius sit ab optima lege, an ab optimo viro gubernari: nā quę in consultationem veniunt, de eisdem ferri legem impossibile est. Non igitur hoc aiunt, quod necessarium sit hominem in huiusmodi rebus iudicare; sed quod non vnum solum, sed plures; iudicat enim vnusquisq. in Magistratu benè, si sit eruditus primā lege.* Circa quæ doctè D. Thomas, qui legendus est.

13 Assertio tertia. Potestates actiua à peccatis absoluendi, & supra Corpus Christi mysticum, quæ vera, & formalis est Iurisdictio super explicata realiter (modo, quo moralia possunt) distinguitur à potestate consecrandi, & conficiendi Corpus Christi reale. Hæc assertio non solum est *Auctorum, quos supra sequuti fumus*, sed etiam eorum, & quidem à fortiori, qui Iurisdictionem, atq. etiam actiuam absoluendi à peccatis potestatem ab Ecclesia dari sentiunt: est etiam expressè *Vasquez in Sacramento ordinis, ac 3. tom. in 3. part. disputat. 239. cap. 4. Soarij citat sect. 3. num. 29.* Probatur primo, quòd altera potestas harum data est in ipsa cœna Domini, altera post resurrectionem, ergo realiter sunt distinctæ; cum realis distinctionis argumentum præcipuum sit realis separatio; antecedens ostendemus *assertione quinta*, tùm quoad Apostolos, tum quoad reliquos Sacerdotes, ad quos ab illorum ordinatione rectè deducitur rationis momentum, vt probè lau-
14 datus *Vasquez num. 24. §. & sanè.* Secundo in Iuda, cui potestas fuit consecrandi, cum ordinatus fuerit Sacerdos in cœna à Christo cum reliquis Apostolis, quibus omnibus dictum est, *hoc facite in meam commemorationem*, non autem fuit potestas absoluendi, cæteris data post Resurrectionem, quando laqueo iam se suspenderat; ergò, &c. Tertio traduntur hæ potestates per distinctam materiam, & formam in ordinis Sacramento, vt mox dicemus, ergo, &c. Cęterum cum potestas consecrandi perfectè conferatur independenter à potestate absoluendi, peccata q. remittendi: quia non modo prius absolutè confertur; verū etiam ea vtitur Sacerdos consecrādo simul cū Episcopo prius
15 quam hanc vltimam accipiat: & ipsa potestas remittendi peccata communi Doctorum consensu inualidè conferri censetur ei, qui potestatem consecrandi prius non receperit, in eam adeò sententiam, vt asseram, has duas potestates realiter modaliter (vt possunt morales res)
16 distingui cum hoc pacto res, modosue reales distingui probauerim tum *in Logicis*, tùm *in Metaphisicis disputationibus*. Ratio autem huius dependentiæ à priori est ipsa Christi institutio; congruentia tamen prima poterit assignari præter Doctorum consensum, quod sicut Christus caput à corpore mystico non pendet, ita potestas illud consecrandi à potestate *sanctificandi* mysticum corpus; quippè *quod*, vt pendet in sanctitate à suo capite Christo, ita, & potestas Sacerdotalis ad illam tendens. Secundam deduco congruentiam *D. Thomæ in 4. dist. 24. q. 2. art. 2. in corpore, & ad secundum*, quia Sacerdotalis ordinis Sacramentum dupliciter refertur ad Corpus Christi verum: primo in Eucharistia, illud immediate consecrando, secundo mediatè, mysticum præparando ad receptionem eiusdem Corporis Christi veri per potestatem remittendi peccata, sanctificantemq. gratiam conferendi; sicut igitur in naturalibus primario ab agente introducitur forma, & secundario atq. ab illa dependenter disponitur materia, ita in re nostra supernaturali primario se habet potestas consecrandi, & Corpus Christi ponendi in Eucharistia, ab hac verò dependenter potestas disponendi corpus mysticum per pœnitentiam ad participationē eiusdem Eucharistiæ.

17 Assertio quarta. Hæ duæ potestates formaliter, ac specificè distinguuntur. Moueor, quod vna verum Corpus Christi respicit, quod consecrat; altera corpus mysticum: illa nullum habet ordinem ad ius dicendum, ad sententiam ferendam, ad remittenda peccata, vel retinenda: hæc autem habet. Quamobrem *cum actus* adęquati, ac termini vtriusq. sint distincti specie, siuè per modum potentiæ, siuè relationis declarentur hæ faculates formaliter, ac specificè distinctæ esse debent.

18 Assertio quinta. Hæ duæ potestates per distinctam materiam, & formam inadęquatè distinctas, & significantur, & in Sacramento traduntur ordinis. Hanc mihi deducere videor cōclusionem è *Scot. in 4. dist. 24. quæst. vnic. §. de 3. art.* per ea. *Sed in Sacerdotio videtur probabile, quod ibi sint duæ formę partiales, in quorū altera profertur potestas conficiendi Eucharistiā, in reliqua potestas absoluendi in pœnitentia: & ex istis coniunguntur duæ materiæ, hoc est duo signa visibilia propria: primæ traditio calicis, & patenæ cum hostijs, Accipe potestatem celebrandi, &c. Secundæ formæ impositio manus Episcopi super caput, Accipe Spiritum Sanctum, &c. & ex Michael. Medina lib. 1. de continentia Sacerdotum, c. 121. & 212.* probante Sacerdotium Sacramentum esse, & quoad potestatem consecrandi, & quoad potestatem absoluendi; atquè ex *Vasquez tom. 3. in 3. part. de Sacramento ordinis disp. 239. c. 3. & 4.* quatenus probè docēte, nec-

to-

Digitized by Google

totam materiam ordinationis Sacerdotij traditionē esse calicis cū vino, & aqua, necnon patena cum hostia, neq. integram esse formā verba illa simul cum asserta traditione ab Antistite prolata ante Corporis, & Sanguinis Christi consecrationem. *Accipe potestatem offerēdi Sacrificium, missasq. celebrandi tam pro viuis, quā pro defunctis.* Sed præter hanc ad integrę materiæ complementum manuum etiam impositionem accedere à solo Præsule post Eucharistiæ cōsecrationem, & communionē factam; atq. ad complementum integræ formæ verba tum, cū manus imponuntur ab eodem prolata. *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata remittuntur eis, & quorum retinueris retenta sunt.* Est etiam *Vigerij* in institutionibus *Theolog. cap. 16. §. 6. Rophensis in lib. de defens. Sacerdotij contra Lutherum congress. 3. axiomate 9. et in lib. cōtra captiuitatē babilonicā c. 12. §. 3. Vualdens. tom. 2. qui est de Sacramentis c. 123. à n. 5. ac deinceps, & 3. tom qui est de Sacramētis alibus tit. 7. c. 65. n. 5. Card. Bellarm. de ordine c. 9. Conink. de Sacram. ordin. disp. 20. dub. 7. n. 60.* quam tamèn cohęrenter ad ea, quæ docuit immediatè supra citatus, immediatè nimirum potestatem absoluendi ab Ecclesia dari Sacerdotibus, ipse viderit. Probatur ergo prima nostræ conclusionis pars eisdem argumentis, quibus communiter à Doctoribus probatur materia huius Sacramēti esse patena cū pane, & calix cum vino, eiusq. forma *Accipe potestatem, &c.* quæ rationum momenta necesse non habeo hic referre contētus decreto *Eugenij Papæ IV. in Concil. Florent. post-vlt. sess. §. sext.* vbi expressè scribitur assertio nōstra quoad hanc 1. p. Et præterea confirmatur ex verbis ipsius ordinationis, eiusq. materiæ traditione, quibus planè demonstratur potestas consecrandi. Itaq. cum nouæ Sacramenta legis efficiant, quod significant, negari minimè poterit per allegata verba. *Accipe potestatem offerendi Sacrificiū, missasq. celebrandi, &c.* eis conferri, in quo conueniunt *Ruard. Taper art. 17. §. de materia autem*, quatenus asserit, materiā huius Sacramenti Sacerdotalis ordinis esse traditionem patenæ cum pane, & Calicis cum vino, & aqua: formam aūt esse. *Accipe potestatem, &c.* necnon alij, à quibus tamen discedimus, quatenus, vel expressè docent, vel subindicare videntur, totam Sacramenti ordinis materiam esse paulò ante indicatam, totāq. formam modo dictā. Ab alijs etiā recedimus, qui è contra totam materiam volūt impositionem esse manuum Episcopi, totamq. formam verba supra relata illis respondentia, vt habet *Bonauent. in 4. p. dist. 24. p. 2. ar. 1. q. 4.*

19 Secunda nostrę assertionis pars ab omnibus sanè admitteretur Auctoribus, si sibi persuaderent, distinctam dari potestatem Iurisdictionis in ordinatione, vt notauit *Vasq. c. 4. n. 24.* Quāobrem potestates ordinis, & Iurisdictionis cū distinctas esse supra nos probauerimus, per distinctā materiam, & formā, & significari, & cōferri meritò contendimus. Itaq. vt omittā collationem huius potestatis factā Apostolis, quā multis doctè, atquè eruditè *Vasq. disp. 239. c. 4.* probat de singulis tātum Sacerdotibus primo probare possem *ex Concil. Carthaginensi 4. c. 3.* & habetur *c. Præsbyter dist. 23.* vt præstat *Conink supra cit. c. 7. n. 60.* contendēs, non loqui de mera cœremonia ibi Concilium, dum de impositione manuū Episcopi sermonem habet, quia tamen probabilius est illud non agere de manuum impositione, quæ fit à solo Episcopo, cū ea profert verba. *Accipe Spiritum Sāctum, &c.* de qua inter DD. est controuersia, sed de altera anteriori, quæ ante traditionem patenæ, & calicis, cum ab Episcopo, tum à Sacerdotibus habetur adstantibus quippè qui ordinare non possunt: & quidem fit absq. verbis: & quia illius Concilij institutum minimè fuit, materiā, & formā assignare Sacramentorum: & quia non vtitur illa formula *per manuum impositionem* ordinari Sacerdotes; sed solum ait, Presbyterum cū ordinatur, recipere manuum impositionem, vt probè *Vasq. cit. tùm c. 5. n. 18. tum 6. n. 51.* Idcirco huius auctoritate omissa Concilij, cōclusionē probo è *Concil. Mogūtino sub Sebastiano Archiepiscopo c. 35.* ibi. *In collatione ordinum, quæ cum impositione manuū, veluti visibili signo traditur*, quibus verbis indicasse non obscurè videtur visibile signum, in quo hoc Sacramentū situ est, & cujus virtute datur potestas, & gratia, manuum esse impositionem. Tertio probatur clarius è *Trident. sess. 14. c. 3. de Sacram. vnct. in princ.* cuius ministros esse Præsbyteros decernit, ideſt Sacerdotes ab Episcopis rectè ordinatis per impositionem manuū hisce verbis. *Nam, & ostenditur illic proprios huius Sacramēti ministros esse Ecclesiæ Præsbyteros, quo nomine eo loco non ætate Seniores, aut Primores in Populo intelligendi veniunt; sed aut Episcopi, aut Sacerdotes ab ipsis rectè ordinati per impositionem manuum Præsbyterij.* Vbi cum dicit Præsbyteros ordinādos esse per manuū impositionē, ab Episcopis factā clarè demōstrat manuum impositionē esse materiam huius ordinationis. Et licet nomine Presbyterij *1. ad Thim. 4. Græci intelligant* Episcoporum concursum; at in *allegato Concilio* sumitur Præsbyterium pro dignitate Episcopi, à quo manus imponuntur Sacerdotibus, quia *Paulus* loquebatur de ordinatione Timothei in Episcopum. *Trident.* autēm de Sacerdotis ordinatione; quod rationis momentū optimè prosequitur *Vasq. citat. à n. 39. ac deinceps*, & sanè nisi per hāc manuum impositionē, veluti per materiam, & significentur, & dentur tùm potestas, tùm gratia Sacerdotalis, neutra ex illo scripturæ loco, aut Patrum testimonijs data probari posset; cū scriptura, & antiquiora Cōcilia solum per manus impositionem cōferri pronuncient. Demū quia ferè omnes Sancti Patres antiqui ordinationem manus appellant impositionem; asserere autēm semper eos loqui de aliqua cœrimonia accidentali, & eorū profectò sēsui repugnat: quippè qui de manus impositione, vti de præcipuo aliquo loquuntur ordinationis, & incredibile est sola illa cœremonia contentos substantialem omisisse materiam ordinationis.

21 Quod autèm de materia inadequata huius Sacramenti, quatenus collatiui potestatis Iurisdictionis dictum est facili negotio ad formam

etiam

Digitized by Google

etiam inadęquatam huius eiusdem Sacramenti pariter collatiui eiusdem potestatis accomodari potest, & ad postremam assertionis nostræ partem probandam, quæ primò præterea roboratur exmanifesta ipsius formę ordinationis partialis significatione. *Accipe Spiritum Sanctũ, quorũ remiseris peccata, remittuntur eis, etc.* Etenim, vel sermo est de potestata remittendi peccata nunc collata, cùm hæc exprimitur forma, qua dicuntur remittęda, vel de prius habita, vel de mox danda. Non hoc tertium, vt omnium consensu patet: non de iam data, ergo de potestate, quæ datur ex vi formæ ordinationis *accipe, &c.* applicatæ materiæ proportionatæ, manus videlicet impositioni. Probatur aũt vltima assertionis pars: nã si iam data esset potestas remittendi peccata, per quam remittenda dicuntur, simul etiam Spiritus Sanctus ad vsum illius potestatis datus esset, sed hoc dici non potest, quasi datus iam esset Spiritus Sanctus, eiusq. gratia, qua nõ rectè diceret Episcopus, *Accipe*, cũ non propriè dicatur de illo *Accipe*, quod iam datum est. Præterea sicut per insufflationem, ac similia verba, *Accipe Spiritum Sanctum*, & receperunt Apostoli, potestaté remittendi peccata, & Spiritum Sanctum ad eius rectum vsum, neq. dici potest illa prius accepta fuisse ab Apostolis, ac deindè Spiritus Sanctus, qui ad hunc effectum dari demõstratur per ea. *Quorum remiseritis, &c.* illico addita post insufflationem à Christo: sic in ordinatione Sacerdotum, in qua ad manuum Episcopaliũ impositionem, eadem proferũtur verba, *Accipe Spiritum Sanctum*, ergo sicut damnatum est, asserere illis verbis à Christo traditũ non esse Spiritum Sanctum Apostolis contra Theodorum Mompsuestenum in *S. Synodo Constãtinopolitana dicta Cermana sess.* seu *collat.* 8. *canon.* 12. ita parum securè dicetur per eadem verba impositioni manuum Episcopaliũ addita, vel non cõferri potestatem remittendi peccata, vel Spiritum Sanctum ad rectum eius vsum. Et sanè nõ erit assignare quibus alijs verbis illa tradatur potestas, quam tradi probauimus supra, esse de fide. Demum verba adeò clara sunt exprimentia collationem gratiæ Spiritus Sancti ad functionem illius potestatis, dicta ab Episcopo instar Christi, qui simillima dixit Apostolis, & cõsequenter à persona potenti vtramq. suo modo date, vt illusoria quidem essent, ni cùm proferuntur, efficacia essent, præstandi, quod significant: & sicut *Cyrill. Alexandrinus lib.* 12. *in Ioannem c.* 56. *col.* 3. *in medio asserit. Acceperu nt igitur, quando insufflauit, & dixit. Accipite Spiritum Sanctum, nunquam .n. dixisset, qui mentiri*
22 *nescit, nisi dedisset:* Ita & nos sentimus, accipere Sacerdotem per manuum Episcopaliũ impositionem, & potestatem, & ad eius rectum vsum Spiritum Sanctum, tanquam per inadęquatam formam Sacramenti ordinis, verbis supra relatis expressam, ex qua, & ex alia, *Accipe potestatem offerendi Sacrificiũ, &c.* vna integratur forma huius Sacramenti, quemadmodũ ex inadęquata materia manuum, & iam probata impositione, ac traditione calicis cum vino, & patenæ cum hostia vna totalis eiusdem Sacramenti conficitur materia.

23 Ex hac autem assertione fit primo, per vnãquamq. inadęquatam formam inadęquatè materiæ respondentem, vt & supra dictum est, & proportionatam conferri potestatem, vel circa Corpus Christi verum, vel circa mysticum: & nouam gratiam Sacramentalem ad rectũ eius vsum, vt probè *Vasq. cit. c.* 5. necnõ *Conink disp.* 20. *de ordin. Sacrament. dub.* 7. *n.* 61. notarunt. Sicut igitur distincta potestas confertur distinctę materiæ, & formæ respondens; sic etiam, & distincta gratia; sic rectè *Vasq. disp.* 239. *c.* 6. *n.* 54.

24 Deducitur secundo. Si aliquis Sacerdos ordinaretur per traditionem tantum calicis, & patenæ cum forma ei proportionata, non autem per manuum impositionem, & formã propria; *Accipite*, videlicet, *Spiritum Sanctum, &c.* fore, vt non posset à peccatis absoluere, etiamsi eligeretur in Parochum, vel alias ab Episcopo, vel Papa iurisdictionem haberet in aliquem, quod maximè notatum volo ex *Vasq. c.* 5. *n.* 49. ad ea, quę de communi errore dicenda sunt infra. Et in hoc absq. dubio errarunt *Sot. in* 4. *dist.* 24. *q.* 1. *art.* 4. docens oppositum: quia per traditionem calicis, & Patenę existimat, potestatem remittendi peccata dari, & *Palud. ibid. dist.* 25. eo quod arbitratur per commissionem Papæ potestatem illam dari posse, quod fundamentũ futile à *cit. Vasq.* demonstratur: cum potestas actiua remittendi peccata à solo Deo conferri possit per ordinis Sacramẽtum; vti de facto institutum est: neq. à Summo Pontifice suppleri, sed materia subditiquè tradi possunt, vt mox dicemus. Itaq. per traditionem patenæ, & calicis nulla transfertur potestas remittendi peccata, neq. in Sacramento Pęnitentiæ, neq. extremæ vnctionis, vt probè *Vasq. n.* 39. *ad fin. & n.* 40.

Digitized by Google

DISPVTATIO DVODECIMA

De causa finali consecrationis.

VT in cæteris formis, quibus nostri constituitur Episcopus, & Episcopatus præstitimus singulas earum declarantes circumstantias, ità in hac præstantioris consecrationis, cuius finis hic expendendus supereſt, & licet ex parte innotuerit, quià per consecrationis ordinem, & gratia infunditur, & character imprimitur, necnon potestas cõfertur ordinis, qui siuè effectus, siuè finis rationem sortiuntur ipsius consecrationis, reliquum tamen adhuc est iurisdictionis potestatem exponere distinctam à potestate ordinis. Hęc autem partium ex his, quæ *tom. 1. lib. 2.* mox allegãdo tradidimus, partim ex his, quæ speciatim disputabimus adęquatam Episcopatus, & Episcopi causam finalẽ per integrum sequentem Tomum expendentes, clare cõstabit. Itaq. in presentia pauca sunt addenda, nè actum agamus, vel è propria sede quęstionis remoueamus, ad hęc autem expedire maximopere duximus disputationem modo allatam de iurisdictione cuiuscumq. Sacerdotis præmittere.

CAPVT PRIMVM:

Episcopalis iurisdictionis potestas per comparationem cum sacerdotali declaratur.

SVMMA.

Duplex Antistiti est iurisdictio. n. 1.
Iurisdictio dicit duo, & potestatem, & ipsius applicationem. n. 2.
Episcopo iure diuino aliqua competit iurisdictio. num. 3.
Quomodo hæc ipsa iurisdictio sit actualis, & radicalis, quando in se perfecta ante applicationem, minus tamen expedita, & quando perfecta ante applicationem habitam subditorum. num. 4.
Hæc iurisdictio quoad applicationem ad hanc, vel illam Diœcesim iuris est Ecclesiastici. n. 5.
Sine certa Ecclesia potest Præsul consecrari. n. 6.
Antistes ordinatus, ac destinatus ad Ecclesiam in partibus Infidelium existentem, vel ad aliquam vage, vbi illam, vel aliquam certam, liberamq. nactus fuerit absq. alia concessione Pontificis potest sua uti iurisdictione. n. 7.
Actualis iurisdictio habitudinem inuoluens ad certam hanc Ecclesiam iuris est Ecclesiastici. num. 8.
Quomodo conferantur Ecclesiæ Præsulibus de earumq. & Parœsiarum diuisione. n. 9.
Episcopatus non potest intelligi, nedum esse absq. potentiali connexione cum Ecclesia. n. 10.
Episcopo non ad certam Ecclesiam cõsecrato est obligatio certam deinceps si assignetur Ecclesiam gubernandi. n. 11.
Translationes, & abdicationes Ecclesiarum iure diuino non sunt probitæ. n. 12.
Residentia Episcoporum est iuris Canonici. n. 13.

NOn est cur potestatem ordinis, ad quam consecratio Præsulis præcipuè dirigitur, hic aggrediar exponendam, quæ vt modo in disputationis liminime dixi, & adumbrata est superius, & è peculiaribus muneribus Præsulis, sacrorum præsertim ordinum, confirmationisq. conferendæ clarissimè constabit. Sola igitur Episcopalis se se offert Iurisdictio, ad quam, vt ad finem etiam tendit consecratio, & licet vt è superioribus horum librorum liquet disputationibus Episcopo electo, & confirmato aliquid sit iuris, & iurisdictionis, nihilo tamẽ minus plena suis absoluta numeris per consecrationem sanè tribuitur.

1 Itaq. duplicem agnosco in Præsule iurisdictionem, alteram in foro interiori animę, seù poli, vt vulgo dicitur, alteram in foro exteriori, seù fori, externoq. regimine Ecclesiasticæ Reipublicæ singulis Episcopis commissæ. Illa est ad absoluendum à peccatis, atq. ad internum regimen animarum, hæc ad Ecclesiasticas pœnas ferendas, atq. ad alia iudicia, quæ ad externam faciunt gubernationem Subditorum, & cum propria sit Episcopi potestas, qua differt à Sacerdote in foro externo, non autem in interno, nisi solum, quod in illo hæc eadem est, quasi fœcunda, qua potest Episcopus Sacerdotes ordinare, eademq. donare iurisdictione, non secus, ac diximus de ordinis potestate; idcirco hæc è re solum erit exponenda, ad cuius dilucidationem maximopere confert superior disputatio ad hunc finem præmissa.

2 Demum notandum est in qualibet Iurisdictione in aliquem duo esse inspicienda, ac distinguenda; alterum est ipsa actiua potestas iurisdicẽdi, alterũ applicatio materiæ, ac subditi, erga quem hæc potestas actiua possit iusdicere, sententiamq. ferre, vt inferiùs *super. disputat. c. 2. n. 6. & c. 4. à n. 4.* ac deinceps tradidimus.

3 His adnotatis dicẽdum est mihi primo Iurisdictionem veram, & propriam omnibus numeris absolutam Episcopo competere iure diuino, ratione præsertim suæ ordinationis. Hæc asser-

Digitized by Google

assertio patet, tũ quia Episcopis promisit Christus *Matth.* 18. Claues Regni Cœlorum ad soluendum, & ligandum; intellexitq. de clauibus ad excommunicandum etiam, censuraſq. reliquas ferẽdas, & ab eis soluẽdas, ipsaq. ordinatione illis tradidit, vt sint Pastores, & Iudices, vt probè indicat *Vasq. tom. 3. in 3. par. disp. 240. c. 4. n. 41. art. 2. disp. 152. c. 3. n. 26. & Coninck de ministr. Sacram. pœnit. disp. 8. dub. 3. n. 11.* tùm ex his, quæ fusius de hac ipsa quæstione disputauimus *tom. 1. disp. 1. c. 4. n. 5. ac deinceps, & super.*

4 *disp. c. 2. à n. 3. vsq. ad 6.* Quomodo autèm hæc ipsa iurisdictio dici possit actualis, & etiam radicalis: quomodo in se perfecta, vel ante applicationem subditorum factam tùm *1. tom. loco cit. tùm super. disp. à nu. 3.* ac deinceps vberius explicauimus, & clarius *Deodante* dicemus *tom. 3. lib. 9.* disputantes de potestate legislatiua Episcoporum.

5 Dicendum secundo hanc Iurisdictionem Episcopis ex ipsa ordinatione conuenientem quoad applicationem, & habitudinem ad hãc, vel illam Ecclesiam, siuè Diœcesim esse iuris Ecclesiastici. Prosequutus sum hanc eandem doctrinam *tom. 1. disp. 1. c. 4. cit. à nu. 7. cum Coninck cit. nu. 20. conf. 2. vt Vasq laudato*, qui rectè iurisdiuini esse, atq. Ecclesiastici scribit: diuini quidem in radice, vt distincta ab actuali habitudine, vt ritè ipse interpretatur: Ecclesiastici, pro vt illam habitudinem inuoluit, quemadmodum vberius dixi præcedenti *disp. tot. cap. 3. & c. 4. à num. 7. ac deinceps* de iurisdictione cuiuscumq. Sacerdotis, de qua par est ratio, ac de Episcopali, & loco modo allegato *tom. 3. iterum confirmabo.*

6 Ex his assertionibus deducitur primo in quo sensu, ex vi consecrationis, & actualis inesse censetur forma iurisdictionis Episcopo cõsecrato, & hęc ipsa potentialis, seù radicalis dicitur absq. actuali habitudine considerata ad certam Ecclesiam, sine qua certa Ecclesia, siue creari, siue consecrari Præsulem non repugnat, quæ omnia diserte dicta habes amice Lector in nostro *1. tom. disp. 1. c. 4. n. 8. et 9.* & confirmare poteris ex iurisdictione singulis Sacerdotibus in illorum ordinatione, & consecratione collata, quæ in simili sensu actualis dici potest secundum ea, quæ intrinsicè complectitur, & si ad certos adhuc subditos non fuerit relata, vt modo *præmissa disputatione* docui *c. 4. ab initio vsq. ad n. 10.* necnon huius *tom. libr. 6. disp. vlt. ex cap. Inter corporalia de translatione.* An autẽ Episcopo ritè electo, & confirmato, vel à Papa ritè nominato iurisdictionis potestas conueniat etiam iure diuino concessa *volum. 3. libr. 9.* disputantes de facultate legislatiua Præsulis constabit.

7 Hinc Episcopus titularis, si fuerit ad Ecclesiam in Partibus Infidelium ordinatus, vel ad aliquam Ecclesiam vagè, simulatq. in illam Ciuitatem, ad quam destinatus erat, peruenerit, siue habuerit assignatam deinceps certam Ecclesiam, posset absq. vlla alia Pontificis concessione subditos iudicare, excommunicare, &c. quod ex eo maximè deducitur, Auctore *Vasq. 3. tom. in 3. p. disp. 240. c. 4. n. 43.* quia nullus Episcoporum cum excommunicat, aut à censuris absoluit, dicere potest, ego te excõmunico, aut te absoluo in nomine, seù auctoritate Pontificis, cum id propria præstet, sicut nec quilibet Sacerdos dicere potest, ego te absoluo à peccatis auctoritate Papæ, vel alterius, sed Iesu Christi, quia sicut Sacerdos, ita Episcopus auctoritatem, & potestatem habent Iurisdictionis in sensu dicto iure diuino.

8 Deducitur secundo actualem Iurisdictionẽ inuoluentem habitudinem ad certam Ecclesiam, & Subditos, actualemq. indissolubilitatẽ cum hac ipsa Ecclesia, & Subditis iuris esse Ecclesiastici. Hoc *cit. loc. 1. tom. c. 4. nu. 10. ac deinceps*, probatum est, & illustratur egregiè doctrina *super. disp. c. 4. nu. 11. & 12.* vbi applicationẽ subditorũ ad completam Iurisdictionẽ, actualem relationem inuoluentem ad certos Subditos cuiuscumq. Sacerdotis diximus ab Ecclesia, & Summo Pontifice pendere, vt etiam diuisionem Paræsiarum.

9 Assignatio igitur materiæ, seù Subditorũ, in quos operetur potestas legitima primo fieri debet via ordinaria per assignationem Episcopatuum auctoritate Summi, ac Romani Pontificis, qua decernitur huic Episcopo hæc Diœcesis, talis Ciuitas, ac tale territorium, cuius incolę omnes legitima sint materia Iurisdictionis Episcopalis, in quos possit sententiam ferre, ac cetera obire munera huic similia. Deindè Paræsiæ assignãtur eiusdẽ auctoritate Pontificis, siuè immediatè, siue per alios ex ipsius commissione, sic Petri consensu, antiquorumq. Põtificum Romanorum factam fuisse diuisionem antiquitus Episcopatuum, & Parochiarum, optimè notat *Vasq. 4. tom. in 3. par. q. 93. art. 1. dub. 2. n. 29.* respectu quarum Antistites habẽt non modo Iurisdictionem communicatam in promotione, atq. ordinatione, sed etiã applicationem, materiam, & subditos, circa quos *illa* versatur, atq. expeditè potest exerceri; quæ quidẽ potestas dicitur ordinaria non solum ex parte potestatis, vt in promotione, & ordinatione collata; sicut hanc eandem habẽt in foro interno absoluendi, ac retinendi peccata, qua pariter omnes donantur Sacerdotes in eorũ ordinatione, sed ob applicatã materiã ex ordinario iure, munere, officio, ac dignitate illã exposcentibus, quia Pastores, & Iudices cum sint, eam sibi flagitãt ex intima talis officij, ac dignitatis ratione, cui iure per assignationẽ materiæ satisfit. Secundus modus assignationis huius materiæ non habetur via ordinaria, sed ex Delegatione, & voluntate committentis, vt idem aduertit *Auctor n. 30. & 31.* & vt committitur Sacerdotibus, quibus munus Cõfessarij ex Delegatione conuenit, non autem Episcopis, quidem ordinaria potiuntur facultate.

Hinc optimè deducunt Doctores, vt *loc. sup. adnotatis 1. tom.* indicaui discrimen inter Summum Pontificem, reliquosq. Episcopos, quod ille Iurisdictionem habeat non modo radicalẽ, sed actualem, ac iure Diuino determinatam ad vniuersalem Ecclesiam; Episcopus autem licet

necess-

Digitized by Google

necessario aliquam habeat radicalem,ac determinabilem, seù determinandam ad hanc, vel illam Ecclesiam, non autem determinatam, & actualem,iureq. diuino connexam,cum hac, vel illa Ecclesia,& hæc ipsa, talis est naturæ, vt prorogari,dilatari, circumscribi,maior, vel minor reddi possit à Summo Pontifice Romano.

10 Deducitur tertio,neq. esse,neq. intelligi posse Episcopatum,pœnes hæc essentialia, absquè potentiali connexione cum aliqua Ecclesia vagè saltem sumpta,vt docui *l.1.tom.1.disp.1.c.4. n.13.*quod dictum volo non solum de Episcopo consecrato, sed enim de ritè electo,& confirmato, vel à Papa ritè promoto ante consecrationem, vt expressius dicemus *volumine 3. lib.9.*disputantes de potestate legislatiua Præsulis.

11 Deducitur quarto,obligationem inesse Episcopo non ad certam Ecclesiam creato, & consecrato illam regendi specialem Ecclesiam,quę legitimè deinceps à Summo Pontifice commẽdatam habebit,sic *loc.cit.*prosequutus sum *n.4.*

12 Deduco quinto,Ecclesiarum translationes, atq. abdicationes iure diuino prohibitas non esse,quippèquæ fieri nequeunt,ni dissoluto nexu cum Ecclesia, à qua transfertur Episcopus, vel qua se abdicat,nè detur bigamia, vel Polygamia,vel vinculum actuale absquè Ecclesia sponsa.

13 Deducitur sexto,obligationẽ residentię,quã fusiùs *tom.3.* Deo dante euoluemus,subsequẽnẽ hoc actuale vinculũ,dicentẽq. actualẽ cõnexionem cum hac Ecclesia, cui adesse tenetur Episcopus,maiorem non inducere obligationẽ actualis connexionis inter hunc Episcopum,& hanc numero Ecclesiam,quã obligatio, ex qua est ipsi Ecclesiæ deuinctus; cũ igitur nodus iuris sit Canonici,consequens est, iuris etiam canonici esse residentiam se habentem,vt accessorium;sicut.n. iurisdictio pone actuata,fœdus, & contractus cum hac,vel illa Ecclesia, quæ se habent instar principalis,iuris est Canonici,ita subsequens,atq. accessorium,iuris debet etiam esse Canonici ex *regul. 42. in 6. accessorium naturam sequi congruit principalis,*sic cum adesse Ecclesiæ,& in ea residere, Episcopus teneatur, cum qua est actualiter ligatus,& ex eo,quod ei sit deuinctus,sicut hæc actualis allegatio iuris est Canonici, ita & obligatio residendi per eãdem regulam; Deindè Diœceses,& Parochiæ, vt diximus,neq. fuerunt à Christo Domino diuisæ,neq. huic,neq. illi adscriptæ, neq. determinatio Iurisdictionis actualem dicentis ordinem,atq. administrationem,sed à Papa; igitur à Papa potiori pendebit iure adesse huic Iurisdictioni,& huic administrationi. Insuper non potest Episcopus in omnibus locis esse Diœcesis præsens, ergo sicut potest à reliquis abesse, dum adest vsu, sic iustis de causis per *Trid. sess. 23.c.4.* præsertim indicatis,iudicio,& auctoritate Summi Pontificis sufficientibus iudicatis poterit à tota Diœcesi abesse: ad hæc Christus Dominus Petro, vt suas pasceret oues præcipiens non immediatam iniũxit curam, sed mediatã, ergo hoc ipsum singulis præscripsit Episcopis. Et quidem si translatio, seù abdicatio Ecclesiarum,quæ vel repudio, vel diuortio aliquo pacto æquiparantur,cum soluatur per illas fœdus spiritualis coniugij, Summi possunt Pontificis auctoritate fieri,à cuius Canonico iure pendet,profecto à fortiori residentia, quæ ad summum, cum diuortio quoad torum conferri potest,ab auctoritate pendebit Papę.imò sicut viro prudenti iustis de causis licet ad tempus abesse à coniuge,sic moraliter,pẽsatis grauibus causis maximè à *Trid.modo alleg.* expressis cõiux spiritualis à sua,per se loquẽdo,poterit abesse Ecclesia sponsa, seruatis tamen Pontificis de hac re datis decretis. Hæc pertransseũter,& currenti calamo indicauerim *tom.3.*pro dignitate,Deo dante,locupletanda, in quo *lib.9.*plura agentes de potestate legislatiua Episcoporũ adijciemus.

CAPVT SECVNDVM.

An possit Episcopus ad duas Ecclesias consecrari, in quibus propriam habeat iurisdictionem.

SVMMA.

Pluralitas beneficiorum quando mala, & prohibita.n.1.& 2.

Iure humano,& canonico etiam pluralitas beneficiorum prohibita est.n.3.

Episcopatus per se incompatibilis est cum Cardinalatu.n.4.

Quomodo Cardinalibus dari soleãt Episcopatus, siuè in titulum,siuè in Comendam ex stylo Curiæ.n.5.

Sex Cardinales seniores quomodo de more Episcopi sint.n.6.

Vnus Episcopus ex se duas Ecclesias,siuè in titulum,siuè in comendam habere nequit,& peculiari ratione probatur ab auctore.n.7.& 8.

Consilium,seù monitum Belarmini datũ Clementi VIII.Pontifici Maximo circa pluralitatem Ecclesiarum.n.8.

Responsio Clementis VIII.data Belarmino. n.9.

Potest Papa ex causa vrgenti ad pluralitatem Ecclesiarum dispensare.n.10.

Papa dispensante sine causa in pluralitate Ecclesiarum, eas Possidens non excusatur in foro conscientiæ.n.11.

Dispensatio absq. iusta causa in pluralitate Ecclesiarum,neq. valida est,neq. licita.n.12.

In his,quæ sunt iuris naturalis non potest validè, atq. illicitè à Papa dispensari.n.13.

An Papa validè dispenset in iure naturali diuino ex causa,quæ putata sufficiens. n.14.

In dubio num causa sufficiens sit ad dispensandã pluralitatẽ Ecclesiarum,& cęterorũ huiusmodi,num sit valida dispensatio. n.15.

Si post dispensationẽ ex insufficienti causa habitam causa sufficiens aduenerit,quid sentiendum sit, n.16.

Digitized by Google

Incõpatibilitas Archiepiscopatus inter se, & cũ Episcopatu, & cũ Metropolitanatu. n. 17. et 18.
Quomodo vacet prima Ecclesia per assumptionẽ ad secundam. n. 19.
Quæ obligatio vrgeat vnam ex Ecclesijs renunciandi. n. 20.

QVam proposui quæstionem dilucidaturus, consilium non habeo, alteram e propria sede diuulsam, perpendere de pluralitate beneficiorum, ex qua videtur hæc promanare, & satis ad rem nostram puto me facturum si de hac ipsa, quid in præsentia probabilius æstimem, indicauerim.

1 Itaq. supponendum primo, pluralitatem beneficiorum stando in iure naturali, neq. indifferentem esse, neq. adeò intrinsecè malã, vt nulla possit ratione honestari, vt n. *tom. 1. lib. 2. disp. 1. c. 3. n. 35.* scripsi in duplici esse differentia constat, ea, quæ iuris naturalis diuini sunt: alia intrinsecè bona, sic sanctitas necessaria in sãctis tractandis; alia mala, sic odium Dei, libido contra naturam, mendacium, &c. alia uerò quæ ratione alicuius adiuncti, & circumstantiæ licitè fieri possunt, cuius rationis esse, ad propositum dixi *l. 1. c. 4. n. 18. solutionem decimarum*, nã etsi Ecclesiasticorum substentatio iuris naturalis diuini sit, modus tamen, ac distributio talis impositionis, uel oneris inter fideles iuris est humani. Itaq. huius etiã rationis esse prò præsenti instituto probabilius putauerim, pluralitatẽ beneficiorũ ex *D. Thom. quodl. 9. art. 15. Adriano in 4. vbi de restitutione quæstione cuius initiũ est, quia in præmissis. Syluestr. benef. 4. sub initio, Rebuff. in prax. beneficiorum cap. de dispens. ad plura beneficia n. 29. 45. 58 59. & 60. Nauarr. in summ. latina c. 25. n. 128. S. Antonin. 3. part. summæ notab 15. c. 1. §. 8. Sot. lib. 3. de iust. q. 6. art. 3. Cordub. lib. 1. qq. 20.* & alij, quos citat, ac sequitur *Sances consil. moralium lib. 2. c. 2. dub. 5.* quibus eò potiori ratione subscribo, quòd *libr. 6.* agens *de beneficior. institt.* sæpè dixi, in plerisquè pactum intercessisse inter fideles, ac distributores ipsorum, quod quidem humana voluntate cum contrahatur, ex hac parte mutabile cẽsendum est per Superioris voluntatem, Pontificis scilicet *loc. modo cit. lib. 6. disp. 1. cap. illo 3.* sæpiùs dixi.

2 Cum aũt iuris naturalis diuini vi aliquo pacto prohibitam dicamus pluralitatem beneficiorum, non eo sensu acceptum volumus, quasi immẽdiata sit à iure diuino talis prohibitio, nã neq. adhuc erãt introducta beneficia, neq. erecta; Deindè vt verbis vtar *D. Thom sup. cit. In iure diuino non inuenitur determinata expressè singularitas beneficiorum, vel pluralitas prohibita, quamuis ad eã argumenta ex aliquibus auctoritatibus scripturæ fortè adduci possint, quæ tamẽ non lucidè veritatem ostendũt*, hæc ille. Hinc fit, esse iuris naturalis; & aliquo pacto diuini, facta saltem beneficiorum institutione, negationem pluralitatis illorum modo iam dicto. Quamobrem cum pluralitas hæc non adeò strictè à iure naturæ prohibita sit, quin ex causis iustis honestari possit, quibus concurrentibus licitè, quis plura obtinebit beneficia, idcirco iure humano 3 ẽt vetita est, ita, vt concurrentibus ẽt honestãtibus causis, nec potiri pluribus possit beneficijs aliquis absq. Sũmi Pontificis dispensatione ex vrgentibus, & maximis causis, præsertim si huiusmodi beneficia fuerint curata ex *21. q. 1. cap. 1. & 7. Synodi cap. Clericum 21. q. 2. è Cõc. Chalcidonensi c. 10. cap. Sanctorum dist. 70. è Placentino Conc. cap. vnico 10. q. 3. & Toletano Cõc. cap. quia in tantum de præbend. è Lateranẽsi, cap. referente, cap. ad hæc, cap. præterea, cap. cum non ignores, cap. cum iam dudum, cap. de multa de præbend. cap. quare nonnulli de Clerico non residente, cap. licet de præbendis in 6. Clem. si plures eodem, extrauag. execrabilis Ioannis XXII. eodem, & è Trident. sess. 24. c. 17.* Adde quamplures rationes, quas refert *S. Thom. cit.* necnon *Rebuff. in prax. p. 2. tit. de dispensationib. ad plura beneficia, Ioãnes de Lignano de pluralitate beneficiorum Alph. Osceda de beneficiorum incompatibilitate, & compatibilitate, noster Sances loc. cit. & Felluc. tract. 41. c. 7. d. n. 3.* ac deinceps, adductis solutionibus *à nu. 5.* & alijs auctoribus apud hos, apud quos constat, posse, quidẽ pluralitatem beneficiorum aliquando concedi ex maximis, & approbatis causis, quibus deficiẽtibus, *Alexander III. cap. quia tutum de præbendis* meritò testatum reliquit, beneficiorum pluralitatem certum continere animarum periculum, cuius multa refert absurda *Ioannes XXII in extrauag. execrabilis cit.* Demum *sess. 24. c. 17. à Trid.* pluralitas beneficiorum appellatur peruersio totius Ordinis Ecclesiastici.

Causę aũt hę rectè numerãtur *cit. Felluc. n. 15.*

4 Præterea supponendum secundo, Episcopatũ ex se, ac præcisa dispẽsatione aliquã habere incõpatibilitatẽ cum Cardinalatu, exceptis sex Episcopatibus Romani territorij, qui pęnè in suburbijs Romę cẽsẽtur esse. *Hostiẽsi, Portuẽsi, Sabinensi, Prænestini, Tusculano, atq. Albanensi.* Prima pars huius suppositi, satis probata est *lib. 6. disp. 12. c. 1.* vbi postulari quidem, non eligi, neq. absolutè promoueri, sed cũ aliqua dispẽsatione diximus Cardinales in Episcopos, quæ ex stylo Curiæ legẽ Condẽte; vt indicat *Osced. 1. p. c. 2. n. 7.* maximoperè cõprobantur, nã Summus Pontifex olim conferre non solebat Episcopatũ in titulum Cardinali, sed solũ in Commendam, vt tantã sustinere personã pro dignitate Ecclesiastica, moderatisq. per prudentiam Christianã sumptibus valeãt, tametsi alter aliquo pacto contrarius asseratur stylus *à Felluc. cit. tract. 41. c. 7. n. 33.* ex quo cõstat Episcopatus Cardinalibus ẽt in titulũ dari, de quo loco nobis citato tractauimus cũ *Sot.* Hos aũt Episcopatus aliqui retinẽt, ac se ad illos de licẽtia Papæ se cõferunt, vel dispensantur à residentia, q officiũ aliquod in Vrbe maioris vtilitatis exerceãt, vel q cęlum, in quo Episcopatus situs salubre nõ credatur, vel alia simili de causa iusta à Sũmo Põtifice iudicata, tametsi nõnulli Episcopatus resignãt cũ resignatione fructuũ, quorũ aliquos reliquũt Resignatario, de quo legatur *Felluc. loc. cit.* de hoc aut duplici stylo Curię nõ pigeat Lectorẽ meũ *Sot. adire de iust. et iur.* mox citãdum, apertis sanè verbis sensum proprium 5 aperientem.

6 Se-

Digitized by Google

6 Secunda verò pars nostri supposiri,tùm ex antiquissimo desumitur stylo Curiæ, neq. per Tridentinam Synodum ſincõtrarium alioquin summoperè vrgentem mutato, tùm Auctore *Sot.lib.de iust.& iur.lib.10.q.3.pag.2.* à principiò peti debet à proximitate ad Vrbẽ,atq. ab eminenti,siue eruditione,siuè prudentia, siue rerũ ad vniuersalem Ecclesiam probè gerendam experientia,qua dictis sex Præsules ornati habendi sunt,cum ergo,& crebrò propriam Diœcesim singuli visitare possint, & communi bono vniuersalis Ecclesiæ consulere,opem suam Sacro Cardinalium Senatui impendendo,merito hisce licere dicendũ Episcopatu,& Cardinalatu potiri. Plũra *loc.cit.*7. libri exarata leges,& apud *Felluc.cit.à n.33.* Nos ad inceptum de incompossibilitate reliquorum Episcopatuum redeamus.

7 Dicendum itaq. est ex se vnus Episcopus ad duas præfici,& consecrari Ecclesias nequit siuè in titulum, siuè in Commendam,sic per communem sententiã Auctores passim,& probant primo ex *cap.Clericum 21.q.1.* desumpto è Concilio Calcedonensi.Cęterum cum statim subiungantur textus Capituli Qui plures è Leone IV. concedente posse vnam Ecclesiam haberi in titulum, & alteram in Cõmendã, & Capituli Relatio,& cap.Illud quoq.in quibus Gregorius *lib.2.epist.113.ad Agnellum, aliàs c.52.* concedit Episcopo Fundensi Ecclesiam Terracinensem non relicta Fundensi potius contrarium conficitur,quam nostræ Conclusionis veritas comprobetur.Affertur etiam *cap.per laicos 16.q.7.* Verum ad calcẽ de omnibus loquitur Ecclesijs præsertim Parochialibus,quorum pluralitatem licere ob paupertatem ait Glossa ibi.Præterea *cap.sicut de excessibus Prælatorũ,* quod de vnione Ecclesiarum facta à Prælato inferiore citra Episcopi consensum loquitur, neq. ad rem facit:*cap.cum in cunctis, §.cum verò de electione,* quod de vacantia beneficiorum per promotionem ad Episcopatum directè sermonem habet: parui etiam momenti est ad rẽ nostram alius quicumq. textus adduci solet, quamobrem his omissis primo loco probanda conclusio est ex *c.2.Concil.Lateranensi sub Alexandro IV.relato in cap.de multa de præbendis, & dignitatibus.* Secundo per Extrauagantem Execrabilis, quę tametsi de pluralitate loquatur beneficiorum,præsertimdignitatum,& curam habentium animarum potiori quidem iure competit Episcopatibus, quibus maximopere illa quadrant,& dum non sunt proprij in singulis Ecclesijs Rectores priuantur multis cõmodis iniurijs varijs expositæ,&c.Et quamarius est dolendũ,animarũ cura negligitur.Tertio *ex Trident.sess.7.c.2.de reformat.* nemo quãcumq. dignitatem,&c.plures Metropolitanas, seù Cathedrales Ecclesias in titulum,seù commendam,aut alio quouis modo contra Sacrorum Canonum instituta recipere,aut simul retinere præsumat. Insuper probatur ratione petita à matrimonio spirituali, quod subire diximus Episcopatum *disp.* 10. Argumẽtum autem a matrimonio carnali ad spirituale,& vsui esse in iure,& roboris non parũ habere sæpè scripsimus ex *cap.inter corporalia, & finali de translatione,cap.quoniam frequenter,§.porrò,* vt lite non contexata,aliisq. iuribus eruditè allatis ab *Euerard.de locis loco 77.* à matrimonio carnali ad spirituale; Nemini licet duas simul habere vxores matrimonio carnali deuinctas,vt communis,& catholica fert doctrina, ergo neq. in matrimonio spirituali id licere dicendum est.

At dicet aliquis argumentum nimis probare,nam vel ex eo conficitur,sicut Summus Põtifex nequit in pluralitate vxorum dispensare, ita neq. in pluralitate Ecclesiarũ,vel nihil probare,vt nos iterum indicauimus hoc *lib.8.disp.* 10.Cęterum si adducto adiungamus argumentum à fortiori, quod summi esse roboris demõstrat citatus Euerardus in loco à minori,viribus non carebit. Illud autem sic efformo auctore *Paulo ad Titum c.1.* Episcopus dicitur vnius debere esse vxoris virum,per cuius coniugium significatur matrimonium spirituale inter Christi humanitatem,& Verbum,quod Sacramentum magnum est; igitur à fortiori Episcopus debet esse natura sua vnius vxoris vir ad Sacramentum iam dictum explicandum. Insuper probatur ex multis, quæ refert absurdis Extrauagãs citata Execrabilis de Præbendis, quorũ illa ad rem sunt præcipua,redundare pluralitatem Ecclesiarum in detrimentum debitæ curæ animarum neq. per alium æq. bene, ac per se pastor poterit illis prospicere, alioquin malè Cathedrales Ecclesias esse distinctas,& frustra duabus duos esse destinatos Pastores. Quod si dicas temporum iniuria, alteram, vel vtramq. satis esse diminutam potius aio agendũ esse de vnione,quæ est extra nostrum casum. Deindè non solum in præiudicium id videtur esse aliorum dignorum, cum plures etiam fortasse digni esuriunt, & vnus pluſquam satis est abundat;verum in præiudicium vertitur Ecclesiarũ, ad quod ministerium sunt relati redditus, cum Ecclesiæ fidelium debito seruitio,atq.intentione fraudentur, quippèqui fideles sufficientes ad proprium Pastorem substentandum,& cum dignitate alendum annuos destinauerunt redditus,non autem ad supplementum, nescio cuius:vt ita dicam. Hinc ordo boni peruertitur regiminis,dum vnus plures gerit personas, alteriusq. ministri officium vsurpat. Demum alia 8 desumitur ratio à necessitate residentiæ, quæ summa est, neq. præter quàm ex vrgentissimis causis maximè per *Trident.* indicatis dispẽsari poterit,& rarò Hinc inter Consilia,seù monita Clementis VIII.Pontif.Max.data eiusdem iussu à nostro Cardinali Belarmino, quartum locum obtinet hoc, quod placet eiusdem referre verbis,ne meis aliquid maiestatis deperdat sermo,siue Summi Pontificis, siue similis Doctoris,ac Purpurati. *Quarta res,* inquit Bellarmi- 9 nus;est *Polygamia spiritualis,cum videlicet vni personæ plures Ecclesiæ cõmittuntur. S.Bernard. in epist.ad Comitem Theobaldum,nisi dispensatorie ob magnam Ecclesiæ necessitatem. S.Thomas scribit,beneficiorum præsertim curatorum multiplicitatem non solum contrariam esse iuri cano-*

Digitized by Google

nico, sed iuri naturæ, nõ quòd ita sit intrinsicè mala, vt nullo modo honestari possit, qualia sunt adulteria, mendacia, & similia; sed quòd absolutè mala sit, possit tamen ob certas circumstantias honestari, vt ob Ecclesiæ necessitatem: ex quo colligit idem S. Thomas, eũ, qui ex dispensatione duas Ecclesias habet, non esse tutũ in conscientia, nisi causa illa adsit, nempè Ecclesiæ necessitatis, vel certè maioris vtilitatis, quoniam dispensatio nõ tollit, nisi vinculum iuris positiui: Et hanc S. Thomæ doctrinam omnes Theologi probant. Quare timẽdum est, ne forte non sint in conscientia tuti, qui aliquando duas habent vnam Cardinalitiam, alteram non Cardinalitiam, causa n. cur Episcopis Cardinalibus duæ permittuntur Ecclesiæ, non videtur esse necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ, sed maior personæ dignitas, vel commoditas. Hæc Belarminus. Cui Pontifex Maximus maxima cum prudentia, ac dignitate respondit. *Quoad istam Polygamiam, ea interdum solum est in istis sex Episcopatibus Cardinalitijs, circa quos nihil mutandum duximus, cum à Prædecessoribus nostris etiam post Concilium Tridentinum res hæc examinata fuerit, & ita constituta: Et turbare ordinem Collegij, & redarguere facta Prædecessorũ nostrorum, & tot Cardinalium non visa fuit nobis res, quæ sine scandalo fieri possit.*

Hæc nostra tamen assertio certior quidem, est ad rem nostram Præsulatus contracta, qui si dandus esset in commendam, certè in commẽdam dandus esset perpetuam, de qua *Trid. ex sess. 24. c. 17.* omnium pluralitatem beneficiorũ comprehendẽs, *& sess. 7. c. 2. de reform.* hæc speciatim amplexum, vt probè notant *Sot. lib. 3. de inst. q. 6. art. 3. Cordub. lib. 1. qq. q. 20. Nauar. Summa latina c. 25. n. 126. & alij.*

10 Secunda conclusio. Potest Papa ex causa vrgenti dispẽsare in pluralitate Ecclesiarum Cathedralium. Deducitur hæc assertio à fortiori ex nostro supposito primo, Auctoribus ibidem citatis, atq. ex assertione prima, idq. etiam præstitisse Papam colligitur ex *cap. Relatio* adiuncto *textui in cap. illud 21. q. 1.* vbi expressa Pontificia habetur de duabus Ecclesijs dispensatio.

11 Ex hac secunda conclusione deducitur dispensationem Romani Pontificis, quando sine iusta causa esset, non excusari in foro conscientiæ possidentem duas Ecclesias, *sic Belarminus cit.* & Auctores infra citandi, quia illa pluralitas Ecclesiarum esset contra ius naturæ, nequè absq. causa validè dispensabile.

12 Tertia conclusio. Dispensatio habita à Papa in pluralitate Ecclesiarum absq. iusta causa, neq. valida est, neq. licita, sic deduco ex D. *Thom. quodl. cit. 9. art. 15. Syluest. benefic. 4. in princ. & q. 2. Ang. ibid. n. 35. Armilla. nu. 42. Tabienna benefic. 2. n. 28. Antonin. 3. par. tit. 15. c. 1. §. 8. & 10. Gabriel in 4. dist. 15. q. 8. art. 3. dub. 2. Gannauensi quodl. 2. q. 27. Nauar. cap. quando, & in sum. c. 22. n. 75. Panormit. cap de multa de prębendis n. 20. Io. And. ibid. Turrecrem. c. 1. dist. 89. n. 14. 15. & 16. Caiet. & alij, quos citat, & sequitur Sances lib. 2. Conciliorum c. 2. dub. 6. n. 13. & alijs.* Ratio est, quia pluralitas horum præsertim beneficiorum absq. causa honestante, iuris est naturalis diuini, in quo nõ potest validè Papa dispensare, vt ostendi *tom. 1. lib. 2. disp. 1. c. 4. ergo, &c.*

13 Ex his deduco primùm rem notatu dignam, non posse illicitè, sed validè in hac pluralitate beneficiorum dispensari, vt in his, quæ sunt iuris positiui: nã vel dispensaretur ex iusta causa, & tunc licitè, & validè fieret, vel ex iniusta, & tunc non solum illicitè, sed inualidè, quia vt sic illa pluralitas est contra ius naturale Diuinum.

14 Quid autem sentiendum sit, si bona fide putaret Pontifex causam esse iustam dispensandi, cum re vera non sit, nùm valida esset talis dispensatio; etiamsi hic non definio absolutè de cęteris alijs; at in re nostra magis nunc placet sententia affirmans, validitatem tribuens dispensationi huiusmodi, quia non aliam credendum est naturam esse huiusmodi legum, *siue* naturæ, siue Dei, vt gesta à Prælatis, *præsertim* à Papa, permaneant firma absq. scrupulis, & vt obuietur quãpluribus absurdis, neq. in huiusmodi rebus, quæ ad humanum spectant regimen punctum ad Methaphysicam trutinam reuocandum est, satis enim erit, si penes regulas prudentiæ negotium perpendatur. Plura *Sances lib. 8. de matrim. disp. 17. n. 8. Azor. lib. 7. instit. moral. c. 29. q. 6. Io. Sances in selectis disp. §. 4. & alij,* neq. in contrarium allata à *Castro Palao tom. 1. tract. 3. disp. 6. punct. 8. §. 2. n. 5.* tanti sunt momenti, nam tametsi ad Ecclesiasticũ regimen minimè spectet firmare dispensationes absq. vlla causa, spectat tamen firmare eas ex causis secundum prudentiale iudicium sufficientibus, quod quidem cum fallibile sit, vtpotè humanum, neq. euidens, nil mirum si pro imbecillitate status humani ex illo censeatur in huiusmodi rebus data facultas dispensandi. Insuper aio, sępè vbi nulla censetur opus esse facultate, cum re vera opus sit, vel quis eam putet habere, cum non habeat, vel alicui esse, cum non sit, talem facultatem suppleri, vt est videre, vbi intercedit titulus coloratus, & communis error, & sæpè nos in hoc tomo prosequuti sumus. Exemplum allatum contra *Sances*, nostramq. doctrinam à *Castro Palao* non probat, etenim non est à quo suppleri censeatur potestas ad contrahendum in contrahentibus bona fide in gradibus prohibitis, cum Sancta Mater Ecclesia, à qua posset suppleri, persequatur potius, quam excusset huiusmodi matrimonia, ad quamplures fraudes, atq. absurda auertenda, quæ ex contrario emergerent, neq. obest audiri subditos, vel alios allegantes, Superiores dispensasse absq. causa, quòd hoc tendat ad irritandam, vel irritam declarandam dispensationem ex causa, vel omninò insufficienti, vel insufficienti quidem in re, sufficienti verò secundum probabile iudicium prudentiale.

15 In dubio autem dico, vel hoc versari circa existimationem causæ, an sit causa dispensationis in pluralitate Ecclesiarum, vel circa eiusdẽ causæ sufficientiam, si primò modo se habeat, dispensari non poterit, quia potestas dispensandi circa huiusmodi omnino requirit causam, de qua non constat: at verò si secundo modo poterit dispensari per validam dispensationẽ, quia in hoc dubio in benigniorem partem propendendum est, id enim expetit suauè Reipublicæ præsertim Ecclesiasticæ regimen, &

con-

Digitized by Google

contrarium multis esset obnoxium scrupulis, sic *Syluester verbo dispensatio q.14.n.20. in fine, Palatius in 4.dist.38.disp.3. Sances lib.4. matrimonij c.45.n.10.*

16 Hinc vlterius fit, si post dispensationem superueniat causa, dupliciter intelligi posse, vel hanc super inductam causam esse veram, nulla cum antea interfecerit, vel prorsus falsa; vel hanc superinductam causam esse nũc certè sufficientem, cum antea insufficiens fuerit; si primo modo, certum est non satis esse dispẽsationem, quæ ab initio fuit nulla, neq. tractu temporis conualidari potest ex *regul.* 18. non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit, vbi varij ad rem afferuntur à Glossa casus, quod si secundo modo, dispẽsatio pergit, & corroboratur, quæ ab initio iuxta præcedentem numerum fuit valida, & hoc pacto nostrum *Sances interpretor lib.2.Conc.dub.6.nu.4.* docentem, illum, cum quo dispensatum est ex causa, vel nulla, vel falsa, vel insufficienti, ac dubia posse retinere, vel non retinere beneficia, absq. noua dispensatione. Illud autem, quod subindicare videtur *Sances* aliquando peccauisse in acceptatione Acceptantem, vel Procurantem sibi plures Ecclesias, vel beneficia, non autem peccare in illis retinendis, mihi facit difficultatem, nam vel causa fuit falsa, & nulla, & vt inualidè, & iniustè in his dispentatum est, ita illicitè, & inualidè subditus acceptauit illa beneficia, vel Ecclesias: vel causa fuit dubia, & vt diximus, & licitè, & validè dispensatum est in pluralitate beneficiorum, seù Ecclesiarum, & licita fuit illarum acceptatio, & est earum retentio, vel causa fuit insufficiens, & excludens dubiũ, & non video, quomodo dispensatio fuerit illicita, & inualida, & quomodo licita, & valida acceptatio, & retentio. Verum de his alias.

17 Præterea deduco Archiepiscopatus esse etiã incompatibiles inter se; cum eadem de his vrgeat ratio, & habetur in *Trid.sess.7.c.1.* hoc idè dictum volo de duobus Patriarchatibus, seù Primatibus.

18 Insuper colligo incompatibiles pariter esse Episcopatum, cũ Archiepiscopatu, vel Patriarchatu, de quibus omnibus eadem est ratio, & quia sub simplicibus continetur etiam iste per *Bart.* alios. scribentes *in l.2.ff.de verbor.oblig. & in l.si ita scriptum.ff.de liber.& postlhum.et in §.omnium instituto de actionibus, vbi Dyn.& Iason*, necnon *Bald.in c.1.vers.consuetudo. Qui feudum dare possunt.*

19 Colligo etiam eo ipso quod Episcopus vnius Ecclesiæ fuerit factus alterius vacare primum Ecclesiæ Episcopatum, ex *text.cap.si qui iam translatus est.21.q.12.& cap.cũ in cunctis, §.cũ verò de elect.* & prosequitur *Alphons. Osced.de benefic.incompatibilib.1.par.c.3.d n.11.* ad quem effectum, realem huius Præsulatus possessionem, atq. administrationem, nos locupletè superius docuimus.

20 Demùm infero quoad obligationem renuntiandi vni ex duabus Ecclesijs, vel beneficijs, & quoad restitutionem fructuum me certiorem nescire regulam, quam ad iustitiam causæ, ob quam dispensatum est respicere, nam si causa fuit iusta, sufficiens, vel saltem dubia poterit is, cum quo dispẽsatum est, securus pergere, neq. ad renunciationem, neq. ad restitutionem tenebitur: quod si causa fuerit nulla, falsa, atq. ita insufficiens, vt neq. intra terminos dubij se cõtineat, res est scrupulis, ac valdè dubijs perplexitatibus implexa, ita vt nulli, cum quo dispensatum est, auctor essem, securitatis in conscientia, neq. facile subscriberem doctrinæ *Sances n.16 & 17.* & si eidem *n.13.* dem libenter manus.

CAPVT TERTIVM.

An duo Episcopi vni Ecclesiæ præfici possint.

SVMMA.

Duo Episcopi ad vnam, eamdemq. Ecclesiã præfici nequeunt. n.1.

Varia nomina, quæ singulis Ecclesijs competunt ipsarum vnitatem demonstrant.n.2.

Quid vrgente necessitate faciendum, & qua ratione possit Papa duos Episcopos vni Ciuitati præficere.n.3.

PEr antiqua fuit hæc in Ecclesia Dei cõtrouersia cui, præstitit ansam S. Doctoris Augustini electio in Episcopum, viuente Valerio Episcopo Hipponensi, cui videtur non successisse, sed accessisse potius Augustinus, vt habetur *cap.Non autem 7.q.1.* Cum itaq. de hac nonnulla dicenda sint. Primum an id pro arbitratu Pontificis Maximi fieri possit. Secundum an de absoluta eius potestate. Tertium an expediat aperiemus.

1 Prima sit assertio. Duo Episcopi neqneunt ad vnam, eamdemquè Ecclesiam præfici. Est communis, & catholica sententia. Probatur, tum perpetua in Ecclesia traditione ab Apostolis ducta, tum *ex cap.quoniam de offic. Iudicis ordinarij* ibi. *Prohibemus autem omninò, nè vna, eademquè Ciuitas, siue Diœcesis diuersos Pontifices habeat, tanquam vnum corpus diuersa capita, quasi monstrum:* Ad quam doctrinam dilucidandam multos *text.* refert *Gloss. verbo monstrum.* Insuper probatur *7.quæst.1.* quod autem ex nonnullis Concilijs sibi citatis. Præterea id patet ex *Gregorio Magno Regesti lib.9.epistol.41.ad Anatorium, & August.epistol.148.ad Valerium* relata *dist.40. Ante omnia peto*, vbi secundum locum in Ecclesia Hipponensi, apertis fatetur verbis, se habere. *Vis mihi facta est merito peccatorum meorum; nam quid aliud existimem, nescio, vt secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere*

Digitized by Google

uere non nouerant. Adde *Gloſſam verb. Iguberna-culorum.* Quarto probatur ratione, & vt omit-tam eas, quæ *ex cap. 1 diſputat. 1. libr. 1. primi noſtri Tomi*, deduci ad propoſitum facile poſ-ſent, quæ vt neceſſitatem Epiſcoporum de-monſtrant, ita & ſingularum vnitatem Eccle-ſiarum ſub ſingulis earum capitibus, petitæ tum à ratione exercitus, tùm Reipublicæ, tùm
2 cœleſtis Hierarchiæ. Addo ſolum, non eſſe, qui non videat nonnulla nomina, quę vniuerſali Eccleſiæ tribuuntur ſingulis etiam ſuo modo competere, & à Sanctis Patribus applicari; ſic ouile dici vnaquæquè poterit *Ioannis* 1. Domus 1. *ad Thimot.* 3. Nauis; ſeù Arca Noè 1. *Petri* 3. eò, vel ipſo, quòd maximum in vno-quoquè genere menſura ſit cæterorum, vt ha-bet Philoſophus. Igitur ouile vnum ſub vno Paſtore voluit Chriſtus eſſe, non modo ex om-nibus conflatum, quæ ſunt in Eccleſia, ouibus ſub vno Paſtore Pontifice Romano, ſed ſingula ſingularum Eccleſiarum vnumquodquè ſub priuato ſuo Paſtore. Hinc *Cyprianus lib. 1. Epiſtolarum epiſtol. 6.* ad Magnum ſermonem ha-bens de Nouatiano, qui Romanum affectabat Epiſcopatum, ac Summum Pontificatum, quem Cornelius Papa iam obtinebat, *idcirco Dominus inſinuans nobis vnitatem de diuina auctoritate venientem ponit, & dicit, Ego, & Pater vnum ſumus, ad quam vnitatem redigens Eccleſiam ſuam demandatam, & erit vnus grex, & vnus Paſtor.* Quod ſi vnamquamquè reſpicies Eccleſiam, quatenus domum, vnum etiam ſibi poſcere Oeconomum comperies. *Lucæ* 12. *quis putas, eſt fidelis ſeruus*, græcè *Oeconomus, & prudens, quem conſtituit Domi-nus ſuper familiam ſuam*; quam ſententiam primario dixit Petro Dominus, vt rectè *Chri-ſoſtomus lib. 2. de Sacerdotio circa principium*, & ſecundario ſingulis ſingularum Eccleſia-rum Epiſcopis. Nauis etiam vnus eſt guberna-tor, vt admonuit *Hieronymus: & Cyprianus lib. 1. epiſt. 6.* poſtquam dixit Arcam Noè eſſe typũ Eccleſiæ, indè probat Nouatianum non potuiſ-ſe huius arcæ fieri gubernatorem, cuius Cor-nelius iam factus erat.

Obijcies Veneti habent Patriarcam ſimul, & Epiſcopum, ergo, &c. Fecere mentionem hu-ius obiectionis *Abbas cit & in cap. quoniam de officio ordinarij, et cap. ſi Epiſcopus de Parochijs, & gloſſa cap. in illis diſt. 80. verbo ſingulos*, aſſe-rente illum non eſſe Patriarcham Venetum, ſed Grandenſem.

3 Aſſertio ſecunda. Ex vrgentiſſima cauſa poſſet Pontifex diſpenſare, ac duos præficere Epiſcopos vni Eccleſiæ auctoritate, & poteſta-te pares, deducitur ex *cit gloſſ. & Abb.* docet etiam *Azor par. 2. Inſtitutionum moral. lib. 3. c. 29. qq. 19.* ratio eſt, quia vnitas Paſtoris ſingu-larum Eccleſiarum iuris eſt Canonici, in quo, vt ſæpè diximus ex legitima cauſa Summus Pontifex diſpenſare poteſt; vt .n. diuiſio Eccle-ſiarum, & Paræſiarum iuris eſt canonici, ita ta-lis diuiſio, vt vni Præſuli vna ſit Eccleſia addi-cta. Cæterum cum è traditione Apoſtolica cõ-tinuo vſu firmata hanc in Eccleſia Dei vnitatẽ ſemper eſſe ſeruatam dixerimus, & cum maxi-mè ad ſingularum Eccleſiarum vnitatẽ, & Mo-narchicum regimen vnitas Antiſtitũ ſummo-pere faciat, meritò aſſertum volumus, nõ abſq. vrgentiſſima cauſa id fieri debere, cum agatur de re proximè accedẽte ad præſcriptionem iu-ris naturalis diuini. Quamobrem, & ſi, vt ſupe-riori aſſertione indicauimus, *Auguſtinus Vale-rij Epiſcopi penè Vicarius fuiſſet*, quòd ſecũdum ab illo locum tenere fallus ſit, at cum Epiſcopi iura videretur exercere, viuente Valerio, mo-do iam dicto, fertur diuiſſe, ſi ſciuiſſem Eccleſiæ prohibitionem nunquam hanc ipſam admi-niſtrationem Eccleſię acceptauiſſem, *ſic Abb. in cap. Quoniam de offic. ordinarij* refert.

Obijcies inter Epiſcopum, & Eccleſiam cõ-iugium, & ſpirituale matrimonium contrahi, diximus *ſuper. diſp.* 11. ſed matrimonium eſt in-ter vnum, & vnam, ergo, &c. Reſpondeo eodẽ pacto, quo ſimile argumentum ſoluimus *ſuper. capit. n.* 7. Addo nunc *ex Azor. cit.* iuris natu-ralis diuini eſſe, vt vni vxori vnus ſit vir per ma-trimonium carnale, non autem iuris diuini na-turalis eſſe, vt vni Eccleſiæ vnus ſit Epiſcopus iuxta ſupradicta.

Obijcies ſecundo, Eccleſię Catholicę nequit eſſe, quam vnum caput, Summus .ſ. Pontifex Romanus, ergo neq. ſingulis Eccleſijs.

Reſpondeo eſſe iuris diuini, vt in Eccleſia Catholica regimen habeatur Monarchicum, vnumq. ſit eius caput viſibile, Pontifex .ſ. Ma-ximus Chriſti Vicarius, ſucceſſor Petri, vt in *text. cit.* pro noſtris cõcluſionibus notant *Gloſſ.* & patet è rationibus allatis *lib. 1. loco ſupra cit.* & modo allatis pro noſtra prima concluſione, quæ directè probãt de vnitate Paſtoris, Ducis, Oeconomi, & Monarchæ Eccleſiæ Catholicę, de quibus *Bellarmin. eruditè, ac doctè agens de Summo Pontifice lib. 1. c. 9.* ſic etiam quod probè notauit *Azor. è Gloſ. cit.* cum iuris non ſit diui-ni Imperatoris vnitas duo poſſent ex legitima cauſa creari Imperatores, qui inſolidum pari poteſtate Eccleſiæ eſſent defenſores.

Ex dictis conſtat minimè id expedire, niſi in rariſſimo caſu, vt vni corpori duo ſint capita.

CAPVT VLTIMVM.

De poſtremo effectu ordinationis, & Conſecrationis Epiſcopi.

SVMMA.

Proponitur ſententia Pauli ſecunda ad Timotheum primo exponenda n. 1.
Duplex affertur dictæ ſententiæ ſenſus. n. 2.
Dona ſpiritus ſenſim, & ſine ſenſu langueſcunt,

&

Digitized by Google

& sunt renouanda. num. 3.
Quibus id fiat modis. n. 4.
Duces Christianæ militiæ instituuntur Episcopi per gratiam in ordine acceptam. n. 5.
Quibus virtutibus muniantur Episcopi per gratiam ordinis. n. 6.
Prima virtus est præstantia, & fortitudo. n. 7.
Exempla illustrium Pontificum, qui constantia, & sanctitate ouibus suis etiam contra Dynastas consuluerunt. n. 8.
Secunda Præsulis virtus, caritas est. n. 9.
Tertia est sobrietas. n. 10.

1 ANsam dat nobis Apostolus effectum præstantissimum ordinationis, & consecrationis Episcopalis expendendi, quem aliquo pacto rationem subire finis sæpè superius indicauimus, dum expendentes vim Sacramenti ordinationis Episcopalis sententiam Pauli 2. *epist. ad Timoth.* perpendimus *cap. 1. vers. 6. Propter quam causam admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quę est in te per impositionem manuum mearum.* Vbi tamen nomine gratiæ, quæ græco vocabulo exponitur χάρισμα, gratiam dicimus præcipuè significare sanctificantē, qui proprius est effectus Sacramenti, nihilo tamen minus hac ipsa voce, neq. negauimus, neq. inficiamur in presentia, non exclusisse Paulum, imò & amplexum esse sentimus, gratias etiam gratis datas, quale munus est docendi, regendi, ac similia, necnon dona quædam, virtutesq. Episcopi maximè proprias, quas adumbrans mox *Apostolus immediato versu septimo*, summopere, quē exposuimus sensum, commendat. *Non enim*, addit, *dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, dilectionis, & sobrietatis*. Quibus causam profecto affert, cur Timotheus, & quicumquè alius Antistes gratiam, qua in consecratione
2 donatus est, excitare debeat. Id autem in duplici sēsu exponi potest. Primo vt hęc, quę refert dona Paulus Timotheo data per impositionē manuum, cōsecrationemq. sint impulsus, & ratio, quæ moueat animum Timothei ad resuscitandam gratiam sanctificantem, etiam per ipsā ordinationem acceptam, quem sensum prosequitur *noster Cornelius à Lapidē* hanc Apostoli exponens sententiam. Secundo quem ipse amplector, vt hæc ipsa dona, & virtutes carismatū nomine significata, iure petant suo, penè excitari, quasi diceret Apostolus, idcirco *Admoneo tę ò Timothee, vt resuscites gratiam Dei, quę est in te per impositionem manuum, quia non dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, dilectionis, & sobrietatis*, quæ quidem virtutes sicut ignis, frigido quasi extinctus contrario flatu, folle, aut flabello suscitatur, atq. ad priorem vim reuocatur, ita ad pristinum robur, & vires dona Spiritus Sancti, virtutesq. restituendæ.
3 Etenim animi ornamenta in ordinatione accepta sensim, & siue sensu, temporis iniuria langueſcunt, nec modo hebescunt otio, ni vt Euāgelicus Dei seruus Episcopus talentis acceptis rectè vtens, tātumdem fidelis reddat Domino lucri meritorum, sed partim humanę conditionis ad malum procliuis in sua volubilitate cōstantis, partim trium hostium Dęmonis mundi & carnis semper sæuiētibus armis, partim oscitantiæ, partim persequutionum timore, veluti frigido sopiuntur cinere, ac restinguuntur. Omnibus cōtendas velim viribus Timothee, vt ea penè extincta dona ad pristinam lucem, & candorem reuoces, & suscites, vel, vt legit *Ambrosius*, recrees.

4 Quibus autem instrumentis id præstandū sit Episcopo, huius loci nō est, ea tamen doctè, ac piè *cit. Cornel.* enumerat. Nos ad propositū redeamus, nempè ad effectum supernaturaliū virium, ac donorum, quæ suscitanda pręcipiuntur Timotheo, quorum primum est, spiritum virtutis, ideſt constantiæ, seù fortitudinis oppositæ spiritui timoris, ac timiditatis, quem nobis non Deus dedit, vt in persequutionibus, ac tētationibus animo simus supino, quo timidè, atq. ignauiter deficiamus; sed spiritum constātiæ, ac fortitudinis, quo fidem fortiter non modo teneamus; verum prædicemus Christianæ Religionis mysteria medios inter hostes, mortis non timidi, sed candidati, quæ propria est professio, & vocatio, munus, atq. officium Pastoris, Ducis, atq. Magistri, vt. n. in Baptismate Christiani omnes, vt filij Dei adoptiui, seruiq. & formamur, atq. instituimur, gratia per ipsum nobis infusa, & sicut confirmationis Sacramento ad militiam designamur, atq. insignimur milites eius gratia muniti, fortiter deinceps acturi contra communes hostes tartareos, contra quos potius vitæ, quam fidei iacturam facturi sumus, ità per ordinationis Episcopalis Sacra-
6 mentum Christianæ militię Duces constituuntur Antistites, ad quod munus ritè obeundum ære veluti triplici eorum munitur pectus virtutis, ideſt fortitudinis, dilectionis, & sobrietatis robore: & licet vberius hæc, aliaq. Præsuli necessaria ornamenta *tom. 1. tum lib. 1. disp. 1. c. 3. tùm lib. 3. disp. 2. c. 4. & disp. 3. c. 1.* tradita à nobis sint, aliqua tamen ad locupletiorem instructionem in præsentia subiungemus.

7 Itaq. Paulus Episcopalis ordinationis effectum asserit inuictum animi robur, & fortitudinem, qua non solum tartarea eludat Episcopus terriculamenta, hominumq. persequutiones, quibus, veluti cote, vis animi Episcopalis acuatur potius, quam infringatur, sed etiam catholicæ lucis facem referens, armaq. fidei firma, aptioraq. omni gladio ancipiti, siuè Lucifer, siuè Dux doctrina, & exemplo Christianos omnes, & maximè sibi subditos, si opus fuerit, ad glorioſas Cruces, atquè illustrem martyrij triumphum, & impellat, & præcedens attrahat. Insuper constantiæ, veluti lorica armatum Antistitem.

Si fractus illabatur Orbis
Impauidum ferient ruinæ.

Neq. hostis tanta vi aculeatum iaculetur telum vllum, quod Episcopalem animum perfodiat, constantia munitum, non obsequijs cedentem, non periculis, sed fortiter exantlatis laboribus Christianæ firmitatis doctrinam proferat, propriæ vitę commendatam exemplo, quo cęteros doceat Christianos, obuijs quemq. difficultatibus

Digitized by Google

tibus Cedentem,vix vnquam palmas arripere, proprio,ſi opus fuerit,ſanguine irrigãdas,neq. coronas mereri,quæ ni ſpineæ fuerint,in flores non erumpent gloriæ ſempiternæ. Verum nos qui ſcribimus exemplo potius Antiſtites conferre ſuis onibus fortitudinem, quam verbis, exempla Sanctiſſimorum Epiſcoporũ, qui Dei Eccleſiam illuſtrarunt,pro huius diſputationis coronidè referamus.

Primus itaq.(vt Apoſtolos taceam)qui egregio quidem facto fortitudinem per Sacramentum præſertim acceptam comprobauit, Cornelius fuit Pontifex Maximus, cuius geſta, nè quid detraham à maieſtate ſermonis *S. Cipriani epiſt.57.ad eund.Cornelium* eiuſdem referam verbis.*Exultantes accepimus ducem te illis cõfeſſionis fratribus extitiſſe,ſed & confeſſionẽ Ducis de fratrum confeſſione credidiſſe,vt dum præcedis ad gloriã,multos feceris gloriæ comites, & Confeſſorem Populum ſuaſeris fieri,dum primus paratus es pro omnibus confiteri,vt non inueniamus,quid prius in vobis prædicare debeamus,rectam nè tuam promptam, & ſtabilem fidem, an inſeparabilem fratrum caritatẽ.Virtus illis Epiſcopi publicè comprobata eſt,aduñatio ſequentis fraternitatis oſtenſa eſt,dum apud vos vnus animus,& vna vox eſt,Eccleſia omnis Romana cõfeſſa eſt.*Secũdo loco præclarũ *Eliæ* ſui ęui proferã exẽplũ,ſic.n.ab Athanaſio Lucifer Calaritanus Epiſcopus appellatur,qui Coſtãtiũ Imperatorẽ,ità alloquutus eſt. *Mactaſti plurimos, laniaſti,diſperſiſti,ſed hi omnes Martyres ſũt,crede mihi,quod à te ſtatuerimus interfici, quia vt melius eſſe videmus in omnia æua Deũ habere amatorem,quam tecum Iuda Scarioth Iudęorum incitatore puniri.Hinc eſt Conſtanti, quod frendores colubri per te illatos,non timentes, ſubire parati ſumus omnes exitium.* Nec te pigeat legere,vt nec me lector exarare,quę de Hoſio Cordubẽſi Epiſcopo ſcribit idẽ *Athanaſ. epiſt. ad ſolitariam vitam Agentes.* Hoſius igitur ità Conſtãtium Imperatorem affatus eſt.*Deſinequęſo Imperator,nec te miſceas rebus Eccleſiaſticis, neq. nobis in hoc genere præcipè,ſed potius ea à nobis diſce,Tibi Deus Imperium commiſit, nobis quæ ſunt Eccleſiæ concredidit.*Hoc idem Cõſtantiæ, & fortitudinis dedit exẽplum *Ambroſ.* Theodoſium coarguens Iuſtinę Auguſtę reſiſtens,ac Maximum,atq. Valerianum Imperatorẽ graui ſermone caſtigãs.*Noli te grauare Imperator, vt putes,te in ea,quæ diuina ſunt,Imperiale ius habere,noli te extollere,ſi vis diutius imperare:ad Imperatorem Palatia pertinent, ad Sacerdotẽ Eccleſiæ,*ex eodem *Ambroſ.epiſt.33.ad Marcellinã ſororem, & ex noſtro Nicolao Cauſino de Prælato Sacræ Curiæ,*doctè multa ad rem noſtrã congerit. *Accedat Galliarum Lucifer Hilarius lib. contra Conſtantium Imperatorem.Proclamo,*inquit,*tibi Conſtãti,quod Neroni loquutus fuiſſem, quod ex me Detius,& Maximianus audirent,cõtra Deũ pugnas,contra Eccleſiam ſæuis, Sanctos perſequeris,Religionem tollis,Tyrannũ,iam non humanorum,ſed diuinorum, Chriſtianum te mentiris,Chriſti nouus hoſtis Antichriſtum præuenis.* Et nè præclara hæc geſta ſola in antiquitate ſplendeſcere dicas, quando robuſtè inerat Eccleſiæ iuuenta, nullius certè fortitudini antiquorum cedit *Caroli Borromei* inuicta conſtantia,quæ ferè noſtrum illuſtrauit ſæculũ Mediolanenſis Prouinciæ Regium Gubernatorem è fidelium cętu,veluti contra Eccleſiaſticam immunitatem reum per cenſuras remouit,atq.ab illo præmiſſa cohorte domi obſeſſus, & grauitate, & maieſtate Crucis vexillum præmiſſum ſubſequens, quaſi triumphans prodijt, & quos alias quicumq. ſæuientes timuiſſet Satellites, pios ad proprios pedes Oratores aſpexit ſupplices;eſt.n. ſe ipſa merito armata conſtantia, in quam neſciam timere mortẽ, fruſtra pugnatur.Eadem conſtantia claruit *Reginaldus Polus Cardinalis,* cuius nomen proprio ſanguine fortiter pro fide Catholica effuſo,æternæ vitæ libro mandatum nulla temporis obliuio, nulla Nouatorum delebit iniuria, è nefariorum hominum ferro,quos in eum immiſit cæcus, atq. impius Henrici VIII. furor,incolumis euaſit, dum è Gallia diſcedere cogebatur,tanta eſt vis fortitudinis etiam apud Impios, etiam apud Eccleſiæ euerſores.

9 Secunda virtus,quę per Sacram ordinationem copioſè Præſulibus datur, eſt caritas erga Deum, & erga proximos ei commiſſos,de qua nos *tom.1.lib.3.diſp.2.c.4.*egimus à *n.5.*

10 Tertia ſobrietas,ſiuè accepta pro temperãtia à cibo,& potu,ſiuè à quibuſcumq.voluptatibus,vel ſenſus illecebris, quam ſatis abundè perpendimus loco *alleg.à n.16.*ſiuè nomine ſobrietatis hic exprimatur continentia, Auctore *Auguſtino de Gra.lib.arbit.c.18.* quæ quidem virtus eſt generalis mẽtem continẽs in officio, nè timore,amore,odio,vel alia effrenata animi ducatur cupiditate, affectu imbuatur, eneruetur Epiſcopus. Siue ſobrietate pro animi ſanitate vſus fuerit hic *Paulus,vt aliàs 2.ad chorin. 5.verſ.13.* nam ſapere,ſeù mente eſſe ſana opponitur illi,quod eſt inſanire,vel deſipere.Itaq. Antiſtes ita debet eſſe ſano animo,vt proprias non modo repreſſerit cupiditates, ſed eaſdem frenare ſuum doceat Populum, nè illarum furijs actus in vitia,& tandem in æternos cruciatus ſe præcipitem agat.

Digitized by Google

DISPVTATIO DECIMATERTIA

De Praxi Consecrationis.

FActum potius, quàm ius; accidentales circumstantiæ, quàm substantia, atq. essentia consecrationis hactenus explicatæ excipientur ab hac disputatione, quæ elucubrationibus huius nostri 2. *tom.* summum imponet fastigium.

CAPVT PRIMVM:

Adumbrantur actiones, quibus Consecratio Præsulis perficitur.

SVMMA:

Prima actio ad consecrationem Episcopi præuia. num. 1.
Secunda actio ieiunij, ac reliquæ à n. 2. vsq. ad 25.

EXpensis iam intrinsecis, ac proprijs consecrationis Episcopalis causis, supersunt accidentia quędam eiusdē perpendenda. Itaq. quinq. supra viginti è Pontificali Romano actiones legi hìc enumerandas.

1 Prima igitur committitur, vel per Pontificium viuæ vocis oraculum, vel per literas Apostolicas, vel per mandatum à Camera Apostolica depromptum, vt ab aliquo Episcoporum consecratio habeatur Electi.

2 est ieiunium pridie seruandum tum à consecratore, tùm à consecrato.

3 Ad Ecclesiam itur, vbi facienda est consecrationis functio, ac Sacerdotalibus induitur Antistes candidatus indumentis.

4 A seniore è duobus Episcopis consecrationi adstantibus Ecclesię nomine petitur, vt Electus à Consecrante sacro initietur ordine.

5 Hac audita petitione quæritur, nū Pontificiū extet mādatum, q̄ compertū, legi iubetur.

6 Lecto mandato præstat iuramentum obedientiæ Summo Pontifici Cādidatus electus.

7 Subit deinceps examen fidei per varias quæstiones de mysterijs nostræ fidei, quas diserte declarat.

8 Augustiori induitur habitu.

9 His ornatus Pontificalibus sanctiores inire incipit actiones, quæ ex antiquissima ad nos manarunt maiorum traditione, vt sunt humi prostratio, genuflexio ad altare, benedictio, & precatio, & crucis obsignatio.

10 Imponitur deindè liber Euāgeliorum supra scapulas consecrandi.

11 Manus impositio supra caput consecrandi habita à duobus assistentibus Episcopis.

12 Inuocatio Sancti Spiritus per hymnum Veni Creator Spiritus.

13 Vnctio Capitis.

14 Vnctio manuum.

15 Donatur deinceps pastorali baculo.

16 Exornatur anulo.

17 Datur ei liber Euangeliorum, quem humeris antea substentabat.

18 Pacis osculum à Consecratore excipit.

16 Offert panem, vinum, duasq. cęreas faces.

20 Excipit pacem.

21 Sacramenti Corporis, & Sanguinis Christi particeps efficitur vna cum cōsecratore ex eadem hostia, & calice.

22 Pontificali ornatur mitra.

23 Chirotecas accipit.

24 Solium ascendit Pontificale.

25 In gratiarum actionem hymnus Te Deum laudamus cantatur.

CAPVT SECVNDVM.

Dilucidantur tres primæ ex enumeratis functionibus.

SVMMA.

Quomodo certus esse debeat consecrator Episcopus facultatis ei factæ ad nouum Episcopum consecrandum n. 1.
Omnibus Episcopis, vel vni ex illis, qui cōsecrationi cooperātur faciēda nè sit hęc facultas. n. 2
Non est præcepti, sed consilij ieiunium tàm consecrantis, quam consecrati. n. 3.
Regula generalis ad agnoscendum, ac distinguendum præceptum à consilio. n. 4.
Quæ verba præceptum significant. n. 5.
Verbum, mando, an aliquam possit subire limitationem. n. 6.
De vestimentis, quibus opus habet consecrandus. n. 7. remissiuè.

1 CIrca primam actionem notandum est certò constare debere Consecratori de facultate à Pontifice Maximo facta, vt Pontificale Romanum expressè habet. *Nemo consecrari debet, nisi prius constet Consecratori de commissione consecrandi,* siuè per literas Apostolicas, si sit extra Curiam, siue per commissionē viuę vocis oraculo à Summo Pontifice consecratori factam, si Cardinalis fuerit, cum alteri fides non detur. Addit *Barbos. tit. 1. c. 5. n. 5.* hanc etiam fieri facultatem solere per mandatum à Camera Apostolica datum, si in Curia res transigenda sit.

2 Quæres, vni nè, vel omnibus ad consecrationem concurrentibus Episcopis facienda sit hæc facultas, vt consecret. Verum infra cum de

Digitized by Google

etiam inadęquatam huius eiusdem Sacramenti pariter collatiui eiusdem potestatis accomodari potest, & ad postremam assertionis nostræ partem probandam, quæ primò præterea roboratur exmanifesta ipsius formę ordinationis partialis significatione. *Accipe Spiritum Sanctũ, quorũ remiseris peccata, remittuntur eis, etc.* Etenim, vel sermo est de potestata remittendi peccata nunc collata, cùm hæc exprimitur forma, qua dicuntur remittęda, vel de prius habita, vel de mox danda. Non hoc tertium, vt omnium consensu patet: non de iam data, ergo de potestate, quæ datur ex vi formæ ordinationis *accipe, &c.* applicatæ materiæ proportionatæ, manus videlicet impositioni. Probatur aũt vltima assertionis pars: nã si iam data esset potestas remittendi peccata, per quam remittenda dicuntur, simul etiam Spiritus Sanctus ad vsum illius potestatis datus esset, sed hoc dici non potest, quasi datus iam esset Spiritus Sanctus, eiusq. gratia, qua nõ rectè diceret Episcopus, *Accipe*, cũ non propriè dicatur de illo *Accipe*, quod iam datum est. Præterea sicut per insufflationem, ac similia verba, *Accipe Spiritum Sanctum*, & receperunt Apostoli potestatẽ remittendi peccata, & Spiritum Sanctum ad eius rectum vsum, neq. dici potest illa prius accepta fuisse ab Apostolis, ac deindè Spiritus Sanctus, qui ad hunc effectum dari demõstratur per ea. *Quorum remiseritis, &c.* illico addita post insufflationem à Christo: sic in ordinatione Sacerdotum, in qua ad manuum Episcopaliũ impositionem, eadem proferũtur verba, *Accipe Spiritum Sanctum*, ergo sicut damnatum est, asserere illis verbis à Christo traditũ non esse Spiritum Sanctum Apostolis contra Theodorum Mopsuestenum in *S. Synodo Constãtinopolitana dicta Cermana sess.* seu *collat.* 8. *canon.* 12. ita parum securè dicetur per eadem verba impositioni manuum Episcopaliũ addita, vel non cõferri potestatem remittendi peccata, vel Spiritum Sanctum ad rectum eius vsum. Et sanè nõ erit assignare quibus alijs verbis illa tradatur potestas, quam tradi probauimus supra, esse de fide. Demum verba adeò clara sunt exprimentia collationem gratiæ Spiritus Sancti ad functionem illius potestatis, dicta ab Episcopo instar Christi, qui simillima dixit Apostolis, & cõsequenter à persona potenti vtramq. suo modo date, vt illusoria quidem essent, ni cùm proferuntur, efficacia essent, præstandi, quod significant: & sicut *Cyrill. Alexandrinus lib.* 12. *in Ioannem c.* 56. *col.* 3. *in medio asserit. Acceperunt igitur, quando insufflauit, & dixit. Accipite Spiritum Sanctum, nunquam .n. dixisset, qui mentiri*
22 *nescit, nisi dedisset:* Ita & nos sentimus, accipere Sacerdotem per manuum Episcopaliũ impositionem, & potestatem, & ad eius rectum vsum Spiritum Sanctum, tanquam per inadęquatam formam Sacramenti ordinis, verbis supra relatis expressam, ex qua, & ex alia, *Accipe potestatem offerendi Sacrificiũ, &c.* vna integratur forma huius Sacramenti, quemadmodũ ex inadęquata materia manuum, & iam probata impositione, ac traditione calicis cum vino, & patenæ cum hostia vna totalis eiusdem Sacramenti conficitur materia.

23 Ex hac autem assertione fit primo, per vnãquamq. inadęquatam formam inadęquatè materiæ respondentem, vt & supra dictum est, & proportionatam conferri potestatem, vel circa Corpus Christi verum, vel circa mysticum: & nouam gratiam Sacramentalem ad rectũ eius vsum, vt probè *Vasq. cit. c.* 5. necnõ *Conink disp.* 20. *de ordin. Sacrament. dub.* 7. *n.* 61. notarunt. Sicut igitur distincta potestas confertur distinctę materiæ, & formæ respondens; sic etiam, & distincta gratia; sic rectè *Vasq. disp.* 239. *c.* 6. *n.* 54.

24 Deducitur secundo. Si aliquis Sacerdos ordinaretur per traditionem tantum calicis, & patenæ cum forma ei proportionata, non autèm per manuum impositionem, & formã propriã; *Accipite*, videlicet, *Spiritum Sanctum, &c.* fore, vt non posset à peccatis absoluere, etiamsi eligeretur in Parochum, vel alias ab Episcopo, vel Papa iurisdictionem haberet in aliquem, quod maximè notatum volo ex *Vasq. c.* 5. *n.* 49. ad ea, quę de communi errore dicenda sunt infra. Et in hoc absq. dubio errarunt *Sot. in* 4. *dist.* 24. *q.* 1. *art.* 4. docens oppositum: quia per traditionem calicis, & Patenę existimat, potestatem remittendi peccata dari, & *Palud. ibid. dist.* 25. eo quod arbitratur per commissionem Papæ potestatem illam dari posse, quod fundamentũ futile à *cit. Vasq.* demonstratur: cum potestas actiua remittendi peccata à solo Deo conferri possit per ordinis Sacramẽtum; vti de facto institutum est: neq. à Summo Pontifice suppleri, sed materia subditiquè tradi possunt, vt mox dicemus. Itaq. per traditionem patenæ, & calicis nulla transfertur potestas remittendi peccata, neq. in Sacramento Pœnitentiæ, neq. extremæ vnctionis, vt probè *Vasq. n.* 39. *ad fin. & n.* 40.

Digitized by Google

DISPVTATIO DVODECIMA

De causa finali consecrationis.

VT in cæteris formis, quibus noster constituitur Episcopus, & Episcopatus præstitimus singulas earum declarantes circumstantias, ità in hac præstantioris consecrationis, cuius finis hic expendendus superest, & licet ex parte innotuerit, quià per consecrationis ordinem, & gratia infunditur, & character imprimitur, necnon potestas cõfertur ordinis, qui siuè effectus, siuè finis rationem sortiuntur ipsius consecrationis, reliquum tamen adhuc est iurisdictionis potestatem exponere distinctam à potestate ordinis. Hęc autem partium ex his, quæ *tom.1.lib.2.* mox allegãdo tradidimus, partim ex his, quæ speciatim disputabimus adęquatam Episcopatus, & Episcopi causam finalẽ per integrum sequentem Tomum expendentes, clare cõstabit. Itaq. in presentia pauca sunt addenda, nè actum agamus, vel è propria sede quęstionis remoueamus, ad hęc autem expedire maximopere duximus disputationem modo allatam de iurisdictione cuiuscumq. Sacerdotis præmittere.

CAPVT PRIMVM:

Episcopalis iurisdictionis potestas per comparationem cum sacerdotali declaratur.

SVMMA.

Duplex Antistiti est iurisdictio. n.1.
Iurisdictio dicit duo, & potestatem, & ipsius applicationem. n.2.
Episcopo iure diuino aliqua competit iurisdictio. num.3.
Quomodo hæc ipsa iurisdictio sit actualis, & radicalis, quando in se perfecta ante applicationem, minus tamen expedita, & quando perfecta ante applicationem habitam subditorum. num.4.
Hæc iurisdictio quoad applicationem ad hanc, vel illam Diœcesim iuris est Ecclesiastici. n.5.
Sine certa Ecclesia potest Præsul consecrari. n.6.
Antistes ordinatus, ac destinatus ad Ecclesiam in partibus Infidelium existentem, vel ad aliquam vage, vbi illam, vel aliquam certam, liberamq. nactus fuerit absq. alia concessione, Pontificis potest sua uti iurisdictione. n.7.
Actualis iurisdictio habitudinem inuoluens ad certam hanc Ecclesiam iuris est Ecclesiastici. num.8.
Quomodo conferantur Ecclesiæ Præsulibus de, earumq. & Parœsiarum diuisione. n.9.
Episcopatus non potest intelligi, nedum esse absq. potentiali connexione cum Ecclesia. n.10.
Episcopo non ad certam Ecclesiam cõsecrato est obligatio certam deinceps si assignetur Ecclesiam gubernandi. n.11.
Translationes, & abdicationes Ecclesiarum iure diuino non sunt prohibitæ, n.12.
Residentia Episcoporum est iuris Canonici. n.13.

NOn est cur potestatem ordinis, ad quam consecratio Præsulis præcipuè dirigitur, hic aggrediar exponendam, quæ vt modo in disputationis liminime dixi, & adumbrata est superius, & è peculiaribus muneribus Præsulis, sacrorum præsertim ordinum, confirmationisq. conferendæ clarissimè constabit. Sola igitur Episcopalis se se offert Iurisdictio, ad quam, vt ad finem etiam tendit consecratio, & licet vt è superioribus horum librorum liquet disputationibus Episcopo electo, & confirmato aliquid sit iuris, & iurisdictionis, nihilo tamẽ minus plena suis absoluta numeris per consecrationem sanè tribuitur.

1 Itaq. duplicem agnosco in Præsule iurisdictionem, alteram in foro interiori animę, seù poli, vt vulgo dicitur, alteram in foro exteriori, seù fori, externoq. regimine Ecclesiasticæ Reipublicæ singulis Episcopis commissæ. Illa est ad absoluendum à peccatis, atq. ad internum regimen animarum, hæc ad Ecclesiasticas pœnas ferendas, atq. ad alia iudicia, quæ ad externam faciunt gubernationem Subditorum, & cum propria sit Episcopi potestas, qua differt à Sacerdote in foro externo, non autem in interno, nisi solum, quod in illo hæc eadem est, quasi fœcunda, qua potest Episcopus Sacerdotes ordinare, eademq. donare iurisdictione, non secus, ac diximus de ordinis potestate; idcirco hæc è re solum erit exponenda, ad cuius dilucidationem maximopere confert superior disputatio ad hunc finem præmissa.

2 Demum notandum est in qualibet Iurisdictione in aliquem duo esse inspicienda, ac distinguenda; alterum est ipsa actiua potestas iurisdicẽdi, alterũ applicatio materiæ, ac subditi, erga quem hæc potestas actiua possit iusdicere, sententiamq. ferre, vt inferiùs *super. disputat. c.2.n.6. & c.4.à n.4.* ac deinceps tradidimus.

3 His adnotatis dicẽdum est mihi primo Iurisdictionem veram, & propriam omnibus numeris absolutam Episcopo competere iure diuino, ratione præsertim suæ ordinationis. Hæc asser-

Digitized by Google

assertio patet, tũ quia Episcopis promisit Christus *Matth.* 18. Claues Regni Cœlorum ad soluendum, & ligandum: intellexitq. de clauibus ad excommunicandum etiam, censuraq. reliquas ferẽdas, & ab eis soluẽdas, ipsaq. ordinatione illis tradidit, vt sint Pastores, & Iudices, vt probè indicat *Vasq. tom. 3. in 3. par. disp. 240. c. 4. n. 41. art. 2. disp. 152. c. 3. n. 26. & Coninck de ministr. Sacram. pœnit. disp. 8. dub. 3. n. 11.* tùm ex his, quæ fusius de hac ipsa quæstione disputauimus *tom. 1. disp. 1. c. 4. n. 5. ac deinceps, & super. disp. c. 2. à n. 3. vsq. ad 6.* Quomodo autèm hæc ipsa iurisdictio dici possit actualis, & etiam radicalis: quomodo in se perfecta, vel ante applicationem subditorum factam tùm *1. tom. loco cit. tùm super. disp. à nu. 3.* hac deinceps vberius explicauimus, & clarius *Deodante* dicemus *tom. 3. lib. 9.* disputantes de potestate legislatiua Episcoporum.

5 Dicendum secundo hanc Iurisdictionem Episcopis ex ipsa ordinatione conuenientem quoad applicationem, & habitudinem ad hãc, vel illam Ecclesiam, siuè Diœcesim esse iuris Ecclesiastici. Prosequutus sum hanc eandem doctrinam *tom. 1. disp. 1. c. 4. cit. à nu. 7. cum Coninck cit. nu. 20. conf. 2. vt Vasq. laudato*, qui rectè iurisdiuini esse, atq. Ecclesiastici scribit: diuini quidem in radice, vt distincta ab actuali habitudine, vt ritè ipse interpretatur: Ecclesiastici, pro vt illam habitudinem inuoluit, quemadmodum vberius dixi præcedenti *disp. tot. cap. 3. & c. 4. à num. 7. ac deinceps* de iurisdictione cuiuscumq. Sacerdotis, de qua par est ratio, ac de Episcopali, & loco modo allegato *tom. 3. iterum confirmabo.*

6 Ex his assertionibus deducitur primo in quo sensu, ex vi consecrationis, & actualis inesse censetur forma iurisdictionis Episcopo cõsecrato, & hęc ipsa potentialis, seù radicalis dicitur absq. actuali habitudine considerata ad certam Ecclesiam, sine qua certa Ecclesia, siue creari, siue consecrari Præsulem non repugnat, quæ omnia disertè dicta habes amice Lector in nostro *1. tom. disp. 1. c. 4. n. 8. et 9.* & confirmare poteris ex iurisdictione singulis Sacerdotibus in illorum ordinatione, & consecratione collata, quæ in simili sensu actualis dici potest secundum ea, quæ intrinsicè complectitur, & si ad certos adhuc subditos non fuerit relata, vt modo *præmissa disputatione* docui *c. 4. ab initio vsq. ad n. 10.* necnon huius *tom. libr. 6. disp. vlt. ex cap. Inter corporalia de translatione.* An autẽ Episcopo ritè electo, & confirmato, vel à Papa ritè nominato iurisdictionis potestas cõueniat etiam iurediuino concessa *volum. 3. libr. 9.* disputantes de facultate legislatiua Præsulis constabit.

7 Hinc Episcopus titularis, si fuerit ad Ecclesiam in Partibus Infidelium ordinatus, vel ad aliquam Ecclesiam vagè, simulatq. in illam Ciuitatem, ad quam destinatus erat, peruenerit, siue habuerit assignatam deinceps certam Ecclesiam, posset absq. vlla alia Pontificis concessione subditos iudicare, excommunicare, &c. quod ex eo maximè deducitur, Auctore *Vasq. 3. tom. in 3. p. disp. 240. c. 4. n. 43.* quia nullus Episcoporum cum excommunicat, aut à censuris absoluit, dicere potest, ego te excõmunico, aut te absoluo in nomine, seù auctoritate Pontificis, cum id propria præstet, sicut nec quilibet Sacerdos dicere potest, ego te absoluo à peccatis auctoritate Papæ, vel alterius, sed Iesu Christi, quia sicut Sacerdos, ita Episcopus auctoritatem, & potestatem habent Iurisdictionis in sensu dicto iure diuino.

8 Deducitur secundo actualem Iurisdictionẽ inuoluentem habitudinem ad certam Ecclesiam, & Subditos, actualemq. indissolubilitatẽ cum hac ipsa Ecclesia, & Subditis iuris esse Ecclesiastici. Hoc *cit. loc. 1. tom. c. 4. nu. 10. ac deinceps*, probatum est, & illustratur egregiè doctrina *super. disp. c. 4. nu. 11. & 12.* vbi applicationẽ subditorũ ad completam Iurisdictionẽ, actualem relationem inuoluentem ad certos Subditos cuiuscumq. Sacerdotis diximus ab Ecclesia, & Summo Pontifice pendere, vt etiam diuisionem Paræsiarum.

9 Assignatio igitur materiæ, seù Subditorũ, in quos operetur potestas legitima primo fieri debet via ordinaria per assignationem Episcopatuum auctoritate Summi, ac Romani Pontificis, qua decernitur huic Episcopo hæc Diœcesis, talis Ciuitas, ac tale territorium, cuius incolę omnes legitima sint materia Iurisdictionis Episcopalis, in quos possit sententiam ferre, ac cetera obire munera huic similia. Deindè Paræsiæ assignãtur eiusdẽ auctoritate Pontificis, siuè immediatè, siue per alios ex ipsius commissione, sic Petri consensu, antiquorumq. Põtificum Romanorum factam fuisse diuisionem antiquitus Episcopatuum, & Parochiarum, optimè notat *Vasq. 4. tom. in 3. par. q. 93. art. 1. dub. 2. n. 29.* respectu quarum Antistites habẽt non modo Iurisdictionem communicatam in promotione, atq. ordinatione, sed etiã applicationem, materiam, & subditos, circa quos illa versatur, atq. expeditè potest exerceri; quæ quidẽ potestas dicitur ordinaria non solum ex parte potestatis, vt in promotione, & ordinatione collata; sicut hanc eandem habẽt in foro interno absoluendi, ac retinendi peccata, qua pariter omnes donantur Sacerdotes in eorũ ordinatione, sed ob applicatã materiã ex ordinario iure, munere, officio, ac dignitate illã expoſcentibus, quia Pastores, & Iudices cum sint, eam sibi flagitãt ex intima talis officij, ac dignitatis ratione, cui iure per assignationẽ materiæ satisfit. Secundus modus assignationis huius materiæ non habetur via ordinaria, sed ex Delegatione, & voluntate committentis, vt idem aduertit *Auctor n. 30. & 31.* & vt committitur Sacerdotibus, quibus munus Cõfessarij ex Delegatione conuenit, non autem Episcopis, quidem ordinaria potiuntur facultate.

Hinc optime deducunt Doctores, vt *loc. sup. adnotatis 1. tom.* indicaui discrimen inter Summum Pontificem, reliquosq. Episcopos, quod ille Iurisdictionem habeat non modo radicalẽ, sed actualem, ac iure Diuino determinatam ad vniuersalem Ecclesiam; Episcopus autem licet

neces-

Digitized by Google

necessario aliquam habeat radicalem,ac determinabilem, seù determinandam ad hanc, vel illam Ecclesiam, non autem determinatam, & actualem,iureq. diuino connexam,cum hac, vel illa Ecclesia,& hæc ipsa, talis est naturæ, vt prorogari,dilatari, circumscribi,maior, vel minor reddi possit à Summo Pontifice Romano.

10 Deducitur tertio,neq. esse,neq. intelligi posse Episcopatum,pœnes hæc essentialia, absquè potentiali connexione cum aliqua Ecclesia vagè saltem sumpta,vt docui *l.1.tom.1.disp.1.c.4. n.13.*quod dictum volo non solum de Episcopo consecrato, sed enim de ritè electo,& confirmato, vel à Papa ritè promoto ante consecrationem, vt expressius dicemus *volumine 3. lib.9.*disputantes de potestate legislatiua Præsulis.

11 Deducitur quarto,obligationem inesse Episcopo non ad certam Ecclesiam creato, & consecrato illam regendi specialem Ecclesiam,quę legitimè deinceps à Summo Pontifice commendatam habebit,sic *loc.cit.*prosequutus sum *n.4.*

12 Deduco quinto,Ecclesiarum translationes, atq. abdicationes iure diuino prohibitas non esse,quippèquæ fieri nequeunt,ni dissoluto nexu cum Ecclesia, à qua transfertur Episcopus, vel qua se abdicat,nè detur bigamia, vel Polygamia,vel vinculum actuale absquè Ecclesiæ sponsa.

13 Deducitur sexto,obligationé residentię,quā fusiùs *tom.3.* Deo dante euoluemus,subsequénē hoc actuale vinculū,dicentéq. actualē cōnexionem cum hac Ecclesia, cui adesse tenetur Episcopus,maiorem non inducere obligationē actualis connexionis inter hunc Episcopum,& hanc numero Ecclesiam,quā obligatio, ex qua est ipsi Ecclesiæ deuinctus; cū igitur nodus iuris sit Canonici,consequens est, iuris etiam canonici esse residentiam se habentem,vt accessorium;sicut.n. iurisdictio pone actuata,fœdus, & contractus cum hac,vel illa Ecclesia, quæ se habent instar principalis,iuris est Canonici,ita subsequens,atq. accessorium,iuris debet etiam esse Canonici ex *regul. 42. in 6. accessorium naturam sequi congruit principalis,*sic cum adesse Ecclesiæ,& in ea residere, Episcopus teneatur, cum qua est actualiter ligatus,& ex eo,quod ei sit deinctus,sicut hæc actualis allegatio iuris est Canonici, ita & obligatio residendi per eādem regulam; Deindè Diœceses,& Parochiæ, vt diximus,neq. fuerunt à Christo Domino diuisæ,neq. huic,neq. illi adscriptæ, neq. determinatio Iurisdictionis actualem dicentis ordinem,atq. administrationem,sed à Papa; igitur à Papa potiori pendebit iure adesse huic Iurisdictioni,& huic administrationi. Insuper non potest Episcopus in omnibus locis esse Diœcesis præsens, ergo sicut potest à reliquis abesse, dum adest vsu, sic iustis de causis per *Trid. sess. 23.c.4.* præsertim indicatis,iudicio,& auctoritate Summi Pontificis sufficientibus iudicatis poterit à tota Diœcesi abesse: ad hæc Christus Dominus Petro, vt suas pasceret oues præcipiens non immediatam iniūxit curam, sed mediatā, ergo hoc ipsum singulis præscripsit Episcopis. Et quidem si translatio, seù abdicatio Ecclesiarum,quæ vel repudio, vel diuortio aliquo pacto æquiparantur,cum soluatur per illas fœdus spiritualis coniugij, Summi possunt Pontificis auctoritate fieri,à cuius Canonico iure pendet,profecto à fortiori residentia, quæ ad summum, cum diuortio quoad torum conferri potest,ab auctoritate pendebit Papę.imò sicut viro prudenti iustis de causis licet ad tempus abesse à coniuge,sic moraliter,pēsatis grauibus causis maximè à *Trid.modo alleg.* expressis cōiux spiritualis à sua,per se loquēdo,poterit abesse Ecclesia sponsa, seruatis tamen Pontificis de hac re datis decretis. Hæc pertranseūter,& currenti calamo indicauerim *tom.3.*pro dignitate,Deo dante,locupletanda, in quo *lib.9.*plura agentes de potestate legislatiua Episcoporū adijciemus.

CAPVT SECVNDVM.

An possit Episcopus ad duas Ecclesias consecrari, in quibus propriam habeat iurisdictionem.

SVMMA.

Pluralitas beneficiorum quando mala, & prohibita.n.1.& 2.

Iure humano,& canonico etiam pluralitas beneficiorum prohibita est.n.3.

Episcopatus per se incompatibilis est cum Cardinalatu.n.4.

Quomodo Cardinalibus dari soleāt Episcopatus, siuè in titulum,siuè in Comendam ex stylo Curiæ.n.5.

Sex Cardinales seniores quomodo de more Episcopi sint.n.6.

Vnus Episcopus ex se duas Ecclesias,siuè in titulum,siuè in comendam habere nequit,& peculiari ratione probatur ab auctore.n.7.& 8.

Consilium,seù monitum Belarmini datū Clementi VIII.Pontifici Maximo circa pluralitatem Ecclesiarum.n.8.

Responsio Clementis VIII.data Belarmino. n.9.

Potest Papa ex causa vrgenti ad pluralitatem Ecclesiarum dispensare.n.10.

Papa dispensante sine causa in pluralitate Ecclesiarum, eas Possidens non excusatur in foro conscientiæ.n.11.

Dispensatio absq. iusta causa in pluralitate Ecclesiarum,neq. valida est,neq. licita.n.12.

In his,quæ sunt iuris naturalis non potest validè, atq. illicitè à Papa dispensari.n.13.

An Papa validè dispenset in iure naturali diuino ex causa quæ putata sufficiens. n.14.

In dubio num causa sufficiens sit ad dispensandā pluralitatē Ecclesiarum,& ceterorū huiusmodi,num sit valida dispensatio.n.15.

Si post dispensationē ex insufficienti causa habitam causa sufficiens aduenerit,quid sentiendum sit, n.16.

Digitized by Google

Incõpatibilitas Archiepiscopatus inter se, & cũ Episcopatu, & cũ Metropolitanatu. n. 17. et 18.
Quomodo vacet prima Ecclesia per assumptionẽ ad secundam. n. 19.
Quæ obligatio vrgeat vnam ex Ecclesijs renunciandi. n. 20.

QVam proposui quæstionem dilucidaturus, consilium non habeo, alteram e propria sede diuulsam, perpendere de pluralitate beneficiorum, ex qua videtur hæc promanare, & satis ad rem nostram puto me facturum si de hac ipsa, quid in præsentia probabilius æstimem, indicauerim.

1 Itaq. supponendum primo, pluralitatem beneficiorum stando in iure naturali, neq. indifferentem esse, neq. adeò intrinsecè malã, vt nulla possit ratione honestari, vt n. *tom. 1. lib. 2. disp. 1. c. 3. n. 35.* scripsi in duplici esse differentia constat, ea, quæ iuris naturalis diuini sunt: alia intrinsecè bona, sic sanctitas necessaria in sãctis tractandis; alia mala, sic odium Dei, libido contra naturam, mendacium, &c. alia uerò quæ ratione alicuius adiuncti, & circumstantiæ licitè fieri possunt, cuius rationis esse, ad propositum dixi *l. 1. c. 4. n. 18. solutionem decimarum*, nã etsi Ecclesiasticorum substentatio iuris naturalis diuini sit, modus tamen, ac distributio talis impositionis, uel oneris inter fideles iuris est humani. Itaq. huius etiã rationis esse prò præsenti instituto probabilius putauerim, pluralitatẽ beneficiorũ ex *D. Thom. quodl. 9. art. 15. Adriano in 4. vbi de restitutione quæstione cuius initiũ est, quia in præmissis. Syluestr. benef. 4. sub initio, Rebuff. in prax. beneficiorum cap. de dispens. ad plura beneficia n. 29. 45. 58 59. & 60. Nauarr. in summ. latina c. 25. n. 128. S. Antonin. 3. part. summæ not ab 15. c. 1. §. 8. Sot. lib. 3. de iust. q. 6. art. 3. Cordub. lib. 1. qq. 20.* & alij, quos citat, ac sequitur *Sances consil. moralium lib. 2. c. 2. dub. 5.* quibus eò potiori ratione subscribo, quòd *libr. 6.* agens *de beneficior. institt.* sæpè dixi, in plerisquè pactum intercessisse inter fideles, ac distributores ipsorum, quod quidem humana voluntate cum contrahatur, ex hac parte mutabile cẽsendum est per Superioris voluntatem, Pontificis scilicet *loc. modo cit. lib. 6. disp. 1. cap. illo 3.* sæpiùs dixi.

2 Cum aũt iuris naturalis diuini vi aliquo pacto prohibitam dicamus pluralitatem beneficiorum, non eo sensu acceptum volumus, quasi immẽdiata sit à iure diuino talis prohibitio, nã neq. adhuc erãt introducta beneficia, neq. erecta; Deindè vt verbis vtar *D. Thom sup. cit. In iure diuino non inuenitur determinata expressè singularitas beneficiorum, vel pluralitas prohibita, quamuis ad eã argumenta ex aliquibus auctoritatibus scripturæ fortè adduci possint, quæ tamẽ non lucidè veritatem ostendũt*, hæc ille. Hinc fit, esse iuris naturalis; & aliquo pacto diuini, facta saltem beneficiorum institutione, negationem pluralitatis illorum modo iam dicto. Quamobrem cum pluralitas hæc non adeò strictè à iure naturæ prohibita sit, quin ex causis iustis honestari possit, quibus concurrentibus licitè, quis plura obtinebit beneficia, idcirco iure humano

3 ẽt vetita est, ita, vt concurrentibus ẽt honestãtibus causis, nec potiri pluribus possit beneficijs aliquis absq. Sũmi Pontificis dispensatione ex vrgentibus, & maximis causis, præsertim si huiusmodi beneficia fuerint curata ex *21. q. 1. cap. 1. & 7. Synodi cap. Clericum 21. q. 2. è Cõc. Chalcidonensi c. 10. cap. Sanctorum dist. 70. è Placentino Conc. cap. vnico 10. q. 3. & Toletano Cõc. cap. quia in tantum de præbend. è Lateranẽsi, cap. referente, cap. ad hæc, cap. præterea, cap. cum non ignores, cap. cum iam dudum, cap. de multa de præbend. cap. quare nonnulli de Clerico non residente, cap. licet de præbendis in 6. Clem. si plures eodem, extrauag. execrabilis Ioannis XXII. eodem, & è Trident. sess. 24. c. 17.* Adde quamplures rationes, quas refert *S. Thom. cit.* necnon *Rebuff. in prax. p. 2. tit. de dispensationib. ad plura beneficia, Ioãnes de Lignano de pluralitate beneficiorum Alph. Osceda de beneficiorum incompatibilitate, & compatibilitate, noster Sances loc. cit. & Felluc. tract. 41. c. 7. d. n. 3.* ac deinceps, adductis solutionibus *à nu. 5.* & alijs auctoribus apud hos, apud quos constat, posse, quidé pluralitatem beneficiorum aliquando concedi ex maximis, & approbatis causis, quibus deficiẽtibus, *Alexander III. cap. quia tutum de præbendis* meritò testatum reliquit, beneficiorum pluralitatem certum continere animarum periculum, cuius multa refert absurda *Ioannes XXII in extrauag. execrabilis cit.* Demum *sess. 24. c. 17. à Trid.* pluralitas beneficiorum appellatur peruersio totius Ordinis Ecclesiastici.

Causę aũt hę rectè numerãtur *cit. Felluc. n. 15.*

4 Præterea supponendum secundo, Episcopatũ ex se, ac præcisa dispẽsatione aliquã habere incõpatibilitatẽ cum Cardinalatu, exceptis sex Episcopatibus Romani territorij, qui pęnè in suburbijs Romę cẽsẽtur esse. *Hostiẽsi, Portuẽsi, Sabinensi, Prænestini, Tusculano, atq. Albanensi.* Prima pars huius suppositi, satis probata est *lib. 6. disp. 12. c. 1.* vbi postulari quidem, non eligi, neq. absolutè promoueri, sed cũ aliqua dispẽsatione diximus Cardinales in Episcopos, quæ ex stylo Curiæ legẽ Condẽte; vt indicat *Osced. 1. p. c. 2. n. 7.* maximoperè cõprobantur, nã Summus Pontifex olim conferre non solebat Episcopatũ in titulum Cardinali, sed solũ in Commendam, vt tantã sustinere personã pro dignitate Ecclesiastica, moderatisq. per prudentiam Christianã sumptibus valeãt, tametsi alter aliquo pacto contrarius asseratur stylus *à Felluc. cit. tract. 41. c. 7. n. 33.* ex quo cõstat Episcopatus Cardinalibus ẽt in titulũ dari, de quo loco nobis citato tractauimus cũ *Sot.* Hos aũt Episcopatus aliqui retinẽt, ac se ad illos de licẽtia Papæ se cõferunt, vel dispensantur à residentia, ꝙ officiũ aliquod in Vrbe majoris vtilitatis exerceãt, vel ꝙ cęlum, in quo Episcopatus situs salubre nõ credatur, vel alia simili de causa iusta à Sũmo Põtifice iudicata, tametsi nõnulli Episcopatus resignãt cũ resignatione fructuũ, quorũ aliquos reliquũt Resignatario, de quo legatur *Felluc. loc. cit.* de hoc aut duplici stylo Curię nõ pigeat Lectorẽ meũ *Sot.* adire *de iust. et iur.* mox citãdum, apertis sanè verbis sensum proprium

6 Se-

Digitized by Google

6 Secunda verò pars nostri supposiri,tùm ex antiquissimo desumitur stylo Curiæ, neq. per Tridentinam Synodum ſincõtrarium alioquin summoperè vrgentem mutato, tùm Auctore *Sot.lib.de iust.& iur.lib.10.q.3.pag.2.* à principiò peti debet à proximitate ad Vrbẽ,atq. ab eminenti,siue eruditione,siuè prudentia, siue rerũ ad vniuersalem Ecclesiam probè gerendam experientia,qua dictis sex Præsules ornati habendi sunt,cum ergo,& crebrò propriam Diœcesim singuli visitare possint, & communi bono vniuersalis Ecclesiæ consulere,opem suam Sacro Cardinalium Senatui impendendo,merito hisce licere dicendũ Episcopatu,& Cardinalatu potiri. Plũra *loc.cit.7.* libri exarata leges,& apud *Felluc.cit.à n.33.* Nos ad inceptum de incompossibilitate reliquorum Episcopatuum redeamus.

7 Dicendum itaq. est ex se vnus Episcopus ad duas præfici,& consecrari Ecclesias nequit siuè in titulum, siuè in Commendam,sic per communem sententiã Auctores passim,& probant primo ex *cap.Clericum 21.q.1.* desumpto è Concilio Calcedonensi.Cæterum cum statim subiungantur textus Capituli Qui plures è Leone IV. concedente posse vnam Ecclesiam haberi in titulum, & alteram in Cõmendã, & Capituli Relatio,& cap.Illud quoq.in quibus Gregorius *lib.2.epist.113.ad Agnellum, alids c.52.* concedit Episcopo Fundensi Ecclesiam Terracinensem non relicta Fundensi potius contrarium conficitur,quam nostræ Conclusionis veritas comprobetur.Affertur etiam *cap.per laicos 16.q.7.* Verum ad calcẽ de omnibus loquitur Ecclesijs præsertim Parochialibus,quorum pluralitatem licere ob paupertatem ait Glossa ibi.Præterea *cap.sicut de exceſſibus Prælatorũ,* quod de vnione Ecclesiarum facta à Prælato inferiore citra Episcopi consensum loquitur, neq. ad rem facit:*cap.cum in cunctis, §.cum verò de electione,* quod de vacantia beneficiorum per promotionem ad Episcopatum directè sermonem habet: parui etiam momenti est ad rẽ nostram alius quicumq. textus adduci solet, quamobrem his omissis primo loco probanda conclusio est ex *c.2.Concil.Lateranensi sub Alexandro IV.relato in cap.de multa de præbendis, & dignitatibus.* Secundo per Extrauagantem Execrabilis, quę tametsi de pluralitate loquatur beneficiorum,præsertimdignitatum,& curam habentium animarum potiori quidem iure competit Episcopatibus, quibus maximopere illa quadrant,& dum non sunt proprij in singulis Ecclesijs Rectores priuantur multis cõmodis iniurijs varijs expositæ,&c.Et q̃ amarius est dolendũ,animarũ cura negligitur.Tertio *ex Trident.sess.7.c.2.de reformat.* nemo quãcumq. dignitatem,&c.plures Metropolitanas, seù Cathedrales Ecclesias in titulum,seù commendam,aut alio quouis modo contra Sacrorum Canonum instituta recipere,aut simul retinere præsumat. Insuper probatur ratione petita à matrimonio spirituali, quod subire diximus Episcopatum *disp.10.* Argumẽtum autem a matrimonio carnali ad spirituale,& vsui esse in iure,& roboris non parũ habere sæpè scripsimus ex *cap.inter corporalia, & finali de translatione,cap.quoniam frequenter,§.porrò,* vt lite non contexata,aliisq. iuribus eruditè allatis ab *Euerard.de locis loco 77.* à matrimonio carnali ad spirituale; Nemini licet duas simul habere vxores matrimonio carnali deuinctas,vt communis,& catholica fert doctrina, ergo neq. in matrimonio spirituali id licere dicendum est.

At dicet aliquis argumentum nimis probare,nam vel ex eo conficitur,sicut Summus Põtifex nequit in pluralitate vxorum dispensare, ita neq. in pluralitate Ecclesiarũ,vel nihil probare,vt nos iterum indicauimus hoc *lib.8.disp.10.* Cæterum si adducto adiungamus argumentum à fortiori, quod summi esse roboris demõstrat citatus Euerardus in loco à minori,viribus non carebit. Illud autem sic efformo auctore *Paulo ad Titum c.1.* Episcopus dicitur vnius debere esse vxoris virum,per cuius coniugium significatur matrimonium spirituale inter Christi humanitatem,& Verbum,quod Sacramentum magnum est; igitur à fortiori Episcopus debet esse natura sua vnius vxoris vir ad Sacramentum iam dictum explicandum. Insuper probatur ex multis, quæ refert absurdis Extrauagãs citata Execrabilis de Præbendis, quorũ illa ad rem sunt præcipua,redundare pluralitatem Ecclesiarum in detrimentum debitæ curæ animarum neq. per alium æq. bene, ac per se pastor poterit illis prospicere, alioquin malè Cathedrales Ecclesias esse distinctas,& frustra duabus duos esse destinatos Pastores. Quod si dicas temporum iniuria, alteram, vel vtramq. satis esse diminutam potius aio agendũ esse de vnione,quæ est extra nostrum casum. Deindè non solum in præiudicium id videtur esse aliorum dignorum, cum plures etiam fortasse digni esuriunt, & vnus pluſquam satis est abundat;verum in præiudicium vertitur Ecclesiarũ, ad quod ministerium sunt relati redditus, cum Ecclesiæ fidelium debito seruitio,atq.intentione fraudentur, quippèqui fideles sufficientes ad proprium Pastorem substentandum,& cum dignitate alendum annuos destinauerunt redditus,non autem ad supplementum, nescio cuius:vt ita dicam. Hinc ordo boni peruertitur regiminis,dum vnus plures gerit personas, alteriusq. ministri officium vsurpat. 8 Demum alia desumitur ratio à necessitate residentiæ, quæ summa est, neq. præter quàm ex vrgentissimis causis maximè per *Trident.* indicatis dispẽsari poterit,& rarò Hinc inter Consilia,seù monita Clementis VIII.Pontif.Max.data eiusdem iussu à nostro Cardinali Belarmino, quartum locum obtinet hoc, quod placet eiusdem referre verbis,ne meis aliquid maiestatis deperdat sermo,siue Summi Pontificis, siue similis Doctoris,ac Purpurati. 9 *Quarta res,* inquit Bellarminus; est *Polygamia spiritualis,cum videlicet vni personæ plures Ecclesiæ cõmittuntur. S.Bernard. in epist.ad Comitem Theobaldum,nisi dispensatorie ob magnam Ecclesiæ necessitatem. S.Thomas scribit,beneficiorum præsertim curatorum multiplicitatem non solum contrariam esse iuri cano-*

Digitized by Google

nico, sed iuri naturæ, nõ quòd ita sit intrinsicè mala, vt nullo modo honestari possit, qualia sunt adulteria, mendacia, & similia; sed quòd absolutè mala sit, possit tamen ob certas circumstantias honestari, vt ob Ecclesiæ necessitatem: ex quo colligit idem S. Thomas, eũ qui ex dispensatione duas Ecclesias habet, non esse tutũ in conscientia, nisi causa illa adsit, nempè Ecclesiæ necessitatis, vel certè maioris vtilitatis, quoniam dispensatio nõ tollit, nisi vinculum iuris positiui: Et hanc S. Thomæ doctrinam omnes Theologi probant. Quare timẽdum est, ne forte non sint in conscientia tuti, qui aliquando duas habent vnam Cardinalitiam, alteram non Cardinalitiam, causa. n. cur Episcopis Cardinalibus duæ permittuntur Ecclesiæ, non videtur esse necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ, sed maior personæ dignitas, vel commoditas. Hæc Belarminus: Cui Pontifex Maximus maxima cum prudentia, ac dignitate respondit. *Quoad istam Polygamiam, ea interdum solum est in istis sex Episcopatibus Cardinalitijs, circa quos nihil mutandum duximus, cum à Prædecessoribus nostris etiam post Concilium Tridentinum res hæc examinata fuerit, & ita constituta: Et turbare ordinem Collegij, & redarguere facta Prædecessorũ nostrorum, & tot Cardinalium non visa fuit nobis res, quæ sine scandalo fieri possit.*

Hæc nostra tamen assertio certior quidem, est ad rem nostram Præsulatus contracta, qui licitandus esset in commendam, certè in commẽdam dandus esset perpetuam, de qua *Trid. ex sess. 24. c. 17.* omnium pluralitatem beneficiorũ comprehendẽs, *& sess. 7. c. 2. de reform.* hæc speciatim amplexum, vt probè notant *Sot. lib. 3. de inst. q. 6. art. 3. Cordub. lib. 1. qq. q. 20. Nauar. summa latina c. 25. n. 126. & alij.*

10 Secunda conclusio. Potest Papa ex causa vrgenti dispẽsare in pluralitate Ecclesiarum Cathedralium. Deducitur hæc assertio à fortiori ex nostro supposito primo, Auctoribus ibidem citatis, atq. ex assertione prima, idq. etiam præstitisse Papam colligitur ex *cap. Relatio* adiuncto *textui in cap. illud 21. q. 1.* vbi expressa Pontificia habetur de duabus Ecclesijs dispensatio.

11 Ex hac secunda conclusione deducitur dispensationem Romani Pontificis, quando sine iusta causa esset, non excusari in foro conscientiæ possidentem duas Ecclesias, *sic Belarminus cit.* & Auctores infra citandi, quia illa pluralitas Ecclesiarum esset contra ius naturæ, nequè absq. causa validè dispensabile.

12 Tertia conclusio. Dispensatio habita à Papa in pluralitate Ecclesiarum absq. iusta causa, neq. valida est, neq. licita, sic deduco ex D. *Thom. quodl. cit. 9. art. 15. Sylues. benefic. 4. in. princ. & q. 2. Ang. ibid. n. 35. Armilla. nu. 42. Tabienna benefic. 2. n. 28. Antonin. 3. par. tit. 15. c. 1. §. 8. & 10. Gabriel in 4. dist. 15. q. 8. art. 3. dub. 2. Gammaensi quodl. 2. q. 27. Nauar. cap. quando, & in sum. c. 22. n. 75. Panormit. cap de multa de prębendis n. 20. Io. And. ibid. Turrecrem. c. 1. dist. 89. n. 14. 15. & 16. Caiet. & alij, quos citat, & sequitur Sances lib. 2. Conciliorum c. 2. dub. 6. n. 13. & alijs.* Ratio est, quia pluralitas horum præsertim beneficiorum absq. causa honestante, iuris est naturalis diuini, in quo nõ potest validè Papa dispensare, vt ostendi *tom. 1. lib. 2. disp. 1. c. 4. ergo, &c.*

13 Ex his deduco primùm rem notatu dignam, non posse illicitè, sed validè in hac pluralitate beneficiorum dispensari, vt in his, quæ sunt iuris positiui: nã vel dispensaretur ex iusta causa, & tunc licitè, & validè fieret, vel ex iniusta, & tunc non solum illicitè, sed inualidè, quia vt sic illa pluralitas est contra ius naturale Diuinum.

14 Quid autem sentiendum sit, si bona fide putaret Pontifex causam esse iustam dispensandi, cum re vera non sit, nùm valida esset talis dispensatio; etiamsi hic non definio absolutè de cęteris alijs; at in re nostra magis nunc placet sententia affirmans, validitatem tribuens dispensationi huiusmodi, quia non aliam credendum est naturam esse huiusmodi legum, *siue* naturæ, siue Dei, vt gesta à Prælatis, *præsertim* à Papa, permaneant firma absq. scrupulis, & vt obuietur quãpluribus absurdis, neq. in huiusmodi rebus, quæ ad humanum spectant regimen punctum ad Methaphysicam trutinam reuocandum est, satis enim erit, si penes regulas prudentiæ negotium perpendatur. Plura *Sances lib. 8. de matrim. disp. 17. n. 8. Azor. lib. 7. institut. moral. c. 29. q. 6. Io. Sances in selectis disp. 54. & alij,* neq. in contrarium allata à *Castro Palao tom. 1. tract. 3. disp. 6. punct. 8. §. 2. n. 5.* tanti sunt momenti, nam tametsi ad Ecclesiasticũ regimen minimè spectet firmare dispensationes absq. vlla causa, spectat tamen firmare eas ex causis secundum prudentiale iudicium sufficientibus, quod quidem cum fallibile sit, vtpotè humanum, neq. euidens, nil mirum si pro imbecillitate status humani ex illo censeatur in huiusmodi rebus data facultas dispensandi. Insuper aio, sępè vbi nulla censetur opus esse facultate, cum re vera opus sit, vel quis eam putet habere, cum non habeat, vel alicui esse, cum non sit, talem facultatem suppleri, vt est videre, vbi intercedit titulus coloratus, & communis error, & sæpè nos in hoc tomo prosequuti sumus. Exemplum allatum contra *Sances*, nostramq. doctrinam à *Castro Palao* non probat, etenim non est à quo suppleri censeatur potestas ad contrahendum in contrahentibus bona fide in gradibus prohibitis, cum Sancta Mater Ecclesia, à qua posset suppleri, persequatur potius, quam excuset huiusmodi matrimonia, ad quamplures fraudes, atq. absurda auertenda, quæ ex contrario emergerent, neq. obest audiri subditos, vel alios allegantes, Superiores dispensasse absq. causa, quòd hoc tendat ad irritandam, vel irritam declarandam dispensationem ex causa, vel omninò insufficienti, vel insufficienti quidem in re, sufficienti verò secundum probabile iudicium prudentiale.

15 In dubio autem dico, vel hoc versari circa existimationem causæ, an sit causa dispensationis in pluralitate Ecclesiarum, vel circa eiusdẽ causæ sufficientiam, si primò modo se habeat, dispensari non poterit, quia potestas dispensandi circa huiusmodi omnino requirit causam, de qua non constat: at verò si secundo modo poterit dispensari per validam dispensationẽ, quia in hoc dubio in benigniorem partem propendendum est, id enim expetit suauè Reipublicæ præsertim Ecclesiasticæ regimen, &

con-

Digitized by Google

contrarium multis esset obnoxium scrupulis, sic *Syluester verbo dispensatio q.14.n.20. in fine, Palatius in 4.dist.38.disp.3. Sances lib.4. matrimonij c.45.n.10.*

16 Hinc vlterius fit, si post dispensationem superueniat causa, dupliciter intelligi posse, vel hanc super inductam causam esse veram, nulla cum antea interfecerit, vel prorsus falsa; vel hanc superinductam causam esse nũc certè sufficientem, cum antea insufficiens fuerit; si primo modo, certum est non satis esse dispẽsationem, quæ ab initio fuit nulla, neq. tractu temporis conualidari potest ex *regul. 18.* non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit, vbi varij ad rem afferuntur à Glossa casus, quod si secundo modo, dispẽsatio pergit, & corroboratur, quæ ab initio iuxta præcedentem numerum fuit valida, & hoc pacto nostrum *Sances interpretor lib.2.Conc.dub.6.nu.4.* docentem, illum, cum quo dispensatum est ex causa, vel nulla, vel falsa, vel insufficienti, ac dubia posse retinere, vel non retinere beneficia, absq. noua dispensatione. Illud autem, quod subindicare videtur *Sances* aliquando peccauisse in acceptatione Acceptantem, vel Procurantem sibi plures Ecclesias, vel beneficia, non autem peccare in illis retinendis, mihi facit difficultatem, nam vel causa fuit falsa, & nulla, & vt inualidè, & iniustè in his dispentatum est, ita illicitè, & inualidè subditus acceptauit illa beneficia, vel Ecclesias: vel causa fuit dubia, & vt diximus, & licitè, & validè dispensatum est in pluralitate beneficiorum, seù Ecclesiarum, & licita fuit illarum acceptatio, & est earum retentio, vel causa fuit insufficiens, & excludens dubiũ, & non video, quomodo dispensatio fuerit illicita, & inualida, & quomodo licita, & valida acceptatio, & retentio. Verum de his alias.

17 Præterea deduco Archiepiscopatus esse etiã incompatibiles inter se; cum eadem de his vrgeat ratio, & habetur in *Trid.sess.7.c.1.* hoc idè dictum volo de duobus Patriarchatibus, seù Primatibus.

18 Insuper colligo incompatibiles pariter esse Episcopatum, cũ Archiepiscopatu, vel Patriarchatu, de quibus omnibus eadem est ratio, & quia sub simplicibus continetur etiam iste per *Bart.* alios. scribentes *in l.2.ff.de verbor.oblig. & in l.si ita scriptum.ff.de liber.& postlhum.et in §.omnium instituto de actionibus, vbi Dyn.& Iason*, necnon *Bald.in c.1.vers.consuetudo. Qui feudum dare possunt.*

19 Colligo etiam eo ipso quod Episcopus vnius Ecclesiæ fuerit factus alterius vacare primum Ecclesiæ Episcopatum, ex *text.cap.si qui iam translatus est.21.q.12.& cap.cũ in cunctis, §.cũ verò de elect.* & prosequitur *Alphons. Osced.de benefic.incompatibilib.1.par.c.3.d.n.11.* ad quem effectum realem huius Præsulatus possessionem, atq. administrationem, nos locupletè superius docuimus.

20 Demùm infero quoad obligationem renuntiandi vni ex duabus Ecclesijs, vel beneficijs, & quoad restitutionem fructuum me certiorem nescire regulam, quam ad iustitiam causæ, ob quam dispensatum est respicere, nam si causa fuit iusta, sufficiens, vel saltem dubia poterit is, cum quo dispẽsatum est, securus pergere, neq. ad renunciationem, neq. ad restitutionem tenebitur: quod si causa fuerit nulla, falsa, atq. ita insufficiens, vt neq. intra terminos dubij se cõtineat, res est scrupulis, ac valdè dubijs perplexitatibus implexa, ita vt nulli, cum quo dispensatum est, auctor essem, securitatis in conscientia, neq. facile subscriberem doctrinæ *Sances n.16.& 17.* & si eidem *n.13.* dem libenter manus.

CAPVT TERTIVM.

An duo Episcopi vni Ecclesiæ præfici possint.

SVMMA.

Duo Episcopi ad vnam, eamdemq. Ecclesiã præfici nequeunt. n.1.

Varia nomina, quæ singulis Ecclesijs competunt ipsarum vnitatem demonstrant.n.2.

Quid vrgente necessitate faciendum, & qua ratione possit Papa duos Episcopos vni Ciuitati præficere.n.3.

PEr antiqua fuit hæc in Ecclesia Dei cõtrouersia cui, præstitit ansam S. Doctoris Augustini electio in Episcopum, viuente Valerio Episcopo Hipponensi, cui videtur non successisse, sed accessisse potius Augustinus, vt habetur *cap.Non autem 7.q.1.* Cum itaq. de hac nonnulla dicenda sint. Primum an id pro arbitratu Pontificis Maximi fieri possit. Secundum an de absoluta eius potestate. Tertium an expediat aperiemus.

1 Prima sit assertio. Duo Episcopi nequeunt ad vnam, eamdemquè Ecclesiam præfici. Est communis, & catholica sententia. Probatur, tum perpetua in Ecclesia traditione ab Apostolis ducta, tum *ex cap.quoniam de offic. Iudicis ordinarij* ibi. *Prohibemus autem omninò, nè vna, eademquè Ciuitas, siue Diœcesis diuersos Pontifices habeat, tanquam vnum corpus diuersa capita, quasi monstrum:* Ad quam doctrinam dilucidandam multos *text.* refert *Gloss. verbo monstrum.* Insuper probatur *7.quæst.1.* quod autem ex nonnullis Concilijs sibi citatis. Præterea id patet ex *Gregorio Magno Regesti lib.9.epistol.41.ad Anatorium, & August.epistol.148.ad Valerium* relata *dist.40. Ante omnia peto*, vbi secundum locum in Ecclesia Hipponensi, apertis fatetur verbis, se habere. *Vis mihi facta est merito peccatorum meorum; nam quid aliud existimem, nescio, vt secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere*

Digitized by Google

uere non noueram. Adde *Glossam verb. Iguberna-culorum.* Quarto probatur ratione, & vt omittam eas, quæ *ex cap. 1 disputat. 1. libr. 1. primi nostri Tomi*, deduci ad propositum facile possent, quæ vt necessitatem Episcoporum demonstrant, ita & singularum vnitatem Ecclesiarum sub singulis earum capitibus, petitæ tum à ratione exercitus, tùm Reipublicæ, tùm
2 cœlestis Hierarchiæ. Addo solum, non esse, qui non videat nonnulla nomina, quę vniuersali Ecclesiæ tribuuntur singulis etiam suo modo competere, & à Sanctis Patribus applicari; sic ouile dici vnaquæquè poterit *Ioannis 1.* Domus *1. ad Thimot. 3.* Nauis; seu Arca Noè *1. Petri 3.* eò, vel ipso, quòd maximum in vnoquoquè genere mensura sit cæterorum, vt habet Philosophus. Igitur ouile vnum sub vno Pastore voluit Christus esse, non modo ex omnibus conflatum, quæ sunt in Ecclesia, ouibus sub vno Pastore Pontifice Romano, sed singula singularum Ecclesiarum vnumquodquè sub priuato suo Pastore. Hinc *Cyprianus lib. 1. Epistolarum epistol. 6.* ad Magnum sermonem habens de Nouatiano, qui Romanum affectabat Episcopatum, ac Summum Pontificatum, quem Cornelius Papa iam obtinebat, *idcirco Dominus insinuans nobis vnitatem de diuina auctoritate venientem ponit, & dicit, Ego, & Pater vnum sumus, ad quam vnitatem redigens Ecclesiam suam demandatam, & erit vnus grex, & vnus Pastor.* Quod si vnamquamquè respicies Ecclesiam, quatenus domum, vnum etiam sibi poscere Oeconomum comperies. *Lucæ 12. quis putas, est fidelis seruus*, græcè *Oeconomus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam*; quam sententiam primario dixit Petro Dominus, vt rectè *Chrisostomus lib. 2. de Sacerdotio circa principium*, & secundario singulis singularum Ecclesiarum Episcopis. Nauis etiam vnus est gubernator, vt admonuit *Hieronymus: & Cyprianus lib. 1. epist. 6.* postquam dixit Arcam Noè esse typũ Ecclesiæ, indè probat Nouatianum non potuisse huius arcæ fieri gubernatorem, cuius Cornelius iam factus erat.

Obijcies Veneti habent Patriarcam simul, & Episcopum, ergo, &c. Fecere mentionem huius obiectionis *Abbas cit & in cap. quoniam de officio ordinarij, et cap. si Episcopus de Parochijs, & glossa cap. in illis dist. 80. verbo singulos*, asserente illum non esse Patriarcham Venetum, sed Grandensem.

3 Assertio secunda. Ex vrgentissima causa posset Pontifex dispensare, ac duos præficere Episcopos vni Ecclesiæ auctoritate, & potestate pares, deducitur ex *cit gloss. & Abb.* docet etiam *Azor par. 2. Institutionum moral. lib. 3. c. 29. qq. 19.* ratio est, quia vnitas Pastoris singularum Ecclesiarum iuris est Canonici, in quo, vt sæpè diximus ex legitima causa Summus Pontifex dispensare potest; vt .n. diuisio Ecclesiarum, & Parœsiarum iuris est canonici, ita talis diuisio, vt vni Præsuli vna sit Ecclesia addicta. Cæterum cum è traditione Apostolica cõtinuo vsu firmata hanc in Ecclesia Dei vnitatẽ semper esse seruatam dixerimus, & cum maximè ad singularum Ecclesiarum vnitatẽ, & Monarchicum regimen vnitas Antistitũ summopere faciat, meritò assertum volumus, nõ absq; vrgentissima causa id fieri debere, cum agatur de re proximè accedẽte ad præscriptionem iuris naturalis diuini. Quamobrem, & si, vt superiori assertione indicauimus, *Augustinus Valerij Episcopi penè Vicarius fuisset*, quòd secũdum ab illo locum tenere fatlus sit, at cum Episcopi iura videretur exercere, viuente Valerio, modo iam dicto, fertur dixisse, si sciuissem Ecclesiæ prohibitionem nunquam hanc ipsam administrationem Ecclesię acceptauissem, *sic Abb. in cap. Quoniam de offic. ordinarij* refert.

Obijcies inter Episcopum, & Ecclesiam cõiugium, & spirituale matrimonium contrahi, diximus *super. disp. 11.* sed matrimonium est inter vnum, & vnam, ergo, &c. Respondeo codẽ pacto, quo simile argumentum soluimus *super. capit. n. 7.* Addo nunc *ex Azor. cit.* iuris naturalis diuini esse, vt vni vxori vnus sit vir per matrimonium carnale, non autem iuris diuini naturalis esse, vt vni Ecclesiæ vnus sit Episcopus iuxta supradicta.

Obijcies secundo, Ecclesię Catholicę nequit esse, quam vnum caput, Summus .s. Pontifex Romanus, ergo neq. singulis Ecclesijs.

Respondeo esse iuris diuini, vt in Ecclesia Catholica regimen habeatur Monarchicum, vnumq. sit eius caput visibile, Pontifex .s. Maximus Christi Vicarius, successor Petri, vt in *text. cit.* pro nostris cõclusionibus notant *Gloss.* & patet è rationibus allatis *lib. 1. loco supra cit.* & modo allatis pro nostra prima conclusione, quæ directè probãt de vnitate Pastoris, Ducis, Oeconomi, & Monarchæ Ecclesiæ Catholicę, de quibus *Bellarmin. eruditè, ac doctè agens de Summo Pontifice lib. 1. c. 9.* sic etiam quod probè notauit *Azor. è Glos. cit.* cum iuris non sit diuini Imperatoris vnitas duo possent ex legitima causa creari Imperatores, qui insolidum pari potestate Ecclesiæ essent defensores.

Ex dictis constat minimè id expedire, nisi in rarissimo casu, vt vni corpori duo sint capita.

CAPVT VLTIMVM.

De postremo effectu ordinationis, & Consecrationis Episcopi.

SVMMA.

Proponitur sententia Pauli secunda ad Timotheum primo exponenda n. 1.
Duplex affertur dictæ sententiæ sensus n. 2.
Dona spiritus sensim, & sine sensu langueſcunt,

&

Digitized by Google

& sunt renouanda. num. 3.
Quibus id fiat modis. n. 4.
Duces Christianæ militiæ instituuntur Episcopi per gratiam in ordine acceptam. n. 5.
Quibus virtutibus muniantur Episcopi per gratiam ordinis. n. 6.
Prima virtus est præstantia, & fortitudo. n. 7.
Exempla illustrium Pontificum, qui constantia, & sanctitate ouibus suis etiam contra Dynastas consuluerunt. n. 8.
Secunda Præsulis virtus, caritas est. n. 9.
Tertia est sobrietas. n. 10.

1 ANsam dat nobis Apostolus effectum præstantissimum ordinationis, & consecrationis Episcopalis expendendi, quem aliquo pacto rationem subire finis sæpè superius indicauimus, dum expendentes vim Sacramenti ordinationis Episcopalis sententiam Pauli 2. *epist. ad Timoth.* perpendimus *cap. 1. vers. 6. Propter quam causam admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quę est in te per impositionem manuum mearum.* Vbi tamen nomine gratiæ, quæ græco vocabulo exponitur χάρισμα, gratiam dicimus præcipuè significare sanctificantē, qui proprius est effectus Sacramenti, nihilo tamen minus hac ipsa voce, neq. negauimus, neq. inficiamur in præsentia, non excluſisse Paulum, imò & amplexum esse sentimus, gratias etiam gratis datas, quale munus est docendi, regendi, ac similia, necnon dona quædam, virtutesq. Episcopi maximè proprias, quas adumbrans mox *Apostolus immediato versu septimo*, summopere, quē exposuimus sensum, commendat. *Non enim*, addit, *dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, dilectionis, & sobrietatis*. Quibus causam profecto affert, cur Timotheus, & quicumquè alius Antistes gratiam, qua in consecratione
2 donatus est, excitare debeat. Id autem in dupli ci sēsu exponi potest. Primo vt hęc, quę refert dona Paulus Timotheo data per impositionē manuum, cōsecrationemq. sint impulsus, & ratio, quæ moueat animum Timothei ad resuscitandam gratiam sanctificantem, etiam per ipsā ordinationem acceptam, quem sensum prosequitur *noster Cornelius à Lapide* hanc Apostoli exponens sententiam. Secundo quem ipse amplector, vt hæc ipsa dona, & virtutes carisinatū nomine significata, iure petant suo, penè exuscitari, quasi diceret Apostolus, idcirco *Admoneo tę ò Timothee, vt resuscites gratiam Dei, quę est in te per impositionem manuum, quia non dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, dilectionis, & sobrietatis*, quæ quidem virtutes sicut ignis, frigido quasi extinctus contratio flatu, folle, aut flabello suscitatur, atq. ad priorem vim reuocatur, ita ad pristinum robur, & vires dona Spiritus Sancti, virtutesq. restituendæ.
3 Etenim animi ornamenta in ordinatione accepta sensim, & siue sensu, temporis iniuria langueſcunt, nec modo hebeſcunt otio, ni vt Euāgelicus Dei seruus Episcopus talentis acceptis rectè vtens, tātumdem fidelis reddat Domino lucri meritorum, sed partim humanę conditionis ad malum procliuis in sua volubilitate cōstantis, partim trium hostium Dęmonis mundi & carnis semper sæuiētibus armis, partim oscitantiæ, partim persequutionum timore, veluti frigido sopiuntur cinere, ac restinguuntur. Omnibus cōtendas velim viribus Timothee, vt ea penè extincta dona ad pristinam lucem, & candorem reuoces, & suscites, vel, vt legit *Ambrosius*, recrees.
4 Quibus autem] instrumentis id præstandū sit Episcopo, huius loci nō est, ea tamen doctè, ac piè *cit. Cornel.* enumerat. Nos ad propositū redeamus, nempè ad effectum supernaturaliū virium, ac donorum, quæ suscitanda præcipiuntur Timotheo, quorum primum est, spiritum virtutis, ideſt constantiæ, seù fortitudinis oppositæ spiritui timoris, ac timiditatis, quem nobis non Deus dedit, vt in persequutionibus, ac tētationibus animo simus supino, quo timidè, atq. ignauiter deficiamus; sed spiritum constātiæ, ac fortitudinis, quo fidem fortiter non modo teneamus; verum prædicemus Christianæ Religionis mysteria medios inter hostes, mortis non timidi, sed candidati, quæ propria est professio, & vocatio, munus, atq. officium Pastoris, Ducis, atq. Magistri, vt. n. in Baptismate Christiani omnes, vt filij Dei adoptiui, seruiq. & formamur, atq. instituimur, gratia per ipsum nobis infusa, & sicut confirmationis Sacramento ad militiam designamur, atq. infignimur milites eius gratia muniti, fortiter deinceps acturi contra communes hostes tartareos, contra quos potius vitæ, quam fidei iacturam facturi sumus, ità per ordinationis Episcopalis Sacra-
6 mentum Christianæ militię Duces constituuntur Antistites, ad quod munus ritè obeundum ære veluti triplici eorum munitur pectus virtutis, ideſt fortitudinis, dilectionis, & sobrietatis robore: & licet vberius hæc, aliaq. Præsuli necessaria ornamenta *tom. 1. tum lib. 1. disp. 1. c. 3. tum lib. 3. disp. 2. c. 4. & disp. 3. c. 1.* tradita à nobis sint, aliqua tamen ad locupletiorem instructionem in præsentia subiungemus.
7 Itaq. Paulus Episcopalis ordinationis effectum asserit inuictum animi robur, & fortitudinem, qua non solum tartarea eludat Episcopus terriculamenta, hominumq. persequutiones, quibus, veluti cote, vis animi Episcopalis acuatur potius, quam infringatur, sed etiam catholicæ lucis facem referens, armaq. fidei firma, aptioraq. omni gladio ancipiti, siuè Lucifer, siuè Dux doctrina, & exemplo Christianos omnes, & maximè sibi subditos, si opus fuerit, ad glorioſas Cruces, atquè illustrem martyrij triumphum, & impellat, & præcedens attrahat. Insuper constantiæ, veluti lorica armatum Antistitem.

Si fractus illabatur Orbis
Impauidum ferient ruinæ.

Neq. hostis tanta vi aculeatum iaculetur telum vllum, quod Episcopalem animum perfodiat, constantia munitum, non obsequijs cedentem, non periculis, sed fortiter exantlatis laboribus Christianæ firmitatis doctrinam proferat, propriæ vitę commendatam exemplo, quo cęteros doceat Christianos, obuijs quemq. difficultatibus

Digitized by Google

tibus Cedentem, vix vnquam palmas arripere, proprio, ſi opus fuerit, ſanguine irrigãdas, neq. coronas mereri, quæ ni ſpineæ fuerint, in flores non erumpent gloriæ ſempiternæ. Verum nos qui ſcribimus exemplo potius Antiſtites conferre ſuis onibus fortitudinem, quam verbis, exempla Sanctiſſimorum Epiſcoporũ, qui Dei Eccleſiam illuſtrarunt, pro huius diſputationis coronidè referamus.

Primus itaq. (vt Apoſtolos taceam) qui egregio quidem facto fortitudinem per Sacramentum præſertim acceptam comprobauit, Cornelius fuit Pontifex Maximus, cuius geſta, nè quid detraham à maieſtate ſermonis *S. Cipriani epiſt. 57. ad eund. Cornelium* eiuſdem referam verbis. *Exultantes accepimus ducem te illis cõfeſſionis fratribus extitiſſe, ſed & confeſſionẽ Ducis de fratrum confeſſione credidiſſe, vt dum præcedis ad gloriã, multos feceris gloriæ comites, & Confeſſorem Populum ſuaſeris fieri, dum primus paratus es pro omnibus confiteri, vt non inueniamus, quid prius in vobis prædicare debeamus, rectam nè tuam promptam, & ſtabilem fidem, an inſeparabilem fratrum caritatẽ. Virtus illis Epiſcopi publicè comprobata eſt, adunatio ſequentis fraternitatis oſtenſa eſt, dum apud vos vnus animus, & vna vox eſt, Eccleſia omnis Romana cõfeſſa eſt.* Secũdo loco præclarũ *Eliæ* ſui ęui proferã exẽplũ, ſic. n. ab Athanaſio Lucifer Calaritanus Epiſcopus appellatur, qui Coſtãtiũ Imperatorẽ, ità alloquutus eſt. *Mactaſti plurimos, laniaſti, diſperſiſti, ſed hi omnes Martyres ſũt, crede mihi, quod à te ſtatuerimus interfici, quia vt melius eſſe videmus in omnia æua Deũ habere amatorem, quam tecum Iuda Scarioth Iudęorum inciatore puniri. Hinc eſt Conſtanti, quod frendores colubri per te illatos, non timentes, ſubire parati ſumus omnes exitium.* Nec te pigeat legere, vt nec me lector exarare, quę de Hoſio Cordubẽſi Epiſcopo ſcribit idẽ *Athanaſ. epiſt. ad ſolitariam vitam Agentes.* Hoſius igitur ità Conſtãtium Imperatorem affatus eſt. *Deſinequeſo Imperator, nec te miſceas rebus Eccleſiaſticis, neq. nobis in hoc genere præcipè, ſed potius ea à nobis diſce, Tibi Deus Imperium commiſit, nobis quæ ſunt Eccleſiæ concredidit.* Hoc idem Cõſtantiæ, & fortitudinis dedit exẽplum *Ambroſ.* Theodoſium coarguens Iuſtinę Auguſtę reſiſtens, ac Maximum, atq. Valerianum Imperatorẽ graui ſermone caſtigãs. *Noli te grauare Imperator, vt putes, te in ea, quæ diuina ſunt, Imperiale ius habere, noli te extollere, ſi vis diutius imperare: ad Imperatorem Palatia pertinent, ad Sacerdotẽ Eccleſiæ,* ex eodem *Ambroſ. epiſt. 33. ad Marcellinã ſororem, & ex noſtro Nicolao Cauſino de Pręlato Sacræ Curiæ,* doctè multa ad rem noſtrã congerit. *Accedat Galliarum Lucifer Hilarius lib. contra Conſtantium Imperatorem. Proclamo,* inquit, *tibi Conſtãti, quod Neroni loquutus fuiſſem, quod ex me Decius & Maximianus audirent, cõtra Deũ pugnas, contra Eccleſiam ſæuis, Sanctos perſequeris, Religionem tollis, Tyrannũe, iam non humanorum, ſed diuinorum, Chriſtianum te mentiris, Chriſti nouus hoſtis Antichriſtum præuenis.* Et nè præclara hæc geſta ſola in antiquitate ſplendeſcere dicas, quando robuſtè inerat Eccleſiæ iuuenta, nullius certè fortitudini antiquorum cedit *Caroli Borromei* inuicta conſtantia, quæ ferè noſtrum illuſtrauit ſæculũ Mediolanenſis Prouinciæ Regium Gubernatorem è fidelium cętu, veluti contra Eccleſiaſticam immunitatem reum per cenſuras remouit, atq. ab illo præmiſſa cohorte domi obſeſſus, & grauitate, & maieſtate Crucis vexillum præmiſſum ſubſequens, quaſi triumphans prodijt, & quos alias quicunq. ſæuientes timuiſſet Satellites, pios ad proprios pedes Oratores aſpexit ſupplices; eſt. n. ſe ipſa merito armata conſtantia, in quam neſciam timere mortẽ, fruſtra pugnatur. Eadem conſtantia claruit *Reginaldus Polus Cardinalis,* cuius nomen proprio ſanguine fortiter pro fide Catholica effuſo, æternæ vitæ libro mandatum nulla temporis obliuio, nulla Nouatorum delebit iniuria, è nefariorum hominum ferro, quos in eum immiſit cæcus, atq. impius Henrici VIII. furor, incolumis euaſit, dum è Gallia diſcedere cogebatur, tanta eſt vis fortitudinis etiam apud Impios, etiam apud Eccleſiæ euerſores.

9 Secunda virtus, quę per Sacram ordinationem copioſè Præſulibus datur, eſt caritas erga Deum, & erga proximos ei commiſſos, de qua nos *tom. 1. lib. 3. diſp. 2. c. 4.* egimus à *n. 5.*

10 Tertia ſobrietas, ſiuè accepta pro temperãtia à cibo, & potu, ſiuè à quibuſcumq. voluptatibus, vel ſenſus illecebris, quam ſatis abundè perpendimus loco *alleg. à n. 16.* ſiuè nomine ſobrietatis hic exprimatur continentia, Auctore *Auguſtino de Gra. lib. arbit. c. 18.* quæ quidem virtus eſt generalis mẽtem continẽs in officio, nè timore, amore, odio, vel alia effrenata animi ducatur cupiditate, affectu imbuatur, eneruetur Epiſcopus. Siue ſobrietate pro animi ſanitate vſus fuerit hic *Paulus, vt aliàs 2. ad chorin. 5. verſ. 13.* nam ſapere, ſeù mente eſſe ſana opponitur illi, quod eſt inſanire, vel deſipere. Itaq. Antiſtes ita debet eſſe ſano animo, vt proprias non modo repreſſerit cupiditates, ſed eaſdem frenare ſuum doceat Populum, nè illarum furijs actus in vitia, & tandem in æternos cruciatus ſe præcipitem agat.

Digitized by Google

DISPVTATIO DECIMATERTIA

De Praxi Conſecrationis.

FActum potius, quàm ius; accidentales circumſtantiæ,quàm ſubſtantia;atq. eſſentia conſecrationis hactenus explicatæ excipientur ab hac diſputatione, quæ elucubrationibus huius noſtri 2. *tom.* ſummum imponet faſtigium.

CAPVT PRIMVM:

Adumbrantur actiones,quibus Conſecratio Præſulis perficitur.

SVMMA.

*Prima actio ad conſecrationem Epiſcopi præuia. num.*1.

*Secunda actio ieiunij,ac reliquæ à n.*2.*vſq. ad* 25.

EXpenſis iam intrinſecis, ac proprijs conſecrationis Epiſcopalis cauſis,ſuperſunt accidentia quędam eiuſdē perpendenda. Itaq. quinq. ſupra viginti è Pontificali Romano actiones legi hìc enumerandas.

1 Prima igitur committitur, vel per Pontificium viuæ vocis oraculum,vel per literas Apoſtolicas,vel per mandatum à Camera Apoſtolica depromptum, vt ab aliquo Epiſcoporum conſecratio habeatur Electi.

2 eſt ieiunium pridie ſeruandum tum à conſecratore,tùm à conſecrato.

3 Ad Eccleſiam itur, vbi facienda eſt conſecrationis functio, ac Sacerdotalibus induitur Antiſtes candidatus indumentis.

4 A ſeniore è duobus Epiſcopis conſecrationi adſtantibus Eccleſię nomine petitur, vt Electus à Conſecrante ſacro initietur ordine.

5 Hac audita petitione quæritur,nū Pontificiū extet mādatum,ꝙ compertū, legi iubetur.

6 Lecto mandato præſtat iuramentum obedientiæ Summo Pontifici Cādidatus electus.

7 Subit deinceps examen fidei per varias quæſtiones de myſterijs noſtræ fidei, quas diſertè declarat.

8 Auguſtiori induitur habitu.

9 His ornatus Pontificalibus ſanctiores inire incipit actiones, quæ ex antiquiſſima ad nos manarunt maiorum traditione, vt ſunt humi proſtratio,genuflexio ad altare,benedictio, & precatio, & crucis obſignatio.

10 Imponitur deindè liber Euāgeliorum ſupra ſcapulas conſecrandi.

11 Manus impoſitio ſupra caput conſecrandi habita à duobus aſſiſtentibus Epiſcopis.

12 Inuocatio Sancti Spiritus per hymnum Veni Creator Spiritus.

13 Vnctio Capitis.

14 Vnctio manuum.

15 Donatur deinceps paſtorali baculo.

16 Exornatur anulo.

17 Datur ei liber Euangeliorum, quem humeris antea ſubſtentabat.

18 Pacis oſculum à Conſecratore excipit.

16 Offert panem,vinum,duaſq. cęreas faces.

20 Excipit pacem.

21 Sacramenti Corporis, & Sanguinis Chriſti particeps efficitur vna cum cōſecratore ex eadem hoſtia,& calice.

22 Pontificali ornatur mitra.

23 Chirotecas accipit.

24 Solium aſcendit Pontificale.

25 In gratiarum actionem hymnus Te Deum laudamus cantatur.

CAPVT SECVNDVM.

Dilucidantur tres primæ ex enumeratis functionibus.

SVMMA.

*Quomodo certus eſſe debeat conſecrator Epiſcopus facultatis ei factæ ad nouum Epiſcopum conſecrandum n.*1.

*Omnibus Epiſcopis,vel vni ex illis, qui cōſecrationi cooperātur faciēda nè ſit hęc facultas. n.*2

*Non eſt præcepti,ſed conſilij ieiunium tàm conſecrantis,quam conſecrati.n.*3.

*Regula generalis ad agnoſcendum,ac diſtinguendum præceptum à conſilio.n.*4.

*Quæ verba præceptum ſignificant. n.*5.

*Verbum,mando,an aliquam poſſit ſubire limitationem.n.*6.

*De veſtimentis,quibus opus habet conſecrandus. n.*7.*remiſſiuè.*

1 CIrca primam actionem notandum eſt certò conſtare debere Conſecratori de facultate à Pontifice Maximo facta,vt Pontificale Romanum expreſsè habet.*Nemo conſecrari debet, niſi prius conſtet Conſecratori de commiſſione conſecrandi,*ſiuè per literas Apoſtolicas,ſi ſit extra Curiam, ſiue per commiſſionē viuę vocis oraculo à Summo Pontifice conſecratori factam,ſi Cardinalis fuerit,cum alteri fides non detur. Addit *Barboſ.tit.*1.*c.*5.*n.*5. hanc etiam fieri facultatem ſolere per mandatum à Camera Apoſtolica datum,ſi in Curia res tranſigenda ſit.

2 Quæres,vni nè, vel omnibus ad conſecrationem concurrentibus Epiſcopis facienda ſit hæc facultas,vt conſecret. Verum infra cum de

Digitized by Google

causa efficienti omnium horum agendum sit, & ne poterit magis hæc quæstio dirimi, in præsentia satis erit indicare formulam literarum, & mandati tritam esse à stylo.

3 De secunda functione quæres, an ieiunium consecrãtis, & cõsecrati præcepti sit, vel cõsilij.

Respondeo esto non directiuum, sed continens leges, ac præcepta diceremus Pontificale Romanum, certè consilij illud esse ieiuniũ censeo, ex verbis ipsiusmet Pontificalis, § *statuta die ad finem*. *Et tam consecrator, quàm electus conueniens est, vt præcedenti die ieiunent*, in hac autem re, ac in simili alia nobis regula seruanda non est, ex qua deducamus, nùm aliqua verba præceptum contineant, vel consilium quàm assignata à *Clemente V. in clement. exiui de Paradiso de verbor. signific.* vt probè admonemur à *Medina, C. de ieiunio q. 7. Alphonso de Castr. lib. 1. de lege pœnali c. 4. doc. Syluestr. verb. præceptũ q. 2. Armill. eod. tit. n. 7. Nauar. in sum. c. 23. n. 30.* ac deinceps, *Couarr. regul. à peccato 2. par. §. 15. n. 2. & 3.* nempè quidquid statuitur per verbũ præcepti, aut inhibitionis obligare ad culpam.

5 Verba vero præcepti rectè descripta sunt à *Castro, ac Ioann. Med. citat. Præcipio, mando, iubeo, prohibeo, inhibeo, peto, interdico.* Aequipollentia præcepto sunt hæc, *debeant, teneantur, obligentur, necessario, necessaria est, non licet, non potest*.

6 Et quamuis verbum *Mando* aliquam possit limitationẽ subire, quando tamen ponitur in cõstitutione, vel simili diplomate vim habet præcepti, vt doctè prosequitur *Vasq. in 1. 2. tom. 2. disp. 158. n. 20.* & fauet *Abb. cons. 102. in causa n. 4. vers. sed ijs non obstantibus.* Scio nonnullas leges ferri per verbum imperatiuum, vt in Canonibus, & consilijs, vt laudatus explicat *Vasq.* & aliquas leges Ecclesiasticas sanciri per verbum *Oportet*, vt notant *Ioan. Med. cit. ac Nauar. n. 53.* verum neq. hoc verbo *Pontificale Romanum* vtitur in re nostra.

7 Circa tertiam actionem, cuius finis est sacrũ mox in consecratione faciendum, ad quod Sacerdotalibus indumentis opus habet Cõsecratus, qui quidẽ supponitur, & merito esse Sacerdos ex his, quę *tom. 1. lib. 4. disp. vlt. cap. vlt.* ac vltimis huius libri disputationibus diximus.

CAPVT TERTIVM.

Tres aliæ subsequentes expenduntur actiones.

SVMMA.

Petitur consecratio noui Præsulis ex necessitate, qua Ecclesia viduata premitur. n. 1.
Episcopatus appellatur onus. n. 2.
Mandatum, vel literæ Apostolicæ petuntur à cõsecratore, dum requiritur, vt consecret. n. 3.
Iuramentum, eiusq. præstandi formula. n. 4.
Quam obligationem importet hæc formula. n. 5.
Iuramentum continet, tum promissorium, tum assertorium. n. 6. & 7.
Qui requisitus iurare tangit Euangelium, vel rẽ Sacram censetur iurare, ibidem.
Quot culpas committeret consecratus, aliquã cõtra hanc iuramenti formulam faciens. n. 8.
Quæcumq. transgressio cuiuscumq. rei promissæ vnicam habet rationem formalẽ malitiæ. n. 9.
Ab omni damno in Summum Pontificem, se abstinere tenetur Episcopus. n. 10.
Circa quæ præstare debeat Præsul obedientiam Pontifici. n. 11.
Peccaret duplici peccato Præsul nõ obedics Põtifici, & cõtra virtutẽ, ad quã spectat materia præcepta, et cõtra iuramentũ, et religionẽ. n. 12.
Quomodo duplici peccato peccat, qui vouit, & iurat obedire alicui Superiori. n. 13.
Quomodo Religiosus Franciscanus duobus peccatis se inficit, non ieiunans in sexta feria Quadragesimæ. n. 14.
Si alienet Episcopus bona Ecclesiastica, quo pacto peccet. n. 15.
Non est adstrictus Episcopus ex vi consecrationis voto obedientiæ ad firmitatẽ status emisso. n. 16.
Quid sit canonica præpeditio. n. 17.
Qua obligatione voti, an iuramenti teneatur Episcopus Apostolorum limina visitare. n. 18.

QVartam aggrediar actionem, quam hisce verbis Romanũ explicat Põtificale. *Cum sic locati fuerint, et aliquantũ quieuerint, surgunt Electus sine Birreto, & Assistentes Episcopi sine mitris, & senior assistentiũ versus ad consecratorem dicit.*

1 *Reuerendissime Pater postulat Sancta Mater Ecclesia Catholica, vt hũc præsentem Præsbyterum ad onus Episcopatus subleuetis, &c.* Ex quibus primo necessitas ostenditur, qua Ecclesia viduata suo Pastore premitur, de qua disputauimus *tom. 1. lib. 1. disp. 1. c. 5.* Secundo neq. Plebi, neq. Magistratui Reipublicę Dynastę, vel Regi ius esse cõstituẽdi Præsulẽ, sed à Vicario Christi, Romano Pontifice quemcumq. tanquam à visibili capite promanare, vt colligitur ex responsione Consecratoris mox expendenda. Tertio Sanctam Ecclesiam Catholicam, cuius mẽbrum est peculiaris illa, ad quam Consecrãdus assumitur, id mediatè postulare, cũ opus eo habeat, & Summus Pontifex aliqua teneatur obligatione per Episcopos, & Consulendi, cuius nomine postulatio hæc habetur, vti docuimus
2 *tom. 1. lib. 1. disp. 2. c. 4. n. 27.* Demùm merito dicitur onus Episcopatus, tùm ob ea, quæ *tom. 1. de statu illius* scripsimus, tùm ex alijs hactenus disputatis præsertim *lib. 4. disp. 2. c. 3. n. 2.*

3 Huic postulationi scribitur in Põtificali Romano ibidẽ sic respõdere Cõsecrator. *Habetis mandatum Apostolicum?* Respondet assistentiũ senior Episcopus *Habemus*. Tunc Cõsecrator dicit. *Legatur.* Quæ in ordine est quinta, ex enumeratis, actio. Prosequitur Põtificale. *Notarius Consecratoris accipiens mandatum de manu Episcopi assistentis legit à principio ad finem.*

Vel si Consecratio fit vigore literarũ Apostolicarũ, &c. literis ipsis lectis, &c. Circa hęc, præter hactenus dicta nihil mihi addendum est.

4 Sexta actio Iuramentum cõtinet, quod præstandum est Consecrando, sic *Pontificale; lectis n. literis, vel Apostolico mandato. Antequã Cõsecrator aliud dicat, Electus de Sede sua veniens coram*

Digitized by Google

coram Consecratore genuflectit, & legit iuramẽtum de verbo ad verbum iuxta tenorem commissionis prædictæ præstandum in hunc modum videlicet.

Ego N. electus Ecclesiæ N. ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero B. Petro Apostolo, S.R.E. & D.N.D.N. Papæ N. suisq. successoribus Canonicè intrantibus. Non ero in Consilio, aut consensu, vel facto, vt vitam perdent, aut membrum, seù capiantur malacaptione, aut in eos violentæ manus quomodolibet ingerantur, vel iniuriæ aliquæ inferantur, quouis quæsito colore. Cõsilium verò, quod mihi crediturі sunt per se, aut per Nuntios suos, seù literas ad eorum damnum, me sciente, nemini pãdam. Papatum Romanum, & Regalia S. Petri adiutor eis ero ad retinendum, ac defendendum saluo meo ordine contra omnem hominẽ. Legatum Apostolicæ Sedis in eundo, et redeundo honorificè tractabo, & in suis necessitatibus adiuuabo: iura, honores, priuilegia, & auctoritatem S.R.E. D.N.P. & successorum Prædictorum cõseruare, defendere, augere, promouere, curabo, neq. ero in cõsiliõ, vel facto, seù tractatu, in quibus contra ipsum D.N. vel eamdem R. E. aliqua sinistra, vel præiudicialia personarum, iuris, honoris, status, & potestatis eorum mutaretur, & similia à quibuscumq. tractari, vel procurari nouero, impediam, & pro posse, & quanto citius potero significabo eidem D.N. vel alteri, per quem possit ad ipsius notitiam peruenire. Regulas SS. PP. decreta, ordinationes, seù dispositiones, reseruationes prouisiones, & mandata Apostolica totis viribus obseruabo, & faciam ab alijs obseruari, Hæreticos, Schismaticos, & Rebelles eidem D. N. vel Successoribus prædictis pro posse persequar, & impugnabo. Vocatus ad Synodum veniam, nisi præpeditus fuero canonica præpeditione. Apostolorum limina singulis triẽnijs personaliter per me ipsum visitabo, & D.N. & successoribus præfatis rationem reddam de toto meo Pastorali officio, ac de rebus omnibus ad meæ Ecclesiæ statum, ad Cleri, & Populi disciplinam animarum. Demq. de earum, quæ meæ fidei traditæ sunt ad salutem quouis modo pertinentibus, & vicissim mandata Apostolica humiliter recipiam, & quam diligentissimè exequar, quod si legitimo impedimẽto detentus fuero, præfata omnia adimplebo per certũ nuncium ad hoc specialè mandatum habentem de gremio mei Capituli, aut alium in dignitate Ecclesiastica cõstitutum, aut alium personatum habentem, aut his mihi deficientibus per Diœcesanũ Sacerdotem, & Clero deficiente, omnino per aliquem alium Præsbyterum sæcularem, vel regularem spectatæ probitatis, et Religionis, de supradictis omnibus benè instructum. De huiusmodi autem impedimento docebo per legitimas probationes ad S.R.E. Cardinalem proponentem in Cõgregatione Sacri Concilij per supradictum Nuncium transmittendas. Possessiones verò ad mensã meam pertinentes non vendam, nec donabo, neq. impignorabo, nec de nouo infeudabo, vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu Capituli Ecclesiæ meæ inconsulto Romano Pontifice. Et si ad aliquam alienationem deuenero pœnas in quadã super hoc edita constitutione contentas, eo ipso incurrere volo.

Huius autem formulæ mens non est singula verba, vel clausulas explicare, quod fastidium, nauseam absq. vtilitate lectori meo pareret, sed nonnulla proferre circa aliqua scitu digna, & quæ in vsum possent facili negotio venire, eum præsertim ab alijs, quos sciuerim non sint agitata.

5 Quæres igitur primo, quæ obligatio Prælati per hanc formulã imponatur? *Noster Thom. Sanchez lib. 4. operum moral. c. 15. n. 12.* sermonẽ habens vnius membri huius formulæ continẽtis obligationẽ Episcopi Romam adeundi, docet hanc esse voti personalis. Verum n. vero, vt multa didici ab hoc doctissimo viro, ita huius doctrinæ fundamentum ab ipso exaratum maximè optarem, quòd neq. subobscurè adumbrat. Quamobrem absolutè dico hac formula verã explicari obligationem iuramenti, sic n. tum ab *Auctoribus* indicatur, tùmà *Pontificali Romano* inscribitur *forma iuramenti*; tùm in Rubrica antecedenti declarante personam, apud quam faciendum est tale iuramentum, tùm in subsequenti, tùm ex formula ipsa supra relata; in qua ne leuis quidem fit mentio voti, & finis adductæ formulæ, qui ita componendus est è præscripto citati Pontificis dicentis. *Consecrator gremio suo librum Euangeliorum ambabus manibus apertum tenens, inferiorem partem libri Electo versam ab eo, nuncupationem huiusmodi iuramenti excipit, Electo adhuc coram eo genuflexo dicente. Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia, & ipsum textum Euangeliorum ambabus manibus tangente, &c.* Neque immoror in explicanda vi iuramenti exposcẽtis tactum Sancti Dei Euãgelij ex iure, de qua multa scitu digna, quæ non sunt huius loci, docte scribũtur ab eodem *Sanchez lib. 7. matrim. disp. 108. n. 14.* Ad propositum itaq. regredior, & iuramenti promissorij hac formula contineri asserо, nam qui requisitus iurare tangit Euãgelia, verè iurare dicitur *Sylvestr. verb. iuramẽtum 1. sub initio not. ab. 1. Tabienn. verb. iuramentum n. 1. ibid. Armilla nu. 1. Sot. lib. 8. de iust. q. 1. art. 1. col. penult. ac de Sacram. ab vsu cap. 4. Manual. 1. tom. summ. in 2. edict. c. 191. nu. 2. Aragon 2. 2. q. 89. art. 1. ante dubium circa 1. concluſ. notab. vlt. ac sæpè supponit Sanchez lib. 3. oper. moral. c. 2.* Promissorium præterea modũ claudere hanc formulam constat ex eo, quod in ordine ad veritatem futuram, ac multa præstanda emittitur, neq. per simplicem contestationem, sed per execrationem, quo circa, & execratorium etiam hoc iuramentum dicendum est.

7 Nam quando sub his formulis, *sic me Deus adiuuet, &c.* profertur, contrariam inuoluit execrationem ideſt, *Deus aliter nõ me adiuuet, hisq. bonis priuet, si hoc non est ita, &c. vel hoc, vel illud omittam, aut faciam, &c.* ità *Caiet. 2. 2. q. 89. art. 1. vers. ad hoc dicitur in fin. Sylvest. verb. iuram. 1. q. 1. Sot. lib 8. de iust. q. 1. art. 1. ad fin. Naus. summ. c. 15. sub initio in 7. doctrina, Lessius libr. 2. de iust. c. 42. dub. 2. n. 8. Sayrus in clavi regia lib. 7. c. 2. n. 3. & c. 3. nu. 14. Sanchez lib. 3. oper. moral. c. 2. n. 136.*

8 Hinc deducitur vnicam tantum culpam cõmitti ab huiusmodi periuro ratione iuramenti

Digitized by Google

execratorij, quod exposuit, vt probè de omnibus ex communi sententia *cit.* probat *Sanchez*. Dixi ratione iuramenti, nam penes varias, quas promittit, res, Episcopus consecrandus varia periurij peccata facere poterit pro multiplici diuersitate rerũ, quas promitt, & nõ adimplet, cũ possit, vel animum non habet adimplendi.

9 Deducitur secundo, quãcumq. cuiusuis rei transgressionem, vnicam rationem formalem habere malitiæ periurij, quia cum iuramentũ formaliter consistat in inuocatione Dei in testem, materialiter se habet modus illum inuocãdi, vel res, de qua inuocatur, vel promittitur, & si aliundè ad talem rem magis ratione materiæ ex se, & aliqua virtute obligatur iurans, ità deduco ex *Valent. 2.2. disp. 6. q. 7. p. 2. sub initio, Sot. lib. 7. de iust. q. 1. art. 1. ad fin. Soar. de iuram. lib. 1. c. 5. n. 13. & c. 9. n. 2. & 12. num. 10. & alijs apud Sanchez lib. 3. oper. moral. c. 1. n. 9.*

10 Queres secundò à quibus abstinere se habet Episcopus contra Papam, vel Ecclesiam ex vi huius iuramenti.

Respondeo omnia esse clare expressa in formula, vnũ verò hic admonere non piget, quidquid sit de opinione, quã sequuntur *Rodriq. in sum. c. 80. verb. excom. 15. conclus. ad fin. & Auila de cens. 2. p. c. 5. disp. 3. dub. 12. & alij* docentes, illum, qui veneno Clericum occidit secreto, nõ incurrere excommunicationem *Canonis si quis suadente 17. q. 1.* quia non infert vim personæ, sed naturæ, quæ quidem opinio, maximo indiget examine, & quod est huius loci, certè hic prorsus reijcienda, vbi nullam habet vmbram probabilitatis, cum expresè iuret noster Consecrandus his verbis. *Neq. ero in consilio, vel pacto, seu tractatu, in quibus contra ipsum Dominũ nostrum, &c. machinentur*, quibus tum actiones contra personam, tùm contra naturam amplectitur.

11 Quæres tertio. Circa quæ præstare debeat obedientiam, quam promisit Episcopus Summo Pontifici.

Respondeo generaliter teneri Præsules, vt sic, obedire in omnibus ijs, quæ pertinent ad statum Episcopalem, in quibus nolle obedire, si res grauis fuerit, est peccatum mortale. Dixi Præsules vt sic, nam vt Clerici, & vt Christiani tenentur in rebus ad eorum statum spectantibus, terminis habilibus etiam parere.

12 Quæres quarto. Cum vt ex dictis patet, iuramento se obstrinxit Antistes Consecrandus ad omnia in formula contenta, quorum vnum est obedientia Summo Pontifici præstanda, quali peccato peccabit, si in re spectante ad propriũ officium iussus à Summo Pontifice non obediret v.g. si iniungat Papa Præsuli, vt indicat triduanum ieiunium in sua Ecclesia ad implorandum diuinum auxilium, vel ad iustam iram diuinam placandam?

Respõdeo duplici peccato, vel vno realiter, duplici affecto malitia formaliter, ac specificè distincta peccaturum, vno contra præceptum Pontificium, altero contra iuramentum, quo se obligauit obedire in ijs præsertim, quæ ad proprium spectant officium, & quidem si contra præceptum faceret ieiunij peccaret cõtra temperantiam, vel materiã illius præcepti, vel contra misericordiam, & voluntatem opem ferendi Ecclesiæ necessitati, & quia faceret contra iuramentum, peccaret etiam contra virtutem Religionis, etenim vt scite sibi semper similis, *Vasq. docet 1. 2. disp. 91. c. 2. & 3.* specifica malitia peccatorum desumenda est è specifica, ac diuersa oppositione cum eadem, vel distincta virtute: cum eadem, nam vt *disp. 5. c. 10. n. 14.* indicaui, aliquando variæ obligationes per varia præcepta specie distincta subeuntur contra eãdem virtutem, circa quam versati possunt præcepta specie diuersa habentia diuersam oppositionem cum illa, & cũ natura rationali, vt *tali*, in qua, vt aliàs diximus, malitiã putamus consistere peccati. Cũ distincta verò virtute, quando ex distincto motiuo, & ratione *formali*, & proximo fine imponitur tale præceptum, vel contrahitur obligatio. Itaq. cũ Pontifex iubeat triduanum ieiunium, hoc præceptum datum inferiori, nempè Episcopo, vt quæcumq. alia lex positiua hanc habet vim, ad hoc, quod iustis de causis præcipit, ipso facto constituendũ in materia necessaria talis, aut talis virtutis iuxta motiuum, finem proximum, rationemq. formalem, quam intendit; cum igitur ieiunium præcipiat Papa Præsuli, illud constituit in materia necessaria temperantiæ, si hanc intendat, vel sub motiuo, & proximo fine pœnitentiæ, vel misericordiæ, si sub his motiuis illud præceperit; Præsul ergo cum iurauerit obedire Pontifici, & hoc iuramentum spectet ad Religionem; Porrò contra Religionem etiam faciet, periurij noxam contrahens, non ieiunans, neq. ieiu-

13 nium indicens Populo. Hæc autem est differẽtia inter eum, qui non obediret alicui, cui se tãtum obstrinxit voto, vel iuramento obedientiæ, quem tamen, vt superiorem non agnoscit, & eum, qui non solum obedit ratione voti, vel iuramẽti, sed etiam titulo principatus, vel dominatus, vel superioratus, ratione cuius etiãsi non vouisset, vel iurasset, subditus aliquo pacto illius esset; nam Primus solum faceret contra votum, vel iuramentum, si ei non obediret, peccãs contra Religionem; Secundus non modo cõtra votũ, vel iuramẽtum. sed etiam contra virtutẽ, ad quam materia imperata spectat, nam & si quis vouens, vel iurans seruare obedientiam alicuius, teneatur ei obedire, in eum tamen nõ transfert dominium sui, ita vt ille potestatem in eum habeat, ac dominium, quod nemo supra se impendere potest, sed debet à Principe effluere, vt rectè *Vasq. 1. 2. c. 4.* Itaq. cum iuramẽto se obstrinxerit Præsul obediendi Papæ, & cum Pontifex aliundè verè, ac propriè superior sit Episcoporum, quibus potest præcipere, ni hic pateat, peccabit & contra iuramentum, vit tutemq. Religionis, & contra præceptum pœnès materiam, quæ præcipitur, non secus, ac Religiosus iussus à suo Superiore, nec obediens, peccat, & contra materiam præceptam ad aliquam virtutem spectantem, & contra votum

14 obedientiæ. Sic Franciscanus non ieiunans feria sexta in Quadragesima duplici peccato, specie distincto peccat, altero contra præceptum ieiunij, ac temperantiæ ab Ecclesia positum,

alte-

Digitized by Google

altero contra votum, quo vouit ſe obſeruaturum regulam, quæ eſt obligatoria ad ieiunium ſexta feria.

15 Quæres quinto. An Epiſcopus votum emittere cenſeatur ad firmitatem ſtatus, quem ipſe conſecrãdus initurus eſt. Sæpè præſertim *tom. 1. lib. 1. diſp. 1. c. 4. ac diſp. 2. c. 6. & ad fin. 4. libri* ſubindicauimus huiuſmodi voto non eſſe Prælatum obſtrictum, nunc in eadem pergimus ſententia, quam docent *Caiet. in loc. mox citand. D. Thom. necnon Soar. tom. 3. de relig. lib. 1. c. 16. n. 25.* ratio eſt, quia ad firmitatem, ac ſtabilitatẽ ſtatus Epiſcopalis hoc votum neceſſarium non deſideratur, cum ſatis abundè oſtenderimus illam ſibi vendicare aliundè, vti *tom. 1. lib. 1. diſp. 1. c. 4.* diximus, deindè nullum eſt fundamentũ talis aſſerendi voti, cum conſecrationi Præſulis nullum eſſe adiunctum votum è varijs expreſſis formulis pateat; præter illud, quod aſſeruimus *c. 4. ſuper. diſput. n. 11.*

16 Quæres ſexto. Quid ſit Canonica præpeditio', qua detentus excuſari dicetur Epiſcopus vocatus ad Synodum? Reſpondeo eſſe impedimentum legitimum, ac ſecundum Canonicas Sanctiones admiſſum, de quo quia ſatis dixi *diſp. 5. c. 4. n. 2.* quod ad rem faciat, nõ habeo addendum.

17 Quæres ſeptimo. Qua obligatione voti nè, an iuramenti obligetur Epiſcopus ad Apoſtolorum limina viſitanda? *Thom. Sanchez ſup. cit. lib. 4. oper. moral. c. 15. n. 12.* ait, hanc obligationem eſſe voti perſonalis, quod tamẽ inſtar realis obligat, & poſſe per alium impleri; nam ſtylus habet, & explicat, hoc votũ, vt per ſe ipſos, vel alios id præſtent Epiſcopi, atq. ità ſolent cõmittendo alicui Romę, vt id nomine Epiſcoporum, præſertim diſtantium faciant; nam ideſt de ratione voti perſonalis à ſciente perpetuum ſibi eſſe impedimentum, vt ab alio, emittentis nomine, poſſit adimpleri, & videtur approbatũ ab Eccleſia ſciente, nec obligante, vt aliàs hoc votum impleatur: & ſanè ſi ſecùs intelligeretur, eſſet impoſſibile Epiſcopis longè diſtantibus, necnon irritum, cum impediens eſſet reſidentiam iure diuino ab ipſis debitam. Tandem addit hic Auctor etiam exiſtentem Epiſcopũ Romę ſatisfacere, ſi impleat hoc votum per alterum.

Circa quam doctrinam multa mihi ſunt diſficilia. Et quidem primo loco hanc, vt ſingularũ aliarum partium huius formulæ, non eſſe voti, ſed iuramenti promiſſorij ſuper oſtendi, quam ſpecie diſtingui ab obligatione voti ſæpè hic docui. Deindè dico, nõ promanare à natura voti perſonalis per modũ realis emiſſi, poſſe Præſulem per aliũ ſatisfacere huic obligationi, ſed ex ratione modi, ac formulæ, ſub qua promiſit, vt paret è ſupra exarata per illam clauſulam. *Quod ſi legitimo impedimẽto detentus fuero, præfata omnia adimplebo per certum nuntium, &c.* Neq. ſcio aliter vſum habere, eo præſertim, quod in dicta forma multas amplectitur perſonas Promouendus iurans, quibus de ſenſu proprię Eccleſię inſtructis poſſit totum hoc negotium committere. Neq. facilè dederim manũ Sanchio, vt aſſeram, abſq. legitimo impedimẽto Præſulis poſſe hanc rem tranſigi, cum expreſsè caueatur id in forma iuramenti, imò vt patet è clauſula penultima, legitimum impedimentũ promittit Epiſcopus per legitimas probationes ſe docturum, eaſq. remiſſurum ad Cardinalem proponentẽ in Congregatione Sacri Concilij, tametſi facili negotio admitti relationem Eccleſiarum longè diſtantium, non negauerim ob longitudinem, periculumq. itineris, & ob alias, quę ſolent afferri, tricas impedientes viatores. Neq. quod affert *Sanchez* de impedimẽto reſidentiæ aliquid probat, cum huiuſmodi obligatio ſatis abundè circumſcripta ſit, atq. attemperata, vt ex Italia, Inſuliſq. adiacentibus tertio quoq. anno teneantur Epiſcopi Romã adire: Galli, Hiſpani, Germani, Belgæ, Boemi, Hũgari, Poloni, Angli, Scoti, Hiberni, ac ſimiles quinto quoq. anno, ac decimo cęteri è remotioribus regionibus, vt Aſiaticis, ac noui Orbis. Deniq. vltimum Sanchij placitum non approbo, vtpotè cõtra expreſsũ iuramẽtũ, quo ſe deuincit Epiſcopus. Itaq. In Curia Romana exiſtens Antiſtes, ni legitimo infirmitatis, vel alio impedimento detentus, nõ poſſet, neq. ſuæ ſatisfaceret obligationi, ſi munus hoc alteri demandaret. Tandem circa vltimum huius iuramenti membrum adnotare non abs re erit, merito in eo mentionem fieri aſſenſus Capituli neceſſarij ad quamcumq. ibi indicatam alienationẽ, vt ſcitè tradit *Alfonſus Villagut* Neapolitanus *in tract. de rebus Eccleſiaſt.* non ritè alienatis *par. 1. c. 1.* Pœnæ autem ſtatutæ contra alienantes abſq. conſenſu, ac facultate Summi Pontificis, continentur, non modo antiquioribus iuribus, quæ à *cit.* referũtur *Auctore lib. 7. eiuſdem tract. c. 2. nu. 4 ſed à Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform. c. 21. & Extrauagante Pauli II. Ambitioſæ de rebus Eccleſiaſticis non alien. Iulij Papæ III. incipiẽte Cum ſicut accepimus, Pauli IV. iniunctum nobis, &c. Pij V. & ſi de ſingulis, Clementis VIII. Romanum decet. &c.*

18 Demùm non piget illud animaduertere, tametſi nulla ex his cõſtitutionibus emanauerit, Epiſcopos, imò & Abbates non poſſe regulariter alienare in caſu etiam aliàs licito, & ſeruatis ſollemnitatibus, inconſulto Romano Pontifice, ex vi iuramenti, quod modo declarauimus ibi. *Poſſeſſiones verò ad menſam, &c.* cui iuramento ſimile præſtant *Abbat. in cit. Pontificali fol. 134.* mutato tãtum nomine *Menſæ, in Monaſterium,* & nomine *Capituli* in nomine *Cõuentus* Monaſterij mei, ſic *Panorm. in cap. vt ſuper de reb. eccleſiaſt. non alien. & in cap. finali de Eccleſ. benefic. Rodoan. q. 55. Nauar. in comm. de rebus Eccleſ. non alien. à n. 11. vſq. ad 15.*

Hinc deduco cõſequentèr de facto Præſulẽ, vel Abbatem non ritè alienantem bona Eccleſiaſtica peccare duplici peccato, vel vno duplici malitia affecto, altero contra iuramentum, altero contra materiam harum bullarum, præſertim *extrauagantis ambitioſæ*, ideſt contra cultum diuinum, contra quem fit. Quamobrem contra Religionem faceret, cuius actus eſt iuramentum, quo Deus vocamus in teſtem, ſicut contra eandem eſt periurium.

Digitized by Google

CAPVT QVARTVM.

Enodantur duæ partes examinis, quod sextam continet actionem ex enumeratis.

SVMMA.

Refertur formula præscribens examen faciendũ à Consecrando n.1.
Quando respondere debeat Præsul sciscitatus de scientia n.2.
Interrogatorium de traditionibus seruandis. n.3.
De obedictia exhibẽda quartũ interrogatorium n.4
Quid nomine fidei hic intelligatur, dum à Consecrando expetitur n.5.
Commendatur Episcopo morum probitas, ex qua interrogatione maximè confirmatur, quod de perfectione statuimus Episcopi to.1.disp.7.n.6.
Septimo loco examen habendum fidei Consecrandi, quod habet duas partes, alteram potius ad mores, ac regimen Ecclesiæ spectantem: alterã ad mysteria fidei diuinæ. Et quoad primam hoc examen, quod ab antiqua Patrum traditione manauit sic se habet apud Pontificale n.7.

1 *ANtiqua Sanctorum Patrum institutio docet, & præcipit, vt is, qui ad Episcopatus ordinem eligitur, diligentissimè examinetur cum omni veritate de fide SS. Trinitatis, et interrogetur de diuersis traditionibus, & consuetudinibus, quæ huic regimini cõgruunt, ac necessaria sunt retinere, secundum Apostoli dictum, manus nemini cito imposuerit, & vt etiam his, qui ordinandus est, erudiatur, qualiter sub hoc regimine constitutum oporteat cõuersari in Ecclesia Dei, & vt inreprehẽsibiles sint, qui ei manus ordinationis imponit. Eadẽ itaq. auctoritate, & præcepto interrogamus te, dilectissime Frater, caritate sincera, si omnem prudentiam tuam, quãta tua capax est natura, diuinæ scripturæ sensibus accomodare volueris.*

Respondet.

Ita ex toto corde volo in omnibus consentire, & obedire. Vis ea, quæ ex diuinis scripturis intelligis plebem, cui ordinandus es, & verbis docere, & exemplis?

Respondet.

Volo.

2 Quomodo autem sciscitatus de scientia vtriusq. testamenti, respondere teneatur Præsul diximus *tom.1.lib.3.disp.1.c.1.n.24.*

Qua vero ratione per se, vel per alios obligetur concionari, populumq. docere, ibidem tradidimus *disp.2.c.2.à n.11. ac deinceps.* Nunc redeamus ad Interrogatoria.

3 *Vis traditiones orthodoxorum Patrum ac decretales, & Apostolicæ Sedis constitutiones veneranter suscipere, docere, ac seruare?*

Respondet.

Volo.

4 *Vis B. Petro Apostolo, cui à Deo data est potestas ligandi, ac soluendi, eiq. Vicario D.N. Papæ N. suisq. successoribus Romanis Pontificibus fidem, subiectionem, & obedientiam secundum canonicam auctoritatem per omnia exhibere?*

Volo.

Nomine autem fidei, fidelitatem hic significari, nõ dubito, instar illius, quam Principi seruare subditus tenetur, & qua quisq. debet non solum illum non offendere, sed prò viribus etiã defendere, atq. indicare, quidquid sciuerit cõtra Pontificem Maximum moliri, qui quidem habetur tanquam Deus in terris, vt loquitur *Bart. in extrauag. Ad reprimendum verbo totius fidelitatis.* Certè Vicarius est Christi Domini hominis Dei, eiusq. vices gerens. Quæ omnia maximè consonant iuramẽto præstito per Cõsecrandum paulò ante declarato penès primas clausulas. Neq. abesse obligationẽ fidelitatis ratione ét administrationis à Præsule iudico *Auth. Iusiurãdũ, quod præstatur ab ijs, §. iusiuran.*

De obedientia aũt diximus *quæsito 4.* ex instituto circa iuramentum superiori capite declaratum.

6 *Vis mores tuos ab omni malo temperare, & quantum poteris, Domino adiuuante, ad omne bonum commutare?*

Volo.

De Vitæ, morumq. integritate Præsulis sanis abundè scripsi *1.tom.lib.3.disp.3.c.1.* Cæterum ex his maximè confirmari sentio, quæ de statu Episcopali, eiusq. perfectione docuimus *tom.1 lib.1.disp.2.c.1.& 2.præs.à n.14. ac deinceps.*

Vis castitatem, & sobrietatem cum Dei auxilio custodire, & docere?

Volo.

De sobrietate Antistitis dixi *loc. modo cit. n.12. & 16. de castit. verò n.22. ac deinceps.*

Vis semper in diuinis esse negotijs mancipatus, et à terrenis negotijs, vel lucris turpibus alienus, quantum te humana fragilitas consenserit posse?

Volo.

Materiam huius articuli tractaui *tom.1. lib.3.disp.3.c.1.n.14.et 15. ac disp.1.c.2.nu. præsertim 14. & 15.*

Vis humilitatem, & patientiam in te ipso custodire, & alios similiter docere?

Volo.

Antistitis humilitatem exposui *tom.1. lib.3. disp.3.c.1.n.7. & 12. & cap patientiam n.13.*

Vis Pauperibus, & Peregrinis, omnibusq. indigentibus esse propter nomen Domini affabilis, et misericors?

Volo.

De hoc articulo vide, quæ docui *loc. modo cit. n.14. necnon 9: o.11. & 25.*

Altera pars examinis habendi, est fidei, de qua varij articuli instituuntur, de quibus Consecrandus interrogatur, qui quidem cum Symbolo Apostolorum, Nyceno, & Athanasij contineantur, eos hic adnotasse superuacaneũ est. Vltimus solus articulus est Sacræ Scripturæ nimirum. *Credis etiam noui, & veteris testamenti legis, & Prophetarum, & Apostolorum vnũ esse*

Au-

Digitized by Google

Auctorem Deum, ac Dominum Omnipotentem? Credo

Et meritò fidei, morũq. magister Episcopus periculum fidei, rerumq. ad optimum regimen spectantium subit, de cuius materia examinis, quid addam ad rem non habeo, præterquam quod accuratè à Sacrosancta Synodo Tridentina affertur sub initio de Scriptura Sacra. Et quamuis possem de resolutione fidei diuinæ, quomodo in auctoritatem Dei resoluetur, hic agere, abstineo, nè extra chorũ saltare videar.

CAPVT QVINTVM.

De Sacris Episcopi vestibus.

SVMMA.

Quam rationi consonus, et omnibus fere gentibus commendatus, atq. à Deo approbatus proprius, ac speciosus sacrorum ministrorũ amictus. n.1.
Quid in communi significent Episcopalia indumenta. n.2.
Quot propria sint indumenta Præsulis. n.3.
Mitræ etimologia à Tiara distinctæ. n.4.
Quam antiquus mitræ sit vsus. n.5.
Mitræ significatus. n.6.
Rationalis loco crucem è collo pendentem gerit Episcopus. n.7.
Quid sit dalmatica, eius vsus, & significatus. n.8.
Dalmatica vtuntur Episcopi ad martyrium subeundum, si opus fuerit. n.9.
Sandaliorum etimologia, & significatus. n.10.
De chirothecarum perantiquo vsu. n.11.
Significatus chirothecarum. n.12.
Annuli vsus. n.13.
Varij significatus annuli applicantur annulo Episcopali. n.14.
Significatus baculi Pastoralis. n.15.
Quid caligæ significent. n.16.
Quid succintorium. n.17.
Pallij spirituales varij significatus. n.18.
Pallium humiliter postulandum. n.19.
Nõ datur Pallius, nisi pstito prius iuramẽto. n.20.
Episcopi Græci donantur pallio. n.21.
Vsus pallij quãdo, et quibus diebus habetur. n.22.

OCtaua super à nobis relata actio, hoc sibi caput vendicat, quod singulas, hac data occasione vestes Episcopales explicabit.

3 Quidquid nõnulli in Pontifice Maximo Damaso, siue in Basilio Antistite æquè Sanctis, ac doctis Ecclesiæ Catholicæ Pastoribus dixerint contra eorum cultum, & ornatum Pontificiũ, vt videre est apud *Marcellin. lib. 17. & Cyrum Prodomum in Tetrasticis*, certè siuè iubente, siuè approbante Deo in Pontifice Hębreo habitum splendidiorem Sacerdotum, ritu etiam Ecclesiastico Episcopis præscribẽte, necnon ipso lumine naturalis rationis maximopere fauente, blaterones habendi, qui contra illũ sẽtire ausi sunt. Et quis fuit barbarus adeò humanitatis expers Populus, quæ gens, cui maximæ veneration non fuerit Religiosus cultus, siuè Sacerdotum, siuè Põtificum? Porrò, vt reliquos taceam, Asia redimitos aurea corona suos venerabatur Sacerdotes *Auctore Tertull.* & Aeneã rem diuinam facturum hisce describit Virgilius.

Purpureo velare Comas adopertus amictu.

Et Romæ Magistratum prætextæ vsum habuisse iure Sacerdotij testatum nobis reliquit *Festus*. Addo rationem Angelici Doctoris nostræ rei propriam, quę de omnibus probat miuistris diuini cultus, & habetur *in Additionib. ad 3. p. q. 40. art. 7. Dicendum, quod vestes ministrorum designant idoneitatem, quæ in eis requiritur ad tractandum diuina.* Quamobrem potiori quidẽ iure sacræ habendæ sunt, ac veneratione dignę

2 vestes omnes Episcopales, quas aggredimur explicandas, de quibus illud in communi sese offert dicere, quod nouũ induere debeat Antistes hominem: Vetere cum actibus suis in crucem acto, nouis vestitus indumentis, quorum candida, atq. occulta, occultæ sanctitatis exprimant candorem soli Deo cognitæ, quæ assiduæ pastorali curæ, nè minuatur, omnibus uiribus Antistiti contendendum est, reliquæ verò, quæ ad sensus cęterorum paterent, optimum adum brent exemplum, quod suis præstare ouibus re netur Episcopus per frequentes caritatis, cęte rarumq. virtutum actus.

3 *Gemma animæ c. 219.* septem enumerat Episcopi vestes, Mitram, Rationale, Dalmaticam, Sandalia, Chirothecas, Anulum, & Baculum, quibus duo, vel tres alias addit D. Thomas paulò antecitatus, Caligas, Succintorium, Tunicam, ita, vt nouem, vel decẽ donetur Episcopus ornamentis, quibus non gaudent Sacerdotes *quia nouem sunt, quæ ipsi supra Sacerdotes possunt, Clericos s. ordinare, Virgines benedicere, Basilicas dedicare, Clericos deponere, Synodos celebrare, Chrisma conficere, vestes, & vasa cõsecrare.* Quæ sic interpretor, vt non singula singulis adnotatis functionibus indumenta respõdeant, sed cum Ministri significent idoneitatẽ, vt hęc maior est in supremis ministris, quam in cæteris, quippèqui maiora ex officio tenentur tractare munra, ita varijs donãdi sunt vestibus, quibus variæ designantur virtutes, atq. animi ornamenta mox exponenda. Insuper notandũ est nullã Rationalis feciſſe mentionẽ *S. Thom.* cuius *Gemma* meminit, ideoq. nouem, vel decẽ enumerari, siuè per illum, siuè per doctrinam *Gemmæ*, dixi. Et licet aliæ sint vestes Episcopales, has tamen solas aggredimur explicandas, quæ mysticas inuoluunt significationes, ac mysteria, quibus pallium addemus exponendum etiam sequuti *D. Thom.*

4 Mitra à voce græca dicta est *μίτος* filum significante, quòd filo lineo amiceretur. Non discriminant aliqui mitram à Tyara, inter quas tamen *Herodotus* discrimen agnoscit *lib. 1.* nam Tyara in occipitio stringebatur, mitra sub mentum redimiculis obligabatur, sic *Virgilius lib. 8. Aeneidos.*

Longe redemicula Mitræ
Meonia mentum Mitra, crinemq. madentem.

5 Vsus

5 Vsus mitræ antiquissimus fuit, etiam in prophanis, vt videre est apud *cit. Virgilium, Ouid. epist Deianiræ, Polienum lib. 7. strategit*, tum etiã in sacris literis *Leuitic. 8. vers. 9.* vbi mentio mitræ fit Summi Pontificis, quæ Cidaris dicebatur. *Cidari quoq. texit caput, & super eam contra frontem posuit laminam auream consecratam in sanctificatione*, sicut præceperat ei Dominus. Atq. in Ecclesia Catholica de illius Sũmo Pontifice Christo Iesu scripsit *Hieronym. epist. 128. ad Fabiolam. habet Cidarim, et nomen Dei in frõte portat Diademate ornatus regio.* Hoc idem sentiendum est de *Ioanne*, cæteris q. Apostolis, quod *Epiphanius hæresi 29. & 78. de Iacobo* scripsit, *licuit ei bracteam auream in capite gerere*, & quod *de Ioãne* testatum nobis reliquit *Policrates ad Victorem. Ioannes fuit Sacerdos bracteam auream in capite gerens.* Sanctus autem *Gregor. Naziãzenus* de huius etiam vsu loquitur *in Apologia. Idcirco me Pontificem vngis, et podere cingis, capitiq. cidarim imponis.* Et quidẽ duo sunt cornua mitræ, vt etiam in veteri testamento *Exod. 30. fecerunt mitras cum corniculis suis ex bisso.*

6 Multos etiam habet significatus, quorũ præcipuum Sancta Ecclesia, dum per Consecratorem Episcopum illa nouum Antistitem donat, aptè nobis exponit. *Imponimus Domine capiti huius Antistitis, & Agonistæ tui, Galeam munitionis, & salutis, quatenus decorata facie, & ornato capite cornibus vtriusq. testamenti terribilis appareat aduersarijs veritatis, & te ei largiẽte gratiam impugnator eorum robustus existat, qui Moysi famuli tui faciem ex tui sermonis consortio decoratum lucidissimis tuæ claritatis, ac veritatis cornibus insignisti, & capiti Aaron Pontificis tui tiaram imponi iussisti.*

Porrò his mitram indicat è genere armorũ esse ad propriam defensionem, atq. hostium offensionem, ac detrimentum. Præterea esse pulchritudinis insigne, ac fortitudinis, vel quia imitari admonentur Episcopi Christum Summum Pastorem, qui decorem induit, & fortitudinem *psal 92.* decorem inquam substãtialis sanctitatis, *vt cum Idelfonso* loquar *sermone priori de purgatione, & parturitione B. Mariæ art. 2. in 9. tom. Bibliothecæ*, qua nimirũ eius caro deificata, vt loquitur *6. Synodus Generalis act. 17.* in primis fortis, hostibus omnibus humani generis terribilis fit, ita, & Ecclesiastici Pastores eius gratia donati, vt decori fortitudine curent in primis pollere ad terrorem inimicorum Ecclesiarum eis commendatarum. Etenim Ornatum vestium Episcopalium, præsertim mitræ hùc tendere, atq. decorem, ac fortitudinem exprimere docent *Arnold. Boneuall. Abb. tract. de 7. verbis Domini ad fin.* applicans prima verba *psal. 92. Dominus regnauit, decorem induit, induit Dominus fortitudinem*, spirituali ornamento Sacerdotis; vel quia duobus illis mitræ, seù cidaris cornibus, quasi duplici scientia veteris, nouiq. testamẽti, qua instructus esse debet Antistes iuxta supradicta *ex cap. Episcopus 23. q. 7. ac D. Thom. paulo ante cit.* Ecclesiæ hostes petere. Hac fortitudine instructus Petrus in Neronem, in Constantium Liberius, Ambrosius in Theodosium, Basilius in Valentinum, in Arcadium Chrisostomus, Leo in Gẽsericum, atq. Attilam fortiter egerunt, vt bene *Hieronym. Hyelmus de Episcopis titularibus* scripsit *p. 2. fol. 13.*

7 Rationali Pontifices Iudæi vtebantur, cuius loco nostri Præsules Crucem aureã, in quo omnes sunt Dei thesauri habent è collo ad pectus pendentem. *Ad rem in epist. ad Carolum Fabæũ Ioannes Diaconus, ait Phylacteria tenui argento fabricata, viliq. pallio de collo suspenso; exilitas Balthei vnius pollicis mensuram non excedit, vt Monachorũ S. Benedicti. Item pallium eius Phylacteria, & Baldeum osculantur.* Phylacteria n. vocat Crucem pectoralem reliquijs ornatam è collo suspendi solitam: quæ vox vsui est omnibus Episcopis, quam *Nicephorus Constãtinopolitanus epist. ad Leonem in Actis Concilij Ephesini nominat Encolpium; Mittimus*, inquit, *Encolpium aureum, cuius vna facies crystallum inclusum; altera picta nigello, & intus habet alterum Encolpium, in quo sunt partes honorandi ligni in figura Crucis positæ.* Loco aũt Rationalis vtuntur pallio Metropolitani, sic *German. in Litur. Pro rationali, ait, nunc Summi Pontifices, quos Archiepiscopos dicimus pallio vtuntur, &c.* Verum de pallio ad calcẽ huius capitis agemus.

8 Dalmaticæ Tunicæ sericæ, candidæ, auro insignis vsus olim mollitiem arguebat, *vt Gellius lib. 7. c. 12. Suetonius in Caligula, Trebellius in Claudio, et alij* referunt. At cessit tandẽ in christianum ritum, quo sacratus est, quia Pontifices nostri ad alium finem sibi vendicarunt. Est aũt Dalmatica *Auctore Alcuino lib. de diuinis officijs vestimentum in modum Crucis habet in sinistra parte fimbrias, dextera fimbrijs caret, incõsutilis, amplioribus, & capacioribus manicis.* Vestis Christi Domini summi Sacerdotis exprimit speciem, sic *Gemma animæ c. 212.* Dalmatica Domini inconsutilis tunica, &c. eius largitas brachiorum, hilaritatem, & penè largitatem in operibus misericordiæ significat, vt volunt *D. Thom. & Alcuinus cit.*

9 Hic puto admoneri Præsules martyrij, quod vel subire tenentur, si opus fuerit ad fidẽ Christi sanguine defendendam, vel ad salutem ouiũ eis à Deo commissarum; Martyres n. olim non efferebantur, ni Dalmatica induti; nam purpurato colobrio, vel absq. Dalmatica, decreuit *Eutychianus Papa*, ne quis Martyrum sepeliretur; habetur in *Pontificali*, & apud *Anastasium Bibliotecharium.*

10 Sandalia, vt habet *Gemm. animæ c. 209.* vel à Sandice herba, vel à Sãdalicino colore dicta. *Est autẽ Auctore Alcuino lib. de diu. offic. genus calceamenti, quo induũtur Ministri Ecclesiæ subterius solea muniens pedes à terra, superius nihil operimenti habens*, vt nimirum saluti prouidè consulatur per vsum solex ad arcendam à plãta pedis humiditatem, & per nuditatem supernæ partis, paupertas euangelica, & pœnitentia commendentur. Quamobrẽ meritò *Matth. 10.* à diuino Magistro prohibentur Apostoli, vti calceamentorum genere diuitibus conueniẽti. Esse vero Sandalia propria Episcoporum *Rubertus est Auctor lib. 1. de diu. offic.* & Christum Dominum instruxisse discipulos suos, vt San-

dalijs

dalijs vterentur, testatur *Marc. 6.* vt etiam eos doceret, standum esse ad exantlandos labores, non otio supinos, vel ad instruendos ad brauiũ percursum capessendum, vel ad veloces pedes reddendos Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona, vel mysticè pariter significans pedem, nec tectum desuper, nec nudum ad terram deferendum idest non occultandum Euangelium, nec terrenis commodis innitendum, vt scribit *Sà in sensu litterali text. cit. D. Marci*, nec discrepat *S. Thom. sup. laudatus* scribens, Sãdalijs exprimi contemptum rerum terrenarum.

11 De vsu Chirothecarum perantiquo ab Apostolorum tempestate petito, scribit *Gemm. ani-*
12 *mæ lib. 2. antiquorum rituum c. 215.* Duos colligere videor è *Pontificali* fines, ob quos Episcopis dantur Chirothecæ, primus est ad benedictionem adumbrandã *Iacobo Patriarchæ* olim à *Patre Isaac* ob cibos ei oblatos, qua lõge ditiorem habebit Episcopus à Deo, pro suis ouibus sacrificium incruentum altaris offerens; sic legitimus in oratione, quæ à Præsule Consecratore dicitur, dum Chirothecis donat nouum Episcopum. *Circumda Domine manus huius ministri tui munditia noui hominis, qui de cœlo descendit, vt quemadmodũ Iacob dilectus tuus pellibus hædorum opertis manibus paternam benedictionem, oblato patri cibo, potuq gratissimo impetrauit, sic & iste oblata per manus suas hostia salutari gratiæ tuę benedictionem impetrare mereatur, &c.* Alter est munditia animæ, qua summopere tenetur ornari Præsul, quæ quidem, tũ primis huius orationis verbis indicatur, tùm verbis in benedictione Chirothecarum expressis, *vt quicumq. ministrorum tuorum sacrorum Pontificum his velare manus suas cũ humilitate voluerit, tam cordis, quam operis ei munditiam tua misericordia subministret* His adde è *D. Thoma* cautelam necessariam Episcopo per Chirothecas significari. Præterea rationem aliam affert *Durand. in Rationali diuinorum lib. 3. c. 12.* quæ non arridet.

13 Anuli originem à Prometheo repetunt Græci, quem ea lege caucaso solutũ volunt, vt anulum è lapide, & ferto gestaret. Dabatur anulus in nuptijs pro arrabone, *et apud Photium in Bibliotheca Eusebius Philosophus* dicit vxori suæ, tibi olim dedi anulum pignus cõiuctus ad prolem. Rectè *Isidor. lib. 2. de diu. offic. c. 25.* quod in primis nuptijs anulus à sponso spõsæ datur, fit nimirum, vel propter mutuæ dilectionis signum, vel propter id magis, vt eodem pignore eorum corda iungãtur, vnde, & quarto anulus digito inseritur ideò, quia in eo vena quædam fertur sanguinis ad cor vsq. peruenire. Itẽ anulo vasa, & literæ obsignantur, sic *Martialis.*

Nam signat meus anulus Lagœnas.

Præterea anulum aureũ olim Romę Legati, qui ad exteros mittebantur Reges, soli gestabant, quem Symbolum, & vagulum vocabant Equitibus, & alijs, vt honoris, ac diuitiarum insigne Imperatores dabant, *Auctore Martiali libr. 5. epist. 11.*

14 Hæc aũt omnia facili negotio ad Episcopalem accomodari anulum poterunt, & quidem ab ęrumnosa sæculi vita liber, ad Episcopalem perfectionis statum assumptus est Episcopus anulo donatus, & ad mutuum amorem, & coniuctum in spirituali coniugio conciliandum, & significandum inter nouum sponsum Antistitem, suamq. spõsam Ecclesiam docemur à *cap. quanto personã, & cap. inter corporalia de transl. necnon epist. 2. Euaristi, & cap. sicut alterius 7. q. 1.* Insuper ad fidelitatem, perpetuumq. vinculum exprimendum, vt .n. gẽma duobus anuli extremis colligatur in Orbem, & circulum deuincta, quo æternitas etiam significatur, sic fœdus, ac matrimonium spirituale inter Episcopum, & suam Ecclesiã anulo exprimitur, quod ritè adumbrat S. R. E. in *Pontificali*, ait .n. Cõsecrator, *Accipe anulum fidei Signaculum, quatenus sponsam Dei Sanctam videlicet Ecclesiam intemerata fide ornatus illibate custodias.* Et quamuis hic non appellatur Ecclesia sponsa Præsulis, sed Dei; at Episcopo consecrato non traderetur anulus, qui apud omnes ferè nationes insigne coniugij est, nisi esset suæ Ecclesiæ sponsus, vt vniuersalis Ecclesiæ est Christus, sic doctè *S. Thom. cit per anulum docens, Sacramentũ fidei significari, quo Ecclesia desponsatur Christo: Episcopi .n. sunt in Ecclesia loco Christi*, quemadmodum probè prosequitur *Vasq. in 3. p. tom. 3. disp. 241. c. 1. n. 4 & 5.*

Deindè cum Episcopus Legati, ac mediatoris subeat officium inter Deum, & homines vicemgerens Christi Domini, qui ab *Apostolo ad Galatas 3. n. 20.* mediator appellatur inter Deũ, & homines iuxta *Augustinum, Theophylactum, & alios* meritò anulo donatur. Demùm ad summam dignitatem spiritualem, atq. honorẽ Episcoporum, de quo *lib. 1.* satis egi merito exornantur anulo.

15 De Baculo Pastorali, qui datur Episcopo, certe non ad superbiam, & vanitatem ostendendam regolis vsurpatione insignis, quod videtur à *Carolo Magno apud Monacũ Sangulensem lib. 1. c. 19.* reprehensum, sed ad potestatem, qua pollet animarum regia potiorem exercendam iuxta dicta *lib. 1. disp. 2. c. 3.* Præterea illud adnotare non piget ex *Hugone de Sancto Victore lib. de Sacr. c. 4.* qui sic ait. *Episcopo dum regimẽ Ecclesiæ committitur baculus quasi Pastori traditur, in quo tria notantur, quæ significatione non carẽt recuruitas, Virga, cuspisq. significatio, hoc carmine contenta,* cuius etim mentionem fecit *D. Thom. cit.*

Collige sustenta, stimula, vagamorbida lenta.
Hoc est Pastoris, hoc virga figura, & honoris.

Vel hoc alio distico.

Attrabo peccãtes, iustos rego, pungo vagãtes,
Officio triplici seruio Pontifici.

Quæ munera, qua ratione Antistiti obesida sint perbellè adumbrantur in Pontificali Romano, vbi .n. Consecrator, consecrato Pastori bãculũ tradit, sic loquitur. *Accipe baculum Pastoralis officij, vt sis in corrigendis vitijs piè sæuiens, iudicium sine ira tenens, in fouendis virtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate sæueritatis censuram non deserens.*

16 Per Caligas verò, quarum *S. Thom.* meminit, eodem Auctore, significatur, rectitudo gressuũ Pastoris.

17 Per

17 Per succinctorium amor honestatis.

Per Tunicam perseuerantia, quia Ioseph tunicam talarem dicitur habuisse, quasi descendentem vsq. ad talos, per quos significatur extremitas vitæ, hæc Angelicus.

Demùm de Pallio, vt omittam, quæ breui D. *Thom.* hisce indicat verbis, *sed vlterius Archiepiscopi pallium habent signum Priuilegiatę potestatis, significat .n. torquem aureum, quem solebant legitimè certantes accipere.* Nonnulla adijciam, ex quo nomen solum assumit Archiepiscopus, siue Patriarcha; vt .n. probè *Pontificale Romanum* ad finem cõsecrationis Episcopalis habet. *Quando electus in Patriarcham, vel Archiepiscopum consecratur forma præmissa in omnibus obseruatur, sed per huiusmodi consecrationem non assumit sibi nomen Patriarchæ, vel Archiepiscopi, quod per traditionẽ pallij dumtaxat sibi attribuitur, vsq. ad quam dicitur electus etiã post consecrationem prædictam,* vt infra. *Electus vero in Episcopum, cum primum consecratus est, Episcopus vocatur non electus.*

Hoc itaq. pallium patriarchale, seù Archiepiscopale breue est, quod humeros, & pectus tegit. Hoc *Isidor. Pelusiota lib. 1. epist. 136.* negat è lino, vel bysso fieri. *significat pellem ouis, quam errantem Dominus, cum qu estiisset humeris tollit.* Hùc tendit, quod *Photius in bibliotheca pag. 269.* græcè scribit, & ità latinè redditur. *Humerale, quo amictus est Episcopus significat pellem ouis, quam errantem reperiens Dominus in humeris suis sustulit, et cum ijs, quæ non erauerunt, numerauit. Habet autem, & Cruces, quia Christus humeris suis portauit Crucem.* Hæc ille; quia per Crucem habita nostra redemptio sit, & ouiculæ ad ouile reductio. Habet præterea secundum mysterium à *Ruperto* nobis expressum *lib. 1. de diu. offic. c. 27.* his verbis. *Octauum Archiepiscopis indumentum est aurea lamina ab Apostolica Sede datum, quod à collo circa pectus dependens, designat humilitatis, vel sapientię torquem.* Est aũt proprium Archiepiscoporum, & Patriarcharũ, vt super indicaui, scribit .n. *Germanus in liturg. Pro rationali nunc Summi Pontifices, quos Archiepiscopos dicimus, pallio vtũtur, quod à S. R. Sede Apostolica dante accipiũt,* & *Alcuin. lib de diu. offic. Pallium Archiepiscoporum nihil est aliud, nisi discretio inter Archiepiscopum, & eius suffraganeos,* apud *Iuonẽ* verò *Carnotensem lib. 1 sub Damaso Papa,* hoc decretum factum esse legitur. *Quisquis Metropolitanus infra tres menses consecrationis suæ, ad fidem suam exponendã, palliumq. suscipiendũ ad Apostolicam Sedem non miserit commissa sibi careat dignitate.*

18 Et sanè opus est infimis postulari precibus pallij ornamentum à S. R. E. *Auctore D. Gregor. Papa lib. 7. epist. 5. Prisca consuetudo obtinuit, ut honor pallij nisi exigentibus meritis causarum, & fortiter postulanti dari non debeat.*

19 Non datur hoc Palliũ, nisi præmisso iuramẽto, cuius formula in *Pontificali* habetur, atq. à nobis tradita *c. 2.* quod olim in vsu ẽt fuisse, testatur his verbis. *S. Bonifacius Apostolus Germaniæ in epist. ad Ibertum. Maior nobis sollicitudo Ecclesiarum, & cura populorum propter pallia credita, & recepta quam cæteris Episcopis, qui proprias tantum curant Parrochias, incubat. Decreuimus in nostro Synodali Conuentu, & confessi sumus fidẽ catholicam, & vnitatẽ, & subiectionem Romanæ Ecclesiæ fine tenus vitæ nostræ velle seruare: S. Petro, et Vicario eius velle subijci: Metrapolitanos pallia ab illa Sede quærere, et per omnia præcepta S. Petri canonicè sequi.*

20 Qua verò ratione Præsules Græci omnes pallio donentur legas apud *Photium in bibliotheca pag. 269. de Metrophone Episcopo Bizantij.* Insuper quando Romanus Imperator filium suum Theophylactum, vt in Patriarcham cõstitueretur, procurauit, per Alberinum effecit, vt à Romano Pontifice, suisque successoribus pallium concederetur, cuius exemplo cæteros Episcopos Græcos illud vsurpasse refert *Bulengerius lib. 1. c. 10. de pallio.*

21 Vsus autem non est pro arbitratu Archiepiscopi, vel Patriarchæ, sed certis diebus, vt in Pontificali. Dies nimirum Natiuitatis Domini cum tribus sequentibus festis.
Circumcisionis Domini.
Epiphaniæ.
Dominicæ Palmarum.
Feriæ v. Maioris hebdomadæ.
Sabbati Sancti.
Resurrectionis.
Dominicæ in albis.
Ascensionis.
Pentecostes.
Corporis Christi.
Festiuitatum B. Virginis.
Natiuitatis S. Ioannis.
Omnium Sanctorum.
Dedicationis Ecclesiarum.
Principalium festorum propriæ Ecclesiæ.
Ordinationis Clericorum.
Consecrationis Episcoporum.
Anniuersariæ Dedicationis Ecclesiæ.
& Consecrationis propriæ.

22 Hinc *Nicolaus Papa epist. 47. Audiuimus te non certis temporibus, & iuxta morem alijs Antistibus definitis, pallio à Sede Apostolica tibi cõcesso vti: quod hac tempore, quo ipsius pallij vsũ à Sede Apostolica petiisti,* scripto paginę, more solito tibi ostensum est. Demum de his omnibus Præsulis vestibus, atq. ornamentis dicam cum *Brunone in Exod. ad illa verba super humerale, &c. Respice Episcope ad onus, quod portas, respice ad superhumerale. Vides ibi aurũ da operam, & studium sapientiæ. Vides ibi Iacynthum intuere Cælum, & contemplare Deum. Vides ibi Coccum bistinctum, tingat te, si necesse fuerit pro Dei, et proximi dilectione sanguis martyrij. Vides ibi byssum retortum, carnem doma, macera, affligе, vt & spiritui seruiat, semperq. candidior, & mundior fiat. Pallium deniq. vicesgerere superhumeralis, siue rationalis Summi Sacerdotis Iudaici, quod Ephod dicitur, & Sculpta habebat nomina filiorum Israel, vt nimirum Sãctę Ecclesiæ Antistites sciant Populum, & Subditos sibi cõmissos portandos esse non tantum in pectore, cum amantur, sed in humeris cum illorum onera ferũtur iuxta illud ad Galatas 6. alter alterius onera portate, Gemit, ait Recentior Auctor quidam è*

no-

Digitized by Google

nostra Societate in Exod. c. 28. n. 1. sub onere paupertatis Proximus, onus eius eleemosynis subleua: sub onere ægritudinis decumbit, erige: sub fasce peccati iacet, attolle: colericus est, melancholicus, pusillanimis fer, & porta eum humeris tuæ patientiæ, caritatis, & consolationis. Verum de habitu Archiepiscopi, & Episcopi in propria Diœcesi, siuè Domestico, siuè Ecclesiastico agit Cœrimoniale Episcopum, tùm *lib. 1. c. 3. ac 15.*

CAPVT SEXTVM.

Ab octaua vsq. ad decimamseptimam Actiones facientes ad consecrationem expenduntur.

SVMMA.

Ab octaua, vsquè ad decimamsextam rationes consecrationis expenduntur. n. 1.
Impositio libri Euangeliorum super cap. & scapulas Dilecti, quid significet. *n. 2. & 7.*
Quid vnctio significet. n. 3. & 6.
An hæc Antistitis vnctio præstet Regum vnctioni. n. 4.
Quo vngendus sit oleo Antistes n. 5.

1 HAbito examine tùm fidei, tùm prudentiæ, ac reliquarum virtutum ad regimẽ Ecclesiasticum desideratarum, octauo loco nonnullis è perpensis, atq. explicatis vestibus induitur Candidatus consecrationis, vt Sãdalijs, Dalmatica, de quibus superiori capite satis abundè dictum est, alijsq. inferioribus indumentis candorem fidei, morumq. sanctitatem soli Deo cognitam indicantibus.

Nono loco signa, cæteræq. actiones sanctiores innuntur ab *Areopagita apud Barbos. tit. 1. c. 5. n. 9.* sex enumerantur, genuflexio videlicet ad altare, manuum impositio, Crucis obsignatio, benedictio, & precatio, vnctio capitis, & manuũ. Et quidẽ cum ex his quinq. siue ad auxilium à Deo precandum, siuè ad humilitatẽ, animiq. submissionẽ, facere pateat ad sensum, & cum vnctio inferius à nobis explicanda sit,

2 Sequitur nunc exponenda libri Euangeliorum impositio super caput, & scapulas Electi, cuius caput cum Assistentes Episcopi tangant, vt in *Põtificali Rubrica, §. tũ consecrator pag. mihi 65.* Itaq. legis Euangelicæ liber recumbit in capite, & humeris Episcopi; super caput vel ad reuerentiam, & obsequium: super humeros ad exemplum; Vel vt intelligat non modo docendi munus habere, sed etiam opere complendi ea, quæ populũ docet, vel quia, vt nouus Atlas humero Euangelicã subsstentare tenetur legẽ; vel quia cum per humeros in sacris literis submissio animi humilitas, & patiẽtia significẽtur his maximè virtutibus ostẽditur indigere Præsulem ad onera Euangelicæ disciplinæ ferẽda; vel quia cùm Euãgeliorum liber insigne sit potestatis, ac dignitatis Euãgelicę, imitatus Antistes Christum Summum Sacerdotẽ, ac Pontificẽ in humeris illum habeat, de quo *Tertull. lib. contra Iudæos* eruditè scripsit. *Quis omninò Regum insigne potestatis suæ humero præfert, & nõ aut in capite diadema, aut in manu sceptrũ? Sed solus Rex nouus nouorum sæculorum Christus Iesus nouam gloriam, potestatem, & sublimitatem suam in humero extulit Crucem. s. vt secundum Dauidis prophetiam (psal. 95. n. 10. iuxta septuaginta)* deindè *regnaret.*

Reliquiæ verò actiones vsq. ad vnctionem capitis, quæ 13. loco numeratur non indigent explicatione.

3 De vnctione igitur capitis nè tẽpus in moralibus, seù typicis significationibus plusquam par est impendam, & sufficere videatur, quod essentiam expendentes supra cõsecrationis de ipsa diximus; solum nũc assero, vngi præsertim in capite nostrum Candidatum, quia caput est suæ Ecclesiæ, quem illa loco sponsi, & Capitis venerari debet, vel quia quantũ gratiæ in corpus Ecclesiæ eius sponsæ à Deo conferendum est per ipsum Episcopum tanquam per caput deriuandum, vel per Christum, quod caput est totius Ecclesiæ, cuius personam in ordine ad hanc peculiarem Episcopus gerit.

Hæc autem vnctio præstat Regum vnctioni, quippèqui in humero vnguntur, & brachio, quasi ad defensionem Regni, & ad eiusdem sustentationem, vt in secunda oratione, quæ habetur in *Pontificali* de vnctione Regis legitur, dum ungitur, & incipit *Deus, Dei filius.*

4 Demùm in capite ungitur, ut ex eo oleum illud, quo copiosa Spiritus Sancti gratia significatur, in omnes corporis partes influat, nouũq. Episcopũ integrè ità sanctificet, ut instar Christi Domini oleo diuinitatis, ac sanctitatis per unionem hypostaticã, omninò imbutus sit Antistes, atq. accidentali gratia sanctificante, auxilijsq. gratiæ actualis plenissimè, ad tantũ munus, ac dignitatem requisitę, sit, & ille copiosissimè instructus Christum repræsentans, quod clarè demonstratur ex pijssimis uerbis, quæ consectator post unctionem exprimit. *Hoc Domine copiosè caput eius influat, hoc in suis subiecta decurrat, hoc in totius corporis extrema, &c.*

5 Tandem addo non quocumq. oleo ungi, sed oleo, & unguento instar illius, quo caput unctũ est Aaronis Summi Pontificis, & quidem suauissimo *Exod. 30.* & quod descendebat in barbam eiusdem Aaronis *psal. 132.* Quamobrẽ hic idem *psal.* post unctionem hanc nostri Episcopi dicitur. Ex quo illud mysteriũ non uulgare deduco: commendari hac unctione unionem capitis cum mẽbris, siuè membrorum cũ capite, ideſt ouium cum suo pastore. Etenim sicut unguentum, quo ungitur caput, non descenderet in barbam, & oram uestimenti, ideſt in illã partem, quæ collum circũdat, ac est immediatè ad barbam, nisi hęc sibi cohærerent, & unita inuicem essent, ut rectè notauit *S. Augustin. in dict. psal.* & significare uocem hæbraicam, & græcã scitè notat *Eminent. Bellarm. ibid.* ità plenitudo gratiæ neq. à Christo in omnes Christianos,

neq.

Digitized by Google

neq. à Prælatis in suos subditos, nisi hi habitēt in unum, tùm unitate fidei, tùm inter se glutino caritatis coniuncti, quemadmodum erāt, ac viuebant Christiani omnes initio florētis Ecclesiæ *Actorum 4. Erat autem multitudinis Credentium cor vnum, & anima vna*; idq. qua ratione altera explicetur similitudine Roris, montis Hermon, & Sion, legat, qui volet apud allegatum *Bellarmin.*

Decimoquarto loco perunguntur manus, vt quidquid benedixerit nouus Antistes benedicatur, & quidquid sāctificauerit, sanctificetur: secundo, vt si opus fuerit ad gratiam sanitatis, pollex oleo Sancto delibutus, vel manus Episcopi valeat, sic.n. prosequitur oratio, qua oratur dum hanc obit functionem Consecrator Antistes; *Et consecratæ manus istius, vel pollicis impositio cunctis proficiant ad salutem.* Alludens ad illud Euangelij *super ægros manus imponēt, & bene habebunt Marc. 16. vers. 18.* Tertio, vt sciat nouus Antistes non ad otium, sed ad operosū negotium vocari. Quarto, vt illius manus gratia Sancti Spiritus ad egregia dirigantur opera.

Præterea, quæ de baculo dicenda essent superiori capite à nobis relata sunt. Item & de anuli significatione *ibid, n.* 15. scripsimus.

Decimoseptimo loco Euangeliorum liber, qui antea substentabatur Episcopi scapulis, eidem datur in manus, vel ea de causa, quæ per orationem dictam à Cōsecratore indicatur, dū hoc præstat munus. *Accipè Euangelium, & vade, prædica Populo tibi commisso*; vel vt significet prædicationem Euāgelij bonis potius operibus è manibus Diuina Spiritus Sancti gratia delibutis fluentibus comprobari, quā verbis, & ne tanto munere, atque onere terreatur nouus Dux Ecclesiæ addit. *Potēs n. Deus, vt augeat tibi gratiā tuā*; sub hac spe tibi laborandum est, instar.n. Moysis, & Aaronis, Episcopus populū sibi cōmissum ex Egyptiana moribus infectis labe vitiorū educere debet, nō solū verbis, sed manibus iuxta *psal. 67. n. 21. Deduxisti sicut oues Populum tuū in manu Moysis, & Aaronis, vbi Origenes, ad exeundū*, inquit, *de Egypto, non sufficit vna manus Moysis, quæritur, & manus Aaron. Moyses indicat scientiā legis: Aaron sanctificandi Deo, & immolandi peritiam. Opus est ergo, vt exeūtes de Egypto non solum scientiā legis, & fidei, sed operum, quibus Deus placetur, fructū habeamus.* Et infra. *Ideo vtraq. manus necessaria est de Egypto exeuntibus, vt inueniatur in eis nō solum fidei, & scientiæ, sed actionū operumq. perfectio. Neq. satis est inesse sapientiam Antistiti, eamq. in capite per doctrinam gestare, sed in manibus præferre necessarium omnino est, quia eiusdem metalli, auri nimirum, erat caput, & manus sponsi, caput eius aurum optimum, et manus eius tornatiles aureæ. Nam sicut picturiam, ait, Theodoretus ibi, aut sutoriam artem perdiscunt non solum, vt earum rationem teneant, eiq. dent operā, sed multo magis, vt suis manibus exerceant, sic moralis philosophia, hoc est Euangeliorū doctrina non tantum discenda est, vt eam sciamus, sed vt & verbis, & moribus, & vita exprimamus.*

CAPVT SEPTIMVM.

Reliquæ perpenduntur actiones consecrationis.

SVMMA.

Osculum consecratoris Episcopi, & cōsecrati. n. 1.
Oblatio panis, & vini. n. 2.
Ad eandem hostiam, & vini consecrati à Consecratore admittitur Consecratus. n. 3.
Cur in eminentiori loco collocatur Consecratus. num. 4.

1 ANtequam ad sacrificium *offerendū* accedant tùm Consecrator, *tū* consecratus Episcopus, ad osculum cōsecrator petitur Consecrati, vt nimirum Christianis omnibus exploratum sit nullam, siuè ad hoc sacrificium immolandum, siuè ad sacram Synaxim aptiorem, magisq. necessariam esse dispositionem ipsa vnione, ac pace, vt præcipitur *Matth. 5.*

2 Decimonono loco panem, & vinum Consecratus Episcopus offert Consecrāti, duasq. accensas faces, vel ad gratitudinem, vel ad ostendēdum ordinem, penès quem vterq. est Sacerdos, & Antistes, videlicet Melchisedech, in fide tamen Christi per faces expressa, significantes etiam caritatis ignem.

3 Ad corpus verò, & sanguinē Domini ex eadem hostia, & calice admissus à Consecratore, ostenditur admitti etiam ad vnam, eamdemq. potestatem, qua vterq. potitur in Corpus Christi reale ex vi ordinis, vel ad vnitatem, similēq. iurisdictionem, & potestatem vtriusq. in Corpus Christi mysticum, ideſt in Ecclesiam.

Vigesimosecundo loco benedictio Mitræ, si antea non fuerit benedicta, ac eius collatio, de qua *superiori capite n.* 5. locupletè scripsimus.

Vigesimotertio, significatus etiam Chirothecarum *ibid. n.* 11. traditus est.

4 Vigesimoquarto in summo loco sedens collocatur, vel ad iudicium animarum sibi commissarum, vel ut in specula, de qua nos nomen Episcopi perpendentes *lib. 1. disp. 1. c. 1.* nonnulla diximus.

Explicui quæstiones meas omnes, & sermonem, amice Lector, de caulis intrinsecis Episcopi, atq. Episcopatus, spero non solum gratas tibi, sed utiles; etenim prætuli in his tractandis utilitatem iucunditati, ueritatem gratiæ. Huic igitur Volumini lubēs finem impono, uel quia finis ipsius Præsulatus, quę causa mihi superest omni studio expenpenda, ut præcipua animum allicit, & calamum, uel quia uereor, nè meæ uitæ finis, meorum laborum finem præuertat, quem è limine senex iam salutare uideor.

Meas hasce lucubrationes sponte, ac libēter subijcio Catholicæ fidei, Ecclesiæq. Romanæ sententię, atq. Oecumenicis Concilijs, necnon Romanorū Pontificū sanctionibus, quas ultro maxima animi submissione ueneror, amplector ac propriæ etiam uitę iactura usq. ad ultimum spiritum defendere contendam.

L. D. B. M. V.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1895
Digitized by Google

INDEX RERVM NOTABILIVM.

A

ABbas, *Ingrediens Monasterium, vt Abbas eligeretur, idq; si protestatus, esset in Abbatem eligi non posse lib.7.disp.13.c.1.n.23.* 342

Potest Abbatissa electa, & confirmata absq; literis administrare lib.7.disp.6.c.4.n.6. 302

Abrogare, *Potest successor Princeps prædecessorum leges lib.5.disp.3.c.6.n.1.* 44

Absolutio, *Validus est consensus baptizandi, confirmandi, et absoluendi certam personam, etiãsi erretur in qualitate accidentali libr.5.d.1.c.4. n.8.* 16

Subdiaconus postulatus, atq; in Episcopum admissus potest à cẽsuris absoluere, idem dicas de habente primam tonsuram lib.7.d.4.c.2.n.4. 285

In mortis articulo à quocumq; posse dari cẽsurarũ absolutionẽ, non est improbabile ib.n.5. ibid.

Non modo potest, sed tenetur, siue Præsul Subdiaconus postulatus, et admissus, siue Vicarius absoluere à censuris Subditum extremè laborantem, imò & non subditum ib.n.6. ibid.

Non est improbabile posse quemlibet Christianum in articulo mortis alterum quemcunq; existentem absoluere à censuris, non tamen Sacramẽtaliter ib.n.7.& 11. 286

Effectus absolutionis à censuris qui sint ib.n.8.

Quilibet Sacerdos imò, & Christianus poterit absolutionem impendere à censuris etiam signum pœnitentiæ non ostendenti in graui morbo licet illicitè id faceret ib.n.9. ibid.

Post mortem ei, qui signa pœnitentiæ non dedit, absolutio nequit dari censurarum ib.n.10. ibid.

Cum absolutio censurarum non daretur à non Sacerdote, quid est præstandum deinceps ib.n.13. fol. 287

Qui dicitur mortis articulus, & vtrum distinctus à periculo ib.n.14. ibid.

Acceptio personarum, *Quid est acceptio Personarum lib.6.d.5.c.1.n.1.* 111

Germana expositio sententiæ Secundi Cap. D. Iacobi ib.n.3. ibid.

Ethimologia acceptionis personarum ib.n.4. ibid.

Acceptio Personarum optima metaphora dicitur acceptio facierum ib.n.8. 112

Areopagitæ Iudices noctu cur iudicabant ib.n.7. ibid.

Cur Thebis Iudicum imagines connitentes, & absq; manibus videbantur ib.n.8. 112

Non potest acceptio Personarum esse non intercedente aliquo debito rei, circa quam versatur. ib.n.10. ibid.

Debitum, atq. ius personarum, quibus fiat iniuria, requisitum ad acceptionem personarũ, ex Augustino probatur ib.n.11. ibid.

Personarum acceptio peccatum est ex se graue ib.n.12. ibid.

Regula ad peccatum mortale dignoscendum à veniali distinctum ib.n.16. 113

Personarum acceptio propriè contra iustitiam est partim commutatiuam, partim distributiuam ibidem.n.17. ibid

Expenditur locus Matthæi 22. Scimus, quia verax es, &c. *ib.n.18. ibid.*

Punitio Delicti ad commutatiuam spectat iustitiam ib.n.19. ibid.

In iudicijs omnium consensu acceptio committi potest personarum, quæ necessariò concedi debet contra distributiuam, commutatiuamq. esse iustitiam ib.n.20. ibid.

Quãdo reperitur impropriè personarum acceptio contra iustitiam est purè distributiuam ib.n.21. fol. 114

Circa quæ acceptio personarum versatur lib.6.d.5.c.2.n.1. ibid.

Grauius esse peccatum acceptio personarum circa spiritualia, quã circa tẽporalia ib.n.2. ibid.

Ad personarum spectat acceptionem in vnum multa congerere beneficia, laborantibus alijs inopia ib.n.4. ibid.

Turpis personarum est acceptio, Ecclesiæ opes, ratione cognationis, aut affinitatis, aut similis in vnum, vel paucos derivare ib.n.5. ibid.

Acceptio personarum asseritur in distribuẽdis honoribus, atq; oneribus, & in vectigalibus imponendis ib.n.7. 115

In Deo cur nulla sit acceptio personarum ib.nu.9. ibid.

Nomine personarũ acceptionis Paulus ad Rom. c.1. *non proprium acceptionis vitium intellexit, sed oppositum liberali indifferentiæ Dei erga omnes ib.n.13. ibid.*

Quam impropriam personarum acceptionem etiã à Deo D. Petrus act.10. *longe amandauit ib.n.14. ibid.*

Electio Indigni, omisso Digno, ad acceptionem spectat personarum ib.n.17. 176

Acceptatio, *Probabile est legem humanam pendere ab acceptatione lib.5.d.3.c.3.n.19.* 32

Probabilis est contraria vim legis asserens independẽter ab acceptatione lib.5.d.3.c.5.n.20. 41

Accidens, *Emens oleum, quod falsò putabat dulce validè emit, & sic de singulis aliarũ qualitatũ accidentalium erroribus lib.5.d.1.c.4.n.7:* 15

Actus, *Quinam sit actus primò primus, secundò primus, & plenè deliberatus lib.5.d.1.c.2.n.3.* 9

Quãdo lex prohibẽs irritat actũ ib.d.3.c.2.n.6. 29

Reiteratio actus denotat voluntatis firmitatem lib.5.d.4.c.4.n.19. 67

Actus præsumitur factus ita vt valeat libr.6.d.14.c.2.n.24. 212

Realitas actus magis inspicienda, quam verborũ lib.7.d.9.c.1.n.11. 315

Accusator, *Non probare obiectũ crimen per accusationem non est calumniare lib.6.d.14.c.5.n.26 fol.* 224

Onus probandi calumnia vacare accusationem, Accusatori incumbit ib.n.27. ibid.

Non probans qui accusauit Episcopum, afficitur pœna suspensionis ib.n.28. ibid.

Ante quas pœnas accusatoris nõ pbãtis admittẽdæ

LYON 1895

Digitized by Google

INDEX.

sunt probationes ib.n.29. ibid.
Ex regula generali denuncians, vel accusans neq; probans præsumitur calumniasse. ib.nu.30. & 33. ibid.
Pœna transitoria posset ufficiex præsumptione dicta a non probans Accusator ib.n.31. 224
Administrator *tenetur iustitiæ lege, ne sua negligentia inferatur damnum Domino lib.6.d.11.c.1.n.4. 258*
Siue Prælatis in Curia Romana promotis, siue à Sancta Sede immediatè confirmatis ad licitã, validamq; administrationem est necessaria Apostolicarum literarum expeditio lib.7.d.6.c.2.n.2. 298
Aeconomus, *Ius multorum, quibus res dividenda efficaciter destinata est quale sit, ac quale peccatum aeconomi, eiusq; cuius talem voluntatẽ efficacem donatoris, testatoris, vel alterius dãzis interest adimplere, neq; adimplet lib.6.d.3.c.1.n.13. 90*
Aequalitas *altera rei ad rem & arithmetica, altera proportionis ad proportionem, & geometrica lib.6.d.2.c.3.n.1. 87*
Consensu DD. æqualitas arithmetica est obiectum puræ commutatiuæ iustitiæ, geometrica verò distributiuæ ib.n.2. ibid.
Nulla æqualitas ad iustitiam spectat, ni ex aliquo iure lib.6.d.3.c.3.n.3. 94
Præter arithmeticam, & geometricam, datur vtriusq. particeps æqualitas lib.6.d.3.c.1.n.1. fol. 89
Quæ æqualitas, quodnè ius ad puram spectat commutatiuam quæ, qualeq; ius ad puram distributiuam ib.n.2. ibid.
Æqualitas arithmeticę, et geometricę particeps etiam est, quæ spectatur à tribus contractum ineuntibus societatis, quorum quantitas vnius duplo per proportionem accedit ad aliam alterius ib.n.7. & 20. 89. & 92
Cùm restitutio facienda sit, à quo integra haberi non potest, ni seruata proportione maioris, vel minoris debiti æqualis secũdum cætera, æqualitas seruanda est, nec purè geometrica, nec pure arithmetica ib.n.8.21. & 22. ibid.
Æquàlitas geometrica, & arithmetica cum adeò quatè sint, singulas constituunt species lib.6.d.3.c.2.n.6. 93
In vna, & eadem æqualitate, quando connectantur, & distinguãtur geometrica, atq; arithmetica ib.n.7, & 8. ibid.
Quãdo rationes æqualitatis geometricæ, & arithmaticæ per accidens coniunguntur, ab eodẽ nõ respiciũtur indiuisibili habitu ib.c.3.n.13. 96
Ad æqualitatem geometricam ea reuocatur, quæ res indiuisibilis digniori datur ib.n.14. ibid.
Aetas, Nobilitas, *De nobilitate promouendi, eiusq; ætate, de quibus testes interrogandi sunt lib.8.d.4.c.7.n.17. & 18. 377*
Affectio *maxima perpendenda est, quæ veritatem tegere solet lib.8.d.4.c.6.n.3. 375*
Alienatio, *Agrorum alienatio quo fine habebatur olim in Ecclesia lib.6.d.4.c.1.n.4. 98*
Alius, *Regula qui per alium facit per se ipsum facere videtur, quando locum habet lib.8.d.2.c.2.n.4. 351*
Amicus, *Quando certa est Amici, vel Affinis aptitudo, dubia verò non Affinis, vel Amici, tenetur, nè, dum potest ab Electore ille eligi ad beneficia Ecclesiastica lib.6.d.2.c.3.n.10.*
Apostoli, *Redarguuntur hæreses Dicentium Apostolos neq; recepisse, neq; in crastinũ seruasse pecuniam lib.6.d.4.c.1.n.3. 98*
Quo pacto Apostolorum electio fuerit optima lib.6.d.6.c.2.n.28. 124
Appellatio, *Quæcumq; appellatiuo nomine gerũtur transeũt ad substitutũ lib.6.d.17.c.3.n.12. 253*
Recursus ad Superiorem propriè non est appellatio lib.7.d.13.c.1.n.8. 339
An appellans de infamia possit puniri lib.6.d.9.c.3.n.19. 151
Approbatio *confessariorum iuxta Tridentinum factæ iuridica est declaratio, seù sententia ex iustitia debita lib.6.d.6.c.2.n 12. 121*
Archidiaconus, *Commissio facta Archidiacono, duobus existentibus, censenda est facta Præstantiori lib.8.d.4.c.3.n.21. 372*
Archiepiscopus, *An possit Archiepiscopus ad inquisitionem promouendi se ingerere, quãdo hęc ad Episcopum ordinarium eius suffraganeum spectat lib.8.d 4.c.2.n.2. 367*
Quid si Ordinarius promouendi, vel nollet, vel suspectus esset ipsi Promouendo, num hoc negotiũ ad Archiepiscopũ spectaret ib.n.8. & 9. 368
Necessaria connexio inter Episcopatum, & Sacerdotium non obstat propriæ noui characteris productioni lib.8.d.8.c.3.n.1. 419
Argumentum *à minori ad maius ritè concludit in eo fundatũ principio, cui licet plus, licet vtiquè & est minus destructiuè lib.6.d.9.c.2.n.3. 147*
Argumenti vis à fortiori qualis sit lib.6.d.9.c.3.n.3. 148
Vis argumenti à simili, vsu, & consuetudine lib.6.d.9.c.4.n.9. 152
Argumentum à contrario sensu vires habet, quãdo contrarium iure non est cautum, secus si cautum l.6.d.13.c.6.n.3. 194
Ars, *Inter malas artes impediméti adornãdi, meritò importunè cõnumerãtur prces ib.c.3.n.29. 186*
Inter has malas artes nũ reseratio cõnumeranda sit literarũ vacationis beneficij ib.n.30. ibid.
Quomodo ars, & scientia se habeant ad suum obiectum lib.7.d.3.c.1.n.4. 218
Articulus, *commissus officiali Episcopi duos habentis officiales censetur commissus præstantiori lib.8.d.4.c.3.n.20. 371*
Articulos mortis, *Non modo potest, sed tenetur siue Præsul subdiaconus postulatus, & admissus, siue Vicarius absoluere à censuris subditum extreme laborantem, imò et non subditum lib.7.d.4.c.2.n.6. 275*
Post mortem ei, qui signa pœnitentiæ non dedit, absolutio nequit dari censurarum ib.n.10. 286
Cum absolutio censurarum non daretur à non Sacerdote, quid esset faciendum deinceps ib.n.12. & 13. 286. & 287
Artifex, *Quod ius habent Artifices, vt locentur, Milites, vt ad stipendium vocentur, operarij ad laborem lib.6.d.2.c.3.n.6. 285*
Audere, *plusquam oportet, an sit temerè facere lib.6.d.14.6.5.n.22. 213*

Bip-

Digitized by Google

INDEX.

B

BAptiſmus, Validus eſt conſenſus baptizandi, cõfirmandi, abſoluendi certam perſonam etiamſi erretur in qualitate accidentali libr. 5. d. 1. c. 4. n. 8. 16

Nullus cæterorum eſt capax Sacramentorũ abſq. charactere baptiſmatis lib. 8. d. 7. c. 2. n. 18. 411

Sanctificatus in vtero eſſet baptizandus ibid. nu. 19. ibid.

Beneficium, Sententia docens electionem, vel beneficij collationem ſimoniacè factam iure noſtræ eſſe validam lib. 5. d. 3. c. 2. n. 1. 28

Num electio, vel collatio Beneficij ſimoniacè facta iure Eccleſiaſtico ſit valida libr. 5. d. 3. c. 3. nu. 1. 30

Omnis electio ad Epiſcopatum per ſimoniam ſaltem realem ſiue occultam, ſiue publicam habita iure Eccleſiaſtico eſt irrita libr. 5. d. 3. cap. 3. n. 3. ibid.

Sequitur obligatio reſtituendi ex hac collatione inualida. ibid. n. 4. ibid.

Eximunt ab hac generali regula Pontificis Max. electionem nonnulli lib. 5. d. 3. c. 3. n. 5. ibid.

Qui tamen reijciuntur. ibid.

Electio, vel collatio Beneficij nùm iure naturæ ſit valida? lib. 5. d. 3. c. 4. n. 1. 34

Omnis venditio rerum ſpiritualium, vel commutatio pro pretio temporali, ſpectata ratione tantum ſupernaturali, eſt ſimonia iure naturali ibid.

Eccleſiaſticum benefícium formaliter conſideratum, quatenus eſt ius fructuum ex officio Sacro debitorum, iure diuino, eſt inuendibile ibid. nu. 14. 36

Eccleſiaſticum beneficium materialiter inſpectũ, vt ius ad fructus, nõ conſiderato eius ſubiecto, cauſa, vel eſſentia, vnde quaſi manat, à Papa ſaltem eſt vendibile ibid. n. 15. ibid.

Omnes Prælati Papa inferiores reſignantes titulos neceſſariò reſignare cenſentur fructus ibid. nu. 17. ibid.

Exigens aliquid temporale ex vi Iuris ad fructus fundati in re ſacra, cenſetur exigere pro re, vel officio ſacro ibid. n. 18. ibid.

Beneficium, ſecundum temporale, vendere, vel pecunia alienare, vel emere, eſt ſimonia ſecundũ Eccleſiaſticum ius lib. 5. d. 3. c. 4. n. 20. 37

Ius Patronatus, vt quid ſpirituale inuendibile eſt omni iure, & contractus talis nullus, et reſtitutioni obnoxius eſt lib. 5. d. 3. c. 5. n. 13. 39

Quomodo abſq. ſimonia redimi poteſt impedimẽti vexatio in ſpiritualibus lib. 5. d. 3. cap. vlt. n. 47. 56

Etiam ante electionem, ſi vi impediaris, poteris eam auertere pecunia libr 5. d. 3. cap. vlt. nu. 48. ibid.

Quid nomine beneficij ſignificetur libr. 6. d. 4. c. 3. nu. 2. 101

Ex titulis tanquam ex ratione formali, vel finali diuiſio beneficiorũ deſumenda eſt ib. n. 3. ibid.

Diuiditur beneficium in ſimplex, et compoſitum, ſeù duplex ibid. n. 4. ibid.

Aliud benefícium præeminentiam in Eccleſia habens abſq. Iuriſdictione, quod reuocari ſolet ad compoſitum, ſeù duplex, ſic ſe habet Primiceriatus, Præcentoria, & ſimilia ib. n. 14. 101

Quicunq. beneficium ex ſua inſtitutione inadequatè ſe habet ad ſubſtentationem Eccleſiaſticorum lib. 6. d. 4. c. 4. n. 1. 102

Beneficiarij quoad partem propriæ ſubſtentationis beneficiorum ſunt Domini ibid. n. 3. ibid.

Ratio cur beneficiatus fructus non faciat ſuos, ni diuinum recitauerit officium, eſt, quia ſub huius onere illi dantur ibid. n. 4. ibid.

Per accidens abſq. peccato dari poterit beneficiũ digno omiſſo digniori lib. 6. d. 7. c. 2. n. 23. 134

Penuria vrgente Aptorum ad beneficia; cũ Meliores deſtinandi ſunt pareſijs, minus dignis poterunt pinguiora dari ibid. n. 24. 135

Si tamen nequiret imponi pẽſio ſupra hoc beneficium pingue, in vtilitatem dignioris, cui demãdatur Paræſia ibid. n. 25. ibid.

Poſſunt Eccleſiaſtica beneficia cõſanguineis, vel affinibus, vel amicis æquè dignis, magna tamẽ cum cautela ad ſcandalum, & periculum effugiendum, conferri lib. 6. d. 7. c. 3. n. 4. 136

Proemium beneficij requirentis induſtriam perſonæ, non auitis datur meritis ibid. n. 9. 137

Papa non eſt Dominus beneficiorum lib. 6. d. 7. c. vlt. n. 3. 140

Indignitas ad beneficium Eccleſiaſticum ex quatuor indicatis defectibus in cap. cum in cunctis de electione, vel copulatiuè, vel diſiunctiuè acceptis deducenda eſt lib. 6. d. 9. c. 3. n. 1. 148

Defectus ſcientiæ totalis nullam reddit electionẽ lib. 6. d. 9. c. 3. n. 8. ibid.

Abuſus malè collocandi beneficia Eccleſiaſtica apud quos ſit lib. 6. d. 9. c. 4. n. 8. 152

Collatio legum præſcribentium rationem conferendi beneficia, & vltimarum voluntatum lib. 6. d. 12. c. 6. n. 8. 175

Qui abſq. vi, fraude, alijſq. malis artibus quempiam impediret, ne cognoſceretur ab Epiſcopo, à quo cognitus haberet beneficium, et aliàs non debitum, non tenetur ad reſtitutionem, ni impeditus cæteris indignis, fuiſſet ſolus dignus, vel ſolum dignior ad beneficium curatum, vel ex concurſu, aut aliàs dandum lib. 6. d. 3. c. 3. n. 11. 95

Quicunq. potens beneficium conferre promittens primum vacans digno, non exiſtente digniore, ſi fuerit iam vacans, quando fuit promiſſum, tenetur illud conferre, ſecus ſi non erat illo tùc vacans lib. 6 d. 13. c. 7. n. 7. 198

Promiſſio conferendi primum beneficium vacaturum iuramento non firmatur ib. n. 8. ibid.

In ſummam omnes temporis termini ad prouiſionem Eccleſiarum, & beneficiorum rediguntur lib. 6. d. 16. c. 1. n. 12. 240

Reſcripta gratiæ, ad beneficia ſubreptitia ſunt, atq. ipſo iure nulla lib. 7. d. 1. c. 4. n. 6. 262

Prouiſio Papæ de aliquo beneficio ẽt nullam impedit inferiorem, nè de illo diſponat lib. 7. d. 1. c. 6. n. 6. 270

Per regulã generalẽ in beneficijs titulus attendẽdus eſt, & non poſſeſſio lib. 7. d. 5. c. 2. n. 8. 295

Vacare cenſetur beneficium curatum, vel dignitas alia maior per Promotionem ad Cardinalatum lib. 7. d. 12. c. 1. n. 22. 335

Ordinarius Abſenti põt beneficium cõferre, illũq. per procuratorẽ inueſtire lib. 8. d. 2. c. 1. n. 6. 350

Quomodo probanda ſit ſcientia præſentationis de vacatione beneficij lib. 8. d. 2. c. 4. n. 11.

Num per electionẽ, & confirmationem, ſiuè per

Digitized by Google

INDEX.

promotionem in Conciſtorio iam completam, beneficia vacent Promoti.libr.8.diſp.5.cap.2. n.7. 392

Beneficia Præſulis promoti, & ſi non dicantur vacare ante poſſeſſionem Epiſcopatus, prouideri tamen poſſunt lib.8.diſp.5.c.2.n.8. 392

Abſq. effectu tamen ante poſſeſſionem adeptam, lib.8.diſp.5.c.2.n.9.

Promotus ad Epiſcopatum non poteſt beneficia renunciare lib.8.diſp.5.c.2.n.12. 393

Beneficia Promoti in Epiſcopum poſſunt conferri nō expectata ſententia declaratoria, neq. poſſeſſione, ibid.n.13.

Promotus ad Epiſcopatum ſtatim tenetur beneficijs, quæ ante habebat, abdicare, alias ad reſtitutionem fructuum obligatur.ibid.n.14.

Amiſſio beneficiorum antea obtentorum intelligitur fieri à Promoto, niſi Papa vt ſolet, diſpenſauerit lib.8.d.5.c.2.n.16. 393

Secunda limitatio nō relinquendi beneficia prius adepta, eſt Epiſcoporum promoturum in partibus infidelium lib.8.d.5.c.2.n.17. ibid.

Quod dictum eſt de incompoſſibilitate beneficiorum præobtentorum, cum Epiſcopatu militat etiam in Abbatijs, aliſq. huiuſmodi beneficijs lib.8.d.5.c.2.n.18.& 26. 394.& 395.

De incompoſſibilitate verò cæterorum beneficiorum lib.8.d.5.c.2.n.19. ibid.

Tertia limitatio non abdicandi beneficijs præobtentis, ſi Præſul à populo non reciperetur.lib.8 d.5.c.2.n.20. ibid.

Quarta limitatio ſi fructus Epiſcopatus excipere non poſſit Epiſcopus lib.8.d.5.c.2.n.21. ibid.

An diſpenſatio ad trimeſtre, vt differatur conſecratio ſe extendat etiam ad reſtitutionem beneficiorum antea adeptorum Promoti libr. 8. d.5.c.2.n.22. ibid.

Quando diſpenſatur cum minore ad beneficium Parochiale conſequetur cenſetur diſpenſatum, nè intra annum teneatur ille Sacerdotio initiari.lib.8.d.5.c.2.n.23. ibid.

Quando diſpenſatur ad plura beneficia, cenſetur diſpenſatum ad reſidendum in alterutro ibid. num.24.

Non vacant beneficia præhabita à Promoto in Epiſcopum ob cōſecrattonem dilatam propter infirmitatem ibid.n.25.

Pueris beneficia Eccleſiaſtica, neq. ob ſpem, quæ corrumpitur diuitijs, conferantur lib.6.d.4.c.4. n.12. 104

Multis dantur pinguia beneficia in meritum præmiorum præteritorum ibid.n.13.

Beneficia inſtituta ad bonum animarum, atq. Eccleſiaſticum Chriſtianorum regimen primariò in bonum Eccleſiarum, ſecundariò in bonum eligendorum inſtituta ſunt.ibid.n.14.

Eccleſiaſtica dignitas, atq. officium ſummè proemijs ſubleuanda.ibid.n.15.

Beneficia ſecundariò inſtituta in proemium, etiā ſimplicia, dignioribus danda ibid.n.17. 105

Reliqua beneficia ſimplicia, ſecus inſtituta, ſat eſt ſi dignis dentur ibid.n.18.

An ex pacto, præceptoue naturali diuino beneficia Eccleſiaſtica danda ſint Dignioribus lib.6. d.4.c.5.n.1. 106

Obligatio ex iure naturali diuino fundata in contractu aſſerto dignioris eligendi ad hæc beneficia explicata etiam eſt præcepto Eccleſiaſtico lib.6.d.4.c.5.n.6. 107

Exhoc pacto ius, atq. obiectum deducitur iuſtitiæ commutatiuæ reperiri in hiſce beneficijs lib. 6. d.4.c.4.n.10. 103

Probatur punctum difficultatis .i. pactum imbibitum in inſtitutione beneficiorum, ad quæ digniores, eligendi ſunt lib.6.d.4.c.5.n.13.& 14 fol. 107.& 108.

Ex cauſa finali demonſtrantur huiuſmodi beneficia danda melioribus libr. 6. diſput. 4. cap.5. n.15. ibid.

Ex officio diſtributoris inſtar Oeconomi, cuius obligatio ad rigoroſam iuſtitiam reuocari facilè poteſt, confirmatur aſſertio lib.6.diſp.4.cap.5. n.17. 108

Arctiori vinculo tenetur diſtributor beneficiorū, quam Oeconomus lib.6.d.4.c.5.n.18. ibid.

Oſtenditur aſſertio ex ipſo inſtitutore Chriſto Domino Eccleſiaſticorum officiorum, munerum, ac dignitatum lib.6.d.4.c.5.n.19. 109

Idem dicendum de beneficijs ſimplicibus locupletioribus in proemium inſtitutis ob eaſdem rationes, quod diximus de Curatis ibid. nu.20.

Pactum, aſſertumq. præceptum non præſtant, vt ſi Digniores non eligantur, inualida ſit electio, nec etiam in foro interno.ibid.n.21.

Et ſi ex vi inſtitutionis beneficij Digniori hic, & nunc ius ad rem ad illud ſit, poteſt tamen electione, ac traditione ius in re eſſe Electo ibid. n.22.

Eodem modo de inſtitutione beneficiorum Curatorum, ac de præbendis Collegiorum, & Cathedarum loquendum eſt lib.6.d.4.c.5.nu.12. fol. 107

Quomodo danda ſint beneficia, vt proemia non quidem ſolius charitatis, ſed ornamentorum deſideratorum ad optimum regimen Eccleſiaſticum lib 6.d.4.c.6.n.1. 109

Nonnulla eſſe beneficia in proemium inſtituta, ſecus alia.lib.6.diſp.4.c.6.n.2. 110

Vide diſtributor, & Electo.

Iniquus, & Infidus electo, ſeù diſtributor beneficierum Curatorum, ſeù in proemium deſtinatorum, tum Eccleſiæ primario, tum ſecundario dignioribus nocet lib.6.d.4.c.6.n.6. 110

Aptitudo ad beneficia deſumenda eſt ex ordine ad officia, ob qua dantur lib.6. d.6.cap.1.nu.1. fol. 117

Indignus ad beneficium eſt ineptus ad officium, ob quod datur.ibid.n.2.

Ad beneficium Eccleſiaſticum dignior non eſt, qui tantummodo ſanctior lib.6.d.6.c.1.n.4. ibid.

Vide electio, & Electo.

Quomodo exiſtens in peccato iudicandus ineptus ad beneficium lib.6.d.6.c.1.n.5. 118

Numerantur bona requiſita ad beneficia Eccleſiaſtica præſertim Epiſcopatus ibid.n.8. 118

Digniores prætermittere in electione beneficij maioris momenti, inſtituti ſecundario in bonū eligendorum eſt peccatum contra fidelitatem, atq. vtramq. iuſtitiam lib.6.d.7.cap.2.nu.17. fol. 133

Etſi non paſſim in hiſce beneficijs non omitteretur dignior, ſingulis tamen vicibus peccaretur gra-

Digitized by Google

INDEX.

grauiter, contra assertas virtutes ibid.n.18.
Reliqua beneficia administratione vacantia, neq. locupletia, semel, atq. iterum conferre dignis, omissis dignioribus, non erit lethale, secus si sæpè fieret lib.6.d.7.c.2.n.21. 134
Beneficia tenuia etiam redditibus, nè dentur scādalosis, vel otiosis ibid.n.22.
Bonum, Quomodo cohæreat illud principium, Non sunt facienda mala, vt eueniant bona cum altero, Minus malum est eligendum lib.6.d.6 c.2.n.23. 123
Quilibet præsumitur bonus lib.6. d.10. c.1. nu.4. fol. 155

C

CAlumnia, Sicut olim non iurabatur de calumnia in causa spirituali, sic etiam in causa Iuris patronatur lib.8.d.1.c.3.n.1. 347
Ad iurandum de calumnia, quod mandatum requiratur lib.8.d.4.c.2.n.19. 369
Columniator, Pœna per Canonem imposita contra Calumniatorem lib.6.d.14.c.5.n.4. 221
Expensæ soluendæ à non probante oppositæ debēt esse moderatæ, ac iuramento taxatæ lib.6.d.14 c.5.n.6. ibid.
Secunda pœna in opponentem minimè probantem contra personam est latæ sententiæ lib.6. d.14. c.5.n.7. ibid.
Tertia pœna est latæ sententiæ lib.6.dis.14.cap.5. num 8. ibid.
Contra quam functionem eligentium debet quis opponere ad subeundas assertas pœnas ibid. num.11.
Ob quas actiones quis puniendus sit his pœnis lib. 6.d.14.c.5.n.14. ibid.
Quid sit planè aliquid non probare præsertim in re nostra, lib.6.d.14.c.5.n.15. ibid.
Sex plenæ probationis species libr.6. d.14 cap.5. nu.16. ibid.
Quid est deficere in probatione lib.6.d.14. cap.5. num.16. ibid.
Deficiens in probatione, licet non appellauerit pœna statuta afficiendus est lib.6.d.14.c.5.nu.27. fol. 223
Cedula firmata à Cardinali dicitur cedula Consistorialis habens vices supplicationis expeditæ in Cancellaria lib.8.d.5.c.1.n.37. 390
Quænam dicitur contra schedula, vel contra cedula lib.8.d.5.c.1.n.40. ibid.
Omnibus peractis in Consistorio, & Cedula facta quid requiratur iure antiquo, & nouo ad eas, quæ sunt iurisdictionis exercendæ. ibid.nu.43.
Qui vnum ex multis oppositis probat, quod sufficiens est, priuandus quis beneficio, cæteris non ligatur hac pœna idid.n.18.
Qui sub clausula alternatiua nonnulla obiecit, quorum vnum probauit, etiamsi alia non probauerit, num ligatur hac pœna? ibid n.19.
Qui sub clausula copulatiua multa proposuit, vnū esto ritè probauerit, afficiendus est hac pœna ibid.n.20. 223
Ignorantia etiamsi fuerit crassa, atq. ex lata culpa excusat ab hac pœna ibid.n.23.
Quid sit calumnia in libr.6.disp.14 cap.5. num.24. fol. 223
Quomodo calumnia vitium ab ipsa calumnia distinguatur lib.6.d.14.c.5.n.25. ibid.
Non probare obiectum crimen per accusationem, non est ex se calumniare lib.6.d.14.c.5.nu.26. fol. 224
Onus probandi, calumnia vacare accusationem, Accusatori incumbit ibid.n.27.
Non probans, qui accusauit Episcopum, afficitur pœna suspensionis, antequam moneatur libr.6. d.14.c.5.n.8. 221
Ante quas pœnas Auctoris non probantis, admittendæ sunt probationes, libr.6 d.14.c.5.nu.29. fol. 224
Ex regula generali, Denuncians, vel Accusans neq. probas præsumitur calumniasse ibid.n.30. & 33.
Pœna transitoria posset affici ex præsumptione dicta non probans Accusator lib.6.dis.14.c.5. n.31. 224
Quomodo plectendus sit Denunciator non probans ibid.n.32.
Quid sit præsumptio Iuris, & de Iure ibid.nu.33.
Iudex dubitans, num Accusans probauerit, eum tenetur, veluti calumniatorem condemnare. ibid.n.34.
Non est in Iudicis arbitrio agere, vel non agere de Accusatore non probante, vt est de causa eum excusante à calumnia ibid.n.35. 223
Quid sit euidens calumnia ibid.n.36.
Quando prò Iudicis arbitratu Iudex possit agere intercedente calumnia ibid.n.37.
Primus casus, in quo accusator non probans excusatur à calumnia, est, si ex officio accusauerit lib.6.d.14.c.6.n.1. b225
Secundus casus ex necessitate, vt quando æres Occisi accusat, vel accusatio ortum habet ab Occiso testante ibid.n.3.
Tertius ex iusto dolore, quando procedit accusatio ibid.n.4. 226
Quartus casus ob criminis atrocitatem non probans, non est rx eo habendus, vt calumniator ibid.n.6.
Quintus casus si Accusator alias esset infamatus de hoc crimine secundum probabilem opinionē lib.6.d.14.c.6.n.8. 226
Secundum assertam opinionem requiritur primo, vt fama probetur ex viris fide dignis ab Accusatore ibid.n.9.
Quæ fama dicenda sit longo tempore durasse lib.6.d.14.c.6.n.20. ibid.
Probabile satis, superq. est, neq. ex fama probata excusari à calumnia Accusatorem ibid. n.11.
Accusator semiplenè probans, ni solitus esset calumnia, vel in eum aliquid accusatus in sui defensionem probaret, excusaretur à calumnia. ibid.n.13.
Excusaretur septimò Accusator si constaret à testibus fuisse deceptus ibid.n.14.
Excusaretur præterea Accusator, si per testes probauerit ex qualitate, vel defectu ab accusato reiectus ibid.n.15.
Infames, vel reiciendi, vel corrupti dolo contra accusatum ab auctore essent, ex eo solum, quod accusatus liberatur, censendus non est Accusans Calumniator. ibid.n.16.
Canones Sacri, Non est conce denda Catholicis au
ctori-

Digitized by Google

INDEX.

floribus facultas inuertendi sensum Sacrorum Canonum obturpe, quod daretur hæreticis exẽplum lib.5.d.3.c.vlt.n.32. 54

Capitulum, *Quando de rebus grauibus electio habenda est, per vota secreta fieri debet, licet in actibus capitularibus id non sit necessarium, sed optabile lib.5.d.4.c.1.r.8.* 58

Huic secreto num obstet ostensio cedulæ, vni factæ ibid.n.9.

Capitulum absq. Episcopo nouas inducere cõsuetudines, vel veteres abrogare, minimè potest lib.5.d.4.c.5.n.20. 70

Capitulares, quibus ius est eligendi in Prælatum ex proprio gremio huic possunt cedere iuri lib.6.d.13.c.7.n.28. 203

Hac pœna etiam Capitulum afficiendum est, indignum si eligat, quamquam ex se pœna contra Prælatum imposita, non extendatur ad Capitulum lib.6.d.14.c.4.n.11. 218

Stante confirmatione, vel æquiualenti prouisione, expeditisq. literis, non potest Capitulum iurisdictionem exercere, nulla incontrarium existente consuetudine lib.7.d.5.c.2.n.7. 295

Intra octo dies à morte Præsulis Capitulum tenetur nominare Vicarium, interim exercitium Iurisdictionis ad ipsum spectat libr.7.d.6.c.5.n.9. 304

Etiamd die notitiæ translationis huius Ecclesiæ Capitulo currit terminus octo dierum, dummodo à Papa fuerit absolutus à titulo dictæ Ecclesiæ Præsul.ibid.n.10.

An Capitulum iure debeat, vel possit Episcopo contradicente Præsulatum administrare, quãdo literæ prouisoriæ non ostenduntur intra sex menses à die expediti breuis Apostolici concedi soliti ad capiendam possessionem lib.7.d.7.c.1.n.1.2.& 3.per totum. 305

Si Capitulum bona fide, vel opinionem sequens Nauarri decurso semestri, neq. literis ostensis, vel ex ignorantia Præsulem reciperet non incurreret pœnas Extrauagantis Iniunctæ lib.7.d.7.c.2.n.14. 308

Sede vacante Capitulum committere potest alicui Episcopo exercere ea, quæ sunt ordinis lib.7.d.8.c.1.n.8. 312

Capitulum Metropolitanæ Sede vacante, consecrationem potest demandare alicuius Ecclesiæ suffraganeo Episcopo ibid.n.9.

Non à Capitulo, neq. à Visitatore potest hæc facultas fieri ad alienam transeundi Ecclesiam lib.7.d.11.c.1.n.12. 325

Cappellania, *Peccat mortaliter eligens indignum ad Cappellaniam, cuius est fundator, vel Patronus, siue fuerit Cappellanus eligendus ex eadem familia siue ordine proximitatis libr.6.d.6.c.3.n.8.* 126

Cappellaniæ, vel beneficia simplicia, quæ fundari solent, danda personis ex eadem familia, nunquam indignis, Dignis tamen, nec perquisitis dignioribus, intra eamdem familiam, dummodo curata non sint, conferenda lib.6.disp.13.c.7.n.14.15.& 17. 200

Vtrum Præsuli probãdus sit defectus, quem obiicit Præsentato à Patrono ibid.

Discrimen inter beneficia Iuris Patronatus, & cætera pinguiora ibid.n.16.

Prole posset institui Monasterium, vel aliud Iuris Patronatus Beneficium ea lege, vt Superior ex eadem esset familia, cuius non inueniretur melior, vel esset æquè dignus, ac cæteri extrema lib.n.17.

Cardinalis, & Cardinalatus, *Quid sit Beneficium Cardinalatus lib.6.d.4.c.3.n.12.* 101

Quomodo Eminentissimi Cardinales debent respondere interrogati in Consistorio de promouẽdo in Episcopum lib.6.d.6.c.2.nu.29. remissiue fol. 124

Non subeunt Cardinales indignum si eligerent in Summum Pontificem pœnas huius Canonis: num autem alias lib.6.d.14.c.2.n.15 remissiue fol.211.

Cardinalis quando nõ comprehendatur pœnis extrauagantis iniunctis de elect. libr.7.d.12.c.1.& 2.per totum. 323

Cardinalatus, vt Cardinalatus Iuris est Pontificij lib.7.d.12.c.1.n.7. 333

Collegium cunctorum etiam Cardinalium Iuris est etiam Pontificij.ibid.n.8.

A nominis ethimologia Cardinalium, eos Romæ, Summo Pontifici, rebusq. Ecclesiæ vniuersalibus assistere debere non inconcinnè deducitur lib.7.d.12.c.1.n.16. 334

Sic a Titulis Cardinalibus Cardinales dicãtur, ex hoc non sunt ad Episcopatus eligendi ibid.n.17

Multa licent Cardinalibus, quæ videntur propria Præsulum esse ibid.n.18.

Prærogatiuæ Cardinalium, eos non eligendos, sed postulandos esse demonstrant libr.7.d.12.c.1.n.19. 335

Vacare censetur beneficium Curatum, vel dignitas alia minor per promotionem ad Cardinalatum lib.7.d.12.c.1.n.22. 335

Non potest Cardinalis beneficium, residentiam expetens, acceptare in titulum ibid.n.23.

Distinctio trium Ordinũ Cardinalium arguit eos non esse in Episcopos eligendos ibid.n.24.

Cardinales Episcopi potius propriis Ecclesijs Episcopalibus adesse, quam Romanæ Curiæ tenentur lib.7.d.12.c.2.n.8. 337

An Cardinales peccent, atq. ad restitutionem teneantur interrogati in Consistorio eorum muneri non satisfacientes lib.8.d.4.c.8.n.12. 180

Quid sentiendum sit de Cardinali, cui dubia esset sufficientia Promouendi ibid.n.13.

Quid præstare debeant Cardinales, ordinum capita, quibus tradendus est processus libr.8.d.5.c.1.n.23. 387

Cardinales tamen communi regula Possessionis, & ostensionis literarum non comprehenduntur, quippè qui statim exercere possunt munia Episcopalis Iurisdictionis lib.8.d.5.c.1.nu.44.fol. 390

Quænam sint iura soluenda Collegio Cardinalũ, & Officialibus; quæ autem ob Promouendi paupertatem, si fuerit religiosus condonari soleant à Papa lib.8.d.5.c.1.n.26. 389

Causa, *Cessante causa cessat effectus libr.5.d.4.c.4.n.12.* 65

Quæ causa dicenda sit finalis libr.5.d.4.c.4.n.18.fol. 67

Nemo potest iudicare in causa propria libr.7.d.7.c.1.n.4. 306

con-

Digitized by Google

INDEX.

Censura, Pœna statuta in delictum locum non habet, ni fuerit illud consumatum libr. 6. d. 14. c. 2. n. 10. 210

Delinquens censuram subibit vigentem in territorio, vbi consumatum, non autem vbi inceptū est delictum lib. 6. d. 16. n. 12. 211

Censura lata contra facientem non comprehendit ex se mandantem; At hac cum verbis aquivalentibus exprimatur, mandantem etiam Episcopus ligat ibid. n. 26. 213

Regula ad cognoscendam censuram ipso facto latam, vel ferendam ibid. n. 38. 214

Ignorans imò, & inuitus etiam potest absolui à censuris lib. 7. d. 4. c. 1. n. 6. 283

Primare quiritur tonsura ad censuras ferendas ibid. n. 7. ibid.

Neq; consuetudine præscribi potest Auctoritas ferendi censuras à laico ibid. n. 9. 284

Character non est relatio rationis, neq; relatio prædicamentalis lib. 8. d. 7. c. 1. n. 1. & 2. 405

Character non est modus ibid. nu. 3.

Character accidens est reale de prædicamento qualitatis lib. 8. d. 7. c. 1. n. 8. 406

Character Episcopalis potentia non est actiua in ordine ad Sacramenta, quæ confert Episcopus ibid. n. 11.

Non est potentia in ordine ad effectus Sacramentorum ibid. n. 12. 407

Episcopalis character ad alios Sacerdotales, vel pariter Episcopales physicè producendos non concurrit ibid. n. 13. ibid.

Character est signum, quo siue in filium, siue in seruum, siue in militem, siue in famulum quis adscribitur lib. 8. d. 7. c. 2. n. 1. 408

Quomodo character signum est militiæ christianæ ibid. n. 10. 409

Quomodo character ad famulatum faciat ibid. n. 11.

Character signi rationem habet, non extrinsicè, atquè ex mera extrinseca Dei institutione ad placitum ibid. n. 12.

Quomodo character Deum, Christum, filiationem adoptiuam, seruitutem, militarem dignitatem, ac munus, famulatum, necnō gratiam, auxilia, & alia Sacramenta representet ibid. n. 14.

Ratio Imaginis, & Sanctificationis, ac veri signi, ac characteris in nobis est lib. 8. disp. 7. c. 2. n. 5. fol. 408

Quomodo character est signum seruitutis Christi ibid. n. 7 ibid.

Ad quam speciem qualitatis character spectet; ac opinionum varietas, de hac quæstione lib. 8 d. 7. c. 3. n. 1. 413

Subiectum proprium, & proximum inhæsionis, ac denominationis characteris est anima ibid. n. 10. 414

De potentia Dei ordinaria character est indelebilis ibid. n. 11. 415

De absoluta Dei potentia potest character destrui ibid. n. 12.

Character manet in anima post mortem absq; potestate tamen, vel iurisdictione ei annexa ibid. n. 18. 416

Ex sua natura character est indelebilis, & non ex mera, atq; extrinseca institutione ib. n. 21.

Possibilis est qualitas contraria characteri illum expellens in pœnam ib. nu. 22.

Num autem capax sit extensionis character ib. n. 23. remissiuè. 417

Per consecrationem Episcopi aliquod intrinsecum imprimitur Consecrato lib. 8. d. 8. c. 2. n. 2. fol. 418

Quod in consecratione Antistitis producitur est verus, & proprius character ib. n. 2.

Per hoc intrinsecum, quod fieri dicimus, Sacerdotalis non extenditur character, sed nouus specie penè distinctus producitur ib. n. 4.

Christus, Quæ in Sacris literis accipiuntur de Christo capite in sensu primario, in secundario de membris etiam intelligenda sunt lib. 8. d. 7. c. 2. n. 2. 408

Quæ conueniunt Christo, vt filio naturali Dei, cōpetunt secundario aliqua ratione filijs adoptiuis ib. n. 3. ibid.

Quomodo Christus quatenus homo dicatur insignitus, & sigillatus ib. n. 4.

Christi Sacerdotium est æternum, secus nostrum lib. 8. d. 7. c. 3. n. 20. 416

Christianus, Quæ in Sacris Scripturis accipiuntur de Christo capite in sensu primario in secundario de membris intelligenda etiam sunt lib. 8. d. 7. c. 2. n. 2. 408

Quæ conueniunt Christo, vt filio naturali Dei, cōpetunt secundario aliqua ratione filijs adoptiuis ib. n. 3.

Christianus è morte reuocatus, iterum non est baptizandus, neq; si fuerit Sacerdos iterum Sacro initiandus est ordine lib. 8 d. 7. c. 3. n. 14. fol. 415

Circumstantia, Quot sunt circumstantiæ ab Aristotile distincto modo, et à Theologis adductæ lib. 1. d. 1. c. 3. n. 8. 12

Ciues, qui pro Republica laborarunt, vel fortiter fuere, ius habent ad eius bona, vtriusq; etiam particeps æqualitatis, idemq; de Iure militum est, qui strenuè bellarunt, ad spolia lib. 6. d. 3. c. 1 n. 6. 12. 13. 15. & 17. 89. 90. & 91

Bona Reipublicæ quando sint etiam Ciuium ib. n. 15. 91

Quomodo debetur, vel stipendium pro labore, vel merces pro præmio ciui pro Republica laboranti ib. n. 19.

Ciuis non habet ius ad quatuor, ni collata eius cōditione cum alio ius habeute ad duo lib. 6. d. 3. c. 2. n. 10. 94

Qui sunt fructus inuidiæ, scopuliq; fugiendi à virtuosis Ciuibus lib. 6. d. 13. c. 7. n. 26. 202

Clausula in quacumq; parte dispositionis apposita, ad omnia referenda est membra, eadem vrgēte ratione lib. 6. d. 14. c. 4. n. 22. & c. 2. n. 21. & lib. 7. d. 6. c. 4. n. 2. 212. 219. & 301.

Particula, seù clausula, verè, vel verùm, quando pro Sed, & quando pro Quin etiam, & assirentis vim habeat lib. 6. d. 14. c. 4. n. 25. 220

Neq; per clausulam supplentem omnem defectum, &c. naturales propriè supplentur defectus lib. 7. d. 1. c. 2. n. 19. 258

Quid importet clausula speciale mandatum lib. 8 d. 4. c. 2. n. 16. 369

Clausula adhiberi solita in literis, Si est idoneus, ni verificetur, nullam facit collationem libr. 6. d. 9. c. 4. n. 3. 151

Quan-

Digitized by Google

INDEX.

Quando clausula, si, vel dummodo, rationem habet conditionis, vel modi, atq; Instructionis ib. n. 5.

Conditio formam importat ib. n. 6. 152

Clausula, si est idoneus, intrinsicè imbibitur in Electione, quam non reddit conditionatam, neq; suspendit, secus autem sentiendum de clausula, si inuentus fuerit idoneus, vel si facta indagatione inuentus fuerit idoneus ib. n. 7.

Disiunctiua clausula non facit copulatum sensum lib. 5. d. 3. c. 4. n. 11. 35

Dictio, vel, colligatio est disiunctiua ib. n. 11.

Dictio, vel, pro, &, nonnunquam vsurpatur ibid. n. 12.

Quam vim Particula, vel, habeat libr. 6. d. 9. c. 3. n. 5. 148

Clericus, *Maiorum mos, atq; institutum vitæ communis ad Clericos, post modum tantum deinceps spectans lib. 6. d. 4. c. 1. n. 12.* 98

Institutum vitæ communis cur deniq; à Clericis etiam demissum lib. 6. d. 4. c. 3. n. 1. 100

Clerici vnde sint dicti ib.

Quale sit ius Clericis conditiones habentibus desideratas ab Institutoribus beneficiorum lib. 6. d. 6. c. 2. n. 21. 122

Collegium, *Prębendæ Collegiorum primario in bonum Academiarum, secundario in præmium Scolasticorum institutæ ad Præstantiores instituendos DD. lib. 6. d. 4. c. 4. n. 16.* 104

Commodum *per incommodum compensandum esse, licet communis sit regula, contra Ecclesiam tamen locum non habet lib. 7. d. 3. c. 3. n. 9.* 281

Compromissum, & Compromissarius, *Si Compromissarij septem essent, ac tertias in publico voto ferenda sibi suffrageretur, inualida esset electio, etiam si deinde quartus alius accederet lib. 5. d. 4. c. 4. n. 7.* 64

Si electio Præsulis per Compromissum haberetur secretum modo, quo indicatur in cap. sicut cum de electione in 6. non potest votum Electi augere numerum suffragiorum lib. 5. d. 4. c. 4 n. 9. ibid.

Quando in compromissi forma facta est facultas expressa, vt votum electi numerum saltem augeat æqualem, vel vt vnus Compromissariorũ possit eligi, etiamsi palam transigeretur, posita illa forma posset vnus Compromissariorum voto suo numerum æqualem saltem Eligentium augere ib. n. 10. 11. & 12. 64. & 65

Quæ differentia inter electionem factam in scrutinio, & in compromisso ib. n. 13. 65

Vera ratio cur in compromisso electi votum augeat numerum, quando ex vi formæ Compromissarijs conceditur, vt vnus ex ipsis possit eligi ib. n. 14. 66

Compromissarius ex vi formæ compromissi sibi palam per votum consulens cauere debet, nè quoad modum peccato se inficiat scandali ib. n. 15.

Probabilis est remota speciali clausula Compromissi, qua fit Compromissarijs facultas eligendi vnum ex se ipsis, non posse id validè præstari ex vi compromissi per se, atq; in genere sumpti. ib. n. 16.

Qua ratione constare debeat nullum sibi suffragatum fuisse ib. n. 23. 68

Concilium, *Quod ius Prouinciali Concilio ad Episcopos suspendendos lib. 6. d. 14. c. 4. n. 7. remissiue.* 218

Consistorium, *A quo facienda sit in Consistorio propositio, seu præconizatio lib. 8. d. 5. c. 1. n. 23. fol.* 387

Conciuis, *Cur concines plerumq; liuore tanguntur Inuidiæ lib. 6. d. 13. c. 7. n. 25.* 303

Concursus oppositio, *Duplex oppositionis, & concursus forma lib. 6. d. 12. c. 4. n. 1.* 168

Formula concursus pactum includit inter Collatores, & Candidatos ib. n. 2.

Si alio consilio, altaq; mente vocarentur Oppositores, censerentur decepti, ni expressè illis aperiretur ib. n. 3.

Conditio, *Quando clausula, si, vel dummodo ratione habet conditionis, vel modi, atq; instructionis lib. 6. d. 9. c. 4. n. 5.* 151

Vide Clausula.

Dispositio conditionalis effectum non habet ante conditionem impletam lib. 7. d. 7. c. 1. n. 7. 306

Dispositio conditionalis suum non potest effectum habere conditione non posita lib. 7. d. 7. c. 2. n. 10 fol. 308

Confessarius, *Approbatio Confessariorum iuxta Tridentinum facta iuridica est declaratio, seu sententia ex iustitia debita libr. 6. d. 6. c. 2. n. 12. fol.* 121

Confirmandus, *Inquisitio personæ confirmandæ ibi habenda, vbi quis vitam degerit lib. 7. d. 2. c. 2. n. 10.* 264

Caueat Confirmandus nè procurando edictum resignet, vel eius terminum abbreuiãdo vitiet ib. n. 11. ibid.

Confirmatio ad beneficia, *Confirmatio bifariam haberi potest lib. 7. d. 1. c. 2. n. 1.* 257

Quæ sit forma communis, & forma specialis cuiuscumq; confirmationis, rescripti, &c. ib.

Confirmatio concessa sub forma communi nihil fere operatur ib. n. 2.

Confirmatio per se validam supponit electionem, vel quodcumq; supra quod cadit ib. n. 4.

Confirmatio Codicillum in testamentum non cõfirmat ib. n. 5.

Quid sit ratificatio ib.

Fictio non trahitur ad impossibilia lib. 7. d. 1. c. 2. n. 6. ibid.

Nullus ratificationi locus est de re facta contra ius ib. n. 7. ibid.

Papa per confirmationem nullius censetur iuri derogare ib. n. 8.

Quod non est confirmabile de Iure, non præsumitur confirmare ib. n. 9.

Electio non canonicè habita, etiamsi Ecclesia expedisset, non est confirmanda ib. n. 10. 258

Si quis post trimestre transactam confirmationẽ peteret, non conualesceret Electio, quod enim à principio est nullum non conualescit ib. n. 11.

Confirmatio facta à Pontifice ex certa scientia electionem etiam nullam cõualidat quoad ea, quæ sunt Iuris positiui ib. n. 12.

Nonnunquam confirmationis nomen vsui est loco dispensationis ib. n. 13. 258

Confirmatio ex certa scientia dispensatio dicitur l. 7. d. 1. c. 3. n. 4. 260

Confirmatio de re litigiosa, non facta litis mentione.

Digitized by Google

INDEX.

tione, vel quocumq; alio modo subreptitia, est nulla ib.n.5.
Confirmatio in specie de vna re, de qua subreptitia est, nullius est roboris ibid.cap.4.n.13. 262
Si ex dolo subreptitia sit confirmatio quoad omnia est nulla ib.n.14.
Sic etiam si fuerit sub vna forma, nec separati fuerint articuli ib.n.15.
In dubio legis, confirmationis, vel Rescripti eis nõ standum est ib.c.6.n.9. 271
Quando dubium negatiuum versari censendum sit circa materiam confirmationis nùm apta, vel inepta sit ib.n.11.
Confirmatio valida erit quocumq; se opponente etiam non vocato, si de illius iniustitia certo constiterit lib.7.d.2.c.2.n.6. 264
De electione quomodolibet habita semper facienda est inquisitio ib.n.7. ibid.
Elapso termino præscripto, neq; confirmatione habita, si Iudex non decreuit neminẽ audiendũ adhuc erit ei locus, secus si decreuerit, vel confirmauerit ib.n.13. 274
Prima limitatio si fuerit Rusticus, vel fœmina, quæ opponat post factam confirmationem, vel terminum elapsum, & prohibitionem Iudicis est audienda ib.c.3.n.1. 275
Secunda limitatio si quod obiicitur illicò proponatur probandum, quod tamen non electioni, aut confirmationi, sed consecrationi tantum erit impedimento ib.n.2.
Tertia limitatio si fuerit ab Ordinario confirmatio habita post appellationem ex causa probabili factam ad Sedem Apostolicam ib.n.5.276
Superior, qui est Papæ inferior Indignum confirmans, à beneficio suspenditur ib.n.6.
Quando per confirmationem peccetur ib.c.4.n.1. fol. 276
Quando per accidens Papa à peccato excusaretur ib.n.4.
Dignus electus magna Capituli, populiq; propensione, posset licitè confirmari, quamuis alter esset ceteroquin dignior ib.n.5.
Ex multis pʃentatis æqualibus suffragijs dignior ad Episcopatum confirmandus, ex æquè verò dignis prò arbitratu ib.n.6.
Per confirmationem Ius perfectum censetur habere Præsul lib.7.d.3.c.2.n.1. 279
Per confirmationem habetur expedita administratio electi ad Episcopatum per se loquendo, secundum ius antiquum ibid.n.5.& 6. 280
Pœnæ contra administrantem ante confirmationem ib.n.7.
Prima limitatio, qui in concordia sunt electi in magna distantia, immediatè Papæ subiecti, neq; aliquid alienant, possunt administrare ante confirmationem ib.c.3.n.1. 280
Hæc eadem valet limitatio de suffraganeo respectu sui Metropolitani, si ab eo, vt olim confirmandus esset ib.n.2. 281
Eadem intercedente causa idem debet esse ius ib.n.3.
Tertia limitatio ob difficultatem itineris, vel difficilem aditum ad Pontificem ib.n.6.
Quarta limitatio de Prælato immediatè à Papa promoto, qui confirmatione alia non indiget ad administrationem ib.n.7.
Quinta limitatio. Intrusi administratio si per vtilis fuerit Ecclesiæ, cui aliquid comparauit, valida est ib.n.8.
Prælaturæ ab altero etiam illicitè præoccupatæ confirmatio sola satis non est ad exercendam administrationem libr.7.disp.5.cap.2.n.2. 294
Confirmatio non in omnibus æquiparatur sententiæ definitiuæ ib.c.3.n.1. 296
Propria licet authoritate Domino rem vacantẽ suam, fructusq; percipere, & Confirmato possessionem capere, atq; administrationem exercere Ecclesiæ vacantis, non tamen ab altero etiam iniustè possessæ ib.n.2.
Admissio propositionis à Cardinali factæ de promouendo æquiualet confirmationi lib.8.d.5.c.1.n.36. 390
Duo Sacramenta ordinis, & confirmationis propria sunt Episcopi libr.8. disp.6. c.3.n.6. 400
Si aliquando simplices Sacerdotes confirmauerunt id ex delegatione, vel permissione fecerunt ib.n.7.
Electio à confirmatione pariter differt lib.5.d.1.c.1.n.11. 8
Confirmatio non tribuit, sed supponit ius Electo quæsitum lib.6.d.16.c.3.n.10. 244
Cum agatur de confirmatione Electionis ad Episcopatum dãda quidẽ à Summo Põtifice semper illius innititur gratiæ, cui integrum est omnem electionem reuocare, vel confirmationem impedire ib.c.4.n.4. 246
Ante confirmationem electus etiã post consensum non dicitur promotus, sed promouendus ib.n.5.
Ante confirmationem beneficium non dicitur electi ibid.n.6.
Quid sit electionis ad Cathedralem Ecclesiam confirmatio lib.7.d.1.c.1.n.2. 255
Confirmatio electionis in Episcopum est per se necessaria, lib.7.d.1.c.1.n.3.& 8. ib.& 256
Confirmatione ratum redditur matrimonium spirituale lib.7.d.1.c.1.n.4. 255
Conferens beneficium si potestatem habeat conferendi, vtrumq; conferendo videtur præstare ib.n.5. ibid.
Confirmatio electionis alicuius ad Episcopatum non est simpliciter, sed secundum quid necessaria ib.n.7.
Vbi vigeret, vt ab eo confirmaretur electio, cui immediatè dignitas subiacet, est per se necessaria confirmatio ib.n.8. 256
Quando confirmatio ab electione distinguatur ib.n.9.
Quæ sunt Iurisdictionis, non tamen quæ sunt ordinis Episcopo competunt confirmato lib.7.d.4.c.1.n.2. 282
Bona, & quæ Iurisdictioni accedunt, spectant etiam ad Episcopum confirmatum, ni alijs emolumenta, fuerint destinata lib.7.d.4.cap.1.n.3. 285
Potest Episcopus confirmatus tantum excommunicare, & absoluere, non tamen Sacramentaliter ib.n.4.
Nec requiruntur minores ordines ad inferendas censuras ib.n.5.
Cõsãguineus, Cognatus, & Affinis, Turpis pʃonarũ acceptio est, Ecclesiæ opes rõe cognationis, aut affinitatis, aut similis in vnum, vel paucos; de-

Digitized by Google

INDEX.

derluare lib.6.d.5.c.2.n.5. 114
Possunt Ecclesiastica beneficia consanguineis, vel affinibus, vel amicis æquè dignis, magna tamē cum cautela ad scandalum, vel periculum effugiendum conferri lib.6.d.7.c.3.n.4. 136
Quam magnum sit periculum promouere consanguineos, vel propinquos lib.6.d.7.c.3.n.6. 137
Quando certa est Amici, vel Affinis aptitudo: dubia vero non affinis, vel amici, tenetur nè dū potest, ab Electore ille eligi ad beneficia Ecclesiastica ib.n.10.
Consanguinitas, merito allicit ad hæredem instituendum, minimè vero deberet ad Prælaturā lib.6.d.5.c.2.n.8. 115
An affinitas, vel consanguinitas probanda sit lib.8.d.4.c.3.n.2. 370
Modus computandi gradus propinquitatis Iure canonico, & ciuili ib.n.3. 371
In actibus Canonicis modus computandi canonicus est in vsu; In ciuilibus ciuilis ib.n.4.
Consensus, Potest electus, qui consecutit confirmationem suæ electionis petere absq; ambitionis nota, imò sui electionem defendere l.6.d.16.c.4 n.2. 246
Differentia inter Electum, Postulatum, et Præsentatum in ordine ae confirmationem electionis, Postulationis admissionem, & institutionem præsentationis ib.n.3.
Validus est consensus baptizandi, confirmandi, & absoluendi certam personam etiam si erretur in qualitate accidentali lib.5.d.1.c.4.n.8. 16
Quomodo censendus est sola taciturnitate quis consensisse lib.6.d.14.c.2.n.29. 213
Consensus Electi necessarius est ad complementū electionis, atq; ad ius deriuandum in electum ipsum aliqua ratione perfectum lib.6.d.16.c.1. n.2. 238
Consensus Electi necessarius ad electionis vim, signis externis sufficienter debet innotescere ib. n.3. 239
Consensus hic Electi consideratus satis erit implicitus ib.n.4.
Consensus præstandus est ab Electo intra mensem ib.n.5.
Mensis tot dierum sit, quot habet ille, in quo præsentata est electio ib.n.6. 239
Ni consentiat intra mensem electio, qualecumq; per electionem quæsiuit ius, perdit, ni ex propria conditione excusaretur, vel legitimè fuerit impeditus ib.n.7.
Sufficit consensus hic electi etiam nō simultaneus cum altero electorum habitus ib.n.8. 240
In omni contractu satis est consensus, diuerso tempore præstitus ib.n.9.
Si electio non sortiatur effectum iustis de causis integrum erit electoribus iterum eligendi ibid. n.10.
Ante confirmationem etiā post consensum renunciatio valet quoad Renunciantem ib.n.11.
Quādo penès varias rationes habeat Electus post consensum, & ius ad rem, & ius in re respectu beneficij ib.c.4.n.1. 246
Conscientia, ex conscientia erronea putans quis cōtra iustitiam facere, impediendo sinè fraude quempiam à consequutione boni, ei, non debiti peccaret interne cōtra iustitiā, ab onere tamen restitutionis est immunis l.6.d.13.c.3.n.9. 183
Consecratio, Consecrationis Episcopalis validitas non pendet à scientia, vel eius defectu lib.6.d.9 c.4.n.16. 153
Semel, atq; iterum in Concistorio quis præpositus, factus inhabilis deindè ante consecrationē adhuc recipi potest lib.8.d.5.c.2.n.5. 392
Num Episcopi consecratio sit Sacramentum lib.8 d.6.c.1.n.1. 395
Episcopatus verū est Sacramentum ib.n.6. 396
Quænam gratia infunditur per Sacramentum ordinis ib.n.7.
An consecratio Episcopi Sacramentum sit ordinis penès varias Authorum sententias, ib.c.2. n.1. 397
Distinctio inter Sacramentum consecrationis Episcopi, & Sacerdotis est Iuris diuini ib.c.3.n.5. fol. 399
Per cōsecrationem Episcopi aliquod intrinsecum imprimitur Consecrato lib.8.d.8.c.2.n.1. 418
Quod in consecratione Antistitis producitur, est verus, & proprius character ib.n.2.
Consilium, quod esse potest bonum, & malum, præsumendum est bonum lib.7.d.11.c.1.n.18. 325
Constitutio, atq; edictum explicandum secundum ius commune per se loquendo libr.7.d.1.c.1.n. 10. 356
Constitutio non trahitur ad præterita, ni expressè significetur per textum lib.7.d.7.c.2.n.5. 307
Quod certum est de constitutione confirmante: De irritante vero etiam quando causa annullationis de nouo in odium inducitur ib.n.6.
Distinctus est sensus diplomatis cassantis dispositionem ipsam, vel eius tam per actum effectū. ib.n.8.
Consuetudo, Quæ sit consuetudo contra ius lib.5.d. 4.c.5.n.11. 70
Consuetudo subditorum, repugnante Principe, legem abrogare non non potest ib.n.12.
Quid sit consuetudo ib.n.13.
Series actuum ad consuetudinem desiderata, interrupta nè sit, & eiusdem prorsus actus lib.5. d.4.c.5.n.15. 71
Consuetudo tantum habet de potentia, quantum de actu, neq; admittit extēsionem casus ad casum ib.n.16.
Duos ad minimum eiusdem omnino rationis consuetudo requirit actus ib.n.17.ib.
Imò præscriptionem sibi vendicat ib.n.18.
Consuetudo, vt vim habeat rationabilis esse debet, alioquin neq; per immemorabile tempus inducitur ib.n.19.
Quænam sit consuetudo rationabilis ib.n.20.
Capitulum absq; Episcopo nouas inducere consuetudines, vel veteres abrogare minimè potest ib.n.11. 70
Consuetudo ignota, vel saltem tacitè nō approbata à Principe probabiliter non abrogat legem lib.5.d.3.c.3.n.21. 32
Ad consuetudinem vsus, & continuata series actuum requiritur ib.n.22. 33
Quid sit consuetudo ib.n.22.
Consuetudinis vis circa leges abrogandas, instituendas, interpretandas lib.6.d.9.cap.4.nu.10. fol. 153
Prima limitatio consuetudinis, vt cum solum ha-

Digitized by Google

INDEX.

habet in quæ plerumq; fieri solet ib.n.11.
Secunda limitatio consuetudinis, vt inducta non sit ab homuncionibus, sed à viris probis ib.n.12
Tertia limitatio, vt consuetudo tunc vires habeat, quando est rationabilis, id est consulens bono publico, neq; contra ius naturale ib. n.13.
Consuetudo abrogata à lege vim non habet abrogandi legem lib.6.d.9.c.4.n.14. 153
Contingẽs, Quod rarò contingere solet, non est præsumendum euenisse lib.5.d.3.c.vlt.n.42. 55
Contractus, Non vitiatur consensus matrimonij, electionis, & contractus ex solo nominis errore, si noscatur res, seu persona lib.5.d.1.c.4.nu. 12. 16
Contractus iure ciuili irritus ob commune bonum iuramento non firmatur lib.6.d.13.cap.7.n.8. fol. 198
Regula generalis ad agnoscendum, quando iuramentum contractum firmet ib.n.9.
Contrarium, Quomodo contrariorum eadem sit disciplina lib.5.d.4.c.5.n.7. 70
Argumentum à contrario sensu vires habet, quãdo contrarium iure nõ est cautum, secus si cautum lib.6.d.13.c.6.n.3. 194
Correctio fraterna, Ni autem Prælati in visitationibus interrogent, peccare grauiter possunt lib. 6.d.14.c.4.n.14.remissiuè. 219
Quid faciendum in visitationibus, quando præmissa correctione fraterna, frater non est emendatus ib.
Casus, in quibus inquiri potest specialiter, etiam non præcedente infamia lib.6.d.14.c.4.nu.16. remissiuè. 219
Inquisitione generali asserta perhabita, bina correctio facienda est à Concilio Prælatis delinquentibus ib.n.17.
Eodem pacto cum Metropolitanis agendum est, atq; cum Episcopis, quoad correctionem ib. n.18.

D

DAmnum bifariam accipi potest lib.6.d.1.c.7. n.10. 76
Quid sit damnum ibid.
Magna differentia est inter parum abesse à damno inferendo, & ipsum damnum illatum circa bonum, quod parum abest, vt alicui comparetur lib.6.d.13.c.2.n.7. 180
Impedimentum reuocatum post damnum illatum veluti causa illius habendum; secus si antequã inferretur, efficaciter fuerit reuocatum ib.n.8.
Decretales Epistolæ, in corpus Iuris à Gregorio IX. redactæ legis, vim habent vniuersalis lib. 7.d.1.c.5.n.12. 265
Quæ Papa decernit maximè per decretales Epistolas sunt infallibilia lib.7.d.8.c.1.n.3. 312
Decretales literæ, vel rescripta etiam extra ius existentia in casibus singularibus data, vim continent irrefragabilis legis ad cæteros similes casus ib.n.7.
Defectus naturalis, Non propriè supplet naturales defectus confirmatio Papæ, sed æquiualenter lib.7.d.1.c.2.n.18. 258
Neq; per clausulam supplentem omnes defectus, &c. naturales ppriè suppletur defectus ib.n.19
Deliberatio, Quisnam sit actus primò primus, secundo primus, & plenè deliberatus libr.5.d.1. c.2.n.3. 9
Quæ ad culpam mortalẽ requiritur deliberatio, satis est ad validitatem electionis ib.n.4.
Displicentia post factum, coniectura esse potest insufficientis deliberationis, de qua dubitatur ib. n.10. 10
Deliberatio requisita ad licitè, vel illicitè eligendum ib.n.11.
Quæ fiunt ex iracundia, facta non præsumuntur ex defectu deliberationis necessaria ad peccatum mortale ib.n.12.
Delictum, Delinquens censuram subibit vigentem in territorio, vbi consumatum, non autem vbi inceptum est delictum lib.6.d.14.c.2.n.12. 211
Ratione autem delicti, quoad reliquas pœnas sit subditus Reus, tum in Territorio, vbi inchoatum, tum vbi consumatum fuerit ib.n.13.
Nemo vel peccator, vel malus esse præsumitur, vt neq; delictum præsumendum est lib.7.d.11.c.1 n.17. 325
Occulta delicta in Visitationibus generalibus, quando non aperienda sunt lib.6.d.14.c.4.n.13. remissiuè. 219
Qua ratione delictum Prælati notorium esse debeat ib.n.18. ibid.
De Delicto Metropolitani quid agendum ib.n.18.
Delictum Metropolitani priusquam denuncietur Papæ non esse necessariò corrigendum quando sit verum ib.n.20.
Denunciator, Ex regula generali denuncians, vel accusans, neq; probans præsumitur calumniasse lib.6.d.14.c.5.n.30.& 33. 224
Quomodo plectendus sit denunciator non probãs ib.n.32.
Depositio, Contra simoniacos depositio tum à beneficio, tum à dignitate sancita est, quæ non incurritur, ni post sententiam lib.6.d.14.c.1.n.17 & 18. 208
Quid sit hæc depositio ib.n.19.
Deus, In Deo cur nulla sit acceptio personarum lib. 6.d.5.c.2.n.9. 115
Etiamsi Deus per impossibile personam respuerit in ijs, quę gratia sua tribuit, non esset tamen iniustus ib.6.n.12. 115
Diaconus, Cur Diaconus vnius Ecclesia in electionem sui ad alterius Episcopatum petest consentire sine licentia, sine qua tamen non potest trãsire lib.6.d.11.c.1.n.7. 323
Cur Diaconus non expectata Superioris licentia ad statum religiosum potest se conferre, secus verò ad Episcopatum ib.n.8.
Non potest Præsul Diacono electo, & confirmato validè negare licentiam absquè graui causa, Episcopatum adeundi, ad quem est electus ib.n.9.
Cogendus esset à Papa Præsul Diacono electo ad Episcopatum alterius Ecclesia denegans facultatem trãseundi ib.n.10.
Dies festus, Feria, Actus extra Iudiciales diebus etiam feriatis fieri possunt libr.8.disp.2.cap.4. nu.6.
Intercedente lite de Iudicio, Præsentatione, vel Iurepatronatus nequit fieri processus die feriato ib.n.7.

Digitized by Google

INDEX.

Dignitas, *Ecclasiastica dignitas, atq; officium summè onerosa præmijs subleuanda libr. 6. d. 4. c. 4. n. 15.* 104

Dignus, & Dignior, *Inter Christianam Rempublicam, Deiq; Ecclesiam, & Collatores beneficiorum, ac dignitatum ad curam animarum spectantium pactum intercessit, quod ratione institutionis perseuerat ea dandi Dignioribus lib. 6. d. 4 c. 5 n. 2. & deinceps.* 106

Obligatio ex iure naturali diuino fundata in contractu asserto Digniores eligendi ad hæc beneficia, explicata etiam est præcepto Ecclesiastico ib. n. 6.

Deducitur ius, atq; obiectum iustitiæ commutatiuæ reperiri in hisce beneficijs ib. n. 10.

Ex causa finali demonstrantur huiusmodi beneficia danda Melioribus ib. n. 15. & deinceps.

Ex officio Distributoris, instar Oeconomi, ipsius obligatio ad rigorosam iustitiam reuocari facilè potest ib. n. 17. 108

Pactum, assertumq; præceptum non præstant, vt si Digniores non eligantur, inualida sit electio, nec etiam in foro interno, sed nè sit licita ib. n. 21. 109

Etsi ex vi institutionis beneficij Digniori hic, & nunc ius ad rem ad illud sit, potest tamen electione, ac traditione ius in re esse Electo ib. n. 22.

Vide electio, & elector.

Teneor, nedùm possum, dare votum digno digniori omisso, nè indignus eligatur lib. 6. d. 6. c. 3. n. 5 fol. 125

Clausula adhiberi solita in literis, si est idoneus, ni verificetur, nullam facit electionem lib. 6. d. 9. c. 4. n. 3. 151

Aptitudo requisita in dicta clausula quemcunq; verè indignum arcet ib. n. 4.

Dignior non habet actionem in Electum, vel Promotum dignum lib. 6. d. 10. c. 2. n. 3. 156

Aptus, seù dignus neq; acceptare, neq; petere beneficium potest, aliis existentibus candidatis, lib. 6. d. 12. c. 7. n. 3. 175

Conficta est lex immeritò à nonnullis asserta, qua Digniores dicuntur cessisse beneficio, vbi digno iam datum est ib. c. 2. n. 4. 164

In casu asserto tenetur beneficio se Dignus abdicare ib. c. 7. n. 5. 176

Qui Dignum à bono acquirendo impedit, impedimento illicito, ac doloso, peccat contra iustitiã, ac tenetur restituere, secus autem si impeditus fuerit indignus libr. 6. disput. 13 cap. 3. num. 24. fol. 185

Impediens aliquem, modo indignus non sit, à consequutione beneficij simplicis, malis artibus, et vt detur alteri digno peccat contra iustitiam, ac tenetur restituere ib. n. 24.

Dignior ad vacantem Ecclesiam perquirendus non est ex his, qui alijs iam præsunt, ni grauis vrgeat necessitas ib c. 7. n. 4. 194

Diploma, *Distinctus est sensus diplomatis cassantis dispositionem ipsam, vel eius iam peractum effectum lib. 7. d. 7. c. 2. n. 8.* 307

Disciplina Ecclesiastica, *In his, quæ concernũt honestatem, Ecclesiasticamq; disciplinam non est inspiciendum quid factum sit, sed quod fieri debuerit lib. 5. d. 4. c. 5. n. 22.* 71

Dispensare, vel dispensatio, *Potest successor Princeps prædecessorum leges abrogare lib. 5. d. 3. c. 6. n. 1.* 44

Neq; potest impediri Papæ facultas, ius derogandi canonicum per Concilium, supra quod ipse est ib. n. 2.

A non sublata, sed vigente lege humana non potest prò arbitratu summus Princeps immediatè se eripere ib. n. 3. & 9.

Ex rationabili causa in propria, lege Princeps summus, ac Papa validè, licitèq; potest dispẽsare ib. n. 4.

Non potest Pontifex, aut summus alius Princeps licitè, siuè de potentia ordinaria, siuè absoluta absq; rationabili causa dispensare, & consequenter neq; Papa in canonica simonia lib. 5. d. 3. c. 6. n. 9. & 13 44 & 45

Tametsi contraria opinio ab extrinseco probabilis etiam sit ib n. 10.

Peccatum, quo Princeps absq; rationabili causa dispensans peccat, est leuè, vel grauè, eiusdemq; speciei prò ratione materiæ legis dispensatæ ib. n. 11. 45

Eadem culpæ grauitate, ac Princeps dispensans absq; causa, se inficit Acceptans, vel Petens eamdem dispensationem, ad quam iustam deesse causam nouerit ib. n. 12.

De potentia ordinaria neq; validè, neq; licitè potest dispensare Princeps in propria lege sine rationabili causa lib. 5. d. 3. c. 6. n. 13. 45

De absoluta potentia validè potest Summus Princeps in iure humano, sine legitima causa, dispẽsare ib. n. 14.

Neq; Princeps secum, vel cum subdito validè dispensans absq; causa, neq; ipse subditus peccat in vsu huiusmodi dispensationis de potentia absoluta concessæ ib. n. 15.

Peccabunt tamen & Princeps, & subditus in vsu dispensationis absq; causa concessæ de potentia ordinaria ib. n. 16.

Plerumq; Principi dispensanti vsui est potentia ordinaria, neq; absoluta, ni de plenitudine potestatis, vel aliàs significet se facturum ib. n. 17. & 18. 46

Quenam potestas absoluta spectet ad tyrannidem ib. n. 19.

Species peccati, quod committit vtẽs dispẽsatione data sine causa secundũ Caietanum est contra ius naturale ib. n. 20.

Rationes generales malitiæ certam nõ dant malitiam nisi specialiter sint volitæ ib. n. 22.

Non peccat nouo peccato veniali Princeps, vel subditus vtens dispensatione valida absq; causa concessa ib. n. 23.

Peccatum, quo quis peccare falsò dicitur, valida vtens dispensatione perperam asseretur esse singularitatis, & insolentiæ ib. n. 24.

Dispensatio absq; causa in simonia Ecclesiastica ex se est peccatum mortale contra religionem, vt est eius vsus illicitus ib. n. 25. 47

Quæ sit dicenda causa legitima dispensationis, & num satis sit, vt talis cognita sit bona fide à Principe ib n. 26. & 27. ibid.

Num aliquando sit necessaria talis dispensatio ib. n. 28.

Casus in quibus Papa prõmouens censetur, vel nõ cen-

Digitized by Google

INDEX.

censetur virtualiter dispensare l.7.d.1.c.3.n.2. fol. 259
Confirmatio e certa scientia, dispensatio dicitur ib.n.4. 260
Non eadem est ratio dispensationis, atq; interpretationis ib.c.5.n.3. 264
Dispensatio casum supponit, in quo vrgeat legis obligatio, secus verò interpretatio ib.n.4. 265
Quid propriè sit interpretatio ib.n.5.
Quotuplex interpretatio sit ib.n.6.
Interpretatio cur, & quando necessaria sit ibid. num.9.
Interpretatio authentica, & necessaria solum ad legislatorem, eiusq; legitimum spectat successorem ib.n.10.
Interpretatio in casu particulari Summi Pontificis, quidquid de alijs Principibus sit, vim habet legis vniuersalis ib.n.11.
Quomodo intelligenda sit doctrina de non extensione dispensationis lib.7.d.3.c.3.n.5. 260
Dispensatio nunquam contra commune bonum esse debet lib.7.d.11.c.2.n.6. 328
Quando dispensatur cum Minore ad beneficium Parocchiale, consequenter censetur dispensatum, ne intra annum teneatur ille Sacerdotio initiari lib.8.d.5.c.2.n.23. 394
Quando dispensatur ad plura beneficia, censetur dispensatum ad residendum in vno ib.n.24.
Non vacant beneficia præhabita à Promoto in Episcopum ob consecrationem relatam propter infirmitatem ib.n.25.
Soluuntur argumenta contraria libr.5.d.4.cap.2. n.13.ib.
Dispositio, Vbicumq; eadem est ratio, eadem esse debet iuris dispositio lib.5.d.4.c.3.n.7. 61
Exempla non restringunt regulam, siue dispositionem lib.6.d.14.c.2.n.5. 210
Dispositio à Iure exorbitans extendenda non est, præsertim si sit pœnalis, & eadem non vrgeat ratio lib.7.d.7.c.1.n.8. 306
Dispositio conditionalis suum non potest effectum habere conditione non posita lib.7.d.7.cap.2. n.10. 308
Distantia, Absentia, Qua ratione probanda sit distantia lib.8.d.4.c.3.n.7. 371
Absentia quando legitimum constituat impedimentum lib.8.d.4.c.4.n.3. 373
Distributor, Quomodo à malo distributore petatur lib.6.d.4.c.6.n.3. 110
Iniquus, & infidis electar, seù distributor beneficiorum curatorum, seù in præmium destinatorum tum Ecclesiæ primario tum secundario Dignioribus nocet ib.n.6.
Per pulchra comparatio distributionis beneficiorum cum participatione cibi ad omnia mẽbra lib.6.d.5.c.2.n.6. 115
Doctrina, Nec titulus coloratus suffragatur Episcopo prorsus illiterato; secus si mediocri fuerit ornatus doctrina lib.6.d.9.c.3.n.9.& 10. 149
Num Beneficiarij indocti regulæ gaudeant de triennali pensione ibid.
Defectus scientiæ totalis nullam reddit electionẽ ibid.n.8.
Electio prorsus indocti, nulla, secus illius, cuius est certa spes doctrinæ mox comparandæ ib.c.4.n. 1.& 17. 151.& 153
Domicilium, Quæ desideretur habitatio ad mutationem domicilij lib.8.d.4.c.2.n.5. 368
Decennium habitationis quid conferat ad mutationem domibus, & an omninò necessarium sit ibid.n.6.
Donatarius perpetuus posset nominare donatorem Iuris Patronatus lib.8.d.2.c.2.n.6. 352
Donatio, Quamcunq; donationem legatum, testamentum impedire sine fraude, dolo, & c. ex se non est peccatum lib.6.d.13.c.3.n.12. 183
Donator, Cur voluntas antecedens legitima sola valet conferre ius, non autem sola voluntas Collatoris, Electoris, vel Donantis ib.c.4.nu.4. fol. 187
Dos, In stipulatione per Virginem facta, subintelligitur causa dotis lib.8.d.2.c.3.n.6.
Dubium, In dubio non asserenda est obligatio lib.6. d.16.c.3.n.14. 245
In dubio proprio num sit lata lex, nec nè, quod facta morali diligentia reici non potest, minimè tenetur subditus stare illi legi, idemq; indicant nonnulli, tametsi lex sit certa; Dubium tamen sit, num hic, & nunc comprehendat hunc casũ lib.7.d.1.c.5.n.19.& 20. 266
Non tenetur quis voto, quod propriè dubitat, an emiserit ib.n.20.
Certa existente lege, vel priuilegio, si dubium sit negatiuum de potestate, vel voluntate legislatoris, nũ voluerit, vel hic, & nunc vellet, adeũdus esset ipse legislator, vel Princeps, aut vrgente necessitate Epychiæ erit vsus ib. nu. 21. & 24. 266.& 267
Ex necessitate cum non potest hic, & nunc aliam diligentiam facere quispiam, tametsi opinionẽ improbabilem sequatur, a peccato excusatur, atq; in materia iustitiæ prò viribus tenetur cõsulere damno alterius per se loquendo; at cum lata culpa non se infecerit, non tenetur ipse restituere ib.n.22.
Quousq; dubium practicum deponat, quis, tenetur, quod tutius est, sequi, alioquin eadem specie, ac grauitate peccati inquinabitur, ac illud, de quo est dubium ib.n.23.
Quando est dubium negatiuum de re præcepta, num sit licita, nec nè, standum est legi ib.nu.25.
Si subditus dubio non vrgetur proprio, ac negatiuo, sed positiua potius formidine in opinione probabili imbibita de potestate non se extendẽte ad hunc casum, poterit legem simpliciter interpretare, vnamq; ex probabilibus sequi opinionem ib.n.26.
Duplex dubium circa verba, vel circa significationem eorum absolutè sumptorum, vel ex ipsa intentione legislatoris, vel Auctoris, exemplis declaratur ib.n.30. 268
Dubio positiuo existente circa significationem, de qua varietas sit opinionum, quisq; Doctus legẽ illam, præceptum, & c. simpliciter interpretari poterit: si verò dubium esset negatiuum, seruanda est regula quarta nu. 21. tradita ib. nu. 31. fol. 269
Dubio negatiuo intercedente non ex ipsa intentione legislatoris, & c. omninò lex est seruanda, standum præcepto, vel alio scripto Principis, vel ipse edocendus est Princeps. Positiuo verò probabilitatis intercedente, Inferiori licet va-

ria

Digitized by Google

INDEX.

ria vti interpretatione simplici, non autè propriè Epychia ib.n.32.
In dubio legis confirmationis, vel rescripti eis non standum lib.7.d.1.c.6.n.9. 271
Certa existente lege, confirmatione, &c. & si fueris dubium negatiuum de potestate, vel de voluntate Principis, standum est legi, cõfirmationi, &c. dummodo dubium non esset; num confirmatio v.g. illa contra ius esset ib.n.10.
Quando dubium negatiuum versari censendum sit circa materiam confirmationis, num apta, vel inepta sit ib.n.11.
Quid sentiendum sit de dubio ex verbis, vel intentionis Principis orto ib.n.14.
Nemo dubius de sua Iurisdictione potest iudicare lib.7.d.7.c.1.n.6. 306
Quotuplex sit dubium lib.7.d.10.c.2.n.2. 319
In dubio præsumitur scientia mortis lib.8.d.2.c.4 n.10.
Duces, Quo tenentur iure Reges, alijq; Duces ad spolia militibus dividenda lib.6.d.1.c.3.n.18 91

E

Ecclesia, Quid pro Ecclesijs viduatis intelligendum sit lib.5.d.4.c.5.n.4. 69
Non nulla sunt beneficia, tanquam præmia instituta in Ecclesia lib.6.d.4.c.4.n.6. 64
Non bene consultum esset Reipub. Christianę neq; Ecclesiæ non nulla beneficia in præmium destinata essent ib.n.7.
Vacatio Ecclesiæ censetur durare vsq; ad confirmationem Præsulis lib.7.d.5.c.2.n.6. 294
De inquisitione, & Relatione status facienda per varios articulos, de quibus interrogandi sunt testes lib.8.d.4.c.11.n.1.vsq; ad 11. 382
Cur Ecclesia consecrata destructa confectionẽ amittat, quam neq; iterum adipiscitur constructa eisdem cæmentis, secus de homine initiato, morte destructo in cuius anima semper character perseuerabit lib 8.d.7.c.3.n.17. 411
Electio, Bifariam electionis acceptio consideratur lib.5.d.1.c.1.n.1. 6
Electio ad Episcopatum definitur ib.n.2.
Electio est voluntatis actus ib.n.4.& 5.
Quam denominationem includat electio ib.nu.7.
Quomodo Electio à postulatione distinguatur ib. nu.8.
Differt Electio à Præsentatione Institutione, & Collatione ib.n.9.& 10.
A confirmatione pariter differt ib.n.11. 8
Discriminatur etiam ab inuestitura ib.n.12.
Affertur regula ad agnoscendam deliberationem sufficientem ad validam electionem, votum, iuramentum, peccatum lib.5.d.1.c.2.n.5. 9
Ad deliberationem necessariam, siue ad electionẽ siue ad peccatum mortale, votum, & Iuramẽtum mora non requiritur temporis ib.n.6.ibid.
Deliberatio requisita ad licitè, vel illicitè eligendum ib.n.11. 10
In quo differrant, & conueniant error, atq; ignorantia lib.5.d.1.c.3.n.3. 11
Non potest de persona eligenda error dari absquè aliqua eiusdem notitia ib.n.4.
Error personæ suo modo positiuè causat Electionem ib.n.5.
Error antecedens personæ electæ substantialiter acceptæ nullam reddit electionem ib.n.10 13
Etiam si fuerit crassus ib.n.11.
Etiam si diceret Eligens, eligo Petrum, qui si esset Ioannes paripacto eum eligerem ib.n.12.
Error qualitatis in personam non redundans irritam non facit electionem ib.n.13.
Personæ notitia bifariam haberi poterit ib.c.4.n. 3. 15
Qualitatis personæ, vel possunt causare notitiam eius specificè acceptæ, vel in individuo ib.n.4.
Elector noscens Franciscum personaliter esto errauerit in eius scientia validè ex hoc capite eum eliget ib.n.6.
Non vitiatur consensus matrimonij Electionis, et contractus, & solo nominis errore, si noscatur res, seù persona ib.n.12. 16
Qualitas personæ quando sola eam notam facit, siue substantiuè, siue adiectiuè pronuncietur, ignorata facit non voluntarium ib.n.19. 17
Quando hæc Electio est valida, eligo primogenitum Ducis Bauariæ in Episcopum ib.n.20.
Quid de Electione Vnigeniti sentiendum sit ibid.
Si eligeretur in Episcopum Franciscus, alias incognitus, pluribus existentibus Franciscis, inualida esset talis electio, secus si vnus, tantum esset Franciscus ib.n.22. 18
Pluribus existentibus Titij, si Titius absolutè eligatur, aliq; essent incapaces, Titij Capacis Electio valida esset ib.n.23.
Idem dicendum de personis, communibus quibusdam notis signatæ electis, sub vna illarum. ibid.
In dubio num narratio falsæ qualitatis induxerit errorem personæ, videndum num notitia eiusdem personæ alias habitæ fuerit prior, vel efficacior ib.n.24.
Necessitas ab extrinsico adigens electores ad vnã personam nullam facit electionem lib.5.d.2.c. 2.n.1. 20
Electio facta ex metu cadente inconstantem virũ nulla est ib.n.3. 21
Cur deliberatio sufficiens ad mortale satis sit ad electionem, non verò voluntarium, neq; eadem est ratio de deliberatione, ac voluntario respectu peccati mortalis ib.n.15.& 16. 23.& 24
Metus cadens in constantẽ virum tẽdens in, obsum secularis potestatis non reddit ex se, iure naturę, nullam electionem, sed Ecclesiastico ib. nu.17.
Dari potest casus, in quo probabiliter valida, iure naturę, esset electio ex metu habita, licet etiam in eo, contrarium sit probabilius ib.n.18.
Dicenti electionem esse factam ex metu, ideoq; irritam, onus id probandi incumbit ib.n.19.
Cessante metus causa, scientes electores nullitatẽ electionis, quomodo nouo consensu ei vires darent ib.n.23.
Ad libertatem electionis, & cuiuscumq; facti liberi cessatio desideratur rerum impedientium reclamationem ib.n.26. 25
Si metus leuis causaret electionem, probabile est, esse validam ib.c.4.n.2. 26
Tanti non videtur facienda iniuria per metum leuem iniusta ib.n.5. 27
Electio in Episcopum materia est simoniæ lib.5.d. 3.c.1.n.4. 28

Om-

Digitized by Google

INDEX.

Omnis Electio ad Episcopatum per simoniam saltem realem, siue occultam, siue publicam habita iure Ecclesiastico est irrita lib. 5. d. 3. c. 3. n. 3. 30

Sequitur obligatio restituendi ex hac collatione inualida ib. n. 4.

Eximunt ab hac generali regula Pontificis Max. electionem nonnulli ib. n. 5.

Qui tamen reiciuntur ib. n. 6.

Electio, vel Collatio Beneficij, num iure nostræ sit, valida ib. c. 4. n. 1.

Omnis venditio rerum spiritualium, vel commutatio pro pretio temporali spectata est simonia iure naturali ibid.

Falsum est omnem electionem Digni, omisso Dignori esse validam lib. 5. d. 3. c. vlt. n. 16. 51

Diuinæ prouidentiæ est, vt ad Electionem Pontificis omnes conditiones necessaria reperiantur ib. n. 55. 57

Ad proximi declinandas iniurias, quæ aliter propulsari nē possunt contra eius electionem, licet aurum dare ib. n. 50.

Ad auertendam electionem Indigni licèt aurum dare ib. n. 51.

Etiam ad Electionem vnius Digni tantum existentis ib. n. 52. 57

Pluribus existentibus Dignis pro vno certo non licit, sed pro incerto, nè indignus elegatur, nummos offerre ac dare ib. n. 53.

Ante cap. Quia propter de elect. nulla erat certa forma substantialis electionis data lib. 5. d. 4 c. 1. n. 4. 58

Per Tridētinum, electionem Regularium superiorum, per vota secreta faciendam esse, statuitur, alias esse nullam ib. n. 5.

Hoc Tridentini decreto non tollitur cap. Quia propter de electione, cui Tridentinum potius instituit ib. n. 6.

Modi quatuor compromittendi ib. n. 7.

Quando de rebus grauibus electio habenda est per vota secreta fieri debet, licet in actibus capitularibus id non sit necessarium, sed optabile ib. n. 8.

Huic secreto num obstat ostensio cedulæ vni factę ib. n. 9.

An electio Præsulis à maiori parte Eligentium facta, computato electi voto, valida sit secundum varios authores ib. c. 2. n. 1. 59

Sententia peculiaris Abbatis ib. n. 4. ib.

Ad validitatem electionis canonicè copulatiuè requiritur, vt à maiori, et seniori parte capituli fiat ib. c. 3. n. 2. 60

Quam ineptè ab Electione Summi Pontificis ad reliquas argumentum ducatur ib. n. 10. 62

Quid faciendum quando duo tantum essent electores ib. n. 12.

In Electione Præsulis per seruitium secretum, neq; hoc publicato, potest electus ab alio recedere, & sibi suffragari ib. c. 4. n. 5. 64

Electio Præsulis habita per compromissum, absq; aliqua speciali forma datum, publicisq; votis confectum si quis ex Compromissarijs, vel Primus, vel alios aliquo pacto præcedens sibi suffragatus fuerit inualida est ib. n. 6.

Si Compromissarij septem essent, ac tertius in publico voto ferendo sibi suffragaretur, inualida esset electio, etiam si deindè quartus alius accederet ib. n. 7.

Nulla est electio ab æquali habita Eligentium parte, completa voto electi ib. n. 8.

Si Electio Præsulis per compromissum haberetur secretum, modo, quo indicatur in cap. licut de electio in 6. non potest votum Electi augere numerum suffragiorum ib. n. 9.

Quando in Compromissi forma facta est facultas expressa, vt votum electi numerum saltem augeat æqualem, vel vt vnus Compromissariorū possit eligi, etiam si palam transigeretur posita illa forma, posset vnus Compromissariorum voto suo numerum æqualem saltem eligentium augere ib. n. 10.

Quæ differentia inter electionem factam in scrutineo, & compromisso ib. n. 13. 65

Compromissarius ex vi formæ compromissi, sibi palam per votum consulens cauere debet, nè quoad modum peccato se inficiat scandoli ib. n. 15. 66

Probabilius est, remota speciali clausula, Compromissi, qua fit compromissarijs facultas eligendi vnum ex se ipsis, non posse Inualidè præstari, ex vi compromissi per se atq; in genere sumpti ib. n. 16.

Qua ratione constare debeat Electum sibi suffragatum fuisse ib. n. 24. 68

Ratio propria discriminis inter electiones in quibus valet votum electi, & non valet ib. n. 20. fol. 67

Inutilis est distinctio electionum ad dignitates perpetuas, et temporales cum de vtrisq; eadem militet ratio nullitatis voti proprij lib. 5. d. 4. c. 5. n. 6. 70

Nulla est consuetudo contra doctrinam assertam ib. n. 10.

An ex pacto, præceptoue naturali diuino beneficia Ecclesiastica danda sint Dignoribus lib. 6. d. 4. c. 5. n. 1. 106

Inter christianam Remp. Deiq; Ecclesiam, & Collatores Beneficiorum, ac dignitatum ad curam animarum spectantium pactum intercessit, quod ratione institutionis perseuerat eadem dandi dignoribus ib. n. 2.

Obligatio ex iure naturali diuino fundata in contractu asserto digniores eligendi ad hæc beneficia, explicata etiam est præcepto Ecclesiastico ib. n. 6. 107

Ex causa finali demonstrantur similia beneficia danda melioribus ib. c. 1. n. 15. 107. & 108

Ex officio distributoris instar Oeconomi, cuius obligatio ad rigorosā iustitię reuocari facile potest, confirmatur assertio ib. n. 17.

Idem dicendum de Beneficijs simplicibus locupletioribus in præmium institutis, ob eadem rationem, quod diximus de curatis ib. n. 20. 109

Pactum assertumq; præceptum non præstant, vt si digniores non eligantur in valida sit electio, nec etiam in foro interno, sed nè sit licita ibid. n. 21.

Et si ex vi institutionis beneficij Dignior hic, & nunc ius ad rem ad illud sit; potest tamen electione, ac traditione ius in re esse Electo ibid. n. 22.

Ex se peccatum ex lethale beneficium Ecclesiasti-

Digitized by Google

INDEX.

ficium curatum, aut Episcopatum Indigno dare lib.6.d.6.c.2.n.1.& 6. 118.& 119
Omnes ferè hæreses ex Indignorum promotione pullularunt ib.n.2. ibid.
Episcopatus, vel quodcunq; aliud Beneficium conferre Indigno, peccatum est mortale paruitate materiæ excusetur ib.n. 6. 120
Collatio Beneficij curam animarum habentis Indigno facta contra commutatiuam est iustitiæ, & contra distributiuam, & commutatiuam simul non nunquam, respectu diuersorum ib. n. 7.
Ratione solius etiam gradus periculi, cui se exponit Elector indigum ad damnum inferendum Ecclesiæ, peccat mortaliter ib.n.8.
Occasionus quando tenetur restitutio erga Dominum ib.n.11. 121
Specialis ratione collatio Paræsiæ facta indigno mortalis demeritum ib.n.10. 121
Qui iusta Tridentini ni parochos approbādi sunt Ius habent rigorosum post examen ad paræsias prò qualitate Ornamentarum requisitorum ib. n.14. ibid.
Approbatio Confessariorum iuxta Tredentinum facta, Iuridica est declaratio, seu sententia, ex iustitia debita ib.n.12.
Contra iustitiam commutatiuam fit ab impediente candidatos beneficiorum lib.6.d.6.c.2.n.13. fol. 121
Reges aliq; Dignitate quorum est nonnullos præponere ad Episcopatus si omittant quos facta inquisitione Consiliarij quibus incumbit, vt dignos proposuerunt, atq; indignos promouent peccant contra iustitiam ib n.14.
Quid dicendum sit de Summo Pontifice indigni promouente ib.n.15.
Collatio Beneficiorum in præmium institutorum facta Indignis, est mortalis contra iustitiam commutatiuam respectu Ecclesiæ necnon aliquando contra iustitiam distributatiuam, & commutatiuam simul, respectu eligendorum ib.n.16. 122
Cætera Beneficia etiam simplicia Indignis dare per se loquendo peccatum est mortale contra iustitiam tum commutatiuam in Ecclesiam tum commutatiuam, & distributiuam simul contra dignos ib.n.17.
Electio Indigni, omisso Digno ad acceptionem spectat personarum ib.n.18.
Ex institutione Beneficiorum etiam simplicium ius habent ad ea Digni, quod quidem proportionatum est obiectum distributiuæ Iustitiæ ib. n.19.
Qui iniquè Agricolam ab opere Notarium à scribendo impedit, contra iustitiam facit ib.nu.20.
Quale ius sit Clericis conditiones habentibus desideratas ab Institutoribus Beneficiorum ib.n. 21. 122
Peracudens aliquando excusari possunt Electores à peccato Beneficium dantes minus Digno ib.n.22. 123
Quomodo cohæreat illud principium Non sunt facienda mala, vt eueniant bona *cum altero.* Minus malum est eligendum *lib.6.d.6.c.2.n. 23.* 123
Neque ad euitandum homicidium licet mendacium ibid.num.24. ibid.
Nullum peccatum veniale licet ad euitandum etiam mortale ib.n.25.
Ad peccatum declinandum non sufficit, vt Elector, vel Collator Beneficij negatiuè se habeat, sed positiuè debet idoneitatem eligendi cognoscere ib.n.26.
Quam certa esse debeat Collatori, vel Electori dignitas Promouendi ib.n.27. 124
Quo pacto Apostolorum electio fuerit optima ib. n.28.
Quomodo Eminentissimi Cardinales debent respondere interrogati in Consistorio de Promouendo in Episcopum lib.6.d.6.c.2.n.29. remissiuè.
Quicumq; Indignum in Episcopum promouerit, tenetur ad restitutionem, præsertim Ecclesiæ, cui per coadiutorem aliquo pacto consulere debet lib.6.d.6.c.3.n.1. ibid.
Eodem peccati genere atq; Electores, vel Collatores peccaret etiam Promotores Indigni ib. nu.2.
Teneor Aptiori suffragari, ne detur Apto, vel digniorem sibi beneficium impetari lib.6.d.6.c. 3.n.13. 126
Non modo à non paratis Electoribus indignum, vt eligant non licet petere, sed neq; à paratis ib.n.14.
Aurea Regula de hac materia ib.n.14. 127
Prima opinio nullius ferè probabilitatis est lib.6. d. 7.c.2.n.1.
Peccatum lethale est ex suo genere, beneficium curam animarum habens Digniori nō conferre ib.n.2. 130
Ius naturale præcipiens Electionem Melioris per nullam dissuetudinem potest abrogari ib.nu.6. fol. 131
In hoc autem iure naturali meliorem eligendi ad curatum Beneficium Papa dispensare non potest ib.n.7.
Cur Prælati sint dispēsatores atq; Oeconomi graniter peccarent non eligentes Dignorem ibid. n.9.
Ostenditur conclusio, quòd prætermisso digniori esset acceptio personarum ib.n.9.
Magis etiam peccarent, quam Oeconomi, Meliorē non eligentes ad beneficium curatum ib.n.10.
Pōtiori nomine peccaretur à non eligente digniorem iuxta leges Tridentini ib.n.11. 132
Ex communi Electorum sensu, ac dicto constat assertio, quorum nullus dicit, se meliorem non eligisse ib.n.13.
Demōstratur ex imminenti malo, quod Ecclesia, vel in vita subest ob contrariam opinionem ib. n.14.
Demum ex periculo promouendi etiam ineptum ib.n.15.
Omisso Dignore promouere dignum est peccatum, tum contra fidelitatem, tum contra iustitiam commutatiuam, tum contra iustitiam vtriusq; distributiuæ, & commutatiuæ etiam rationem habentem respectu diuersorum ib.n.16.
Digniores prætermittere in Electione Beneficij maioris momenti instituti secūdario in bonum eligendorum est peccatum contra fidelitatem, atq; vtramq; iustitiam ib.n.17. 133

Et

Digitized by Google

INDEX.

Et si non passim in hisce Beneficijs omitteretur dignior, singulis tamen vicibus peccaretur graviter contra assertas virtutes ib.n.18.

Peccatum ex omissione dignioris leue esse potest ob materiæ leuitatem per respectum ad excessum Eligendorum, vel Beneficiorum; imò nullum, si instaret beneficium præstantius dandũ digniori ib.n.20.

Reliqua beneficia administratione vacantia, neq; locupletia semel, aut iterum conferre dignis dignioribus omissis non erit lethale, secus si sæpè fieret ib.n.21. 134

Beneficia tenuis etiam redditus nè dentur scandolosis, vel otiosis ib.n.22.

Per accidens absq; peccato dare poterit Beneficium digno, omisso digniore ib.n.23.

Penuria vrgente Aptorum ad Beneficia, cum Meliores destinandi sint Parœsijs: minus dignis poterunt alia pinguiora beneficia semplicia dari ib.n.24. 135

Si tamen nequiret imponè pensio supra hoc Beneficium pingue in vtilitatem Dignioris cui demandatur Parœsia ib.n.25.

Quando ab Hæreticis, hostibu'q; vi armisq; potius defendenda esset Ecclesia, potentior, ac nobilior eligendus est, ac preferendus alioquin digniori ib.n.26.

Non negatiuè, sed positiuè noscere debet electot maiorem dignitatem Eligendi ib.n.28.

An licitum sit ex æquè dignis pro arbitratu quẽlibet eligere ad Beneficium ib.c.3.n.1. 136

Ex æquè dignis poterit quicumquè vel eligi, vel promoueri ib n.2.

Integrum cuiq; ex æquè dignis fauere ib.n.3.

Quãdo certa est Amici, vel Affinis aptitudo dubia vero non Amici, vel Affinis, tenetur nèdũ potest ab Electore ille eligi ad Beneficia Ecclesiastica ib.n.10. 137

Si Elector per dubium tantum negatiuum anceps sit de excessu, quò eius consaguineo, vel amic non eligere ib.n.11. 138

Plus ad nullitatem collationis requiritur, quam Electionis lib.6.d.9.c.2.n.2. 147

Electio Indigni nulla est ipso iure ib.n.1. ibid.

Qui nullam de facto negant Electionem Indigni, dicunt tamen ad minimum esse irritandam ib.n.4.

Peccatum mortale etiam notorium nullam non facit electionem Episcopi ib.c.3.n.15. 150

Quæ atrociora crimina electionem faciat nullam ib.n.16.

Crimina inducentia irregularitatem infamiæ faciunt etiam electionem Episcopi inualidam ib.n.17.

Infamia facti potest pœnitentia deleri, ni factum sit ex his criminibus, quibus ius infamiam etiã inusit, quæ remanet etiam post pœnitentiam, qua quis afflictus promoueri non potest absq; dispensatione ib.n.18. 151

Quid sentiendum de infame appellante ib.n.19.

Electio prorsus indocti nulla est, secus illius cuius est certa spes doctrinæ mox comparandę ib.c.4 n.1.& 17. 153

Eodem pacto valet Electio facta à Delegato, atq; ab Ordinario ib.n.2. 151

Qui scientiæ defectus irritat Episcopi electionem ibn.15. 153

Ex cap. cum in cunctis de Electione, probatur nulla Electio Indigni ib.n.19.

Omnis collatio, seù institutio Beneficij Parochialis facta præter formulam Trid. *sess.24.c.18. est nulla lib.6.d.10.c.1.n.1.* 154

Idem dicẽdum de Prouisione, vel Electione Personæ ad lectionẽ Sacræ Theologiæ, præter formulam datam à Trid. *sess.5.c.1. de reform. ib.*

Quamuis ex iure naturali Diuino valida sit Electio Parochi digni, omisso digniore, secus expositiuo Ecclesiastico ib.n.2.

Electio digni, omisso digniore, ad quod vis aliud Beneficium valida est, etiam si Iuramento Electores se obstrinxerint, & periuri essent ib.

Quid sentiendum sit de Electione habita Digni, Digniori relicto, atq; Interposita appellatione ib.n.8. 155

Electio nulla per confirmationem non conualescit ib.c.2.n.4. 156

Electio non irrita, sed irritanda ex aliquo defectu, hoc postea sublato ante irritationem conualescit ib.n.7.

Quid de Electione facta ex maiori parte, & altera ex præstantiore, ac tutiore sentiendum sit ib.n.10. 157

Restitutio ob electionem digni orta, digniore prætergresso, ad beneficia curata, vel data ex concursu tũ Ecclesiæ, tum digniori facienda est l.6. d.12.c.6.n.1.& 4. 173

Debetur Ecclesiæ in bonis eiusdem generis ib.n.2.

Etiam si non compararet Dignior ius ad Beneficium ob concursum, si tamen dolo impediretur compensandus esset restitutione, cuius onere præmeretur Elector, vel Promotor ib.n.5. 174

Ob omissionem Dignioris ad Beneficium pingue restitutio, ita facienda est Ecclesiæ, vt competat etiam ipsi digniori relicto ib.n.6.

Ex electionis Digni validitate, Dignior prætermissio, non excusatur malitia ib.c.8 n.1. 177

Digno per electionem ab Electoribus ius confertur in re, cum Dignior habuerit ad rem ib.n.2.

Cur voluntas antecedens legitima sola valet cõferre ius, non autem sola voluntas collatoris Electoris, vel donantis lib.6.d.13.c.4.n.4. 187

Capitulares, quibus ius est eligendi in Prælatum ex proprio gremio, huic possunt cedere ib.c.7.n. 28. 203

Scolastici suffragantes indigno, vel digno, omisso digniore ad cathedras peccant mortaliter, ac tenentur restituere ib.c.7.n.34. ibid.

Pœnę ob electionem simoniacam, vide excommunicatio, vide Suspensio, vide Infamia, & Irregularitas.

Habita Electione Procurator destinandus est Superiori à quo confirmanda est Electio libr.6. d.14.c.5.n.1. 221

Superiori inuestigandum est generali citatione, & monitione sub certo termino, si quis aliquid opponere haberet Electo ib.n.2.

Potest porperam opponi tum contra formam eligendi, tum contra personam ib.n.3.

Electio ad Regulares, & Cathedrales Ecclesias vltra trimestre, cessante impedimento, nè protrahatur l.b.6.d.15.c.1.n.2. 229

Quam prudenter statutum sit hoc temporis spatium ib.n.3.

Digitized by Google

INDEX.

Frequenter in spiritualibus, ac temporalibus, bonis Ecclesia inducta subit detrimentum. ibid.
Clementis Octaui responsio ad rogationem, monitionemq; Cardinalis Bellarmini de non protrahenda Ecclesiarum inuitate ib.n.4.
Quid D. Leo, quid S. Gregorius senserint huc de re. ib.n.5.
Quanti momenti sit non dilata promotio ad regimen Ecclesiarum, optime Bellarmin. Clementi Octauo exposuit l.6.d.15.c.1.n.7. 230
De pœna priuationis contra differentem promotionem ib.n.8.
Quam arctius præmant rationes allata, atq; necessitas citò prospiciendi Ecclesiæ Romanæ, atq; vniuersali de pastore ib.n.9. 230
Ante tertium depositionis defuncti Episcopi, dié num possit Electio fieri successoris Episcopi ib.n.10.
Non nisi post triduum etiam Rex coronandus, coronæ exteriori manus impositionem requirente ib.n.11.
Si ante sepulturam defuncti Prælati fiat Electio successoris olim illicita, non tamen erat nulla ib.n.12.
Imò post mortem habita Electio in præsentia, poterit dici licita ib.n.13.
Quid seruandum sit in Electione Pontificis ibid. n.14.
Quicunq; definitorius tractatus eùm de fine, tùm de mediis Electionis successoris ante mortem Antistitis est illicitus ib.c.3.n.1. 234
Consultationis tractatus de Episcopo successore eligendo, licet adhuc non vita functo Præsule ib.n.2.
Quid sit tractatus ib.n.13. 236
Ius alterum ad rem, alterum in re, & quod nam sit l.6.d.16.c.3.n.1. 242
E Romana Sede, ac Pontifice omne ius eligendi ad Episcopos manat ib.n.2.
Electio etiam acceptata per se non confert expeditam administrationem Electo consentienti ib.n.3.
Quadcunq; ius completum, quod ex Electione in Electum consentientem promanata, derivatus ex Apostolica Sede Christiq; Vicario ib.n.4. 243
Ius proximum, ac determinatum ad Episcopatum talem à Romano Pontifice promanans aptari debet naturæ beneficiorum ib.n.5.
Per Electionem Electo confertur immediatum ius ad rem, & mediatum in re ad beneficium Episcopatus ib.n.6.
Declaratur ius in re mediatum ad rem, quod est Electo consentienti ib.n.11. 244
Quare ex coniugio carnali acceptans, quis promissionem per verba de præsenti non potest resilire: potest tamen ex spirituali ib.n.13. 248
Falsum est non vocari tanquam Aaronem qui legitimè, & canonicè eliguntur ib.c.5.n.3. 246
Electio sollemniter, & quomodo publicanda l.6. d.17.c.3.n.1. 252
Potest, ob defectum formæ communis, Electio cæsari perseuerante iure ipsi Electo acquisito per scrutinium declaratum, ex quo iterum est Eligendus l.6.d.17.c.3.n.5. 253
Non est cassandum totum, sed quod est vitiosum, neq; vtile per inutile vitiari debet ib.n.6.
Casu, quo Canonici omnes petirent Electum iam deberent successores eligere, de quo actum, & publicatum fuerat scrutinium vsque definitiuem vtriusq; fori ib.n.11. 253
Similis est ratio de Electoribus, peracto, vel publicato scrutinio, ac de Antistite beneficium conferente ib.n.14.
Num potestas confirmandi Electionem Episcopi apud varios fuerit l.7.d.2.c.1.n.1. 272
Tenetur Superior inquirere de Requisitis Electi, atq; Electionis ib.n.3.
Forma inquisitionis faciendæ de Electione, & Electo secundum, cap. finale de Electione in 6. ib. n.1.2.3.& 4. 273
Electio facta in concordia, & confirmata absquè proclamatione atquè edicto, iure tamen tertij seruato, vel sub conditione si nullum Aduersario competat ius, neq; vitiosa, neq; inutilis erit libro septimo ib.n.5. 274
Num eligendus possit postulari l.7. d.10. c.2.nu.1. fol. 319
Non est valida forma hæc simpliciter eligo, & postulo, prout de iure ib.n.6. 320
Ex Auctorum sententia si dubium positiuum fuerit facti dicta formula, eligo, & postulo prout de iure admittenda est ib.n.8.
In dubio facti negatiuo absolutè eligendus est quispium, neq; vsu esse potest adducta formula eligo, vel postulo ib.n.12.
Hac tamen formula, qui vsi sunt postulantes, vel Eligentes, alterutram nuncè tenentur rationem postulationis, nempè, vel Electionis l.7. d.10.c. 2.n.12. 321
Electus in Episcopum vnius Ecclesiæ etiam si in electionem sui consenserit potest ad alteram eligi l.6.d.12.c.1.n.5. 322
Nullus electus ad vnam Ecclesiam, & confirmatus, potest propria auctoritate transire ad alteram ib.n.6.
Quando postulatio præualeat, ac præferri debeat electioni l.7.d.15.c.1.n.2. 319
Num in Electionibus ad alias dignitates sit locus variationi ib.n.16 remissiue. 321
In Electione sub malè legitur nomen dignitatis, ad quam quis Eligitur l.8. d.2.c.3.n.5.
Ratione solius etiam grauis periculi, cui se exponit Electus indigni, ad damnum inferendum Ecclesiæ, peccat mortaliter l.6.d.6 cap.2.nu.8. fol. 120
Speciali ratione collatio Paresiæ facta Indigno mortalis culpa demostratur lib.6.d.6.c.2.n.10. fol. 121
Qui iuxtà Tridentinum in parrochos approbandi sunt, hs habent rigorosum post examen ad præsias, prò qualitate ornamentorum requisitorum ib.n.11.
Contra iustitiam commutatiuam fit ab impediente Canditatos Beneficiorum ib.n.13.
Reges, alijq; Dinastæ, quorum est non nullos proponere ad Episcopatus, si omittant, quos facta inquisitione Consiliarij quibus incumbit, vt dignos proposuerunt, atq; Indignos promoueant, peccant contra iustitiam ib.n.14.
Quid dicendum sit de Summo Pontifice indignũ promouente ib.n.15.

Col-

Digitized by Google

INDEX.

Collatio Beneficiorum in præmium institutorum, facta indigno, est mortalis culpa contra iustitiam commutatiuam respectu Ecclesiæ, necnõ aliquando contra iustitiam distributiuam, & commutatiuam simul respectu eligendorum ib.n.16.

Ad peccatum declinandum non sufficit, vt Elector, vel Collator Beneficij negatiuè se habeat, sed positiuè debet idoneitatem eligendi cognoscere lib.6.d.6.c.2.n.26. 123

Quam certa esse debeat Collatori, vel Electori dignitas promouendi ib.n.27.

Quomodo Eminentissimi Cardinales debent respondere interrogati in Concistorio de promouendo in Episcopum ib.n.29.

Quicumq; indignum in Episcopum promouerint tenentur ad restitutionem præsertim Ecclesiæ, cui per Coadiutorem aliquo pacto consulere debent ib.c.3.n.1. 123

Eodem peccati Genere atq; Electores, vel Collatores peccarent etiam Promotores, Indignæ personæ ib.n.2.

Timeor aptiori suffragari, ne detur apto ib.nu.6. fol. 125

Peccat mortaliter Eligens indignum ad cappellaniam cuius est fundator, vel Patronus, siue fuerit cappellanus eligendus ex eadem familia, siue ordine propinquitatis ib.n.8. 126

Potest elector hac, vel illa probatione vti de moribus, ac scientia Promouendi, etiam secundum opinionem minus probabilem ib.n.14.

Per moralem adhabitam diligentiam merita singulorum candidatorum comperta esse debent Electoribus lib.6.d.13.c.7.n.3. 196

Dignior ad vacantem Ecclesiam perquirendus, non ex his, qui alijs iam præsunt, nisi grauis vrgeat necessitas ib.n.14. 197

Ex accidenti non nunquam Dignus præferendus est Digniori ib.n.5.

Reges, Prælatiq; omnes non promouentes meliores ad beneficia curata maioriq; momenti, quos morali diligentia possunt habere, peccant mortaliter contra iustitiam ib.n.6.

De Pœnis contra malè eligentes lib.6.d.14.6.2. n.1. 209

Eligens indignum ad Beneficium curatum est eligendi potestate, pro ea vice, ipso facto priuatus, & quiu intelligatur pro ea vice ib.n.3.

Suspensio asserta contrahitur ob Electionem, vel Promotionem cuiuscumq; quomodolibet re vera Indigni, etiam si per defectum distinctum ab enumeratis in cap. Cum in cunctis ib.nu.4. fol. 210

Si huiusmodi malè Eligentes, vel Promouentes beneficijs careant, sitis in Ecclesia, quam offenderunt, pœna extraordinaria ad arbitrium puniendi sunt Iudicis ib.n.8.

Non satis est sola nominatio Indigni, sed requiritur actus Electionis completus, ad hanc suspensionem subeundam ib n.9.

Non subirent Cardinales Indignum si Eligerent in Summum Pontificem pœnas huius Canonis: num autem alias? ib.n.16. 211

Quid Iuris si durante triennio suspensionis alterũ Electores promoueam Indignum ib.n.17.

Duplici asserta pœna non ligantur Episcopi, sed altera ad finem capitis imposita ib.n.18.

Quæ pœna imponitur Episcopo indignum ad Beneficium curatum promouenti ib.n.20. 212

Si ficto animo Episcopus in Electionem consenserit indigni, incurreret hanc, in foro externo, suspensionem ib.n.22.

Ex verbis, & factis alterius præsumendus est alius ib.n.23.

Episcopus solum non impediens hanc incurrit suspensionem ib.n.27. 213

Etiam si Præsul in Indigni consenserit Electionẽ, quæ tamen suum non sit sortita effectum, suspensione non ligatur ib.n.28.

Episcopum Indignitatem habentem Electionem, probabilius est nonnullis, concurrentibus circumstantijs, asserta suspensione ligari ib.n.30.

Quas expendimus censuras, siue Clerici, siue Præsules nisi scienter Indignum elegerint, non incurrent ib.n.33. 214

Quæ Ignorantia ab his excuset pœnis ib.n.34.

An Eligens sub dubio Indignum aliquam subeat pœnam ib.c.3.n.4. 215

Secunda sententia contraria ib.n.5.

In dubio delicti reus est absoluendus ib.n.6.

Cum sint iura partium dubia, reo potius fauendũ est, quam Actori ib.n.7.

Actore non probante is, qui accusatur absoluendus est ib.

In dubio facti censura nulla contrahitur, vna dẽpta homicidij voluntary, ob quod sancita est irregularitas ib.n.8.

Si Electores, vel promotores scienter eligant, quẽ dubitant esse Dignum, pœnam latam incurrent ib.n.10.

De alijs Censuris non latis, sed ferendis contra mala Eligentes, vel Promouentes ib.num.10. fol. 216

Quibus hæc infligenda est pœna lib.6.d.14 cap.4. n.2. 217

An videãtur comprehensi primi fundatores Cappellarum, aliorumq; Beneficiorum, aut subsequentes Patroni eligentes Indignos lib.6.d.14 c.4.n.3. ibid.

Actio, quâ talis imponitur censura, declaratur ib. n.5.

Si eligeretur omnino inuitus, ac renuens in hanc peccaretur dispositionem Canonis ibid. num.6. fol. 218

Asserta suspensione Promouẽtes indignos, etiam non irregulares, afficiendi sunt ib.n.8.

Hæc suspensio cap. graue nimis, grauior est altera lata in cap. Cum in cunctis ib.n.9.

Cur Præcedere debeat bina monitio ib.n.10.

Hæc pœna etiam Capitulum afficiendum est, indignum si eligat, quamquam ex se pœna contra Præclatũ imposita non extendatur ad Capitulum ib.n.11.

Inquisitio facienda est ad delictum, hoc & quomodo à Concilio ib.

Reseruatur Papæ, ac quatuor Patriarchis absolutio ab hanc suspensione ib.n.19. 219

Electores habito scrutinio non possunt ab Electione resilire lib.6.d.17.c.1.n.1.ac deinceps. 247

Si Electio singularis non fuerit nulla, licet irritãda esset, ad huc Electores tenerentur procedere ad Electionem communem ib.c.3.n.4. 253

Digitized by Google

INDEX X.

Electus, Quando pendet variationes, habet Electus post consensum, & ius ad rem, & ius in re respectu beneficij lib.6.d.16.c.4.n.1. 246

Potest Electus, qui consensit confirmationem suæ Electionis petere absq; ambitionis nota, imò sui Electionem defendere ib.n.2.

Differentia inter Electum Postulatum, & Præsentatum in ordine ad confirmationem electionis postulationis, & ad admissionem, & institutionem præsentationis ib.n.1.

In foro interno resilire non poterunt Electores à perfecto scrutinio, in externo autem post publicationem, & est ius Electo, ne ab eius recedatur scrutinio atq; ad officium spectat Iudicis lib.6.d.17.c.3.n.2. 252

Absolutè nolens neq; conferri, neq; eligi in Prælatum, neq; poterit postulari lib.7.d.13.c.2.n.27. 203

Eleemosyna, Valida est erogatio eleemosynæ facta pauperi inimico, qui si vt inimicus nosceretur ea non donaretur lib.5.d.1.c.4.n.10. 16

Eligens, Ratio cur eligentes resilire non possunt post consensum, vel publicationem scrutinij potest autem electus etiam post consensum lib.6.d.16.c.3.n.16. 245

Vide Electior, electio.

Emere, Volenti triticum facto contentum emere si tradatur ordeum emptio non est voluntaria, nec valida lib.5.d.1.c.4.n.14. 16

Exemptione mutui transfertur dominium in mutuarium lib.5.d.3.c.2.n.7. 21

Quomodo res alio titulo debita, emi possit ib.cap. vlt.n.9. 50

Potest aliquod emi iniustè dandum v.g. Iudicis sententia, quo dato teneretur emptor pretium soluere ib.n.10. 51

Quomodo emptio rei propriæ possit esse valida, & si absolutè invalida censeatur ib.n.11. & 12. ibid.

Episcopus, Electio in Episcopum materia est simoniæ lib.5.d.3.c.1.n.4. 28

Num Beneficium stando iuri naturali authoritate Episcopi vendi possit ib.c.4.n.16. 36

Non incurrit excommunicationem latam ab Episcopo contra lusores alearum, ludens cum ipsamet Episcopo ib.c.5.n.30. 42

Quis suus immediatus quisq; mediatus Ecclesiastici regiminis lib.6.d.6.c.1.n.7. 118

Reges, aliq; Dinastæ, quorum inter est non nullos proponere ad Episcopatus, si omittant, quos, facta inquisitione, Consiliarij, quibus incumbit, ut Dignos proposuerunt, atq; Indignos promouet, peccant contra Iustitiam lib.6.d.6.c.2.nu.14. fol. 121

In Episcopum, qui eligitur non debet se cæteris meliorem existimare lib.6.d.8.c.1.n.2. 142

Morali adhibita diligentia, melior eligendus in Episcopum, & ni fiat peccatur mortaliter ib.n.3.

Deus exemplo Christi Domini, qui omnium præstantissimum dedit nobis pastorem docuit, vt præstantiores eligerentur deinceps, qui Ecclesiam suam regerent ib.n.4.

Christus Dominus meliorem eligit in sui Vicarii Diuum S.Petrum ib.n.5. 143

Quo sensu debeat Episcopus melior esse lib.6.d.8.q.2.n.1. 144

De claritate solum interrogatus est Petrus ni de præcipua virtute, atq; ad institutionem aliorum ib.n.5. 145

Quomodolibet consideretur Episcopus præstantiori per se commendandus ib.n.6.

Num Beneficiarij moniti regula gaudeant de Triennali pensione lib.6.d.9.c.5.n.10. remissiue. 149

Quæ atrociora crimina electionem faciunt nullam ib.n.16. 150

Vtrum Præsuli probandus sit defectus, quem obiecit præsentato à Patrono lib.6.d.13.c.7.nu.15. remissiue. 200

Cum testator pauperibus aliquos non determinatos reliquit aliqua, quando hæredis quando Episcopi interest illos designare lib.6.d.13.cap.7.n.3. 196

Quæ pœna imponitur Episcopo indignum ad Beneficium curatum Promouenti lib.6.d.14.c.2.n.20. 212

Consensus Episcopi indigni externo debet actu innocescere, alioquin ab Ecclesia puniri minimè posset ib.n.25. 212

Episcopus non sibi impediens hæc incurrit suspensionem ib.n.27. 213

Etiamsi Præsuli indigni consenserit Electioni, quæ tamen suum non sortita effectum, suspensione non tingatur ib.n.28.

Episcopum indigni natam habentem electionem, probabilius est quinq; concurrentibus circumstantijs asserta suspensione ligari ib.n.30.

Num in articulo mortis possit à laico, qui postulatus esset in Episcopum tolli censuram lib.7.d.4.c.2.n.1. 284

Subdiaconus postulatus, atq; in Episcopum admissus potest à censuris absoluere idem dicas de habente primam censuram ib.n.4. 285

In mortis articulo à quocunq; posse dari censurarum absolutionem non est improbabile ib.c.1.n.5. 285

Non modo potest, sed tenetur siue Præsul Subdiaconus postulatus, siue admissus, siue Vicarius absoluere à censuris subditum extreme laborantem, imò, & non subditum ib.6.

Non est improbabile posse, imò, & teneri quemlibet Christianum in articulo mortis alterum quemcunq; existentem absoluere, non tamen sacramentaliter à censuris ib.n.7. & 11.

Quæ Iurisdictionis sunt, & minorem requirunt excussionem potest Episcopus tantùm confirmatus exercere lib.6.d.4.c.3.n.2. 288

Recensentur, quæ sunt hæc munera ib.n.3.

Non potest Episcopus solum confirmatus graues Iudicare causam, vel pœnam inferre requirentem prudentis Iudicio magnam excussionem ib.n.7. 289

De feudis etiam Iudicare aliquo modo potest ib.n.8.

Valet obedientiam, & iuramentum à vassallis petere confirmatus Episcopus ib.n.9.

Num possit Episcopus confirmatus Indulgentias concedere, vide Indulgentia.

Num possessio necessaria sit ad munera super asserta

Digitized by Google

INDEX.

ferta. Confirmato Præsule obeunda secundum Ius antiquum lib.7.d.5.c.1.per totum 293
Vsq; ad possessionem Inuestoris Episcopi vacare cẽsetur Ecclesia cuius Beneficia absq; ad illud tempus secunda regula cancellaria sibi seruat lib.7.d.5.c.2.n.12. 295
Etiam Episcopi Cardinalis tenentur dictæ consuetudini stare ib.n.13.
Etiam vigente consuetudine possessionis prius capiendæ installatio non est de substantia, sed solũ de sollennitate, vt sacrum etiam habendum de Spiritu Sancto ib.n.14.
Hac vigente consuetudine administratio ante possessionem, non inualida, sed tantum videtur illicita ib.n.15.
Vbi consuetudo vigeret contraria administrandi ante possessionem maximopere seruanda est ib.n.17.
Quam valeat consuetudo administrandi ante confirmationem, & administrandi post illam valeat ib.n.18.
Quid Iure nono, ac de facto ad complementum Iuris, & administrationem Episcopatus requiratur lib.7.d.6.c.2.nu.1.2.3.& 4.per totum fol. 298
In propria pœna contra ipsos prælatos sine literis exercentes irritationis nimirum cuiuscũq; administrationis, & ne quid possint percipere fructuum ib.c.2.n.7. 300
Extenditur hæc pœna ad discedentes ab Vrbe sine iuramento fidelitatis, & obedientiæ præstito, vel sine pallio habito ab his quibus debetur ib.c.3.n.8. 301
Si confirmatus, vel consecratus Episcopus absq; licentia literarumq; expeditione ob mortem Pontificis Roma discedat pœnas extrauagantis per quartam Regulam non incurret ib.c.4.n.7. 302
A die à quo à Papa Præsul est vinculo solutus Ecclesiæ à qua transfertur, eiq; constiterit abstinere tenetur ab exercitio Iurisdictionis, quod competit capitulo ib.c.5.n.11. 304
Episcopus Electus, & confirmatus, num possit, & ea quæ sunt ordinis per alium præstare lib.7.d.8.c.1.per totum. 311
Post Episcopus, qui ad religiosam vitam se contulit, alia causa quam voluntarium delictum; vel ab eundem Episcopatum, vel ad alterum eligi lib.7.d.11.c.1.n.19. 325
Episcopus mere titularis eligi potest ad aliquam Ecclesiam ib.n.21.
Quisquid sit de Cardinalibus, Iuris certè diuini est vt Papa habeat Episcopos Præsbyteros, ac ministros, ex quibus Hierarchia constat Ecclesiastica lib.7.d.12.c.1.n.6. 333
Episcopus vnius Ecclesiæ ad alteram postulatus, neq; consentire, neq; dissentire debet ante confirmationem lib.7.d.13.c.1.n.24. 342
Episcopus ad alteram transferri potest Ecclesiam etiam inuitus ib.n.25.
An filius conceptus antequam parens in hæresim lapsus fuerit sit inhabilis ad Episcopatum lib.8.d.4.c.8.n.5. 376
An filius Parentis suspecti de hæresi inhabilis sit ad Episcopatum ib.n.9.
Inhabilis est ad Episcopalem dignitatem quicũq; è parentibus ortus crimine læsæ maiestatis humanæ notatis ib.n.12. 377
In hæresis irregularitate à solus Papa dispensare potest si crimen fuerit publicum ib.n.26. 378
Potest tamen in ea ex crimine occulto Episcopus dispensare ib.n.27.remissiue. ibid.
An percutiens Episcopum in consistorio admissum, vel confirmatum excommunicationem incurrat Bullæ Cœnæ lib.8.d.5.c.2.n.6. 392
Distinctio inter Sacramentum consecrationis Episcopi, & Sacerdotis est Iuris diuini lib.8.d.6.c.3.n.5. 399
Duo Sacramenta ordinis, & confirmationis proprie esse Episcopi ib.n.6. 400
Qua ratione præstantior aliquo pacto sit in Episcopo potestas Eucharestiam conficiendi ib.c.4.n.8. 402
De Potentia saltem ordinaria non potest Episcopus ordinari, qui non instietur, vel initiatus nõ sit Sacerdos ib.n.10. 403
In quo sensu Episcopus sit Christi seruus lib.6.d.8.c.3.n.3. 398
Episcopus rediui posset facultatè ordinandi, & confirmandi non autem Iurisdictione in Ecclesiæ alteri donata Episcopo lib.8.d.8.c.2.n.6. 419
Quid secundum veram opinionem dicendum de Episcopo ordinato per saltem, quid in opinione aliorum an possit consecrare, & peccata remittere lib.8.d.8.c.3.n.2. 419
Sacerdotalis potestas potius videtur dispositio, quam in causa ad ordinandos præsbyteros, vel Christianos confirmandos ib.n.3. 420
Quomodo Episcopus in partibus infidelium Ecclesiam habens verus Episcopus sit lib.8.d.10.c.1.n.6. 427
Episcopatus, Spiritualis coniungij rationem Episcopatus sibi vendicat lib.8.d.10.c.1.n.1. 426
Ratio matrimonij spiritualis comparatione corporalis exprimitur ib.n.2.
In concordiam reuocãtur textus capituli licet de translatione, & capituli inter corporalia eodẽ titulo ib.n.3. 427
Discrimina inter carnale, & spirituale coniugium ib.n.4.& 5.
Quotuplex Sacramentum sumatur lib.8.d.10.c.3.n.1. 429
Episcopatus, qua coniungium spirituale aliquam habet rationem Sacramenti ib.c.3.n.2. ibid.
Multiplici sub ratione gratia, & character confertur per Episcopatum quatenus sacrum coniungium est ib.n.3. 430
Episcopatus quatenus ordo distinctum non est Sacramentum à se ipso quatenus Sacrum est coniugium ib.n.4.
Quæ nam sit materia, & quæ forma spiritualis matrimonij ib.n.5.
Ad valorem spiritualis matrimonij non requiritur certa verborum forma ib.n.6.
Spirituale hoc matrimonium pergit esse Sacramentum etiam post consecrationem ib.n.7.
Quomodo non peccant tum Episcopus, tum Ecclesia spirituale ineuntes matrimonium in peccato mortali ib.n.8.& 9. 431
Quomodo alias peccat Episcopus ille tali accipiens Sacramentum ib.n.10.

Epi-

Digitized by Google

INDEX.

Episcopatus est Beneficium duplex lib.5.d.3.c.1. n.2. 27

Quomodo Præsulatus alienatio per pecuniam sit contra Ius naturale diuinum, & quomodo cōtrarius Ecclesiasticum ib.c.5.n.7. 38

Promissione suffragij ad Episcopatus electionem non incurritur simonia ib.n.8. 39

Conuentio cum familiari Pontificis consentiendi in pensionem a Papa super Episcopatum familiaris ope impetratum imponendam realis simonia est ib.n.10. 101

Episcopatus quid sit quatenus beneficium dignitas cum Iurisdictione in foro interno, atq; externo ad Clericos, Parochos, Popolumq; late patens cui administrat Sacramentum ordinis, & confirmationis lib.6.d.4.c.3.n.11. 118

Numerantur bona requisita ad Beneficia Ecclesiastica præsertim Episcopatus lib.6.d.6.c.3.n. 8. 398

Episcapōtus est ordo pro gradu in Ecclesia sumptus lib.8.d.6.c.3.n.3. ibid.

Episcopatus est in omni rigore ordo lib.8.d.6.c.3. n.4. 400

Episcopatus, vt ordo ad Eucharistiam ordinatur ib.c.4.n.1. 401

Potior est habitudo Episcopatus ad Eucharistiā, quam Subdiaconatus, & Diaconatus ib. nu. 1. fol. 403

Cur Episcopatus Sacerdotium inuoluat, & potestatem consecrandi, & absoluendi ibid. nu. 11. fol. 403

Quare Episcopatus maior sit Sacerdotio, nec bene explicatur ex maiori intentione ib.n.12. & 13. 403.& 404

Per pulchra comparatio inter ordinem Episcopalem, & Sacerdotalem, et inter lumen gloriæ, & visionem beatam ib.n.15. ibid.

Epychia, Epychiæ etiam per subditos locus est contra verba legis, in casu videnti, in quo lex illa locum non habet lib.7.d.1.c.5.n.15. 266

Ex æquitate depositum non est restituendum imminente periculo homicidij, & portæ Ciuitatis obessæ aperiendæ sunt, morte alias instante ciuium foristantium, quibus orbata Ciuitas, neq; defendi posset ib.n.16.

Epychia non ob proprium legis, vel legislatoris defectum interuult intensionem tamen saltem seruat ipsius legislatoris ib.n.17.

Licet Epychia etiam subdito, & ob priuatum bonum ib.n.18.

Certa existente lege, vel priuilegio si dubium sit negatiuum de potestate, vel voluntate legislatoris num voluerit, vel hinc, & nunc vel let, adendus est ipse legislator, vel Princeps, aut vrgente necessitate Epychiæ, aut vsus ib.n.21. & 24. 266.& 267

Ex necessitate cum non posset hic, & nunc aliam diligentiam facere quispiam tametsi opinionē improbabilem sequatur à peccato excusatur atq; in materia iustitiæ proturibus tenetur cōsolare danno alterius per se loquendo, vt cum lata culpa non se infecerit non tenetur ipse restituere ib.n.22.

Error, In quo differunt, & conueniant error, atque ignorātia lib.5.d.1.c.3.n.3. 11

Error alter antecedens, alter concomitans ib.n.5.

Error positiuè aliquo pacto influit in actum in quo differt ab ignorantia ib.n.6.

Quomodo error concomitans ad actum concurrat ib.n.7. 12

Quid sit ex ignorantia, & ignoranter aliquid agere. ib.

Error concomitans non facit inuoluntarium ib.

Error qualitatis, & rationis motiua accidentalis certa existente notitia obiecti materialis, non est error redūdans in ipsum obiectum materiale, ne persona ib.n.5. 15

Elector noscens Franciscum personaliter esto erraverit in eius scientia, valide ex hoc capite cum eligeret lib.5.d.1.c.4.n.6. ibid.

Error diuitiarum Nobilitatis, & huiusmodi, neq; reddunt inuoluntarium matrimonium, neq; invalidum dummodo contrahens non contenderet sub tali conditione, & non alias contrahere ib.n.11. 16

Error rationalis, formalis, vel finalis, quæ de intrinseca ratione est talis obiecti, seu personæ redundat in errorem ipsiusmet obiecti, & personæ ib.n.13.

Error qualitatis, vicemgerentis personæ, vel rei, in eius refunditur substantialem rationem ib. n.15.

Electio nulla ex metu probatur in sententia docente voluntaria esse simpliciter, quæ metu sunt facta lib.5.d.2.c.2.n.7. 21

Et Quinam particula, & expositiuè sumitur præ adest lib.7.d.4.c.3.n.5. 288

Eucharistia, Vnitas, & Pluriatas Sacramenti ordinis extremæ vnctionis, & Eucharistiæ declaratur lib.8.d.6.c.4.n.9. 402

Euidentia facti, Quid, & Quotuplex sit euidentia facti lib.7.d.1.c.4.n.20. 263

Eunuchus, Consensus matrimonij de persona apta vitiatur, si reperiatur Eunuchus lib.5.d.1.c.4. n.13. 16

Examen, Ad Episcopatus Hyspaniæ, & Galliæ promouendorum in Episcopos, non Romæ, sed in partibus habendum est lib.8.d.2.c.1.n.5. 350

Post indictum diem examinis subsequitur ipsum doctrinæ Promouendi examen ante quod tenetur omnes, vel plerosq; adire Cardinales ib.n.3 fol. 387

Quomodo peccent examinatoret indoctum proprio voto in Episcopum approbantes lib.8.d.4. c.8.n.8. 380

Exceptio contra fundamentum viris excipientis admittenda est lib.5.d.3.c.3.n.9. 31

Exceptio inferens hunc de Iure diuino naturali non esse Papam per cap. licet, non aufertur ib. n.9.

Quando exceptio vitiat regulam, cui adiungitur lib.6.d.14.c.4.n.26. 220

Vn dubijs potior est causa regulę, quam exceptionis ib.n.27.

Excommunicatio, Incurritur excommunicatio Papæ reseruata ob electionem simoniacam ad Episcopatum lib.6.d.14.c.1.n.1. 206

Excommunicatio ob simonia, sufficiēs est electionem ex se irritare, nē ab ignorantia excusetur ib.n.2.

Extenditur hæc excommunicatio ad Conferentes Acquirentes, necnon mediatores ib.n.3.

Exem-

Digitized by Google

INDEX.

Exemplum, *Exempla non restringunt regulam, siue dispositionem l.6.d.14.c.2.n.5.* 210

Exitus, *Difficile est, vt bono perangantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio l.5.d.4.c.4.nu.4. fol.* 64

Exorbitantia, *Dispositio à Iure exorbitans, extendenda non est, præsertim si sit pœnalis, neq; eadem vrgeat ratio l.7.d.7.c.1.n.8.* 306

Expensa, *Quando debeantur expensæ ob postulationem factæ à Postulato, siue à Postulantibus, re non secuta l.7 d.13.c.1.n.23.* 342

Extensio, *Quomodo extensio fieri potest à minori etiam ad maiorem l.5.d.4.c.3.n.9.* 62

Iure positiuo expressus casus ad alios extendendus non est quando contrarium habet ius naturale l.6.d.13.c.6.n.4. 226

Extrauagans, *Expenditur* Extrauagantis iniunctę *textus de Electione l.7.d.6.c.1.n.1.* 297

Literarum Apostolicarum compendium ib.nu.2.

Dicta Extrauagans à quibus innouata fuit Pontificibus ib.n.3.

Causa finalis Extrauagantis Iniunctæ est, ne Iura Camaræ Apostolicæ fraudentur l.7.d.7.cap.2. n.12. 308

Extrema vnctio, *Vnitas, et pluralitas Sacramenti ordinis extremæ vnctionis, & Eucharistiæ declaratur l.8.d.6.c.4.n.9.* 402

F

Fèria, *Actus extra Iudiciales diebus etiam feriatis fieri possunt l.8.d.2.c.4.n.6.* 356

Intercedente lite de Iudicio, Præsentatione, vel Iurepatronatus nequit fieri processus die feriato ib.n.7.

Fides, *Visio beata, & fides supernaturalis eiusdem mysterij non physicè, sed moraliter repugnant esse in beato l.8.d.7.c.3.n.15.* 416

Cur sicut habitus luminis gloriæ, & fidei supernaturalis in Patria moraliter simul nequeunt in Beato esse, nequeat etiã esse character ib.n.16.

Filius, *Pater ex causa cogi potest ad emancipandũ filium l.7.d.11.c.1.n.11.* 323

Quæ in Sacris literis accipiuntur de Christo capiẽ in sensu primario, in secundario de membris intelligenda etiam sunt l.8.d.7.c.2.n.2. 408

Character baptismalis est aurea bulla Filiorum Dei ib.n.6.

Fraus, *Quid sit fraus, & quid nomine fraudulenti munusculi intelligatur, in cap. si quis 1.q.5. d.3.cap.vlt.n.36.* 54

Quid sibi vult clausula, dummodò in his non sit fraudulenter adductum *l.6.d.16.c.1.num.13. fol.* 241

Alleganti fraudem incumbit probare ib.n.14.

Per coniecturas fraus probatur ib.n.15.

In dubio non præsumitur fraus ib.n.16.

Fur, *Qui medio alio illicito furem impedit, ne furetur, vel pupillum, nè prodigè donet, non peccat contra iustitiam, neq; ad restitutionem ex hoc præcisè tenetur l.6.d.13.c.3.n.18.* 184

G

GEnus, *Masculinum genus in dispositione præsertim legali fœmineum continet l.7. d.6. cap.4. n.6.* 302

Glossa, *Quanti sit facienda Glossæ sententia l.6.d.16 c.3.n.9.* 244

Glossæ Auctoritas, quando relinquenda, vel acceptanda sit l.7.d.13.c.1.n.17. 341

Grana Benedicta, *In benedictione granorum benedictorum transfertur dominium l.5.d.3.cap.2. n.5.* 29

Gratia, *Postulatio propter vtilitatem, vel Ecclesiæ necessitatem in concordia facta, siue à duabus Capitulis partibus concurrens cum Electione: siue à minori, non concurrens potest de gratia generali admitti l.7.d.13.c.1.n.5.* 339

Gratia aliquando debetur à superiore: qui à Maiori poterit compelli, secus autem de Papa id Intelligendum est ib.n.6.

Gratiæ gratis datæ necessariam non habent connexionem cum gratia sanctificante l.6.d.8.c.2. n.3. 144

Grauitas, *Interrogandi testes de Grauitate promouendi. Vbi de grauitate in se remissiue, ac de viro graui l.8.d.4.c.7.n.29.* 378

Gubernatio, *Differentia inter ordinem naturalem, ac spiritualem, spiritualis regiminis l.6.d.8.c.2. n.2.* 144

Vt in politico regimine distincta est virtus probi viri, ac probi Ciuis. Ita etiam in spirituali Ecclesiastico ib.n.4. 145

H

HAEres, *Institutio Titij, & si non dicatur in hæredem valida est l.8.d.2.c.3.n.8.* 347

Legatum, vel hæreditas validum ad pias causas est, etiam alienæ committum voluntati lib.6.d. 13.c.7.n.33. 304

Hæresis, *Exceptio hæresis, vel quod non sit homo admittenda contra electionem Pontificis l.5.d.3. c.3.n.10.* 31

Hæretici etiam à prima tonsura excludũtur: necnon à quocumq; benefitio Ecclesiastico l.8.d.4. c.7.n.23.& 24. 378

Hæreticus verè pœnitens in ordine, quem susceperat, permittitur ministrare, nõ tamen ad maiorem ascendere ib.n.25.

Num ad pœnam priuationis bonorum contra hæreticos requiratur sententia l.7.d.7.c.3.nu.4. fol. 309

Cur ad priuationem bonorum contra hæreticos requiratur iuxtà probabilem opinionem sententia, secus autem ad priuationem possessionis initæ ex vi diplomatis, non adimpleta conditione ostensionis literarum ib.n.5. 310

Num ad pœnam priuationis bonorum contra hæreticos requiratur sententia l.7.d.7.c.3.nu.4. fol. 309

An filius conceptus antequam parens in hæresim lapsus fuerit, sit inhabilis ad Episcopatum l.8. d.4.c.7.n.5. 376

Debeas nè vterq; parens esse hæreticus ad canonicas subeundas pœnas ib.n.7.

Sunt passim ad huiusmodi dignitates inepti nepotes,

Digitized by Google

INDEX.

potes, Hæreticorum fautores lib.8.d.4.c.7.nu. 14. 377
In hæresis irregularitate solus Papa dispensare potest si crimen fuerit publicum ib.n.26. 378.
Potest tam in ea ex crimine occulto Episcopus dispensare ib.n.27.

I

IDoneus, Clausula adhiberi solita in literis si est idoneus, ni verificetur nullam, facit collationem l.6.d.9.c.4.n.4. 151
Aptitudo requisita in dicta clausula quocunque verè indignum arcet ib.n.4.
Ieiunium, Vouens ieiunare feria sexta, neque aduertens in eam incidere posse natalē Domini, quando (cum omnibus licet vesci carnibus) non posset, tenebitur in illo die ieiunare etiam si fuerit Natalis, tametsi non improbabile sit cōtrarium l.5.d.1.c.4.nu.9. 16
Ignorantia, In quo differant, & conueniant error, et ignorantia l.5.d.1.c.3.n.3. 11
Quid sit ex ignorantia, & ignoranter aliquid agere ib.n.7.
Si nunc ignoranter se habeat electus simoniæ, ab alio commissæ, probabilius est iure Ecclesiastico eius electionem non esse irritam, sed irritandam l.5.d.3.c.5.n.21. 41
Licet iure naturæ non teneretur renunciare, vel se abdicare beneficio, neq; fructus restituere Ignorans simoniam in eo commissam; tenetur tamen iure Ecclesiastico vbi sciuerit etiam nō expectata sententia ib.n.22.
Dummodo pecunia electi ignorantis non esset in odium, & damnum data ib.n.23. 42
In Ignorantem simoniam commissam, & bona fide beneficium possidentem per triennium actio non potest admitti, neq; lis ib.n.24.
Ignorans simoniam à Tertio commissam in eum, si acerbis verbis ob dubium, vel suspicionem, vel ad cautelam ferto in illum ageret, neq; cēsendus esset simoniacus, neque eius electio irrita ib.n.25.
Qui scientiæ defectus irritat Episcopi electionem l.6.d.9.c.4.n.5. 153
Ex Ignorantia non crassa, seu affectata posse quēpiam saltem à peccato malæ electionis excusari, & si sæpe non à restitutione ex illa orta l.6.d.13.c.7.n.1. 196
Quæ Ignorantia ratihabitionem Electionis Indigni excusat ab hac censura l.6.d.14.c.2.nu.25. fol. 212
Quæ Ignorantia ab his excuset pœnis l.6.d.14.c.2.n.44. 224
Regula Iuris, Ignorantia Iuris neq; est probabilis neq; excusat. Intelligenda est de ignorantia Iuris clari, non autem aliqualiter obscuri de cuius sensu multæ sunt opiniones l.7.d.10.c.2.n.11. 360
Quæ Ignorantia excusabit à transgressione primæ partis Bullæ l.8.d.4.c.2.nu.15. 368
Illegitimus, Illegitimi à beneficio Iurispatronatus arcentur, qui quidem defectu legitimorum ab Episcopo dispensari possunt, legitimos ab Illegitimis natos probabile est vocari l.6.d.13.c.7.n.21. 201
Imago, Ratio imaginis, & sanctificationis, ac Iuri signi, & characteris in nobis est l.8.d.7.c.2.n.5 fol. 408
Immunitas Ecclesiastica, Iudex sæcularis vi contra communitatem Ecclesiasticam extrahens delinquentem ex Ecclesia eidem de Iustitia tenetur restituere l.6.d.12.c.6.n.3. 174
Impedimentum, Impedimentum cum de genere sit relationum, ad quæ referri potest l.6.d.13.c.2.n.1. 180
Relatum impedimentum ad bonum, quod impedit, quomodo se habeat ib.n.2.
Impedimentum, quæ ratione referatur ad personam, cui fruitur ib.n.3.
Impedimētum ad personam relatum apud quam adornatur ib.n.4.
Ratio formalis Impedimenti, quænam esse potest ib.n.5.
Modus expenditur texendi impedimentum ibid. num.6.
Impedimentum reuocatum post damnum illatū veluti causa illius habendum, secus si antequā referatur, efficaciter fuerit retractatum ibid. num.8.
Impedimentum, nè cui bonum indebitum detur, absq; malis artibus, si ex recto ponatur motiuo accusans virtutis aut vitij si à malo l.6.d.13.c.3.n.8. 183
Qui etiam malis artibus indignum impediuit ex præcisa ratione impedimenti, non peccat cōtra iustitiam, neq; restituere tenetur l.6.d.13.c.3.n.19. 184
Quod sit legitimum impedimentum, & qui dicatur legitimè impeditus l.8.d.4.c.4.n.2. 373
Absentia quando legitimum constituat impedimentum ib.n.3.
Inimicitiæ, seu simultates, quædo inter impedimēta commemorentur ib.n.4.
Infirmitas est legitimum impedimentum ib.nu.8.
Bellum pariter impediret ib.n.9.
Quid probandum sit, vt quis censeatur legitimè impeditus ib.n.10.
Quid faciendum sit impedito, quando impedimētum non censetur legitimum ib.n.11. 374
Ratio probandi impedimentum ib n.12.
Ius impediti absq; voluntate, vel decreto conferendi ei bona, vel dispositione, vel propensione ad illam illationem, vt causa se habet non applicata l.6.d.13.c.4.n.5. 188
Impetratio, Impetrato ab initio nulla tractu temporis non conualescit l.6.d.10.c.2.n.5. 156
Imperator, Postremæ huic exceptioni de Abbatissa Imperatore, & scholarium Rectore l.7.d.3.c.3.n.10. 282
Impositio manuum, Variæ significationes impositionis manuum ad victimas Deo Sacratas significandas, & ad libertatem seruis conferendam l.8.d.9.c.2.n.9. 424
Manuum impositio, quid demum ad rem nostram exprimat ib.n.10.
Manum impositio, & verba illa Accipe Spiritū Sanctum, qua ratione propriè determinentur, vt sint forma, & materia Sacramenti l.8.d.9.c.3.n.2. ibid.
Indignus, Nulli licet, indigno, etiam ab alijs intruso, vel promouendo proprio fauere suffragio l.6.d.6.c.3.n.3. 124

Pos-

Digitized by Google

INDEX.

Possum à digniore iuridicè, ac legitimè recedere ad minus dignum, ne indignus eligatur ib. nu. 4. fol. 125

Metropolitani, absq; præcedente infamia generaliter mediis testibus synodalibus inquirere possunt de indignorum Electionibus: non autem specialiter de hac, vel illa l. 6. d. 14. c. 4. num. 12. fol. 218

Indignitas, ad Beneficium Ecclesiasticum ex quatuor indicatis defectibus in cap. cum in cunctis de Electione, *vel copulatiuè, vel disiunctiuè deducenda est libr. 6. disp. 9. cap. 3. num. 1. fol.* 148

Malè ex cap. cum in cunctis *deducitur vnum, vel alterum ex defectibus ibi expressis satis esse ad nullam reddendam actionem ib. n. 4.*

Ex quo textu nullitas Electionis Personæ, vno ex bis defectibus laborantis, deducitur ib. n. 5.

Probatur conclusio ex optima ponderatione textus modo citati ib. n. 6. 149

Indulgentia, *Facultatem Indulgentias concedendi Præsulibus confirmatis non competere, & esse actum ordinis malè non nulli senjere l. 7. d. 4. c. 4. n. 2.* 289

Facultas Indulgentias concedendi competit Antistiti tantum confirmato ib. n. 4.

Ordines inferiores Sacerdotio non ordinantur per se ad misticum Christi corpus ib. n. 4. 290

Ordo Sacerdotalis non est necessarius ad Indulgentias conferendas ib. n. 5.

Mgrè laico potest facultas concedendarum Indulgentiarum committi ib. n. 6.

Discrimen inter pœnarum remissionem ex Indulgentijs, & illam quæ ad culpæ remissionem sequitur ex vi Sacramenti ib. n. 7.

Elargitio Indulgentiarum est à Thesauro Ecclesiæ, quæ vnus se habet instar absolutionis: mortuus solutionis lib. 7. disp. 4. cap. 4. num. 8. & 16. fol. 290. & 291

Consecratio, seù Episcopalis ordo non requiritur ad concessionem Indulgentiarum ib. n. 9.

Bifariam potest pœna ob culpam debita tolli, primò in Sacramento à Confessario autoritatiuè præstatur, secundò conferente Indulgentias per subtractionem materiæ ib. n. 10.

Pœna per Indulgentiam independenter relaxatur à Confessario, imò etiam à dissidente ib. n. 11.

Comparatur absolutio à censuris cum Indulgentijs l. 7. d. 4. c. 4. n. 12. 13. & 14. 291

Quomodo possis concedens Indulgentias illis frui, etiam si earum concessio sit actus Iurisdictionis ib. n. 15.

Infamia, *Quæ atrociora crimina Electionem faciant nullam l. 6. d. 9. c. 3. n. 16.* 150

Crimina inducentia irregularitatem infamiæ faciunt etiam electionem Episcopi inualidam ib. nu. 17.

Infamia facti potest pœnitentia deleri, ni factum sit ex his criminibus, quibus Ius infamiam inussit, quæ remanet etiam post pœnitentiam, & qua quis affectus est promoueri nō potest absq; dispensatione ib. n. 18. 151

Quid sentiendum de Infami appellante ib. n. 19.

Per simoniam in Electione ad Episcopatum contractam iuris Infamia incurritur, quæ ni dispensatione tollatur, regularitatem inducit l. 6. d. 14. c. 1. n. 7. & 12. 207

Asserta infamia non est facti neq; canonica, sed iuris ib. n. 8. 9. & 10.

Infamia facti non est pœna iuris, neq; à Principe tollitur ib.

Allata infamia in simonia æquiparatur aliquo crimini læsæ maiestatis à Principe legitimo dispensanda ib. n. 11.

Non tamen incurritur hæc Infamia ipso facto, sed post sententiam definitiuam ib. n. 12. & 15.

Ante sententiam assertam, accusatione procedente, processus faciendus est, nam ex denunciatione nata sententia, non inducit Infamiam ib. n. 14.

Probabilius est hæreticum Infamiæ pœnâ non affici, ni post Iudicis sententiam declarantem eū esse hæreticum idq; sentiendum est de simoniaco ib. n. 16. 208

Inimicus, *Qui nam dicantur emuli ab inimicis distincti l. 8. d. 4. c. 6. n. 2.* 375

Inimicitiæ, seù simultates quando inter impedimenta commemorentur l. 8. d. 4. cap. 4. num. 4. fol. 373

Iniuria, *Tanti non videtur facienda iniuria per metum leuem iusta l. 5. d. 2. c. 4. n. 3.* 26

Quid faciendum in foro externo ib. n. 4.

Inquisitio, *Inquisitio facienda est ad delictum malæ electionis, & quomodo à Concilio l. 6. d. 14. c. 4. n. 11.* 218

Metropolitani absq; præcedente infamia generaliter mediis testibus synodalibus inquirere possunt de indignorum Electionibus non alium specialiter de hac, vel illa ib. n. 12.

Inquisitio personæ confirmandæ, ibi habendæ, vbi quis vitam degerit l. 7. d. 2. c. 2. n. 10. 274

Dubio existente de vitiato Edicto, cuius nam artefactum sit, Confirmandi, vel Aduersariorum, nō pro arbitratu Iudex, sed pro meliori, ac probabilioribus probationibus rē decidat ib. n. 12.

Num inquisitio specialis alicuius articuli Vicario generali commissa competat eius successori l. 8. d. 4. c. 3. n. 14. 371

Institutio, *Institutio Titij, & non dicatur in hærede valida est l. 7. d. 2. c. 3. n. 8.* 354

Instituendus aliquo pacto præsens debet esse l. 8. d. 1. c. 2. n. 2. 345

Intentio, *Intentio Principis gratiam est inspicienda l. 7. d. 2. c. 2. n. 11.* 274

Interpretatio, *Lex pœnalis ad similes casus extendenda non est l. 6. d. 14. c. 4. n. 4.* 217

In pœnalibus interpretatio benigna præferenda est ib. n. 4.

Non eadem est ratio dispensationis atq; interpretationis l. 7. d. 1. c. 5. n. 3. 264

Dispensatio casum supponit in quo vrgeat legis obligatio, secus verò interpretatio ib. num. 4. fol. 265

Quid propriè sit interpretatio ib. n. 5.

Quotuplex interpretatio sit ib. n. 6.

Quid sentiendum sit de responsis, atq; interpretationibus singularibus nonnullorum Principum l. 7. d. 1. c. 5. n. 14. 266

Interpretatio simplex legis non est magis propria superioris quam subditi docti, ac sapientis l. 7. d. 1. c. 5. n. 27. 268

Digitized by Google

INDEX.

Modi omnes quibus non licet Inferiori interpretatione vti; & quibus solui possunt textus contrarij ib.n.28.

Si verba legis fuerint omnino clara Iudex inferior non poterit eam interpetrari ibid. num. 29.

Qui tollere actum non valet in recti sensu, nec valet ea vti interpretatione, qua deueniatur ad legitimam eius correctionem l.7.d.1.c.5. nu.13. fol. 264

Quid sentiendum sit de responsis, atq; interpretationibus singularibus nonnullorum Principum l.7.d.1.c.5.n.14. 266

Non est idem interpretrari, ac dispensare l.7.d.1. c.6.n.1. 270

Authentica interpretatio solius est legem, vel aliam similem dispositionem condentis ib. n.2.

In casu euidenti, & interpretatione simplici, & epychiæ locus est ib.n.3.

Verba in dispositionibus, ac legibus, quomodo accipienda sunt l.8.d.4.c.11.n.12. 383

Claris verbis non est addendum, vel minuendum ib.n.14.

Quando verba impropriè possumus interpretari ibid.

Inuestitura, Electio discriminatur etiam ab inuestitura l.5.d.1.c.1.n.12. 8

Inuidia, Qui sunt fructus Inuidiæ populiq; fugiendi à virtuosis Ciuibus libr.6.disp.13.cap.7.num. 36. 203

Tres Inuidorum species, quas declinare contendat Prælatus in Patria ib.n.27. eod.

Iracundia, Regula adagnoscendæ ea, quę sunt ex iracundia facta libr.5. disp.1.c.1.n.2.ad finem. 6

In dubio num iracundia, vel alia perturbatione, aliquid sit gestum, vti validè gestum habendũ sit ib.n.12.

Quæ fiunt ex iracundia, facta non præsumuntur ex defectu deliberationis necessarię ad peccatum mortale ib.

Homicidium ex iracundia commissum, non excusatur ib.

Irregularitas, Per simoniam in Electione ad Episcopatum Iuris infamia incurritur, quæ nè dispensatione tollatur irregularitatem inducit l.6.d. 14.c.1.n.7.& 12. 207

In hæresis irregularitate solus Papa dispensare, potest si crimen fuerit publicum l.8. d.4.c.7.n. 26. 378

Potest tamen in ea ex crimine occulto Episcopus dispensare ib.

Index, Areopagitæ Iudicis nostro cur iudicabãt l.6. d.5.c.1.n.7. 118

Cur Thebis Iudicum imagines conniuentes, & absq; manibus videbuntur ib.n.8. 112

Iudex est securus in conscientia, certo sciens iustitiam Amici, quam ius dubium negatiuum amaior esset iustitia contrarij haberet l.6.d.7.c. 3.n.12. 138

Iudex ex duabus opinionibus, quarum altera dicat posse hunc reum posse examinare atq; in carcerem detrudere, altera negat: potest etiam minus probabilem eligere ib.n.13. eod.

Iudex sententiam ferens circa ius Partium, pendens à facto, quod diuersum Partes supponunt, ita, vt illius dubium intercedat, probabiliorem tenetur sequi probationem ib.n.15.& 16. eod.

Cum facti probationes, equalis sint momenti, & probalitatis potest Iudex arbitrio vti ib. num. 17. eod.

Si probationes Natalium legitimorum scientia probitatis vitæ prudentiæ Viuus fuerint probabiliores, quã aliæ alterius Canditati tenetur Prælatus primo adhærere, quod si æqualis essent horum probetiones ius daretur Prælatio arbitrarium ib.n.18. eod.

Iudex inferenda sententia inter litigantes, qui in facto conueniunt, esto ius vtriusq; sit probabile ex varijs DD. opinionibus, potest probabilem vnam sequi opinionem, & seluso scandalo modo hanc, modo illam sequi probabilem ib. num. 19. eod.

Si sunt opiniones de Electione aliqua, num valida nec ne sit, potest Iudex ad libitum Possessori, vel fauere, vel non, ib.n.20. eod.

Iudex dubitans num Accusans probauerit, eum tenetur, vel vti calumniatorem accusare l.6.d. 14.c.5.n.34. 224

Non est in Iudicis arbitrio agere, vel non agere de Accusatore non probante, vt est de causa cum excusante à calumnia ib.n.35. 225

Quando pro Iudicis arbitratu possit agi intercedente calumnia ib.n.37. eod.

Nouus Iudex non facit Iudicium, sed in eodem succedit, atq; ex persona succedentis in actum, ipsius actus non variatur qualitas l.6.d.17.c.3 n.10. 253

Iudex inferior de intentione superioris in casu euidenti cognoscere potest de cõfirmatione aliaq; simili dispositione lib.7 disp.1.cap.6.nu.4. 270

Poterit Iudex inferior cognoscere de superioris rescripto confirmatione, &c. euidenter nulla ib.n.5. eod.

Secus autem dicendum de Iudice inferiore, qui poterit non obstante confirmatione nulla, viterius procedere ib.n.7. eod.

Iudex inferior positiuum dubium habens probabile de potestate superioris, an ad hos fines se extendat; confirmationem, &c huiusmodi simpliciter interpretari poterit ib.n.12. 271

Si probabiliter indicauerit materiam v.g. electionem esse ineptã probabiliter poterit Iudex inferior stare illius confirmationi ib n.13. eod.

An Confirmator sententiæ videre debeat processum, et an successor factum teneatur confirmare Prædecessoris ib.n.16.remissiue. eod.

Dubio existente de vitiato edicto cuiusnam arte factũ sit, Confirmandi nè, vel Aduersariorum, non pro arbitrato Iudex, sed pro meliori, ac probabilioribus probationibus rem decidat l.7 d.2.c.2.n.12. 274

Elapso termino præscripto, neq; confirmatione, habita, si Iudex non decreuerit neminem audiendum esse, adhuc erit ei locus, secus si decreuerit, vel confirmauerit ib.n.13. eod.

Nemo potest Iudicare in causa propria l.7. d.7.c. 2.n.4. 305

Nemo potest suum Iudicare Superiorem ib. nu.5. fol. 306

Non quicquid Iudicis potestati permittitur, Iuris subijcitur necessitati lib.7.disp.13.c.1.nu. 10. 339

Digitized by Google

INDEX.

Et si in dubio, quod vtrè tale sit, melior sit conditio Possidentis; non tamen in opinionibus probabilius l. 6. d. 7. c. 3. n. 21. 139

Existente opinionum varietate de licita, vel illicita promotione, vel electione, potest æquè probabili opinione vti ad libitū Electior, vel Promotor, consāguineumq; dignum promouere ad simplex beneficium ex ea: etiam omisso digniore, dummodo scandalum absit ib. n. 22. ibid.

Ex varijs opinionibus, quarum vna probabilior est altera nequè Iudici, nequè Electori, vel Promotori ad beneficium licet minus probabile vti, nisi esset in praxi, altera minus recepta, atq; Elector, vel Promotor prudenter temeret, indoctus, alioquin habendus, à superiore Iudice, vel Prælato, secundum sentētiam satis, superq; probabilem ib. n. 23. 139

An Iudex appellatione interiecta, teneatur in possessionem asserere digniorem l. 6. d. 10. c. 1. n. 5. remissiuè. 155

Iudex sæcularis vi, contra immunitatem Ecclesiasticam, ex trahens delinquētem ex Ecclesia, eidem de Iustitia tenetur restituere l. 6 d. 12. c. 6. n. 3. 174

Num à Iudici semper, vel quando imponenda sit pœna l. 6. d. 14. c. 1. n. 20 remissiuè. 208

Iuramentum, *Ad deliberationem necessariam, siuè ad Electionem, siuè ad peccatum mortale, votum, & Iuramentum mora non requiritur tempore l. 5: d. 1. c. 2. n 6.* 9

Contractus Iure ciuili irritus, ob commune bonū, iuramento non firmatur l. 6. d. 13. c. 7. n. 8. 198

Regula generalis ad agnoscendum quando Iuramentum contractum firmet ib. n. 9. 198

Ad Iurandum de calumnia, quod mandatum requiratur l. 8. d. 4. c. 2. n. 19. 369

Num verbum Iuro *in Iuramento præstando, explicitè proferendum sit l. 8. d. 4 c. 5. n. 4.* 375

Quando tangenda sint Euangelia ad Iuramentū l. 8. d. 4. c. 4. n. 5. 373

Votum, & iuramentum duplici obligant obligatione, contra quas, duplici peccato, specie distincta, peccatur l. 8. d. 4. c. 11 n. 15. 384

Quomodo peccat, qui animo ficto iurat ib.

Iurisdictio, *Nemo dubius de sua Iurisdictione potest Iudicare l. 7. d. 7. c. 1. n. 6.* 306

Ius, *Quotuplex sit ius l. 6. d. 2. c. 1. n. 2.* 84

Quid sit Ius ib. n. 3. ibid.

Ius aliquando se habet instar potentiæ activæ ib. n. 4. ibid.

Nonnunquam instar potentiæ passiuæ ius exponitur ib. n. 5. ibid.

Ad modum resistentiæ aliquando ius explicatur ib. n. 6. ibid.

Cur ius habenti legitima debeat esse facultas ib. n. 7. ibid.

Quid requiritur ad faciendum contra ius alicuius ib. n. 8. 85

Hoc autem ius, vel est ad rem, vel in re l. 6. d. 2. c. 3. n. 4. 87

Præter hæc duo iura ad Rem, & in Re, tertium assignari potest, quod ad hæc reducitur ib. nu. 5. ibid.

Quod ius habent artifices, vt locentur; Milites, vt ad stipendium vocentur; Operarij ad laborem, & c. ib. n. 6. ibid.

Quæ æqualitas, quodnè ius ad puram spectat cōmutatiuā quæ, quale ius ad puram distributiuā l. 6. d. 3. c. 1. n. 2. 89

Ius, quod respicit pura distributiua non est partiū ad Bona Totius, sed vt potius asciscantur in Partes huius Totius ib. n. 3. ibid.

Præter hæc Iura est aliud non remotum, sed proximum ex efficaci alicuius voluntate, quod neq; est purè geometricæ æqualitatis, nequè purè aritmeticæ ib. n. 4. 8. 9. 10. 11. & 12. 89. *& 90.*

Ius, quod est Ciuibus ad Bona Reipublicæ, nequè purè est æqualitatis aritmeticæ, nequè geometricæ, sed vtriusq; est particeps ib.

Ius, cui inest ratio Aritmetica, & Geometrica l. 6. d. 3. c. 1. n. 20. 21. 22.

Æqualitas geometrica, & arithmetica cum adæquatæ sunt, singulas constituunt species l. 6. d. 3. c. 2. n 6. 93

Ciuis non habet Ius ad quatuor, ni collata eius conditione cum altero Ius habente ad duo ib. n. 10. 94

Vera Iuris in re, & ad rem, realis, & personalis Expositio l. 7. d. 3. c. 1. n 3. 278

Instar relationis hoc Ius ad rem, & in re declaratur l. 7. d. 3. c. 2. n. 3. 279

Secundus modus declarandi Ius ad rem, atq; in re, vt sint distincta ib. n. 4. ibid.

Ius correctiuum, siuè pœnale si promanauit in bonam Ecclesiarum, restringi non debet l. 7. d 3. c. 3. n. 4. 281

Ius possessum non sortitur naturam possessionis, quando ex gratia, & priuilegio alicui competit l. 8. d. 2. c. 3. n. 2. 347

Ius ciuile indirectè aliquem facit inhabilem ad Ecclesiasticam dignitatem l. 8. d. 4 c. 3. nu. 13. fol. 371

Ius patronatus ad hæredes transit ex Ecclesiæ Priuilegio, quod eius non officit spiritualitati l. 8. d. 1. c. 4. n 3. 388

Connexio Iurispatronatus, & Beneficij, spiritualitatem illius arguit ib. n. 2. ibid.

Bona laicalia non obstant spiritualitati Iurispatronatus ib. n. 8. ibid.

Ius patronatus, vt quid spirituale inuendibile est, omni Iure, & contractus talis nullus, & restitutioni obnoxius est l. 5. d. 3. c. 5. n. 13. 39

Imo, vt de cæteris Beneficijs, dico, quoad hæc sentiendum est ib.

Vtrum Præsuli probandum sit defectus, quem obijcit Præsentato à Patrono l. 6. d. 13. c. 7. nu. 15. 200

Discrimen inter Beneficia Iurispatronatus, & cætera digniora ib. n. 16. ibid.

Patroni Institutoris successores, ordine Proximitatis, suos tenentur vocare propinquiores dignos, etiam si non essent digniores ad beneficia non curata, taliter instituta ib. n. 18. 201

Patronus certæ familiæ beneficium adducēs esto ordinem proximitatis non exprimat seruandū, implicitè tamen intelligendus est ib n. 19. ibid.

Si ex aliena vocentur familia ad Beneficium Iurispatronatus, si fuerit curatum, meliori dandum est: aliud vero satis est si detur digno ib. n. 20. ibid.

Illegitimi à beneficio Iurispatronatus arcentur, qui quidem defectu legitimorum, ab Episcopo

Digitized by Google

INDEX.

dispensari possunt legitimos ab illegitimis natos probabile est vocari ib.n.21. ibid.
Si a Testatore vocandi, commissi sint voluntati patroni satis est eligere dignum ad Beneficium non curatum: secus si eius arbitrio demandauerit secūdum probabilem opinionem esto probabilius sit etiam hoc in euentu sufficere dignū eligi propinquiorem ib.n.22. ibid.
Patroni ad Beneficia curata præsertim Episcopatus meliores tenentur præsentare, quos morali adhibita diligentia poterunt inuenire ib.n.23. 202
Beneficia patrimonialia etiam curata desideranda sunt, ita instituta, vt danda sint Ciuibus, aliàs dignis ex hoc etiam dignioribus ib.nu.24. ibid.
Iuspatronatus ex priuilegio potest haberi ad Charedales Ecclesias l.8.d.1.c.1.n.1. 343
Iuspatronatus etiam, quoad præsentationem multis competit, & quomodo ib.n.2. 344
Iuspatronatus alterum Ecclesiasticum, alterum laicale est, & vndè hæc desumatur distinctio ib.n.3. ibid.
Iuspatronatus aliquando est facultas præsentandi personam instituendam ad Ecclesiam Cathedralem ib n.4. ibid.
Qua ratione Iuspatronatus aliquid sit spirituale l.8.d.1.c.2.n.5. 345
Vir aliquid temporale in Iurepatronatus inueniri, speciali ratione Auctoris, ostenditur ib.n.6. fol. 346
Præsentatio à Patrono facta ad Beneficium etiā Episcopatus est spiritualis ib.n.7. ibid.
Sicut olim non iurabatur de calumnia in causa spirituali, sic etiam in causa Iurispatronatus l.8.d.1.c.3.n.1. 347
Neq; Iuspatronatus, neq; Præsentatio sunt venalibilia ib.n.3. ibid.
Iuspetendi ad Cathedralem, competit Patrono ex Priuilegio, siue præuia fiat præsentatio, siue non ib.n.8. ibid.
Nonnulla sunt discrimina inter petitionem à Patrono factam, & non à Patrono ib.n.9. ibid.
Ab initio semper Iuspatroni spirituale fuit, quo secularis capax non erat, nisi priuilegio penè eleuatus fuerit l.8.d.1.c.4.n.1. 347
Etiamsi Præsentatio Ius non conferret, spiritualis tamen esset dicenda ib.n.2. ibid.
Iustitia. Restitutionis obligatio cōsensu DD. est actus commutatiuæ l.6.d.1.c.1.n.2. 72
Duplex æqualitatis genus, atq; iustum, iustitiæ commutatiuæ, atq; distributiuæ proprium sunt obiectum ib.
Ad quam virtutem spectat ius per distributionē iniquam euersum, contra eamdem fit, atq; ex eadem manare debet obligatio restituendi l.6.d.1.c.3.n.3. 74
Obligatio è distributiua iustitia non amittit vires coniunctione cum commutatiua l.6.d.1.c.4.nu.4. ibid.
Nec mirum est nequè insolitum damnum inferri per iniustitiam distributiuam compensationem vero spectare ad commutatiuam l.6.d.1.c.7.n.3. 76
Non nunquam illatio damni ex nullo nascitur vitio cum illud resarcire commutatiuæ sit iustitiæ ib.
Iniustitiæ actu per oppositum virtutis, siue immediatè, siue mediatè, reparari debet ib.n.4. eod.
Proprium videtur esse commutatiuæ iustitiæ non modo læsum reparare ius circa eandem personam, verum etiam circa idem debitum eamdemq; sæpè rem ib.n.5. eod.
Secus se habet distributiua, quæ non versatur circa idem debitum resarciendum eamdemq; materiam, vt neq; temperantia ib.n.6. eod.
Respectu nullius, cuius non est, ius esse potest debitum ib.n.8. eod.
Quid sit restitutio ib.n.9. eod.
Cui nihil iuris est nihil iuris auferri potest ib.
Damnum bifariam accipi potest l.6.d.1.c.7.num.10. ibid.
Quid sit damnum. ib.
Ex damni detentione impropriè dicitur oriri restituendi onus ib.n.11. 77
Vitium per actum virtutis immediatè oppositæ distruitur, & virtus physicè loquendo reparatur vitij oppositi distructione ib.n.12. 78
Cur ex sola iniusta detentione fluat non nunquam restitutionis obligatio ib.n.13. ibid.
Non eadem est ratio distributionis bonorum communium, & beneficiorum ib.n.16. ibid.
Probatur præterea ex diuerso iure vtriusq; iustitia ib.n.3. ibid.
Sicut actus distributiuæ est pro qualitate meritorum præmijs nonnullos afficere, ita eos in possessione denegata eorundem præmiorum reponere l.6.d.1.c.8.n.4. 79
Non quæ vis iniuria contra iustitiam est commutatiuam ib.n.5. ibid.
Non quæcunq; damni reparatio spectat ad commutatiuam ib.n.6. ibid.
In vna, eademq; habitus entitate in adæquatè formalis ratio distributiuæ, commutatiuæq; esse potest ib.n.8. ibid.
Duobus potest modis, quis iniquus esse distributor primo contra Iustitiam purè distributiuā absq; onere restituendi, secundo contra Iustitiam, quæ partim est distributiua, partim commutatiua restitutionis obligationem inducens ib.nu.9. ibid.
Non potest habitus iustitiæ distributiuæ, & commutatiuæ simul adæquatè distributiuæ solius esse, & commutatiuæ ib.n.10. 80
Omnis virtus circunstantias respicit necessarias ad suum medium l.6 d.1.c.9.n.5. 81
Virtus sine obiecto esse non potest, at distributiua dum versatur circa collationem Beneficij, est absq; geometrica proportione ib.n.6. ibid.
Qua ratione distributiua iustitia quatuor sit inter terminos, neq; aliam quam proportionem respiciat geometricam, vel formaliter, vel virtute l.6.d.1.c.9.n.11. 82
Quo sensu magis, vel minus rigorosum, vtriusquè sit iustitiæ ius ib.
Quando proportio geometrica per se coniuncta est rigoroso iuri, vel è cōtra arithmetica minus rigoroso, neq; spectat ad obiectum purè commutatiuæ, neq; purè distributiuæ, sed ad habitum vtriusq; participem ib.n.15. 83
Obseruantia obiectum per se comparatiuum non est ib.nu.16. ibid.
Si res multiplex inter multos dispensanda sit ad di-

Digitized by Google

INDEX.

distributiuam propriè spectat, sic etiam si vna indiuisibilis multis eundetatis existentibus inter quos assignari possent etiam quatuor termini si vni tantum non actinet ad distributiuam ib.n.17. ibid.

Quid sit iustitia l.6.d.2.c.1.n.1. 84

Quid authore Philosopho sit iustitia l.6.d.2.c.2.n.1. 85

Quod nam iustitiæ sit obiectum immediatum penès peculiarem Authoris sententiam ib. num. 2. ibid.

Non solæ operationes externæ obiectum sunt iustitiæ ib.n.3. ibid.

Medium iustitiæ est rei non rationis ib.n.5. ibid.

Virtus iustitiæ in voluntate tanquam in subiecto sita est ib.n.7. 86

Etiam actu externo impedito potest quis esse iustus ib.n.8. ibid.

Et si actum externum quis exerat restitutionis: ni ex motiuo operetur iustitiæ, formaliter iustus non erit ib.num.9. ibid.

Potest iustitia versari circa actus iustificabiles, vel per complacentiam, vel per desiderium sub conditione ib.n.10. ibid.

Quomodo se habeat iustitia circa actus iustificãdos ib.n.10. eod.

Qua ratione feratur iustitia ad actus iam rectos atq; iustos ib.n.12. eod.

Quod nam sit immediatum obiectũ iustitiæ in communi sumptæ ib.n.14. 87

Materiale obiectum, iustitiæ in communi sumptæ mediatum, sunt bona alicui aliquo pacto debita: formalissimum autem æqualitas, tùm in actibus voluntatis, tùm in externis, tùm in ipsis bonis ib.n.15. eod.

Obiectum cui remotum est homo: proximum ius, ob quod alicui aliquod debetur ib.n.16. eod.

Consensu DD. æqualitas arithmetica est obiectum puræ commutatiuæ iustitiæ: geometrica vero distributiuæ l.6.d.2.c.3.n.2. eod.

Nulla æqualitas ad iustitiam spectat, ni ex aliquo iure ib.n.3. eod.

Iustitia purè commutatiua habitus est inclinans ad solam æqualitatem arithmeticam l.6.d.3.c.3.n.3. 94

Iustitia merè distributiua habitus est voluntatem inclinans ad solam æqualitatem iuxta proportionem geometricam ib.n.4. eod.

Præter has duas iustitiæ species tertia datur habitus voluntatem inclinantis, tùm ad æqualitatem geometricam cùm ad arithmeticam ib.n.5. eod.

Logica, arithmetica, geometrica, musica, & medecina habitus, & practici sunt, & speculatiui, è quibus argumentum desumi potest ad hanc à nobis assertam iustitiam ib.n.7. 85

Non solum in vno eodemq; habitu, sed in vno atq; eodem actu ratio vtriusq; iustitiæ reperiri potest ib.n.10. eod.

Quomodo distinguantur iustitia distributiua, & commutatiua ib.n.11. eod.

Munera commutatiuæ, ac distributiuę iustitię vni conuenire possunt habitui inadæquatè ib.

Num iustitia distributiua Deo concedenda sit ib.

Licet ratio formalis iustitiæ distributiuæ formaliter nõ sit commutatiuæ, imò negationem eius habeat: non tamen contrarietatem in ordine ad idem quasi subiectum, vel rationem materialẽ habitus l.6.d.3.c.4.n.3. 97

Qui iniquè Agriculam ab operc: Notarium à scribendo impedit, contra iustitiam facit l.6.d.6.c.2.n.20. 122

Motiuum actus interni licet sit ex iustitia, ni dãnum inferatur externum, non parit obligationẽ iustitia l.6.d.13.c.3.n.3. 182

E conscientia erronea putans quis contra iustitiã facere, impediendo sine fraude, quempiam à consequutione boni, ei non debiti, peccaret interne contra iustitiam, absq; onere tamen restitutionis ib.n.9. 183

In materia iustitiæ dictum Aristotelicum, quod parum distat parum, distare videtur quãdo verum sit ib.n.23. 185

L

LEctio Sacræ Scripturæ, Lectio Sacræ Scripturæ in Religiosis conuentibus danda est dignioribus ex Ind.l.6.d.13.c.7.n.12. 200

Legatarius, Legatarius rem purè legatam titulo oneroso comparens, legato censetur renunciasse l.5.d.3.c.vlt.n.9. 50

Ad domicilium transferendum licet titulus, ac traditio requiratur fallit tamen hæc regula in legato rei certæ, cuius dominium statim, accepte hærede, transfertur in legatarium ib.nu.13. 51

Res in genere legata, si hæredis malitia perit, illi perit l.5.d.3.c.vlt.n.15. 16

Legatum diuidendum inter pauperes ni eis diuidatur fit contra vtramq; iustitiam, ex qua culpa obligatio resultat restitutionis l.6.d.3.c.1.n.12.& 13. 90

Idq; verum etiam est, si iudicio hæredis commissa sit res ib.

Quamcumq; donationem, legatum, testamentum impedire sine dolo fraudem ex se non est peccatum l.6.d.13.c.3.n.12, 183

Legatum, vel hæreditas valida est ad pias causas est etiam alienæ commissum voluntati l.6.d.13.c.7.n.33. 204

Quæ pauperibus debentur per legatum, hospitali pauperiori danda necessariò non sunt ib.num.35. eod.

Legatum pauperibus arbitrio hæredis destinãdis, satis est si pauperibus distribuatur non quæsitis paupertoribus, tam, et si magis pium esset, quærere pauperiores ib.n.36. eod.

Quando testator pauperioribus commisit distribuendum aliquid non satis est si pauperibus tãtum non quæsitis pauperioribus diuidatur ib.n.37. 205

Legatum relictum Virgini intelligitur causa dotis i.8.d.2.c.3.n.7. 354

Ad dominium transferendum licet titulus, ac traditio requiratur, fallit tamen hæc regula in legato rei certæ, cuius dominium statim acceptante hærede transfertur in legatarium l.5.d.3.c.vlt.n.13. 51

Legatum non dicitur oneratum ob difficilem exactionem ex malitia hæredum derinatam ib.n.14.

Digitized by Google

INDEX.

Res in genere legata si heredis malitia perit, illi perit ib. n. 15.

Lex, In dubio legis confirmationis, vel rescripti eis non standum est l. 7. d. 1. c. 6. n. 8. 271

Certa existente lege confirmatione, &c. & si fuerit dubium negatiuum de potestate, vel de voluntate Principis, standum est legi confirmationi, &c. dummodo dubium non esset, num confirmatio vsq; illa contra ius esset ib. n. 10.

Lex noua non clarè loquens interpetrationem, atq; expositionem subit perantiquę l. 7. d. 7. c. 2 n. 13. 308

Ex quibus colligendum sit num fauorabilis, vel odiosa sit constitutio l. 8. d. 2. c. 4. n. 13. 358

Literæ, Literæ necessariæ non sunt de substantia prouisionis, sed probationis l. 7 d. 6. c. 2. n. 4. 298

Si Papa interim obiret antequam literæ expederentur non espiraret ius quæsitum Confirmato, vel Promoto ib. n 5.

Literæ non modo espeditæ, sed ritè sunt ostendendę Capitulo ad licitam, validamq; administrationem ib. n. 6.

Neq; sufficit certa notitia literarum expeditarũ ad administrationem ib. n. 8.

Quomodo literæ, cum non sint de substantia prouisionis, requiratur ad licitam, vel damq; administrationem ib. n. 9. 299

Resignanti Præsulatum non satis est iure literas expeditas esse Romæ, sed earum intimatio, ac præsentatio Prætorem desideratur ib. n. 10.

Non dicuntur literæ expeditæ, ni plumbo affectæ, vel signatæ fuerint ib. n. 12.

Ad exercitium administrationis literarum originalium, vel aliàs authenticarum ostensio desideratur ib. n. 13. 300

Ante expeditas, & præsentatas literas Ecclesia vacat l. 7 d. 6. c. 5. n. 1. 303

Ante confectas literas Promotus à Papa quomodo non poterit dici canonicus Prælatus ib. n. 2.

Extrauagans Iniunctæ non est extendenda ad omnes Beneficiarios per Apostolicam Sedem prouisos ib. n. 3.

Ex vi huius extrauagantis, qui literis non expeditis possessionem caperet Beneficij Ius, quod habebat ad illum non proderet ib. n. 4.

Non est restituendus, qui priuaretus possessione capta dignitatis in Extrauaganti contentæ ante literas expeditas, atquè ostensas, secus qui tum sola signata supplicatione, possessione reliquorum Beneficiorum in ea non contentorum capta, fuisset priuatus ib. n. 5.

Non confert sola promotio ad nouam Ecclesiam, si literæ non fuerint expeditæ ib. n. 6. 304

Ecclesiæ, ad quam Episcopus fuerit promotus, ante adeptam possessionem literasquè ostensas, Vicarius capitularis debet exercere Iurisdictionem ib. n. 7.

Episcopi, Iurisdictio, Sede vacante, ad Capitulum reuoluitur ib. n. 8.

Etiamsi à Præsule non habitæ, vel demonstratæ non sint literæ, neque irrita, neque irritanda sunt acta vsquè ad finem semestris habita l. 7. d. 7. c. 2. n. 2. 307

Ab vltimo semestris die per diploma præscripti, ni literæ ostendantur expeditæ, censetur vacare Sedes, cuius illicita, atq; inualida noui Præsulis erit administratio ib. n. 9

Si non expeditis literis intra concessum semestre dilationis, Episcopus nõ acquiesceret Capitulo instanti, vt cesseret, iudicare videretur suum superiorem Papam. &c. in causa propria sententiam ferret l. 7. d. 7. c. 3. n 6. 310

Formula literarum necessariarum l. 8. d. 5. c. 2. nu. 2. 391

Quid requiratur ad expeditionem literarum ib. n. 3. eod.

Literæ gratiæ comparantur contractibus bonæ fidei, literæ verò iustitię contractibus stricti iuris l. 7. d. 1. c. 4. n. 7. 262

In literis gratiæ habendis sinceritas optatur singularis ib n 8. eod.

Quando in ijsdem literis gratię, & iustitię reperitur rescriptum Principalis tantum, & si hæc fuerint gratię erunt ipso facto nullæ, secus si iustitię ib. n. 16.

Lis, Quid sit res litigiosa, secundum Glossam l. 7. d. 1. c. 4. n. 17. & quid sit absoluta n. 10. 263

Ludus, Non incurrit excommunicationem latam ab Episcopo contra lusores Alearum ludentes cũ ipsomet Episcopo l. 5. d. 3. c. 5 n. 30. 42

Lumen Gloriæ, Perpulchra comparatio inter ordinum Episcopalem, & Sacerdotalem, ac inter lumen glorię, & visionem beatam l. 8. d. 6. c. 4. n. 15. 404

Lumen glorię perfectior est visione beata ibid. n. 14.

M

Magistratus, Rex, seù Pontifex indignum promouens in Episcopum, tenetur Ecclesię coadiutorem idoneum dare l. 6 d. 11. c. 1. n 3. 158

Extenditur hęc sententia ad magistratuum autẽ, atq; ad Cathedræ electionem ib. n. 4. & 6.

Malum, Quomodo cohęreat illud principium non sunt facienda mala, vt eueniant Bona cum altero maius malum est eligendum l. 6. d. 6. c. 2. n. 23. 123

Mandatum, Quid importet clausula speciale mandatum l. 8. d. 4. c. 2 n. 16. 369

Satis erit speciale mandatum ad inquisitionem, vel processum faciendum Promouendi in Episcopum, etiam prout distinguitur à singularitatis Promouendi ad talem Ecclesiam ibid. nu. 17.

Si mandatum tale esset, & non specificaretur ad inquisitionem, & processum faciendum Promouendi in Episcopum specificè talem, non sufficeret ib. n. 18.

Ad Iurandum de calumnia, quod mandatum requiratur ib. n. 19.

Mandatum singulare strictè exponendum est ib. n. 20. 370

Per quæ verba mandatum exprimatur speciale remissiuè ib. n. 21.

Matrimonium, Quotuplex sacramentum sumatur l. 8. d. 10. c. 3. n. 1. 429

Quęnam sit materia, & quæ forma spiritualis matrimonij ib. n. 5. 430

Ad valorem spiritualis matrimonij non requiritur certa verborum forma ib. n. 6.

Spi-

Digitized by Google

INDEX.

Spirituale hoc matrimonium pergit esse Sacramentum etiam post consecrationem ib.n.7.
Quomodo non peccant, tùm Episcopus, tùm Ecclesia spirituale ineuntes matrimonium in peccato mortali ib.n.8.& 9. 431
Non vitiatur consensus matrimonij electionis, & contractus ex solo nominis errore, si noscatur res, seù persona l.5.d.1.c.4.n.12.
Consensus matrimonij de persona apta vitiatur si reperiatur enuchus l.5.d.1.c.4.n.12. 16
Error pulchritudinis sponsæ in casu quodam etiã notabili matrimonium non irritat ib. num.17. fol. 17
Matrimonium initum cum primogenito si reperiatur initum cum ementito primogenito, est inualidum ib.n.18.
Spiritualis coniungij rationem Episcopatus sibi vendicat l.8.d.10.c.1.n.1. 426
Ratio matrimonij spiritualis comparatiuè corporalis exprimitur ib.n.2.
Quanta sit similitudo inter matrimonium carnale, & spirituale ib.n.4. 427
Discrimina inter carnale, & spirituale coniungiũ ib.n.5.
Definitio carnalis, & spiritualis matrimonij l.8. d.10.c.2.n.1. 428
In quò sita sit essentia coniungij spiritualis ib.nu.3. fol. 429
Vinculum matrimonij, tùm carnalis, tùm spiritualis an relatio sit realis, vel rationis ib.nu.4.
Metropolitanus, Metropolitani absq; præcedente infamia generaliter mediis testibus synodalibus inquirere possunt de Indignorum Electionibus, non autem specialiter de hac, vel illa l.6.d.14. c.4.n.12. 218
Eodem pacto cum Metropolitanis agendum est atq; cum Episcopis, quoad correctionem ib.nu. 28. 220
Quid agendum de delicto Metropolitani ib.n.18. fol. 219
Si Metropolitani delictum fuerit occultum, denunciandum non erit quin prius corrigatur. ib. n.21.
Metus, Quotuplex sit metus l.5.d.2.c.1.n.1. 19
Quæ requiruntur ad metum grauem dignoscendũ ib.n.2.
Num metus, quò quis cum veniali culpa aliquid facit, censendus sit grauis ib.n.4.
Qualis sit metus ab intrinseco, & qualis ab extrinseco ib.n.5.
Metus à Tertio incussus quomodo noceat electioni ib.n.6. 20
Vide Timor.
Electio facta ex metu cadente in constantem virum nulla est l.5.d.2.c.2.n.3. 21
Metus actum externum causare potest non internum ib n.8. sub initio. 22
Non rectè consultum communi bono esset, si nefarij intelligerent facta ex metù esse valida ib.
Quo item sensu metù facta voluntarijs similia sunt ib.n.9. 22
Contractus metù initos esse nullos, siuè in contraria ib.n.11.
Metù Intercedente nulla trasfertur iurisdictio ib. n.12.
Non præsumitur metus ib.n.22. 24
Timoris perseuerante causa semper factum censendum est inuoluntarium, etiam intercedente temporis interuallo inter metum, & illud ib.n. 24. 25
Quomodo perseuerare metus causa censetur ib. n.25.
Præces importunæ Superioris, non soliti Tyrannicæ se gerere grauem non indicunt metum l.5.d. 2.c.3.n.1. 25
Blanditiæ Principis tyrannicè non agentis, metũ non causant ib.n.3.
In dubio sæuiendi, sæuitia non præsumitur ib. n.4.
Præces importunas probabile est secluso metù nõ causare in voluntarium, neq; irritam facere electionem, tametsi etiam probabile contrariũ sit ib.n.5.
Tanti non videtur facienda iniuria per metum levem iusta l.5.d.2.c.4.n.3. 26
Quid præstandum in foro externo ib.n.4.
Vide Timor.
Miles, Quod ius habent Artifices, vt locentur; Milites, vt ad stipendium vocentur; Operarij ad laborem, & c.l.6.d.2.c.3.n.6. 87
Ciues, qui pro Rep. laborarunt, vel fortiter fecere, ius habent ad eius bona, vtriusq; etiam particeps æqualitatis: idemq; est de iure militum; qui strenuè bellarunt ad spolia l.6.d.3.c.1.n.6. 12.13.15.& 17. 89
Milites ex efficaci decreto antecedente, vt eligãtur ad prima stipendia, ius ad electionem habent, spectans ad commutatiuam, & distributiuam iustitiam ib.n.13. 90
Quo tenentur iure Reges, alijq; Duces ad spolia militibus diuidenda ib.n.18. 91
Modus, Quid sit modus, & quodnam sit fundamẽtum distinctionis modalis l.8.d.7.c.1.n.4.& 5. fol. 406
Quodnam sit signum modalis distinctionis ibid. n.6.
Licet dicatur modus à Deo creari posse; non poterit tamen esse sine actuali dependentia à re, cuius est ib.n.7.
Mendacium, Neq; ad euitandum homicidium licet mendacium l.6.d.6.c.2.n.24. 123
Mors, In dubio Præsumitur scientia mortis l.8.d.2. c.4.n.10. 357
Vide Articulis mortis.
Christianus è morte reuocatus iterum non est baptizandus; neq; si fuerit Sacerdos iterum Sacro initiandus est ordine l.8.d.7.c.3.n.14. 415
Cur Ecclesia consecrata destructa cõsecrationem amittat, quam neq; iterum adipiscitur extructa eisdem cæmentis, secus de homine initiato morte destructo in cuius anima semper character perseuerabit ib.n.17. 416
Mutuum, Ex emptione mutui transfertur dominiũ in mutuarium l.5.d.3.c.2.n.7. 29
Quid sit vsura, quid mutuum l.5.d.3.c.vlt.nu.5. fol. 49
Mutuum dare per se cõsideratum licitum est spectans ad virtutem ib.
Tripelex discrimen inter vsuram, & symoniam ibid.
Mutuatarius soluendo vsuras non peccat; At electus acceptans, vel obtinens Beneficium simoniacè collatũ, semper ferè peccat ib.n.6. 50

Lex

Digitized by Google

INDEX.

Lex simoniæ utrumq; obligat, vendentem atquè ementem rem sacram, secus lex vsurarum, quæ mutuatarium, vt sic non obligat ib.

Secundum discrimen inter vsuram, & simoniam ex materia desumptum ib. n. 7.

Tertium discrimen ex pleno mutuantis dominio suæ pecuniæ quod non est distributori ad rem sacram, cuius nullus mortalium est Dominus, sed dispensator ib. n. 8.

Licet ex necessitate, mutuum ab vsurario petere, quem scio fœnus expetiturum. Fas etiam est iuramentum ab Infideli expetere: secus verò petere electionem indigni, neq; vt maleficium a maleficio saluatur l. 6. d. 6. c. 3. n. 16. 127

N

NAtalis legitimi, *Si probationes natalium legitimorum, scientiæ probitatis vitiæ, prudentiæ vnius fuerint probabiliores, quam aliæ alterius Candidati, teneretur Prælatus primo adhærere: Quod si æquales essent horum probationes, ius daretur Prælato arbitrarium* l. 6. d. 7. c. 3. n. 18. 138

Defectus scientiæ totalis nullam reddit electionē l. 6. d. 9. c. 3. n. 8. 149

Nec titulus coloratus suffragatur Episcopo prorsus illiterato, secus si mediocri fuerit ornatus doctrina ib. n. 3. & 10.

Num Beneficiarij indocti regula gaudeant de Triennali pensione ib. n. 10.

Confirmatio ex certa scientia dispensatio dicitur l. 7. d. 1. c. 3. n. 4. 260

Quomodo ars, & scientia se habeant ad suum obiectum l. 7. d. 3. c. 1. n. 4. 278

Quomodo probanda sit scientia præsentationis de vacatione Beneficij l. 8. d. 2. c. 4. n. 11.

Negotia Ecclesiastica, Optimis, seù dignioribus in negotijs Ecclesiæ maioris momenti satis non erit eam adhibere industriam, quam adhiberēt digni, seù apti l. 6. d. 7. cap. vlt. n. 4. 140

Ne iuuant Ecclesiastica negotia, atq; executioni mandentur, quæ habent difficillimam præstantiora ornamenta in ministris, ac Prælatis desiderant ib. n. 5.

Nouitius Religionis, *Ad decimum sextum annū nouitiatus, & ad vigesimum quintum minoris ætatis, qui finirentur sexto Kal. Martij intercalaris anni desideratur decimus quintus Februarij dies, qui repetitus in hoc ipso anno sextus etiam dicitur Kal. Martij* l. 6. d. 15. c. 2. n. 8. fol. 232

Quid sentiendum sit de anno nouitiatus Religiosorum, si bisextilis fuerit cuius finis sextus Kal. Martij dies erit ex peculiari Auctoris doctrina ib. n. 9.

Nomen, *Quid est alteri nomen dare, vel Alterius nomen deferre* l. 8. d. 7. c. 2. n. 8. 409

Mos imponendi nomen in Baptismate expenditur ib. n. 9.

Notarius, *Quid præstandum sit à Notario facta iam inquisitione, & examine* l. 8. d. 4. c. 13. n. 1. 385

A quo deputandus sit Notarius ib. n. 3.

Notum, *Nota non sunt examinanda* l. 7. d. 2. c. 2. nu. 10. 274

O

OBiectum, *Obiectum aliud materiale, aliud formale: Ratio motiua altera est accidentalis subiecto, altera essentialis* l. 5. d. 1. cap. 4. nu. 2. fol. 14

Error qualitatis, & rationis motiuæ accidentalis, certa existente notitia obiecti materialis, non est error redundans in ipsum obiectum materiale, ac personæ ib. n. 5. 15

Error rationis formalis, vel finalis, quæ de intrinseca ratione est talis obiecti, seù personæ redundat in errorem ipsiusmet obiecti, et personæ ib. n. 13. 16

Obseruantia, *Quid sit obseruantia* l. 6 d. 1. c. 9. n. 16. fol. 83

Obseruantiæ præceptum per se comparatiuum non est ib.

Odium, *Iniuriæ, damnoq; externè patrato per accidens est ratio formalis interni actus odij, vel alterius motiui* l. 6. d. 13. c. 3. n. 4. 82

Odium ex quo impedimentum alicui adornatur, sic bonum aliquod consequatur, vel signum esse potest in iustitiæ vel causa impulsiua, vel finalis ib. n. 5.

Regula odia sunt restringenda, exceptionem patitur quando ni extenderetur esset illusoria l. 6. d. 14. c. 2. n. 6. 210

Opinio, *Iudex ex duabus opinionibus quarum altera dicta huno rerum examinari, atq; in carcerum detrudi altera negat potest etiam minus probabilem eligere* l. 6. d. 7. c. 3. n. 13. 118

Potest Elector, hac vel illa probatione vti de moribus, ac scientia promouendi etiam secundum opinionem minus probabilem l. 6. ib. n. 14.

Iudex sententiam ferens circa ius Partium pendens à facto, quod diuersum Partes supponunt, ita vt illius dubium intercedat, probabiliorem tenetur sequi probationem ib. n. 15. & 16.

Probabilitas facti non est opinio ib.

Si probationes Natalium legitimorum scientiæ, probitatis vitæ, prudentiæ vnius fuerint probabiliores, quam liliæ alterius Candidati, teneretur Prælatus primo adhærere, quod si æquales essent horum probationes ius daretur Prælato arbitrarium ib. n. 18.

Iudex in ferenda sententia inter litigantes, qui de facto conuenunt, esto ius vtriusq; sit probabile ex variis DD. opinionibus potest probabilem vnam ad libitum amplecti opinionem, & secluso scandalo modo hanc, modo illā sequi probabilem ib. n. 19.

Si sint opiniones de electione aliqua, num valida, nec ne sit, potest Iudex ad libitum Possessori fauere, vel non ib. n. 20.

Et si in dubio, quod verè tale sit, melior sit conditio possidentis, non tamen in opinionibus probabilibus ib. n. 21. 139

Existente opinionem varietate de licita, vel illicita promotione, vel Electione potest æquè probabili opinione vti ad libitū Elector, vel Promotor, consanguineumq; dignum promouere ad simplex beneficium ex ea etiam omisso digniore dummodo scandolum absit ib. n. 22.

Ex varijs opinionibus, quarum vna est probabilior

Digitized by Google

INDEX.

lior altera nequè Iudici, neq; Electori, vel Promotori ad Beneficiū licet minus probabili vti nisi esset in praxi altera minus recepta, atquè Electori, vel Promotor prudenter timeret indoctus, alioquin habendus à Superiori Iudici, vel Prælato, secundū sententiam satis, superq; probabilem ib.n.23.

A necessitate cùm non potest hunc, & nunc aliam diligentiam facere quispiam, tametsi opinionē improbabilem sequitur, à peccato excusatur: atq; in materia iustitiæ pro viribus tenetur cōsulere damno alterius, posse loquendo, quod si culpa non se infecerit, non tenebitur ipse restituere l.7.d.1.c.5.nu.22. 266

Ordinatus, *Initiandus Sacris ordinibus satis est si optimæ sit famæ l.7.d.2.c.2.n.10.* 274

Ordines inferiores Sacerdotio per se non ordinantur ad misticum Christi Corpus l.7.d.4.c.4.nu.4. 290

Ordo Sacerdotalis non est necessarius ad indulgētias conferendas ib.n.5.

Hæreticus verè pœnitens, in ordine, quem susceperat permittitur ministrare, non tamen ad maiorem ascendere l.8.d.4.c.7.n.25. 378

Quid sit Ordo sublatiore significatione sumptus l.8.d.6.c.3.n.1. 398

Quid sit Ordo ad Ecclesiasticam Rempublicam contractus ib.n.3.

Episcopatus est Ordo pro gradu in Ecclesia sumptus ib.n.3.

Episcopatus est in omni rigore ordo ib.n.4. 399

Ordinarius, *Eodem pacto valet Electio facta à Delegato, atq; ab Ordinario etiam si fuerit Papa l.6.d.9.c.4.n.2.* 151

Ordinarius absenti potest Beneficium conferre, illumq; per procuratorem inuestire l.8.d.2.c.1 n.6. 350

An nomine Ordinarij in Constit. Greg. XIV. veniat Vicarius Episcopi l.8.d.4.c.2.n.10. 368

Ordinarij nomine omnes significantur potestatem habentes ordinariam ib.nu.12. 369

Ordo, *Distinctio inter Sacramentum consecrationis Episcopi, & Sacerdotis est Iuris Diuini l.8.d.6 c.3.n.5.* 399

Duo Sacramenta Ordinis, & confirmationis esse propria Episcopi ib.n.6. 400

Non est nouum asserere plures, quam septem esse Ordines l.8.d.6.c.4.n.3. 401

Nouem esse Ordines dicunt Canonistæ ib.n.4.

Probabilis opinio est asserens ordines esse octo ib. nu.5.

Admittitur septenario numero contineri ordines, & in quo sensu ib.n.6. 401

Non est definitum à Concilijs num septem sint ordines vnitate specifica, vel generica ib.n.7.

Vnitas, et pluralitas Sacramēti Ordinis Extremæ vnctionis, & Eucharistiæ declaratur ib.nu.9. fol. 402

Episcopatus quatenus Ordo distinctum non est Sacramentum à se ipso quatenus Sacrum est coniungium l.8 d.10.c.3.n.4. 430

Ordo Episcopalis, *Quid sit de ratione materiæ Ordinis l.8.d.9.d.2.n.1.* 422

Sacramentum consecrationis Episcopalis propriè habet materiam, & formam ib.n.2.

Vnctio in capite Consecrandi habita non est materia, neque verba tunc dicta sunt forma huius Sacramenti ib n.3.

Minister huius Sacramenti ordinationis Episcopalis plures sunt Episcopi, non vnus ib. n.4.

Impositio libri Euangeliorum supra scapulas Cōsecrandi non est materia Sacramenti consecrationis ib.n.5.

Materia proxima consecrationis Episcopi est manuum impositio trium Episcoporum super caput Consecrati: Forma verò verba quæ ab illis Episcopis proferuntur ib.n.8. 423

Cur vnctio in capite non sit materia Sacramenti ordinis Episcopalis l.8.d.9.c.3.n.1. 424

Manuum impositio, & verba illa Accipe Spiritum Sanctum, *qua ratione propriè determinētur, vt sint forma, & materia huius Sacramēti ib.n.7.*

Non est improbabile Christum Dominum non Reliquisse mīstrutam aliquam materiam determinatam ordinis, & præsertim huius Episcopalis ib.n.3. 425

P

PActum, *Pactum ab initio nullum vim recipit confirmatione Papæ l.7.d.1.c.2.n.15.* 258

Papa, *Exceptio inferens hunc de iure Diuino naturali non esse Papam per* cap. licet de exceptione, *non aufertur l.5.d.3.c.3.n.9.* 31

Exceptio hæresis, vel, quod non sit homo, admittenda contra electionem Pontificis ib.num.10. fol. 31

Germanus sensus cap. licet de exceptione, *electionis Summi Pontificis ib.n.11.* *ibid.*

Affertur Canon. in nomine distinct.23. de symonia, *locum habente in Electione Papæ ib.num.12.* *ibid.*

Expenditur textus cap. si quis pecunia 79. distinct. *ib.n.13.*

Constitutione Iulij II. idem confirmatur l.5.d.3.c.3.n.14. 34

Hæc Constitutio nullo pacto reuocat est imò confirmata à Pio IV. contra nonnullos ib.n.15

Perpenditur cap. si quis 79. distinct. *contra nonnullos ib.n.16.* 32

Expenditur particula disiunctiua, vel, ib.

Contraria consuetudine derogatum non est constitutioni Iulij II ib.n.18.

Non potest Papa facere, vt, quod iure naturali Diuino symoniacum est tale non sit l.5.d.3.c.4. n.13. 35

Papa symoniacus non potest censuras subire in symoniacos l.5.d.3.c.5.n.28. 42

Incurrere symoniam iure Diuino naturali prohibitam potest Summus Pontifex, imò graviorē ratione maioris dignitatis ib.n.31.

Potest etiam Papa *peccato se inficere symoniæ solo iure Ecclesiastico prohibitæ ib.n.32.*

Summus Princeps ad suas, Reliquasq; leges humanas seruādas exercere naturæ derectiuè tenetur ib.n.33. 43

Non potest directè Summus Pontifex in iure naturæ dispensare ex quo tenetur se confirmare Reipublicę suisq; membris ib.n.34.

Potest nonnunquam Princeps peculiares ferre leges subditos solos obligantes ib.n.36.

Digitized by Google

INDEX.

Neque facultas Ius derogandi canonicum, quam habet Papa, potest impediri per Concilium supra, quod ipse est l.5.d.3.c.6.n.2. 44

Papa non præsumitur uti plenitudine potestatis ib.nu.19. 46

Diuina Prouidentia est, vt ad Electionem Pontificis omnes conditiones necessariæ reperiantur l.5.d.3.c.vlt.n.55. 57

Vel vt hæreticus, vel vt pæne hæreticus puniendus esset negans hunc Pontificem verum esse Papam ib.n.56.

Quam ineptè ab electione Summi Pontificis ad Reliquas argumentum ducatur l.5.d.4.c.3.nu.10. 62

Nunc in Electione Papæ per Constitutionem Gregorij XV. *suffragium Electi in numerum non computatur ib.n.11.*

Quid sit Beneficium Papatus ib.n.13. 63

Papa non est Dominus Beneficiorum l.6.d.7.cap. vlt.n.7. 141

Christus Dominus meliorem eligit in sui Vicarium S.Petrum l.6.d.8.c.1.n.5. 143

Rex, siue Pontifex indignum in Episcopum promouens, tenetur Ecclesiæ Coadiutorem idoneum dare l.6.d.11.c.1.n.3. 158

Difficultas restitutionis non excusat, sed auertere iniquos Electores, vel Promotores, debet ab iniqua electione, vel Promotione l.6.d.12.c.7.n.8. 176

Hac lege tenetur etiam Summus Pontifex ibid. nu.9.

In Summum Pontificem melius eligendus est l.6.d.13.c.7.n.13. 200

Quid seruandum sit in Electione Pontificis l.6.d.15.c.1.n.14. 221

Super allata conclusio videtur posse locum habere in electione Summi Pontificis l.6.d.15.c.3.nu.4. 235

Multa fugienda in tractatu de Summo Pontifice *Eligendo ib.n.5.*

Quomodo socius criminis admittendus ad cætera delicta non sit, ad symoniam tamen, hæresim crimenq; læsæ maiestatis admittatur ib.n.6.

Non licet quæ de alio eligendo Antistite tractatio alias licita, de Summo Pontifice *successore eligendo, viuo altero, atq; inconsulto ib.n.7.*

Multa quæ mortuo Pontifice *licerent de Electione successoris sunt, eo superstite illicita ib.n.8.*

Consulto Summo Pontifice, *de eius licentia potest haberi tractatus consultiuus eligendi successorem ib.n.9.* 236

Tales possent intercedere circunstantiæ, vt Necessarius, nè dum licitus esset tractatus consultiuus de Electione Pontificis *successoris, de Cõsilio tamen, & licentia Superstitis ib.n.10.*

Quid consilij capiendi vbi Summus Pontifex *ob grauem infirmitatem, neq; consuli, neq; facultatem facere posset ad tractatum ineundum ib.n.11.*

Electio facta alicuius Episcopi, de quo, viuente prædecessore, fuit habitus tractatus diffinitiuus non est nulla, sed irritanda ib.n.12.

Electores tractatum habentes in vita Præsulis, *definitiuum, non sunt de facto priuati, sed puniendi ob rem illicitam ib.n.13.*

Electio successoris, de quo prius habitus est tractatus, viuente Papa *iuxta supra dicta, non est in præsentia nulla, vno excepto casu ib.nu.14. & 15.*

Noctu non est facienda Electio, neq; clandestinè ib. n.18. 237

Electio denunciãda Electo intra octo dies ib.n.19.

Hi dies currunt de momento in momentũ ib.n.20

Ex proemio legis mens, & propositum Legislatoris deducitur ib.n.21.

Non sufficit præsentatio facta Procuratori generali *Electi, si ab illo rata non habeatur electio ib. n.22.*

De loco Electionis Papæ ib.n.24.

Casus in quibus Papa *promouens censetur, vel nõ censetur virtualiter dispensare l.7.d.1.c.2.n.2. fol.* 259

Promissio Papæ de aliquo beneficio etiam nulla impedit Inferiorem ne de illo disponat l.7.d.1. c.6.n.6. 270

Papa potest ante Intronizationem administrare; & quæ differentia inter illum, ac reliquos Inferiores Prælatos l.7.d.5.c.3.n.5. 296

Si Papa interim obiret, antequam literæ expedirentur, non espiraret ius quæsitum Confirmato, vel Promoto l.7.d.6.c.2.n.5. 298

In decretis morum Papa non potest errare l.7.d. 8.c.1.n.4. 312

Siue à solo Papa, siue à Papa in Concilio factæ decretales sanctiones eiusdem authoritatis, & fidei habendæ sunt ib.nu.6.

Quidquid sit de Cardinalibus; Iuris certè diuini est, vt Papa habeat Episcopos, Præsbyteros, ac ministros ex quibus Hierarchia constant Ecclesiastica l.7.d.12.c.1.n.5. 333

Qua teneatur obligatione Pontifex Max. circa approbationem Episcopi, quoad eius doctrinam l.8.d.4.c.8.n.10. remiss. 380

Parochus, *Speciali ratione collatio Paræsiæ facta indigno mortalis demonstratur l.6.d.6.c.2.nu. 10.* 121

Qui iuxta Tridentinum in Parochos approbandi sunt, ius haberent rigorosum post examen ad paresias, pro qualitate donorum requisitorum ib.nu.11.

Quid si Paræsia, seù Parochia l.6.d.6.c.3.n.8.

Speciali ratione Collatio Paræsiæ facta indigno mortalis demostratur ib. n.10.

In Iure naturali meliorem elegendi ad Beneficiũ Curatum, Papa dispensare non potest l.6.d.7.c. 2.n.7. 131

Per pulchra comparitio Iuris ad curata beneficia, & pinguiora non curata, ex conuersu, & pacto prouenientis, atq; ex antecedente legitima voluntate statuente his, & non illis dandi beneficia l.6 d. 12.c.6.n.7. 175

Collatio legum præscribentium rationem conferẽdi beneficia, & vltimarum voluntatum ib.n.8.

Periculum ist at ciui habenti beneficium curatum in patria, nè illi sententia illa competat nemo propheta acceptus in patria. *l.6.d.13.c.7.nu. 25.* 203

Particula Et, *Quando particula* Et, *expositiuè sumitur pro id est l.7.d.4.c.3.n.5.* 288

Particula, seù clausula, verè, *vel* verum, *quando pro, sed, & quando pro quin etiam, & asserentis vim habeat l.6.d.14.c.4.n.25.* 220

Pa-

Digitized by Google

INDEX.

Parum, *Declaratur locus Aristoticus* 1. *physicorũ cap.* 3. *textu* 56. quod parum distat nihil distare videtur *l.* 6. *d.* 13. *c.* 6. *n.* 5.

Magna differentia est inter parum abesse à damno inferendo, & ipsummet damnum illatum circa bonum quod parum abest, & alicui comparetur l. 6. *d.* 13. *c.* 2. *n.* 7. 180

Parentes, *Quam arcto teneamur vinculo ad agnatos cognatos consanguineosq; amandos, eisq; consulere l.* 6. *d.* 7. *c.* 1. *n.* 6. 136

Quam magnum sit periculum promouere consanguineos, vel propinquos ib. n. 6. 137

Tropobani, vel Regem absq; filijs, vel filijs abdicantem eligebant ib. n. 7.

Maiorum Prælatorum merita in dignitatem nequeunt excusare Posterorum ib. n. 8.

Pater, *Pater ex causa cogi potest ad emancipandum filium l.* 7. *d.* 11. *c.* 1. *n.* 11. 323

Patria, *Periculum instat Ciui habenti Beneficium curatum in patria, nè illi sententia illi competat*, nemo propheta acceptus in patria *l.* 6. *d.* 13. *c.* 7. *n.* 25. 203

Cur ciues, plerumquè liuore tanguntur inuidiæ ibid.

Patronus, *Vtrum Præsuli probandus sit defectus, quem obijcit Præsentato à Patrono l.* 6. *d.* 13. *c.* 7. *n.* 15. 200

Patroni institutoris successores ordine proximitatis suos tenentur vocare propinquiores dignos, etiam si non essent Digniores ad beneficia non curata taliter instituta ib. n. 18. 201

Patronus certæ familiæ Beneficium abdicens, esto ordinem proximitatis non exprimat seruandum, implicitè tamen intelligendus est ibid. n. 19.

Si ex aliena vocentur familia ad Beneficium Iurispatronatus, si fuerit curatum, meliori dandũ est, aliud satis est si detur digno ib. n. 20.

Illegitimi à Beneficio Iurispatronatus arcentur, qui quidem defecti legitimorum ab Episcopo dispensari possunt. Legitimos ab illegitimis natos probabile est vocari ib. n. 21.

Si à Testatore vocandi liberè commissi sunt voluntati Patronitatis est eligere dignum ad Beneficium non curatum, secus si eius arbitrio demandauerint, secundum probabilem opinionẽ; esto probabilius, sit etiam hoc in cuẽtu sufficere dignum eligi propinquiorem ib. n. 22.

Patroni ad Beneficia curata præsertim Episcopatus meliores tenentur, quos morali adhibita diligentia possunt præsentare ib. n. 23. 202

Beneficia patrimonialia etiam Curata desiderandа sunt instituta, vt danda sint Ciuibus aliàs dignis, & hoc etiam dignioribus ib. n. 28. 203

Num Patronus seipsum ad Cathedralem possit Ecclesiam presentare l. 8. *d.* 2. *c.* 2. *per totum fol.* 351

Posset filius à Patre: Nepos ab Auo, & sic de singulis Sanguine iunctis nominari ib. num. 8. *fol.* 152

Pauper, *Legatum pauperibus arbitrio hæredis destinandis, satis est si pauperibus distribuatur, non quæsitis pauperioribus; tã & si magis piũ esset pauperiores quærere l.* 6. *d.* 13. *c.* 7. *c.* 36. 204

Quando Testator pauperioribus commisit distribuendum aliquid, non satis est si pauperibus tantum, non quæsitis pauperioribus, diuidatur ib. n. 37. 205

Peccatum, *Quæ ad cultum mortalem requiritur, deliberatio satis est ad validitatem Electionis l.* 5 *d.* 1. *c.* 2. *n.* 4. 9

Ad deliberationem necessarium, siuè ad Electionem siuè ad peccatum mortale, votum, & iuramentum mora non requiritur temporis ibid. nu. 6.

Displicentia post factum coniectura esse potest insufficientijs deliberationis, de qua dubitatur ib. n. 10. 10

Peccatum mortale, vt sit etiam notorium nullã non facit Electionem Episcopi l. 6. *d.* 9. *c.* 3. *nu.* 15. 150

Percutiens, *An percutiens Episcopum in Consistorio admissum, vel confirmatum excommunicationem incurrat Bullæ Cœnæ l.* 8. *d.* 5. *c.* 3. *n.* 6. *fol.* 392

Persona, *Personæ notitia bifariam haberi poterit l.* 5 *d.* 1. *c.* 4. *n.* 3. 15

Qualitates personæ, vel possunt causare notitiam eius specificè acceptæ, vel in individuo ib. nu. 4.

Error rationis formalis, vel finalis, quæ de intrinseca ratione est talis obiecti, seù personæ redũdai in errorem ipsiusmet obiecti, & personæ ib. n. 13. 16

Error qualitatis vicemgerentis personæ, vel rei, in eius refunditur substãtialẽ rationem ib. n. 15.

Qualitas personæ, quando sola eam notam facit, siuè substantiuè pronuncietur ignorata facit, nõ voluntarium ib. n. 19. 17

In dubio num narratio falsæ qualitatis errorem induxerit personæ, videndum num notitia eiusdem personæ aliàs habitæ fuerit prior, vel efficaciter ib. n. 24. 18

Quando duas non licet gerere personas ib n. 21. *et* 22. 17

Inquisitio personæ confirmandæ ibi habenda, vbi quis vitam degent l. 7. *d.* 2. *c.* 2. *n.* 10. 274

Perturbatio, *In dubio num iracundia, vel alia perturbatione aliquid sit gestum, vti validè gestũ habendum est l.* 5. *d.* 1. *c.* 2. *n.* 12. 10

Petitio, *Quid propriè petitio sit, & quam aptè in definitione postulationis inserta sit l.* 7. *d.* 9. *c.* 1. *n.* 9. 315

Ius petendi ad Cathedralem competit Patrono ex Priuilegio, siuè præuia fiat præsentatio, siuè non l. 8. *d.* 1. *c.* 3. *n.* 8. 347

Nonnulla sunt discrimina inter petitionem à Patrono factam, & à non Patrono ib. n. 9.

Plebania, *Præsidentia babẽs clericos, et Parrochos, est Plabania l.* 6. *d.* 4. *c.* 3. *n.* 9. 101

Pœna, *Vbi culpa non est, nec pœna intelligenda l.* 7. *d.* 6. *c.* 4. *n.* 8. 302

Pœnalis dispositio in dubio, ita explicanda est, vt minimum pœnæ, quod potest, inferat l. 7. *d.* 7. *c.* 2 *n.* 3. 307

Pœna propriè culpam supponit sine qua imponi non potest l. 8. *d.* 5. *c.* 2. *n.* 15. 393

Pœna statuta in delictum locum non habet ni fuerit illud consumatum l. 6. *d.* 14 *c.* 2. *n.* 10. 210

Vt à iure, vel ab homine censuræ ferri solent effectum requirunt consumatum, licet possint contra tentatum, vt videtur præstitum in constitutione Pij 87. *ib. n.* 11. *&* 14. 211

Digitized by Google

INDEX.

Lex pœnalis ad similes extendenda non est casus .6.d.14.c.4.n.4.remissiuè. 217
In pœnalibus interpretatio benigna præferenda est ib.
Possessio, *Quid sit possessio colorata, & non colorata l. 6.d.9.c.3.n.11.* 149
An Iudex appellatione interiecta teneatur in possessionem asserere digniorem l.6. d.10.c.1.n. 5. 155
Nouus Episcopus confirmatus, vel Abbas beneficia Præsulatus, vel Abbatiæ, ab alio possessæ non potest per resignationem conferre antequã possessionem capiat l.7.d.5.c.2.n.4. 294
Etiam vigente consuetudine possessionis prius capiendæ installatio non est de substantia, sed solum de sollemnitate; vt sacrum etiam habendum de Spiritu sancto ib.n.14. 295
Hac vigente consuetudine administratio antè possessionem non inualida, sed tantum videtur illicita ib.n.15.
Vbi vigeret consuetudo in possessionem antea mittendi, quam liceret administrare standum esset ipsi consuetudini, de qua multa ib.n.10.
Viget in hyspanijs, & alibi consuetudo hæc ad Episcopatus administrationem ib.n.11.
Nemo ob amissionem tituli possessionem perdit, ni verus, vel præsumptus intercesserit animus eã perdendi l.7.d.7.c.1.n.2. 305
Quæ ipso iure perduntur tolli minimè possunt à possessore ante sententiam Iudicis ib.n.3.
Possessio, sub conditione de futuro concessa, hac non posita, de facto cessat l.7.d.7.c.3.nu.1.2. & 309
Existens in recenti possessione tenetur titulum probare si contra illum obijciatur ib.n.2.
Ius possessum non sortitur possessionis naturam quando ex gratia, & priuilegio illi competit l. 8.d.1.c.3.n.2. 347
Et si in dubio, quod verè tale sit mulier sit conditio possidentis, non tamen in Opinionibus probabilibus l.6.d.7.c.3.n.21. 139
Postulatio. *Præsul ab hostibus expulsus ad alteram Ecclesiam postulari non eligi potest l.7.d.11. c.1.n.20.* 325
Postulatio de Præsule vnius Ecclesiæ ad alteram regendam apud solum Papam fieri potest ib. n.23.
An, & quando ius comparetur Postulato l.7.d. 13.c.1 per totum 339
Duplex postulatio facta ex minori Capituli parte non in concordia, vel vbi agitur de contemptu Eligentium potest, de gratia tamen speciali, à Superiore admitti ib.n.4.
Postulationis admissio de iustitia non nunquam debetur ib.n.9. et 12. 340
Postulatio non potest non pendere à gratia saltem generali ib.n.12.
Postulantibus implorandum est officium Iudicis, non tamen Iuris actione agendum ib n.13.
Quæ causa censenda sit iuxta postulationis admittendæ ib.n.14.
Non possunt à postulatione superiori exposita Postulantes resilire, possunt tamen antea, etiam post publicatum scrutinium ib.n.15. 341
Aliundè habet Postulatio si aliquando priusquã Superiori sit exposita reuocari non possit ib.n. 21.
Sit neque possunt resilire à postulatione illius Postulantes quem hac spe Iuris fecerunt initiari ib.n.22. 342
Quando debeantur expensæ ob postulationem factæ à Postulato, siue à Postulantibus re non secuta ib.n.23.
Postulationi etiam superiori expositæ ab illo tamen non adhuc confirmatæ postulatus consentire non potest ib.n.24.
Post postulationem aliquando aliquod tribuitur Ius ib.n.26.& 27.
Quomodo Electio à postulatione distinguatur l.5. d.1.c.1.n.8. 7
Quid sit Postulatio l.7.d.9 c.1 per totum 314
Quod olim non censebatur esse discrimen inter Postulationem, atq; Electionem, nunc est l.7.d. 8.c.2.n.1. 316
Primum discrimen, quod describitur ex eo qui postulatur, vel eligitur ib.n.2.
Secundum, quòd per Electionem in Electum consentitur tanquam in Ecclesiæ sponsum, secus per postulationem ib.n.3.
Tertia differentia, eo quod variari licet à postulatione antequam exponatur superiori, minimè verò ab Electione, publicato scrutinio ib n.4.
Quarta differentia, quia Postulatio non confirmatur sicut Electio ib.n.5.
Casus, in quo concurrent Electio, & Postulatio, quæ nam præferenda sit? ib n.6.remissiuè.
Quomodo non nunquàm Electio dicitur nominatio, & vice versa nominatio electio ib.n 7.
Triplex est nominatio ib.n.8. 317
In quo conueniant, & differant Postulatio & nominatio ib.n.9.
Num Eligendus possit Postulari l.7. d.10. c.2.per totum 319
Postulandus, *Casus Particulares, in quibus postulare licet non autem Eligere ad quatuor reuocat Glossa l.7.d. 10.c.1.n.2.* 318
Clericus potest in sui Electionem consentire absq; superioris licentia, siue quâ alienam Ecclesiam, ad quam electus est, non potest adire ib n 5.
Potentia, *A Potentia non rectè ducitur argumentũ ad actum positiue l 6.d.16.c.5.n.2.* 246
Præbenda, *Eodem modo de institutione Beneficiorũ curatorum, ac de Præbendis Collegiorum, & Cathedrarum loquendum est l.6.d.4. c.5.n.12. fol.* 107
Præbendæ Collegiorum primario in bonum Academiarum: secundario in præmium scolasticorum institutæ ad præstantiores instituendos DD l.6.d.4.c.4.n.16. 104
Præces, *Præces non importunæ Superioris non soliti tyrannice se gerere graues non inducunt metum l.5 d.2.c.3.n.1.* 25
Præces importunas probabile est, secluso metu nõ causare inuoluntarium, neq; irritam reddere electionem, tametsi probabile contrarium etiã sit ib.n 5.
Quid sentiendum sit de præcibus repetitis ib. n.6. fol. 26
Inrer malas artes impedimentum adornandi, merito importunæ connumerantur Præces l.6.d. 13.c.3.n.29. 186
Præconizatio, *A quo facienda sit in Cõcistorio pro-*

Digitized by Google

INDEX.

positio, seù præconizatio l.8.d.5.c.1.num.23. fol. 387
Quid sit hæc præconizatio ib.n.24.
Prædicamentum, Ex rebus diuersorum prædicamentorum componitur vnum per accidens l.6. d.3.c.2.n.2. 93
Prælatus, Reges, Prælatiq; omnes non promouentes Meliores ad Beneficia curata, maioriſquè momenti, quos morali diligentia possent habere peccant mortaliter contra Iustitiam l.6.d.13. c.7.n.6. 198
Consanguinitas merito allicit ad hæredum instituēdum, minimè eum deberet ad Prælaturam l.6.d.5.c.2.n 8. 115
Præpositura, Præsidentia habens clericos, & Parochos est Plebania l.6.d.4.c.3.n.9. 103
Si tantum clericos habent est dignitas, vt Præpositura Diaconatus, Archidiaconatos Abbatia sæcularis ib.n.10.
Qui nam dicantur in dignitate constituti ib.n.8.
Quid sit dignitas Ecclesiastica ib.n.9.
Ex quibus signis agnoscēda sit dignitas Ecclesiastica ib.n.10.
Filius sponte reuelans hæresim Parentis non est censendus inhabilis ad dignitates l.8.d.4.c.7. n.8. 376
Sunt pariter ad huiusmodi dignitates inepti Nepotes, hæreticorum fautores ib.n.14.
Ius ciuile indirectè facit aliquem inhabilem ad Ecclesiasticam dignitatem ib.n.13.
Præsentatio, Differt Electio à Præsentatione, institutione, & collatione l.5.d.1.c.1.n.9. & 10. 7
Quid sit Præsentatio l.8.d.1.c.2.per totum. 344
Quomodo Præsentatio conditionalis dubia atq; obscura valeat ib.n.3. 345
Neq; ius Patronatus, neq; Præsentatio sunt vendibilia l.8.d.1.c.3.n.3. 347
Præsentatio potius Patroni, quam Instituentis dicitur donatio ib.n.6.
In vno tamen casu Præsentatio censeretur potius donatio Instituentis quam Patroni ib.n.7.
Præsentatio est aliquid relatiuum proxime disponens ad Beneficium l.8.d.1.c.4.n.4. 348
Cuius personæ fieri debeat præsentatio l.8.d.2. in proemio. 349
Num præsentatio ad Cathedralem Ecclesiam esse debeat personæ præsentis l.8.d.2.c.1. per totum. 349
Num patronus se ipsum ad Cathedralem possit Ecclesiam præsentare l.8.d.2.c.2. per totum fol. 351
Præsentatio certa debet esse, ac determinata l.8. d.2.c.3.n.2. 352
Præsentatio Instituentis, licet communiter dicatur suppleri non posse, non tamen repugnat ib.n. 3. 353
Satis est Patronum dicere Præsentato quin personam præsentatam nominet ib.n.4.
Hæc formula Præsentato quem talis Cardinalis nominauerit, vel similis valet ib.n.9.
Etiam Generaliter sub conditione, si vacauerit ex causa, dari potest alteri facultas nominandi ib.n.10.
Nequit Patronus promittere nominationem, vel præsentationem Ecclesiæ non vacantis ibid. n.11.
Quomodo Reges ad præsentandum in Curia procuratores constituant ib.n.12.
Potest constitui Procurator ad præsentationem faciendam Ecclesiæ mox vacaturæ ex renunciatione, translatione, vel priuatione, &c. ib. n.13.
Et quoties captandæ mortis alterius, qui est in possessione Ecclesiæ cessaret periculum ibid. n.14.
Num vnus, vel plures possint præsentari ib.n.15.
An valeat secunda præsentatio non cassata prima, vel cum Primus præsentatus non consenserit, vel renunciauerit ib.n.16.
Quam cautè se debeat habere Præsentatus, si illius retineatur præsentatio ib.n.17.
Quomodo poterit institui præsentatus etiam nolente Patrono ib.n.18.
An vnius Ecclesiæ Præsul ad alteram possit præsentari l.8.d.2.c.4.
Consensus expressus Præsentati ab aliquibus dicitur necessarius l.8.d.3.c.1.n.1.
Præsumptio, Quid sit Præsumptio Iuris, & de Iure l.6.d.14.c.5.n.33. 224
Princeps, Blanditiæ Principis tyrannicè non agentis metum non causat l.5.d.2.c.3.n.3. 25
Summus Princeps ad suas reliquasquè leges humanas ferendas ex Iure naturæ rèductiuè tenetur l.5.d.3.c.5.n.33. 42
Non potest directè summus Princeps in iure dispensare, ex quo tenetur se conformare Reipublicæ, suisq; membris ib.n.34. 42
Non potest ex affectu obedientiæ se adaptare Princeps proprijs, vel humani iuris legibus: neq; ex contrario affectu in illas peccare, sed peccabit pro ratione materiæ legis præcipuentis ib.n.34 & 35. 42
Potest non nunquam Princeps peculiares ferre leges subditos solos obligantes ib.n.26. 43
Vide dispensare, & dispensatio.
Princeps instar speculi, nè facies excipiat l.6.d.5. c.1.n.6. 118
Differentia inter distributionem beneficiorum Ecclesiasticorum factam à Patrono Rege, &c. et officiorum secularium l.6.d.12.c.8.n.5. 178
Quidquid de Regibus, alijsq; sæcularibus Principibus sit, non dantibus officia melioribus, Prælati non elegentes ad Beneficia Ecclesiastica Digniores ad restitutionem obligantur ib.nu.7. fol. 178
Quomodo probanda sit scientia Principis, ex qua confirmare secundum specialem formam dicitur l.7.d.1.c.3.per totum. 259
Intentio Principis gratiam concedentis est inspicienda l.7.d.7.c.2 n.11. 308
Principium, Difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio l.5. d.4. c.4. n.4. 164
Electio nulla per confirmationem non conualescit l.6.d.10.c.2.n.4. 156
Impetratio ab initio nulla, tractu temporis non conualescit ib.n.5.
Non firmatur tractu temporis, quod de Iure ab initio non subsistit; in his saltem quæ initium respiciunt ib.n 4.5.& 8.
In quibus negotijs spectandum est Principium ib. n.9. 157

Pri-

Digitized by Google

INDEX.

Prima Tonsura, *Hæretici etiam à Prima tonsura excludantur, necnon à quocunq; Beneficio Ecclesiastico l.8.d.4.c.7.n.23.& 24.* 378

Prioratus, *Prioratus administratio à Pontifice confirmata tenet, nec posset Prior remoueri l.7.d.1.c.2.n.17.* 258

Priuatio, *Priuatio supponit habitum l.6.d.9.c.4.nu.18.& d.13 c.3.* 153.& 182

Priuilegium, *Qui scienter abutitur priuilegio merito priuatur l.6.d.34.c.2.n.41.*

Super litigiosam rem nouum Priuilegium, quis impetrare non potest l.7.d.1.c.4.n.9. 262

Statuta, & Priuilegia quando trahuntur ad iniqua sunt reuocanda l.7.d.6 c.3.n.11. 302

Probatio, *Sex plenæ probationis species l.6.d.14.c.5 n.15.* 222

Processus, *Modus conficiendi Processum in constitutione statutum, vel inquisitionem l.8.d.4.c.5. n.1.* 374.

Num schedula, in qua nomen, cognomen, Patria, munera studia, &c. Promouendi adnotanda sunt ad instructionem Processum facientis, ipsi processui inserenda sit ib.n.2.

Quæ iuramenti forma Præscribatur ib.n.3. 375

Modus affertur interrogandi testes, & num testis agnoscat Promouendum l.8.d.4.c.7.n.1. 376

Num sit eius consanguineus ib.n.2.

Cuius Ciuitatis sit ib.n.3.

An ab Hæreticis ortum habeat Promouendus ib.n.4.14 & 16.

An filius conceptus antequam parens in hæresim lapsus fuerit sit inhabilis ad Episcopatum ibid. nu.5.

Cui mittendus sit Processus factus l.8.d.4.c.13.n.2. 385

Procurator, *Impediens Indigni procuratorem, nec peccat ex se, nec ad restitutionem obligandus: licet alia de causa ob turpe motiuum peccare possit l.6 d.13.c.5.n.8.* 192

Etiam si malis artibus impediretur Indigni procurator non esset contra iustitiam, neq; obligationem pareret restitutionis ib.n.9.

Quando ob impedimentum positum procuratori digni à digniore non sit contra iustitiam, neque onus incumbit restituendi ib.n.12. 193

Indignus impediens digni Procuratorem, illum malis artibus promouentem peccat contra iustitiam, ac tenetur restituere ib.n.13.

Dignus dignioris Procuratorem, illum malis artibus promouentem, si impediat, tenetur restituere ib.n.14.

Instar Principalis beneficij nimirum, Candidati, de vsu procuratore sentiendum est, quoad impedimentum, iustè, vel iniustè illatum, ex quo deducendum est restitutionis onus l.6.d.13.c.3.n.26. 185

Procurator Candidati habentis ius ad bonum ei destinatum, ob metum cadentem in virum cõstantem, vel vim suo non fungens officio ad restitutionem non tenetur.l.6 d.13.c.5.n.1. 191

Malis impediens artibus Procuratorem digni ad Bonum ei debitum, & mox dandum, peccat cõtra iustitiam, & tenetur restituere ib.n.3.

Si bonis alioquin artibus, siue precibus etiam non importunis impedias Procuratorem, ne suum obeat munus pro clicnte, cui destinatum erat bonum ei debitum, peccabis contra Iustitiam atq; obligaberis ad restitutionem ib.n.4.

Et quidem teneberis insolidum si Dignioris procuratorem etiam precibus impedieris ib.nu.5.

Si procurator Digni ab Indigno etiam precibus, aliisq; artibus, aliàs licitis, impederetur ad restitutionem obligandus erit ib.n.6.

Dignus impediens nõ malis alioquin artibus Procuratorẽ alterius Digni, qui nõ est obstrictius, vel fide, vel ratione officij non peccat contra iustitiam, nec tenetur restituere, secus quando Procurator iure talis est, vel oppignorata fide obligatus ib.n.7.

Professio fidei, *Modus faciendæ professionis fidei præscribitur l.8.d.4.c.11.n.1.* 382

Prælatus, qui Professionem fidei excipit, propriũ etiam adscribit nomen ib.n.6. 383

Lituræ omnino in fidei Professione descriptæ vitandæ ib.n.9.

Quænam Pœnæ sancitæ sint in eum, qui dictam fidei professionem non admitteret ib.n.10.

Quam culpam contrahet Episcopus, qui contra professionem fidei explicitam faceret ib.n.11.

Promissio, *Nullus tenetur promissionem cum peccato executioni mandandæ l.5.d.3.c.5.n.9.* 38

Quicunq; potens Beneficium Conferre, promittes primum vacans Digno non existente digniore, si fuerit iam vacans, quando fuerit promissum, tenetur illud conferre: secus si non erat illo tũc vacans l.6.d.13.c.7.n.7. 198

Promissio conferendi primum beneficium vacaturum, iuramento non firmatur l.8.d.13.c.7.n.8. 198

Primiceriatus, & Præceptoria, *Aliud Beneficij genus præminentiam in Ecclesia habens absq. Iurisdictione, quod neuocari solet ad compositum, seù duplex sit se habet* Primiceriatus, Præceptoria, *& similia l.6.d.4.c.3.n.14.* 101

Promotus, *Num per Electionem & confirmationẽ, siue per promotionem in consistorio iam completam beneficia vacent Promoti l.8.d.5 c.2.n.7.* 392

Beneficia Præsulis Promoti, & si non dicantur vacare ante possessionem Episcopatus prouideri tamen possunt ib.n.8.

Absq; effectu tamen, ante possessionem adeptam ib.n.9.

Promotus ad Episcopatum non potest beneficia renunciare ib.n.12. 393

Beneficia Promoti in Episcopum possunt conferri, non expectata sententia declaratoria, neq; possessione ib.n.13.

Promotus ad Episcopatum statim tenetur beneficijs, quæ ante habebat abdicare, alias ad restitutionem fructuum obligatur ib.n.14.

Amissio Beneficiorum antea obtentorum intelligitur fieri à Promoto, nisi Papa, vt solet, dispẽsauerit ib.n.16.

Secũda limitatio non relinquendi Beneficia prius adepta, est Episcoporum promotorum in Partibus Infidelium ib.n.17.

Quod dictum est de incompossibilitate Beneficiorum præobtentorum cum Episcopatu militat etiam in Abbatijs, aliisq; huiusmodi Beneficijs ib.n.18.& 26. 394

De incompossibilitate verò cæterorum beneficio-

Digitized by Google

INDEX.

ciorum l.8.d.5.c.2.num.19.
Tertia limitatio non abdicandi beneficijs præobtentis, si Præsul à Populo non reciperetur ib. n.20.
Quarta limitatio si fructus Episcopatus excipere non possit Episcopus ib.n.21.
An dispensatio ad trimestre, vt differatur consecratio se extendat etiam ad retentionem beneficiorum antea adeptorum Promoti ib. n.22.
Num essent Pensiones, quas habebat Promotus per adeptum Episcopatum ib.n.10. 392
Quid dicendum sit de Pensione, quam acquisitam habebat Promotus in Ecclesia si illam renunciauerit ib.n.11.
Promotio Promouendus, Affertur, & expeditur scopus, & præmium Bullæ Greg.XIV. de formæ promouendi ad Cathedrales Ecclesias l.8. d.4.c.1.n.1.& 2. 366
Si Promouendus ad Episcopatum in loco, vel Vrbe existat vbi eius Ordinarios degit ad hunc defectu legati, vel Nuntij Apostolici spectat facere inquisitionem, & c.l.8.d.4.c.2.n.2.& 3. fol. 367
Si Promouendus cum sit Patria Nolanus, degat Neapoli, cuius sit inquisitionem facere, Archiepiscopi Neapolitani, an Præsulis Nolani. ib.n. 4. 368
An possit Archiepiscopus ad inquisitionem Promouendi se ingerere, quãdo hæc ad Episcopum ordinarium eius suffraganeum spectat ib.n.7.
Quid si ordinarius Promouendi, vel nollet, vel suspectus esset ipsi Promouendo, num hoc negotium ad Archiepiscopum spectaret ib.n.8.& 9.
Satis est speciale mandatum ad inquisitionem, vel processum faciendum Promouendi in Episcopum etiam prout distinguitur à singulari talis Promouendi ad talem Ecclesiam ib.nu.17. fol. 369
Si mandatum tale esset, & non specificaretur ad inquisitionem, & processum faciendum Promouendi in Episcopum specificè talem non sufficeret ib.n. 18.
Expeditur secunda Bullæ Pontificiæ pars de promotione facta à Pontifice alicuius in Episcopũ l.8.d.4.c.3.n.1. 370
Quo pacto computandi sunt gradus, intra quos si fuerit ille, qui processum condere debet Promouendi, & Promouendus debeat à se reijcere hoc negotium ib.n.2.
Refertur tertia pars constitutionis Gregor.XIV. de forma promouendi ad Episcopatum ib.nu.5. fol. 371
Quænam locorum distantia impedimentum erit ad examinandos textes iuxta præscriptionem dictæ constitutionis ib.n.6.
Quibus committitur inquisitio, seù processus promouẽdi, committitur informatio Ecclesiæ prouidendæ l.8.d.4.c.4.n.7. 373
Quid faciendum sit si in vna Prouincia, vel Regno fuerit Ecclesia, atq; in altera Promouendus ib.n.14. 374
Refertur atq; enodatur quarta pars constitutionis Greg.XIV. faciens ad personas processum conficientes Promouendi l.8.d.4.c.4.n.1. 373
Num schedula, in qua nomen, cognomen, Patria, munera, studia, & c. Promouendi adnotanda sunt ad instructionem processum facientis, ipsi processui Inserenda sit l.8.d.4.c.5.n.2. 374
Modus affertur interrogandi testes. & Num testis agnoscat Promouendum l.8.d.4.c.7.n.1. 376
Num sit eius consanguineus ib.n.2.
Cuius Ciuitatis sit. ib.n.3.
An ab Hæreticis Ortum habeat Promouendus ib.n.4.14.& 16.
An filius conceptus antequam parens in hæresim lapsus fuerit, sit inhabilis ad Episcopatum ib. n.5.
An filius Parentis suspecti de hæresi inhabilis sit ad Episcopatum ib.n.9.
Quid sentiendum, si natus fuisset de Parentibus ad fidem reuersis, vel per quos non steterit, quo minus pœnitentiam egerint ib.n.10.
Quid si parentes Promouendi in loco nati fuerint hæreticorum ib.n.11. 377
Inhabilis est ad Episcopalem dignitatem quicũq; è Parentibus ortus criminæ læsæ maiestatis humanæ notatis ib.n.12.
Sunt pariter ad huiusmodi dignitates inepti Nepotes, hæreticorum fautores ib.n.15.
De nobilitate Promouendi, eiusq; ætate, de quibus testes interrogandi sunt ib.n.17.& 18.
Num sciant testes sacris esse initiatum ordinibus Promouendum ib.n.19.
De exercitio ordinum surreptorum, ac Sacramentorum frequentia ib.n.20. 378
An sciant mores Promouendi fidem bonamque eius famam ib.n.21.
Quam præclara ornatus fide debeat esse promonendus ib.n.22.
Si Promouendus defecisset solum à confessione externa fidei adhuc reijciendus esset à dignitate ib.n.28.
Interrogandi testes de Grauitate Promouendi vbi de Grauitate in se remissiuè, ac de viro Graui ib.nu.29.
Præterea de Gradu in iure canonico, vel Theologia vbi de doctrina Præsulis ib.n.30.
An sciant si aliquid vnus Promouendus exercuerit ib.n.31.
An aliquod dederit scandalum publicum ibid. num.32.
In aliqua corporis, vel animi defectus sit nota ib.n.33.
An vtilis tali Ecclesiæ futurus sit talis Promouendus ib.n.34. 379
Ratio exarandi relatos testium depositiones ibid. nu.35.
Quæ circa promotionis praxim in Curia Romana habitum dicuntur de Episcopo, Archiepiscopis etiam, & Patriarchis competunt l.8.d.5.cap.1 n.5. 387
Quid facere teneatur Promouendus cum primũ nouerit Pontificis mentem eum volentis promouere ib. n.2. 386
Post inditum diem examinis subsequitur ipsum doctrinæ Promouendi examen, ante quod tenetur omnes, vel plerosq; adire Cardinales ib. n.3. 387
Quarta actio est commissio Processus: Quinta eiusdem confectio reliquis cum actionibus necessarijs breuiter indicatis ib.nu.4.vsq. ad 20.
Promouendus in Curia maiorem Cardinalium par-

Digitized by Google

INDEX

partem adire tenetur ib.num.21.
Quid præstare debeant Cardinales, ordinum capita, quibus tradendus est processus ib. n.22.
A quo facienda sit in Consistorio propositio, seu præconizatio ib.n.23.
Quid sit hęc præconizatio ib.n.24. 388
Inter vnum Consistorium in quo proponitur, seu præconizatur, vel alterum in quo expedienda res est intercedit confectio Schedulę, cuius proponitur forma ib.n.25.
Quænam sint iura soluenda Collegio Cardinalium, & officialibus, quæ autem ob Promouendi paupertatem, si fuerit Religiosus, condonari soleat à Papa ib.n.27. 389
Eadem seruanda est schedula, cuius nonnullum exemplū affertur, aliqua monita clausura siue per obitum prędecessoris, siue per resignationē, siue per translationem Ecclesia vacet ib.n.28. & 30.
Eodem etiam modo adiutor Episcopo cum futura successione datur ib.n.29.
Forma schedulæ faciendæ quando Promouendus est à Rege Præsentatus ib.n.31.
An Præconizatio vim habeat Electionis ib.n.32
Num Præconizato ius per præconizationē acquiritur ib n.33.
Formula promouendi negotium in secundo Consistorio secreto ib.n.34.
Ni habeant quod opponant Cardinales in secundo Consistorio à Pontifice approbantur processus, & Relatio ib.n.35. 390
Admissio propositionis à Cardinali factæ de Promouendo æquiualet confirmationi ib n.36.
Cedula firmata à Cardinali dicitur cedula Consistorialis habens cuius supplicationes expeditæ in cancellaria ib.n.37.
Formula cedulæ componenda à Vicecancellario ib.n.39.
Formula, sub qua mittitur cedula consistorialis ad Vicecancellarium ib.n.28. 389
Quænam dicitur contra schedula, vel contra cedula ib.n.40. 390
Num in Vrbe aliter possit, vel soleat promoueri in Episcopum ib.n.41.
Quando Papa absolutè proponit proponendum sibi omnino notum, &c. quæ forma cedulæ Consistorialis facienda sit ib.n.42.
Omnibus peractis in consistorio, & cedula facta, quid requiratur iure antiquo, & nouo ad ea quæ sunt Iurisdictionis exercenda ib.n.43.
Cardinales tamen hac aliorum communi regula possessionis, & ostensionis literarum non comprehenduntur quippè qui statim exercere possunt munia Episcopalia Iurisdictionis ib.n.44.
Semel, atquè iterum in Consistorio præpositus factus inhabilis ante consecrationem adhuc recipi potest l.8.d.5.c.2.n.5. 392
Propositum, Propositum ex se nullam inducit obligationem, & quare l.7.d.13.c.1.n.18. 341
Pulchritudo, Error pulchritudinis sponsæ in casu etiam notabili matrimonium non irritat l.5.d.1.c.4.n.7. 15

Q

QValitas, Qualitas, quæ intrinsecè inest semper præsumitur inesse l.5.d.1.c.2.n.12. 10
Qualitas iniuncta verbo intelligenda est secundum verbi tempus l.7.d.7.c.2.n.4. 307
Qualitates naturales, & supernaturales vnioni cur conueniunt l.8.d.6.c.3.n.4. 413
Possibilis est qualitas contraria characterem expellens in pœnam ib.n.22. 416
Emens oleum, quod falsò putabat dulce validè emit, ac sic de singulis aliarū qualitatum accidentalium erroribus l.5.d.1.c.4.n.7. 15
Qualitates facientes ad vtilitatem censentur substantiales in contractibus venditionis, emptionis, locationis, & conductionis ib.
Vendens lapidem, quem ignorat esse gemmam inuoluntariè, atquè inualidè censetur vendere. l.5.d.1.c.4.n.7.

R

RAtio, Vbicumq; eadem est Ratio, eadem esse debet Iuris dispositio l.5.d.4.c.3.n.7. 61
Ratihabitio, Episcopum Indigni ratum habentem Electionem probabilius est, quinq; concurrentibus circumstantijs, suspensione ligari l.6.d.14 c.2.n.30. 213
Ratihabitio in iure propriè significat approbationem rei proprio nomine factam ib.n.31.
Quid sit aliquid nomine alicuius factum ib.
Nomine alicuius fieri, idem in hac regula de ratihabitione est, ac eius causa fieri ib.n.33.
Ratihabitio hic debet esse approbatio delicti nomine Ratihabentis facti, vt sic etiam cognoti atq; approbati ib.n.34.
Quæ ignorantia ratihabitionem Electionis Indigni excusat ab hac censura ib.n.35.
Ratihabitio sufficienti exprimenda est signo externo ib.n.36. 214
Rector scolasticorum, Postremæ verò exceptiones de Abbatissa Imperatore, & Scolasticorum Rectore l.7.d.3.c.3.n.10. 282
Regimen Ecclesiasticum, Quis finis immediatus quiq; mediatus Ecclesiastici regiminis l.6.d.6. c.1.n.7. 118
Differentia inter ordinem naturalem, ac spiritualem, spiritualis regiminis l.6.d.8.c.2.n.2. 144
Vt in politico regimine distincta est virtus probi viri, ac probi Ciuis, & etiam in spirituali Ecclesiastico ib.n.4 145
Regula, Exempla non restringunt, Regulam, siue dispositionem l.6.d.14.c.2.n.5. 210
Quando exceptio vitiat regulam, cui adiungitur l.6.d.14.c.4.n.26. 220
In dubijs potior est causa Regulæ, quam exceptionis ib.n.27.
Regularis, Per Tridentinum electionem regularium Superiorum per vota secreta faciendum esse statuitur, alias esse nullam l.5.d.4.c.1.n.5. 58
Quid operetur Tridentinum decretum circa Regularium electionem ib.n.10. remissiuè. Vide Religiosus.
Religio, Religio bifariam sumi potest l.5.d.3.cap. vlt.n.41. 55

Re-

Digitized by Google

INDEX.

Religiosus, *Ingrediens Monasterium, vt Abbas eligeretur; idq; si protestatus esset in Abbatem eligi non potest l.7.d.13.c.1.n.25.* 342

Maiorum mos, atq; institutum vitæ communis ad Clericos postmodum tantum deinceps spectans l.6.d.4.c.1.n.12. 98

Institutum vitæ communis cur deniq; à clericis etiam demissum ib.n.13.

Religiosis omnium prohibetur, nè testamentis assistentes illa in fauorem Ecclesiarum Matricum impediant, et ad proprium deriuent: secus facientis etiam sine fraude, ac dolo peccarent mortaliter, eorumquè Superiores ad restitutionem tenerentur l.6.d.13.cap.3.num.15. fol. 183

Tenentur ad restitutionem Religiosi, vel Clerici, qui aliquem inducerent, vt iuraret, vel promitteret in eorum Ecclesia sepulturam eligere, ac præterea excommunicationem contraherent ib.n.14. 184

Quidsi Religiosi legatum impediant matricis Ecclesiæ non assistentes illi, vel testamento ibid. num.15.

Religiosi proprijs obligantur constitutionibus ad Meliores eligendos in superiores l.6.d.13.c.7. n.10.11.& 12. 199

Formula eligendi Præpositum Generalem Societatis Iesu ib.

Electio *Sacræ Scripturæ in Religiosis Conuentibus danda est Dignioribus ex Tridentino ib.*

Religiosus etiam confirmatus à Papa in aliqua administratione, à qua non possit ab Abbate amoueri, ob delictum postea factum potest, l.7. d.1.c.3.n.11. 260

Idem erit si quacumq; alia ratione conuincatur, exemptus non esse ib.

Si Religiosi transgressores suspensi fuerint debent ad victum necessarijs donari fructibus l.7.d.6. c.3.n.6. 300

Potest Episcopus, qui ad Religiosam virtam se cõtulit, alia causa, quam ob voluntarium delictũ, vel ad eundem Episcopatum, vel ad alterum eligi l.7.d.11.c.1.n.19. 325

Renunciatio, *Duo sunt Genera renunciationum l.7. d.11.c.1.nu.4.* 322

Qui proprio Præsulatui iusta de causa renunciauit, ad alterum eligi potest, nec postulari: secus si propter demeritum aliquo pacto è loco cecideriit ib.n.15. 324

Præsul de quo dubitatur, num iusta de causa sponte, vel ex delicto cesserit Ecclesiæ ad alteram poterit eligi ib.n.16.

Rescriptum, *Qui confirmationem impetrauit, tenetur eam omnis vitij expertem probare l.7.d.1. c.3.n.5.* 261

Esto quando impugnatur rescriptum ob assertionẽ falsi, spectet ad impetrãtẽ hęc probatio bo veritamen silentiũ ad impugnãtem pertinet ib.n.6.

Nonnulla sunt rescripta gratiæ, nonnulla iustitiæ, & quæ nam hæc sunt l.7.d.1.c.4.n.1. 261

Subreptitium, atq; obreptitium quoad irritationem rescriptorum sinonima sunt ib.n.3.

Rescripta gratiæ ad beneficia subreptitia ipso iure sunt nulla ib.n.6. 262

Possunt rescriptum confirmatin, &c. ex certa scientia concessa subreptitia esse l.7.d.1.cap.4. num.11.

Dolosæ subreptio petitionis vitia totum rescriptum, esto causa non fuerit totius, ex simplicitate tamen habita vitiat, quatenus eius causa fuerit ib.n.12.& 14.

Si ex dolo subreptitia sit confirmatio quoad omnia est nulla ib.

Quando aliquod scriptum impugnatur ex falsi assertione onus probandi illius sinceritatem ei incumbit, qui scriptum illud impetrauit, si autẽ ex veri taciturnitate, ei qui impugnat l.7.d.1. c.6.n.8. 270

Per rescriptum non potest Princeps præiudicare notabiliter iuri alteri quæsito l.7.d.7.c.2.nu.7. fol. 307

Distinctus est sensus diplomatis cassantis dispositionem ipsam, vel eius iam peractum effectum ib.n.8.

Resignare, *Resignans indigno Beneficium, contra iustitiam facit commutatiuam, & contra Religionem l.6.d.6.c.3.n.12.* 126

Resignãti Præsulatũ nõ satis scire literas expeditas esse Romæ, sed earũ intimatio, ac præsẽtatio præterea desideratur l.7.d.6.c.2.n.10. 299

Resignans vsquè ad intimationem literarum fructus percipere potest ib.n.11.

Resignans, *Beneficium resignans, Digno, vel Digniori, pro nostra beneficij resignandi, eius institutionis tenetur resignare, & ni faciat, peccat cõtra iustitiam, & restitutioni obnoxius erit l.6. d.13.c.7.n.29.* 203

Prælati resignationes non rit è factas, præsertim pueris nè approbent ib.n.30.

Posset Resignas aliquem bona fide præsentare Prælato cuius interest approbare, vt si iudicauerit aptum ad tali beneficium illum promoueat, ib.n.31.

Res propriæ, *Suum cuiq; pulchrum, & propriæ, quam cæterorum res magis arrideat l.5.d.3.c. vlt.n.31.* 53

Respublica, *Bona Reipub. quando sint etiam Ciuiũ l.6.d.3.c.1.n.15.* 91

Discrimen inter partitionem factam eis, qui partes actu Reipub. sunt, & eis, qui actu non sunt præsentes ib n.16.

Solueretur sanè Respublic. non statutis contra vitia pœnis, & ad virtutes præmijs l.6.d.4.c.4 n.8. 103

Restitutio, *Restitutionis obligatio consensu DD. est actus commutatiuæ iustitiæ l.6.d.1.c.1. nu.2. fol.* 72

Auctores obligantes Electores præterm ittentes Dignorem ad restitutionem, in stituta est, dicunt Ecclesiastica beneficia, vt præmia meritorum l.6.d.4.c.2.n.1. 99

In sententia D.Th. in collatione Beneficiorum cõmitti potest acceptio personarum ib.n.2.

Ex communi sententia DD. & PP. etiam non spectato humano præcepto, tenentur Electores Dignorem eligere ib.n.3. 100

Auctores non obligantes ad restitutionem Eligentes dignos, omissis Dignioribus beneficia, instituta esse docent, vt mercedem laborum ib. num.4.

Digitized by Google

INDEX

Omnes has Auctores Beneficiarij, veluti operarij conducuntur, quibus nullum est ius ibid. num. 5.

Quicumq; indignum in Episcopum promouerit, tenetur adrestitutionem præsertim Ecclesiæ, cui per coadiutorem aliquo pacto consulere debet l. 6. d. 6. c. 3. n. 1. 124

Quid sit restitutio l. 6. d. 1. c. 7. n. 9. 76

Ex damni detentione improprie dicitur oriri restituendi onus ib. n. 11. 77

Non ex debito distribuendi beneficia tanquam bona communia restituendi obligatio manat contra iniquum distributorem, sed ex pacto, & præcepto l. 6. d. 4. c. 6. n. 4. remissiue. 110

Quando irritanda est Electio, fructus restituendi sunt à perperam Electo, post sententiam reuocatiuam, antequam deberentur si esset nulla l. 6 d. 10. c. 2. n. 1. 156

Secundum varietatem opinionum pro arbitratu suo poterit Iudex non condemnare, vel condemnare male electum ad fructum restitutionem ib. n. 2.

Prima opinio eligentes ad Beneficia indignum obligat ad restitutionem faciendam Ecclesiæ l. 6. d. 11. c. 1. n. 1. 157

Extenditur hæc sententia ad magistratuum Electionem, atq; ad Cathedras ib. n. 4. & 6. 158

Alij volunt restitutionem ob indigni electionem pauperibus esse faciendam ib. n. 5.

Altera sententia docet Electionem Incapacis nullam esse in foro interno, & si in externo ob occultum impedimentum subsistat, & Promotum teneri ad se abdicandum, & Electores ad alterum eligendum ib. n. 7.

Si fuerit aliquo pacto capax Promotus Indignus, aut tenetur secundum hanc sententiam, renunciare, aut ascisere sibi adiutorem ib.

Tertia sententia restitutionem præscribit faciendarum, non solum Ecclesiæ, cui malè prouisum per Indigni promotionem, sed digno prætermisso ib. n. 8.

Ex Electione collationeq; cuiuscunq; Beneficij facta Inepto per se promanat obligatio iustitiæ l. 6. d. 11. c. 2. n. 2. 159

Per accidens potest non nunquam hæc obligatio non oriri ib. n. 3. & 19. 159. & 162

Ob iniquam Indigni Electionem ad quocunq; Beneficium obligatio nascitur restitutionis, Ecclesiæ facienda ib. n. 4. 159

Asserta restitutio facienda est Ecclesiæ in bonis eiusdem generis ib. n. 5.

Bonum spirituale per temporale, vel è contra ex se resarciri nequit ib. n. 6.

Satis non est restituere stipendium, quod indignus electus sibi comparauit ib. n. 7. 160

Electus indignus tenetur ad se abdicandum beneficio præsertim Curato, vel ad adiutorem sibi ascisendum Electores, autem, vel Promotores ad id omnino curandum ib. n. 8.

Non semper restitutio facienda est pauperibus ob indigni Promotionem ib. n. 9.

Primo loco Indignus Electus ad restituendum: secundo Electores, vel Promotores, aut ad restitutionem procurandam, aut pro viribus ad resarciendum damnum obligantur ib. n. 10. & 16. 160. & 161

Et ad stipendium alteri damdum, qui sufficiendus est loco Inepti, & ad damna secuta ex mala offi ij administratione, ob quod datũ est inepto beneficium ille, primo tenetur loco, deinceps Electores, ac Promotores ib. n. 11.

Non excusabitur, qui bona fide acceperit beneficium, cum esset Ind gnus per ignorantiam crassam iuris, qui putabat ad restitutionem non obligari ib. n. 12.

Ignoratia crassa facti, qua quis arbitraretur non esse indignum malam faceret fidem, neq; excusaret ib. n. 13.

Ex fructibus Beneficij bona fide possessis tenetur indignus restituere quantum est factus ditior deducta proprij seruitij portione l. 6. d. 11. c. 2. num. 14.

Si autem mala fide iniit beneficium, ad omnes tenetur fructus restituendos indignus à puncto, in quo iniit imò ad damnum emergens, & lucrum cessans ib. n. 15.

Non solum Ecclesiæ, verum Digno prætermisso tenetur Indignus sæpè etiam restituere ib. nu. 17. fol. 162

Ordo seruandus in hac restitutione l. 6. d. 11. cap. 2 nu. 18.

Quomodo teneantur ad restitutionem concausæ, vt Iubens Consulens, &c. ib. n. 20.

Prima opinio omnem restituendi obligationem, tum Ecclesiæ, tum Digniori prætermisso negat l. 6. d. 12. c. 1. n. 1. 163

In hac sententia scolastici suffragium Digniori denegantes non tenentur restituere l. 6. d. 12. c. 1. nu. 2.

Hac de re vix cohærenter nonnulli loquuntur ib. num. 3.

Nonnullorum inconstantia in dictis ib. n. 4.

Alter exponitur modus negandi obligationem restitutionis natam ex electione Digni omisso Digniori ib. n. 1. 164

Alius explicandi modus primam sententiam ib. num. 3.

Nullus ostenditur ib. n. 4.

Alia ratio primæ opinionis defendendæ refertur ib. n. 5.

Refellitur vltimus modus probandæ primæ sententiæ ib. n. 6.

Secunda refertur opinio l. 6. d. 12. c. 3. n. 1. 165

Ab eius Auctoribus non recte probatur. ibid. num. 2.

Difficultas restituendi digniori prætermisso à Nauarra obiecta reijcitur ib. n. 3.

Prima limitatio asserta sententiæ à nonnullis adhibita; qua vera sit tantum in Collatione beneficiorum ex concursu, oppositione atq; examine, vel absolutè curatorum ib. n. 4.

Secunda limitatio eiusdem sententiæ, qua negatur obligatio restitutionis ad electionem digni, omisso Digniori ad Episcopatum ib. nu. 5. & 10. fol. 166

Probatur, ac reijcitur prima limitatio l. 6. d. 12. c. 3 num. 6.

Reijcitur secunda limitatio ib. n. 7. & 11.

In votis omnium esse debet, vt opinio restituendi obligationem negans ob omissionem Digniorisomni careret Auctore ib. n. 8.

Merè;

Digitized by Google

INDEX.

Merito reprehenduntur sectatores opinionum aptarum ad relaxandam Christianam disciplinam absq; discrimine earum, quibus imbuendus est Populus, vel quæ post factum permittendæ l.6.d.12.c.3.n.9.

Reijcitur Nauarrus secundam limitationem approbans de Episcopis l.6.d.12.c.3.n.10.& 11.

Ex digni Electione omisso digniore ad Beneficia danda per concursum obligatio restitutionis manat l.6.d.12.c.4.n.4.

Ex innominato contractu facio vt des, probatur obligatio restitutionis vrgens Electorem Digni omisso Digniore ib.n.5.

Ex promissione non modo acceptata, sed sub conditione onerosa tenentur Electores, promotoresq. digniorem eligere ib.n.6.

Ex in legis Sacrorum Canonum,& Conciliorum competit ius Digniori ex cuius læsione nascitur obligatio restituendi ib.n.7.

Electores sunt Iudices iusta certas leges ex iustitia adiudicantes Beneficium Digniori l.6.d.12 c.4.nu.8.

Etiam si essent tantum testes curati Electores, siue ad Beneficia, siue ad Cathedras, adhuc tenerentur ex iustitia ad restitutionem, ni meliori suffragarentur ib.n.9.

Ex nullitate talis electionis onus restitutionis probatur ib.n.10.

Contraria sententia excusans Electores Apti relicto Aptiore ad Beneficium Curatum probabilitate caret, tum ob intrinseco, tum ab extrinseco ib.n.11.

Quod iudicium non Collector, sed rectus æstimator sententiarum ferat ib.n.12.

Electio digni, omisso digniore, ad quocumq; Beneficium Curatum restituendi parit obligationem ib.n.13. 170

An Cardinales peccent, teneanturque ad restitutionem si interrogati à Summo Pontifice Dignum approbent, prætermisso altero, quem sciut meliorem ib.n.14.

Peccarent tamen, atq; ad restitutionem tenerentur Cardinales efficaciter consulentes, consentientes, aut laudantes ineptum, vel indignum propositum etiam in Consistorio ad Episcopum ib.nu.15.

Quomodo tenebuntur ad restitutionem Cardinales, etiam si non fuissent causæ, sine qua non, & quotuplex hæc sit ib.n.16. 171

Quod si esset dubius aliquis Cardinalis, num fuerit causa efficax, vel inefficax, & concomitans iniquæ Electionis ib.n.17.

Etiam si maior esset propensio ad existimandum causam fuisse malæ Electionis, si tamen remaneret Cardinalis aliquis dubius non teneretur restituere ib.n.18.

Peccarent Cardinales etiam si non fuissent causæ praue Electionis, eum si approbarent ibid. nu.19.

Quando per ratihabitionem Cardinales incurrent obligationem restituendi ib.n.20.

Explicatur vndecima regula iuris in sexto ratihabitionem retrotrahi,& c.l.6.d.12.c.4.nu.21. fol. 171

Ad onus restituendi contrahendum ex causis influentibus in damnum, si ex officio teneantur non requiritur dolus ib.n.22.

Tacendo Cardinales in Consistorio peccabunt,& tenebuntur ad restitutionem si indignus eligatur ib.n.13.

Electio digni, omisso digniore, ad Beneficia maioris momenti secundario in bonum Eligendorum relata, ad restitutionem obligat l.6.d.12. c.5.n.1. 172

Quod etiam verum in singulis electionibus ad singula horum beneficiorum ib.n.2.

Electio Digni, Digniore relicto, ad Reliqua simplicia beneficia non parit obligationem iustitiæ ib.n.3.

Per accidens excusari potest ab onere restitutionis, qui digniorem omisit l.6.d.12.c.5.num.5. fol. 173

Electores, Promotoresq; vt immediatius iniquam causarunt electionem, vel Promotionem digni omisso digniore obligandi sunt ad restitutionem l.6.d.12,c.7.n.6. 176

Falsum est non fieri solere huiusmodi restitutiones, nec refert etiam si non fierent, cum vsus, contra ius naturale sit abusus ib.nu.7.

Hac lege tenetur etiam Summus Pontifex ibid. num.9.

Quid faciendum in casu corruptæ Ecclesiæ ibid. nu 9.

Si dignus electus dubius fuerit num meliores hic, & nunc existant,& consequenter, num Electores, vel Prælatus iniustè elegerint poterint sententiam sequi Electorem, vel Prælati ib.n.11.

Potest dignus bona fide se exponere examen absq; restituendi obligatione l.6.d.12.cap.7.nu.12. fol. 177

Quod à Collatoribus licite potest fieri, & acceptari petì etiam potest: secus verò per petitionem acceptationem præces, vel alias rationes si iniustè Electores, vel Promotores id præstituri essent ib.n.15.

Quamuis etiam, tacito Ecclesiæ consensu, ius acquirat in re dignus per electionem, onus tamen subit restituendi digniori l.6.d.12.c.8.num.3. fol. 188

Differentia inter Electionem beneficiorum Ecclesiasticorum factam à Patrono Rege,& electionem officiorum sæcularium l.6,d.12.cap.8. num.5.

Quomodo restitutio facienda sit multis Dignioribus prætermissis ib.n.10. 179

An impediens aliquem à consequutione alicuius boni teneatur ad restitutionem l.6.d.13.c.1.n.1. fol. 179

Soti refertur opinio l.6.d.13.c.1.n.4.

Restituente magis principali, vt Indigni Collator, vel Electus, non teneatur minus principalis, vt tutor, consulror, &c. quibus compensanda est facta alioquin restitutio l.6.d.13.c.2.nu.9. fol. 181

Si quis absque dolo, malisque artibus Indignum, vt Digno faueant dignum, vt Digniori, vel æque dignum impedit, non tenetur restituere ib. n.10.

An ex odio, vel alio affectu impediens quempiam à consequutione Boni minimè debiti, teneatur ad restitutionem l.6.d.13.c.3.n.1. 182

Digitized by Google

INDEX.

Quando quis aliàs contra iustitiam non faceret, neque ad restitutionem teneretur, cuiuscunque Boni collationem impediendo, siue ex odio, siue non postmodum id præstaret, contra iustitiã non peccaret, ad restitutionem, nec teneretur ib. n. 2.

Motuum actus interni licet, sit ex iustitia in dãnum inferatur externum non parit obligationẽ Iustitiæ ib. n. 3.

Qui sine vi, dolo, aliisque malis artibus impedimento alicui est, ne bonum ei minimè debitus consequatur neque contra iustitiam facit neq; ad restitutionem tenetur ib. n. 6.

Impedimentum, nè, cui donum in debitum detur absq; malis artibus, si ex recto pònatur motiuo, actus erit virtutis, vt vitij si à malo ib. n. 8. fol. 183

Ex conscientia erronea putans, quis contra iustitiam facere impodiendo, sine fraude quempiam à consequutione boni ei non debiti, peccaret interne contra iustitiam absq; onere tamen restitutionis ib. n. 9.

Potest quis, & licitè, & illicitè quempiam impedire à consequutione beneficij indebiti, sine restitutionis obligatione ib. n. 10.

Qui absque vi, fraude, aliisque malis artibus quempiam impedirct, ne cognosceretur ab Episcopo, à quo cognitus haberet beneficium, & aliàs indebitum, ad restitutionem non teneretur, nisi Impeditus, cæteris indignis, fuisset solus dignus, vel solus dignior ad beneficium curatum, vel ex concursu non aliàs dandum ibid. num. 11.

Religiosis omninò prohibetur, nè testamentis assistentes illa in fauorem Ecclesiarum matrium impediant, ad propriam deriuantes, & secus facientes etiam sine fraude, ac dolo peccarent mortaliter, eorumq; superiores ad restitutionẽ teneatur ib. n. 13.

Tenentur ad restitutionem Religiosi, vel clerici, qui aliquem induceret, vt curaret, vel promitteret in eorum Ecclesia sepulturam eligere, ac præterea excommunicationem contraherent ib. n. 14. 184

Quid si Religiosi legatum impediant matricis Ecclesiæ non assistentes illi, vel eorum testamento ib. n. 15.

Qui dolo fraude, aliisq; malis artibus apud dantem, vel conferentem impedit dignum à bono ei non debito, dando tamen ex libera voluntate, decretoq; Collatoris peccat contrà iustitiam ac tenetur restituere ib. n. 16.

Quomodo alicui sit ius ad rem ei non debitam ibid.

Qui etiam malis artibus Indignum impediuit ex præcisa ratione impedimenti, non peccat contra iustitiam neque tenetur ad restitutionem ib. n. 18.

Peccaret autem alio pacto ib. n. 19.

Impediens Dignum à consequutione Beneficij simplicis, aut maioris momenti, malis tamen artibus, etiam in fauorem Dignioris, peccaret contra iustitiam, & teneretur restituere, secus autem esset si identidem huiusmodi Electio fieret in detrimentum dignioris l. 6. d. 13. c. 3. n. 20. 185

Qui rusticum impedit malis artibus, ne suum exequatur munus, tenetur de salario, vbi similes soluuntur casus ib. n. 21.

Quantitas huiusmodi restitutionem, tum ex firmitate decreti volentis tali bono quempiam donare: tum ab expeditione maiori, vel minori ipsiusmet donantis, vel Promouendi pensanda est ib. n. 22.

Qui digno à bono acquirendo impedit impedimento illicito, ac doloso peccat contra iustitiam, ac tenetur restituere; secus autem si impeditus fuerit Indignus ib. n. 24.

Impediens aliquem, modo Indignus non sit à consequutione Beneficij simplicis, malis artibus, etiam, vt detur alteri Digno, peccat contra iustitiam, ac tenetnr restituere ib.

Malis artibus, quodcumq; Beneficium Impediens, nè daretur Digno, etiam dandum Digniori, peccaret contra iustitiam, & ad restitutionem teneretur ib. n. 25.

Instar Principalis Beneficij ni mirum candidati, de eius procuratore sentiendum est, quoad impedimentum iustè, vel iniustè illatum, ex quo deducendum est restitutionis onus l. 6. d. 13. c. 3. n. 26.

Falsa est regula excusans à restitutione quemcũq; qui aliquem impedit à bono consequendo, alias ei indebitum ib. nu. 27.

Quantitas restitutionis huiusmodi spe acquirendi bona quia impeditur, deducenda est ibid. num. 28.

Inter malas artes, impedimenti adornandi, meritò importunæ connumerantur Præces ibid. num. 29.

In has malas artes, num reseratio connumeranda sit literarum vacationis beneficij ib. n. 30. relatiuè.

Num asserta solutio facienda sit insolidum l. 6. d. 13. c. 3. n. 30. relatiuè.

Impediens aliquem etiam artibus aliàs non malis apud collatorem à consequutione boni debiti ex iustitia contra illam peccat, ac restitutione tenetur l. 6. d. 13. c. 4. n. 2. 187

Regula generalis est duo expetens ad hanc restitutionem, vt bonum ex iustitia aliquo pacto sit debitum, & voluntas seruandi hoc ius, vel formalis, vel virtualis in propensione conferentis ib. n. 3.

Ius impediti absque voluntate, vel decreto conferendi ei bonum, vel dispositione, vel propensione ad illum collationem, vt causa se habet nõ applicata ib. n. 5. 188

Ex sententia auctoris nõ semper voluntas actualis impediti dantis, requiritur ad hanc restitutionem, sed satit est propensio, ac dispositio conferentis, & ius impediti ib. n. 6.

Qui malis impediret artibus apud Collatorem quempiam, cui bonum erat debitum absq; dubio contra iustitiam faceret ib. n. 7.

Qui, vel malis artibus, vel etiam precibus, vel ex odio, vel ex altero motiuo impediret Dignum collatum cum indigno, vel digniorem à beneficio curato ex concursu dandum, aut in præmium institutum, peccaret contra iustitiam teneturq; restituere ib. d. 8. & 15.

Non modo, qui precibus, sed qui etiam malis artibus

Digitized by Google

INDEX.

tibus impedit electionem minus digni, vt detur Digniori non facit contra iustitiam ex se, neque tenetur restituere ib.n.9. 189
Secus de officijs sæcularibus, si dignis tamen danda sint, sentiendum est ib. n.10.
Capita est quibus decernenda est quantitas huius restitutionis faciendæ ib.n.11.
Insolidum tenetur impediens quempiam ab assequutione boni ei debiti ib.n.12.
Si multi fuissent digniores prætermissi, quos impedisti, singulis tenebris, quantiicuiusq; spes, prudentis iudicio extimabitur ib.n.13.
Quo loco facienda sit restitutio ob impedimentũ boni, mox alteri dandi ib.n.14.
Etiam qui est aptus impedit tamen digniorem, ne beneficium consequatur, tenetur restituere ib.nu.15. 190
In eo autem casu in quo licet Digno se exponere, ac petere beneficium, non tenebitur illud nactus restituere ib.nu.16. 193
Qui malis artibus per impedimentum apud eundem adornatum, cui ius erat ad bonum destinatum, ac debitum, impedit, restituere tenetur ib.n.17.
Secus si medijslicitis ib.
Excessus ob quem Dignior dicendus, ex cuius omissione nascitur obligatio restituendi, notabilis esse debet, tum ex parte Promoti, tum ex parte beneficij, etiam in honore, ac dignitate, alioquin, nec peccatur mortaliter à Iurante, meliorem eligere, neq; ab Eligente l.6.d.13.c.7 n.2. 196
Rex, *Rex Galliæ sex habet menses ad nominandum l.8.d.2.c.4.n.5.*
Regi scienti, neq; quadrimestre currit l.8.d.2.c.4. num.17.
Quo tenentur Iure Reges, alijq; Duces ad spolia militibus diuidenda l.6.d.3.c.1.n 18. 91
Rex, siuè Pontifex indignum in Episcopum promouens, tenetur Ecclesiæ coadiutoram idoneũ dare l.6.d 11.c 1.n.3. 158
Reges; Prælatiq; omnes non promouentes meliores ad beneficia curata, maioriſq; momenti, quos morali diligentia possent habere, peccant mortaliter contra iustitiam l.6.d.13.c.7.nu.6. fol. 197
Quomodo Reges ad præsentandum in Curia Procuratores constituant l.8.d.2.c.3.n.12. 353
Potest constitui Procurator ad præsentationem faciendam Ecclesiæ mox vacaturæ ex renunciatione, translatione, vel priuatione, &c. ib. n.13.
Rochettus, *Quando admissa cedula lineo Rochetto Pontifex Maximus donat Promotum l.8.d.5. c.2.n.1.* 391

S

SAcramentum, *Quomodo ad redimendam vexationem pro Sacramentorum vsu possit pecunia dari l.5.d.3.c.5.n.4.* 38
Affertur ratio cur validè Sacramenta, intercedente symonia conferantur, cum Electio ex symonia nulla sit l.5.d.3.c.vlt.n.17. 51
In omnibus ferè Sacramentis eiusdem ministri est adhibere materiam, & proferre formam l.8.d. 9.c.2.n.6. 421
Quotuplex Sacramentum sumatur lib.8.d.10.c.3. n.1. 429
Episcopatus, qua coniugium spirituale aliquam habet rationem Sacramenti ib.n.2.
Sacerdotium, *Christi Sacerdotium est æternum, secus nostrum l.8.d.7.c.3.n.20.* 416
Sacerdotalis potestas potius videtur dispositio, quam concausa ad ordinandos præsbiteros, vel ad Christianos cõfirmãdos l.8.d.8.c.3.n.3. 416
Sacrista Thesaurarius, & Custos, *Quod nam sit officium Sacristæ Thesaurij, vel Custodis l.6.d.4. c.3.n.7.* 101
Sanctificatio, *Ratio imaginis, et Sanctificationis, ac characteris in nobis est l.8.d.7.c.2.n.5.* 408
Scientia, *Defectus scientiæ totalis nullam reddit Electionem l.6.d.9.c.3.n.8.* 149
Nec titulus coloratus suffragatur Episcopo prorsus illicitè rato. secus si mediocri fuerit ornatus doctrina ib.n.9 & 10.
Num Beneficiarij indocti regula gaudeant de Triennali pensione ib.n.10. remissiuè.
Qui scientiæ defectus irritat Episcopi Electionem ib.n.11.
Confirmatio ex certa scientia dispensatio dicitur l.7.d.1.c.3.n.4. 260
Quomodo ars, & scientia se habeant ad suum obiectum l.7.d.3.c.1.n.4. 278
Quomodo probanda sit scientia præsentationis de vacatione Beneficij l.8 d.2.c.4.n.11.
Non desideratur clausula in rescripto, vel alio simili ex certa scientia ad scientiam Principis probandam, ex qua illud sit datum l 7.d.1.c.3. n.1. 259
Primus modus probandi scientiam in Principe ex tenore expressò rei confirmandæ ib.n.7. 260
Secunda ex clausula ex certa scientia, *licet aliàs non necessaria ib.n.8.*
Quamuis ex certa scientia fiat aliquod rescriptũ, vel confirmatio, si fuerit subreptitia, vt potest aliquando esse, nihil operatur ib.n.9.
Clausula. ex certa scientia, *ad præterita, non autẽ ad futura de nouo emergentia debet intelligi ib.n.10.*
Tertius modus probandi scientiam Papæ confirmantis, si facta sit in literis mentio, de Decretali porrecta de confirmatione *ib.n.12.*
Quartus, cum secunda Principis instet iussio ibid. n.13.
Symonia, *Post Extrauagantem Pauli II. pœnæ de facto contrahuntur ipso iure prò symonia l.5.d. 3.c.1.n.1.* 27
Ad pœnas incurrendas in symoniacos sanctas, non satis est mentalis, vel conuentionalis symonia ib.n.3.
Primum argumentum desumptum ex translatione Dominij, quæ fit per electionem l.5.d.3.c. 2.n.2.
Symonia, neq; vt peccatum, neq; vt tale peccatũ tollit potestatem dominij transferendi l.5.d.3. c.2.n.9. 29
Omnis electio ad Episcopatum per symoniam saltem realem, siuè occultam, siuè publicam habita, iure Ecclesiastico est irrita l.5.d.3.c.3. n.3. 30

Digitized by Google

INDEX.

Sequitur obligatio restituendi ex hac collatione inualida ib.n.4.
Omnis venditio rerum spiritualium, vel commutatio pro pretio temporali spectata ratione tantum supernaturali.est symonia iure naturali l.5.d.3.c.4.n.1. 34
Probatur nulla,iure diuino naturali,venditio rerum Sacrarum ex varijs textibus l.5.d.3.c.4. nu.9. 35
Ex iure diuino naturali resultat obligatio restituendi in huiusmodi emptionibus ib.n.10.
Non potest Papa facere,vt quod iure naturali diuino symoniacum est,tale non sit ib.n.13.
Ecclesiasticum Beneficium formaliter consideratum,quatenus est ius fructuum ex officio Sacro debitorum,iure Diuino, est inuendibile ib.n.14. fol. 36
Ecclesiasticum Beneficium materialiter perspectam, vt ius ad fructus, non considerato eius subiecto,causa.vel essentia, vnde quasi manat, à Papa saltem est vendibile ib.n.15.
Qui vendit quidpiam conflatum ex spirituali, ac temporali ex præsumptione censetur vtrumq; vendere ib.n.19.
Beneficium secundum temporale vendere,vel pecunia alienare est symonia secundum Ecclesiasticum ius ib.n.20. 37
Symoniæ mentali Intrinseca est malitia,non secus æ mendacio atq; adulterio l.5.d.3.c.5.num.1. fol. 38
Symonia formaliter sumpta nullo pacto est licita, materialiter autem acceptam,concedere,dedecere diuinam sapientiam, & maiestatem ib.n. 2.& 3.
Quomodo ad redimendam vexationem pro Sacramentorum vsu possit pecunia dari ib.n.4.
Ex symonia contra ius naturale diuinum oritur obligatio restituendi,necnon restituendi,nec nō restitutio fructuum ib.n.5.& 6.
Quomodo Præsulatus alienatio per pecuniam sit contra naturale ius diuinum,& quando contra ius Ecclesiasticum ib.n.7.
Promissione suffragij ad Episcopatus electionem non incurritur symonia ib.n.8,
Conuentio cum familiari Pontificis consentiendi in pensionem à Papa imponēdam super Episcopatum ipsius familiaris ope impetratū, realis symonia est ib.n.10. 39
Si quis ex pacto Neapoli amicum Romæ degentem de vacanti Ecclesia moneret, licet hic natus illam Cathedralem,grati animi ergo super eam procuraret pensionem amico,à quo certior factus est dandam,symoniam non committeret ib.n.11.
Res permanentes sacræ symoniæ acquisitæ,inualidè,& cum onere habentur restitutionis ib.n.12
Ius Patronatus, vt quid spirituale inuendibile est omni iure,& contractus talis nullus,et restitutioni obnoxius ib.n.13.
Ex venditione suo emptione pensionis,saltem clericalis, nisi authoritate fiat Papæ symonia committitur ib.n.14.
Symonia ex pensione, vel iure patronato, excommunicationem non inducit ib.n.15. 40
Non nunquam symonia intercedit iure saltem Ecclesiastico,licèt non commissa ab Eligendo, vel Electo ad Beneficium ib.n.17.
Sciens symoniam,committi, nec iure dissentiens Promotus censetur eam commisisse ib.n.18.
Sciens atq; expresè contradicens, nè pecunia intercedat quando Electus non erit symoniacus ib.n.19.
Et si electoris, aut alterius negotium gerentis symoniæ rupugnet, ni præstet id efficaciter Electus eius particeps erit,inualidaq; erit collatio ib.n.20.
Si merè se habeat ignoranter electus symoniæ ab alio commissæ,probabilius est,iure Ecclesiastico eius electionem non esse irritam,sed irritandam ib.n.21.
Licet iure naturæ non teneretur renunciare, vel se abdicare Beneficio,neq; fructus restituere ignorans symoniam in eo commissam, tenetur tamen iure Ecclesiastico,vbi scruerit, etiam non expectata sententia ib.n.22.
Dummodo pecunia Electi ignorantis non esset in odium,& damnum data ib.n.23. 42
In Ignorantem symoniam commissam, & bona fide beneficium possidentem, per triennū actio non potest admitti,neq.lis ib.n.24.
Ignorans symoniam à Tertio commissam si acerbis verbis ob dubium,suspicionemq; vel ad cautelam scribi egerit,neq; censendus est symoniacus,neq; electio irrita ib.n.25.
Qui expers est symoniæ ab alio commissæ, etsi in eā uerbi serijs egisset,si tamē antequā beneficiū obtineat pecuniam ab eo solutam compensat, symoniam contrahit,redditq; nullam electionē per retractionem ib.n.26.
Per obtentum autem beneficium expers aliàs symoniæ si pecuniam restituat à tertia persona symoniaci solutam ex liberalitate, vel alio bono motiuo non inficiet se symonia,secus si eam soluat, quasi factum symoniarum approbans ib.n.27.
Papa symoniacus non potest censuras subire latas in symoniacos ib.n.28.
Censuras in symoniacos statutas non contrahet, quis cum Pontifice symoniacè agens ib.n.29.
Incurrere symoniam iure diuino naturali prohibitam potest Summus Pontifex;imò grauiorē pro ratione maioris dignitatis ib.n.31.
Potest etiam Papa peccato se inficere symoniæ solo iure Ecclesiastico prohibitæ ib.n.32.
Dispensatio absq; causa in symonia Ecclesiastica ex se est peccatum mortale cōtra Religionem, vt est eius vsus illicitus l.5.d.3.c.6.n.25. 47
Vendibile non est beneficium Ecclesiasticum, aut Episcopatus, & qua ratione id habet iure naturali,atq; Ecclesiastico l.5.d.3.cap.vlt.nu.1. fol. 49
Venditio granorum benedictorum est inualida ib. num.2.
Symonia iure naturali diuino minimè referenda est in solam extrinsecam Dei voluntatem ibid. num.3.
Per ea verba Gratis accepistis, &c. non modus accidentalis præcipitur ib.n.4.
Lex symoniæ vtrunq; obligat vendentem, atquè ementem rem sacram secus lex vsurarum,quæ mutuatarium,vt sic non obligat ib.n.6.
Contractus symoniacus,& defectu materiæ ex se,

&

Digitized by Google

INDEX.

& Dominij, & authoritate Ecclesiæ nullus est ib.n.18. §2
Res spiritualis pretio accepta restituenda est ab occupante, & pretium à vendente ib.n.29. §3
Vsura, & symonia iure diuino prohibita pari passu procedunt ib.n.44. §5
Vsura, & symonia iure Ecclesiastico prohibita eodem non se habent modo ib.n.45. §6
Cur symoniacus per symoniam Ecclesiasticam nō intercedente pacto ad restitutionem non teneatur ex cap.cit. vt vsurarius, etiam excluso pacto, accepta pecunia, teneatur ib.n.46.
Quomodo absq; symonia redimi potest impedimēti vexatio in spiritualibus ib.n.47.
Etiam ante electionem, si vi impediaris, poteris eam auertere pecunia ib.n.48.
Ad proximi declinandas incurias, quæ aliter propulsari non possunt, contra eius electionem licet pecunia vti ib.n.50.
Ad auertendam electionem Indigni licet aurum dare ib.n.51.
Etiam ad electionem vnius digni tantum existētis ib.n.52. §7
Pluribus existentibus dignis pro vno certo non licet, sed pro incerto, ne Indignus eligatur, nummos offerre, ac dare l.5.d.3.cap.vlt.n.53. fol. §7
Soluitur vltimum Argumentum de Summi Pōtificis electione ib.n.54.
Excommunicatio ob symoniacam electionem, eam ex se sufficiens est irritare, nisi ob ignorantiam excusetur l.6.d.14.c.1.nu.2. 206
Extenditur hæc excommunicatio, ad conferentes, acquirentes, necnon mediatores l.6.d.14.c.1.n.3.
Nulla propria incurritur suspensio ob symoniacā Electionem, siuè promotionem ad Beneficia, vel dignitatem ib.n.4.& 5. 207
Nulla in Iure lata suspensio inuenitur aduersus symoniacè conferentes Beneficia l.6.d.14.c.1.nu.6.
Per symoniam in Electione ad Episcopatum Iuris Infamia incurritur, quæ ni dispensatione tollatur irregularitatem inducit ib.nu.7.& 12.
Asserta infamia non est facti, neq; canonica, sed Iuris ib.nu.8.9.& 10.
Infamia facti non est pœna Iuris, neq; à Principe tollitur ib.
Allata infamia in symoniacum æquiparatur aliquo crimini læsæ maiestatis, à Principe legitimo dispensanda ib.n.11 & 15.
Non tamen incurritur hæc Infamia ipso facto, sed post sententiam definitiuam l.6.d.14.c.1.n.12.& 13.
Constitutio odiosa in dubio ferenda, & non latæ sententiæ censenda est ib.n.15.
Ante sententiam assertam, accusatione præcedente, processus faciendus est; nam ex denunciatione nata sententia non inducit infamiam ib.nu.14.
Probabilius est hæreticum infamiæ pœna non affici nisi post iudicis sententiam declarantem esse hæreticum, idemq; sentiendum est de symoniaco ib.n.1.
Contra symoniacos depositio, tum à Beneficio, tum à dignitate sancita est, quæ non incurretur ni post sententiam ib.n.17.& 18. 208
Quid sit hæc depositio ib.n.19. remissiuè.
An à Iudice semper, vel quando imponenda hæc sit pœna ib.n.20. remissiuè.
Singularitas, Peccatum, quo quis peccare falso dicitur, valida vtens dispensatione, perperam asseritur esse singularitatis, & insolentiæ l.5.d.3.c.6.nu.24.
Societas Iesu, Forma eligendi Generalem Societatis Iesu l.6.d.13.c.7.n.11. 196
Sollemnitas, Defectus sollemnitatis accidentalis non inualidat actum l.7.dis.5.cap. 2.num.16. fol. 295
Solum, Per clausulam solum, quid à dispositione textus excludatur l.5.d.3.cap.vltim. num.38. fol. §4
Particula, seu clausula taxatiua solum non semper correctionem operatur iuris l.5.d.3.c.vlt. num.39.
Sotus, Sotus difficultate præssus argumenti canonis sensum euertit ib.n.31.
Arguitur falsitatis Sotus, quòd cap. Quoniam, & Mandato de symonia dicat ex concilio Constantiense desumptos ib.n.33.
A Soto casus ipsius textus falso exponitur l.5.d.3.c.vlt.n.37.
Spoliare, Nullus propria authoritate spoliare potest quemcumquè l.7.d.5.c.2.n.3. 294
Subditus, Absquè rationabili tamen causa docent nonnulli Principem validè dispensare; subditum tamen ea vtentem dispensatione valida peccaturum l.5.d.3.c.6.n.5. 44
Subreptitium, obreptitium, Subreptitium, atq; obreptitium, quoad irritationem rescriptorum sinonyma sunt l.7.d.1.c.4.n.3. 261
Subreptio, De certitudine requisita ad subreptionem annullantem rescriptuum secundum sententiam Abbatis l.7.d.1.c.4.n.19. 263
Quacunquè ratione notoria sit subreptio ex speciebus assignatis satis est ad nullitatem ib.nu.21. ibid.
Suffragium, Modus quo Papa, & Prælati per modum suffragij concedunt pro defunctis Indulgentias declaratur l.7.d.4.c.4.n.16. 291
Superior Religionis, Religiosi propriis obligantur constitutionibus ad meliores eligendos in Superiores l.6.d.13.c.7.n.10.11.& 12. 199
Forma eligendi Præpositum Generalem Societatis ib.n.11.
Lectio Sacræ Scripturæ in Religiosis Conuentibus danda est Dignioribus, ex Tridentino ib.nu.12.
Nemo potest suum iudicare Superiorem l.7.d.7.c.1.n.5. 306
Suspensio, Nulla propria incurritur suspensio ob symoniacam Electionem, siuè Promotionem ad beneficia, vel dignitatem l.6.d.14.c.1.n.4.& 5. 207
Nulla in Iure lata suspensio inuenitur aduersus symoniacè Conferentes Beneficia l.6.d.14.c.4.n.6.
Suspensio à fructibus, comprehendit etiam distributiones l.7.d.6.c.3.n.3. 300

Di-

Digitized by Google

INDEX.

Distincta est suspensio, qua non singulos sigillatim, sed quatenus vnum constituentes corpus afficit ab ea, quæ singulos sigillatim punit ib. num. 4.

Suspensio contra Capitulum Imposita etiam contra singulas de Capitulo personas sigillatim acceptas censetur statuta ib. n. 5.

Si fuerint Religiosi transgressores suspensi, debent ad victum necessarijs donari fructibus l. 7. d. 6. c. 3. nu. 6.

T

TAcens, *Tacens in re sibi fauorabili consentire videtur l. 6. d. 16. c. 3. n. 15.* 245

Vide silentium.

Taciturnitas, *Quando censendus est sola taciturnitate, quis consensisse l. 6. disp. 14. cap. 2. num. 29. fol.* 213

Temperantia, *Paritas temperantiæ nulla est ad rem, neque eadem actu numero, siue Temperantia, siue distributiua iustitia vitium oppositum euertunt l. 6. d. 1. c. 7. n. 15.*

Tempus, *Trimestræ computandum est ex obitus die Prælati vita functi l. 6. d. 15. cap. 2. num. 2. fol.* 231

Ab hora mortis Antistitis defuncti currit tempus trimestris ib. n. 3.

Vltimus trimestris dies est illius vltimus terminus, ac finis ib. nu. 4.

Menses computandi ratione, qua currunt in calendario ib. n. 5. 232

Exemplum Lambertini, & Sanchez reijcitur ib. num. 6.

Quomodo computandum trimestre, quod finitur in bisextili anno ex speciali Auctores opinione ib. num. 7.

An ad decimum sextum annum Nouitiatus, & ad vigesimum quintum minoris ætatis, qui finirentur sexto Kal. Martij Intercalaris anni, desideretur decimus quintus Februarij dies, qui repetitus in hoc ipso anno sextus etiam dicitur Kal. Martij ib. n. 8.

Quid sentiendum sit de anno nouitiatus Religiosorum si bisextilis fuerit, cuius finis sextus Kal. Martij dies erit ex peculiari Auctoris doctrina ib. n. 9.

Tempus ad electionem faciendam datum est quidem vtile, & dierum efficacium ib. num. 10. fol. 233

Intercedente iusto impedimento in hoc, trimestri non est petenda restitutio in integrum ab Electoribus ib. n. 11.

Siue à Principio, siue inchoato iam trimestri proueniens impedimẽtum cursum semper impedit ib. n. 12.

In summam omnes temporis termini ad prouisionem Ecclesiarum, & beneficiorum rediguntur l. 6. d. 16. c. 1. n. 12. 240

A quo die initium sit sumendum temporis quo debeat negligentiæ conuinci Præsentans l. 8. d. 2. c. 4. n. 8. 356

Quomodo dies à quo tempus hoc mensurandum erit potius à vacatione, quã à notitia desumendum sit vacationis ib. n. 12. 357

Quomodo in concordia reuocari possunt discordes sententiæ docentes tempus præsentationis à die obitus, vel notitiæ vacationis Ecclesiæ computandum esse ib. n. 16. ibid.

Territorium, *Delinquens censuram subibit vigentem in Territorio vbi consumatum, non autem vbi incæptum est delictum l. 6. d. 14. c. 2. nu. 12. fol.* 211

Ratione autem delicti, quoad reliquas pœnas sit subditus reus, tum in Territorio vbi inchoatum, tum vbi consumatum fuerit l. 6. d. 13. c. 2. n. 13.

Testamentum, *Quamcumquè donationem legatum testamentum impedire sine fraude, dolo, &c. ex se non est peccatum lib. 6. disp. 13. cap. 3. num. 12. fol.* 183

Testamentum cum scientia, vel præsentia Principis factum, quodcumquè superat l. 7. d. 1. c. 2. n. 16. 258

Testator, *Cum testator pauperibus, aliquos non determinans, reliquit aliquid, quando hæredis, quando Episcopi interierit illos designare l. 6. d. 13. c. 7. n. 34.* 204

Ex coniecturis voluntas cõligitur Testatoris l. 7. d. 1. c. 3. n. 1. 259

Testes, *Quænam esse debent qualitates testium l. 8. d. 4. c. 6. n. 1.* 375

Timor, *Quotuplex sit metus l. 5. d. 2. cap. 1. num. 1. fol.* 19

Quæ requiruntur ad metum grauem dignoscendũ ib. nu. 2.

Bene declarantur ab Aristotile ib. n. 3.

Num metus, quo quis cum veniali culpa aliquid facit censendus sit grauis ib. n. 4.

Qualis sit metus ab intrinseco, qualis ab extrinseco ib. num. 5.

Metus à tertio incussus, quomodo noceat electioni ib. n. 6. 20

Metus actum externum causare potest, non internum l. 5. d. 2. c. 2. n. 8. 22

Non rectè communi consultum esset bono si nefarij Intelligerent facta ex metu esse valida ib.

Vide metum.

Titulus coloratus, *Nec titulus coloratus suffragatur Episcopo prorsus illeterato, secus si mediocri fuerit ornatus doctrina l. 6. d. 9. c. 3. nu. 9. & 10.* 149

Num Beneficiarij indocti regula gaudeant de triennali pensione ib.

Translatio, *A die quo à Papa Præsul est vinculo solutus Ecclesiæ, à qua transfertur, eique constiterit, abstinere tenetur ab exercitio Iurisdictionis, quod competit capitulo l. 7. d. 6. c. 5. nu. 11. fol.* 304

An vnius Ecclesiæ Præsul ad alterius Regimen sit eligendus, vel postulandus l. 7. d. 11. c. 1. per totum.

Episcopus vnius Ecclesiæ ad alteram postulatus, neq; consentire, neq; dissentire debet ante confirmationem l. 7. d. 13. c. 1. n. 28.

Episcopus ad alteram transferri potest Ecclesiam etiam inuitus ib. n. 25. 342

De examine habendo ad translationem Episcopi ab vna Ecclesia ad alteram l. 8. d. 4. c. 10. nu. 1. vsq; ad 8. Inclusiuè. 381

Digitized by Google

INDEX.

Tributum, *Qua ratione dantur tributa, simili etiam per locum, & beneficia l.6.d.4.c.5.n.11.*

Tutor, *Nec rectè cum Episcopo tutor comparatur l.7.d.5.c.3.n.4.*

Quid sentiendum sit cum nominatur tutor l.8.d.4 c.3.n.23. 372

V

VAcatio Ecclesiæ, *Vacatio Ecclesiæ censetur durare vsq; ad confirmationem Præsulis l.7.d.5.c.2.n.6.* 395

Variatio, *Ratio cur prohibita sit variatio, publicato scrutinio, partim ex Electo, partim ex Electoribus, partim ex scrutinio l.6.d.17.cap.2.num.5. fol.* 251

Variatio fundat præsumptionē discessus à veritate, atq; absolutè reprehensibilis ib.n.6.

Intra trimestre à Iure concessum à non publicato scrutinio in foro externo recedi potest ibid. num.7.

Sapientis est mutare consilium in melius ibid. num.8.

Secundum ius naturale, forumque internum, non licet variare à scrutinio peracto, sine vrgenti causa, etiam intra trimestre ib.n.9. 252

Fundamentum distinctionis fori externi, & interni in re nostra ib.n.10.

Variatio est licita quando ius nullum est quæsitū l.7.d.13.c.1.n.19. 341

Omnibus variatio est turpis, verum Ecclesiasticis ex se turpissima ib.n.20.

Vasallus, *meritò fundo priuatur, in quo malè versatur l.6.d.14.c.2.n.42.*

Vas, *Vasa Sacra, & respectum ad Sacrificia, dicunt, & quatenus consecrata aliquo pacto spiritualia dici possunt lib.8.d.1.cap.4.num.6. fol.* 348

Vendere, *Volenti triticum sasso contentum emere, si obcrudatur ordeum non est voluntaria emptio, nec valida l.5.d.1.c.4.n.14.* 16

Ex emptione mutui transfertur dominium in mutuarium l.5.d.3.c.2.n.7. 29

Valida est officiorum venditio l.5.d.3.c.5.nu.16. fol. 40

Verbum, *Vnum, & idem verbum respectu diuersorum propriè, & impropriè sumi potest l.7.d.3. c.2.n.8.* 280

Realitas actus magis inspicienda est, quam verborum l.7.d.9.c.1.nu.11. 315

Verborum proprietas non est deserenda, cum cōstet de mente Legislatoris l.7.d.12.c.1. nu.11. fol. 333

Proprietas verborum semper seruanda est, contraria cessante consuetudine ib.n.12. 334

Ad exigentium proprietatis verborum licet in materia odiosa, lata etiam interpretatio habēda est, ib.n.13.

Quando proprietas verbi seruanda non sit l.7.d. 12.c.1.nu.14. 334

Quando verbum respectu vnius membri propriè, & respectu alterius impropriè accipi possit ib. nu.15.

Verba in dispositionibus, ac legibus quomodo accipienda sint l.8.d.4.c.11.n.12. 383

Claris verbis non est addendum, vel minuendum ib.n.13.

Quando verba impropriè possumus interpretari ib.n.14.

Verum. *Particula, seù clausula verè, vel verum, quando pro sed, & quando pro quin etiam, & quærentis habeat vim l.6.d.14.cap.4.num.25. fol.* 220

Vicarius, *Electio, Vicarij Capitularis habita per vota discreta ex maiori parte computato electi voto, decernitur nulla l.5.d.4.cap.5.num.8. fol.* 70

Vicariatus, etiam capitularis, est Dignitas ibid. num.9.

Vicarium non potest Episcopus, in Curia Promotus nominare ante literarum acceptionem l.7. d.6.c.2.n.3. 298

Per specialem authoritatem à proprio Præsule sibi factā potest Vicarius generalis alteri Episcopo, quæ sunt ordinis munia committere l.7. d.8.c.1.n.10. 312

Eodem est facultas capitulari Vicario committēdi munia ordinis alteri Episcopo l.7.d.8.c.1. num.11.

Quia cautela dicta commisso faciena sit, ibi. num.12.

Quando exceptionem patiatur regula, qui per alium facit, per se ipsum facere videtur ib. num.13.

An nomine Ordinarij in Constitutione Gregor. XIV. veniat Vicarius Episcopi l.8.d.4.c.2.nu. 10. 368

Quid sit Vicarius Generalis ib.

Si Vicarius in vna sola Ciuitate statuatur, etiam Metropoli, non est Generalis ib.n.11.

Eadem est Vicarij, & Episcopi Iurisdictio, idemq; Tribunal, neq; à Vicario ad Episcopum valet appellatio ib.n.13.

Vicarius foraneus iurisdictionem habet delegatā tantum, & non à natione ib.n.14.

Vicarius Generalis censetur in dignitate constitutus l.8.d.4.c.3.nu.11. 371

Præest Canonico in Ecclesia Cathedrali, & Archidiacono ib.n.12.

Quo Iure dignitas Ecclesiastica Vicario competat ib.n.13.

Num inquisitio specialis alicuius articuli Vicario Generali commissa, competat successori ib. num.14.

Vicarius Capituli est in dignitate constitutus ib. num.15.

Si Articulus committeretur Vicario, vel Officiali Præsulis, an possit examinari per Vicarium Capituli sede vacante l.8.d.4. c.3.nu.16. fol. 372

Capitulum nō potest, quod Vicarius Capituli hac in re potest ib.n.17.

An Vicarij cæterorum Prælatorum dignitatem habentium, quasi Episcopalem simillium commissionum sint capaces, cum etiam sint in dignitate constituti ib.n.18.

Vicarius Episcopi nondum consecrati capax est alicuius ex dictis commissionibus, commissis à Sede Apostolica viris in dignitate constitutis ib.nu.19.

Arti-

Digitized by Google

INDEX

Articulus commissus officiali Episcopi duos habentis officiales censetur commissus Praestantiori ib.n.20.

Quod si vterquè Officialis Episcopi, aque principalis esset, neuter censeretur idoneus, antequam ab eo declaretur, à quo committitur articulus expendendus ib.n.22.

Virtus, *Ad virtutem oppositam vitio, cuius est peccatum, spectat actus virtuosus, oppositus peccato, quo peccatur l.6.d.1.c.2.n.3.* 73

Vitium per actum virtutis immediatè oppositæ distruitur, & virtus physicè loquendo reparatur vitij oppositi distructione l.6.d.1.c.7.nu.12. fol. 78

Quodnam sit munus virtutis humanæ l.6.d.2.c.2.n.4. 85

Quicunquè actus, siue iustitiæ, siuè cuiuscunquè virtutis non modo medium materiale verum formale debet attingere ib.n.6.

Virtus moralis bifariam partitur in eam, quæ ad passiones, & in alteram, quæ ad functiones se habet ib.nu.14. 86

Soluretur sanè Respublic. non statutis contra vicia pœnis, & ad virtutes præmijs l.6.d.4.c.4. nu.8.

Impedimentum, nè cui bonum indebitum detur absq; malis artibus, si ex recto ponatur motiuo, actus erit virtutis, vt vitij si à malo l.6.d.13.c.3.n.8. 183

Virgo, *In stipulatione per virginem facta subintelligitur causa dotis l.8.d.2.c.3.n.6.* 347

Legatum relictum virgini intetligitur causa dotis ib.n.7.

Visio beata, *Visio beata, & fides supernaturalis eiusdem mysterij non physicè, sed moraliter repugnant esse in Beato l.8.d.7.c.3.n.15.* 415

Cur sicut habitus luminis gloriæ, & fidei supernaturalis in patria moraliter nequeunt in beato esse, nequeat esse etiam character l.8.d.7.c.3. n.16. 416

Visitatio, *Occulta delicta in visitationibus generalibus cur non aperienda sunt l.6.d.14.c.4.nu.3. remissiuè.* 217

Ni autem Pælati in hisce visitationibus interrogent, peccare graniter possunt ibid.nu.14. fol. 219

Quid faciendum in hisce visitationibus, quando præmissa correctione fraterna frater non est emendatus ib.n.15. remissiuè.

Casus in quibus inquiri potest specialiter, etiam non præcedente infamia ibid.num.16. remissiuè.

Inquisitione generali asserta perhabita, bina correctio facienda est à Concilio Prælatis delinquentibus l.6.d.14.c.4.n.17.

Vitium, *Ad virtutem oppositam vitio, cuius est peccatum spectat actus virtuosus oppositus peccato, quo peccatur lib.6.d.1.cap.2.num.3. fol.* 73

Vitium per actum virtutis immediatè oppositæ destruitur, & virtus physicè loquendo reparatur vitij oppositi distructione l.6.d.1.c.7.nu. 12. 78

Impedimentum, ne cui bonum indebitum detur, absquè malis artibus, si ex recto ponatur motiuo, actus erit virtutis, vt vitij si à malo l.8.d. 13.c.3.n.8. 457

Vnitas, & Vnum, *Ex rebus diuersorum prædicamentorum componitur vnum per accidens l.6 d.3.c.2.n.2.* 93

Vnum per accidens fit ex re completa, atq; altera ei adueniente ib.n.3.

Vnctio, *Cur vnctio in capite non sit materia Sacramenti Ordinis Episcopalis l.8.d.9.c.3.num.2. fol.* 424

Voluntarium, *Regula ad agnoscenda ea, quæ sunt ex Iracundia facta l.5.d.1.c.2. nu.2. ad finem. fol.* 8

Quisnam sit Actus primo primus, secundo primus, & plenè deliberatus ib. nu.3.

Soluuntur Argumenta contraria l.5.d.1.c.2.nu. 13. 10

Inuoluntariorum duæ species acutè notantur ex cap.cum locum de sponsalibus, l.5.d.2.c.2.n. 7.ad finem. 21

Quo sensu Aristoteles violenta non reijcienda esse dixit in causam extrinsecam l.5.d.2.cap.2. num.9.

Quo item sensu, censet metu facta voluntarijs similia esse ib.

Votum, *Ad deliberationem necessariam, siue ad Electionem, siue ad peccatum mortale, votum, & iuramentum mora non requiritur temporis l.5.d.1.c.2.n.6.* 9

Votum ex Iracundia emissum validum est ib.nu. 12. 10

Soluuntur Argumenta contraria ib.n.13.

Vouens ieiunare feria sexta, neq; aduertens in eadem incidere posse Natalem Domini si incidat quando, & quomodo teneatur ieiunare l.5. d.1.c.4.n.9. 16

Votum, & Iuramentum duplici obligatione obligant, contra quas duplici peccati specie distincta peccatur l.8.d.4.c.11.n.15. 384

Vsura, *Quid sit vsura, quid mutuum l.5.d.3.c.vlt. nu.5.* 49

Mutuum dare per se consideratum, licitum est spectans ad virtutem ib.

Triplex discrimen inter vsuram, & symoniam ibid.

Lex symoniæ vtrumq; obligat, vendentem, atque ementem rem Sacram; secus lex vsurarum, quæ mutuatarium, vt sic non obligat, ibid. num.6.

Mutuatarius soluendo vsuras non peccat, at Electus acceptans, vel obtinens beneficium symoniacè collatum semper ferè peccat ib.

Secundum discrimen inter vsuram, & symoniam ex materiam desumptum ib.n.7.

Tertium discrimen ex pleno mutuantis Dominio suæ pecuniæ, quod non est Destributori ad rem Sacram, cuius nullus mortalium est Dominus, sed dispensator ib.n.8.

Solutio Abbatis asserentis in vsurariorum odium iniunctam esse restitutionem, ob vsuram etiam mentalem, ostenditur insufficiens, ibid.num.25. & 26.

Dilutio argumenti allata à Caietano dicente mutuatarium inuitum vsuras soluere, secus Beneficiatum, reijcitur ib.nu.27. & 28.

Digitized by Google

INDEX.

Vsuras, & symonia, iure Diuino prohibita pari passu procedunt ib. n.44. 55

Vsura, & symonia iure Diuino Ecclesiastico prohibita eodem non se habent modo ib.n.45.

Cur symoniacus per symoniam Ecclesiasticam non intercedente pacto, ad restitutionem non teneatur ex cap.citato, At vsurarius, etiam excluso pacto, accepta pecunia teneatur ib.nu. 46. 56

Quomodo absquè symonia redimi possit impedimenti vexatio in spiritualibus ib.n.47.

Etiam ante electionem, si vi impediaris poteris eam auertere pecunia ib.nu.48.

Licet ex necessitate mutuum ab vsurario petere, quem scio fœnus expetiturum: fas etiam est iumentum ab Infideli expetere, secus verò petere electionem Indigni sicut, neque etiam, vt maleficium maleficio soluatur l.6.d.6.c.3 nu. 16. 127

Vsus, *Quid sit vsus l.5.d.3.c.3.n.23.* 33

Per non vsum introduci non potest propria consuetudo ib.n.24.

Vsus actuum extraiudicialium sufficiens ad consuetudinem videtur ib.n.25.

Quid sit vsus l.5.d.4.c.5.n.14. 70

Vsusfructuarius, *Res à Domino possessa Vsusfructuarius non potest propria authoritate possessionem capere; vt neq; Episcopus confirmatus Ecclesia ab altero possessa, secus autem vacantis l.7.d.5.c.3.n.3.* 296

Vtile, *Regula Iuris* vtile per inutile variari non debet *Explicatur l.6.d.6.c.3.n.7.* 125

FINIS.

Digitized by Google

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1895

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google